R-4586

DAVROULTIO, Antonio (S.I.)

Florum exemplorum sive catechismi historialis / auctore Antonio Davroultio ... —* Coloniae Agrippinae : Sumptibus Ioannis

Kinckii..., 1629

Ejemplar incompleto, comienza en la p. 33

Datos tomados de la portada de la segunda parte



lancinatus, ad multum tempus immotus permansit: demum sanatus est.

VIII. *In extinguendo incendio S. Leon. Papæ IV. fides manifestatur.*

Baron. tom. 9. Annal. Eccles. ad ann. Chr. 847. 22. ex Anastasio.

Sicut in fugando serpente lethifero virtus enituit tanti Pontificis Leonis Papæ IV. ita in extinguendo incendio parefacta est fides ipsius, potentia crucis pollens. Rem gestam hoc pariter anno 847. ita recitat Anastasius. In ipsius sui Pontificii exordio, Saxonum vicum validus ignis invasit, qui flammarum violentia cuncta comburere cœpit validius, vbi populorum multa congregata sunt agmina, quæ huius incendij flammas volebat extinguere; sed ventorum flatibus altius extendebatur ignis in aëre, cuncta comburens atque comminuens, ita vt propius ad B. Petri Apostolorum Principis positas peruenirent Saxonum & Longobardorum domos, porticum concremans. Quo audito, ipse beatissimus Pontifex anxius illuc celeri cursu profectus est, & vt ob huius tanti ignis impetum se præpararet, Dominum deprecari cœpit, vt huius incendii flammas extingueret; & vbi crucis prope frequentauit signacula digitis, amplius ignis extendere flammas non potuit, & beati virtutem ferre non valens Pontificis, extinctas flammas redegit in cinerem.

Leonis Papæ fides magna.

IX. *De Zacomo Principe, qui per fidem prolem rerumque abundantiam obtinuit.*

Niceph. Call. lib. 11. hist. Eccles. c. 47. Sozom. lib. 6. cap. 38.

Zacomus tribunus carebat liberis ætate iam senescens. Et quum monachum quendam magna gloria virum adiisset, quum alia pleraque ei per colloquiū exposuit, tum ærumnam quoque eam & casum deplorauit. Supra modum enim apud Saracenos magni penditur liberorum procreatio: nec apud eos modo, sed etiam, vt arbitror, apud barbaros omnes. Ille bono animo eum esse, precatione facta, & reuerti domum iussit, fore pollicitus, vt breui pater fieret, si modo in Christum sibi credendum esse statueret. Postquam autem dictum id euentus comprobauit, & filius progenitus procreationem illam veram esse confirmauit: & ipse Zacomus religione nostra est initiatus, & tribum eam omnem, cui præfuit, ad eandem gratiam adduxit: Ab eo tempore tribum istam admodum floruisse, magnaque & numero & amplitudine incrementa cepisse, atque Saracenis & Persis formidabilem fuisse dicunt.

Zacomi principis fidei concedit proles.

X. *Propter fidem, agri qui steriles erant, fœcundi admodum efficiuntur.*

Pallad. in hist. Lausiac. sect. 44. c. 54.

Sterilis erat ager (ait presbyter Copres nomine, vir sanctus, prope octogenarius) qui est prope nos; & rustici qui ipsum possidebant, seminantes, vix semen duplicatum metebant: Vermis enim nascens in spica totam messem corrumpebat, Agricolæ autem catechismo à nobis instituti, & effecti Christiani, rogarunt nos, vt oraremus pro messe. Dixi autem eis: Si habetis fidem in Deum, vel arena deserti fructum vobis afferet. Illi autē nihil cunctati, cum hac arena, quæ à nobis calcatur, sinus implessent, attulerunt rogantes, vt benediceremus. Postquam autem sum precatus, vt illis fieret secundum ipsorum fidem, ipsi eam cum frumento seminarunt in aruis suis, & repente eorum agri ita multiplicauit fructum, vt omnem superaret Ægyptum. Hoc ergo facere soliti, nobis quotannis exhibent molestiam.

Fruges propter fidem multiplicantur.

TIT. XVI. De ficta & simulata quorundam religione, eorumque infausto exitu & funesto interitu.

EXEMP. I. *Maxentius Imp. Christianum se simulat, vt tandem decipiat.*

Euseb. lib. 8. cap. 16. & Niceph. lib. 7. cap. 21. & 29.

CVm Maxentius Tyrannus Gentilium nefarios ritus, & ceremonias coleret, metueretque, ne sibi ad imperium tendenti ab innumera Christiano rum multitudine aditus præcluderetur, simulandi artem secutus, principio benignum ac fauentem se illis exhibuit: deinde vero cum vires suas auctas confirmatasque cerneret, miram aduersus eosdem crudelitatem exercuit. Postquam vero sic Romæ tyrannidem exercuisset, tandem fugiens à Constantino Imperatore bello victo, suo ipsius, quod dicitur, laqueo Maxentius est captus: ponte enim diuina virtute rupto, nauibusque, quibus flumen constratum fuerat, solutis, alterius transitus ipse pessum iit, & scaphæ subito cum hominibus omnibus in vndis subsedere: ipseque miser primus cum propugnatoribus suis in flumine mersus suffocatus est, sicuti olim cum vniuerso exercitu Pharao; vt fluuius ille, ad eum, qui Milvius dicitur, pontem, equis & ascensoribus refertus visus sit. Tum vero ea quæ olim cantata fuerant, ad oculum repræsentata videre licuit. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare; electos ascensores satellitesq; submersi in mari rubro, descenderūt in profundum, quasi plumbum cum aquis vehementibus.

Pharaonis interitus.

II. *Licinius religionem Christianam amicum se fingit, vt posse hanc persequatur.*

Euseb. lib. 9. cap 10. Eccl. histor. Nicephorus lib. 7. cap. 44.

Licinius Constantiæ magni Constantini sorori matrimonio coniunctus, initio se Christianos amore ac benevolentia complecti finxit, vt imperator sa-micitia hoc artificio quæsita socius fieret ac consors imperii: vbi vero se voti compotem factum vidit, deposita quam ficte tenuerat persona, & in deonem è vetusta conuersus Christi cultores immaniter est persecutus. Eundem autem finem, quem prior tyrannus, est consequutus: ille enim in prælio commisso cum Constantino in fugam versus, cum quid faceret non videret, seipsum victoribus dedit, ille inquam, qui paulo ante minas ferociter spirauerat, atque omnia potestati suæ subiicere contenderat Imperator sane more suo visus soluto, vitam quidem illi donauit, eumque sub custodia esse Thessalonicæ mandauit.

nit. Vbi vero ille à moribus suis consuetis non discessit, & fraudulenter insidiosa consilia captans, barbarorumque multitudinem mercede conducens, vt bello restaurato cladem acceptam sarciret, ad res nouas rursus spectare deprehensus est: Imperatoris iussu vitam ferro cæsus amisit.

III. *Iulianus Imp. callide adepto regni gubernaculo Christi cultum prorsus extinguere conatur.*

Theodor. li. 3. c. 1. & 3. Soz. l. 5. c. 2. & 3. Niceph. lib. 11. c. 3. & 12. Iuliani hypocrisis.

His Iulianum Imperatorem, fidei desertorem, vulpem artam, priore non minus astutam, hoc loco adiiciendum operæ pretium duxi, qua nimirum calliditate Christianis fauit, ædes sacras studiose visit, Sanctorum venerandas exuuias coluit, Mammeæ martyri templum extruxit, atque alia pleraque Christiani pectoris signa per summam simulationem dedit, vt impedimentis sublatis ad Imperium sibi viam sterneret, eoque potius Christi cultum ex hominum memoria animisque tolleret. Sed infelix non magis feliciter vltimum vitæ diem clausit, quam priores Tyranni.

IV. *Valens Imp. initio imperii Catholicum clementem se exhibet, at relicta Cath. religione crudeliter Catholicos tractat.*

Ammianus Marcellinus li. 20. & 21. Theodoret. lib. 4. c. 11. & 12. Greg. Nazianz. orat. in laudem Basilii.

Valens Imperator, qui Catholicus ad Imperatoriam euectus est dignitatem, quamdiu sibi commodum ac vtile visum est, Antistitum fuit obseruantissimus, & Basilii magni egregius cultor admiratorque: vbi vero Eudoxii Patriarchæ Constantinopolitani dolis à Catholica veritate abductus in Arianam hæresim lapsus est, in Catholicos crudelitatis suæ arma conuertit, eoque erupit amentiæ, vt quam hæreticis & Gentilibus liberam fecerat potestatem in sua secta atq; religione viuendi, solis illis negauerit. Hic autem viuus a Gothis etiam Arianis crematus est.

V. *Anastasius Imp. Catholicum se simulans Catholicos egregie fefellit.*

Zonar. in Anastas. Dion. to. 3. Annal.

Anastasius Imperator Manichæorum *sectæ* addictissimus, cum se videret ob hæresis *suspicionem* ab Euphemio Constantinopolitano Patriarcha ad Imperiale diadema non admitti, verbo & scripto fidem Catholicam publice professus, eiusque perpetuam consecrationem iureiurando *pollicitus*, Patriarcham & cæteros oppugnatores *suos* egregia fraude circumuenit. Nam de Deo non recte sentiens Synchiticorum sectam secutus, qui vnam naturam post duarum [illegible] in Christo seruatore statuebant, [illegible] Orthodoxorum Ecclesias affecit, erga eorum Præfectos implacabilis. Euphemium Patriarcham exegit, successorem eius Macedonium: In cuius locum subrogatus est Timotheus Imperatoris assentor.

VI. *Ecebolius exemplar politicorum varios pro tempore colores induit.*

Socrat. l. 3. c. 23.

Ecebolius Sophista Iulianum Apostatam discipulum habuit, à quo plurimi fiebat, & quo benigno ac fauente vtebatur. Is vtpote vafer simulationis artifex Christianum Arianumque finxit sub Imperatore Constantio, vt religionis similitudine Cæsari gratiosus ac carus esset. Post cuius obitum ad gentium simulachra rediit, vt Iuliani, quem Christianæ fidei desertorem nouerat, beneuolentiam ac fauorem hac arte captaret. Iuliano miserabili morte extincto, vix dum Iouianus Catholicus ac religiosus Princeps imperii insulam acceperat, cum chamæleon noster Imperatoris recens creati Religionem ceu nouum colorem expressit, seque (vt ex Socratis historia liquet) proforibus Ecclesiæ ad Christianorum pedes abiecit, meliorum spe veniam ab illis impetrare contendens, vociferatus est; Me quasi salem infatuatum pedibus conculcate.

c. 11. Baron. to. 4. ad an. Christi.

Ecebolii Rhetoris varietas & inconstantia.

VII. *De Hunerico Vandalorum Rege, qui initio regni diu dissimulato fuco, tandem religionem Cath. conatur euertere.*

Victor Vticensis lib. 2. de persecutione VVandal.

Hunericus maior filius Geiserici patri succedens, primordio regni, vt habet subtilitatis barbarorum, cœpit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem nostram, vt etiam vbi antea sub Rege Geiserico præiudicatum fuerat, ne spirituales fierent conuentus, conuenticula concurrerent populorum. Et vt se religiosum ostenderet, fuit solicitus requirere hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendit, plurimos autem distraxit nauibus transmarinis, quos pene omnes Manichæos suæ religionis inuenit, & præcipue Presbyteros & Diaconos Arianæ hæreseos. Vnde magis erubescens amplius in illos exarsit. Amputatis igitur in breui omnibus quos timebat, & solidans sibi, vt putabat regnum quod breue fuerat & caducum, omni ex parte otiosus atque securus vniuersa rela furoris in persecutionem Ecclesiæ Catholicæ sicut leo rugiens conuertit. Censet primo tyrannus iussione terribili, vt nemo in eius palatio militaret, neque publicas ageret actiones, nisi tese Arianum fecisset. Quorum ingens numerus vigore inuictus, ne fidem perderet, malluit temporalem abiecit. Quos postea domibus proiectos, omnique substantia exspoliatos relegauit. Sacras Virgines turpiter tractari grauiterque torqueri iussit. Quarum acerbitate pœnarum plurimas tunc scimus extinctas: aliæ quæ remanserunt, cutibus arescentibus factæ sunt curuæ: Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & alia Ecclesiæ membra, id est, quatuor millia DCCCCLXI. ad exilium eremi destinauit.

TIT. XVII. De felicitate & fausto eorum successu, qui fidem Catholicam nutati sunt.

Moyses ob retentum religionis verae zelum non curauit bonis spoliari & in exilium pertrahi; ex quo factum, vt diuinitus ad tantum dignitatis & potentiae status fastigium eueheretur, quantum nullo hactenus tempore homines assecuti sunt. *Exod. 3. 8. & seq.*

Daniel

Daniel.ca.6. *Daniel Propheta propter actus religionis orthodoxæ summus & bonorum & bonorum temporalium felicitate auctus est.*

4.Paral.23. *Ioas quamdiu veram coluit religionem feliciter imperauit: at vbi defecit, multis languoribus à Syris excruciatus, à suis tandem interfectus est.*

EXEMP. I. *De Constantino Magno, qui primus omnium felicissime imperium administrauit, florentissimumque ad posteros transmisit.*

Euseb. Cæsarien. lib. 9. Eccl. hist. c. 9. D. Aug. lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 25. Constantinus ob cultum Dei omnium felicissimus.

CONstantinus, qui primus publice ex Imperatoribus Ecclesiam defendit, eo fere modo Maxentium vicit, quo Moyses Pharaonem. Augustinus ait: Constantinum Imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet: vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit, & defendit, in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est: grandæuus ægritudine & senectute defunctus est: filios imperantes reliquit.

II. *De felicitate Theodosii Imp. tam in bello, quam aliis rebus temporalibus.*

D. Aug. lib. 5. de ciu. c. 26. Theodosius senior eo quod verè pius & Catholicus esset, adeo ei omnia prospere successerunt, vt in prælijs hostium tela in auctores, Deo agente, retorquerentur: & ipse in bona pace Deo animam reddit.

III. *De fauore Dei erga Honorium Imp. Ecclesiæ Romanæ studiosissimum.*

Idem Aug. ibid. c. 23. De Honorio etiam plane Catholico, & Romano Pontifici addictissimo, vt patet ex eius epistolis ad Bonifacium Papam, scribit Augustinus, ita Deum pro illo pugnasse, vt vno prælio multo amplius quam centum millia Gothorum prosternerentur, & Rex ipse Radagaisus cum filiis caperetur, & occideretur, ex Romanis ne vno quidem vulnerato, nedum extincto.

IV. *De Pulcheria laudibus ob defensam cum zelo religionem Catholicam.*

Lib. 7. hist. Eccl. c. 18. Socrates scribit de Theodosio iuniore Theodosii Magni nepote, eiusque germana sorore Pulcheria admirabili pudicitia virgine; quod Orientis imperium multos annos tenuerunt tanta fœlicitate, vt cum illorũ pietate liberalitas certare videretur. Frequenter enim à copioso hostium exercitu vndique circumsessis, & tanta contentione oppressis, vt ad resistendum neque consilio locus esset, neque totius imperij vires satis esse viderentur, Deus (cuius omnia sunt imperia, & quo defendente nitebantur) supra fidem adfuit, & exercitu eius pugnante cum barbaris, & ipso interim in vrbe precibus apud Deum vacante, circiter centum millia Saracenorum ab Anglis acta in Euphratem miserrime perierunt, & ad miraculum infestæ hostium acies confusæ perturbatæque fuerunt profligatæ.

Pulcheriæ laus ob defensam religionem Cath.

V. *Iustinianus Imp. quamdiu fuit Catholicus, floruit, sed in hæresim lapsus, à fœlicitate excidit.*

Iustinianus Senior, donec Catholicus fuit, fœliciter imperauit, ita vt Italiam, Africam, aliasq; multas prouincias Romano imperio restituerit, vt patet ex Euagrio: at vbi hæreticus factus est, & edictum proponere voluit de sua hæresi recipienda; mox repentina morte sublatus est, Ecclesiam magno metu liberauit. Euagr. lib. 4. c. 16. & seq. & cap. vlt.

VI. *Aliud simile exemplum de Heraclio.*

Heraclius quoque, vt ex Ioann. Zonara, aliisque historicis cognosci potest, dum Catholicus esset, præclarissimam victoriam de Persis reportauit, & Crucem Domini recepit, quando res Romanæ desperatæ omnino esse videbantur; at cum in hæresim incidit Monothelitarum, omnia illi infeliciter successerunt, & ipse nouo atque inaudito morbi genere extinctus est. Io. Zonar. to. 3. Annal. Bizantinorum. Heraclius fit Monothelita.

VII. *Quantas angustias & pericula sustinuerit Godefridus Bullonius cum suis pro religionis Christianæ defensione.*

Tempore Vrbani II. ad annum Dom. M.XCVIII. Christiani bello sacro à Papa indicto pro recuperatione Hierosolymæ, cum essent Antiochiæ in summa desperatione, eo quod probe adesset infinitus exercitus Turcarum, & ipsi pauci essent, & diuturna fame prope enecti, ita vt etiam viri fortissimi baculis innixi incederent, neque equos haberent, nisi paucissimos, ita vt præcipuus Princeps Godefridus equo commodato vteretur, & multi Principes in asinis equirare cogerentur; tandem Deus reuelauit, vbi esset lancea, & ad ea prælata in bello victoriam dedit, ita vt occiderint centum millia Turcarum: cecidit etiam ros diuinitus in illos, qui animis & corporibus vires addidit: denique apparuerunt pro illis tres viri sancti de cœlo pugnantes. Pau. Æmil. li. 4. hist. Fr. Guil. Tyr. lib. 6. sub finẽ Dodechin. Mariani Scoti continuator. Godefridi zelus pro religione Christiana.

VIII. *Recceſuinthus Hispaniarum Rex quanto zelo in religionem Catholicam accensus.*

Anno Christi Domini sexcentesimo septuagesimo secundo, Recceſuinthus Rex Hispaniarum, vbi ab obitu patris regnasset annos duodecim & menses sex, moritur, desiderium sui relinquens, vtpote Regis optimi, Ecclesiæ valde proficui: de eo enim hæc Tudensis habet: Hic fidem Catholicam in tantum dilexit, vt semper perquireret viros literatos, qui frequenter coram ipso conferrent de articulis fidei. Delectabatur enim in diuinis scripturis, & altare Christi auro, argento, gemmis & sericis summo studio decorabat: ter Synodum cum Episcopis Toleti peregit, & leges apud decessores suos firmauit, atque quasdam addidit omnino honesti conuenientes. Cunctos mire dilexit, & ab omni-

Baro. anna. Eccl. tom. 8. an. Do. 672. 15. ex Tudeſi. Zelus Recceſuinthi Regis erga fidẽ Cath.

bus valde dilectus fuit: erat enim adeo mitis & humilis, vt inter subditos quasi vnus ex illis videretur. In pace regnum sibi subiectum rexit, & in villa nomine Getticos, quæ in monte Laurienſi ſita eſt, propria & ſuaui morte deceſſit ſub Imperatore Conſtantino.

IX. *Tempore Auguſtini Anglorum Apoſtoli Bertha tunc Anglorum Regina mire Chriſtianam Religionem promouit.*

Thom. Boz. lib. 6. tom 1. de ſig. Eccl. c. 3. ex Beda.

Quo tempore Britanni defecere à fide Catholica, amplexati Pelagii ſui peruerſa decreta, ſunt oppreſſi ab Anglis, & ad extremum fere ad internecionem deleti. Gregorius primus Pontifex maximus, vt Anglos Chriſto adiungeret, miſit ad inſulam Auguſtinum. Tum regnabat inter Anglos Edelbertus, cui vxor erat Bertha nomine è regio Francorum ſanguine orta, quæ nihil æque cupiebat, & ſuis conabatur ſermonibus, quam vt vir ipſius Chriſtum ſequeretur: ideoque lætata maxime aduentu Auguſtini, maximo fuit illi adiumento ad res Chriſtianas promouendas, egitq; apud maritum, vt humaniſſime excipereturi, & diſſeminandæ Chriſtianæ religionis ei copiam daret; quin illi dedit ipſa ædem ſibi iam diu ad Chriſtianæ pietatis ſacra peragenda reſeruatam, ad quam cum ſæpe Rex ventitaret, denique inſtigante vxore Chriſto ſe adiunxit.

Edelbertus Rex Berthæ vxoris opera Chriſto adiungitur.

TIT. XVIII. De pœnis non recipientium religionem Cath. aut non colentium receptam.

Iudic. 2. 3. 4. & 6. *Iſraelitæ fornicantes cum diis alienis, & ſeruientes Baal & Aſtaroth, deſeruerunt viam, per quam ingreſſi fuerant patres eorum. Iratus itaque Dominus tradidit eos in manus diripientium.*

1. Reg. 25. *Saul Rex quia contempſit nomen Domini, regnum amiſit.*

1. Reg. 13. & 15. *Michol Saulis filia ac Dauidis vxor, quia deriſit regionis cultum, ideo prole caruit.*

3. Reg. 18. & 22. & 2. c. 10. *Achab Regum omnium impiiſſimus auctor fœdiſſimarum ſuperſtitionum, idolum Baal pertinaciter coluit. Verum & rex ipſe, & coniunx eius impia Iezabel dignas impietatis ſuæ pœnas luerunt.*

3. Reg. 11. *Salomon vſque ad ſenectam Rex optimus ſecundo rerum curſu vſus eſt: ſed cum cœpit excidere à pietate, ſimul excidit à felicitate.*

Iecon. 39. *Sedechias Manaſſis impii filius omnium fuit infeliciſſimus: ipſo enim regnante omnino euerſa eſt Reſp. Iudæorum, neque poſt reliquit vllos filios: cunctis ante oculos patris trucidati. Ipſe, oculis effoſſis, in compedibus, & ſqualido carcere vitam ducens miſerrime obiit.*

EXEMP. I. *De Perſica ciui. ate ob repudiatum Chriſtum funditus euerſa.*

CVm Miles Perſicæ cuiuſdam ciuitatis Epiſcopus eſſet multaque ſæpenumero paſſus, & verbera ſuſtinuiſſet & tractus, nec vlli iſthic perſuadere poſſet, vt Chriſtianus fieret, moleſte tuliſſe, ciuitatique maledixiſſe ferrur, & abiiſſe. Paulo poſt vero, cum primores illic in regnum peccaſſent, miſſum eſſe exercitum cum trecentis elephantis, ciuitatemque illam ſubuertiſſe, & inſtar arui aratro ſubegiſſe ac ſeminaſſe. Miles vero peram duntaxat circumferens, in qua ſacrum Euangeliorum codicem habebat, Hieroſolymam vſque peruenit, in votis habens illinc & in Ægyptum deſcendere, vt monachos illic videret.

Sozom. hiſt. Eccl. li. 2. cap. 14.

Euangelii reiecti pœna.

II. *De ingenti Danorum cæde ob non receptum Euangelium.*

Res præclare geſtas S. Anſgarii primi Nordalbingorum Archiepiſcopi ſcriptis mandauit S. Rembertus eius ſucceſſor: ſed de eo illa tantum ſunt nobis nota, quæ Adam ſuo Chronico intexuit, vbi poſt acceptum à ſede Apoſtolica per Nicolaum Antiſtitem priuilegium, ſubiicit miranda iſta de cæde Danorum, qui reſtiterunt Euangelii prædicationi: tanta cæde mactati vtrimque ſunt Dani, vt vulgus omne caderet, de ſtirpe autem regia nemo omnino remaneret, præter vnum puerum nomine Henricum. Iſte mox, vt Danorum regnum ſuſcepit, ingenito furore ſuper Chriſticolas efferatus, Sacerdotes Dei expulit, & Eccleſias claudi præcepit. Ad quem S. Dei confeſſor Anſgarius venire non trepidauit. Comitante gratia diuina, crudelem tyrannum ſic placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet; ſuiſque omnibus, vt Chriſtiani fierent, per edictum mandarit, & inſuper in alio portu regni apud ripam extruxerit Eccleſiam in Dania ſecundam.

Adam in Chro apud Baron. tom. 10. ad ann. Do. 85⁸. 15.

Cædes ingens in Dania ob repudiatum Euangeliū.

III. *De admirandis prodigiis in quoſdam, qui perſecutionis tempore à pietate deſeciſſent.*

D. Cyprianus lapſorum miſerabilem ſtragem ac triſtia deplorat funera: qua etiam narratione de admirandis prodigiis, quæ in nonnullos, qui præuaricati à pietate fuerant, perſecutionis illius tempore contigerunt, memorandam in hæc verba attexit hiſtoriam: Si incredulis quibuſdam minor fides eſt futurorum, vel præſentibus terreantur. Ecce eorum, qui negauerunt, quæ ſupplicia conſpicimus? quos eorum triſtes exitus flemus? Nec hic eſſe ſine pœna poſſunt, quamuis necdum dies venerit pœnæ. Plectuntur interim quidam quo cæteri corrigantur: exempla ſunt omnium, tormenta paucorum. Vnus ex his, qui ſponte Capitolium negaturus aſcendit, poſtquam Chriſtum negauit, obmutuit. Pœna inde cœpit, vnde cœpit & crimen; vt nec rogare iam poſſet, qui verba ad precandam miſericordiam non haberet.

D. Cyprian. lib. de lapſis.

Negans fidem ſtatim obmutueſcit

IV. *De Regnero Daniæ Rege ob abnegatam Chriſti pietatem horribili morte afflicto.*

Regne-

Alb. Crantz. lib. 4. c. 10. Damian. an. 816.

Regnerus Rex Daniæ abrogata Christianorum religione idololatriæ in regno denuo instituendæ auctor fuit: quam eius impietatem diuina insequuta est vindicta. Nam Helles, quem regno illo eiecerat, adiunctis sibi Gallorum auxiliis, eum prælio victum & captum carceri tetro serpentibusq; infesto inclusit, qui sanie eum perfusum, venenatisq; morsibus confectum horrenda morte affecerunt.

V. *Fidem & obedientiam Christo Domino iuratam violans Natalius magno se discrimini obiicit.*

Euseb. Cæs. lib. 5. Eccles. hist. c. 28.

Adiiciam rem aliam sub Zephyrino gestam ad hunc modum, quæ si in Sodomis euenisset, vel illos ad pœnitentiam mouisset. Erat quidam Natalius non adeo diu antea, sed nostris temporibus confessor factus. Hic aliquando seductus fuit ab Asclepiodoto, & alio quodam Theodoto mensario, qui ambo discipuli fuerant Theodoti coriarii, qui, quoniam sententiæ huius, imo potius dementiæ auctor erat, à Victore tunc Romano Episcopo, sicut dixi, à communione separatus fuit. Persuasus autem fuerat ab illis Natalius, vt accepto salario hæresis huius vocaretur Episcopus, ita vt denarios centum quinquaginta menstruo tempore acciperet. Illis itaque coniunctus per visiones admonebatur à Domino. Misericors enim Deus, ac Dominus noster IESVS CHRISTVS nolebat passionum suarum martyrem extra Ecclesiam constitutum perire. Quoniam vero negligentius visionibus attendebat, inescatus videlicet primatus apud eos honore, & turpi quæstu, quo plurimi pereunt, tandem ab Anglis flagellatus est, ac tota nocte haud modice verberatus, ita vt cum mane surrexisset, induto sacco ac cinere inspersus, multo studio ac lacrymis ante Zephyrinum Episcopum procideret, & pedibus aduolueretur, non clericorum modo, sed & plebis, & ipsam Ecclesiam ad commiserandum procliuem lacrymis defluentibus per misericordiam Christum obtestatur, ac multis precibus vsus, ostensis etiam plagarum, quas passus fuerat, vibicibus, vix tandem ad communionem reciperetur.

Ab Anglis cur flagellatus Natalius.

VI. *De infelici belli exitu Valentis contra Deum pugnantis.*

Hist. Trip. li. 8. c. 13. Theodoret. lib. 4. c. 23.

Valens Imperator Arianus vnum è militiæ suæ ducibus Traianum nomine virum Catholicum in Gothos cum exercitu misit: quem, postquam ab hostibus superatus reuertit, Valens conuiciis lacerare, eique mollitiem ignauiamque obiicere cœpit: at ille libera voce, vt generosum virum decebat: Non ego, respondit, ô Imperator, victus sum, sed tu ipse victoriam perdidisti, qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita eius auxilium barbaris concilias.

Traianus Valentis Imp. contra Gothos Dux.

VII. *De eadem re aliud exemplum.*

Niceph. Callist. lib. 11. histor. Eccl.

Ferunt etiam Isaicum Monacum, virum sanctum eidem Valenti contra Gothos cum copiis proficiscenti obuiam iuisse, & contenta ac libera voce dixisse: Quo proficiscaris, ô Imperator, qui auxilio Dei, quem contra bellum geris, prorsus destitutus es? idcirco ille barbaros aduersus te concitauit, quoniam tu multorum linguas ad blasphemias aduersus eum loquendas exacuisti, & pios eum laudibus celebrantes Ecclesiis exturbasti. Desine igitur tu bellum contra eum facere, & ipse bellum contra te commotum sedabit, &c.

c. 10. Theodore. 4. c. 31. Metaphr. in vita Isaaci.

VIII. *Constantius Chlorus Imp. eos amandat, qui Deo suo fidem fefellerunt.*

Constantius Chlorus Magni Constantini pater, singulari prudentia & fortitudine Princeps, cum Christianorum quorundam in palatio suo ætatem degentium fidem constantiamque explorare cuperet, conditionem proposuit, vt qui vellent in palatio manere, & inter amicos haberi, Deos secum colerent, simulachrisque immolarent; qui vero recusarent, abscederent: gratiasque agerent quod id facere sibi impune liceret. Ex illis nonnulli Principis gratiam venantes sacrificium diis obtulerunt: alii Imp. in prosaniori Religioni tantam superstitionem auersati cultum pernegarunt; quos in amicorum & consiliariorum numero habere voluit, spretis & exclusis ignauis & infidis immolatoribus: quod diceret, fidos & veros amicos fore, qui Religionem Principi præstitissent; contra vero nunquam fidem inuiolatam Principi seruaturos, qui tam prompte & sacrilege Deum suum eiurando prodidissent.

Euseb. de vita Constantini li. 1. c. 11. Sozom. l. 1. c. 6. Carol. Sigon. lib. 2. d. Imp. Occid. Prudentia Constantii Imp. in prosanibandis auulicis.

IX. *De seruo religionem mutante ob perfidiam à domino suo morte multato.*

Huic affine est Theodorici Regis factum, qui etsi secta Arianus esset, cum deprehendisset ex famulis vnum, cui fauebat, religionem mutasse, & à Catholicis ad Arianos, vt Principi gratior iucundiorq; esset, transisse, illum pugione confodit, dicens; fieri nō posse, vt homini fidem seruaret, qui Deo fuisset infidelis. Ex quibus liquet, istos Principes, prudentes & sapientes viros (licet alter Gentilis, alter secta Arianus esset) probe solerterq; intellexisse, qui in Deum perfidus extitisset, suo etiam legitimo Domino haud futurum fidelem.

Euseb. lib. 1. de vita Constantini c. 10. Sozom. l. 1. c. 6.

X. *Agri Christianorum fidem Christianam deserentium steriles efficiuntur.*

Cum Rex Moluccorum, atque alii tres cum ipso Reges dœmonis instinctu impulsi nullum non mouissent lapidem, vt infirmos adhuc in fide Christianos, qui nuper ex idololatria emerserant, ab ouili Christi ad Mahometanam superstitionem abstraherent, tandem aliquando benignissimus Dominus & ipsosmet Mauros, & Christianos Apostatas, pro summa sua iustitia, nouo, ac stupendo supplicii genere vltus est: siquidem ex quo à Christi fide defecerant; tanta subito eorum agros (antea quidem pro earum regionum natura longe feracissimos) sterilitas inuasit, vt toto defectionis tempore, quamuis repetita aliquoties satione, nullum fructum pr[illegible]

Ex epistol. Moluccen. sib. an. 1565.

ferrent: oriza, quam ad sementem repetitam asseruabant, vitiata computrescebat; aquæ dulces prius, singulari quidem, & hactenus in istis partibus inaudito miraculo, salsæ factæ sunt, adeo vt deficientibus alimentis multi fame interirent, & quibus fames pepercit, eos immissa diuinitus pestis deleuit. Nec tamen his omnibus fracti sunt, at emolliti duri obstinatique Maurorum animi; sed inter hæc ipsa, in quibus versabantur, vitæ ac salutis discrimina, perseuerabāt indigenas ad defectionem & perfidiam solicitare. Tentarunt etiam noua quadam ratione aditum ad se veniendi Lusitanis præcludere: postremo in munitissimum locum sese recepere, vna cum magna incolarum manu, qui ex montibus illis subsidio venerant. His ita ad bellum comparatis, inexpugnabiles se rati in sententia firmiter permanebant: erant reuera (si vires nostras spectemus) insuperabiles: infra tamen diuinam potentiam, quem admodum exitus comprobauit, fortes. Præfectus etenim arcis militiæ aliquot Lusitanos, paucos admodum ad numerosissimum illorum collatos exercitum, eo loci, vbi se continebant, expediuit: quum appropinquassent, admonent illos beneuole de fide promissa, hortantur idolis nuncium remittant, ad Christianam religionem redeant, simulque addunt; se quidem paucos numero, ac pene inermes esse, sed fide ac veritate (qui Deus est) armatos aduenisse, de cuius auxilio nihil plane dubitarent. Ad quæ illi arroganter, & insolenter nimis respondent, nolle se Christianos fieri. His dictis tantus hostes repente cum timore tremor inuasit, vt de manibus arma excuterentur, & ipsi humi procumberent, non valentes, etiam si mutuo se complecterentur, consistere. Sol ipse, quamuis fere meridie esset, tam densis (mirabile dictu) circumfusus est tenebris, vt alter alterum non videret: contremuit vehementer sub pedibus terra: de cœlo autem tanta vis ignitorum lapidum, & cineris in priuata tecta, ac delubra dæmonum decidit, vt omnia solo æquarentur. Vidisses euulsas penitusque inuersas arbores, ramis quidem in terram demersis, radicibus vero cœlum spectantibus: vidisses vias ante tribulis à Mauris, vt nostratibus præcluderent aditum, impeditas, iam cineribus lapidibusque è sublimi delapsis ita complanatas, vt iter iam non prohiberetur. Denique nihil est quod turbo ille, & horribilis tempestas, impietatis & nefariæ perfidiæ vindex, solo non allisserit, humique prostrauerit. Vna duntaxat domuncula in mediis ruinis posita, temploque (quod illi non ita pridē IESV CHRISTI Domini nostri Cruce euersa, & Diuorum imaginibus abolitis sceleratissime profanauerant) contigua incolumis permansit, quæ neque de cœlo tacta, neque eius culmen ex palmarum licet foliis contextum igne est violatum. Calamitas hæc vbi cessauit, ad propugnaculum properant Lusitani, viam inueniunt planam ac expeditam, operis (vt supra diximus) cinerum ruderumque multitudine mutatibus. Ingressi magnam idololatrarum stragem faciunt, nullo interim ex nostris aut cæso aut vulnerato. Nec ad victoriam quicquam obfuit, quod singuli nostrorum militum cum plurimis confligerent. Nam Deo sic volente, omnibus plane viribus erant destituti, sic vt manus ad resistendum essent imbelles, ad fugiendum pedes impotentes.

Obstinati Christiani & hæretici flagellis nō redduntur meliores.

Christiani pauci Mauros innumeros aggrediuntur.

Insigne miraculum contra fidei desertores.

XI. *Adolescens quidam ab Eccl. Cathol. ad hæresim propendens diuinitus punitur.*

Huc referendus adolescens, qui Lublini exagitatus conscientia scelerum hæreticus esse decreuerat: cum adiit Ministrum ea de re acturus, factus est repente mutus, nec verbum exprimere potuit: sentit diuinum numen, atque præsenti pœna deterritus mutat propositum. Res mira, statim loqui iterum incipit; sed quæ est hominum peruersitas, diebus aliquot elapsis periculum obliuiscitur, prioraq; consilia reuocat, vix decreuit, cum præsto est iterum paterna Dei vltio, quam prima seuerior: nam loquendi facultatem secūdo ereptam nulla mutatione sententiæ, nullis lacrymis, nullis precibus restituit. Post trigesimum diem cum nusquam appareret morbi causa, nullaq; medicamenta succederent, vt fere solent homines, tum demum parentes remedia diuina deposcunt: eum adducunt ad Sacerdotem. Ille, quasi volente Deo, in omnium conspectu suadet adolescenti, si forte sibi sit alicuius peccati conscius, ingemiscat in corde, primamque vocem voueat se illius detestatione daturum. Paret adolescens, statimque vox redijt, & palam hæreses execratus est.

Ex Annal. Societ. anno Dom. 1592. in Prouinc. Polon. §. Hæretici.

Mutus fit adolescens.

TIT. XIX. De fidei dilatatione, & Gentium conuersione ex rebus præcipue aduersis, quibus maxime creuit Ecclesia.

EXEMP. I. *Vexatio Burgundionibus occasionem præbet capessendi fidem Christianam.*

QVomodo contigerit Burgundiones ad religionem Christianam conuerti anno Domini 413. hoc loco commemorabo. Est gens quædam barbara locum trans Rhenum fluuium incolens, quos vulgo Burgundiones vocant. Isti vitam à Republica gerenda remotum perpetuo degunt; sunt autem fabri lignarii omnes, & ex ea arte mercedem, qua sustentant vitam acquirunt. Hunnorum gens crebro in eorum fines inuasionem faciens agros depopulata est, & complures illorum non raro trucidauit. Itaque illi non ad hominem vllum auxilii petendi causa cōfugiunt; sed Dei alicuius potestati se totos permittere in animos inducunt. At cum mente complerentur, Romanorum Deum illis, qui eum metuunt & reuerentur, firmum afferre præsidium, omnes communi consensu ad credendum in Christum se contulerunt: atque ad ciuitatem quandam Galliæ profecti, postulant ab Episcopo, vt Christianorum baptismo donen-

Ex Socr. lib. 7. Eccl. hist. c. 30. Baro. to. 3. Annal. sub an. 413. 31.

Burgundiones qua de causa Christia. effecti.

donentur. Is cum illis septem dies præscripsisset ad ieiunandum, eosque in fide erudiisset, octauo die lauacro baptismatis tinxit, & cum pace dimisit. Illi vero animo fidenti contra Tyrannos gradiuntur: nec spes eos fefellit. Quippe Vtraro Hunorum rege nocte, cum se cibo nimio ingurgitasset, medio diffupto, Burgundiones Hunnos duce carentes adorti, pauci cum permultis (tria enim millia contra decem impetum faciunt) commisso prælio victoriam consequuntur. Ex illo tempore gens ea Christianam religionem ardenti studio exoluit.

II. *De Axumitis, & Christianum cultum susceperint.*

Nicep. Call. li. 17. Eccl. hist. cap. 23.

Iustiniano adhuc Imperium gubernante, Auxuctus Mitatum Indorum Rex, Græcorum sacrorum consectator prælium cum Homeritis Indis Iudaicam religionem colentibus commisit, belli eius causam Romanis præbentibus. Per Homeritas enim, qui Ægypto appropinquant, merces vltro citroque datæ & acceptæ ad Auxumitas inferebantur. Porro cum ab Homeritarum Principe Damno Romani insidiis expetiti essent, vt profectio ad Auxumitas impediretur, accidit. Quare Auxumita ad animi acerbitatem commotus, bellum contra Homeritas mouit, voto Christianorum Deo nuncupato, illorum se sacra suscepturum esse, si victoriam ab Homeritis reportaret. Itaque conflictu facto victor fortiter euadit, ipsumque illum Damnum viuum capit: & votum Deo Dauid Auxumita persoluens, ad Iustinianum legatos mittit, vt quę solemnia Christianis essent, ipsis præstaret. Iustinianus autem valde ea re delectatus, delectum virum sanctum Episcopum eis dedit: qui plurimis bonis operibus gentem eam omnem subegit, & baptizauit. Atque ex huiusmodi sane causa interiores etiam Indorum populi Christianismum sunt complexi.

Votum Deo Christianorum nũcupatum. Auxumitæ Indi Homeritas vincũt & Christianismum amplectũtur.

III. *Qua ratione motus sit Bogaris Bulgarorum Princeps, vt Christo nomen daret.*

Ioan. Curopal apud Baron. tom. 10. Annal. ad an. Do. 845. 32.

Bogaris anno Domini 845. Bulgarorum Princeps cum audisset mulierem cum tenero adhuc puero Romanis imperare, audacia elatus nuncios ad Reginam misit, per quos minabatur se fœdera soluturum, & Romanorum fines inuasurum. At Regina nihil humile vel effœminatum cogitans: Et me, inquit, inuenies paratam ad resistendum in acie, Deique nutu superiorem; si autem (quod absit) victor ipse fueris; hoc quoque pacto mea erit victoria, viceris enim non virum, sed mulierem. Quibus verbis confusus & deterritus quieuit, & pristina fœdera renouauit. Miserunt autem vltro citroque legatos & Regina & Princeps. Regina legatos accepit a quodam Theodoro Cuphara cognomento, viro idoneo, & administrandæ Reip. vtili, qui tunc in Bulgaria captiuus detinebatur: Princeps vero a sorore sua, quæ in quadam excursione capta in Regia commorabatur. Hæc enim iampridem captiua abducta, & Christianorum religione initiata, literasque edocta, quo tempore captiua erat, ac nuper liberata, non desistebat fratri Christianorum mysteria commendare, & in eius cor fidei semina iniicere, qui tamen ante a Cuphara diuina mysteria fuerat edoctus. Inita autem permutatione, & reddita muliere fratri, restituto item Reginæ Cuphara, quamuis ante Princeps instructus esset, & diuinis imbutus mysteriis; adhuc tamen retinebat infidelitatem proprio cultui addictus. Verum cum ingens fames Bulgarorum regionem occupasset, omnique destituerentur auxilio, Princeps ipse Christianorum Deum vt sibi opem ferret, inuocauit; idque facere omnem sibi subiectam nationem iussit; impetratoque remedio, & fame liberati ad veram religionem se conferunt, & Princeps noua lauacri regeneratione donatur, de nomine Imperatoris Romanorum Michael appellatus ab Episcopo, qui ad eum missus fuerat, eique diuinum lauacrum impertitus est.

Mulier fidē plane dat inter incredulos.

Bulgari ad fidem conuersi fame pressi.

IV. *Quibus modis Boriuorius Rex Bohemiæ adductus sit, vt Christianismum susciperet.*

Io. Dubrauii Ep. Olomuscensis lib. 14. hist. Boiemit.

Boriuorius Rex Bohemorum patre Hostimitio prognatus regimen paternum excepit, nec diu illud, vt impius & profanus, sed vti religioni Christianæ deditus rexit. Hoc vero modo ille Christianismum subiit: Diuerterat ad Regem Moraviæ Snatopluci, partim officii, partim amicitiæ paternæ confirmandæ gratia, venitque eo forte die & tempore ad Regem salutandum, quo ille a sacrosancto Dominicæ cœnæ conuiuio in aulam reuersus mensæ accumbere suæ parabat. Redditā salute, Rex; Ignosce, inquit, Boieme hospes, quod ad prandium hoc nostrum inpræsentiarum non inuitere: nec enim fas est nec iura Christiana sinunt, reuertenti a mensa Dei eum conuiuam habere, qui mensæ deorum mortuorum accumbere, deque illorum sacrificiis participare soleat; proinde si tibi nostra conuiuia arrident, fac vt simul tibi nostra etiam arrideat religio: ac tum demum noster eris, & valde gratus conuiua. Pupugerunt ista animum Boriuorii, sed magis adhuc eidem cogitationem de mutanda superstitione iniecerunt honores ab Arnulpho Cæsare ipsi Snatopluco habiti, posteaquam religione Christiana initiatus fuit: nam tanta in de Arnulphus beneuolentia, tantoque fauore Snatoplucum prosecutus est, vt in gratiam eius venire in Moraviam ad diem non grauaretur, ad quem inuitatus erat, vt filiolum suum e sacro fonte leuaret. Vbi hac præterea in illum vsus est liberalitate, vt tributum illi attribueret, quod Princeps Boiemiæ Cæsari tunc pendebat. Cum itaque non solum honorificam Boriuorius, sed etiam sanctuosam videt esse religionem Christianam, ad illam vehementer aspirare cœpit: sed meliore mox spiritu afflatus fuit, quum diuum Methudium diui Cyrilli Collegam, amboſ Moraviæ & primos Antistites, de fide & religione Christiana differentem audiuit; alios videlicet honores, & alia præmia cultoribus suis polliceri, neutiquam fluxa & caduca, sed

1. Occasio assumpti Christianismi a Boriuorio.

2. occasio.

3. occasio.

plane ſtabilia atque æterna, ſi quis illa per baptiſmum, qui fidem perficit, conſummauerit. Adfuit Spiritus ſancti gratia, animumque Boriuorii luce fidei Chriſtianæ ſic illuſtrauit, vt ibidem ſtatim, cum bene multis ſuis clientibus, aqua ſalutari à Methudio tingeretur; deinde vxor quoq; eius, cui Ludmillæ nomen, in Boiemia ab eodem tincta fuit, & magna præterea Boiemorum vtriuſque ſexus numerus ad baptiſmum adfluebat.

Baptizatur Boriuorius & eius domus tota.

V. *Qua occaſione Theodomirus ſiue Charraricus Rex Sueuorum ad rectam fidem ſit conuerſus.*

Ex Greg. Turo. lib. Miraculor. S. Martini cap. 11. Baro. to. 7. 560. 7.

Quanam occaſione Theodomirus ſiue Charraricus Rex ad fidem orthodoxam conuerſus ſit, id ſcribit Gregorius, dum ſic ait: Charrarici cuiuſdam Regis Galliciæ filius grauiter ægrotabat: qui tale tædium incurrerat, vt ſolo ſpiritu palpitaret, Pater autem eius fœtidæ ſe illi Arianæ ſectæ vna cum incolis loci illius ſubdiderat. Sed & regio illa plus ſolito, quam aliæ prouinciæ, lepra ſordebat. Cumque Rex videret vrgeri filium in extremis, dicit ſuis: Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cuius, quæſo, religionis fuerit, enarrate. Qui aiunt: Catholicæ fidei populum paſtorali cura in corpore poſitus gubernauit, aſſerens filium cum Patre & Spiritu ſancto æquali ſubſtantia vel omnipotentia venerari debere. Sed & nunc cœli ſede locatus, aſſiduis beneficiis non ceſſat plebi propriæ prouidere. Qui ait: Si hæc vera ſunt quæ profertis: diſcurrant vſque ad eius templum fideles amici mei, multa munera deportantes: & ſi obtineant mei filii medicinam, inquiſita fide Catholica, quam ille credidit, credam. Penſato ergo auro argentoque ad filii pondus tranſmiſit ad venerabilem locum ſepulchri. Qui profecti oblatis muneribus exorant ad beati tumulum pro ægroto. Sed inſidente adhuc in patris eius pectore ſecta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reuerſi autem nuncii narrauerunt regi, ſe multas virtutes ad beati tumulum vidiſſe, dicentes: Cur non ſanatus fuerit filius tuus ignoramus. At ille intelligens non ante ſanari poſſe filium, niſi æqualem cum Patre crederet Chriſtum, in honorem B. Martini fabricauit Eccleſiam: miroque opere expedita, proclamat: ſi ſuſcipere mereor viri iuſti reliquias, quodcumque ſacerdotes prædicauerint, credam. Et ſic iterum ſuos dirigit maiore cum munere: qui venientes ad beatum locum reliquias poſtulabant. Cumque eis offerrentur ex conſuetudine, dixerunt: Non ita faciemus, ſed nobis, quæſumus, licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum aſſumamus. Tunc pattem pallii ſerici penſatam ſuper beatum ſepulchrum poſuerunt, dicentes: Si inuenimus gratiam coram expetito patrono, quæ poſuimus plus in ſequenti penſabunt; eruntque nobis in benedictione poſita, quæſita per fidem. &c.

Lepra percuſſus Theodomiri Ariani filius. S. Martini de fide Catho. doctrina.

Arian a tumulum B. Martini cum muneribus accedunt.

Ob fidem imperfectã filio ſalutẽ non impetrat Rex.

VI. *De Ruthenis Borealibus viſo magno miraculo libri ſint ignis illeſi ad fidem Chriſtianam perductis.*

Baſilius Macedo Orientis Imperator, Ruthenos inter Græcoſque icto fœdere, religionis quoque Chriſtianæ negotium, miſſo ad eam gentem Archiepiſcopo, non mediocriter promouit: nam cum adhuc ſuperſtitione detinerentur, & ipſe Princeps & proceres illius, atque adeo omnis natio, ſuumque priſtinum cultum examinarent, & Chriſtianorum fidem, Archiepiſcopum illum, qui ad eos nuper venerat, accerſitum Princeps interrogauit, quænam eſſent ea, quæ ille annuntiaret, quæque ipſum docere poſſent. Qui cum ſacrum diuini Euangelii librum protuliſſet, & quædam miracula recenſeret à Deo, quando humana forma aſſumpta apud homines erat, facta: Niſi aliquod, Rex & multitudo reſpondit, ſimile nos conſpiciamus, & maxime quale aſſeritis puerorum in fornace, nequaquam tibi creditui ſumus. Ille vero nunquam mentienti fide habita verbo illius, qui dixit: *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis*, &, *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora his faciet*: Etſi, inquit, haud licet tentare Dominum Deum, attamen ſi ex animo decreuiſtis ad eum accedere, petite quodcumque vultis, & hoc faciet omnino propter fidem veſtram Deus, quamuis nos minimi ſimus & indigni. Ipſi autem petierunt diuini Euangelii volumen in ignem à ſe incenſum proiici: quod ſi illæſum ſeruaretur, ad eum ſe acceſſuros Deum, qui ab ipſo prædicaretur. Viſum eſt id faciendum: & cum ſacerdos ſublatis ad Deum oculis ac manibus dixiſſet: Oſtende glorioſum ſanctum nomen tuum IESV CHRISTE Deus noſter in oculis nationis huius, in fornacem proiectus eſt Euangelii liber, incenſaque fornace ad horas aliquot, deinde penitus extincto, & conſumpto igne, ſacrum illud volumen inuentum eſt permaniſſe inuiolatum atque illæſum, nullo ab igne accepto detrimento. Quod conſpicati Barbari, & miraculi magnitudine perculſi, ſine vlla controuerſia ad Baptiſmum confugere.

Io. Curopalates in Baſilio Zonar. to. 3. Annal. apud Baron. to. 10. an. 886. 6.

Ioan. 16. Ioan. 14.

Rutheni miraculo inſigni ad fidem conuerſi.

VII. *De iidem Ruſſis relapſis, qui alio item miraculo errores ſuos fide recepta eiurarunt.*

Aliud etiam in eadem gente non minus illuſtre miraculum contigit, cum vno deinde poſt ſæculo ſalutari igne colluſtrati errores ſuos fide recepta eiurarunt, adnitente maxime Bonifacio Buſclauini Regis Slauoniæ gentis filio, qui populo Ruſſorum à Pontifice Romano S. Romualdi diſciplina Archiepiſcopus datus erat. Cum ad Regem Ruſſorum, inquit Petrus Damianus, vir venerabilis peruenisſet, & conſtanti animo prædicationi vehementer inſiſteret, videns eum Rex ſqualidis veſtimentis indutum, ac nudis pedibus incedentem, opinatus eſt, quia vir ſanctus talia non religionis cauſa perferret, ſed idcirco potius, vt pecunias congregaret. Promiſit igitur ei, vt ſi ab iſta vanitate recederet, ipſe paupertatem eius largiſſima diuitiarum liberalitate ditaret. Verum Bonifacius mox ad hoſpitium ſine mora reuertitur, pretioſiſſimis Pontificalibus ornamen-

Petr. Dam. in Vita S. Romualdi ca. 29. & 30. anno 1008.

Ornatum ſacrum ignis venerat.

namentis decenter induitur, & sic ad Regis palatium denuo præsentatur. Rex autem videns eum tam decoris vestibus adornatum, ait: Nunc scimus, quia te ad vanam doctrinam non paupertatis inopia, sed veritatis impulit ignorantia. Verumtamen si vis vera credi quæ asseris, erigantur duæ ingentes lignorum cataſtæ, leuissimo à se interstitio separatæ & igne suppositio, cum vaporatæ fuerint, ita vt vtriusque struis vnus esse ignis videatur, tu transi per medium. Quo si læsus ex aliqua parte fueris, ipsis te penitus consumendum ignibus trademus: sin autem (quod credi non potest) sanus euaseris, omnes nos Deo tuo absque difficultate credemus. Cumque hoc fœdus non solum Bonifacio, sed & cunctis, qui aderãt, gentibus placuisset, Bonifacius ita vestitus, vt Missarum solennia celebraturus prius cum sanctificata aqua, & incenso thure vndique perlustrans ignem, dein stridentes flammarum globos ingressus, ita exiuit illæsus, vt nec minimus cápitis eius capillus videretur exustus. Tunc Rex, & cæteri, qui huic spectaculo interfuerant, cateruatim se ad pedes beati viri proiiciunt, indulgentiam lacrymabiliter petunt, & baptizari se instantissima supplicatione deposcunt.

Flammaignis vestes innoxias lambit.

VIII. *Occasione dæmoniaci per S. Svvitbertum liberati Gentiles ad fidem conuertuntur.*

Marcellin. in vita S. Svvitb. c. 20. & 21. apud Baron. tom. 8. ann. Dom. 705. 13. 14. 15

Anno Domini 705. erat in quadam Boructuariorum villa, Velsenberch nomine, vir quidam diues & potens, Ethelheere dictus, obsessus à dæmonio, ferro & catenis adstrictus, eo quod omnes morsu arriperet, & vestes proprias laceraret. Erat autem idem Ethelheere incitator aliorum, & primus qui S. Svvitbertum baculo impetere non formidabat. Qui cum quotidie dire vexaretur, & à multis visitaretur, tandem quadam die, præsentibus nonnullis idolorum Sacerdotibus, & aliis Paganis ipsi condolentibus, dæmon clamare cœpit: Nisi huc veniat seruus Dei viui Svvitbertus Christianorum Episcopus, hinc non egrediar. Cumque magis ac magis iterando clamaret, confusi abscesserunt idololatræ & amici dæmoniaci, perplexi & dubij quidnam facerent. Demum communi omnium deliberatione ab ipsis S. Svvitbertus quæritur, & inuentus, obnixe rogatur & inuitatur ad visitandum dæmoniacum præfatum. Igitur Sanctus Svvitbertus fraterno tactus dolore, dæmoniaco compatiens, cum iret cum suis presbyteris & clericis, esseque in via ad visitandum eum, mox cœpit dæmoniacus spumare, dentibusque dire stridere, & horribiliter vociferando clamare plus solito: de quo præsentes valde gementes mirabantur: sed S. Svvitberto appropinquante domui, cessauit dæmoniacus iacens in lecto, ac si somno dulciter pressus esset. Quem sanctus cernens, præcepit suis, vt omnes orationibus vacarent: & ipse orationi incumbens Deum deuotissime precabatur, vt ad laudem & gloriam sanctissimi nominis sui, & ad conuersionem incredulorum, dæmoniacum expulso dæmone liberaret: surgensque cum suis ab oratione signauit dæmoniacum signo salutiferæ crucis, dicens: In nomine Domini nostri IESV CHRISTI præcipio tibi immunde spiritus, vt exeas ab hac Dei creatura, vt agnoscat suum verum Creatorem & Saluatorem. Statim cum fœtore spiritus malignus exiens clamare cœpit: Non diu in ista permanebis prouincia, serue magne Dei: nam sicut me ab hac mea habitatione expulisti, ita expelli te faciam ex ista terra & prouincia. Ethelheere verò à dæmonio liberatus, surgens palam inhærens pedibus sancti Svvitberti, veniam petens de commissis in eum, baptizari in nomine IESV CHRISTI instantissime popposcit, in cuius nomine liberatus fuit. Vnde multi pagani cum duobus idolorum Sacerdotibus, qui præsentes fuerunt, pedibus sancti Episcopi prouoluti mysterium fidei Christianæ discere & scire experierunt.

Gentiles ad Christianorum Sacerdotes pressi recurrunt.

S. Svvitberti opera dæmon eiicitur.

Boructuarij qua occasione ad fidem conuersi.

IX. *De Iberis per ancillam Christianã captiuam ad Christi fidem perductis.*

Ruffin. lib 1. histor. Eccles. cap. 10. Eusseb. lib. 10. cap. 10. Nicephor. Baron. Annal. 3 an. 327. 11. 12. 13. 14.

De Iberis Hispaniæ populis historiam superioribus subnectamus; quam à certo homine, Bacurio nomine, eius Gentis Rege, fidelissimo viro, se accepisse testatur Ruffinus. Per idem, inquit, tempus etiam Iberorum gens, quæ sub axe Pontico iacet, vetibi Dei fœdera, & fidem futuri susceperat regni. Sed huius tanti boni præstitit causam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta, cum fidelem ac sobriam satis duceret vitam, totisque diebus ac noctibus obsecrationes Deo peruigiles exhiberet, in admirationem esse ipsa rei nouitas barbaris cœpit: & quid hoc sibi velit curiosius perquirebant. Illa, vt res erat, simpliciter Christum se Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius barbari præter nouitatem nominis mirabantur. Verum, vt fieri solet, ipsa perseuerantia curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur. Moris apud eos esse dicitur, vt si paruulus ægrotet, circumferatur à matre per singulas domos, quo scilicet si quis experti aliquid remedii nouerit, conferat laboranti. Cumque mulier quædam paruulum suum per omnes circumtulisset, ex more; nec aliquid remedii cunctas domos illustrando cepisset; venit etiam ad captiuam, vt, si quod sciret, ostenderet. Illa se humani quidem remedii nihil scire testatur; Deum tamen suum Christum, quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutem confirmat: cumque cilicio suo paruulum superposuisset, atque ipsa desuper orationem fudisset ad Dominum, sanum matri reddidit infantem. Sermo autem defertur ad plures, factique fama magnifici vsque ad aures Reginæ perlabitur: quæ dolore quodam grauissimo corporis afflicta in desperatione maxima erat. Rogat ad se captiuam deduci. Illa ire annuit, ne præsumere amplius, quam sexus fineret, videretur. Ipsam se Regina deferri ad captiuæ cellulam iubet; quam similiter supra cilicium suum positam, inuocato Christi nomine, co[illegible] inqu[illegible]

Iberorum ad fidem per fœminam Christianam cõuersio.

Eorum cõsuetudo de pueris ægris.

Ancillæ precibus curatur puer.

tinuo post precem, sanam & alacrem facit exurgere: Christumque esse Deum, Dei summi Filium, qui salutem hanc contulerit, docet: eumque quem sibi auctorem suæ sciret esse incolumitatis, & vitæ, commonet invocandum: ipsum namque esse, qui & Regibus regna distribuit, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domum regressa, marito percontanti causam tam subitæ sanitatis aperuit; quique cum pro salute coniugis lætus, mulieri munera deferri iuberet; illa, Horum, inquit, ô Rex, nihil captiua dignatur, aurum despicit, argentum respuit, ieiunio quasi cibo pascitur: hoc solum ei muneris dabimus; si eum, qui me, illa invocante, sanauit, Christum Deum colamus. Ad hoc tunc Rex segnior fuit, & interim distulit, sæpius licet ab vxore commonitus, donec accidit quadam die, venante eo in siluis cum comitibus suis, obscurari densissimis tenebris diem, & per tetræ noctis horrorem, luce subducta, cæteris iter gressibus denegat: alius alio diuersi ex comitibus oberrant; ipse solus densissima obscuritate circumdatus, quid ageret, quo se verteret, nesciebat; cum repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis ascendit: Si vere Deus est Christus ille, quem vxori suæ captiua prædixerat, nunc se de his tenebris liberet, vt ipsum ex hoc omnibus omissis, coleret. Illico vt hæc nondum verbo, sed sola mente deuouerat, reddita mundo dies Regem ad vrbem perducit incolumem: quique Reginæ rem protinus, vt gesta est, pandit: euocari iamque captiuam, & colendi ritum vt sibi tradat exposcit; neque se vltra alium Deum, quam Christum, veneraturum esse confirmat. Adest captiua, edocet Deum Christum; supplicandi ritum, venerandique modum, in quantum de his aperire fœminæ fas erat, pandit. Fabricari tamen ecclesiam monet, formamque describit. Igitur Rex totius gentis populo conuocato rem ab initio, quæ erga se a Reginam gesta fuerat, exponit, fidemque edocet, & nondum sacris initiatus sit suæ gentis Apostolus. Credunt viri per Regem, fœminæ per Reginam; cunctisque idem volentibus ecclesia extruitur instanter: & eleuato iam perniciter murorum ambitu, tempus erat, quo columnæ collocari deberent. Cumque erecta prima vel secunda, ventum fuisset ad tertiam, consumptis omnibus machinis, & bouum hominumque viribus, cum media iam in obliquum fuisset erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur reperitis secundo & tertio ac sæpius viribus, ne loco quidem moueri, attritis omnibus, potuit. Admiratio erat totius populi: Regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cum interuentu noctis omnes abscessissent, cunctique mortales & ipsa opera cessarent, captiua sola in oratione pernoctans mansit intrinsecus. Cum ecce matutinus & anxius cum suis omnibus ingrediens Rex videt columnam, quam tot machinæ & tot populi mouere non quiuerant, erectam & super basim suam librare suspensam, nec tamen superpositam, sed quantum vnius pedis spatio in aëre pendêrem. Tunc vero omnes populi conuentes, & magnificantes Deum, veram esse Regis fidem, & captiuæ religionem præsentis miraculi testimonio perhibebant. Et ecce iam mirantibus adhuc & stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam, nullo contingente, columna deposita summa cum liberatione consedit. Post hoc reliquus columnarum numerus tanta facilitate suspensus est, vt omnes quæ superfuerant, ipsa die locarentur. Postea verò quam ecclesia magnifice constructa est, & populi fidem Dei maiore ardore sitiebant; captiuæ monitis ad Imper. Constantinum totius gentis legatio mittitur. Res gesta exponitur: sacerdotes mittere oratur, qui cœptum erga se Dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore transmissis, multo amplius ex hoc lætatus est, quâ si incognitas Romano Imperio gentes & regna ignota iunxisset.

Reginalberorum curatur ab eadem ancilla.

Ancilla Christiana respuit munera.

Rex Iberorum Christum inuocat.

Rex & Regina Iberorum Catechistæ.

Miraculum ingens ancillæ precefactum.

Legatione ad Constantinum Iberi petūt Sacerdotes.

X. *De Naamanis Ducis idololatra conuersione.*

Naamanes Sarracenorum Dux prædam egit maximam; in qua adolescentem Christianum formosissimum per manus trium militum abducebat. Videnti hoc Abbate Iordane commota sunt viscera eius, vel eo maxime quod adolescens ille eius opem exposceret, & se eripi de hostium manibus plorans deprecaretur. Iordanes petens tertio repulsam passus est, nec oblato pretio retineri potuit. Nō possumus, inquiunt, dimittere: Sacerdoti enim nostro promisimus, si quid pulchrum ceperimus, id ei oblaturos, vt de suo sacrificium offerat. Tu itaque senex, vade; alioqui si moram feceris, ceruicem tibi amputabimus. Dubius tunc quid ageret senex, prostratus in terram dixit: Saluator noster Christe Deus, saluum fac seruum tuum. Repente dæmon tres illos milites inuasit: quo authore ipsi se inuicem gladiis confoderunt: hacque ope diuina adolescens eorum manus euasit. Qua vltione territus Naamanes sceleratissimus & flagitiosissimus, adeo vt etiam sua manu homines dæmoniis suis mactaret, ad sacrum baptisma accessit, & Veneris statuam non auratam, sed auream prorsus igne liquefactam pauperibus distribuit, ac simul omnes suos ad fidem adduxit.

Sophron. prat. spirit. cap. 155. Euang. hist. Eccles. lib. 6. cap. 33.

TIT. XX. De variis religionis Catholicæ persecutionibus; quibus fides solidior illustriorque redditur.

Videns Herodes Ascalonita, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omne pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, &c. *Matth c. 2.*

Fidem non extinxit Herodes, sed clariorē fecit.

Herodes Antipas & Pilatus, qui prius hostes erant, amici facti sunt, vt Christum Dominum interficerent.

Pharisæi quoque, Scribæ & Seniores populi Iudaici, vt Christum Redemptorem nostrum in cruce blasphemarent, *Luc. 22. Ioan. 19.*

manent, Romanis militibus similiter blasphemantibus admixti stabant, suasque mutuas voces in eum euomebant.

Matth. 16. *Sadducæi præterea & Pharisæi, Iudæorum secta plane aduersa, ad tentandum atque vexandum Dominum optime conspirarunt.*

EXEMP. I. *De prima in Christianos per Neronem persecutione.*

Circa annum Domini sexagesimum octauum Roma incensa est & peruста. Cuius occasionem Nero Imp. in peregrinos Christianos & Iudæos reiecit, & repente quæstione habita, eius iussu crudeliter in eos sæuitum est. Addebantur pereuntibus ludibria, vt ferarum tergis recti canum laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vibrentur. Persecutio hæc prima in Christianos fuit Romæ deinde per omnes prouincias pari sæuitia excruciari imperauit.

Io. Naucl. vol. 2. Chronograph. gener. 3. & Baron. to 1. an. 68. ex Seuero lib. 2. Hist.

1 Persecutio in Christianos.

II. *De persecutione Domitiani Imp. in Christianos.*

Cum Domitianus multum in multos crudelitatis & nequitiæ declarasset, & non exiguam Patriciorum & illustrium virorum multitudinem Romæ temerario & iniquo iudicio interemisset, alioſque infinitos dignitate præstantes non solum patris finibus eiectos exilio mulctasset, sed etiam omnibus facultatibus, & fortassis immerito & sine causa exiuisset, tandem in sceleratam Neroniani in Deum odij & impietatis hæreditatem successit. Secundus namque erat, qui contra Christianos persecutionis incendium excitauit. Ipse enim, ait Nauclerus, Ioannem Euangelistam de Epheso adduci iussit in vrbē, & in dolium feruentis olei mitti præcepit ante portam Latinam ex quo cum il æsus exiret, eum in Pathmon insulam relegauit.

Euseb. Cæs. lib 3. Eccl. hist c. 13. Io. Naucl. vol. 2 gen. 3. Bar. an. 93. t. m. 1.

Domitiani persecutio in Christianos.

III. *De atroci Diocletiani & Maximiniani in eosdem Christianos persecutione.*

Anno à Christi natiuitate trecentesimo, pacatis vndique rebus, Diocletianus in Oriente, Maximianus verò Herculeus in Occidente, persecutionem decimam post Neronem exercuerunt in Christianos, quæ cæteris omnibus seuerior per decem annos & amplius Ecclesiam afflixit incessanter, & quāuis antea semper Christianos persequerentur, sed XIX. anno imperii Diocletiani tam crudelis, tam sæua persecutio flagrabat, vt intra vnum mensem XVII. millia martyrium inueniantur perpessi. Exiit enim edictum, vt cunctæ quæ erant in orbe ecclesiæ ad solum diruerentur, & sacræ scripturæ vbique igne cōburerentur, omnesque qui ecclesiis præessent, in vinculis ponerentur, ac deinde exquisitis suppliciis immolare diis cogerentur. Rapiebant itaque, vt ait Eusebius, omnes ecclesiarum principes, & sanctos clericos, nobiles & ignobiles, viros ac mulieres vna cum pueris, & variis, inauditis, ac crudelioribus, vt excogitari poterant, suppliciis excruciabant, ex quibus nonnulli fatigati cedebant, alii vsque in finem patientiam seruabant.

Io. Naucler. vol. 2. Chronogr. gen. 1. ex Euseb.

IV. *Qua occasione motus Idegerdes Persarum Rex Christianos sit persecutus.*

Anno Christi Domini quadringentesimo vigesimo, Isdegerdus Persarum Rex persecutionem contra Ecclesiam concitauit, occasione ex re gesta, quam sum narraturus, arrepta. Audas Episcopus, vir multis virtutis generibus ornatus, zelo non opportuno ille quidem accensus, Pyreum demolitus est; templa enim, in quibus πῦρ, id est, ignis eorum Deus colitur, Pyrea vocant Persæ. De quo Rex per Magos certior factus, Audam accersit; ac primum placide eum coarguit, & Pyreum denuo ædificare iubet. Qui cum ei contradiceret, negaretque se illud facturum: Rex omnes Ecclesias Christianorum se diruturum minatur: atque quod ante verbis minabatur, re ipsa perfecit. Nam vt primum Audam diuinum illum virum trucidari mandauerat, ecclesias deturbari iussit. Quod autem ad Pyrei euersionem attinet, haud opportune quidem illud factum esse existimo: nam sanctus Apostolus Athenas aduentans, ciuitatem superstitioso simulacrorū cultu cæcatam videns, aram quandam ab illis honoratam minime diruit, sed verbo eorum ignorationem redarguit, & veritatem illis patefecit. Attamen quod audas templum simulacri deturbatum extruere rursum noluit, sed interfici potius quam illud efficere; eum magnopere admiror, & corona dignum iudico. Nam par impietas est (mea quidem sententia) ignem adorare atque ei ædificare delubrum. Hinc igitur persecutionis tempestas orta grauissimos & turbulentissimos fluctus contra pietatis alumnos concitauit. Quæ procella triginta annos continuos à Magis velut à quibusdam turbinibus agitata durauit. Magos enim vocant Persæ, qui Elementa in Deos referunt: de quorum commenticiis fabulis alio in opere, in quo eorum quæstiones dissoluebamus, satis enucleate differuimus. Porro Gororanes filius Isdegerdis post mortem patris, vt regni paterni, sic belli contra pietatem à patre commoti successor extitit: quippe pater moriens hæc duo coniuncta filio reliquit. Tormentorum autem genera, & noua cruciamenta piis hominibus ab illis inflicta vix dicendo explicari poterunt. Nam quorundam manibus, aliorum autem tergis eorum detrahunt: aliorum capita à fronte exorsi ad barbam vsque cute exuunt: deinde robustis vinculis à capite vsque ad pedes circumligare, & singulos calamos vi arcte constringere; vt partem cutis, ad quam motæ erant arundines, eo pacto grauiter lacerantes, alacriores doloris morsus efficerent. Quin etiam lacus effodere, eos summa cum diligentia iungere, deinde ingentem soricum numerum in eos concludere, postremo pietatis athletas, eorum manibus pedibusque constrictis, ne bestias abigant, foricibus velut alimentum

Theodoret. lib. 5. Eccl. hist. cap. 39.

Audas Episcopus incensor templi idoli.

Act. 17.

Dira tormenta in Christianos exhibita.

obiiciunt. Sorices autem fame oppressi sensim carnes sanctorum absumunt, sicque diuturnum & acerbum cruciatum illis afferunt. Itemque carnifices isti à scelerato illo naturæ nostræ inimico, & veritatis hoste edocti, tormenta alia his quidem multo asperiora excogitare. Sed tamen ne eo quidem modo athletarum fortitudinem & constantiam retundere potuerunt: nam sua sponte accurrebant, magno desiderio mortis apprehendæ, per quem aditus ad vitam immortalem patefit, inflammati.

V. *Hæreticos crudeliores esse in Catholicos quam paganos.*

In vita eius apud Sur. tom. 1. Hæreticorum persecutio atrocissima in Cath.

Beatus Fulgentius Episcopus Ruspensis, cuius opera doctissima extant, quum prius Mauros fugisset persequentes, incidit in Arianos, quorum crudelitatem immanem expertus ad vicina prouinciæ suæ loca regreditur, eligens Mauros potius paganos habere vicinos, quam molestissimos Arianos.

VI. *De atroci supplicio hæreticorum in Catholicos Ephesi sub Constantino Copronymo.*

Chronic. Sigeberti an. Dom. 770. Martyrol. Rom. 11. Ianuar.

Circa annum Dom. 770. sub Constantino Copronymo Leonomacho, monachi quadraginta duo, truncatis nasibus, barbisque illitis pice combustis, in balnei fornice clausi, ibique fame consumpti martyrio coronantur.

VII. *De alia simili atracitate Macedonii hæresiarchæ in mulieres Catholicas.*

Martyrol. Roman. Baron. 30. Martii.

Macedonius hæresiarcha sub Constantino Imperatore Catholicos inaudito tormentorum genere cruciatos occidit. Inter cætera, fidelium mulierum vbera inter labra arcarum compressa dissecuit, & candenti ferro combussit.

VIII. *De barbara crudelitate Eutychistarum in Proterium Patriarcham.*

Euagr. lib. 1. hist. Eccl. ca. 9

Eutychistæ Alexandrini, statim post mortem Martiani Imperatoris Catholici, Proterium Episcopum, & Patriarcham suum Catholicum eum aliis clericis tanta crudelitate occiderunt, vt viscera eius gustarent, & crudas carnes comederent, reliquum corpus per plateas vrbis trahentes.

IX. *De atroci in Gallia hæreticorum nostri temporis in Catholicos persecutione.*

Tho. Boz. l. 11 de sign. l. 1. c. 1. 6.

In Gallis sub annum millesimum quingentesimum sexagesimum secundum Engolismæ triginta duo Catholici ab hæreticis capti, quos tribus diuersis crudelium tormentorum generibus sæuissime trucidarunt. Quosdam namque illorum binos colligarunt, quos sublatis omnibus viuendi alimentis, languere coegerunt, putantes fore, vt fame adacti, se mutuis morsibus perederent ac discerperent. Quosdam funibus extensis alligatos deduxere, missoque in anum cultello paulatim medios dissecarunt: alios stipitibus nudos adstrinxerunt; ignemque à tergo admodicum succenderunt, vt longo tormento paulatim consumerentur.

Atrox persecutio hæreticorum moderniorum in Catholicos in Gallia.

X. *De alia particulari ibidem in Sacerdotem Catholicum barbarie.*

Idem ibid.

Eodem anno prope Engolismam in parochia Chasse nouilli presbyteri Catholici Ludouici Fayardi manus aheno feruentis olei pleno ab hæreticis tamdiu immissæ, donec auulsa ab ossibus caro excideret; eundem repletum oleo, eodem bullitente per os immisso, & ad extremum fistulis ferreis, quas vocant scloperos, dissolosis necauerunt.

XI. *De atrocissima D. Hurlæo Archiepiscopo tyrannide ab hæreticis facta in Hybernia.*

Apud Tho. Boz. lib. 11. de sign. Eccl. Dei c. 1. tom. 1. 6.

Dominus Hurlæus Archiepiscopus Cassiliensis in Hybernia ab Hæreticis est comprehensus, ocreæque plenæ olei pedibus illius iniectæ, educta crura ex oppositæ tabulæ foraminibus ante flammas ingentes vrenda collocantur. Cumque diu sic adustus fuisset, ocyssime fuere illi è tibiis ocreæ detractæ, & vna cum illis carnes, ossibus tantummodo relictis: mox vimineo laqueo constrictæ illi ad longiorem dolorem fauces, atque ita suspensus morti est relictus. Atque hæc Hærerici aduersus nostros in Anglia & Hybernia post annum millesimum quingentesimum octuagesimum.

Persecutio in Hybernia.

XII. *De crudeli Danorum in Catholicos Anglicanos persecutione.*

Rogerius annal. hist. fidelissi. priore parte Annal. apud Baro. to. 11. an. 1011. 4

Anno millesimo vndecimo, Danorum exercitus, vastata magna parte Angliæ, ad vltimam inter Natiuitatem S. Mariæ, & S. Michaelis festiuitatem, vrbem Cantuariam circumuallantes obsedetunt. Vicesimo autem obsidionis die per insidias Elmerici Archidiaconi, quem S. Elphegus, ne morti traderetur, prius eripuit, pars ciuitatis incenditur, exercitus ingreditur, vrbs capitur. Alii ferro iugulantur: alii flammis consumuntur: plures quoque de muris præcipites dantur, nonnulli per verenda suspensi deficiunt; matronæ crinibus per plateas ciuitatis distractæ, demum flammis iniectæ moriuntur; paruuli à matrum vberibus auulsi, aut lanceis excipiuntur, aut superacto carro minutatim conteruntur. Interea Archipræsul Elphegus capitur, vincitur, tenetur, & variis modis affligitur. Ailmarus Abbas monasterii S. Augustini abire permittitur, capiuntur Godduinus Rhoffensis Episcopus, Leonfrana Abbatissa monasterii S. Mildrinæ, Elfregus Regis Præpositus, monachi quoque & clerici, populusque innumerabilis vtriusque sexus. Exin ecclesia Christi spoliata comburitur, grex monachalis & turba virilis, sed & muliebris, nec non infantilis decimatur, nouem trucidantur, decimus vitæ reseruatur: quatuor monachis, & octingentis viris decimatorum summa perficitur. Populo cæso, vrbe spoliata & tota cremata, Archipræsul Elphegus vinctus extrahitur, vi impellitur, grauiter sauciatur. Hinc ad classem ducitur, post in carcerem truditur, ibiq; septem mensib. affligitur. Interim ira Dei in homicidam populum desæuiens, ex his duo millia per diros internorum cruciatus

Persecutio Danorum laborat Anglicana Ecclesia.

ciatus prostrauit. Cæteri quoque simili modo percussi à fidelibus commonentur, vt Pontifici satisfaciant, sed differunt. Prævalebat interim clades, & nunc denos, nunc vicenos, nunc plures similiter absumebat.

XIII. *De Catholicis ab hæreticis in Belgio vario tormentorum genere dire cruciatis.*

Thom. Boz. to. 1. de sign. Eccl. lib. 11. cap. 1. n. 6.

In Belgio non longe ab Ypris hæretici plurimos presbyteros viuos defoderunt, capite duntaxat extante, metaque è capitibus interuallo relicto constituere, & ad illa globos lapideos aut ferreos dirigebantur ludi gratia. Delphis Batauiæ vrbe, Cornelius Musius captus est, & de iussu Guilielmi principis Auriaci sic varie est excruciatus: altissimæ scalæ manibus vinctis est appensus, ad pedes intolerabile pondus alligatum, vt compages omnes laxarentur; inde ardentibus tedis ambustæ axillæ, mox resupinus constringitur, aqua feruens ori infunditur, eaque totus venter oppletur, quem sic fustibus deinde tundunt, vt ex omnibus corporis foraminibus illa tota effluaret, postea capite deorsum verso ex duobus pedum maioribus digitis appenditur; inde truncatis manuum pedumque digitis per niuem sanguine proprio cruentatam in vrbem Lugdunum Batauorum reptatur, atque ita demum post [illegible] supplicia laqueo suspenditur.

Belgæ Catholici ab hæreticis varie cruciati.

XIV. *Hæreticorum sectas inter se conuenire ad impugnandam vnam Eccl. Cath. licet alias dissideant.*

Niceph. Callist. lib. 8. hist. c. 48.

Nicephorus Callistus lib. 8. Ecclesiasticæ historiæ de Arianis & Meletianis agens sic scribit: Initio quidem Meletiani ab Arianis dissidebant; vbi vero animaduertebant multitudinem Episcopos Catholicæ Ecclesiæ sequi, conuentu coacto fœdus inter se pepigere, communeque aduersus pium Alexandriæ clerum suscepere bellum. Et adeo criminationes mul & defensiones ex æquo communiter decertantes protulere, vt tempore procedente Ariani vocarentur Meletiani, & Meletiani Ariani. Meletiani quidem ex Ecclesiarum præfecturis tantum detrahebant (erantque meri schismatici) Ariani autem male sentiebant de Deo. Veruntamen quod sibi communiter inimicitias contra nos sumpserant, consensum atque concordiam dissimulabant.

Hæretici in quo inter se conueniant.

TIT. XXI. Vt in fide constanter sit perseuerandum.

Tres pueri Hebræorum statuam auream cæteris admirantibus adorare denegantes, in fornacem missi sunt; à qua exire meruerunt illæsi.

Dan. c. 3.

Daniel læsa maiestatis inique accusatus, bis in lacum leonum mittitur; vnde extractus bis illæsus inuenitur.

Dan. 6. & 14.

Mira fuit Eleazari pro sua religione constantia & perseuerantia: maluit enim grauissima mortis supplicio affici, quam quicquam contra legem moliri, carnes porcinas edere, aut falsum se comedisse simulare.

Eadem in simili argumento armati sunt septem fratres Machabæi constantia.

2. Mach. 7.

EXEMP. I. *Diuus Ioannes Apostolus & Euangelista in feruentis olei dolium missus, integer inde ac vegetus exit.*

Tertullian. de Præscript. cap. 36. D. Hieron. in Iouinian. lib. 1. & in Matt. c. 20. & Baron. tom. 1. & alii.

DVm Ioannes Euangelista Ephesi, atque adeo in tota Asia verbum Dei prædicaret, anno Christi Redemptoris nonagesimo secũdo, siue inuidia Apollonii, qui in Christianos infensissimus erat, vel forte Euphratis Philosophi desertoris apud Domitianum agentis, his artificiis assueti, aut opera Ebionis hæresiarchæ, eiusdem Ioannis hostis acerbissimi, ad Domitianum Imp. reus impietatis à Proconsule Asiæ Romam vinctus missus fuit. Impius Imperator noluit eius faciem videre, sed ad portam Latinam duci iussit, & in feruentis olei dolium illum viuum demitti, prius tamen flagris cæsum, & maioris ignominiæ causa tonsum: ex quo, diuina Domini nostri IESV CHRISTI protegente gratia, velut athleta constantissimus, non combustus, sed tanquam vnctus, sine vllo doloris sensu, magna omnium admiratione illæsus exiuit. Hæc ita se habere confirmat imprimis vetus tam insignis miraculi monumentum apud portam Latinam, vbi sæuum illud constat illatum fuisse supplicium. Imo & ipsa dies qua hæc facta sunt, pridie nonas Maii: quæ perpetua rei memoria illustratur, dum eadem quolibet anno recurrente Romæ & alibi annua celebritate recolitur.

II. *Agapetus II. in altercatione cum Iustiniano Imp. de religione constantem se exhibet.*

Ex Annalibus Eutychii, Baron. to. 10. ad an. 536.

Cum Agapetus Pontifex Anthimum Patriarchatu Constantinopolitano depositum esset, Constantinopolim profectus est. Eo ingressus, primum cœpit habere altercationem cum Iustiniano Augusto: dum vero contentio versaretur, ita Dominus adfuit, vt ibi Anthimum * Episcopum Arianum inueniret. Actum dixit Agapeto Iustinianus: Aut consenti nobis, aut exilio deportari te faciam. Tunc beatissimus Agapetus respondit gaudio dicens ad Imperatorem: Ego quidem peccator ad Iustinianum Imp. Christianissimum venire desideraui: nunc autem Diocletianum inueni, qui tamen minas tuas non pertimesco. Et dixit ei iterum Agapetus: Tamen vt scias tu Anthimum idoneum non esse religioni Christianæ, non confitetur illè duas naturas in Christo. Tunc ex præcepto Augusti eo accersito & discussione facta nunquam voluit confiteri in doctrina Catholicæ responsionis ad interrogationem beati Papæ, duas naturas in vno Domino nostro IESV CHRISTO. Tunc piissimus Augustus Iustinianus gaudio repletus, humiliauit se Sedi Apostolicæ, & adorauit beatissimum Agapetum. Eodem tempore eiecit Anthimum Arianum à communione, & expulit in exilium.

* Anthemium.

III. *Diuus Basilius Magnus parat or est quoduis mortis genus subire, quam ad Arianismi professionem deflectere.*

Theodoret. lib. 4. hist. Eccl. c. 19.

Cum Præfectus quidam Valentis Imp. Cæsaream aliquando venisset, accersitum ad se magnum Basilium honorifice tractauit, placideque allocutus hortabatur, vt tempori cederet, neque tot ecclesias adducere in discrimen vellet tenui exquisitione dogmatis: promittebat ab & Imperatore illi amicitiam, & à se illius occasione multa beneficia. At diuus ille vir, adolescentulis congruere tales sermones respondit, nam hos & his similes inhiare huiusmodi rebus: qui vero essent innutriti diuinis literis, eos nullam syllabam illarum in discrimen venire pati posse, solereque, si res poscat, nullum genus mortis pro illis subeundum recusare. Imperatoris quidem amicitiam magni se pendere cum pietate: qua remota perniciosam esse dicere. Ferebat hoc ægre Præfectus, aiebatque eum desipere. Tum Magnus Basilius; Vtinam sempiterna, inquit, hæc mea sit desipientia. Denunciato igitur exilio, iubet eum cogitare quid agat, & postero die sententiam suam explicare: hisque sermonibus crebræ minæ miscebantur. Ibi aiunt Magnum respondisse Basilium, eudem se illi postridie quoque reuersurum, videret modo ne animum mutare, neue minas exequi nollet. Post hoc colloquium occurrit Imperatori Præfectus, exponitque Regi, quid dixisset Basilius, & qua esset ille virtute ac animi præsentia. Sed Imperator tacuit, & veniens in vrbem comperit diuinitus inflictas domui suæ plagas, &c.

D. Basilii constantia pro fide Catholica.

IV. *De Christiana diui Basilii Episcopi in fide defendenda constantia.*

Niceph. Callist lib. 11. hist. Eccl. c. 18

Cum idem Basilius Ecclesiæ Cæsariensis pastor ab eodem Valente ad Præfecti tribunal missus esset, ibi Præfectus assistens, eum interrogat, quanam de causa religionem Imperatoris non complecteretur; atque ille, quod hoc sic Deus non præcepit, inquit. Et insuper Imperatoris errorem reprehendit, atque ὁμοούσιον consubstantiale, defendit. Vbi vero ille mortem ei minatus est, Basilius gratiam se illi eo nomine habere dixit, quippe qui discedere ex tali rerum statu non grauare cuperet. Et cum Præfectus amplius eum rem deliberare iuberet, Basilius, Ego quidem, inquit, & hodie & cras idem futurus sum: vtinam tu teipsum non mutasses. Creatura enim cum sim, creaturam adorare, Deumque esse profiteri, in animum non inducam meum: sed neque religioni vestræ me aggregari sustinebo. Tametsi enim vos clarissimi, & non minima orbis pars esse existimamini, me tamen minime decet hominibus gratificari, & proptrea fidem in Deum paruipendere: quam ego medius fidius proditurus non sum, etiam si mihi bonorum publicationem, & exilium, & aliud quidquam grauium ærumnarum, mortemque adeo ipsum minetis: nihil enim rerum talium mœrorem mihi afferre potest. Quod si facultates meas expetis, pannos hosce & cilicia, atque libros paucos, qui in mundo meo sunt, si hos, inquam, adamasti, recipe. Sin aut exilii causa solum vertam mauis, paratus ad id sum. Exul vero quomodo ero, qui semper terram quasi peregrinus pererro, & ad regionem aliam vehementer aspiro. Corpus porro hoc, vel post primam plagam, sensus omnino expers, & cruciatibus superius prorsus futurum est. Hæc atque his similia alia, quum liberrime Basilius dixisset, consternatus ad viri prudentiam Præfectus celeriter ad Imperatorem percurrit; eidemque Basilium constantiorem esse, quam vt à sententia sua suasione deducatur, renunciat; quapropter aut propalam in eum animaduerteret, aut persuaderi minis illum posse existimare desineret. Imperator tum quidem quieuit.

Constantia D. Basilii pro fide Christi.

Insignis Basilii aduersus Valentem libertas.

V. *De Oeniandi Episcopi constantia in fide Catholica & Romana.*

Cedrenus apud Io. Zonaram tom. 3. Annal. in Anastasio.

Anastasius Imp. Episcopum quendam Oeniandum audiens disertum admodum esse, & qui ora omnibus sententiæ de passo Deo assertoribus obturaret, eum ad se vocatum hortatus est, vt ad suam factionem descisceret, pollicens eum quicquid petiisset ilico acceptrum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad orthodoxos transi, ne dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis & Dioscori amplecteris, æterno igni addiçaris. Simulque apprehendēs Imperatoris chlamydem: Hæc ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, ô Imperator: sed sola comitabitur pietas, ac virtutum habitus. Missam fac Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine Indoctus es, & ratiocinandi ignarus neque vllum Ecclesiæ decretum perfecte intelligis, tantum impostoris & scurrilibus calumniis fatuos terres. Satis tibi sit dignitatis, quod Imperator es; antistites ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator pudore suffusus obmutuit. Pauperrimus autem cum esset ille Episcopus, ne obolum quidem ab Imp. voluit accipere: adeo liber erat, & solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens, terrena calcans omnia.

Oeniandi Ep. in fide Catholica constantia. Virtus sola comitatur hominem post mortem.

VI. *S. Cæsarius Ep. spretis blanditiis ac minis verum se constantemque Catholicum Iuliano Imp. refert.*

Greg. Nazianz. Orat. in fun. fratris Cæsarii Ep.

Iulianus Imperator Cæsarium (vt eiusdem frater Gregorius Nazianzenus scriptis prodidit) iis Reip. muneribus præfecit, quibus auctoritas & amplitudo inesset; quem nunc verborum lenociniis ac ingentibus promissis, nunc terroribus & minis omniq; machinarum genere in suum obsequium, erroremque trahere conatus est: sed strenuus Christi athleta superior semper è lucta excessit, crucis opprobrio imperii posthabens maiestatem. Cum enim non simulatum Christiani hominis figmentum, sed verus esset Christianus, certo sciebat quam ampli gloriæ laudisque thesauri sub crucis ignominia delitescerent.

B. Cæsarius verum se Catholicū aperit.

VII. *De aliquot monachis, qui sub Imperio Hunerici Imp. ad Arianismum tracti fidem Cath. constanter profitentur.*

Libe-

Victor Vticens. lib. 4. Wandalica persecut.

Liberatus Abbas, Bonifacius diaconus, Rusticus subdiaconus, Serus subdiaconus, Rogatus, Septimus & Maximus monachi, ex monasterio Carthaginem pertracti, primum blanditiis ad Arianam perfidiam sollicitati sunt. Illi vero vno ore & animo suam coram omnibus confessi sunt fidem, dicētes: *Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma:* nec poterit in nobis iterari, quod in doctrina Euangelii semel dari præceptum est: *Qui semel lotus est, non habet n cesse, vt denuo lauetur, sed mundus est totus.* Satius est momentanea perferre supplicia, quam æterna subire tormenta. Iubet Rex nauem sarmentis impleri, confessoresque ligatos super imponi, igneque subiecto, & naui in pelagi medium promota, concremari. Illi magna cum fiducia cantabant: Gloria in excelsis Deo; Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, quando pro fide Dei nostri supplicia perferemus, ne acquisitæ fidei indumentum amittamus. Ignis cum accenderetur, sæpius extinctus est. Ergo rubore & furore perculsus Rex, mandauit eos remorum vectibus necari.

Ephes. 4.

Ioan. 3.

Monachorum pro religione Cathol. constantia.

VIII. *De religionis Cathol. publica professione Publiæ sanctimonialis contra Iulian. idololatriam.*

Theodoret. lib. 3 histor. Eccles. c. 17. apud Baron. tom. 4. ann. 362.

Hoc loco historiam de fœmina quadam præstantissima plane memorabilem narrabo; nam fœminæ etiam diuino pietatis amore ac studio armatæ huius tyranni rabiem prorsus contempserunt. Publia fœmina illis temporibus nobilissima, & propter virtutis suæ præstantiam plurimorum celebrata sermonibus, matrimonii iugo aliquamdiu copulata, fructum Deo dignum sane admiratione obtulit. Nam Ioannes, qui longo tempore presbyteris Antiochiæ præfuit, & sæpe ad primatum Apostolicum suffragiis delectus, semper illum honoris gradum recusauit, ex eius ventre tanquam admirabili solo editus est. Hæc mulier chorum virginum perpetuam castimoniam professarum secum habens, Deum omnium opificem ac saluatorem hymnis assidue celebrare solebat. At cum Imperator illac prætergrederetur, virgines inter se clariore voce canunt, ratæ illum conscelcratum tyrannum contemnendum esse, & omnium irrisione ludendum. Canebant autem illos potissimum psalmos, quibus debilitas simulacrorum scite derideretur, & cum Dauid dicebant: Simulacra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. At postquam versus, qui illa sensus omnis expertia esse pronunciant, recitauerant, istum adiungebant: *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* His Iulianus cum maxima animi ægritudine auditis, iussit, vt eo progrediente conticescerent. At Publia eius leges parui æstimans, maiori cum alacritate chorum virginum in vnum coegit, & illo prætereunte denuo cantare mandauit: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius,* &c. Itaque tyrannus grauiter commotus iubet magistram chori ad se adduci: quā cum anum propter ætatem ingrauescentem cum primis venerandam cerneret, tamen neque canicie corporis ad misericordiam illius capiendam, neque animi virtute ad honorem ei tribuendum adducitur, sed satelliti cuidam dat mandatum, vt vtramque malam verberet, & genas eruenter manibus. Illa hanc contumeliam pro summo honore ducens, domum reuertitur, & tyrannum, vt solebat, spiritualibus cantilenis perstringit, non aliter quam ipse Psalmorum scriptor & magister Dauid, qui malignum spiritum, quo Saul agitabatur, compressit. Etenim iste tyrannus, vbi sceleratos dæmones sibi familiares reddiderat, Corybantum more facere, & contra verum Dei cultum rabiem exercere non destitit.

Christianarum virginum in cōtemnenda gentilitate libertas.

Psal. 113.

Psal. 67.

Publia matrona acriter cæditur.

IX. *De illustri Saturi viri clarissimi pro religione Cathol. certamine.*

Saturus, domus Hunerici procurator, accusatore quodam diacono Marinado vocatur, vrque Arianus fiat postulatur. Cum autem confessionem veritatis pluris faceret, quam omnia sua commoda aut damna: vxor adductis cōmunibus liberis ad genua mariti aduoluitur, perque omnia sacra rogat, obsecrat & obtestatur, misereatur sui, & pendentis à lacte matris filiolæ, & reliquorum coniugii pignorum: neu sinat eos generis nobilitas reddiderit claros, seruili conditioni subiiciantur: non patiatur, vt se viuo, indigno & turpi matrimonio cameiarii serui copuletur: Deum haud dubie respecturum, quod inuitus & valde grauatim faciat ipse, quod plerique fecissent voluntarii. Sed ipse ex Iobo ei respondet: *Tanquam vna ex insipientibus mulieribus loqueris.* Formidarem mulier, si tantum huius vitæ dulcedo esset futura amara, in amissione earum rerum. Imo si tu vere diligeres maritum, nunquam tu eum tuis insidiosis blanditiis in secundæ mortis exitium præcipitare conareris. Age, distrahant liberos, auferant vxorem, diripiant facultates: ego de Domini promissione plane securus, hæc verba in mente fixa tenebo: *Siquis non dimiserit vxorem, filios, agros aut domum, meus non poterit esse discipulus.* Vxor discedit. Saturus spoliatus omnibus, & plurimis suppliciis debilitatus mendicus demum relinquitur.

Historia Vtic. Vticens. lib. 1. de persecut. Wandal. ann. 456.

Summa Saturi constantia.

Iob. cap. 2.

Matth. 19. Marc. 10.

X. *De admirabili duarum mulierum coniugatarum pro Christi fide constantia.*

Cum iussu Hunerici Vandalorum & Alanorum Regis, Liberatus vir venerabilis, medicus, in exilium mitti iuberetur cum vxore & liberis, cogitauit impietas Ariana à parentibus filios paruulos separare, quo posset per pietatis affectum etiam virtutem genitorum prosternere. Distinguuntur tenera pignora filiorum. Qui cum vellet lacrymas emittere, authoritate vxoris increpatur, & in ipso meatu exitus sui illico lacrymæ siccauerunt: Ait enim ei coniunx: En propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuisse natos: nam & ipsos omnino vindicaturus est Christus: nonne vides eos clamantes, & dicentes: Christiani sumus.

Victor Vtic. lib. 3. de persec. Wandal.

sed

Sed hæc mulier quid in conſpectu Iudicum egerit tacendum non eſt. Nam cum ipſa & maritus ſeorſim, carceris tamen cuſtodia tenerentur, ita vt ſe penitus non viderent, mandatur mulieri diciturque illi: Solue iam duritiam tuam, ecce iam vir tuus paruit imperio Regis, & noſter factus eſt Chriſtianus. Atque illa: Videam illum, & faciam ego quod voluerit CHRISTVS. Educta igitur de carcere inuenit virum ſuum ſtantem cum ingenti multitudine pro tribunali connexum; & verum æſtimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram veſtimentorum eius gutturi proximam, videntibus omnibus ſuffocabat eum, dicens: Perdite & reprobe, gratiæ Dei & miſericordiæ eius indigne, quare voluiſti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? nunquid liberabit te de camino gehennæ: Dixit & alia multa. Cui maritus reſpondit: Quid pateris mulier! Quid tibi videtur? aut quid forte de me audire potuiſti? Ego in nomine Chriſti Catholicus permaneo, nec amittere aliquando potero quod teneo. Tunc hæretici mendacii ſui conſcii, & detecti fallaciam ſuam colorare minime potuerunt. Ibidem in ciuitate Cuſitana quædam matrona, auctrix nominis ſui Victoria, dum in conſpectu vulgi continuato ſuſpendio cruciaretur, à marito iam perdito filiis præſentibus ita rogabatur: Quid pateris coniunx? Si me deſpicis, vel horum, quos genuiſti, miſerere impia paruulorum. Quare obliuiſceris veri tui, & pro nihilo ducis, quos cum gemitu peperiſti? Vbi ſunt fœdera coniugalis amoris? Vbi ſocietatis vincula, quæ inter nos dudum honeſtatis iure tabulæ conſcriptæ fecerunt; Reſpice, quæſo, filios ac maritum, & regiæ iuſſionis implere feſtina præceptum, vt & imminentia adhuc tormenta lucreris; ſimul & mihi doneris & liberis noſtris. Sed illa nec filiorum fletus, nec ſerpentis audiens blandimenta, affectum multo altius eleuans à terra, mundum cum ſuis deliciis contemnebat. Quod cum iam continuatione ſuſpendii vulſis humeris, etiam qui cruciabant conſpicerent mortuam, depoſuerunt omni parte exanimem. Quæ poſtea retulit, quandam ſibi Virginem aſtitiſſe, atque tetigiſſe membra ſingula, & ilico fuiſſe ſanatam.

Zelus mulieris coniugatę pro ſua ac mariti ſalute.

Mendaciũ hæreticorũ detectum.

XI. *De conſtanti & ardenti pia fœmina affectu ad martyrium pro Chriſti nomine cum puerulo conualan te.*

In Edeſſa Meſopotamiæ ciuitate Martyrium eſt Sancti Thomæ Apoſtoli ſplendidum & illuſtre: in quo frequentes conueniunt propter loci ſanctitatem. Cum hoc Valens Imperator cernere vellet, cognouiſſetque vniuerſam conuenientium multitudinem hæreſim ſuam deteſtari, fertur Præfectum manu percuſſiſſe, quod non curaſſet eos inde expelli. Præfectus autem, cum contumelia hac accepta paratus eſſet vel inuitus Imperatoris iræ morem gerere, occulte (non enim tot virorum cædem perpetrare volebat) ſignificat, ne quiſquam in Martyrio deprehenderetur. Verum nemo acquieſcebat illius nec conſilio, nec minis. Omnes enim ſequenti die ad Oratorium confluunt. Cum autem Præfectus multorum militum manu ſtipatus, vt Imperatoris iram exequeretur, ad Martyrium illud properaret, mulier quædam paupercula filiolum ſuum manu trahens ad martyrium currebat, & ordinem ſatellitum Præfecti interrumpebat. Indignatus autem Præfectus mulierculam ad ſe duci iubet, illamque alloquitur, dicens: Quo tam incondite curris infelix mulier? Cui illa: Quo alii, inquit, currunt. Ille viciſſim: Non audiſti, inquit, Præfectum cunctos interemptorum, quos ibi repererit? Mulier, Audiui, ait, & ob eam cauſam feſtino, vt & ipſa ibi inueniar. Audito hoc Præfectus, admiratur conuenientium dementiam, Imperatoremque accedit, ac inſtruit, cunctos eſſe pro fide ſua moti paratos; nec conſonum eſſe rationi, vt tantus hominum numerus breui tempore occidatur. Atque ita Imperatori, vt iram poneret, perſuaſit.

Socrat. lib. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 18.

Mulieris Chriſtianæ conſtantia & fortitudo.

XII. *De puero, qui cum matre cremari maluit, quam tyranni blanditiis acquieſcere.*

In ciuitate, cui Negræ nomen eſt, egregium virilis animi ſpecimen edidit quidam puer martyr, mulierculæ vnius ex eis, quæ ad pyram accenſam rapiebantur pro Chriſto, filius. Hunc etenim tenerum adhuc tyrannus retinens diſtrahere à matre conabatur, demulcens illum, & quicquid ad animum adoleſcentem alliciendum faceret, obiiciens. Ibi vero puer matrem aſpiciens femur tyranni momordit, & ad illam procurrit, atque ita vna cum matre ſacrificium ſuaueolens per litationem ad Deum eſt tranſmiſſus.

Niceph. Calliſt. lib. 17. Eccleſ. hiſt. cap. 6.

Mira pueri martyris conſtantia.

XIII. *De alio puero ſeptenni, qui poſt varia eaque grauia pro fide tormenta morte mulctatur.*

Narrat Prudentius Poëta Chriſtianus libro Peri-ſtephanon, ſeu de coronis, puerulum non adhuc ſeptennem Romani martyris nobiliſſimi rogatu coram Aſclepiade Præfecto, Dei vnius eſſentiam, & Chriſti deitatem, exploſa deaſtrorum ethnicorum multitudine, conſtanter aſſeruiſſe. Matre accerſita iuſſit tyrannus carnificibus, vt puſionem ſublime tollerent, manu pulſarent nates, mox & remota veſte virgis verberarent. Cunctis flentibus ad tam immane ſpectaculũ, mater imperterrito vultu, & ſerena fronte, amore Chriſti contumax doloribus ſtetit. Paruus ſe ſiſtire exclamat; mater autem eum increpans, dicit Chriſtianum cedere morti non debere, aquam vitæ in Chriſto ſufficere: fontem illum perennem eſſe proximum: calicẽ infantium Bethleemiticorum eſſe exhauriendum. Iſaaci paruuli obedientiam, & ſeptem puerorũ ex Machabæorum hiſtoria conſtantiam commemorat. Puerulus virili animo virgas ſtrepentes & dolores vulnerum ridet, tortoribus & tyranno inſultat victor. In rabiem actus Aſclepiades puerulum capite mulctari iubet. Mater natum

Prudent. lib. Periſtephanon ſiue de Coronis.

Pueri ſeptennis cũ matre pro Chriſti fide conſtantia.

natum gerebat amplexu & sinu. Puerum popoſcit carnifex, mater dat, nec immota eſt fletibus, tantum oſculo impreſſo ei valedixit, & dum amputat ceruiculam carnifex, mater pſallere docta ex Dauidis Pſalmo 116. canebat: Preciosa in conſpectu Domini, &c.

XIV. *Adoleſcens Indus à ſuſcepta à ſe Chriſtianorum fide nulla ratione amoueri poteſt.*

Ex Annalib. Societ.

Annus eſt & amplius, quod nauim quandã Turcæ deprædati ſunt, in qua permultos Luſitanos in captiuitatem abduxerunt, cum triginta adoleſcentibus Indis: quorum qui minimus erat nouem annos habebat: maximus natu decimumſextum nondum exceſſerat: quos importune, vt Turcicam legem ſuſciperent, nunc blanditiis, nunc minis, flagellisque adhibitis ſollicitarunt. Neque tamen cum exquiſitis ſuppliciis crudelitateque ſumma in quorundam vibices laridum accenſum guttatim inſtillaſſent (quod vſitatum eſt apud eos genus tormenti) quenquam à fide IESV CHRISTI potuerunt dimouere. Quare indignati tyranni vi eorum vnum circumciderunt, cui cum pueruli acclamarent, eum tandem Mahometanum eſſe, quod circumciſus eſſet: illis iſte reſpondit; cum vi circumciſus ſit, non voluntate, Chriſtianum ſe fuiſſe adhuc eſſe.

XV. *De ancilla Chriſtiana inter impios Bonzos pro fide conſtantia.*

Ex iiſdem Annal. Soc.

Conſaluus Fernandus ex Iaponia hoc anno ad nos recurrit, & inter cætera, quæ multum ad diuini honoris amplificationem pertinent, vnum hoc retulit, quod nuper Bonzi, qui ipſius ad omnes errores magiſtri peſſimi ſunt, ob tanta Chriſtiani nominis incrementa in rabiem verſi, noſtris Patribus eiectis, nouos Chriſtianos dolore repleuerint. Chriſtianos vero, cum ſe ſine templo, & paſtore animaduerterent, hanc laudabilem conſuetudinem mordicus retinuiſſe, vt in ortu ac occaſu per ſingulos dies, crucem in monte longe à ciuitate poſitam adirent, ibidemque ſuppliciter, fuſis ad Deum precibus, ſe ſuaque negotia, ac ſalutem Deo commendarent. Erat vero ibidem ethnico cuidam Chriſtiana, ſed ſeruilis conditionis, quæ vna cum aliis ad crucem adorandam proficiſci ex more habebat; quod ei non ſolum herus prohibuit, verumetiam ad priſtinos errores retrahere, adhibitis etiam minis conatus eſt. Illa virili quadam animi conſtantia, non ideo ſe legem fidemque Chriſtianam ſuſcepiſſe reſpondit, vt ea reiecta ad muta, & omni numine carentia idola rediret; minas illius in minimis ponens. Quæ pro more, cum per temporis opportunitatem ad crucem adorandam cum reliquis Chriſtianis acceſſiſſet, herus furore immani correptus, & ira terribilis, redeunti ſe obuium opponit, & ſtricto enſe in pauperculam præceps ruens, eam capite truncat. Illa conſtantiſſimo animo mortem oppetens in Angelorum ſocietatem, vt credibile eſt, triumpho mirabili conſcendit.

Bonzorum impietas.

In cruce ad. oranda laudabilis Chriſtianorum cõſuetudo.

Ancillæ pro Chriſtianiſmo conſtantia.

TIT. XXII. De pœnis perſequentium Eccleſiam.

Pharao fideles Iſraëlitas perſequens ipſe vnà cum ſuis mari ſubmergitur. Exod. 14.

Sedecias, ob malum quod fecerat coram Domino, filiis coram occiſis, cæcatur, & captiuus abducitur. 4. Reg. 24. & 25.

EXEMP. I. *De horrenda Neronis morte primo Chriſtianorum Romæ perſecutore.*

NERO Imperator religionis Chriſtianæ perſecutor, ex ſententia in eum per Senatum lata, vt nudus per publicum duceretur, furca collo eius inſerta, virgisque ad mortem cæderetur, quod vniuerſum Senatum interficere concepiſſet, deſperatione melioris ſtatus omnino deficiens, à Prætorianis etiam militibus deſertus, vili indutus veſte, fugam arripuit, & cum tribus vel quatuor libertis, in prædiũ vnius ex his Phaontis nomine, inter viam Salariam & Nomentanam, quarto ab vrbe lapide poſitum venit, vbi in ſpelunca delitescens, cum equites ſe quærentes aduentare cognouit, ſibi ipſe, licet pauidus, intulit manus: quem ægre morientem vnus ex libertis Epaphroditus confecit, quarto Idus Iunii, ea die qua olim Octauiam coniugem interfecerat, agens ſuæ ætatis annum trigeſimum ſecundum.

Baron. tom. 1. Annal. ann. Dom. 70. ex Sueton. in Nerone.

Neronis fuga.

Neronis obitus.

II. *De vindicta diuina in Galerium Imperator. Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutorem.*

Galerium Maximianum Imperatorem caſtigatio & pœna cœlitus inuecta occupauit, & ex ipſa carne exorſa peruaſit ad animum. Ex improuiſo enim in illis corporis partibus, quas natura ob verecundiam contexit atque abdidit, naſcitur apoſtema, deinde in interioribus corporis receſſibus vlcus purulentum & fiſtuloſum, atque iſtorum inſanabilis morſus intima depaſcebatur viſcera, quæ quidem infinita vermium multitudine redundarunt, vnde fœtor lætalis & peſtifer efflatur: quandoquidem vniuerſa corporis moles ex nimia eius, antequam in morbum delaberetur, helluatione, & ingluuie in immenſam pinguedinem commutata erat, quæ cum putredine contabefacta, intolerabile, & horrendum ſpectaculum iis qui appropinquabant, exhibuit. Proinde ex medicis alii, qui exuberantem fœtoris grauedinem ferre omnino non poterant, fuere eius iuſſu trucidati: alii tota corporis mole intumeſcente, & in ſalutis deſperationem delapſa, cum nihil opis afferre valerent, crudeliter interfecti. Atqui tyrannus tantis cum miſeriis colluctans, tandem ſua maleficia in pios homines admiſſa animo recognoſcere cœpit. Mentem igitur recolligens, & tanquam rediens ad ſe, primum Deo omnium rerum creatori confitetur: deinde ſuis acerſitis perſecutionem contra Chriſtianos ſine dilatione ſedare & comprimere iubet, lege & decreto

Euſeb. lib. 8. hiſtor. Eccl. cap. 18.

Maximianus per morbum admonetur humanæ conditionis.

Imperatorio ipsos Christianos templa sua exædificare, rem maturare, consueta officia in illis facere: preces pro imperii statu fundere. Statim ergo ipse facto verbis probe consentiente, edicta Imperatoria in singulis ciuitatibus palam diuulgantur, quæ quasi palinodiam & retractationem iniuriarum nobis illatarum complexa sunt in hunc modum, &c.

III. *De miserando exitu Maximini Imp insignis Christianorum persecutoris.*

Euseb. lib. 9. hist. Eccl. c. 10. Baro. to. 3. Ann. an. 314.

Huic non absimilis est mors Cæsaris Cai Valerii Maximini, qui postquam varias persecutiones Christianis intulisset, tandem in secundo cum iis conflictu congressus, vitam amisit: sed nō ita vt decuerat decertans: neq; cum laude & gloria fortiter cadens. Nam q; acies quidem eius in loco plano structa cōsiliit: ipse aūr donis se continens, & tela effugiens, veluti qui manus aduersus Deum sustolleret, diuino in toto corpore suo affligitur flagello. Confestim siquidē dolore ex anxietate summa correptus, in lecto voluebatur, & inedia tabescebat. Incensio autem intra viscera exorta, habitum & formam omnem corrumpebat: extrinsecus etiam specimen eius deformabat, ita vt breui nihil in eo esset reliqui quam os aridū, simulacro persimile, quod horrorem timoremque spectantibus incuteret, & vt corpus eius tanquam animæ sepulchrum, aut culeus quidam altius eam in se defossam continens, esse videretur. Et cum cerebrum omne exustum esset, oculorum orbes loco suo moti exciderunt, eumque excæcarunt. Ipse porro doloribus maximis cruciatus, Deoque confessus, mortem sibi accelerauit: postremoque omnium condignas se pœnas, pro flagitiis ac contumeliis, quibus proterue & petulanter Christum esset persequutus, dare detestatus, execrādam tandem illam egit animam.

Miserandus Maximini persecutoris exitus.

IV. *De Hunerico insigni Catholicorum persecutore iudicii Dei pœnas, ac pessima morte sublato.*

Victor de persecut. VVandal. in fine lib. 3. Greg. Tur. de gest. Franc. lib. 2. cap. 3. an 484 Io Vasæus in Chro. Hisp. ad an. 477.

Anno Domini 484. cum Hunericus Wandalorū Rex deprostrata fide Catholica amens putaret parandum sibi triumphum, diuinam cogitur experiri vindictam. Quomodo autem id acciderit, sic Victor ad calcem operis dignum apponens colophonem, his verbis describit: Tenuit sceleratissimus Hunericus dominationem regni annis septem, mensib. decem, meritorum suorum mortem cōsummans: nam putrefactum & ebulliens vermibus, non corpus, sed partes corporis eius videbantur esse sepultæ. Tunc etiam, vt ait Turonensis, sol teter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluceret: credo namq; pro tantis sceleribus & effusione sanguinis innocentis. Hunericus vero post tantum facinus arreptus à dæmone, qui diu de sanctorum sanguine pastus fuerat, propriis se morsibus laniabat: in quo etiam cruciatu vitam indignam iusta morte finiuit.

Hunerici Regis portentosus exitus.

V. *Saraceni aduersus Christianos sæuientes diuinitus puniuntur.*

Si ebert. in Chron.

Saraceni Constantinopolim vicinasq; regiones infestantes, atrocemque passim Christianis cladem inferentes fame, frigore, bello, pestilentia sine numero perierunt. Tanta sane fames eos vexauit, vt nec ab excrementis tum iumentorum, tum hominum, nec carnibus cadauerum abstinuerint. Quibus fames & pestilentia pepercit, eos ferrum absumpsit. Qui cladibus istis superfuere, eos mare absorpsit, immissa in eos diuinitus igneæ grandinis tempestate, ex qua ereptæ sunt decem naues, quarum quinque à Romanis captæ, quinque in Syriam delatæ sunt, vt diuinæ vindictæ essent testimonio.

an. 719. Paul Diac. c. 12.

VI. *De tempestate in Catholicorum hostes vehementer sæuiente.*

Alber. Crāz. lib. 3. Metrop. cap. 2. an. Dom. 913.

Hungari cum Cremensium ecclesiam deuastantes multis magnisque contumeliis seruos Christi afficerent, subito impetu tempestas in ciuitatem irruens flammas in templi fastigium eiaculata est, quarum vehementia scindulæ, lateres & tegulæ ingenti crepitu dissultantes, ea vi hostes obruere, vt partim prostrati subito interirent, partim in vicinū amnem se præcipitarent, partim vero à ciuibus excepti cruenta morte occumberent.

VII. *De vltione diuina in Suen Danorum Regem Christianorum persecutorem.*

Adam Chronograp. lib. 2. cap. 21. & 25. apud Baro. to. 10. an. 980.

Anno Christi 980. cum magnam Suen Rex Danorum persecutionem Christianorum exercuisset in Dania, fertur Archiepiscopus supplicibus Legatis, & crebris muneribus laborasse, vt ferocis animum Regis Christianis redderet mansuetum. Quibus ille relictis, in sua crudelitate ac perfidia sæuire cœpit. Secuta est vltio diuina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum susciperet contra Slauos, bis captus & in Slauiam ductus, toties à Danis ingenti pondere auri redemptus est: nec tamen adhuc reuerti voluit ad Deum, quem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritauit & iratus est furore Dominus, & tradidit eum in manus inimicorum suorum, vt disceret non blasphemare. Tunc potentissimus Rex Sueonum Hericus exercitu innumerabili sicut arena maris collecto, Daniam inuadit; & occurrit ei Suen derelictus à Deo, frustra sperans in idolis suis. Multa vtrinque bella naualia (sic enim ea gens confligere solet) Copiæ Danorum omnes obtritæ. Hericus Rex victor obtinuit Daniam. Suen à Regno depulsus, dignam factis suis à Deo zelote recipit mercedem. Et hæc nobis iunior Suen recitauit in auo suo contigisse iusto Dei iudicio, quoniam illum dereliquit, quem pater eius bonum defensorem habuit. Post vindictam ergo scelerum, quæ in ecclesias Dei & Christianos commiserat, à suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus & inops consilii venit ad Northmannos, vbi tunc filius Haconis Thrucco regnabat. Is quoniam paganus erat, nulla super exulem misericordia motus est. Atille infelix à toto orbe deiectus, in Angliam transfretauit, frustra solatium quærens ab inimicis. Quo tempore Britannis

Vltio diuina insequitur persecutores Christianorum.

nis Adalrad filius Edgari imperabat. Is nõ immemor iniuriarũ, quas Dani ex antiquo Anglis inflixerant, exulem repulit: quem tandem miseratus infortunii Rex Scotorum benigne suscepit. Ibiq; Suen annos bis septem exulauit vsq; ad mortem Herici; & tunc ab exilio regressus regnũ patrum suorum obtinuit.

VIII. *Princeps Saracenorum exprobrator fidei Catholicorum bello diuinitus superatur.*

Ex Io. Curopalate hist. Grec. Baro. to. 10. Ann. ad an. 886 7

Inter victorias, quas Dei beneficio reportauit Basilius Imperator, illa magis proficua & memorabilis, qua magna gloria atq; potentia elatos hæreticos Manichæos sub Theophrices eorum ciuitatis principe Chrysochire militantes sic prostrauit, vt eorum innumera multitudo tunc collecta vt fumus euanuerit. Sed & in eo prælio magnopere est demonstrata diuina potentia, quod gestum est ab ipso per Andream Ducem, pium valde virum, aduersus Saracenos Tarsi regnantes: ad quem cum eorum Princeps (inquit idem Curopalates) literas misisset superbiæ & maledictorum plenas, & hæc indicãtes: Nunc videbo an Mariæ filius, eiusq; parens tibi proderit: cum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas literas cõuitii plenas acceptas ipsi magni Dei genitrici appendit, hæc locutus: Vide ô mater Dei, tuque ipsius filius & Deus, qualia exprobrauit & superbe dixit cõtra tuum superstitem populum barbarus iste arrogãs. Quibus dictis, assumptis Romanis copiis, contra Tarsum proficiscebatur, & eum ad Podandum peruenisset, ibi cum hostibus cõgressus, multa cæde fundit & fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum Dominus occubuisset; pauci vero vix se Tarsum incolumes recipiunt. Sepultis autem suis, & hostibus in vnum locum coactis, magnaque erecta ad posterorum memoriam columna, in patriam rediit cum spoliis.

Saraceni Christiano rum irrisores ope D. Virginis superantur.

TIT. XXIII. De causis defectionis fidei partim ob scelera dominantium, partim populorum.

EXEMP. I. *Ecclesia Saxoniæ fluctibus agitata, cœpit VVinulorum & Slauorum gens à Christiana fide resilire.*

Ex Chron. Sclauorum Hermoldi, Baron. to. 11. an. 1012. 9.

ANno decimo regni Henrici Germaniæ Regis mortuus est Dux Saxoniæ Benno, vir omni probitate conspicuus, & strenuus ecclesiarum defensator: cuius principatus hæres factus est Bernardus filius eius, licet à paterna felicitate diuertit. Ex illo enim tempore, quo Dux constitutus est in hac regione, nunquam cessauit discordia & perturbatio; quoniam Dux Henrico Imperatori rebellare ausus totam secum ad rebellandum Cæsari mouit Saxoniam. Deinde insurgens in Christum omnes ecclesias Saxoniæ terruit atque turbauit, illas præcipue, quæ in memorata rebellione ipsius malitiæ noluerunt applicari. Accessit his malis, quod idem Dux tam paternæ quam auitæ deuotionis, quam erga Slauos habebant, penitus immemor, gentem Winulorum per auaritiam crudeliter opprimens ad necessitatem paganismi coegit. Sane eo tempore Slauorum dominio potiti sunt Theodoricus Marchio & Dux Bernardus, illo quidem Orientalem, isto Occidentalem possidente prouinciam, quorum ignauia Slauos coegit fieri fidei desertores. Rudes adhuc in fide Gentilium populos, quos optimi quondam Principes cum magna lenitate fouerant, temperantes rigorem his, quorum propensius insistebant saluti, isti tanta crudelitate infectati sunt, vt excusso tandem seruitutis iugo libertatem suam armis defendere cogerentur.

Winulorũ defectio à fide Christiana ad paganismũ.

Slauorum desertio à fide vnde?

II. *De Poloniæ regno, quod periclitatum est, cum pietatem sprenit.*

Anno Domini millesimo vigesimo secundo cõtigit concuti Polonorum Ecclesiam conspiratione nobilium decimas soluere renuentium: sed Regis maxime pii auctoritate atque studio quamprimum turbæ illæ euanuerunt. Res gesta ita describitur à Longino Cracouiensi Canonico, sub hoc anno: Catholicæ religionis fidem cultumque Sathanæ inuidiæ malignitas in Poloniæ regno, & vicinis regionibus videns in breuis temporis spatio, primo quidem sub Miezlao Duce, deinde sub Boleslao primo Polonorũ Rege vehementer germinasse, & funiculos tentorii sui latissima propagine diffudisse; turbinem & procellam eodem in regno exciuit, & res fidei extinguere, & quietem stabilitatemque ciuilem nisus est perturbare. Nonnulli siquidem Ecclesia Polonorum nobiles Poloniæ, Satana suggerente, ob oneros am decimarum manipularium solutionem, oneros os cõspiratio-ne nobiliũ periclitatur Christianos ritus dicentes, præsertim, hi qui in spurcitiis genitalibus enutriti iugum orthodoxum non facile tolerabant, ad ritus redire profanos, & veruſtam sacrilegamq; viram resumere, & decimas non reddere tempore instituto, non Ecclesias frequentare, ministros q; & sacerdotes de eorum ecclesiis pellere frequenti conspiratione componebant. Id cum ad Boleslai Poloniæ Regis aures perductũ esset, non tulit fidelissimus fidei Catholicæ propugnator glisscentem conspirationem consurgere, sed in ipso suo ortu illam mox extinxit. Auctores enim illius, missis militibus, comprehendit, & capita cõspirationis partim capitali supplicio extinxit, partim verberibus mulctauit: cæteris minus reis, & sola contagione fœdatis, aliorumque suasionem secutis parcendum decreuit.

Io. Longinus Canonicus Cracouiensis apud Baron. to. 11. annal. ad an. Christi 1022. 17.

III. *Ambitione Friderici Ducis, & Martini Lutheri consilio fides Catholica è Saxonia exuiat.*

Superiori exemplo simile accedit idque recentius, de Ioanne Friderico Saxoniæ Duce. Hic (vt à fide dignis accepi) summo desiderio tenebatur familiam Austriacam Imperatoria dignitate spoliandi, Christiano

Pet. Ribadeneira lib. 1. de Principe Christiano

quod sensim videretur quasi hæreditario iure possideri. Quod suum desiderium cum vocato ad se Martino Luthero communicasset, auctor fuit Duci religionem vt mutaret, si imperium mutatum vellet. Accepto & approbato hoc consilio Lutherum sibi adiunxit conceptæ nequitiæ aptissimum instrumentum, eiusque impiam sectam aluit, errores fouit, fidem Catholicam in sua ditione euertit; neque his contentus, iure humano posthabito, in Carolum V. Imperatorem, ac Dominum suum arma sumpsit, &, vt Germania exturbaret, omnes machinas admouit. Sed insanum hoc consilium, stultamque prudentiæ humanæ rationem eluit euentus. Nam profligatis copiis victus captusque, & dominatu & Electoris potestate priuatus est: quam in Mauritium Ducem Ioannis Friderici patruelem, eiusque familiam Imperator transtulit; in qua præsens vsq; tempus perseuerat.

Fides Catholica per quos euersa in Saxonia.

IV. *Quantis periculis sit exposita in Gallia religio Cathol. ob Principum cum hæreticis & infidelibus confœderationem.*

Idem bid. Franciscus Primus & Henricus Secundus eius filius Galliæ Reges, quamuis Christiani & Catholici Principes, cum atrox ac funestum bellum aduersus Carolum Quintum Hispaniarum Regem gererent, humana potius quam diuina prudentia in consilium vocata; ille Turca fœdere sibi adiuncto, instructissima perfidi hostis classe maritimas oras Carolo parentes excursionibus infestauit; hic admissos in belli societatem Germanos Principes quos Protestantes vocant, in eundem conatu & animis armauit, vt etiam Galli historici scriptis prodiderunt. *Genebrard. in Chron. c. 4. an. 1548.* Verum quis ex eius generis fœderibus fructus? Nullus, præter dedecus & publicam offensionem. Nam Turcica classis, exiguo admodum detrimento rebus Caroli illato, tractum Galliæ circa Tolonis Martii portum, in quo in hibernis egit, indignis modis igni ferroque populata est, viresque & portus Gallorum explorauit, vt incidente occasione Gallias securius aggrediatur. Principes vero Germaniæ hæresi infecti, qui per summum nefas defecerant, bonis multati, & pluribus incommodis affecti, manus Imperatoris sui victrices vindicesque senserunt. Atque ob eiusmodi pactiones, & iniusta cum Ecclesiæ hostibus fœdera, aliaque nostra maleficia, quibus Numinis iram prouocauimus, permisit Deus nobilissimum, potentissimum, ac Christianissimum regnum adeo misere affligi, & veluti infernis ignibus conflagrare, vt nec piorum precibus, nec lachrymis comprimi, nec in tot tamque crudelibus bellis effusi sanguinis riuus in hanc diem restingui poterit.

V. *Nouatus Presbyter Romanus gloriæ cupiditate ductus ab Ecclesia Romana recedit.*

Niceph. Callist. li. 6. hist. De Nouato cum suis ab Ecclesia alienato scribit Nicephorus in hæc verba: Romæ autem, inquit, eis temporib. (Valeriani scilicet & Galieni Imperatorum) presbyter erat Nouatus nomine. Is fastu & iactantia inani sublatus omnem (vt est in prouerbio) mouerat lapidem, vt Romanæ Ecclesiæ gubernationem consequeretur. Vbi autem omnia expertus nihil egit, (erat enim tumore, ambitione, & gloriæ cupiditate immensa correptus) in desperationem incidit, & tandem aliud quod faceret non habens, ab Ecclesia seipsum segregans, proprios cœtus cogere, & nouam quandam hæresim per defectionem instituere cœpit; successionis suæ obtentum illum prætexens, quod episcopi eos, qui Deciana persecutione diis sacrificassent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepissent. *Eccl. c. 3. & Euseb. Cæs. lib. 6. c. 38.* Nouati in instituenda sua hæresi prætextus.

VI. *Quomodo Antuerpienses Tanchelinum hominem vanum ac impium sequentes à fide defecerunt.*

Circa annum Domini 1124. sub Henrico V. huius nominis Cæsare Germano, & Callisto secundo Romanorum Pontifice, emersit Tandemus, siue (vt alii volunt) Tanchelinus hæreticus in Germania; Hic, vt ait Segebertus, cum laicus esset, non minimæ tamen subtilitatis erat, sed multis etiam disertis clericis in sermone acutior, adeo quidem, vt eos superare omni in re videretur. In pretioso habitu & vestibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis persuasibilibus & conuiuiorum apparatibus eos, qui illum circiter tria millia armati sequebantur, alliciebat, & per eos in sibi resistentes cædibus sæuiebat. Qui ei in tantum credebant, eumque adeo reuerebantur, vt aquam in qua corpus lauisset, biberent, & pro reliquis absportarent: qui tamen cum tantæ impietatis esset, vt filias in matrum præsentia, sponsasq; maritis intuentibus corrumperet, id opus esse spirituale asserens. Ab hoc itaq; præstigiatore oppidani castri Antuerpiensis seducti paulatim a fide & bonis moribus desciuerunt. *Chron. Sigebert. circa annum 1124 Gabri. Prateol. lib. 18. hæresum. Hugo in vita S. Norberti. c. 34. apud Sur. 6. Iun. & Baro. to. 12. an. 1126. 12. 13.* Tanchelinus Sacramentariorũ præcursor Antuerpianos à fide remouet.

VII. *Bohemi Procopium hominem sceleratissimum sectantes quomodo in errorem prolapsi.*

Procopius Thaboritarum in Bohemia hæreticorum Dux fuit, Bohemorumque ad Concilium Basilienſe legatus, in spiritualibus Thaboritarum rector & patronus, Sigismundi Imperatoris Germani, & Ioannis 23. Papæ temporibus, circa annum Domini 1411. Cumque is multis victoriis & magnis sceleribus nobilitatus esset, euenit tandem, vt eam ob causam de eo fama inerebesceret, atque diuulgaretur, in omniumque ore, vt vir omni impietate insignis, haberetur; adeo quidem, vt cum Bohemorum legatus Basileam intraret, velut in illum, qui toties fidelium fudisset exercitum, qui tot oppida subruisset, qui tot denique hominum millia neci dedisset, omnium oculi conijcerentur. Hic tãdem cum à Concilio recedere statuisset, infecta re, pro qua cum suis Bohemis illuc venerat, in omniũ Patrum præsentia pro iisdem Bohemis ibidem exi-

Æn. Syluius lib. de origine Bohemorum Gabr. Prateol. lib. 14. hæres. Procopii nobilitas ex scelere.

stenti-

ſtentibus, contumaciter & ſuperbe locutus eſt in hunc modum: Communionem calicis habere & tenere pro laicis intendimus, &c.

VIII. *Vt Anglia olim hæreſeos Pelagiana labe fuerit aſperſa.*

Ex Gilda Pe. Ribad. lib. 1. de Principe Chriſtian. c. 29.

Quid de Britannia, quam nunc Angliam appellamus? Gildas ſcriptor perantiquus, & veritatis amantiſſimus teſtatur, per id tempus, quo Britanni Anglos, vt ſibi contra Pictones ac Scotos eſſent auxilio adſciuerunt, eam totam inſulam hæreſi Pelagiana corruptiſſimam fuiſſe, huiuſque impietatis vindicandæ gratia permiſiſſe Deum, vt Angli in eos ipſos arma conuerterent, quibus auxilio venerant, deuictoſque ex inſula pellerent, quam poſtea de ſuo nomine Angliam appellauerunt. Tantum porro de curſu temporis ibi creuerat errorum colluuies, vt, quo tempore S. Gregorius Pontifex Auguſtinum cum aliquot Monachis ſociis in Angliam ad propagandam fidem deſtinaſſet, inuentis nouem hæreticis Epiſcopis, nullum Catholicum repererit.

Anglia olim vt in hæreſim Pelag. lapſa.

IX. *Qua occaſione Lutherus ab Eccleſia Catholica defecerit.*

Gabriel Prateol. D. Theol li. 10. Elenchi hæreſum, ann. Dom. 1516.

Cum M. Lutherus magna ingenioli ſui oſtentatione, maximaque verborum iactantia ſuum nouæ doctrinæ genus iactitaret, contigit Leonem Romanum Pontificem templi Romæ D. Petro à Iulio ſecundo inchoati tandem abſoluendi, aut (vt ait Tilius) Turcici belli cauſa indulgentias atque peccatorum condonationes, ſiue pœnarum relaxationes elargiri: quas Archiepiſcopo Moguntino per Germaniam credidit diſtribuendas. Has Auguſtiniani commendatas ſolebant populo proponere. Verum Moguntinus hoc tempore illas ad Dominicanos tranſtulit diuulgandas: vnde ſimultas inter illorum mendicantium ordines haud ſane leuis exorta fuit. Lutherus vt erat ingenio acri, vbi quæſtum ad ſe ſuoſque redire ſolitum alio cum animi dolore, reique culinariæ detrimento videret translatum, cum non valeret eripere, ſtuduit ſaltem impedire, aliiſq; optatã illam prædam imminuere, vt ſi totam nõ excuteret, ſaltem maiori ex parte auerteret. Publice igitur in indulgẽtiarum vim atque efficaciam eſt inter concionandum magna cum animi contentione inuectus. Huic turbæ frigidam ſuffundebat Staupitius Auguſtinianorum Prouincialis vehementer illis obtrectans, earumque vim extenuans: contra Tetzelius Dominicanus ſua pro authoritate illas propugnabat. Mutuis ergo contrariiſque aſſertionibus populo Saxoniæ dubitandi anſam præbuere, opinionibus per contentionum ſtudia in peius declinantibus: cùm Lutherus initio indulgentiarum potius abuſum, quam legitimum earum vſum, quem ante laudauerat, fuerit inſectatus: quod & ipſe cum ſuis earum promulgationem maximopere ob ſperatum ſoliti iam quæſtus lucrum multo ſane maximum captarat. Hac inter ipſos igitur oborta cum infirmorum ſcandalo contentione de indulgentiarum viribus atque efficacia, Eccleſiæ pax atq; fidei vnitas dolẽdum in modum cum certa plurimorum Chriſtianorum pernicie fuit per has inſectationes diuulſa atque interturbata.

M. Lutherus cur ab Eccl. Cath. receſſerit.

Ann. 1516. contra Indulgentias dudum à ſe laudati inuenitur Luther.

Indulgentiarum quæſtui inhiabat Lutherus.

TIT. XXIV. De religione Cathol. à viris piis mortem opperentibus poſteritati ſerio commendata.

Ioſue iam moriturus, poſt res maximas geſtas, & populum Dei in terram ſanctam introductum, Iſraelitas omnes in Sichemam conuocauit, & Dei beneficia in eos commemorans, ſeruiturine eſſent Deo poſt ſuum obitum, necne, ſeuere interrogauit. Illis vero conſtanter affirmantibus, Ioſue de eo die fœdus cum populo feriit, eiſque inſtituta & iura Sichemæ propoſuit: cumque ea verba libro legis diuinæ inſcripſiſſet, ſaxum ingens ibidem ſub quercu in ſanctuario Domini ſitæ erexit, quod teſtis eſſet aduerſus Iſraelitas, ne datam Deo ſuo fidem fallerent. Ioſue 24.

Dauid ſummæ ſanctitatis Rex vehementer optans vt filius Salomon veſtigiis paternis inſiſtens, non regni tantum, ſed etiam pietatis ac virtutis eſſet hæres, & Deo propitio imperium eius nouis acceſſionibus creſceret, ſic illum moriens allocutus eſt: Ego ingredior viam vniuerſæ terræ, confortare & eſto vir: & obſerua vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, &c. 3. Reg. 2.

Tobias quoque ſenior moriturus filium & nepotes ad pietatem hortatur. Tob. c. 4.

EXEMP. I. *De extremis iisque Chriſtianis Conſtantiæ iamiam moritur. verbis ad Conſtantinum filium.*

Nicephor. Call. lib. 7. hiſt. Eccl. c. 19. Euſe. li. 8. c. 26. & 9. Baron. to. 2. an. 306. 14.

CONſtans Imp. Conſtantini Magni pater, ſenex & ætate cõfectus, Chriſtianorum ſacra pie colens, & propediem teſtamento iam condito moriturus, ad ſe commodum filium Nicomedia ad Gallias euocauerat; quo maiore etiam animi voluptate & lætitia aduenientem eum excepit. Aſſurgens igitur in lecto, aliis abdicatis, quum ei ipſi liberi, Senatus, populuſque vniuerſus, & aduenæ quoque permulti adeſſent, inſignia Imperatoria & coronam auream Conſtantino impoſuit, præconis munus ipſe pater in filio adimplens. Hæc enim ad Senatum & filium ipſum eſt loquutus: Nunc mihi mors vita ipſa dulcior eſt futura: nũc optatus adeſt obitus. Teneo ſiquidem maximum epitaphium, ſepulchraleque monumentum, meum filium. Et quod in terris Imperatorem relinquo, qui Deo bene iuuante Chriſtianorum lacrymas abſterſurus, & patratam ab impiis tyrannis crudelitatem vindicaturus eſt: id ego ſummæ mihi felicitatis loco eſſe duco. Deinde ad multitudinem conuerſus, bono animo omnes eſſe iuſſit, qui à vera in Chriſtum pietate non deſciuiſſent, quem deinceps cum Conſtantino in armis fore dicebat.

Conſtant. à patre ſucceſſor imperii inſtituitur.

Deus in armis cũ bono Principe

II. *De extremis Theodosii Imperatoris, quæ filiis reliquit, mandatis.*

Theodoret. lib. 5. hist. Eccl. c. 25. Niceph. lib. 13. c. 1. hist. Theodosii morituri postrema verba ad filios.

Theodosius Imp. qui multis laboribus & periculis mediocrem effecit tranquillitatis statum, tam in Ecclesia ab hæreticorum turbulentis actionibus, quam ab hostium insidiosis ac perfidis incursionibus, cupiens eam felicitatem ad posteritatem transmitti, filios suos Arcadium & Honorium accersitos iam moriturus ardentiore affectu & oratione magis seria cohortatur, per salutem ipsorum & Reipublicæ obtestans, vt sua vestigia insequentes hoc sibi vnice curæ esse vellent, quo fidei & pietatis doctrina pura & incorrupta conseruaretur, & ad posteros propagaretur; in eo conando nullis laboribus ac sumptibus parcerent; nam in hoc vno & solo omnis felicitatis summam vere esse positam. Hac ratione vnica, nec vlla alia, recte firmari pacem, confici bella, egregia trophæa, & parari victorias.

III. *De egregia Caroli quinti sub mortem ad filium exhortatione.*

Robert. Gaguin. lib. 7. hist. Fr. apud Sur. 25. Aug. c. 22. Robertus Gaguinus libro de gestis Francorum testis est, in Archiuis Caroli V. Regis Gallorum repertam esse chartulam præceptorum, quæ S. Ludouicus Rex filio suo primogenito, dum Tunetum obsideret, dictauit & scripsit: eamq; ex Caroli thesauro receptam Girardum de Montaguto regium scribam Carolo exhibuisse anno salutis millesimo, trecentesimo, sexagesimo quarto. Inter ea vero præcepta & hæc habentur: Fili mi, ante omnia diligenter in eam curam incumbe, vt diligas Deum; nemo enim potest saluus esse, nisi Deum amet. Caue, ne vnquam admittas peccatum mortiferũ, sed omnia potius ferre velis genera tormentorum, quam aliquam talem perpetrare culpam. Crebro confitearis peccata tua, deligasque tibi sapientes confessarios, qui te possint instituere, & docere, quid agere, quid vitare te oporteat, & coram illis ita te compares, vt audeant te syncere reprehendere, & vitia tua indicare tibi. Parentibus tuis debes amorem, reuerentiam, & obedientiam. Semper sis addictus & deuotus Romanæ Ecclesiæ, & eius Pontifici haud secus, atque spirituali patri te morigerum præbeas.

Pulchra Caroli V. ad filium admonitio.

Reuerentia erga Rom. Pontificem

IV. *Præcepta pia dat Erricus Rex Alarico filio iam moriturus.*

Io. Magn. lib. 15. hist. c. vlt. Testamentum insigne fuit Errici Westgothorũ Regis; qui conuocatis ad se proceribus suis prædixit se ad nonum diem è vita mortali transiturũ, impetrauitque ab illis, vt Alaricum filium suum in regni solium collocarent: Ei moriens præcepit, imprimis, vt Deum diligeret, Dei ministros honoraret, sine consilio procerum fidelium nihil arduum tentaret, subditos amaret, iustitiam coleret, clementiam seruaret, omnibus se benignum & liberalem exhiberet. Arelate obiit.

V. *De pia legatione Philippi II. è vita migrantis ad filium.*

E vita eius. Philippus II. Hispaniarum Rex religionis Catholicæ suo tempore studiosissimus, multa ætate confectus, anno Domini 1600. cum esset è terris in cœlum abiturus post susceptum vnctionis extremæ sacramentum, filio suo Philippo astanti has præceptiones dedit: Deus tibi magnam gratiam fecerit, si te ad eum gloriæ apicem, in quo me vidi, euexerit; & te, sicut me, prosperarit. Te ex animo obtestor, vt cum id assecutus fueris, huius lecti, in quo me vides, & ibi omnes huius mundi gloria sistit, memineris. Tibi commendo sedi Apostolicæ obedientiam, fidei Catholicæ protectionem, religionis Christianæ zelum, Reipublicæ pacem, & in subditos iustitiam. Si Deus hæc consilia mea firmauerit, suum regem non amiserit hoc regnum, sed solum cum fructu commutauerit.

Philippi II. morientis verba ad filium Philippum III.

VI. *D. Antonius moriens fidem Catholicam suis testatam reliquit.*

Baron. to. 3. Annal. an. Dom. 318. ex Athan. in vita eius; & D. Hier. in Chronico. Anno Christi Domini trecentesimo, quinquagesimo octauo, sanctus ille toto orbe conspicuus Antonius magnus, sexto decimo Calen. Feb. ex hac vita in cœlum migrauit; iam iam quintum supra centesimum vixisset annum. Moriturus autem nihil antiquius habuit, quam fidem Catholicam suis præclare testatam relinquere, de cuius fideli custodia eosdem sæpius antea admonuerat: hoc enim pio fidem suis discipulis astantibus quasi nobile depositum commendauit, ista post alia subdẽs: Custodienda est pia fides in Christum, & Patrum religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione, & crebro meæ paruitatis didicistis admonitu. Et post alia: Schismaticorum quoq; & hæreticorum venena [illegible]tate, meumq; circa eos odium consectamini, qui Christi sunt inimici. Scitis ipsi, quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter eorum prauam voluntatem, & pertinax contra Christum bellum.

De XII. Articulis Fidei.

I. *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.*

TIT. XXV. Vnum Deum esse, verum & incomprehensibilem.

Elias verus Propheta ad demonstrandum vnum verum Deum esse, nullo negotio ignem de cœlo per inuocationem deduxit; quod multi falsi Prophetæ à suo Baal impetrare non potuerunt 3. Reg. 18.

EXEMP. I. *Vnum esse Deum, non vero plures, testimonio Syluestri I. comprobatur.*

POstquam Petrus & Paulus Apostolorum Principes à Deo missi Constantino Imperatori apparuis- *Euseb. lib. 7. hist. Eccl. cap.*

paruissent, vt ad baptisma suscipiendum opera S. Syluestri Romani Pontificis hortarentur, à somno excitatus Episcopum acciri iubet, & ea qua decuit obseruantia & veneratione considere iussit, eumq; haberetne Deos Petri & Pauli appellatione, diligēter percontatus est. Cui Syluester: Nobis, inquit, ō Imperator, dii multi nō sunt, sed vnus, cuius opus est vniuersum hoc: Petrus vero & Paulus, quos dixisti, dii prorsus non sunt, sed serui, & Apostoli Dei, qui quod præcipue propter egregiam fidem, charitatisque ardorem & desiderium, Deo grati chariq; fuere, sanctitatis arcem occuparunt, primum inter sanctos locum obtinentes. Primi quippe gentibus omnibus diuinitatē Domini nostri IESV CHRISTI annuntiarunt, atque ab ipsis Ecclesiæ omnes initia sumpserunt.

II. *Procopius pro veritate de vno solo Deo colendo capite mulctatur.*

Euseb. lib. 8. hist. Eccles. c. 12. S. Procopius cum in iudicio sisteretur, & esimperatum esset, vt diis immolaret, vnum solum Deum se scire dixit, cui, sicut ab eo ipso præceptum est, soli esset sacrificandum. Postquam vero quatuor Imperatoribus hostias etiam offerre illi mandatum fuit, sententiam quandam, quæ illis parum arridebat, elocutus, hoc scilicet Homeri carmen; Non bona res multi Domini, Rex vnicus esto: extemplo securi percutitur.

III. *Ad firmandam vnius Dei colendi veritatem nudis pedibus illæsus in prunis ambulat Tiburtius.*

Ex Br. Rom. Conc. Trid. 11. August. S. Tiburtius sancti Sebastiani oper. Christianus, cum ob eam causam ad Fabianum iudicem adductus esset, multaque apud illum de Christi fide prædicaret, excandescens iudex pauimentum candentibus carbonibus sterni iubet; Nox, Tiburti, ait, vel diis nostris sacrifices oportet, vel per istos carbones nudis pedibus tibi incedendum est. At ille crucis signo se muniens, fidenterque ambulans in pruna; Discite, inquit, ex hoc solum esse Deum, quem Christiani colunt; prunæ enim mihi flores videntur.

IV. *Infinitam Dei maiestatem ab homine comprehendi non posse apta similitudine ostendit S. Ægidius Minorita.*

In vita eius apud Sur. 23. April. Duo fratres Dominicani inuiserunt aliquando F. Ægidium Minoritam, cumque inter se de rebus diuinis colloquerentur, & occasione data alter ex eis diceret, S. Ioannem Euangelistam in sui Euangelii exordio sublimia, & quæ comprehendi non possint, dixisse de Deo, Ægidius ait: Immo vero S. Ioannes nihil dixit de Deo. Dicenti autem Dominicano: Quid tu loqueris pater? cum testetur Augustinus, si sublimius locutus esset S. Ioānes, totum mundum eum capere non potuisse. Ne sic ergo dixeris, nihil eum dixisse de Deo: At Ægidius respondit, Equidem permaneo in sententia, rursusq; aio, prope eum nihil dixisse de Deo. Dum autem id indigne ferret Dominicanus, mentem suam hac similitudine aperuit Ægidius: Vides, inquit, altissimum hunc montem? Is si totus ex milii semine constaret, & exigua auis quotidie inde comederet, quantam putas eius portionem etiam centum annis absumeret? Respondet Dominicanus: Etiamsi mille annis inde ederet, nihil tamen id esset comparatione reliqui montis. Sic ergo, inquit F. Ægidius, etiam se habet immensa Deitas, tamque ingens & infinitus est diuinæ perfectionis mons, vt S. Ioannes, instar paruæ auis, nihil dixerit de Deo, si respicias ad summam eius maiestatem. Cōsentientia Iubet Dionys. Areopag. de Theologia.

V. *Constantinus Imperator Christianorum Deum esse vnum ac verum Deum publico edicto profitetur.*

Nicephor. Callist. lib. 7. hist. Eccles. c. 34. Inter ea quæ Constantinus Magnus post baptismum susceptum constituit, Senatu in Basilicam, quæ Vlpia dicitur, conuocato, sincera mente etiam sanxit, ne de cætero dii esse vel dicerentur, vel crederentur: non deos hominum esse, sed potius homines deos illorum esse dictitans. Et quum seipsum ea in re apertum manifestumque haberent exemplum, vt Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, vt Deum verum certumq; in cœlis regnantem adorarent & colerent; Et ne quis aliquid veteris erroris apud se hærere suspicari posset, sinceritatis suæ indicium, templum in palatio suum ostendit. Populus porro huiusmodi Imperatoris dictis applaudens, quadragesies Christianorum Deum verum Deum esse exclamauit. Constantinus seipsum vnum exemplar fidelib. proponit.

TIT. XXVI. Deum esse trinū in personis.

EXEMP. I. *Æqualitas personarum in Trinitate miraculo contra Arianos roboratur.*

Ex Gregor. Turon. de glor. martyr. cap. 81 Baro. to. 7 ad ann. Dom. 382. 42. 43. ANno Domini quingentesimo, octogesimo tertio controuersia orta inter Catholicum Diaconum, & Arianum presbyterum de fide Trinitatis, quæ miraculo dirempta est. Rem gestam sic narrat Gregorius. Arianorum presbyter cum Diacono nostræ religionis altercationem habebat, proferens contra Dei Filium ac Spiritum sanctum, vt mos est genti, venenosas assertiones. At ille cum diu multumque nonnulla de fidei nostræ ratione disseruisset, & hæreticus perfidiæ obcæcatus caligine, quæ erant vera respueret, iuxta illud; quia *in maleuolam animam non introibit sapientia*; adiecit dicens: Quid longis sermocinationum intentionibus fatigamur? Factis rei veritas approbetur: Succendatur igni æneus, & in feruenti aqua annulus alicuius proiiciatur. Qui vero eum ex feruenti vnda sustulerit, ille iustitiam consequi comprobetur: quo facto pars diuersa ad cognitionem huius iustitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu, hæretice, si hæc pars nostra, Spiritu sancto adiuuante, compleuerit, nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile fateaberis. Consensit hæreticus huic definitioni, & inito vsque mane placito discesserunt. Sed fidei feruor, per Admiraculum prouocatur hæreticus. *Sap. 1.*

quem

Fide feruor tepescit in Catholico.

quem hæc primum Diaconus protulerat, cœpit, inimico insidiante, tepescere. Diluculo autem surgit, brachium infundit oleo, vnguento conspergit: sed tamen loca sancta circuit, & Dominum deprecatur. Quid plura circa horam tertiam in foro conueniunt: concurrit populus ad spectaculum, accenditur ignis, æneus superponitur, feruet valde, annulus in vnda feruente proiicitur. Inuitat primũ Diaconus hæreticum, vt ipse eum à calore auferat: sed statim recusauit, dicens: Qui hanc sententiam protulisti debes auferre. Diaconus vero licet trepidus, tamen denudat brachium: cumque ipsum videret vnguentis hæreticus presbyter delibutũ, exclamauit dicens: Magicis artibus te elitandum putasti, vt hæc vnguenta diffunderes: nec valebunt ista quæ agis. Dum itaque litigantibus, superuenit Diaconus ab vrbe Rauenna, Hyacinthus nomine; scisciteturque quæ esset hæc altercatio, vt veritatem cognouit, nec moratus, extracto à vestimentis brachio, in æneum dextram mergit. Annulus autẽ qui electus fuerat erat valde leuis ac paruulus, nec minus ferebantur ab vnda, quam vento ferri posset vel palea. Quem diu multumque quæsitum infra vnius horæ spatium reperit. Accendebatur interea vehementer focus ille sub dolio, quo validius feruens non facile assequi posset annulus à manu quærentis: extractusque tandem, nihil Diaconus sensit in carne sua, sed potius protestatur, in imo quidem frigidum esse æneum, in summitate vero calorem teporis modici continentem. Quod cernens hæreticus, valde cõfusus iniicit audax manum in æneo dicens: Præstabit mihi hæc fides mea. Iniecta manu, protinus vsque ad ipsa ossium internodia omnis caro liquefacta defluxit, & sic altercatio finem habuit.

Annulum ignitum sustinet Catholicus in cõfirmationem Trinitatis, & ei non nocet.

Ignis hæreticum vrit qui pepercit Catholico.

II. *Alio simili miraculo fides de sanctissima Trinitate confirmatur.*

Greg Tur. de glor. Confess. c.14. Baron. to. 7. ann.583.

Retulit vir fidelis, spectasse se Christianum cum hæretico pro fide nostra certantem, altercantibusque diu de diuinis scripturis, cum flecti non posset hæreticus, vt agnosceret veritatem, ait; Si nostræ religionis, si scripturarum testimonia te ad credendum minime mouent, vel virtutem indiuiduæ Trinitatis experire. Est digito meo annulus aureus, ego eum in ignem iacio: tu candentem collige. Porrectumque inter prunas annulum ita igniri permisit, vt eis similis cerneretur: conuersusque ad hæreticum ait: Si vera est prosecutio tua, sume eum ab igne. Illo autem resistente, ait vir: Immensa Trinitas Deus, si quid indignum te credo, ostende, certe si recta est fides mea, nihil mihi prævalebunt hæc incendia sæua. Et ablatum ab igne annulum diutissime palma sustinuit, & nihil est nocitus; sed magis, confuso hæretico, Catholicos reliquos feruore suæ fidei roborauit.

Igne probatur fides Cathol. de Trinitate.

***

III. *Agilanis Legatus disputans cum Greg. Turon. de Trinit. confunditur, & infirmitate debilitatus conteritur.*

Gregor. Tur. hist. Francor. l.5. c.43. & Baron. ann. 583.

Non tacendum hic de Agilane Ariano homine misso Legato à Leuuigildo Hispaniarum Rege ad Chilpericum Gallorum Regem, qui in via Gregorium Turonensem Episc. ad disputandum prouocauit. Historia sic ab eodem Gregorio describitur: Leuuigildus Rex Agilanem Legatum ad Chilpericum mittit, virum nullius ingenii aut disputationis ratione peritum, sed tantum voluntate in Catholica lege peruersum. Quem cum via Turonos detulisset, lacessire nos de fide, & impugnare ecclesiastica dogmata cœpit: Iniqua enim (inquit) fuit antiquorum Episcoporum lata sententia, quæ æqualem asseruit Filium Patri. Nam qualiter (inquit) potest esse Patri æqualis in potestate, qui ait: *Pater maior me est?* Non est ergo æquum, vt ei similis æstimetur, quo se minorem dicit, qui tristitia mortis ingemuit, cui postremo moriens spiritum quasi nulla ræditus potestate commendat. Vides Patre eum & ætate & potestate paterna minorem. Ad hæc ego interrogo: Si crederet IESVM CHRISTVM Filium Dei esse, si eundemque esse Dei sapientiam, si lumen, si veritatem, si vitam, si iustitiam fateretur: qui ait, Credo hæc omnia esse Filium Dei. Et ego: Dic ergo mihi: quando Pater sine sapientia? quando sine lumine? quando sine vita? quando sine veritate? quando sine iustitia fuerit? sicut enim Pater sine istis esse non potuit, ita & sine Filio esse nõ potuit, quæ maxime & Dominici nominis mysterio coaptantur. Sed nec Pater esset vbique, si Filium non haberet. Quod autem eum dixisse ais: Pater maior me est; scias eum hoc ex assumptæ carnis humilitate dixisse, vt cognoscas, non potestate, sed humilitate te fuisse redemptum. Nam tu, qui dicis, *Pater maior me est*, oportet meminisse quod alibi ait: *Ego & Pater vnum sumus*: nam & mortis timor & commendatio spiritus ad infirmitatem corporis est referenda, vt sicut verus Deus, ita & verus homo credatur. Et ille: Cuius quis implet voluntatem, eo & minor est: semper Filius minor est Patre, quia ille facit voluntatem Patris, nec Pater illius voluntatem facere comprobatur. Ad hæc ego: Intellige, quia pater in Filio, & Filius in Patre in vna semper Deitate subsistit: nam vt cognoscas Patrem Filii facere voluntatem; si in te fides euangelica manet; audi quid ipse IESVS Deus noster, cum ad resuscitatum venit Lazarum, ait: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me, & ego sciebam, quia semper me audis: sed propter turbam quæ circumstat, dixi, vt credant, quia tu me misisti.* Sed & cum ad passionem venit, ait: *Pater clarifica me claritate, quam habui apud te metipsum, priusquam mundus fieret.* Cui Pater de cœlo respondit: *Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Æqualis est ergo Filius in Deitate, non minor, sed neque aliquid minus habens: nam si Deum confiteris, necesse est integrum fatearis, & nihil egentem: si vero

Disputatio Gregorii cũ Agilane Legato Ariano.

Ioan. 14.

Agilanes Arian. arguit contra æqualitatẽ Trinitatis.

Deus vt nunquàm sine sapientia aut lumine: sic. nec absque Filio.

Ioan. 10.

Ioan. 11.

si vero integrum esse negas, Deum esse non credis, & ille: Ex assumpto homine cœpit Filius Dei vocitari; nam erat quando non erat. Et ego: Audi Dauid dicentem: *Ex vtero ante Luciferum genui te.* Et Ioannes Euangelista ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: & hoc Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; per quam facta sunt omnia.* Nam vos cœcati veneno persuasionis nihil dignum de Deo sentitis. Et ille: Nunquid & Sanctum Spiritum Deum dicitis, aut æqualem Patri, Filioque decernitis? Cui ego: vna in tribus est voluntas, potestas, & operatio: Vnus Deus in trinitate, & vnus in vnitate: tres personæ, sed vnum regnum, vna maiestas, vna potentia, omnipotentiaque. Et ille: Spiritus sanctus, inquit, quem æqualem Patri profertis ac Filio, vtrinque minor accipitur; quia & à Filio promissus, & à Patre legitur missus, nemo enim promittit, nisi quod suæ dominationi subsistit, & nemo mittit nisi inferiorem se, sicut ipse ait in Euangelio: *Nisi abiero, Paracletus ille non veniet; si autem abiero, mittam illum ad vos.* Ad hæc ego respondi: Bene Filius ante passionem ait: quia nisi ille ad Patrem victor remeauerit, ac proprio sanguine redempto mundo dignum Deo ex homine præpararet habitaculum, non potest sanctus Spiritus idem Deus in pectore fanatico & originalis criminis labive infecto descendere. Spiritus enim sanctus, ait Salomon, effugiet fictum. Tu autem si spem aliquam resurrectionis habes, noli loqui aduersus Spiritum sanctum; quia iuxta sententiam Domini Spiritum sanctum blasphemanti non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro. Et ille: Deus est qui mittit; non est Deus qui mittitur. Ad hæc interrogo, si crederet doctrinam Petri & Pauli Apostolorum? respondente autem eo: Credo; adieci: Cum argueret Petrus Apostolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat: Quid tibi visum est mentiri Spiritui sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo. Et Paulus cum gratiarum spiritualium distingueret gradus: Hæc omnia, inquit, operatur vnus atqui idem Spiritus, diuidens vnicuique prout vult: qui enim quod voluerit, facit, in nullius redigitur potestatem: nam & vos (vt superius dixi) nihil recte de Trinitate sancta sentitis: & quam iniqua sit huius sectæ peruersitas, ipsius autoris vestri, id est Arii expressit interitus. Ad hæc ille respondit: Legem, quam non colis, blasphemare noli: Nos vero quæ creditis, etsi non credimus, non tamen blasphemamus: quia non deputatur crimini si & illa & illa colantur; sic enim vulgato sermone dicimus: non esse noxium, si inter Gentilium aras, & Dei Ecclesiam quis transiens vtraque veneretur. Cuius ego stultitiam cernens, aio: Vt video, & Gentilium, & hæreticorum assertorem te esse manifestas, cum & ecclesiastica dogmata maculas, & paganorum spurcitias prædicas adorari. Satius, iniquo, faceres, si ea te armaret fides, quam Abraham ad Ilicem, Isaac in ariete, Iacob in lapide, Moyses vidit in sente: quam Aaron portauit in logio, Dauid exultauit in tympano, Salomon prædicauit in intellectu; quam omnes Patriarchæ, Prophetæ, siue lex ipsa vel oraculis cecinit, vel sacrificiis figurauit: quam & nunc præsens suffragatur Martinus noster, vel possedit in pectore, vel ostendit in opere, vt tu conuersus crederes inseparabilem Trinitarem, & acceptà nobis benedictione, purgatoque à malæ crudelitatis veneno pectore delerentur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, & nescio quid quasi insanus frendens, ait: Ante anima ab huius corporis vinculis emicet, quam ab vllo religionis vestræ sacerdote benedictionem accipiam: Et ego: Nec nostram Dominus religionem siue fidem tepescere faciat, vt distribuamus sanctum eius canibus, ac pretiosarum margaritarum sacra porcis squalentibus exponamus. Ad hæc ille, relicta altercatione, surrexit, & abiit. Sed post hæc cum in Hispanias reuersus fuisset, infirmitate debilitatus ad nostram religionem, necessitate cogente conuersus est.

Ioan. cap. 1.

Ioan. 16.

Agilanes confunditur à Greg. Turonensi.

A Spiritu S. sunt distributiones gratiarum.

Arianorum extrema dementia.

Agilanes Arian. infirmitate debilitatus conuertitur.

IV. *Filium Dei & Spiritum sanctum vnius & æqualis esse substantiæ cum Patre plano miraculo declaratur.*

Tempore, quo diuturna obsidione vallabatur à Chunis Ciuitas * Vasatensis, omni nocte sacerdos qui præerat, circuibat psallendo, & orabat, nec ab vllo auxilium, nisi à Domini misericordia requirebat. Hortabatur omnes orare, & non deficere, asserens humiles preces cœlorum ianuas penetrare. Hostis vero in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineasque pecoribus intromissis vastabat: sed sacerdoti bono operi insistenti celeriter virtus diuina adfuit. Nam nocte visum est ipsi barbarorum Regi, quasi psallentes homines in vestimentis albis, accensis cereis circuire muros vrbis, & indignans ait: Quæ est hæc peruersitas & securitas vana, vt obsessi quasi despectis nobis, canticis nescio quibus ac laudibus perstrepant? vere quia digni sunt perditione. Et statim misit ad vrbem nuncios interrogantes quid sibi ista velint. At ille negant scire se quæ dicuntur, neque de iis aliqua persensisse. Alia vero nocte vidit quasi globum magnum ignis super vrbem descendere, & ait: Si contra nos hi obsessi contumaciter agunt, nec nos metuunt, vel cœlestis eos ira consumet. Cumque non videret vllum ab vrbe incendium consurgere, misit iterum interrogare, quæ essent quæ viderat. Similiter negauerunt nihil se omnino vidisse. Tunc Rex Gaufericus ait: Si hæc isti nesciunt, manifestum est quod Deus eorum adiuuat eos: & statim discessit à loco illo. Sacerdos autem conuocatis ciuibus vigilias celebrat, & Missarum agit festa pro liberatione populi sui. Dum autem hæc ageret, aspiciens sursum vidit super altare quasi de camera templi cadere tres guttas, æquales magnitudine, claritate, candore crystallum vincentes.

Ex Greg. Turon. lib. 1. de mirac. c. 13. Sigebert. in Chron. ad ann. Dom. 453.

* Gallice, Gazas, en Gascogne.

Visiones Regis Hunnorum Vasatensem vrbem obsidentis.

Cumque omnes cum admiratione & ſtupore vehementi intenderent, easque nullus auderet attingere, Petrus quidam Presbyter, qui, vt res ipſa adſerit, magni meriti erat, exhibita argentea patena guttas colligere nititur: quæ dum per altare vago curſu rotantur, defluentes in ipſam patenam, ſtatim in ſe coniunctæ, quaſi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt: patuitque euidenti ratione contra iniquam & Deo odibilem Arianam hæreſim, quæ eo tempore pullulabat, hæc acta: agnitumque eſt, ſanctam Trinitatem in vna omnipotentiæ æqualitate connexam nullis gartulationibus poſſe diſiungi. Tunc gauiſus populus, & intelligens munus ſibi indultum fuiſſe diuinitus, conferens aurum, gemmasque pretioſas, crucem fecit, in qua hanc gemmam ſtatuit: ſed protinus omnes reliquæ gemmæ, hac accedente cecidерunt. Tunc Pontifex intelligens non eſſe conſortium cœleſtibus cum terrenis, fabricata cruce ex auro puriſſimo, eam gemmam media intercapedine locat, & populo adorandam præbet. Nec mora, fugato, vt diximus, hoſte ciuitas liberata eſt. Iam ex hoc multi infirmi hauſto vino vel aqua, in qua gemma abluitur, protinus ſanitati redduntur. Denique, cum adorata fuerit, ſi à peccato eſt homo immunis, & ipſa appareat clara: cæterum, ſi, vt plerumque adſolet, humanæ fragilitate aliquid detulerit criminis, tota ei videtur obſcura: miramque præbet diſcretionem inter innocentem & noxium, cum vna tra, alteri monſtretur ſplendida.

Trinitas miraculo cõfirmatur.

Arianorum in Gallia hæreſis.

Miracula.

Crux diſcretiua bonorum.

V. *Quomodo fidei Catholicæ de Trinitate regula fuit S. Gregorio Thaumaturgo diuinitus tradita.*

Greg. Nyſſen. orat. de vita Gregor. Thaumat. Caſ. Baron. tom. 2. Ann. Eccl. ad ann. Chriſti 233. 15. 16. 17. 18. & habetur in 1. Synodo Oecumen.

Cum Gregorius Thaumaturgus per totam noctem aliquando de ratione atque ſermone fidei diſpiceret & ſpecularetur, & varias animo cogitationes agitaret: erant nimirum etiam tunc nonnulli, qui ad piam & ſynceram religionis doctrinam adulterarent, ac per probabiles argumentationes ſæpenumero etiam doctis & prudentibus veritatem facerent ambiguam, pro qua tunc ei peruigilem curis atque ſolitudine noctem agenti quidam in figura humana, facie ac forma ſenili, euidenter apparet, ornatu atque compoſitione indumenti auguſtum quendam, ſacrum atque diuinum referens decorem, magnam gratia vultus atque diſpoſitione figuræ præ ſe ferens virtutem. Hic vero viſu perterritus, & ſurgere è lecto, & quis eſſet, cuiusve rei gratia veniſſet, ſciſcitari. Cum autem ille perturbationem mentis eius ſubmiſſa voce ſedaſſet, ac dixiſſet, ſe iuſſu diuino apparuiſſe ei propter eas rationes, quæ apud ipſum controuerſæ, & ambiguæ eſſent, vt pie fidei veritas reuelaretur, & bono animo eſſet; audito ſermone, & quodam cum gaudio atque conſternatione illum contueri cœpit. Deinde cum ille directo manum protendiſſet, & quaſi oſtenderet ei per digitorum directam protenſionem id quod ex tranſuerſo apparebat, hic & vna cum directa manus protenſione circumagere ſuum obtutum, & videre aliam imaginem aduerſam ei, quæ prius apparuerat, in figura muliebri, excellentiorem quidem, & auguſtiorem quam pro humana conditione: rurſum autem perterritus, & facie auerſa vultum demittere, ac perplexus & dubitabundus hæſitare de ſpectaculo, cum oculis apparitionem ferre non poſſet: etenim miraculum viſionis nimirum in hoc potiſſimum erat, quod cum nox eſſet obſcura, lumen vna cum iis, quæ apparuerant, ei effulſerat, quaſi aliqua lucida teda accenſa. Cum igitur oculis ferre apparitionem non poſſet eorum, qui ſibi apparuerant, inter ſeſe rationem eius rei, de qua ambigebatur, exponentium ratiocinationem audiuit, per quam non ſolum accepit veram cognitionem fidei, verum etiam nominatim eos, qui apparuerant, cognouit, vtroque eorum propria appellatione alterum alloquente. Audiuiſſe enim dicitur ex ea, quæ in muliebri habitu viſa erat, cum hortaretur Euangeliſtam Ioannem, vt adoleſcenti myſterium pietatis veræ aperiret ac declararet: atque illum dixiſſe, ſe paratum eſſe etiam in hoc matri Domini gratificari, quoniam hoc ei cordi eſſet: atque ita expoſito ſermone, qui & rei quæſitæ conueniret, & admodum bene definitus & circumſcriptus eſſet, rurſum ex oculis diſceſſiſſe. Atque hunc extemplo diuinam illam inſtitutionem & diſciplinam literis mãdaſſe; & ſecundum illam poſtea in eccleſia ſermonem prædicaſſe; ac poſteris, tanquam patrimonium quoddam, & legatum diuinitus datam illam doctrinam reliquiſſe, per quam vſque in præſentem diem inſtituitur illius ciuitatis plebs, quæ ab omni hæreticã malitia intacta permanſit. Porro myſticæ illius diſciplinæ verba hæc ſunt: Vnus eſt Deus Pater Verbi viuentis, ſapientia ſubſiſtentis, & potentiæ & figuræ æternæ, perfectus perfecti genitor, Pater filii vnigeniti: vnus Dominus, ſolus ex ſolo, Deus de Deo figura & imago Deitatis, verbum efficax, ſapientia conſtitutionis rerum vniuerſarum comprehenſiua, & potentia totius creaturæ effectrix, Filius verus veri Patris, viſum effugiens, viſum effugientis & corruptioni non obnoxius, non obnoxii corruptioni, & morti non obnoxius, non obnoxii morti; & æternis æterni: Vnus Spiritus ſanctus ex Deo ortum & exiſtentiam habens, quippe per Filium apparuit, videlicet hominibus: imago Filii perfecti perfecta. Vita viuentium cauſa, fons ſanctus, ſanctitas ſanctificationis ſuppeditatrix: per quem manifeſtatur Deus Pater, qui eſt ſuper omnia & in omnibus, & Deus Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quæ gloria atque æternitate, & regno non diuiditur, neque abalienatur.

Fidei ſymbolum D. Gregor. Thaumat. reuelatum.

Ioan. Euangeliſta Cathechiſta Gregor. Thaumaturgi.

Fidei formula à Dei para Greg. Thaumaturgo tradita.

VI. *S. Trinitatis myſterium P. Ignatio Loyolæ diuinitus innoteſcit.*

Quodam die, dum indicta publica ſupplicatione Minor eſſe religioſum agmen inſtruitur; & Ignatius interim Beatiſſimæ Virgini pſallit, inſiſtens gradibus templi Dominicani, ſubito in Deum ita rapta

Ex lib. 1. vita B. P. Ignatii Loyolæ per Petr. Maff. cap. 7.

rapta mens eius est, quasi per appositas quædam, & maxime illustria symbola Trinitatis ipsius nomen augustissimum cerneret distinctum personis, vnum essentia. Qua visione tanto gaudio est delibutus, vt neque in ipso mox agmine lacrymis & singultui crebro temperare valuerit, neque vero totum eum diem alia vlla de re, nisi de sanctissimo illo fidei Christianæ mysterio; disputare, idque similium & exemplorum tanta varietate & copia, vt cuncti obstupescerent: quin etiam per eos ipsos dies non dubitauit homo, litterarum propemodum ignarus librum de Trinitate conscribere, quoquo potuit stylo: vsque adeo cælestis typi, quos diximus, in eius memoria atque intelligentia diuinas illas rerum altissimarum notiones impresserant. Ac licet antea quoque & monadem in triade, & in monade triadem sanctissime coleret, suasque & naturæ diuinæ communiter, & separatim singulis personis preces hymnosque persolueret; ab hoc tamen raptu longe studiosior & ardentior euasit in eodem officio pietatis, eamque laudabilem consuetudinem ad extremũ vsque vitæ retinuit, sic vt præcipuam caperet voluptatem, & proprio quodam sensu rerum cælestium afficeretur, quotiescumq; sanctissimæ Trinitatis sacra perageret.

Trinitatis mysterium Ignatio reuelatum.

VII. *Sacrosanctam Trinitatem ab Angelis collaudari audit Ignatius Antiochenus Episc.*

Morem Antiphonorum, hoc est, alternis per responsionem carminum seu psalmorum concinendorum Ecclesia antiquitus iam inde ab Apostolis accepit: diuinum namque Ignatium, qui tertius in Ecclesia Antiochena à Petro Apostolo hierarcha fuit, & cum Apostolis omnibus plurimo tempore vixit, quum per ecstasim animi consternatus esset, visionem nouam vidisse ferunt: sanctos scilicet Angelos, alternis & sibi inuicem respondentibus carminibus sanctam Trinitatem hymnis & laudibus vehentes. Et ipse primus hanc concinendi formam Antiochenorum Ecclesiæ dedit, vnde quasi à fonte in alias Ecclesias Dei omnes eiusmodi consuetudo est propagata.

Ex Niceph. Callisto, lib. 11. hist. Eccles. ca. 8.

S. Trinitatem laudãt Angeli.

VIII. *Sanctissimam Trinitatem nescit dæmon glorificare, quod illi displiceat homines Trinitatis cognitionem & fidem habere.*

Dicebat nobis Abbas Eusebius Presbyter monasterii Raythu, cum ad illum venissemus, quod dæmon in habitu monachi profectus fuit ad cellam senis, & cum pulsasset ianuam, aperuit senex, & dixit illi, Ora. Dæmon autem ait: Et nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Senex autem rursus dixit, Ora: & dæmon similiter ait: Nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Tunc senex, & die, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, etiam nunc, & semper, & in secula seculorum Amen.* Hoc autem cum dixisset senex; dæmon quasi vim passus ab igne euanuit.

Exprat. spiri. Sophronii cap. 119.

Dæmon in habitu monachi, Gloriam Trinitati reddere nescit.

IX. *Trinitati augustissimæ illudit dæmon.*

In Præmonstratensi Ecclesia cuidam fratri altius de ineffabili Trinitate (quæ Deus est, cogitanti in matutinis dæmon astitit, & ei tria gestans capita apparuit, Trinitatem se esse contestans, & ob fidei suæ meritum Trinitatis visione eum dignum esse affirmans: sed frater inimici dolum agnoscens, conuitiando eum recedere à se compulit, non quod malum sit de Trinitate cogitare, dummodo cum humili cogitatione; sed vt fugiamus illam Sapientis communicationem: *Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria*, qui scilicet proprio ingenio nititur. Hinc Bernard. Non verearis illud quod scriptura minatur scrutatorib. maiestatis; tantum offer purum & simplicem oculum, non tuam, sed Dei gloriam quærendo.

Continuator Sigeberti sub an. Do 1121. Vinc. l. 26. hist. c 19. S. Trinitati dæmon illudit.

Prouerb. 25.

Bern. ser. 62. super Cantica.

X. *Archiepiscopus simoniacus tertiam in Trinitate personam proferre nequit.*

Tempore Victoris II. Papæ an. Christi 1055. cum simoniaca hæresis totam Italiam, & Burgundiam occupasset, idem Pontifex misit à latere suo * Archidiaconum Hildebrandum ad vltramontanas patres cum quibusdam Episcopis. Cum autem ad Lugdunensem Prouinciam peruenisset, in ea Synodum celebrauit, in qua per ipsum Archidiaconum Deus maximum dignatus est operari miraculum. Residentibus enim in ea Synodo Archiepiscopis, Episcopis, & aliarum Ecclesiarum Prælatis, Archiepiscopus vir quidam litteratus, & eloquens accusatus est de crimine simoniæ. Qui sequenti nocte omnes suos accusatores pecunia corrupit, & sibi amicos fecit. Mane autem facto rediens ad Synodum audacter dixit: Vbi sunt qui accusant? exeat in publicum quicumque me voluerit damnare. Tunc obmutescentibus cunctis prædictis Archidiaconus, tanquam vir discretus & sapiens conuertens se ad illum, dixit: Credisne ô Archiepiscope, Spiritum sanctum cum Patre, & Filio vnam esse substantiam Deitatis? Quo respondente, Credo, addidit Archidiaconus: Dic. *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.* Tunc ille, *Gloria Patri, & Filio* expedite dicebat, sed Spiritum sanctum nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret, videns se per diuinum iudicium omino confusum, procidit ad pedes Archidiaconi, & confessus est proprio ore se simoniacum esse. Postquam vero a sacerdotali & episcopali officio est depositus, *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto*, libera & clara voce decantauit. Quod factum in tantum simoniacos perterruit, quod præter alios Prælatos Ecclesiarum viginti septem, Episcopi quadragintaquinque simoniacos se esse confessi sunt, & suis honoribus absque vlla alia accusatione renunciauerunt. Celebrata Synodo, & aliis rebus rite ordinatis & compositis, Legati ad vrbem redierunt.

Baro. to. 11. Annal an. 1055. 16. 17. ex Nicolao Aragonio Cardinali. Carol. Sigon. lib. 8. de Regno Ital. an. 1055.

* nonnisi subdiaconum.

Archiepisc. miraculo arguitur simoniacus.

Impii Deũ glorificare nesciunt.

XI. *Diuus Augustinus de augustissima Trinitatis mysteriis scribens quomodo raptus.*

Ex Sabell. lib. 2 c. 6. & Marc. Marul. Spalat. lib. 2 c. 4.

D. Augustinus Hipponensis Episcopus, dum sanctæ Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens contemplaretur, ita à seipso abscesserat, vt à muliere, quæ illum consulere cupiebat, sæpius interpellatus nihil responderet; imo ne respiceret quidem: mulier denique quia se contemptam putauit, abiit tristis. Postero die, cum eum in ecclesia audiret, in spiritu rapta vidit de Trinitate disputantem; atque audiuit, idcirco se illum die hesterno frustra quidem adiisse, quod eiusmodi meditatione occupatus, ipsam neque videre, neque sentire omnino potuisset, ac proinde ne redire dubitaret. Rediit, & quod petierat consilium, sine cunctatione accepit.

Sanctæ Trinitatis mysteria sublimia.

XII. *Sacrosanctissima Trinitatis mysterium non posse comprehendi à puero docetur B. Augustinus.*

Ex Thoma Cantipra. lib. 2. Apum c. 48. §. 3.

Eo tempore, quo Beatus Augustinus librum de Trinitate composuit, illi miraculum Deus ostendit. Hipponensis ciuitas Africæ nobilis, in qua B. Augustinus episcopatum administrauit, super littus maris pulchertime sita erat. Beatus autem Augustinus in consuetudine habebat, vt post diuinum studium & laborem vespere super littus maris, sequentibus à longe Episcopis & clericis, qui pro consilio & negotio vniuersalis Ecclesiæ eum frequentabant, solus antecedens deambularet; ne scilicet eius contemplationem aut studium colloquentium fabulatio impediret. Cum ergo sic solus incederet, puerulum miræ pulchritudinis ibi sedentem inuenit, qui facta in terra fossa paruula (sicut pueri in plateis ludentes solent) cochleari argenteo aquam de mari hauriebat, & in illam paruam fossam effundebat. Quem vt Beatus Augustinus ita serioſe sedentem vidit, pedem mox pressit, & stetit: procedens inde puerum salutat, & inquirit quid agat, & puer cum magno serio respondit: Volo, inquit, totum istud exhaurire mare, & isti fossæ, si possum, infundere. Quo respõso quasi pueri vir sanctus in risum decentissimũ solutus respondit. Et quomodo, inquit, ô bone puer, hoc poteris? Ingẽs est mare: & paruum cochlear quo hauris, fossa paruula in quam fundis. Et mox puer: Possibilius, inquit, mihi est hoc facere, quod intendo, quam te implere quod cogitas. Ad hoc B. Augustinus mirabiliter stupefactus, quid hoc esset interrogat: Et puer, Cogitatu, ait, voluis, & æstimas volumine breui concludere, quid sit illud indiuiduæ Trinitatis inexplicabile Sacramentum. Et hoc quidem antequam possis, isti fossæ paruulæ potius maris vndas infundam. Hæc dicens puer repente disparuit: B. vero Augustinus Christum in facto glorificans, quam verum puer dixerat, mox aduertit.

Puer nititur totum mare paruo eochleari in fossam paruam infundere.

Trinitat. mysterium incomprehensibile.

XIII. *Quomodo Euagrius prohibuerit, temere & inconsiderate de Deo esse disputandum.*

Tripart. lib. 6 hist. Eccl. c. 11.

Euagrius cum longa orationis serie audiuisset de Deo atque de Trinitate disputantes, temere & inconsiderate de Deo disputandum esse prohibuit: definire vero diuinitatem modis omnibus interdicit: ait enim rerum compositarum esse definitiones. Is itaque sic ait: Omnis propositio aut genus habet, quod prædicatur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta Trinitate horum quæ dicta sunt poterit comprehendi: igitur quod ineffabile est, ratione silentii adoretur.

Temerarie de Trinitate disputationes fugiendæ.

XIV. *Andronicus Imper. Euthymium Episcopum curiosum de Trinitate disputantem obiurgat.*

Ex Niceta Chron. l. 2. Annal.

Andronicus Comnenus Imp. in religione optime institutus, de diuinis dogmatibus disputandi curiositatem adeo improbabat, atque de Deo noui aliquid dicere vel scribere auersabatur, vt Euthymium Episcopum nouæ Patræ eruditissimum, de illo Christi dicto: *Pater maior me est*, *Ioan. 14. 28.* in suo tabernaculo contra quendam alium contentiosius disserentem obiurgarit, & in Rhyndacum amnem se abiecturum minatus sit, ni desisteret.

XV. *Christus ipse de Trinitate dubitantem confirmat.*

D. Anton. 3. par hist. Tit. 24. cap. 9. §. 6.

Cum quidam Frater Simon de veritate articuli Trinitatis quasi dubitando inania cogitaret, & ex tentationis huius opportunitate esset multum afflictus, cum illa tristitia obdormiuit, & ecce Christus benedictus eidem apparuit dicens: Simon dormis? Ille vero ignorans esse Christum se euigilans sibi impatienter respondit. Et cum iterato sibi diceret Christus: Simon dormis? ille plenius euigilans vidit eum. Et ipse qui apparebat non erat purus homo, nec pura creatura. Quem Christum benedictum agnoscens stupefactus ante ipsum cum magna se reuerẽtia prostrauit. Non cogites de his, inquit, nec de Trinitate aliquo dubites, sed sicut audisti, & credit Catholica Ecclesia, firmiter ita credas, & hoc dicto Christus disparuit, & Frater ille fuit ab illa tentatione liberatus.

XVI. *De sacrosancta Trinitatis mysteriis Tiburtium vt instruxerit S. Cæcilia.*

In vita S. Cæciliæ c. 8. & 9. apud Sur. 10. 22. Nouemb.

Cum B. Cæcilia Valerianum sponsum ad Christum adduxisset, Tiburtium quoque Valeriani fratrem sic ad vnius Dei notitiam perduxit. Vt intelligas, inquit, simulacras esse formas testaceas, & gypseas, & ligneas, & æneas, & cuiusuis metalli: & non dicas eos esse Deos, in quibus viuunt araneæ, & volucres stercora egerunt: in quorum capitibus solent nidificare ciconiæ, quos faciunt condemnati, quando damnati propter maleficia mittuntur in metallum, cum ergo initium accipiant ex condemnatis, quomodo existimari possunt aut credi dii? inter mortuos enim & simulacra nulla est differentia. Quomodo enim mortuus habet quidem omnia membra, spiritum autem & vocem non potest habere nec sensum: ita etiam hæc vana simulacra, deorum quidem habent nomina, cognoscuntur autem esse infe-

infelicia, malaque & terreſtria. Quæ quidem oſtenduntur eſſe homines mortui, quoniam ſunt eis etiam membra, ſicut hominum. Quamdiu enim vixerunt, oculis aſpexerunt, & auribus audiuerunt, & pedibus ambularunt, & ore locuti ſunt, & manibus palpauerunt, & naribus olfecerunt: cœperunt tamen à morte, & in mortem æternam permanent, quod oſtendantur nunquam vixiſſe, vel potuiſſe viuere. Tunc dixit Tiburtius cum omni compũctione: Qui ſic non credit, eſt brutum, & non venit in iudicium. Quamobrem ego quoque dico cum omni veritate, non eſſe alium Deum, niſi Deum Chriſtianorum, & me deinceps eum colere & adorare. Hæc cum diceret Tiburtius, S. Cæcilia deoſculata eſt eius pectus, & dixit: Reuera hodie confiteor te eſſe plane meum fratrem. Quomodo enim Dei amor tuum fratrem fecit eſſe meum coniugem: ita etiam ſimulacrorum contentio fecit te meum eſſe fratrem. Tunc enim ſic inſtituit: Cœli & terræ, & maris, & omnium volucrum, quæ volant in aere, quadrupedum & reptilium creator; ex ſe, priuſquam omnia faceret, genuit Filium, & produxit ex ſua potentia. Spiritum ſanctum, Filium, vt faceret omnia, Spiritum ſanctum, vt viuificaret vniuerſa. Omnia autem quæ facta ſunt, conſtruxit filius a Patre genitus: & omnia quæ fuerant conſtructa, ex Patre procedens Spiritus ſanctus animauit. Dicit ei Tiburtius: Hucuſque dictum eſt, credi oportere vnum Deum eſſe in cœlis.

Deus vnus eſt in S. Trinitate.

Quomodo autem nunc tres teſtaris eſſe Deos? Reſpondit S. Cæcilia, & dixit: Vnus eſt Deus in ſua virtute, quem ſic in S. Trinitate partimur, quomodo in vno homine ineſſe dicimus artem, memoriam, & intelligentiam: quoniam arte inuenimus id, quod didicimus: memoria tenemus, quod docemur, intelligentia comprehendimur, ſi quid nos vnquam contemplari contigerit aut audire. Quidnam ergo facimus? num hæc tria in homine vna poſſidet intelligentia? ſi ergo homo in vna intelligentia poſſidet nomen trium ſignificatorum: quomodo non Deus omnipotens in vna & eadem diuinitate vim obtinet Trinitatis. Tunc Tiburtius cum in terram cecidiſſet, cœpit clamare & dicere: Reuera ô chariſſima, non mihi videtur lingua humana dare reſponſum: ſed coniicio Dei Angelum per os tuum eſſe locutum: & magnas egit gratias, quod cito vnum eſſe Deum in tribus perſonis et aperte probauerit.

XVII. *Childebertus Rex Catholicus armis Trinitatem defendit.*

Io. Magn. lib. 16. c. 4.

Childebertus Francorum Rex peruenit aliquando cum exercitu ad expugnandum Cæſarauguſtanam ciuitatem; quod ibi Arianam hæreſim vigere putaſſet. Percontatus autem ex ruſtico, quem in agro deprehendit, quam religionem vrbis habitatores ſequerentur, eſſentne Chriſtiani catholici, an Ariani: ille, vt erat agricola, pro ſuo captu, vt poterat, reſpondit: Sanctam inibi in Deitate Trinitatem & Vnitatem in Trinitate credi. Gauiſus Rex Pontificem vrbis ad ſe vocat, eumque alloquens ait: Quia Catholicam plebem audio vrbem inhabitare, arma, quæ contra Arianos ſumpſi, inde conuerto. Sed quem interim hæc vrbs inter cœlicolas patronum veneratur? Ille refert; Diuum Vincentium martyrem eſſe principem eius loci defenſorem, quod eius reliquiæ ibi ſeruarentur: Cui Rex: Ne tantum laboris ex itinere fruſtra ſuſceperim, rogo mihi aliquid ex eius reliquiis impartiri. Igitur Pontifex & Clerus communi conſenſu ſtolam & tunicam S. martyris Regi donauerunt. Ille ſuſcepta dona ſecum duxit Pariſios, ibique S. Martyri eccleſiam conſtruxit & dedicauit, inſtitutis ibidem monachis, quibus eaſdem exuuias diligenter conſeruandas commendauit.

XVII. *Propter confeſſionem æqualitatis perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis caditur Clericus.*

Ex lib. 1. miracul. Greg. Tur. de gloria martyr. c. 82. Baro. to. 7. Anna. ad an. Chriſti. 583.

Tempore cum incredulitas ac iniqua Arianorum ſecta in locis Hiſpaniæ per malorum peſſimas aſſertiones diſſeminata fuiſſet, quidam Clericus apprehenſus Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt, adſerens æqualem Patri Filium & Spiritum ſanctum eſſe. Cui Rex, qui præerat, oblatis muneribus, tanquam maiorem ſe ſuppliciter deprecabatur, vt ſcilicet comprehenſa confeſſione de ſanctæ Trinitatis æqualitate, minorem Patre Filium cum ſancto Spiritu fateretur: quod ſi faceret, & facultatibus ditaretur, & magnus haberetur in populis. Quod illo conſilium tanquam morſum viperæ fugiente, ac iniqui virus mortiferum reſpuente anguis, adiecit Rex: Video inquit, duram intentionem mentis inſanæ, ſed noui temperamentum tuum, vt quem munera non deflectunt, facile tormenta ſubiiciant. At ille: Vtinam dignus habear, ait, in hac iugulari confeſſione, nam munera tua tanquam ſtercus exhorreo. Tunc iratus Rex iuſſit eum ad trochleas extendi, & fortiter cædi: interrogatus, Quid credis? reſpondit, iam dixi tibi: *Credo Deum Patrem omnipotentem, & Filium eius Ieſum Chriſtum.* Poſt hæc cæſus eſt valde, ſed ſemper durabat in confeſſione: nec vnquam eum à fideli linea potuit hæc tortura deflectere: nam in primordio cum cæderetur, tres tantum verberum ictus ſenſit: qui, vt ipſe poſtea referebat; ipſam animam penetrarunt. Reliqua vero flagella tanquam ſi aliquod velamentum dorſo ſuperpoſitum fuiſſet: ita non ſentiens, magis fidem quam cœperat inter tormenta poſitus prædicabat. Itaque cum Regi ſatisfactum de eius cæde fuiſſet, dimiſſus eſt, obteſtante eo ne in terminis Hiſpaniæ vnquam inueniretur. At ille lætus diſcedens in Gallias eſt egreſſus. Et vt fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui hæc ab ipſius clerici ore audita narrauit.

Trinitatis æqualitatẽ confitetur clericus inter verbera.

Non ſentit VerberaClericus pro Trinitat. confeſſione cæſus.

XIX. *Gundebaldum Burgundionum Regem ab errore de Trinitate liberare fruſtra conatur S. Auitus Viennenſ. Epiſc.*

Baro. tom. 6. Anna.

Cum Gundebaldus cognouiſſet aſſertiones hæreticorum nihil eſſe à ſancto Auito Epiſcopo Vien-

nensi, Christum Filium Dei, & Spiritum S. æqualem Patri confessus, clam vt chrismaretur expetiit, cur ait sacerdos: Si vere credis quod nos ipse Dominus edocuit, exequere. Ait autem; *Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui est in cœlis: Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui est in cœlis.* Sic & ipsos sanctos ac dilectos suos beatos Apostolos cum de futuræ persecutionis tentationibus doceret, insinuauit dicens: *Attendite vobis ab hominibus, tradent enim vos in conciliis & in synagogis suis flagellabunt vos, & ante Reges, & Præsides stabitis propter me in testimonium illis & gentibus.* Tu vero cum sis Rex, & à nullo apprehendi formides, seditionem pauescis populi, ne creatorem omnium in publico fatearis, relinque hanc stultitiam, & quod corde te dicis credere, ore profer in plebe, sic enim & beatus Apostolus ait: *Corde creditur, ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, sic & Propheta ait: *Confitebor tibi Domine in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te*, & iterum: *Confitebor tibi in populis Domine, psalmum dicam nomini tuo inter gentes.* Metuens enim populum, ô Rex, ignoras quia satius est, vt populus sequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faueas populari? Tu enim es caput populi, non populus caput tuum: Si enim ad bellum proficiscaris, tu præcedis cateruas hostium, & illi quo abieris subsequuntur. Vnde melius est, vt te præcedente cognoscant veritatem, quam te pereunte permaneant in errore; Nam Deus non irridetur, nec enim diligit illum, qui propter terrenum regnum eum non confitetur in sæculo. Ista ille oratione confusus vsque ad exitum vitæ suæ in hac insania perdurauit, nec publice æqualitatem Trinitatis voluit confiteri.

Eccl. an. Christi 494. ex Turonensi de glor. mart. li. 2. cap. 34. Confessionem fidei manifestâ requirit S. Auitus. *Matth. 10.* *Rom 10.* *Psal. 34.* *Psal. 34.* Gundebaldus Rex hæreticus à S. Auito confunditur, nec conuertitur.

XX. *Reccaredus Hisp. Rex Arianus qua oratione mysterium S. Trinitatis confessus sit, & legi Catholicæ se subdiderit.*

Isido. Hispal. in Chron. Greg. Turon. hist. Fran. lib. 9. c. 15. Baron. to. 7. an. 585. Leuuigildo Rege Hispaniarum defuncto filius eius Reccaredus regno est coronatus, cultu prædictus religionis, & patris moribus longe dissimilis: namque ille irreligiosus, & bello promptissimus, hic fide pius, & pace præclarus: ille armorum artibus gentis imperium dilatans, hic glorioſus eandem gentem fidei trophæo, insoliti erroris labe deterta ad cultum rectæ fidei reuocauit. Synodum etiam ad condemnationem Arianæ hæresis congregauit, cui Concilio idem glorioſissimus Princeps interfuit, suaque cum præsentia & subscriptione firmauit. Eo igitur tempore (inquit Greg.) Rex miseratione diuina compunctus, conuocatis Episcopis religionis suæ ait: Cur inter vos & sacerdotes illos, qui se Catholicos dicunt, iugiter scandalum propagatur? & cum illi per fidem sua signa multa ostendant, vos nihil tale agere potestis? Qua de re conuenite, quæso, simul, & discussis vtriusque partis credulitatibus, quæ vera sunt cognoscamus. Et tunc aut accepta illi à vobis ratione ea credant quæ dicitis: aut certe ab illis veritatem cognoscentes, quæ prædicauerint, vos credatis. Quod cum factum fuisset, congregatis vtriusque partis Episcopis, suas hæretici propositiones produxerunt, ad quas nostræ religionis responderunt. Et præsertim cum Rex diceret, quod nullum signum sanitatis super infirmos ab Hæreticorum ostenderetur Episcopis, ac in memoria replicaret, qualiter tempore genitoris sui, Episcopus, qui se iactabat per fidem rectam cæcis restituere lumen, tacto cæco & cæcitati perpetuæ damnato, discessisse compunctos, vocauit ad se seorsum Sacerdotes Dei, quibus perscrutatis cognouit verum Deum sub distinctione coli personarum trium, id est, Patris, Filii, & Spiritus sancti, nec minorem Filium Patre, Spirituque sancto, neque Spiritum sanctum minorem Patre vel Filio, sed in vna æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum fateri. Tunc intelligens veritatem Reccaredus, postposita altercatione se Catholicæ legi subdidit, & accepto signaculo sanctæ crucis cum Chrismatis vnctione, credidit IESVM CHRISTVM filium Dei æqualem cum Patre & Spiritu sancto regnantem in sæcula sæculorum. Amen. Deinde nuncios mittit ad prouinciam Narbonensem, quibus narrantibus ea quæ ille gesserat, simili credulitate populus ille conuerteretur: erat enim tunc sectæ Arianæ Episcopus Athalocus, qui ita per propositiones varias & interpretationes falsas scripturarum Ecclesias Dei conturbabat, vt putaretur ipse quod esset Arius, quem proiecisse in secessum exta historiographus narrauit Eusebius: sed cum hæc populo sectæ suæ credere non sineret, & ad consentiendum ei paucorum faueret adulatio, commorus felle, ingressus in cellulam suam, inclinato super lectulum capite nequam spiritum exhalauit. Sicque hæreticorum populus in ipsa consistens prouincia inseparabilem Trinitatem confessus ab errore discessit.

Deus sub distinctione personarum colendus.

XXI. *Quibus rationibus adductus sit Ferracutus Sarracenus ad credendum Deum esse trinum & vnum.*

Io. Tarp. Rhem. Epis. in hist. Caroli Magni, c. 17 Apud Ioannem Tarpinum in historia Caroli Magni & Rolandi c. 17. extat Ferracuti gigantis de genere Goliath Agareni & Rolandini concertatio quædam, seu disputatio de fide, in qua cum de Trinitate & vnitate differitur, sic habetur: Nos Sarraceni credimus, ait Ferracutus, quia creator cæli & terræ vnus est Deus, nec Filium habuit, nec Patrem: sed sicut à nullo generatus est, ita neminem genuit; ergo vnus est Deus, non trinus. Verum quidem dicis, inquit Rolandus, quia vnus est; sed cum dicis, Trinus non est, in fide claudicas. Si credis in Patrem, crede in Filium eius, & Spiritum Sanctum. Ipse enim Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, est vnus Deus permanens in tribus personis. Si patrem infert Ferracutus, dicis esse Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum Deum, ergo tres dii sunt, quod absit, & non vnus Deus. Nequaquam, inquit Rolandus,

De Trinitate inter Agarenum & Christianum concertatio.

dus, sed vnum Deum & Trinum prædico tibi: & vnus est, & Trinus est. Totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales; in personis est proprietas, in essentia vnitas, & in maiestate adoratur æqualitas. Trinum Deum, & vnum Angeli adorant in cœlis ter sanctum collaudantes: & *Abraham tres vidit, & vnum adorauit.* Hoc ostende, ait Gigas, qualiter tria vnum sint. Ostendam etiam tibi, inquit Rolandus Christianus, per creaturas. Exrat quippe in omni re creata Trinitatis quoddam vestigium, sicut in cithara, cum sonat, tria sunt: ars scilicet, chordæ, & manus, & hæc tria vna est cithara: sic in Deo Pater, Filius, Spiritus sanctus vnus est Deus. Et sicut in amygdala tria sunt, corium scilicet, nucleus, & testa, vna tamen amygdala est: sic tres personæ in Deo, sunt & vnus Deus est. In Sole tria sunt, candor, splendor, & calor, & tamen vnus Sol est: In rota plaustri tria sunt, medium scilicet, brachia circulus, & tamen vna rota est. In temetipso tria sunt, corpus scilicet, membra & anima, & tamen vnus es homo: sic in Deo & vnitas & Trinitas esse perhibetur. Nunc, Ferracutus inquit, trinum Deum, & vnum esse intelligo.

S. Trinitatis vestigiū in creaturis omnibus demonstratur.

Similia ad demonstrādam Trinitatem in vna essentia.

XXII. *De Chilperico Francorum Rege, qui ad Sabellianismum declinans S. Saluij Albigensis Epis. opera respisc it, eique acquiescit.*

Cæs. Baron. tom. 7. Annal. Eccles. ad an. Christi 583. 51. ex Greg. Turon. lib. 5. de gest. Franc. c. 44.

Anno Domini 583. accidit, vt cum Chilpericus Francorum Rex aduersus Arianos pugnans victor regressus esset, ab alia his contraria hæreticorum turma fuerit captiuus abductus, vixque tandem à suis Catholicis liberatus, cum videlicet expugnans suis etiam scriptis Arianos à Sabellianis tentatur deprehensus erroribus. De quo sic Greg. Per idem tempus Chilpericus Rex scripsit iudiculum, vt sancta Trinitas non in personarum distinctione, sed tantum Deus nominaretur, asserens indignum esse, vt Deus persona, sicut homo carneus nominetur; affirmans etiam ipsum esse Patrem, qui est Filius; idemque ipsum esse Spiritum sanctum, qui est Pater, & Filius. Sic, inquit, Prophetis ac Patriarchis apparuit, sic eum ipsa lex nunciauit. Cumque hæc mihi recitari iussisset: Sic, inquit, volo vt tu, & reliqui Doctores Ecclesiarum crederes. Cui ego respondi: Hac credulitate relicta, pie Rex, hoc te oportet sequi, quod nobis post Apostolos, alii Doctores Ecclesiæ reliquerunt; quod Hilarius Eusebiusque docuerunt: quod & in baptismo es confessus. Tunc iratus Rex ait: Manifestum est mihi in hac causa Hilarium Eusebiumque validos inimicos haberi. Cui ego respondi: Obseruare te conuenit, neque Deum, neque sanctos eius habere offensos: nam scias, quia in persona aliter Pater, aliter filius, aliter Spiritus sanctus: non Pater assumpsit carnem, neque Spiritus sanctus, sed Filius; vt qui erat Dei Filius, ipse ad redemptionem hominis filius haberetur & virginis. Non Pater passus neque Spiritus sanctus, sed Filius, vt qui carnem assumpserat in mundo, ipse offerretur pro mundo. De personis vero quod ait, non corporaliter, sed spiritualiter sentiendum est: in his ergo tribus personis vna gloria, vna æternitas, vna potestas. At ille commotus ait: Sapientioribus te hoc pandam, qui mihi consentiant: & ego, Nunquam erit sapiens, sed stultus, qui hæc quæ proponis, sequi voluerit. Ad hæc ille frequens siluit. Non post multos vero dies aduenientes Saluio Albigensi Episcopo, hæc ei præcepit recenseri, deprecans vt sibi consentaneus fieret. Quod ille audiens, ita respuit, vt si chartam, in qua hæc scripta tenebantur, potuisset attingere, in frusta discerperet. Et sic Rex ab hac intentione quieuit.

Chilperic⁹ Rex declinat in Sabellianismum.

Duos Episcopos Gregor. & Hilarium tentat ad se trahere Chilperic⁹.

Chilperic. acquiescit S. Saluio Episcopo.

XXIII. *Per inuocationem Sanctissimæ Trinitatis tempestas maris sedatur.*

Paulo ante aduentum Germani & Lupi Episcoporum in Britanniam, hæresis Pelagiana per Agricolam illata, Seueriani Episcopi Pelagiani filium, fidem Britannorum fœda peste commaculauerat. Verum Britanni cum neque susciperé dogma peruersum gratiam Christi blasphemando nullatenus vellent, neque versutiam nefariæ persuasionis refutare verbis certando sufficerent, inueniunt salubre consilium, vt à Gallicanis Antistitibus auxilium belli spiritalis inquirant. Quam ob causam collecta magna Synodo quærebatur in Commune, qui illuc ad succurrendum fidei mitti deberent, atque omnium iudicio eligebantur Apostolici sacerdotes Germanis Altissiodorensis, & Lupus Decassenæ ciuitatis Episcopi, qui ad confirmandam fidem gratiæ cœlestis Britannias venirent. Qui cum prompta deuotione preces & iussa sanctæ Ecclesiæ susceperissent, intrant Oceanum, & vsque ad medium itineris, quo à Gallico sinu Britannias vsque tenditur, secundis flatibus nauis tuta volabat. Tum subito occurrit pergentibus inimica vis dæmonum, qui tantos talesque viros ad recuperandum tendere populis salutem inuiderunt. Concitant procellas, cœlum diemque nubium nocte subducunt. Ventorum furores vela non substinent, cedebant ministeria victa nautarum, ferebatur nauigium oratione non viribus, & casu dux ipse vel pontifex fluctus corpore, lassitudine ac sopore resolutus est. Tunc vero quasi repugnatore cessante tempestas excitata conualuit, & iam nauigium superfusis fluctibus mergebatur. Tum beatus Lupus, omnesque turbari excitant seniorem elementis furentibus opponendum, qui periculi immanitate constantior Christum inuocat, & assumpta in nomine Sanctæ Trinitatis leui aquæ aspergine fluctus fæuientes opprimit, collegam commonet, hortatur vniuersos, oratio vno ore & clamore profunditur. Adest diuinitas, fugantur inimici, tranquillitas serena subsequitur, venti è contrario ad itineris ministeria reuertuntur, decursisque breui spacii pelagi, optati littoris quiete potiuntur. Ibi conueniens ex diuersis partibus multitudo excepit sacerdotes, quos ventures etiam vaticinatio aduersa prædixerat.

Beda lib. 1. historiæ Anglic. cap. 17.

Germani & Lupi nauigatio in Angliam.

Piis conatibus obstant dæmones.

In nomine Trinitatis sedatur tempestas maris.

XXIV. *De*

XXIV. *De tribus adolescentibus, qui pro augustissima Trinitatis confessione mortem oppetierunt.*

Lu. Marin. Sicul lib. 5. de reb. Hispan.

Apud Legionem Hispaniæ vrbem tres pueri martyrium constantissimè pertulerunt, tres Babyloniæ viros imitantes. Quos cum Romanus Præses ad se vocasset, dixit eis: Quid cum multa millia Romanorum præceptis obediunt, vos summa audacia, vt nobis nunciatur, vultis resistere? Pueri autem respon-

Matth 13. 13

derunt: Habemus in lege nostra: *Videntes non videant, & audientes non audiant*; & ideo tot millia Romanorum vidisti, sed horum omnium mirabiliorem multitudinem videre non potuisti, à quibus te modo superatum probabis. Dic, quid nobis hodie, aut quid tibi per nos putas esse præstandum? Præses dixit: Præstandum mihi à vobis nihil quæro, sed solum scire volo, cui confidentiam, aut quam habetis confidentiam? Respondérunt pueri: Nobis in quo sit confidentia, si vis scire, possumus te instruere. Habemus confidentiam in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, qui in Trinitate vnum sunt; & in hac confidentes, Imperatores vestros, & vos, qui ab eis ordinati estis, in agone constituti vincimus. Dixerunt etiam, cum ex patre diabolo sis, fac quicquid tibi persuadet pater tuus. Tunc Præfectus iussit eos interfici, qui laudantes tradiderunt spiritum: & qui pro Trinitate pati cupierunt, tres in vno tumulo sepulti sunt in ciuitate Legionensi, vbi tunc eorum corpora maximo cum honore venerabantur.

S. Trinitatis virtute victoria cõtra tyrannos comparata.

XXV. *De Dionysia, quæ filium ad mortem pro confessione Trinitatis fortiter sustinendam animauit.*

Victor Vticens. lib. 3. de p rsec. Vandal.

Dionysia nobilis mulier Christiana, cum filium suum vnicum admodum teneræ adhuc ætatis & delicatum, timore pœnarum formidolosum conspiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans authoritate materna, ita confortauit, vt matre multo fortior (ipsa enim erat iam martyr) redderetur. Cui inter crudelia verbera constituto ita dicebat: Memento, fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati sumus, non perdamus indumentum nostræ salutis, ne veniens inuitator vestem non inueniat nuptialem, & dicat ministris: *Mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & stridor dentium.* Illa pœna timenda est, quæ nunquam finitur; Illa desideranda via, quæ semper habetur. Talibus itaque filium solidans verbis velociter martyrem facit.

XXVI. *In fide de Sanctissima Trinitate à Simone curatur paralyticus.*

Theodoret. in hist. religiosa Sanct. Patr. c. 26.

Quidam Saracenorum Præfectus ingressus ad Simonem illum insignem, magnum illud orbis terrarum miraculum, supplex petiit ab eo, vt cuidam opem ferret, cui in via erant paralysi soluta membra corporis. Dicebat autem eum morbum ei accidisse in Callinico: est autem id castellum maximum. Cum is itaque fuisset allatus in medium, effecit, vt negaret impietatem maiorum. Vbi autem lubenter obediit, & quod iussus fuerat, impleuit, rogauit an crederet Patri, & vnigenito Filio, & Sancto Spiritui. Cum is autem se confessus esset credere: His, inquit, credens appellationibus surge. Postquam autem surrexit, iussit vt tribus præfectum suis ferret humeris vsque ad ipsum tabernaculum: habuit autem corpus maximũ: & ille quidem eo accepto statim abiit. Qui autem aderant, ad Dei laudes linguas mouerunt. Hoc autem iussit Dominum imitans, qui iussit paralytico ferre lectum.

Per fidem de Trinitate sanatur paralytic⁹.

XXVII. *Inuocata Trinitate ab incendio liberatur religiosa Malbodiensis.*

Hunebaldus Elnonensis in vita S. Aldegundis cap. 15 apud Surium 30. Nouemb. 6.

Cum aliquando sorores monasterii Malbodiensis focum accendissent, & vt sibi moris erat, ad abluenda indumenta caldariam cum aqua super focum suspendissent, vna autem ex illis tunicam B. Virginis Aldegundis habens indutam iuxta prunas astabat: olla iam æstuante flamma bulliebat, cum ecce serpens antiquus inuidens humili famularum Christi officio, propius adstantem igni coniecit in focum, & aquam fermentem super ipsam effudit. At illa cum caderet, sanctæ Trinitatis nomen inuocauit. Ancillæ vero Domini festinantes accurrerunt, de medio flammarum eam abstrahunt, & quam timebant ignis ardore membratim resolutam, orationibus & meritis beatæ Virginis suffragantibus illæsam reperiunt.

Dæmonis nequitia.

XXVIII. *De tempestate maris in nomine Sanctissimæ Trinitatis sedata.*

Cæs Baron. tom 7. Annal. Eccles. ad an. Christi 566. ex Bandonima in vita S. Radeg. l. b. 7. cap. 17.

Clarissima Regina Radegundis Bertarii Regis Thuringiorum filia, & Clotarii quondam Francorum Regis coniunx, acceptarum ab Imper. reliquiarum venerandi ligni sanctæ Crucis & aliarum gratia, non literis tantum ipsi gratias agendas existimauit, verum etiam certos misit ad gratias debitas persoluendas legatos, nempe venerandum sacerdotem Regulum, per quem illud ipsum acceperat, & alios. Iis autem in Gallias redeuntibus, mare fluctibus cœpit agitari, ita vt multis illi obiecti periculis eiusmodi procellas & tempestates nunquam se vidisse fatererentur. Quadraginta diebus & noctibus in medio mari in summum vitæ discrimen coniecti, cum vitam plane desperarent, & mors eis ob oculos versaretur; inter se mutuo conciliati, pelago illos iam iam absorbere incipiente, vocem in cœlum dabant, ita dicentes: *Domina Radegundis, subueni seruis tuis, vt qui tibi obediuimus, sine subsidio non pereamus: libera nos de præsentissimo submersionis periculo. Vbicunque ex fide inuocaris, misericors es: adiuua etiam tuos, ne pereamus.* Ad has voces in medio mari columba ad eos veniens, nauem ter circumuolauit; cumque tertio id faceret, in nomine Sanctissimæ Trinitatis, quam beata Radegundis semper in suo habuit pectore, famulus eius Benesarus manum extendens, è cauda tres pennas, quas mari intingens, tempestatem sedauit.

Radegundis Regina viua inuocatur.

In nomine Trinitatis mare sedatur.

XXIX.

XXIX. *Sanctissimæ Trinitati, Patri, & Filio, & Spiritui sancto gloria pro beneficiis acceptis referenda.*

Ex Concil. Tolet III. tom. 2. Concil. temp. Papæ Pelagii II.

Cum anno Domini quingentesimo octuagesimo in Concilio Toletano III. Reccaredus Hispaniarũ Rex, & Regina Badda, cum totius Regni procerib⁹ subditisque omnibus ex hæresi ad Catholicam fidem reuerterentur, sic ab exultantibus, & in Domino gaudentibus Patribus acclamatum: *Gloria Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, cui cura est pacem & vnitatem Ecclesiæ suæ sanctæ Catholicæ prouidere: Gloria Domino nostro Iesu Christo, qui pretio sanguinis sui Ecclesiam Catholicam ex omnibus gentibus congregauit. Gloria Domino nostro Iesu Christo, qui tam illustrem gentem vnitati fidei vere copulauit, & vnum gregem, & vnum pastorem instituit.* Ipsi vero proceres inter alia multa subiunxerunt: Quicumque non dixerit, Gloriã Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Anathema sit.

XXX. *Distinctos olim fuisse Catholicos ab Arianis per Gloria Patri, &c.*

Niceph. 9. 24. Trip. 4. c. 35.

Apud Antiochiam olim non concordabant in professione sua de fide Consubstantialis, clerus & populus, sed sententiam, quam quisque de Deo obtineret, in choro stantes, ad finem psalmodiæ declarabant. Quidam enim Patrem & Filium eodem honore celebrantes; nonnulli Patrem in Filio, præpositione interiecta obscurius secundas partes Filio tribuentes; alii, Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto: quidam etiam, Gloria Patri & Filio in Spiritu sancto, canebant. Primum omnium ferunt Antiochenum Flauianum, monachorum coacta caterua clare acciniſſe: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* Quod quidem, vt nihil habens suspicionis, in Ecclesiis Dei obtinuit. Id vero Leontius videns, inhibere eos, qui iuxta Nicææ fidei traditionem Deum laudibus prosequebantur, non audebat, sed tionem timens. Atque aliquando caput canis floreſcens manu demulcens dixisse fertur, niuem eam solutam lutum multum subsequuturum esse: ænigmate obscurius subindicans, dissonantiam celebrandi Dei apud populum aliquando in seditionem euasuram, neque eos qui factionis suæ essent, cum reliqua multitudine contensuros.

Gloria Patri, &c. quis omnium primus Catholico more cecinit.

TIT. XXVII. Deum esse omnipotentem.

Exod. 12. *Cum audisset Iethro beneficia, quæ Deus fecerat Moysi & Israëli populi suo, quod eduxisset illum de manu Ægyptiorum, lætatus dixit: Benedictus Dominus, &c. Nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes Deos.*

Daniel 3. *Nabuchodonosor Rex vbi vidisset mirabilia quæ fecerat Deus erga seruos suos in fornace ignis, omnipotentiam eius agnouit dicens: Neque enim est alius Deus, qui possit ita saluare.*

Rex Darius videns insigni prorsus Dei omnipotentis miraculo Danielem è leonum fouea eductum, tunc decretum constituit, vt omnes populi regni sui tremiscerent & pauerent Deum Danielis: Ipse est enim Deus viuens & æternus in sæcula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum, &c. *Daniel. 6.*

EXEMP. I. *Quod Deus sit rerum actionumq; omnium auctor & moderator.*

REX Ptolomæus semel Indum, vnum ex septuaginta duobus Sacræ scripturę interpretibus, interrogauit, quid sibi optimum in vita sit. Ariſtei, Si cognoscas, inquit, quoniam Deus mortalib⁹ dominetur, atque vt ad optimas quasque operationes nõ per nos ipsos consilia dirigamus: Deus enim qui cunctis dominatur, omnium opera perficit & deducit. *Aristeas ad fratrẽ Philocratem.*

II. *Potentiam Dei tam necessariam esse ad florem producendum, quam ad supremam aliquam cœlestiũ mentium procreandum.*

Quod opus sit diuina potentia ad res quasque creandas, quantumuis debiles & abiectas, ita diuus Augustinus manifestat: Omnipotens manus tua, semper vna & eadem, creauit in cœlo Angelos, & in terra vermiculos: non superior in illis, nõ inferior in istis: Sicut enim nulla alia manus Angelum, ita nulla posset creare vermiculum: Sicut nulla cœlum, ita nulla posset creare minimum arboris folium, sicut nulla corpus, ita nulla vllum capillum album posset facere, aut nigrum: sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilia. Nec enim possibilius est ei creare vermiculum, quam Angelũ nec impossibilius est extendere cœlum, quam folium: nec leuius formare capillum, quam corpus: nec difficilius fundare terram super aquas, quam aquas super terram. *D. August. Soliloq. c. 9.* Potẽtia Dei necessaria ad res quasque creandas.

III. *Canutus Rex Deum esse potentissimum qua ratione experitus.*

Canutus Daniæ Rex & Angliæ, sedili in litore posito dixisse fertur: Mare, regni mei pars es, itaque mihi obtemperes: sed illud mox impetu facto diuũ eius perfudit vndis. Quare territus Rex de solio surrexit. Vana, inquiens, omnium Regum potestas, & solus Deus omnipotens, ac corona cruci imposita: postea pietatis & modestiæ cultor extitit. *Polydor. Virgil. ex Chron. German.*

IV. *Dei Opt. Max. potentia & benignitate belli victoriam comparari filium suum docet Alphonsus.*

Alphonsus Aragonum & Siciliæ Rex cum filium suum ad vlciscendas Florentinorum iniurias (qui cum hostibus perperam & inique fœdus contra Alphonsum fecerant) magno cum exercitu misisset, post longam filii institutionem, hæc adiecit: Nunc maxime te admoneo, fili, ne tantum aut tuæ aut commilitonum audaciæ tribuas, vt putes absque *Ant. Panor. lib. 3. de reb. gestis Alph. cap. 51.*

deorum auxilio victoriã vllam haberi posse. Victoria, mihi crede, non hominum disciplinis aut industria paratur, sed Dei optimi maximi benignitate & arbitrio. Scientia igitur rei militaris ita demum profutura est, si Deum nobis pietate atque innocentia pacatum propitiumque habuerimus. Deum igitur in primis cole, in eum confide, à quo tum victorias omnes & optima quæque prouenire non dubium est. Quem si quando tibi iratum suspicaberis, cauere contendas: imò quidquid ab eo tibi accidisse videatur, boni consule, & patientia & pœnitentia eum placa.

Dei potentia hominũ victoria.

V. *Clotarius Gallorum Rex quomodo moriens Dei potentiam agnouerit.*

Baron. tom. 7. Annal. ann. Christi 563 ex Greg. Tur lib. 4. hist. Franc. cap. 21.

Clotarius Francorum Rex, anno Christi quingentesimo sexagesimo quinto, & regni sui quinquagesimo primo, cum multis muneribus limina beati Martini expetiit; & aduenies Turonos ad sepulchrum antedicti Antistitis, cunctas actiones, quas forte negligenter egerat, replicans, & orans cum grandi gemitu, vt pro suis culpis beatus confessor Domini misericordiam exoraret, ea quæ irrationabiliter commiserat, suo obtentu dilueret. Exin regressus quinquagesimo regni sui anno dum in Cotia silua venationem exercet, à febre corripitur; & exinde Compendium villam rediit; in qua, cũ graiuiter vexaretur à febre, aiebat: Vah, quid putatis? qualis est ille Rex cœlestis, qui sic tam magnos reges interficit? In hoc enim tædio positus spiritum exhalauit.

Clotarius Rex moriens potentiam Dei agnoscit.

VI. *Dei potentia etiam elucet dum afflictos ex afflictione liberat.*

Matthæus Raderus in Viridario Sanctorum Menæis Græcorum 15. Martii.

Decii Imperio sæua in Christianos exstitit tempestas. Qui Asiam prouinciam procurabat, exitialis erat, & ingenio ferociissimus; Ergo cum oram maritimam obiret, quoscumque ibi ex Christi disciplina reperit, cæsos flagris, roboreincluſos, opaco carceri mancipauit. Nocte appetente omnes in vinculis simul in has voces eruperunt: *Domine Rex cœlestis, qui principem Apostolorum tuorum Petrum ope Angeli à vinculis & custodia per quietem sine tumultu liberasti; nobis quoque auxilium præsta, & eripe nos ex his pedicis & cæco carcere, vt & ij qui nomen tuum contemnunt, intelligant, te solum Deum & sempiternum esse Imperatorem.* Hæc illis precantibus, adstitit iudiciorum præses Dominus, pulsisque tenebris splẽdore totum carcerem illustrauit, illosque compellauit: Fidite, & ne formidate: ego enim vobiscum sum: & repente vincula non secus ac cera defluxere, carcerque sponte patuit; & Dominus adiecit: Abite hinc, & prædicate vbique gentium potentiam meam, atque ita in cœlum rediit. illi vero egressi sunt ex carcere. Mane custodes omnes carcerem ingressi, cum salua signa portæ offenderent, neminem tamen intus cernerẽt, egressũ: O potentiam! exclamant: Christus Nazarenus de nocte ingressus omnes vinctos nobis clam eduxit. Erant qui admirabundi obstupescerent, alii custodes irriderent. Hæc cum B Menignus audiret, admiratione captus cœpit & ipse credere, & Christi amore inflammari: fulloniam enim exercebat, & cum labes vestium olim ad flumen elueret, audiuit vocem ad se deferri: Menigne ades, magna te gratia beabo: territus voce & confusus, paulo post profecturus est opus; & vox denuo aures eius circumsonat: Menigne ades, vt videas thesaurum repositum iis, qui diligunt nomen meum. Sic Christum publice professus martyrium subiit.

Carcere concluſi diuina virtute liberati.

B. Menignus quomodo ad Christũ conuersus.

VII. *Elucet etiam Dei potentia in impiorum vindicta.*

Theodoret. lib. 3 histor. Eccles. c. 11. & 12.

Cum Iuliani Apostatæ iussu Iulianus Orientis Præfectus cum aliis templum Christianorum, sacra vasa direpturus, esset ingressus; aduersus sacram aram minxit, atque Euzoio eum prohibere conanti colaphum infregit dicens: Res Christianorum diuina cura ac prouidentia prorsus esse destitutas. At is confestim in grauem morbum delapsus viscеribus putredine exesis pœnas meritas luit. Stercus enim non per naturales partes egerebat, sed per sceleratũ os blasphemiæ instrumentum. Cui vxor, quæ Christiana erat: Debes merito, mi vir, inquit, Christum Saluatorem laude prædicare, quod tibi hac castigatione suam potentiam ostenderit. Nam quem oppugnasses, plane te peremisset, nisi consueta sua lenitate vsus has plagas diuinitus tibi inflixisset. Miser igitur partim coniugis oratione, partim cruciatu morbi causam agnoscens, orat Imperatorem, vt ecclesiæ ablata redderet. Quod nec persuasit, & ipse infœlicem animam exhalauit.

VIII. *De mirabili Christi Domini potentia pro Maria ancilla in eius tormentis manifestata.*

D. Anton. Archiepisc. Flor. p. Chron. tit. 7. c. 6. §. 7.

Imperatoris Adriani tempore, quædam nomine Maria, ancilla conditione, fide autem Christiana, sed occulta, iudici manifestata, inuitatur, ad idolorum sacrificia sub comminatione suppliciorũ. Cum vero ea colere nollet, atque ideo tormenta ei parentur, vox quasi totius populi astãtis virgini compatientis emergit, clamantis, iniuste lacerari virginem, crudelitate iudicis, non culpa peccantis. Idcirco iudex tumultum metuens eam iussit relaxari, & sub custodia libera haberi: Orans autem ipsa vidit Angelorum aciem, & sanctorum multitudinem, atque Filium Dei sedentem ad dexteram Patris. Vnde summam iucunditatem percepit. Cumq; illa discederet, vbi se à persequentibus circumdatam vidit, orauit ad Dominum, vt liberaretur de manibus eorum. Quæ protinus exaudita est: nam petra ingens, quæ erat ante eam, aperiens se, Deo iubente, illam perfugii, qua virgo susciperetur, ostendit; mox susceptа virgine latera ante aperta concluſit: nec eam inuenire, nec videre poterant petram ipsam circumdantes. Iudex vero hęc audiens misit magnam multitudinem, & populo concurrente cum iniicere manum lapidi tentauerunt, statim ab oriente fulgor nimii splendoris exortus est: nec mora, tonitru & fragor

Mariæ ancillæ in fide constantia.

fragor quidam in terram ceciderunt: descenderuntque de cœlo duo equites, id est, Angeli, velut ignis rutilantes, quorum aspectus ita terruit homines astantes, vt multi morerentur. Alii cum fugientes templum simulacrorum ingrederentur ad sui tutelam, ignis de cœlo missus & eos & templum exussit. Fuerunt autem ex hoc mortui duo millia septingẽti. Qui vero euaserunt, petentes ciuitatem magnis pariter vocibus exclamabant: Magnus Deus Mariæ, magnus Deus Christianorum. Et crediderunt tria millia ferme hominum.

IX. *Alphonsus X. sapientiam Dei in rerum creatione arguens quomodo castigatus.*

Roderic. Santius 4. p. hist. Hisp. ca. 5, ex Annal. Hisp.

Alphonsus decimus huius nominis glorioſi Ferdinandi III. filius, vt tradunt Hispanorum Annales, diuina opera, quæ perfectissima sunt, & cum summa sapientia, pondere, numero & mensura creata, iudicare quippe & emendare conatus est. Ore enim blasphemo dicebat palam: Si à principio creationis humanæ Dei altissimi consilio interfuisset, nonnulla melius ordinatiusque condita fuisse. O vana, ô funesta, ô superba atque inutilia verba, Non sic Dauid sentiebat, dicens: *Mirabilia opera tua Domine, & quis agnoscet nimis*, Et iterum: *Magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti.* Et Sapiens: *Omnia opera Dei bona, nec est qui addat.* Et alibi: *Sapientia callidi est intelligere viam suam.* Quanto ergo stolidior, qui opera Dei non modo intelligere, sed emendare conatur? Vnde Apostolus; *Superbiam*, inquit, *in tuo sensu nunquam dominari permittas.* Hæc igitur princeps de suo sensu confidens, hæc arrogantissima, vana atque superba verba sæpe repetebat: sed nõ caruerunt diuina vltione. Accidit enim, quod miles quidam dictus Petrus Martini de Pampliega Deum timens, instructor & curam gerens infantis Manuelis, vidit in somniis visionem, quendam pulchrum aspectu hominem, Angelum videlicet albis indutum, ei dicentem; latam esse in diuino consistorio contra Regem Alphonsum sententiam, vt exhæredatus moriatur, sed & crudeli morte, nisi pœniteat. Miles vero de visione perterritus causam quæsiuit: Cui, blasphemiam, inquit Angelus, Alphonsi, vanamque temeritatem diuina opera corrigere molientis id meruisse. Monuit ergo eundem militem, vt ad Regem accederet, eumque ad pœnitentiam hortaretur. Miles vero celeri gressu Regem apud Burgos commorantem adiit, cui cum tremore visionem retulit, atq; ad retractandum quę tam impie dixerat, pœnitendumq; summopere monuit. Rex vero, qui iam præualuerat in vanitate sua, militem deridens à se expulit, & iterum verba illa sacrilega repetiit: Si tempore creationis humanæ interfuisset, plurima melius ordinari potuisse. Cumque post paucos dies Rex apud Segobiam moram traheret, quidam Eremita vitæ sanctissimæ eandem reuelationem habuit: Regem igitur accessit, monetque vt de peccatis suis, præsertim tam damnatis sacrilegisque verbis, pœnitentiam agat, alias sentiet vltionem. Et quia scriptum est, In vanitate cordis sui comprehenditur peccator, Rex ipse Alphonsus, vt alter Sennacherib, in blasphemia perstitit, & vt alter Nabuchodonosor confirmatus est ad superbiam. Quare testante scriptura cecidit de solio suo, & gloria eius ablata est. Eremitam igitur Rex toruo iratoque vultu contempsit, & vt insipientem abire iussit, iterum verba illa nefanda repetens, Holofernem imitatus Achior increpantem, qui soli Deo potentiam attribuebat. Ea igitur nocte misit Deus tam horribiles & insolitas tempestates, & spiritus procellarum, tot denique tonitrua, tot fulgura, tot coruscationes & fulmina, vt cœlum cadere putaretur, sed in cubiculo Regis sagitta fulminea visa est vestes Regis atque Reginæ comburens. Rex vero attonitus vix loqui valens, cubicularios custodesq; monet, vt ilico Eremitam illum ad se deferant. Verum tanta erat tempestas, vt nullus palatium exire valeret. Vt citius tamen valuerunt, Eremitam adducunt. Quem vt Rex vidit, procidens ad pedes eius: *Ego*, inquit, *sum, qui peccaui.* Eremita vero illud Ecclesiastici inprimis ad eum ait: *Hemo, accusaris fabula vana & audaci cordu tui.* Et iterum: *Quis posuit in visceribus tuis sapientiam? Nunquid altissimo consiliarius tuus?* O vtinam Rex memor fuisses verborum Regis sapientissimi Salomonis: *Vanitatem & verba mendacia aliena fac à me.* His igitur verbis Rex ipse, simul & metu instantis mortis cum magno animi mœrore eidem Eremitæ confessus est; & publice verba nefanda retractauit. Cum itaque lacrymis plurimis pectus conterebat, incipiebat cessare tempestas. Quinimo quanto arctius dolebat, tanto tranquillior serenitas cernebatur: nec ipse à terra oculos leuauit, quousque plene procellosa rabies conquiesceret. Itaque meruit humilitate consequi, quod superbia sui præsumptione demeruerat. Denique vero vitam mutauit in melius: qui cum apud Hispalim moreretur, cor suum euiscerari iussit, & ad Murtiam deferri, sepelirique in Ecclesia sanctæ Mariæ per eum constructa.

Vltio cœlestis in Regem blasphemum.

Apparitio Angeli in albis.

Contra militem bene monẽtem obstrepit Rex Alphõsus. Vox impia Regis iteratur.

Eremitam arguentem contemnit Rex.

Rex superbus quomodo humiliatus.

1. Reg. 24. 17.
Eccl. 20. 21.
Iob 35. 39.
Prou. 30. 8.

Alphonsus mutat mentem, ideo Deus mutat sententiam.

De II. Articulo Symboli.

Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum.

TIT. XXVIII. De diuinitate Christi.

Admiranda Christi Domini miracula & opera apud Euangelistas expressa certissimam humanitatis ac diuinitatis eius faciunt fidem.

Quod expers seminis conceptus, & spatio nouem mensium in vtero matris gestatus, tandem de virgine sit natus.

Luc. 1. 33.
Luc. 2. 7.

Ad natiuitatem eius auditi cœlestis & angelica militia gloriam canentis magnifici hymni; pastorum item & Magorum adoratio.

Luc. 2. 14.
Matth. 2. 1.

Circa baptismum eius eximia Ioannis testificatio : eaque longe sublimior, quæ cœlis apertis prorupit, paterna vox ; & qui inde in columbæ specie super ipsum descendit spiritus, &c.

Matt.3.16.

Quando in nuptiis aquam in vinum solo verbo mutauit.

Ioan.2.

Membra, quæ longiore temporis spatio soluta fuerant, ad suum officium redacta : & similia.

EXEMP. I. *Filius Dei eiusdem esse essentiæ cum Patre exemplo demonstratur.*

Niceph Callist.lib.11 hist. Eccles. cap.9 Sozom.7.c.6 Theodor.5.c.16. Trip. cap.35.

REfert Nicephorus, Amphilochium Iconii Episcopum, senem & venerandum, atque in rebus diuinis acrimente præditum, Theodosium Magnũ Imperatorem adiisse, eique vt Arianorum conuentus ab vrbibus semoueret supplicasse. Imperator autem petitionem eam, quod durior, iuhumaniorque esse videretur, non comprobauit ; at sapiens ille senex tum quidem tacitus abiit, & consilio deinde sapientiore facinus dignum memoria fecit : quum namque rursum cum reliquis Episcopis in aulam veniisset, & Imperatorem, ita vt decet, atque vt alii Episcopi fecerant, pie & suauiter admodum consaluasset, filium ipsius Arcadium qui nuper ad Imperium lectus fuerat, non eadem illi impertita reuerentiæ obseruantia inhonoratum reliquit. Verum ad eum accedens, & veluti cum puero colloquens, manuque eum demulcens : Salue & tu ô puer, inquit, Imperator, quod, senem Amphilochium rudiori animo esse, & rusticius agere existimaret, quomodo filium salutare deberet, docuit, atqui Amphilochius sufficere illi honorem talem dixit. Imperator autem ira percitus, & veluti filius iniuria affectus esset, grauiter commotus cum conuicio Episcopum abduci iussit, ille porro, quamuis protruderetur, tamen conuersus paululum, consiliumque in animo occultatum proferens ; Videsne, inquit, ô Imperator, quam tu procaciter, filio illatam contumeliam non fers, sed amaruleuter propter submissiorem compellationem in nos exardescis ? Sic scilicet existimare te oportuit, succensere etiam cælestem Imperatorem, & Patrem vnigeniti propter eos, qui non communem illi tribuunt honorem, sed dissimilem & longe minorem Patre vocare audent. Imperator cum inde rem actam intelligeret, & verba ea admiraretur, quam primum ad se sacerdotem Dei accersiuit, & ad pedes eius peruolutus, veniam ab eo petit neque aliter quam ipse dixisset se rem habere professus est ; atque in ea sententia confirmatus, postea eos, qui aliter, quam Nicææ statutũ fuerat, opinarentur, auersatus est. Contentiones in foro & inanes conuentus inhibuit, disputationib. de Deo & natura eius finem omnino imposuit, & constitutione publice proposita, periculum qui ei non parerent, denunciauit, pœnamque et quoque qui contra venire ausus esset comminatus. Ita factum vt Arianis & Eunomianis pulsus, ὁμοούσιε substantialis fidei professores Ecclesias moderarentur.

Amphilochius petit Arianos ex vrbibus amoueri.

Amphilochius Arcadium debita reuerentia non prosecurus in conspectu Patris, reipsa ostendit Theodosio iram Dei Patris ob contumeliam filio suo ab Arianis illatam.

Theodosius publicis conuentibus sectæ Arianæ interdicit.

II. *Haraldus Danorum Rex miraculo in fide de Iesu Christo vero Deo sistitur.*

Ex Vvitichindo li.3. Baron.to.16. Annal.an. 949.

Contigit quondam contentionem super cultura Deorum fieri in quodam conuiuio, Haraldo Rege Danorum præsente, Danis affirmantibus Christum quidem esse Deum, sed alios fore maiores Deos, quippe qui potiora mortalibus signa & prodigia per se ostenderent. Contra hæc clericus quidam, nunc vero religiosam vitam ducens, Episcopus nomine Poppo, vnum verum Deum, Patrem cum Filio vnigenito Domino nostro IESV CHRISTO & Spiritu sancto, simulacra vero dæmonia esse, testatus est : Haraldus autem Rex, qui velox traditur fuisse ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat si hanc fidẽ per semetipsum declarare velit. Ille incunctanter velle respondit : Rex vero custodiri clericum vsque in crastinum iubet. Mane autem facto, ingentis ponderis ferrum igne succendi iubet, clericumque ob fidem Catholicam candens ferrum portare iussit. Confessor Christi indubitanter ferrum rapit, tamdiuque portat, quo ipse Rex decernit. Manum in columem cunctis ostendit : fidem Catholicam omnibus placabilem reddit : Ad hæc Rex conuersus Christum Deum solum colendum decernit : idola reseuenda subiectis gentibus imperat, Dei sacerdotibus & ministris honorem debitum deinde præstitit.

Haraldi Regis error de Christi diuinitate.

III. *De Iudæis, qui vel inuiti Christum Dominum esse Deum miraculis Christi confessi sunt.*

Socrates li.3. hist. Eccl. cap.20.

Iulianus Imp. vario modo Christianos affligere satagens superstitionem suam manifestat : cum enim sacrificiis delectaretur, non solum ipse sanguine gaudebat, sed & detrimẽtum suum esse putabat, nisi idem facerent & alii. Quoniam vero paucos tales reperit, Iudæos accersit, & percontatur, quanam ratione sacrificiis abstineant, quum lex Moysi sacrificare iubeat. Illis respondentibus, non posse sacrificare alio facere loco, quam Hierosolymis tantum, confestim templum illud Salomonis restaurari iubet, & ipse interim aduersum Persas bellum mouet : Iudæi autem, qui iam olim opportunitatem dari optauerant ; qua templum ipsis ad sacrificandum restauraretur, seduli redduntur ad perficiendum hoc opus, ac contra Christianos formidabiles sese ostẽdunt, fiuntque aduersum eos insolentes, ac tanta se illis mala illaturos minantur, quanta ipsi olim à Romanis essent perpessi. Itaque quoniam Imperator de publico sumptus operis huius præstari iusserat, parantur omnia, ligna, lapides, lateres cocti, argilla, calx, & quæcunque alia ad ædificandum necessaria. Tum temporis Cyrillus Hierosolymorũ Episcopus memor vaticinii Danielis Prophetæ, quod & Christus in sanctis Euangeliis confirmauit, ac multis futurum prædixit, vt in eo templa lapis super lapidem non maneret ; Hoc, inquit, Seruatoris oraculũ adimplebitur. Cum hoc dixisset Episcopus, noctu terræ motus magnus factus lapides fundamentales veteris templi

Miraculum contra Iudæos.

templi structuræ euulsit, ac cunctos vna cum contiguis ædificiis dispersit. Timor autem ex hoc facto Iudæos inuasit, & eos etiam qui procul agebant timor ad visendum hunc locum impulit. Cum itaque admodum multi adessent, aliud portentum accidit.

Aliud miraculum contra eosdem.

Ignis enim cœlitus delapsus cuncta artificum instrumenta consumpsit. Licebat videre malleos, instrumenta quibus poliuntur lapides, serras, secure, ascias; & in summa quæcunque ad struendum necessaria habuerant operarii à flamma consumi. Depascebatur ista ignis toto die. Iudæi vero maximo timore correpti, etiam inuiti Christum Deum fatebantur: voluntatem tamen illius non faciebant, sed in opinione Iudaismi obfirmati perdurabant. Neque enim eos vel tertium miraculum postremo factum ad fidem veritatis perduxit. Sequenti quippe nocte signa crucis instar radii solaris splendentia vestibus illorum impressa comparuerunt, quæ orto die videntes abluere & abstergere volebant, nec tamen vllo pacto poterant. Excæcati sunt igitur secundum Apostolum, & bonum, quod in manibus habebant, proiecerunt.

3. miraculum. Cruces radiantes in vestibus Iudæorum.

IV. *Synodi Nicenæ decreto, quo Filius Patri consubstantialis statuitur, Episcopi etiam mortui non sine miraculo subscribunt.*

Apud Lipom. to. 6. Niceph. lib. 8 cap 23. Baron. to. 3. an. 325.

Cum Patres sacrosanctæ Synodi Nicenæ (qui omnes simul erant trecenti, decem & octo) sancitos canones suos & fidem Catholicam in suo symbolo, (in quo Patri Filius consubstantialis definitur) suo chirographo munituri essent, duo sancti Episcopi, ait Gregor. presbyter Cæsariensis oratione de ea Synodo, Chrysanthus & Musonius, cum nondum decisioni suas adiecissent subscriptiones, diuina prouidentia ab humanis excesserunt. Diuini ergo Patres cum venissent ad communem locum, in quo dormiebant, cumque simul cum eis essent, & quæ dicebantur, audirent: O Patres, dixerunt fratres, præclarum certamen nobiscum decertastis, cursum perfecistis, fidem seruastis. Si ergo quod factū est, Deo gratū iudicastis, (nūc enim purius cernitis) ne quid sit impedimento, quo minus vos quoque decisionem subsignetis. Hæc simul & dixerunt, & signata decisione sanctorum Patrum loculo imposita, totam illam noctem insomnem peragunt in oratione. Die autem sequenti cum venissent ad loculum, solutis, quæ erant imposita, signaculis, cum sanctam reuoluissent decisionem, inuenerunt sanctorum Patrum ad eos adiectas subscriptiones: adeo vt citra dubitationem vnusquisque etiam ex eis, qui erant extrinsecus, fateretur, sanctum illum sanctorum Patrum chorum constare præsentia & ope sanctissimæ Trinitatis, eamq; suam ostendere defensionem iis, qui digni habentur, vt videant. His addit Nicephorus eorundem subscriptionem in hæc verba; Chrysanthus & Musonius, qui cum Patribus omnibus in S. prima Synodo Oecumenica (quæ definiuit Filium Patri consubstantialem) consensimus, quamuis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus.

Synodi Nicenæ decreto de consubstantiali ingenti miraculo subscribunt Episc. defuncti.

V. *Sanctæ Euphemiæ iam defunctæ testimonio Iesus Christus, Deus, ac Dei filius esse perhibetur.*

Ioan. Zonar. to. 3. Annal. Euagr. lib. 2. cap. 3. Menæum Græcorum ex Metaph. 11. Iulii. Niceph. lib. 15. cap. 5.

Cum Eutychetis & Dioscori sectatores, qui in vbe Constantinopolitana versabantur, decreta Cōcilii Chalcedonensis subsannarent, eiusq; authoritatem non veritate, sed potentia Imperatoris niti dicerent, & prauitatem sententiæ suæ stabilire conarentur: Anatolius Patriarcha, & suffragatoribus suis, & aduersariis conuocatis, ad hos ita loquitur: quoniam sententiam vestram adhuc mordicus tenetis neque vos perperam sentire creditis, sed nos incusatis quasi Nestorii dogma approbemus, cum duas naturas in Saluatore prædicemus, vtraque citra cōfusionem proprietatem suam retinente: istius controuersiæ dubitatio, si placet, Deo permittatur. Scribatur igitur vestra de fide sententia in vno libello, & nostra in altero: atque ambo in loculo gloriosæ Martyris Euphemiæ collocentur; & huius iudicium esto, vtri recte an perperam sentiant. Hæc cum Hæreticis etiam placuissent, libelli scripti, remoto lapide, qui loculum claudebat, pectori martyris apponuntur, & lapis in suum locum repositus ab vtraq; parte signatur. Dehinc supplicationes fiunt, & preces ad Deum peruigiles, vt demonstret, vtra sententia ei cordi sit, & quæ reiicienda videatur. Post triduum conueniunt, Imperatore etiam præsente. Aperto loculo (ô rem mirabilem) libellus Hæreticorum ad pedes Martyris inuenitur; alter in manu eius dextra, quam extendisse fertur ad Imperatorem & Patriarcham, ac libellum eis porrexisse. Itaque rectæ sententiæ assertores plaudere, aduersarii vero demissis vultibus, & præ pudore caligantibus abire, quidam etiam veram sententiam amplecti.

Iudicium fidei Christianæ Catholici & hæretici ad arbitrium Euphemiæ defunctæ deferunt.

Per illustre miraculum Euphemia, hæretica prauitate reiecta, orthodoxam approbat.

VI. *In Christo Domino sicut duæ naturæ ita duæ voluntates & operationes credendæ sunt.*

Chron Regin. lib. 1. ad an. 605. Carol. Sigon. lib. 2. de regno Italiæ. 681. 5.

Anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo quinto Constantinus filius Constantini superioris Augusti regnauit annos septemdecim Dominus Papa Apostolicam sedem tenet: quo defuncto Agatho Papa ordinatus. Constantinus Augustus centū quinquaginta Episcopos in vrbe regia congregari fecit, inter quos etiam fuerunt Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ missi ab Agathone Papa Ioannes Diaconus, Ioannes Portuensis Episcopus, qui omnes eandem hæresim damnarunt, quæ vnam operationem & voluntatem in Domino IESV CHRISTO asseuerabat. Ea hora tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, vt omnes mirarentur, & per hoc significatum est, quod sordes hæreticæ prauitatis depulsæ essent. Et Gregorius quidem Patriarcha Constantinopolitanus correctus est, cæteri vero in sua defensione perseuerantes anathematis sunt vltione percussi. Recta autem fides & vera hæc est, vt in Domino nostro IESV CHRISTO sicut duæ sunt naturæ, hoc est Dei & hominis, sic etiam duæ credantur esse voluntates & operationes.

Aranearū telæ è laqueari lapsæ cuius rei omen. Vera fides duarum in Christo naturarū duas voluntates & operationes requirit.

VII. *Paulum Constantinopolitanum duas in Christo voluntates negantem excommunicat Martinus Papa.*

Sigebert. ad an. Do. 632. Constantinus Imp. à Paulo Constantinopolitano deceptus expofuit typum contra fidem Catholicam, nec vnam, nec duas voluntates aut operationes in Christo definiens esse confitendas, quasi nihil velle, vel operari credendus sit Christus. Ob hoc Martinus Papa congregata Romæ centum quinque Episcoporum Synodo, excommunicauit Episcopos Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum quoque præsentis persecutionis incentorem, occulta infestatione Ecclesiam diu exantem.

Paulus Cõstantinop. cur excom.

De III. Symboli articulo.

Qui conceptus est de Spiritu sancto natus ex Maria Virgine.

TIT. XXIX. De signis quæ præcesserunt primum Christi Domini aduentum, & de eiusdem Natiuitate.

EXEMP. I. *De Oraculo Delphico muto reddito ob præsentiam Iesu Christi proxime nascituri.*

Niceph. Call. lib. 1. hist. cap. 17. Baro. in to. 1. 25. CÆsar Augustus quamplurimis præclare feliciterque gestis rebus clarus, primusque ipse Monarcha renunciatus, prouectiore iam ætate ad oraculum Pythii Apollinis venit, & sacrificio omnium maximo, quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit, quisnam post eum Romanum administraturus esset imperium. At quum nullum ederetur responsum, alterũ quoq; adiecit sacrificium, dẽnuoque rogauit: Quid ita oraculum pluribus verbis vti solitum, nunc tandem obticuisset? Tum illud, parua interposita mora, ad hunc modum respondit:

Me puer Hebræus, diuos Deus ipse gubernans,
Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcum:
Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.

Oraculum Delphicum Christo nato cur prorsus conticuit. Ara ab Augusto Christo collocata in Capitolio.

Tali responso accepto, Cæsar Romam est reuersus, atq; ibi in Capitolio aram maximam extruxit, cum eiusmodi latina inscriptione: *Ara primogeniti Dei.*

II. *Circulus solem ambire visus Christi Domini aduentum pranunciat.*

Paul. Oros. lib. 6 c. 18. Suet. in Oct. cap. 92. Bar. 1. in appa. 72. Cum primum Augustus Imperator, Caio Cæsare auunculo suo interfecto, ex Apollonia rediens, vrbem ingrederetur, hora circiter tertia, repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit, quasi vnum eum ac potissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in Orbe monstraret; cuius tempore venturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum & fecisset, & regeret.

III. *De oleo è taberna meritoria tempore Natiuitatis Christi Domini erumpente & fluente.*

Euseb. in Chro. Oros. lib. 6. c. 20. Bar. to. 1. in appar. n. 28. Anno tertio imperii Augusti Cæsaris Romæ è taberna meritoria trans Tyberim oleum è terra erupit, fluxitq; toto die sine intermissione. Quo signo, inquit Orosius, quid euidentius, quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura Christi natiuitas declarata est. Christus enim vnctus interpretatur. Itaque cum eo tempore, quo Cæsari perpetua Tribunicia potestas decreta est, Romæ fons olei per totum defluxit: sub principatu Cæsaris Romano que imperio per totum diem, hoc est, per omne Romani tempus imperii, Christum, & ex eo Christianos id est, vnctum, & ex eo vnctos: de meritoria taberna, hoc est, de hospitali largaque Ecclesia affluenter atque inceſſabiliter processuros &c.

Christus, id est, vnctus.

IV. *De pacis templo, quod æternum dicitur, in Christi Domini Natiuitate collapso & confracto.*

Aloys Lipom to. 8. & Sur. to. 6. Templum Romæ quod vocabatur Æternum, corruit, omnibus impensis, & Vrbis, & Orbis consummatum. Cum enim Romani in victoriosæ antiquitatis memoriam templum singulari schemate facere decreuissent, ab omni illa deorum, immo dæmoniorum multitudine quæsierunt, vsquequo durare posset tam excellentis operis operosa constructio? Responsum est; Donec virgo pareret. Illi ad Apollinis impossibilitatem oraculum retorquentes, Templũ responsum Æternum solennem illam machinam vocarũt. Nos de templo autem ista, cum de virginali thalamo virgineus pacis. flos Mariæ egressus est, ita cecidit & confractum est illud murale & columnarum opus, vt vix apparerent vestigia ruinarum.

V. *De apparatu B. Mariæ ad partum, & de eiusdem verbis ad infantem iam natum.*

B. Brigitta lib. 7. c. 21. P. Alfonsus Salmeron Tolet. tom. 3. 1. act. 3. Quod attinet ad modum natiuitatis Christi, refert S. Brigitta, virginem cum Ioseph, cum primum applicuerunt Bethleem, cum non inuenirent locum in diuersorio, in speluncam quandam, seu stabulum intrasse: ligatisque boue & asino ad præsepe, quos secum adduxerant, Iosephũ continuo ad candelam accendendam exiuisse; quam vbi muro affixisset, iterum egressus est. Virgo autem, depositis calceamentis pedum suorum, & pallio albo, quo tegebatur, & velo capitis, sparsisque crinibus, produxit panniculos laneos, & lineos mundissimos, quos secum deferebat ad inuoluendum infantem: atque illa quidem genu flexa, & ad Orientem conuersa, manibus, & oculis in cælum intentis, stabat quasi in extasi contemplationis suspensa, inebriata diuina dulcedine. Cumque pro partu in lucem edendo preces ardentes Deo obtulisset, illico in momento, ictu oculi filium ante se editum vidit: & in illo momẽto sensit B. Virgo quasi dimidium cordis sui exiisse: Ex quo tantus fulgor prodibat, & splendor, vt vix sol posset ei cõparari: lumenq; accensæ lucernæ offuscatum

Virginis Mariæ ad partum apparatus.

Christi infantis splendor & munditia singularis.

eatum lucem minime reddebat. Natus ergo iacuit in terra nudus, & nitidissimus, cuius carnes erant ab omni sorde, & immunditia separatæ. Fuit etiam pellis secundina prope eum iacens inuoluta, & valde nitida: Auditus etiam fuit Angelorum cantus mirabilem quandam suauitatem edens, atque dulcedinem. Virgo ergo sanctissima postquam se peperisse sensit, filiumque natum vidit, statim inclinato capite, iunctisque manibus, magna cum reuerentia & humilitate puerum adorauit, dixitque illi: Bene veneris Deus meus, Dominus meus, & filius meus. Cumque puer præ frigore, & duritia pauimenti, vbi iacebat, non sine eiulatu, & tremore paululum se verteret, & extenderet membra sua, quasi refrigerium aliquod quærens, & fauorem matris, tunc Virgo sanctissima suscepit eum in manibus, & strinxit eum ad pectus magna lætitia, & materno ac tenero amore eum fouit, & calefecit: quem cœpit statim diligenter inuoluere, & reclinauit eum in præsepi. Et primum quidem gradum ex ventre fecit in terram nudam, & frigidam, quasi ad nos veniret, sitiens pro nobis pati, & salutem nostram operari, iuxta illud Prophetæ: *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio*; corpus scilicet ad sacrificandum gestans, in quo patiar gelu, famem, crucem. Sed ingressus Ioseph, & infantem cernens, prouoluit se in terram, genibus flexis cum vna cum matre simul adorando.

B. Mariæ verba ad Christum iam natum.

Psal. 39. Hebr. 10.

Adoratio Christo nato facta.

VI. *De loco Nativitatis Christi Domini.*

Burchard. in descript. Terræ sanctæ, p. 1. c. 7. 9. 19. Cypr. de oper. Card. in nat. Christi. Athan. sermon. de Nat. Domini.

Erat Bethleem supra collem in longum porrectū sita, in cuius extremitate, Orientem versus, sub rupe quadam existente tunc temporis iuxta muros ciuitatis, erat stabulum ac præsepe Domini excisum in rupe, vbi natus est Christus. At vero qui loca illa ignorarunt, nihil de spelunca dixerunt, quod putarint in alicuius rusticæ domunculæ stabulo Christum natum. Nullum arcta domus diuersorium occultabat, inquit Cyprianus, nec secreti recessus erat illius casulæ; incrustaturam tectum & soli parietes per circuitum vestiebant.

VII. *De miraculo quod contigit die natalis Domini in Bethleem, & de ipsius loci veneratione.*

Beda ad loc. Sanct. c. 8.

Non est hoc loco prætermittendum, quod tunc etiam in eodem puerperio accidisse feratur miraculum, nimirum, quod in eadem spelunca, ad ea quæ vsus quotidianus exposcebat, è petra fluxit aqua, quæ nunquam potuit exhauriri, sed manst diutius diuinæ virtutis egregium monumentum: siquidem adhuc Bedæ temporibus vigebat cunctis perspicuum tantæ rei prodigium; quod ipse à teste, qui hæc viderat, sanctissimo Episcopo acceptum his verbis scriptis mandauit. Hæc spelunca tota interius speciosa marmore tecta, supra ipsum locum vbi Dominus natus specialiter traditur, sanctæ Mariæ grandem gestat Ecclesiam. Petra iuxta murum cauata,

Aqua fluxit è petra.

primum Domini corporis lauacrum de muro missum suscipiens hactenus seruat: quæ si qua forte occasione vel industria fuerit exhausta, nihilominus continuo dum recipit, sicut ante fuerat, plena redundat. Hæc ille: Vix autem credi potest, in quanta veneratione & cultu Christiani semper habuerint locum illum, vt quantumlibet Hadrianus Imper. ad abolendam tantæ rei memoriam, vt scribit Paulinus, Veneris & Adonidis templum desuper erexisset, nihilominus percelebris etiā apud Gentiles esset tanti loci memoria. Sed reddita pace Ecclesiæ spelunca illa mirifico est opere exornata, ipsumque præsepe honoris causa tectum argento. O si mihi videre liceret illud præsepe, in quo Dominus iacuit, &c. ait D. Chrysost. c. 2. in Lucam.

Paulin. ad Seuer. ep. 11.

VIII. *De futura simulacrorum in Ægypto euersione ad aduentum filii Dei ex Virgine nati.*

S. Epiphan. in vita Hieremiæ Prophetæ prope finem operis.

Quum Hieremias Propheta vna cum Iudæis apud Ægyptios aliquando exularet, Sacerdotibus eorum prædixit demolitionem simulacrorum, quæ manu facta ipsi tam vane colerent, in hæc verba, oportere olim cuncta eorum simulacra concidere, simulque manu omnia facta præcipitari, vbi Ægyptū ascendet cum suo infante virgo enixa, Deo similis. Huic vaticinio tantum Ægyptii tribuerūt, vt solennem induxerint morem Virginem quandam in lecto, & infantem in præsepio passim collocandi, simulque adorandi. Rogati à rege quodam postea, quid sibi vellet hic ritus, quo Virginem & infantem publice proponerent atque venerarentur; hoc esse mysterium responderunt, quod maiores ipsorum à sancto Propheta traditum iam pridem accepissent.

IX. *Christum Dominum de Virgine nasciturum gentilibus fuit etiam reuelatum.*

D. Thom. 2. 2. q. 2. ad art. 7. ad 3.

Inuenitur, inquit D. Thomas, in Historiis Romanorum, quod tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris eius inuentum fuit quoddam sepulcrum, in quo iacebat homo auream laminam habēs in pectore, in qua scriptum erat [Christus nascitur ex Virgine, & ego credo in eum. O sol sub Helenæ & Constantini temporibus iterū me videbis.] Quisquis autem ita sensit & scripsit, licet inter medios ethnicos viueret, tamen certa Dei reuelatione non caruit, veramque fidei sui confessionem edidit, spiritu etiam prophetiæ donatus.

X. *De hora Nativitatis Domini nostri Iesu Christi beato Bernardo reuelata.*

Guil. Abbas in vita eius lib. 1 cap. 2.

Cum D. Bernardus primus Clarauallensis Abbas adhuc puerulus graui capitis dolore vexaretur, decidit in lectum. Adducta autē ad eum est muliercula quasi dolorem mitigatura carminibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carminalibus instrumentis, quibus hominibus de vulgo illudere consueuerat, cum indignatione magna exclamans à se repulit & abiecit. Nec defuit misericordia diuina

Carminib⁹ sanari respuit Bernard. puerulus.

diuina bono zelo sancti pueri, sed continuo sensit virtutem, & in ipso impetu spiritus surgens, ab omni dolore liberatum se esse agnouit. Ex quo cum non parum in fide proficeret, adiecit ei Dominus apparere, sicut olim puero Samueli in Sylo; & manifestare gloriam suam. Aderat namque solennis illa nox Natiuitatis Dominicæ, & ad solennes vigilias omnes, vt moris est, parabantur: cumque celebrandi nocturni officii hora aliquantisper protelaretur, contigit sedentem expectantemque Bernardum cũ cæteris inclinato capite paululum soporari. Affuit illico puero suo se reuelans puer Iesv sancta Natiuitas, ceneræ fidei suggerens incrementa, & diuinæ in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim ei velut denuo *procedens sponsus è thalamo suo.* Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos nascens, ex vtero matris virginis verbum infans, *speciosus forma præ filiis hominum,* & pueruli sancti in se rapiens mininæ iam pueriles affectus. Persuasum autem est animo eius, & nunc vsque fatetur, quod eam credat horam fuisse Dominicæ Natiuitatis. Sed & facile est aduertere iis, qui eius auditorium frequentauerunt, in quanta benedictione ea hora præuenerit eum Dominus, cum vsque hodie in iis, quæ ad illud pertinent sacramentum, & sensus ei profundior, & sermo copiosior suppetere videatur. Vnde & postmodum in laudem eiusdem Genitricis & Geniti, & sanctæ eius Natiuitatis insigne edidit opusculum inter initia operum suorum seu tractatuum, sumpta materia ex eo Euangelii loco, vbi legitur: *Missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, &c.*

1. *Reg. 3.*

Bernardo Christus apparet in nocte Natiuitatis.

Psal. 18. 6.

Psal. 44. 3.

Luc. 26.

XI. *Vt se gesserit B. Franciscus audiens fieri memoriam de puerperio Virginis Mariæ.*

Mar. Marul. lib. 1. c. 8. ex D. Bonau. in vita eius.

Dum aliquando Franciscus Fratrum Minorum Pater cum fratribus posita mensa recumberet super mensarium, lectorem de virginis puerperæ in Bethleem hospitantis angustia mentionem fecisse audiuit, & continuo consurgens humi resedit, atque ait: Nunquid ego peccator, ego nequam, & inutilis seruus, ad mensam sedere debeo, cum Dei genetrici in diuersorio locus non fuerit? cum mundi opifex ac Dominus natus sit in stabulo? reclinatus in præsepio? sic dicens panem suum prouolutus in terra cum gemitu comedit.

XII. *De vnione reperto in corde Margaretæ à Castello ob frequentem de Christi Natiuitate meditationem.*

P. Io Bonif. lib. 1. hist. Virginal. c. 1. Ludouic Granat. tõc. 3. de Natiu. Domin. n. 3.

De B. Margarera, cui cognomen est à Castello Italiæ vrbe, vbi nata atque sepulta fuit, hoc inter miranda virtutum eius insignia memoratur: quod frequentissime in Natiuitatis Domini nostri mysterii contemplatione versaretur, maximisque in eo deliciis frueretur. Cum vero post mortem intestina ab eius corpore extraherentur (quo cadauera omatibus conditum propter fidelium deuotionem incorruptum adseruaretur, vbi cor eius ab ea, qua pendebat intestinorum parte, abscissum fuit, vnio quidam insigni magnitudine & pulchritudine non sine ingenti miraculo inde erupit: in qua velutin tabula quadam Dominicæ Natiuitatis imago sculpta erat, eademque virgo genibus flexis ibidem ante Dominicum præsepe collocata. Quæ quidẽ vnio ad hunc vsque diem in sacrario domus beati Dominici (cuius illa tertium ordinem professa erat) seruatur. Hoc enim insigni miraculo voluit Dominus, quam gratum sibi fuisset huius virginis obsequium, mortalibus cunctis esse testatum.

Vnio cum imagine Natiuitatis Domini inuenta in corde puellæ.

TIT. XXX. De immaculata eaque perpetua Deiparæ Mariæ virginitate.

EXEMP. I. *S. Maria Deipara, ante partum, in partu, & post partum Virgo miraculis probatur.*

In vita S. Ægidij apud Sur. 23. April. tom. 2.

HÆrebat in re certissima quidã Theologiæ Doctor, & mali dæmonis molitione de Mariæ Dei matris perpetua virginitate dubitabat inuitus. Obiiciebatur enim illi non quidem fidei, sed rationis difficultas, qui fieri posset, vt Maria mater esset & virgo: multosque annos vir Theologus, & plane Catholicus quiescere non poterat; hominemque nanciscicupiebat, quo magistro & medico ad eximendum scrupulum, morbumq; pellendum vteretur. Cumque ad huius Theologi & religiosi viri veniisset aures Ægidii fama, qui D. Francisci sectator erat, eumque esse Ægidium accepisset, qui ad diuina mysteria contuenda sæpenumero raperetur, ad eum se conferre statuit, haud dubia concepta spe mentis omnino tranquillandæ. Ægidius hominis procul visi & iter & animum præcognoscens obuiam procedit venienti: & baculo, quo se sustentabat terram pulsans Theologũ his verbis anteuenit; Frater Prædicator (erat ex alumnis D. Dominici) sanctissima Deipara Maria virgo est ante partum, statimque vt hæc dixit, pulcherrimum illic exortum est lilium. Iterum percussa humo repetit: Frater Prædicator, sancta Maria virgo est in partu, & confestim alterũ non minoris pulchritudinis exortũ est lilium. Tertio bacillo solum ferriens: Frater, inquit, concionator, sancta Maria virgo est post partum, simulq; tertium extitit lilium formositatis & candoris admirandi. His actis dictisque aufugit Ægidius, cum dubitationem ex magistri animo funditus eiecisset. Quæ etsi non errare cogebat, tamẽ animi tranquillitatem adimebat, & in fide vacillandi non leuem metum ingenerabat. Ille vt Ægidium esse comperit, qui se curauerat (non enim de facie nouerat) Frãciscanum illo ex tempore miro est amore complexus, Ægidiumque præsertim. Nec dubauit tria lilia Deiparæ beneficia fuisse virginitatis perpetuæ fidem quasi triplici modo, qui difficile rumpitur, in concionatoris animo relegatus.

Triplici miraculo Deipara comprobatur Virgo.

II. *Alson-*

II. *Alfonsus, Ildefonsus siue Illefonsus ancora fidei, ob restinctam Heluidii hæresim, vestes sacra donatur à Deipara Virgine Maria.*

Io. Mariana lib. 6. c 10. ex Alfons. à Carthagena Ep. Burg. in Anacephaloæosi Reg. Hispaniæ cap. 38. Rod. Tolet. lib. 2. de reb. Hispan. cap. 22. æra 713. Rod. Sartius p. 2. rer. Hisp. c 31. & Baron. tom. 8. ad ann. 657.

Ex Gallia Gothica Pelagius quidam & Helladius profecti veteris Heluidii insaniæ scintillas in Hispania exsuscitare cœperant, Mariam Virginem negantes perpetuo virginitatem retinuisse. Horum furorem, ne patientia confirmaretur audacia, aut mora crescret malum, sibi Illefonsus impugnādum sumpsit cominus disputando, eminus libro euulgato, in quo perpetuę virginitatis Mariæ patrocinium suscepit. Ea diligentia erroris semina dissipata, compressique nefarii eorum impostorum conatus: operæ nouatæ merces vestis de cœlo allata fuit. Ad nocturnas preces persoluendas contendebat mense Decembri, ipsa nocte, quæ Festum Annunciationis diem nuper à Patribus institutum præcedebat: cum templum maximum visum est maiori fulgore micare, quam vt oculi mortales ferrent. Tunc cæteris alio atq; alio delapsis præ terrore, ad aram ipse progressus, ac nixus de more genibus preces fundens in cathedra, vnde is ad populum concionari erat solitus, astantem beatam Virginem in augustiori quam pro humano habitu specie vidit, his eum verbis compellantem: Cultæ tuo corpore virginitatis cum mentis puritate fideiq; ardore coniunctæ, nostræque virginitatis defensæ præmium erit ex cœlesti thesauro munus allatum. Inter hæc verba vestem suis manibus capiti inseruit. Hac, inquiens, filii mei, meaque, quæ totō anno recurrunt, festa celebrate. Comites receptis à pauore animis cum ad Præsulem accurrissent, toto iam spectaculo ex oculis sublato, ferme exanimatum inuenerunt; Tum metus, tum admiratio vocem intercluserat, oculi tantum in lacrymas soluebantur: quod neque pares beneficio gratias agere posset, neque Virginem alloquio morari. Sic nimirum susceptas pro pietate actiones cōsueuit diuinum numen munerari. Cixilla Illefonsi successor hæc omnia memoria propagauit ex ore Vrbani Archiepiscopi item Toletani, atque Euantii Archidiaconi accepta, quibus per ætatem licuit rei gestæ miraculo interesse. Lapis vbi beata Virgo vestigio constitit, in ipso templi Toletani aditu monstratur, clatris ferreis inclusus, rei tantæ monumentum.

Dei genitrix apparet Ildefonso in Ecclesia. Ildefonso vestem donat Deipara Virgo.

III. *De zelo Ignatij Loyolæ pro tuenda virginitate B. Mariæ contra Saracenum.*

Pet. Ribad. lib. 1. de vita eius cap 3.

Cum Ignatius Loyola paulo ante conuersionem ex patria in montem Sarratum proficisceretur, eum cœpto itinere pergentem, & recta eo progredientē Saracenus quidam, siue Maurus, assecutus est (erant per id tempus in Hispania Tarraconensi adhuc aliqui ex antiquis eius gētis reliquiis) Cum vna irent, incidit, vt fit, illis sermo de virginitate beatæ Virginis Mariæ, quam cum in conceptu Filii concederet Maurus, à partu negaret, ad eamque rem naturales rationes aliquot adferret, neque ad veritatem flecti posset ab Ignatio, celeriter præcessit, solumq; Ignatium reliquit, hærentem diu, multumque dubitantem, vtrum ab se pietas Christiana exigeret, vt Maurum consequeretur, & pugione confoderet, quod de beatissima, & immaculata Virgine coram se ignominiose locutus fuisset. Homo quippe militaris, & fallaci veri honoris imitatione olim delusus, dedecori sibi esse ducebat, si quid à religionis Christianæ inimico se audiente, de inuiolata Sacrosanctæ Virginis integritate impune detraheretur, quæ quidem cogitatio in speciem pia, diu, multumque rudem tum Christi militem torsit, in eamque deliberationem tandem induxit, vt vbi ad biuium, vnde è via publica ad oppidum vicinum Maurus declinarat, constitisset, habenas mulæ, qua vehebatur permitteret, & si ad locum, vbi Maurus erat, diuerteret, quæsitum illum, atque inuentum interficeret; sin recta pergeret, omitteret: atque ita diuina prouidentia factum est, vt iumentum lata facilique via prætermissa suum iter sequeretur.

Zelus Ignatii pro integritate Deiparæ Virginis.

Prouidētiæ diuinæ effectus.

IV. *P. Iacobus Lainez febricitans, quam se virum præstiterit in Concil. Trid. pro defendenda B. Virginis integritate.*

Pet. Ribad. lib. 3. de vita ipsius Iacobi cap. 17.

Cum in Sacro Tridentino Concilio quæstio illa grauissima de originali peccato, cuius expers fuit Virgo sanctissima, agitari cœpta esset, Iacobus Lainez Societatis Antistes, & ex Romani Pontificis Doctoribus vnus sententiam rogatus, quod eum quartana febris grauiter angeret, pro argumenti dignitate loqui se posse negat; sed tamen suam vtcunque dicturum esse sententiam pollicetur, & quam breuissime propter morbi molestiam loquuturum. Itaque in suggestum ascendit, sed præter spem & opinionem firmis lateribus agit, tresque horas integras in virginis defensione cōsumit, quam ab omni originis vitiatæ labe puram fuisse exquisitis testimoniis, rationibusque disseruit: in ipso autem orationis suæ fine robustiorem se sensit, quam cum exorsus esset dicere. Eam ille in tanta morbi grauitate fortitudinem clementissimæ Dei Matri referebat acceptā, pro cuius immunitate pugnauisset. Quamobrem sancta Synodus sacerque ille orbis terræ Senatus persuadente potissimum Laine, honorifica, illa de Virgine concepta decreuit, & Sixti quarti cōstitutionem confirmauit.

Iac. Lainez insignis defensor puritatis B. Mariæ.

V. *De Nestorio Patriarcha Constantinopolitano in Deiparæ Virginis puritatem blasphemo terribili morte castigato.*

Pet. Canis. de Deipara Virg. lib. 3. cap. 18.

Nestorius genere Germanicien sis, in litteris mediocriter institutus, Antiochiæ porro presbyter & Ecclesiastes factus, non paruam eloquentiæ, castitatis & abstinentiæ laudem sua tulit ætate, hoc est, quum Cælestinus Pontifex, & Theodosius iunior Monarchas agerent orbis Christiani. Ac Theodosius quidē celebri Doctoris huius fama delectatus, illum Constantinopolim accersiuit, & florentissimę

tunc Ecclesiæ Præsulem siue Patriarcham cõstituit. In qua publica & graui functione magis ac magis ille, vt fieri solet, indies se prodidit, vt lupus ouili pelle tectus diu latere non posset, quin à pestiferis fructibus agnosceretur. Quod si mores hominis attingendi sunt, fuit hic Nestorius natura vehemens, cõtentiosus, arrogãs, ob eloquentiam turgidus ad popularem auram captandam intentus, veterũ scriptorum negligens, tantumq; sibi præfidens, vt se aliis omnibus facile anteferret. Neque parum deprauauit hoc ingenium Anastasius peruersus ille doctor ac presbyter Nestorio valde familiaris, ac intimus cõsiliarius, qui has quidem voces ex hæretica officina profectas pro concione iactabat: *Mariam θεοτόκον, hoc est, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit, & vt Deum ab homine generetur, fieri neutiquam potest.* Hæc noui erroris semina quum à presbytero male iacta essent, peius illa fouit Episcopus Nestorius, suaque tum oratione, tum autoritate publice confirmauit, graues vt turbæ ob hoc nouandæ religionis studium in populo excitarentur, & propterea Synodus Ephesi coacta est, in qua ducenti Episcopi apparuerunt, vt publici motus, Nestoriique conatus pessimi reprimerentur. Verũ author schismatis de sua sententia non potuit dimoueri: tam impudens enim fuit ac pertinax, vt missos ad se Episcopos repelleret, nullumque locum sanis bonorum consiliis relinquum faceret, quicquid eum Cælestinus Pontifex, & qui tum maxime florebat Cyrillus Alexandrinus, aliiq; Patres & Episcopi hortarentur. Proinde cum magis ac magis nefarium tueretur errorẽ, nullamq; spem faceret resipiscentiæ, non solũ à Synodali conuentu reiectus, ac omni Episcopali dignitate priuatus, sed etiam à Cæsare proscriptus quartoq; exilio mulctatus fuit. Interea vero cum inflictæ pœnæ acerbitas illũ angeret & discruciaret, fucatæ pœnitẽtiæ specimen præ se tulit, ac velut priorẽ mutasset sententiam, hoc modo fateri cœpit. *Dicatur etiam Dei genitrix Maria, & contentionis tristes faceſſant*, perinde ac si harum ille pertæsus esset, & palinodiam canere vellet. Sed neq; Patrum censura neq; Cæsaris seueritas vel pilo meliorem illum effecit, quum vitam profugã plenamq; miseriis agere cogeretur. Nam vt scribit Nicephorus: Nestorius cum hostile bellum aduersus Deiparam instituisset, adeo nõ impune tulit tantã audaciam & procacitatem, vt fuerit à toto cõcilio Ephesino anathemati perpetuo traditus, ab Imperatore quoque Theodosio in exilium actus, Episcopatu suo Constantinopolitano plane spoliatus, ac demum coactus in exilium vitã absoluere calamitosam. Sed & blasphemã eius linguam, miri carnifices corrosêre vermes, & si non corpus, nefandum nouæ impietatis organum, à terra dehiscente absorptum; certe anima eius ad inferos vsque detrusa, meritas blasphemiæ pœnas luit.

Nestorius à quo deprauatus.

Contra Nestorium Ephesina Synodus.

Nestorius pertinax excommunicatur & exulat.

Nestorii bellum perpetuum in Deiparam.

VI. *Concionator quidam contra puritatem Deiparæ Virginis concionatus, dictare cantare cogitur.*

Anno Domini 1497. quidam Doctor Parisiensis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, nomine Ioannes Veri, homo temerarius & præsumptuosus, qui in die Cõceptionis purissimæ semper Virginis Dei genitricis, vt mos est illorũ hominum, in oppido Depe Rothomagẽsis Diœcesis publice in ambone prædicauit, beatissimam Virginem Mariam purgatam ab originali macula, & non præseruatam. Ex qua prædicatione scandalum grande in populo fuit exortum; quia omnes ferme hodie, præter paucos Prædicatores, credunt, sentiunt, prædicant, Dei Genitricem omni laude dignissimam, originali nunquam iacuisse peccato, sed præseruatam semper. Vnde citatus ad Vniuersitatem Parisiensem, propositiones suas erroneas & falsas decimo quinto die mensis Septembris publice reuocare & abiurare compulsus fuit cum iuramento, quod nunquam aliter de Conceptione B. Mariæ semper Virginis sentire, credere aut prædicare velit, quam præfata Vniuersitas determinauit. Sequenti autem die hoc est, decimo septimo mensis Septembris congregati sunt apud S. Maturinum in ciuitate Parisiensi octoginta duo sacræ Theologiæ Professores, viri doctissimi, & omnes in in eadem Vniuersitate de rigore promoti in præsentia totius Vniuersitatis vno ore vnaque sententia, statuerunt & determinarunt; quod nemo deinceps præfatæ Vniuersitati adscribatur, nisi se huius determinationis, quod videlicet beatissima Dei Genitrix, & Virgo Maria semper ab originali macula fuerit immunis & præseruata, assertorem strenuumque propugnatorem pro viribus futurum confirmet iuramento. Ipsi etiam omnes antea iurauerant; sicut in statuto continetur, se huic veritati purissimæ Conceptionis Marianæ firmiter adhæsuros. Horum exemplo prouocati sacræ Theologiæ Professores almæ Vniuersitatis Colonien sis simile statutum fecerũt, anno 1499. Moguntinæ quoque Vniuersitatis Doctores simile quoque decretum sanxerunt, an. Dom. 1501.

Sponheimense lo. Trithemii an. Dom. 1497.

Error de Conceptione B. Mariæ reuocatur.

Statuta contra maculistas.

De IV. Symboli articulo.

Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus & sepultus.

TIT. XXXI. De iis quæ contigerunt circa Domini nostri IESV CHRISTI passionem.

Cum Christus Dominus emitteret spiritum, ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum qui dormierunt surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum viso terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Vere filius Dei erat iste. Matt. 27.

Miracula facta in passione Christi Domini.

EXEMP. I. *De eclipsi seu defectione solis tempore passionis Christi.*

S. Dionys. Areopagita Epist. ad Polycarp. Baro. tom. 1. Breuiar. Rom. 9. die Oct.

QVomodo eiusmodi solis defectio facta sit, Dionysius Areopagita scribens ad Polycarpum, cui inuehitur in Apollophanē philosophum narrat his verbis: Quid de illo, qui tempore crucis Dominicæ factus est, solis defectu dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboque simul incidentem mirabiliter soli lunæ globū notabamus (non enim eiusce coniunctionis tunc aderat tempus) ipsamque rursus ab hora nona ad vesperam, ad solis diametrum supra naturę vires restitutam. In memoriam autem illius renoua etiam aliud quoddam: nempe enim (vt ipse non ignoras) eam lunæ incidētiam ab oriente cœpisse, & vsque ad solaris corporis finem peruenisse, ac tum demū resiliisse notauimus: neque vero eadem ex parte, vt assolet, & incidentia illa & repurgatio facta est, sed ex aduerso Diametri.

Idem in ep. ad Apollophan.

Idemque de eadem rescribens ad ipsum Apollophanem, agit his verbis. Heliopoli tu quidem pene mihi coæuus, & ego quinque & viginti fere annorum tempus exoluens, ea morantes cōstiteramus, cum feria quadam sexta, & hora etiam pene sexta, Sol horribilibus subito est obsitus tenebris luna ipsum intercurrente, quia non Deus, sed creatura Dei in ipsius veræ lucis occubitu lucere nō potuit. Quærebam enim tunc apud te qui mihi sane sapientissimus videbaris quid ipse inde sentires: tu vero mirabili prudentia subintulisti quod vsque adeo penetralibus mentis meæ inhæsit, vt nulla obliuione deleri, nulla vnquam valeat mortis imagine deteri. Offusi enim tenebris ipsi eramus, orbem solis vndiquaque & ex æquo occupante caligine: & postquā repurgatio & restitutio facta est, luna ad solis diametrum conuersa aufugit. Et tunc quoque regulam Philippi Aridæi assumpsimus: Cumque reperissemus, quod & erat notissimum, eo tempore solem eclipsis molestias laboresque minime perpeti debuisse, ac nihilominus lunam ab oriente solarem splēdorem pullis nigrantibusque velis obduxisse, cum soleat ex occidua parte solem ingredi: tunc autem opifices lucis thesauros caliginibus, quas ipsa genuerat, ad occiduos vsque solis fines peruagata (vt ipsi putauimus) occultauit: cum tamen, & lunæ id tempus deesset, nec coitus vicinum tempus esse cognosceretur. Aio ad te (neque enim adhuc mysterii tantæ rei conscius eram) O ingentis prudentiæ promptuarium, quid, inquam ô doctrinę speculum Apollophanes, his secretis adscribis? Ad hæc nescio quo pacto diuino quodam afflatu & non humani sensus sermonem subintulisti: Hæ ô bone Dionysi, diuinarum vicissitudines sunt rerum. Denique vero adnotatum diligenter festiæ diem & annum, annūtiatione quam sacer Paulus nostris attētis auribus infudit consentientibus signis conspirare & concordare expertus manus veritati submisi, & ex falsitatis nexibus subabsolutus, quam quidem veritatem mirifice effero, quam & tibi communico.

II. *Diabolus propinquante passione Christi Domini suam perniciem præsentiebat.*

Cum Christus Dominus innocentiæ causa candidatus ab Herode ad Pilatum missus esset, ipse Pilatus, conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus & plebe, palam profitebatur, neque se, neque Herodem causam vllam mortis dignam in eo inuenisse. Et quia in ea solennitate vinctus vnus mortis reus ex consuetudine dimittēdus erat, Pilatus, vt ea occasione sibi liberum esset Christum dimittere, Barrabam, hominem seditiosum, insignem latronem & homicidam, ac IESVM innocentem; in optionem populo dat, cui optandi ius competebat, vt vtrum vellet ex his duobus eligeret. Sed suadentibus principibus sacerdotum, conclamantes simul, Barabbam liberari, Christum vero crucifigi petierunt. Interea Pilato sedente pro tribunali, misit ad eum vxor, dicens: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.) Huius rei causam dat Ignatius; Cum, inquit, paranda esset crux, diabolus tumultuabatur, & pœnitentiam immisit proditori, & laqueum illi monstrauit & suspēdium, quo strangularetur, edocuit; & mulierculam turbans eandem in somniis, vt à crucifigendo cessarent, inducere moliebatur, qui prius omnem lapidem mouerat, vt eadem crux pararetur, non quod pœnitudine duceretur ob tantum malum; hac enim parte minus fuisset sceleratus, sed sentiebat suam ipsius perniciem.

Baro. tom. 1. Annal. Ex cap 27. Matthai.

Epist. ad Polycarpum.

III. *Qua morte & quo loco vitam sibi abripuerit Pontius Pilatus ob latam in Christum mortis sententiam.*

Anno Christi Domini quadragesimo primo, Olympiade ducentesima quarta, anno tertio Pilatum olim Iudææ procuratorem miseranda morte interiisse scribit Eusebius his verbis; Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria se manu interfecit, vt scribunt Romani Historici. Viennæ autem in Galliis id contigisse cum multi referāt, Ado eiusdem ciuitatis Episcopus sic habet: Pilatus, qui sententiam damnationis in Christum dixerat, & ipse perpetuo exilio Viennæ recluditur; tantisque ibi irrogante Caio langoribus coarctatus est, vt sua se transuerberans manu, multorum malorum compendium mortis celeritate quæsierit.

Euseb. in Chro. Ado in Chron. ex Oros. l. 7. c. 5. apud Baro. to. 1. ann. 41. Greg. Tur. lib 1. c 24. Pilatus sibiipsi mortem conscisuit.

TIT. XXXII. De passione & morte Christi Domini frequenter à piis Christianis recolenda: deque eius fructu & vtilitate.

EXEMP. I. *Meditationem de passione obsequium esse Christo Domino pra cæteris gratissimum.*

Ludolph. à Saxon de vita Christi cap. 65.

REfert Ludolphus à Saxonia, quendam sanctissimæ vitæ Eremitam instanter Dominum orasse, vt sibi ostenderet, quid ipsi inter cætera seruitia magis acceptaret; & vidisse hominem nudum frigore trepidantem, & crucem magnam supor se baiulantem, & sibi quis esset interroganti respondentem: IESVS CHRISTVS ego sum: rogasti enim me: vt tibi ostenderem, quod inter cætera obsequia mihi magis complaceret; nunc dico tibi, quod hoc, scilicet, quod quis iuuet me portare crucem meam, & vulnera & passionem in corde suo: & hoc dicens, euanuit.

II. *Homini Christiano meditatio de Iesu Christo crucifixo ob mentis oculos habenda.*

Io. Mosc. Eccl. prat. spirit. c. 64.

Tres senes ad Stephanum Abbatem accedentes loquebantur de salute animæ: Illo autem tacente dixerunt, cur nihil respondes, cum vtilitatis gratia venerimus ad te? Respondens Stephanus, dixit: Ignoscite mihi, vsque modo non animaduerti quid locuti sitis, verumtamen quod habeo, hoc dico vobis: Ego die noctuque nihil aliud aspicio, nisi Dominum nostrum IESVM Christum in ligno pendentem. Quod cum audissent multum ædificati recesserunt.

Meditatio Christiani hominis quæ?

III. *De compassione viri pii ad Christum crucifixum eiusq; parentem sanctissimam.*

Ludolph à Saxonia 2. p de vita Christi c. 63.

Extat hic cuiusdam Religiosi mirandus feruor & deuotio in hæc verba Christi: (Ecce mater tua) dum enim hæc mente volueret solitus erat totus in lacrymas dissolui, ita vt annos fere viginti lacrymis perpetuis consumeret, quæ sæpe in potum ei seruiebant. Vnde quoties memoriam passio Christi subibat, & peruenerat ad hæc verba obrutus lamentis has matri dabat voces: Ecce, mater, qualiter pendet filius tuus: tum filio: Ecce mater tua lacrymosa & dolorosa; vide fili quomodo stat tota derelicta mater tua.

IV. *De Comite Elzearo qui Christi iniurias & pœnas cogitando, æquanimiter fert aduersa.*

In vita eius apud Sur. to. 4. 27. Sept. cap. 23.

Tanta in Elzeario Comite Ariano virtus & gratia inerat, tanta animi fortitudo & patientia in rebus duris & aduersis, vt toto vitæ eius spatio nemo quantumuis familiaris & domesticus, ob quamcũque molestiam & afflictionem, quidquam eum, vel dixisse, vel fecisse impatienter, & iracunde potuerit animaduertere. Atque ea causa Delphina sancta Virgo, quæ ipsius virtutes & actiones assidue contemplabatur, cum cerneret eum nihil commoueri aduersus eos, qui iniuriam ei irrogarent, eique molesti essent, sed ferre omnia sedate vultuq; placido & iucundo, admirans tam insignem, tamq; inuictã in illo patientiam vtque eius certius periculum faceret, intra conclaue ita ait ad eum: Quid nominis es tu Elzeari, qui nunquam erga illos qui te iniuria afficiunt commoueris? videris esse trunci instar aut statuæ nihil sentientis, & tamen patibilis es, & homo mundanus. Aut fortassis, vel nescis, vel non potes irasci, & quid obsecro officeret malis, qui interdum iniuste te lædunt, si te quandoque iratum illis ostenderes. Ad hæc homo leniissimus respondit: Ecquid vero, Delphina, prodest irasci? nihil profecto: Attamen explicabo ego tibi arcanum pectoris mei. Noueris me interdum sentire aliquam in animo aduersus infestantes me indignationem, sed illico me conuerto ad cogitandas iniurias Christo illatas, eumque imitari cupiens, dico mihiipsi: Etiamsi famuli tui barbam tuam conuellerent, & colaphos tibi infringerent, nihil esset ad Dominum tuum, qui maiora perpessus est, certumque habeas, Delphina, me nunquam cessare à cõmemorandis iniuriis Saluatoris mei, donec animus meus plene sit tranquillatus. Atque hanc fateor me à Domino habere peculiarem gratiam, vt eos, qui mihi iniuriosi sunt, vel æque, vt ante, vel plus etiam amem, & pro eis specialiter orem, agnoscamq; & confitear, me maioribus & atrocioribus iniuriis dignum esse. Ex his verbis virgo Delphina fuit mirum in modum confirmata, & cœlesti suauitate referta, sentiens generosũ eius animum cœlestium desiderio adeo incensum, adeoq; Deo coniunctum, vt nulla perturbatio, vel commotio ei posset dominari.

Elzeario Comiti ad passionem Christi Domini confugienti dulces fiebant iniuriæ.

Elzearius orat pro inimicis.

V. *Per passionis Christi Domini recordationem tristitia inordinata depellitur.*

Legitur de quodam religioso, qui circa conuersionis suæ initia quadam immoderata tristitia lætaliter afficiebatur, ita vt nec legendi, nec orandi, nec aliud faciendi modum inueniret. Ille, dum die quadam in cellula residens grauiter hac passione affligeretur, & incredibili dolore opprimeretur, facta est ad eum vox desuper, dicens: Quid hic sedes otiosus & in teipso tabescens? Surge nunc, & meam deuote pertracta passionem, & in amaritudine tuum deuinces dolorem. Quo audito statim surrexit & mandato fecit satis, & hac medicina sanatus, per eius continuam replicationem nequaquam plus de cætero tali oppressus est passione.

Ludolph. à Saxon. 2. p. de vita Christi cap. 58.

VI. *Passionem Christi feruenter recolens vir pius, extemplo moriens recta ad cœlum transit.*

Circa annum ab incarnatione Domini millesimũ ducentesimum decimum sextum, vir quidam fidelis & bonus de oppido Dinantheo mare transit, & ingressus terram sanctam, loca singula in quibus pedes Domini stetisse quibusdam indiciis ferebatur, multa deuotione, & lacrymis visitauit, cumque venisset ad locum Caluariæ, vbi audiuit Redemptorem nostrum mortis angustias & crucis supplicium pertulisse, grauissimis suspiriis ingemiscens cũ clamore valido & lacrymis dixit: Quid tibi, benignissime Domine, quid, inquam, tibi, Christe, retribuã pro omnibus, quæ prius amator amabilis mihi mirabi-

Thom. Brabantin. lib. 1. Apum. cap. 25. p. 5.

rabiliter tribuisti, Vidi prius loca, in quibus natus & inter homines conuersatus doctrinam Euangelicam prædicasti, & Deitatis tuæ indicia per miracula demonstrasti. Hæc quidem ob amorē & reuerentiam tui, sincero corde complexus sum, hunc vero locum passionis & mortis tuæ æquo animo videre non possum, vbi clauis crucifigi, terebrari lancea & animam pro nobis tradere voluisti; Hæc vt beatus ille perorauit exclamans, ruptis vitalibus cordis venis spiritum exhalauit.

VII. *De imagine crucifixi inuenta in corde captiui continuo passionem Domini commemorantis.*

Idem ibid. part. 8.

De quodam martyre prope nostra tempora veridica relatione susceptum: cum captus cuidam gentili tyranno seruiret, & ille eum honestissime tractaret, martyr autem gemebundus incederet, miratus tyrannus causam tristitiæ quærit, & quare cum seruis aliis non gauderet? Cui martyr. Cum aliis, inquit, gaudeo, sed semper tristis incedo, quia mortis Dei mei memor, continue in corde meo passionis eius stigmata porto; hæc mox vt tyrannus audiuit, grauiter indignat⁹; & ego, inquit, experiar, quæ dixisti; nec mora, ex tempore vocato, iubet aperto pectore martyris, cor eius euelli & per mediū cultro secari: vbi statim mirante tyranno cum suis res miranda conspicitur; quia pro sigillo pars vna cordis, crucifixi Christi imaginem continens reperitur. Quo viso tyrannus mox credidit, & cum omnibus suis sacrum baptisma suscepit.

VIII. *De insigni B. Coletæ erga Christi passionem amore.*

Ex Stephan. Iuliac. Sur. tom. 2. Matth. 6.

Quam feruenti deuotione & amore Christi passionem Coleta virgo, ordinis S. Claræ religiosa, sic habet Stephanus Iuliacus eius vitæ scriptor & contemporaneus: Cœpit id ætate adhuc tenera, à matre sua sic instituta, quæ profecto & timebat & amabat Deum; quotidieque cum lacrymis & gemitibus dicebat preces de Saluatoris passione, multū condolens iniuriis & pœnis, quas ille pro humani generis redemptione libentissime toleraut. Eas autem preces Coleta puella diligenter attendens, adeo memoriæ mandauit, vt deinceps earum non potuerit obliuisci. Itaque quotidie hora meridiana, qua Christus crucifixus est, angores cordis sentiebat vehementissimos cum Christo acerbissime patiente; vtque eos secretius & deuotius perferret, libēter ea hora ab aliis se subducebat hominibus, atque ita sola manens, omnes animi vires intēdebat ad cogitandas iniurias, persecutiones, conuicia, opprobria, horrendam & ignominiosam mortem, quæ Christus desiderio salutis nostræ patienter & cupide perpessus est. Porro in eiusmodi meditationibus sæpissime extra se rapiebatur, & in Deum transformabatur ardentissimo desiderio & amore; at præcipue tamen sextis feriis ab hora sexta matutina vsque ad horam sextam vespertinam, mane audita missa, nihil interim manducans aut bibens, tam erat feruenter & efficaciter Dominicæ commemorandæ passioni intenta, vt sæpenumero præ doloris vehementia in manibus, pedibus, & latere suo sibi reuera videretur clauis & lancea confixa. Ecquis vero posset lacrymarum imbres & anxios gemitus exprimere, quibus illa occupabatur tota hebdomada, quam sanctam vocamus? In ipsa enim eius virtutum studiosa iuuentute specialis quædam ei collata erat gratia circa Domini passionem. Cum enim aliquādo feruenter & profūde eam meditata fuisset, Christus ei apparuit, indicauitque familiariter modum, quo passus esset, & vt singulis membris suis singulares pertulerit cruciatus, humanæ salutis amore: Inde vero Coleta vehementissimum quendam cōcepit cordis dolorem & angustiam, ac nihilo minus ardore quodam amoris & deuotionis erga Christi passionem in tantum incensa fuit, vt sæpius reminiscens huius visionis & crudelium pœnarum, quibus affectum viderat corpus innocentissimum Saluatoris, plane destitueretur virib⁹, nihilq; prorsus exterius sentiret, in statum alium transformata. Atque ita in sancta hebdomada multa ei diuinitus præstabantur sane memorabilia. Cum enim recitarentur passionis Christi in missis coram ipsa, vti fieri solet, dolores, quos passus est Dominus in corpore suo, adeo renouabantur in corde & corpore illius, vt nūquam sic visa fuerit mulier laborare parturiendo, quantum ipsa videbatur condolendo, &c.

Coletæ adhuc iuueni Christus apparet.

Dolores Christi Coletam summe afficiūt.

IX. *Frequens erat B. Lyduuina in meditatione de Redemptoris nostri passione.*

Io. Brugmānus Francis. 2. p. Vitæ eius cap. 7. apud Laur. Sur. 14. Apr. t. tom. 2.

Amor Christi IESV crucifixi & meditatio acerbissimæ passionis eius, ita creuit in Lyduuina virgine sane admiranda, vt nihil ei maiori esset solatio, quam in illis foraminibus atque plagis, instar columbæ nidificantis, iugiter commorari. Eius enim vulnera & dolores acutissimi animam virginis adeo penetrarant, vt quamuis ipsa in singulis membris suis omnis generis cruciatus vehementissimos pateretur, ita vt omnes qui eam cernerent, nō possent non multa commiseratione affici, eos tamen cruciatus, quasi pro nihilo putaret. Tota vita eius in Christi rebus gestis, tanquam in viridario amœnissimo ve sabatur; iis meditandis trahebat ardentissima ab imo pectore suspiria, & ab oculis lacrymarū fundebat imbres, iisq; deficientibus, guttas sanguineas. Illas autem lacrymas, Christi crucifixi amore fusas, apud familiariores, appellabat rosas suas.

B. Lyduuinæ meditationes erant de vita & passione Christi.

X. *De feruentissimo amore S. Clara Assisinatis erga Christi Domini passionem.*

In vita eius iussu Alex. 4. cont. Maxim. conscripta ap. Sur. tom. 4. [illegible] 12. c. 17.

Admirabili virgini Claræ ordinis S. Francisci religiosæ familiaris erat planctus Dominicæ passionis; ex sacris enim eius vulneribus, nunc myrrhatas exhauriebat affectiones, nunc dulcia exugebat gaudia. Hanc lacryma Christi vehementer inebriabat, & quem cordi suo profundius amor impressérat,

frequenter memoria repræsentabat. Docebat nouitias Christum plangere Crucifixum, & simul, quod verbis docebat, factis exemplabat: Nam sæpe cum in secreto ad talia hortaretur, præueniebat verborũ exitum, itriguum lacrymarum. Inter horas diei, sexta & nona, maiori compunctione afficiebatur, vt cum immolato Domino immolaretur. Nam & semel hora nona orantem in cellula diabolus in maxilla percutiens, oculum sanguine, genam liuore effundit. Vt autem Crucifixi deliciis absque intermissione pasceret mentem, orationem de quinque plagis Domini frequentius ruminabat. Officium Crucis, prout Crucis amator Franciscus instituerat, didicit, & affectu consimili frequentabat. Chordulam tredecim nodorum scopulis annullatam, subtus ad carnem cingebat secreto in memoriam vulnerum Saluatoris, &c.

Feruenter recolit Clara passionẽ Christi.

Chordula nodosa cingit nudum corpus.

XI. *S. Heduuigis Ducissa passioni Domini nostri meditando addictissima.*

In vita eius apud Sur. tom. 5 Oct. 15. c. 5.

Passionem Domini IESV CHRISTI Saluatoris nostri quanta animi deuotione in suo pectore versarit Heduuigis Ducissa Poloniæ mulier pietissima, vel ex hoc vtcunque colligi potest, quod etiam res minimas, quæ mysterium crucifixionis Dominicæ repræsentarent, veneratione afficiebat: Nam vbicunq; humi conspexit iacẽtes stipulas, Crucis imaginem referentes, genibus flexis adorabat; tollensq; eas & exosculans, tali eas loco reposuit, vbi non possent pedibus conculcari.

XII. *De stigmatibus passionis Christi B. Francisci manibus impressis.*

D. Bonau. in vita eius ca. 23.

Vulgatissimum est corpori S. Francisci diuinitus fuisse impressa quinque vulnera Christi, & è carne ipsius mirabiliter clauos ad manus aut pedes conformatos.

XIII. *De Clara virgine è Montefalco.*

Lib. 15. de Sign. Eccl. p. 3. to. 2.

Thomas Bozius Eugubinus, Congregationis oratoriæ Romæ presbyter asserit se vidisse corpus Claræ Virginis de Montefalco, & cor eius, in quo insculptus est Christus cruci affixus, ex eadem carne flagra quibus est cæsus, columnam cui alligatus, omnia denique simulacra, quibus eius perpessiones referuntur, &c.

XIV. *Contemnentes Christum eiusque beneficia negligentes, eum iterum crucifigunt.*

D. Anton. 3. p. Chron. tit. 24. c. 11. incorp. apud Sur. 23. Iul. cap. 4.

Cum sancta Birgitta in regno Suediæ orta, decimo ætatis anno concionem de passione Domini in templo audiuisset, ipsa conseruans omnia verba in corde suo, & conferens, nocte sequenti vidit in somnis Christum quasi eadem hora crucifixum, sibiq; dicentem: En vt cruciatus sum. Illa existimans eadem hora recens id factum, ait ad eum: Ecquis ist- huc tibi fecit Domine? Christus respondit: Illi qui me contemnunt, & charitatem meam negligunt. Tum illa ad se reuersa, vsque adeo fuit affecta erga passionem Christi, vt eius mysteria raro sine lacrymis ad memoriam potuerit reuocare.

Visio S. Birgitæ viduę [illegible] Do-

XV. *Vtile admodum esse ante Crucifixum, preces fundere.*

D. Anton. ib. & Sur. c. 5.

Eadem Birgitta cum duodennis tãtum esset, & nocte quadam oraret, matertera eius latenter cubiculum ingressa, inuenit illam cęteris dormientibus, in silentio clam ante lectum suum, nudam adorare cum lacrymis crucifixum. Suspicata autem leuitate quadam puellari id fieri, virga eam percussit, sed in minutissimas partes dissiliit. Admirãs igitur dicit ad eam: Quid egisti Birgitta? Num te docuerunt fœminæ preces quasdam fallaces? Illa cum lacrymis respondit: Non, Domina mea, sed surrexi è lecto, vt laudarem eum, qui me semper soler adiuuare. Scisciante matertera, quis ille esset, respondit; Crucifixus est, quem pridem conspexi. Ab illa ergo die matertera eius cœpit eam amare impensius, & amplius venerari. Non diu post ludẽs cum puellis Birgitta, vidit diabolum tanquam centimanum aut centipedem, horrida specie deformem. Perterrita igitur, cucurrit ad lectulum suum humiliter se Christo commendans. Vbi rursus ei teter ille spiritus apparens; Nihil possum, inquit, nisi permittat Crucifixus.

Orat nocte coram Crucifixo.

Horrendi. specie apparet Satan.

XVI. *De quinque Christi Domini vulneribus Alphonsi Ducis vexillo diuinitus impressis.*

Thom Boz. li. 17. de sig. Eccl. c. 7. an. 1112.

Anno Domini milleſimo centeſimo duodecimo, Alphonsus Portugalliæ Dux primus patri Henrico successit. Hic cõmissurus prælium aduersus quinq; Saracenorum Reges cum trepido prorsus esset animo, confirmatus est à Christo in somnis iussusq; in aciem descendere, signumq; attollere, cui quinque ipsius vulnera, quæ ostentabat, depicta essent. Egit hoc Alphonsus, & nobilissimam victoriam reportauit. Ex illo insigne Regibus Portugallensibus fuit quinque Christi plagis ornatum vexillum.

XVII. *De Lucia virgine Dominicæ passionis meditationi admodum addicta, stigmatibus Christi insignita.*

Io. Trith. in Chro. Spon- heimensi sub an. Do. 1502

Anno Domini milleſimo quingenteſimo claruit in Italia in ciuitate Ferrariensi virgo quędam deuotissima, Dominicæ passionis mediatrix feruentissima, nomine Lucia, soror professa sub tertia regula S. Dominici ordinis Prædicatorum, stigmatibus crucifixi visibiliter & sensibiliter insignita, quæ omni sexta feria sanguinem fluentẽ de se manifeste emittunt. Et licet præfata virgo continuum eorundem stigmatum sentiat dolorem, quartis tamen & sextis amplius cruciatur. Hæc stigmata multi viri docti & clarissimi, & viderunt & palparunt, qui testimoniũ miraculo perhibent, quorum testimonio nos contradicere nec volumus, nec debemus.

XVIII. *Saluatoris nostri in cruce pendentis exemplo vt in suipsius despectum & odium venerit B. Elizabetha.*

Beata

Beata Elizabetha, Turingii Principis vxor, cum die quadam cum ornatu & comitatu regio Ecclesiam ingressa esset, statim vbi Crucem vidit Christumque in ea pendentem, cœpit in lacrymas solui, & dolore acerrimo torqueri ob hanc intimam cogitationem, quod cum Deus & Saluator suus in patibulo moreretur, ipsa gemmis, auro, purpuraque fulgeret: illius caput spinea corona cruciaretur, sua aurea ornaretur, ille ab amicis & discipulis desertus, vndique à deriſoribus circumseptus esset, ipsi autem multi famuli adessent, omnes eam colerent, atque suspicerent. Quare cum propterea se infelicem, & miseram ac propemodum damnatam appellaret, quæ tam male suum imitaretur Creatorem, tantum in ea valuisse hanc meditationem ferunt, vt exanimis in terram collapsa sit, vixque multo labore, & opere ad se reuocari potuerit. Hæc eadem secum debet nobilis quisque meditari, cum se ab omnibus honorari, omnes sibi assurgere, suosque nutus obseruare videt, vt non modo non his inaniter gaudeat, sed potius quod se quidem attinet, molestè ferat, & erubescat, quod tam longe à Domini Saluatorisque sui humilitate discedat. De quo scriptum est: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Quin etiam timeat, ne cum in hac vita exaltatur, deprimatur in altera, impari fine dubio compensatione, si pro tam breui honore, probrum subeundum fuerit sempiternum.

Hiero. Plat. lib. de dign. Cardinal. cap. 17.

XIX. *Meditatio Dominicæ Passionis quam vtilis sit quarumdam Virginum exemplo declaratur.*

Frequentissime Dominus IESVS reuelauit charissimis suis sponsis Gertrudi, Brigittæ, Mechthildi, Catharinæ, quam sit & sibi acceptum, & homini fructuosum, recolere passionem Christi, pia, humili & syncera attentione vel deuotione. Quod & ipsæ deuotissime fecerunt. Nam & eandem Domini Iesu passionem, (quæ licet amarissima acerbissimaque fuerit, tota tamen charitatis dulcedine plena est) adeo profunde visceribus animarum suarum infixerant, & tam ardenti suauique affectu ruminare solebant, vt illa esset eis melin ore: melos in aure, iubilus in corde.

Lud. Blosc. 2 Monil spirit.

Meditationis passionis Dominicæ fructus.

TIT. XXXIII. De vera Cruce Domini nostri IESV Christi.

EXEMP. I. *Vt S. Helena Constantini Imp. mater Crucem sanctam inuenerit, colueit & adrauerit.*

POstquam D. Ambrosius egregia prosecutus est oratione laudes Theodosii Imperatoris defuncti, sanctæ Crucis historiam, quæ à S. Helena tempore Constantini inuenta est, sic describit: Venit ergo Helena, cœpit reuisere loca sancta: infudit ei Spiritus, vt lignum Crucis requireret. Accessit ad Golgatham, & ait: Ecce locus pugnæ, vbi est victoria? Quæro vexillum salutis; & non inuenio. Ego (inquit) in regnis: & crux Domini in puluere? Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet: & latet palma vitæ æternæ? Quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ista non cernitur? Video quid egeris, diabole, vt gladius, quo peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latere aquam passus est. Tollatur ergo ruina, vt vita appareat. Promatur gladius, quo veri Goliæ caput est amputatum. Aperiatur humus, vt salus fulgeat. Quid egisti, diabole, vt absconderes lignum, nisi iterum vinceretis? Vicit te Maria, quæ genuit triumphatorem: quæ sine imminutione virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, & mortuus subiugaret. Vinceris & hodie, & mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta Dominum gestauit: ego eius crucem inuestigabo. Illa generatum docuit, ego resuscitatum. Illa fecit vt Deus inter homines videretur: ego ad remedium peccatorum diuinum de ruinis eleuabo vexillum. Aperuit itaque humum, decurit puluerem: tria patibula confusa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi triumph⁹. Ineerta hæret vt mulier, sed certam indaginem Spiritus sanctus inspirat, eo quod duo Latrones cum Domino crucifixi fuerint. Quærit ergo medium lignū: sed poterat fieri, vt patibula inter se ruina confunderet, casus mutaret & inuerteret. Rediit ad Euangelii lectionem: inuenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat. *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Hinc collecta est series veritatis, titulo Crux patuit salutaris. Hoc est quod petentibus Iudæis Pilatus respondit: *Quod scripsi, scripsi*, id est, non ea scripsi, quæ vobis placerent, sed quæ ætas futura cognosceret: non vobis scripsi, sed posteritati, propemodum dicens: Habeat Helena quæ legat, vnde Crucem Domini recognoscat. Inuenit ergo titulū: Regem adorauit, non signum, quia hic Gentilis est error, & nouitas impiorum: sed adorauit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo, illum qui sicut scarabeus clamauit, vt persecutoribus suis sanctam peccata donaret. Auida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare sacramentum salutis. Læto corde & trepidante vestigio quid faceret, nesciebat. Pertendit tamen ad cubile veritatis. Lignum reuulsit, & gratia micuit.

Helena Augusta crucē quærit & inuenit.

Crux Christi ab Helena inuenta.

Titulus Crucis. *Ioan. 19.*

Crucem adorat S. Helena Constantinimater.

II. *Admotum sanctæ Cruci cadauer, illud resurgit.*

In hac sanctæ Crucis historia accipite miraculū magnum, & vere diuinum; Regina illa venerabilis, vt venit Hierosolymam, diligenter & pie locis illis, & circa omnibus, diuinorum curiosa insignium, & oculis haurire gestiens fidem, quam piis auribus litterisque perceperat, crucem Domini studiosissime perquirere adorsa est. Itaq; non solum de Christianis doctrina & sanctitate plenos viros, sed & de Iudæis

Ex Paulin. epist. 11. to. 9. Biblioth. Sanct. Sul. hist. l. 2 Baron to. 3. Annal. an. Christi 32. 45. & 46.

Ex D. Ambros. orat. in fun. Theodos. Imp. Baro. to. 3. Annal. ad an. Dom. 326. 43.

Iudæis peritissimos, vt propriæ, qua miseri & gloriantur, impietatis indices exquisiuit, & accitos in Hierosolymam congregauit. Tunc omnium vna de loco testificatione confirmata, iussit illico, vrgente sine dubio cõceptæ reuelationis instinctu, in ipsũ locum operam fossionis accingi. Parataque mox ciuium pariter & militari manu, breui laborem istius molitionis hausit: & contra spem omnium, sed secundum tantum ipsius Reginæ fidẽ alta egestione reseratis terræ finibus, abdita Crucis arcana patuerunt. Sed cum tres pariter Cruces, vt quondam fixæ Domino & latronibus steterant, repertæ fuissent: gratulatio repertarum cœpit anxia dubitatione confundi iusto piorum metu, ne forsitan aut *per Crucem Domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abiiciendo violarent. Respexit pias fideliter æstuantium curas Dominus, & ipsi potissimum, quę tam piæ solicitudinis princeps erat, huius consilii lumen infundit, vt aliquem recens mortuum inquiri & inferri iuberet. Nec mora, verbum factum, cadauer illatum est: deponitur, iacenti vna de crucibus admouetur, sed earum ligna mors spreuit. Postremo Dominicam Crucem prodit resurrectio: & ad salutaris ligni tactũ morte profuga, funus excussum & corpus erectum est: tremefactisque viuentibus, stetit mortuus, & funebribus, vt Lazarus quondam, vinculis expeditus illico inter expectatores suos rediuiuus incessit. Ergo Crux Domini tot operta ætatibus, & Iudæis in tempore passionis abscondita, neque Gentibus in ædificatione fani, terram sine dubio ad ipsam fabricam egerentibus, reuelata est: nonne diuina manu latuit, vt nunc inueniretur, cum religiose quęreretur? Ita (vt Crucem Christi decuit) experimento resurrectionis inuenta & probata Crux Christi est, dignoque mox ambitu consecratur condita in passionis loco basilica, quæ auratis coruscа laquearibus, & aureis diues altaribus, arcano positam sacrario Crucem seruat: quam Episcop' vrbis eius quotannis, cum Pascha Domini agitur, adorandam populo princeps ipse venerantium promit.

Crucis Dominicæ manifestatio quomodo facta.

* pro Cruce.

Miraculum in Crucis inuentione.

III. *Ad contactum S. Crucis fœmina semimortua incolumis redditur.*

Ex Ruffin. lib. 1. hist. Eccl. cap. 17. Baron. tom. 3. ann. 327. 17.

Accidit in eadem vrbe, primariam quandam loci illius fœminam graui ægritudine confectam seminecem iacere. Macarius per idem tempus Ecclesiæ illius Episcopus erat: Is vbi cunctantem Reginam, atque omnes pariter qui aderant, videt: Afferte, inquit, huc totas, quæ repertæ sunt, Cruces: & quæ sit, quę portauerit Dominum, nunc nobis aperiet Deus. Et ingressus cum Regina pariter & populis ad eam, quæ decumbebat, defixis genibus, huiusce modi ad Deum precem profudit: Tu Domine, qui vnigenitum Filium tuum salutem generi humano per passionem Crucis conferre dignatus es, & nunc in nouissimis temporibus adspirasti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo salus

Macarii oratio.

nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad Dominicã gloriam, vel quæ extiterit ad seruile supplicium: vt hæc mulier, quæ semiuiua decumbit, statim vt eam lignum salutare contigerit, à mortis ianuis reuocatur ad vitam. Et cum hęc dixisset, adhibuit primo vnam ex tribus, & nihil profecit: adhibuit secundam, & ne sic quidem aliquid actum est, vt vero admouit tertiam, repente adapertis oculis, mulier cõsurrexit, stabilitate virium recepta, alacrior multo, quam cum sana fuerat, tota domo discurrere & magnificare Dei potẽtiam cœpit. Sic euidenti indicio Regina voti cõpos effecta, templum mirificum eo in loco, in quo Crucem repererat, regia ambitione construxit.

Miraculo alio discernitur Crux Dominica ab aliis duabus.

Templum erectum ab Helena.

IV. *Crux sancta splendorem emittit ad Apamæos contra Cosroen Persarum Regem animandos.*

Quoniam in hanc materiam incidimus, dicam & de eo miraculo, quod Apamææ factum dignum præsenti videtur esse historia. Cum Apamæi Antiochiam incendio vastari cognouissent, Thomam ciuitatis Episcopum rogarunt, vt salutiferum & viuificum Crucis lignum præter solitum proferret & proponeret, vt si extrema periclitanda essent, solam mortalium salutem contuentes complecterentur, & alterius vitæ compendium, preciosa Cruce ad meliorem ipsos ducente sortem, acciperent. Fecit hoc Thomas, protulitque viuificum lignum ac certis quibusdam promissis diebus proposuit, vt cunctis ciuibus congregandi ad illud, & salutẽ inde reportandi copia fieret. Accedunt igitur cum aliis etiam illi, qui me ad lucem duxerunt, & cum inferiorem scholam visitarem, deduxerunt. Cum itaque preciosum lignum adorare exoscularique peterémus, Thomas ambabus lenatis manibus lignum illud, quod vetererem maledictionem sustulit, per tota illa sacra adyta circumeundo ostendit, sicut in Dominicis adorationum diebus fieri consueuit. Sequutus est autem hunc Thomam de loco ad locũ migrantem ignis admodum grandis, lucens quidem, sed non comburens, sic vt omnis ille locus, vbi preciosum hoc Crucis lignum ostẽdebatur, ardere videretur: factumque est hoc non semel tãtum atque iterum, sed frequenter, cum sacerdos cunctum eum locum circuiret, & populus collectus Thomam vt hoc faceret orasset; quę res etiam salutem quæ Apamæis contigit, prædixit. Posita est igitur imago quædam in vertice templi, quæ scripturam nescientibus ista indicaret.

Euag. hist. Eccl. lib. 4. cap. 25.

Thomas Apamæorũ Episcopus vir sermone & opere potentissimus.

Crucis lignum rutilat.

V. *Splendore è sancta Cruce promanante territi hostes fugam arripiunt.*

Procopius narrat Apamææ fuisse particulam sanctæ Crucis, quam sibi ostendi populus voluit, cum ciuitas diu obsessa iamiam capienda videretur, vt nimirum Cruce Domini visa, lætius obirent: cumque ter Episcopus illam sustulisset in altum, conspiciendamque proposuisset, ter ex ea maximus ignis

Lib. 2. de bello Persico.

S. Crucis splendore terrentur hostes.

ignis latissime effulgens in omnes partes, haud tamen comburens, eluxit: quo viso territi hostes obsidionem soluerunt.

VI. *De exercitio Christianorum in extremis periculis constituto in terra sancta virtute S. Crucis liberato.*

Willelm. Tyrius lib. 16. c. 11. 12. 13 Baron. tom. 12. Annal. Eccles. ann. Christ. 1144.

Anno Domini 1144. qui secundus numerabatur Balduini pueri Regis, Willelmus Tyriæ Archiepiscopus scribit exercitum Christianorum, dum spe potiundi Bostro, Metropoli Arabum, laboraret, insidiis fuisse circumuentum, & virtute Crucis ereptum, in hæc verba: Hoc videntes hostes ad ea se conuerterunt molimina. Erat sane regio tota vepribus, & frutetis humilib⁹, cardonibus aridis, & sinapis silua, veteribus stipulis & frugibus iam maturis obsita his omnibus ignem subiiciunt, vento nostris obuio fomitem & vires ministrante. Hic incendii vicinoris afflatu, fumique occurrentis nube densissima nostris ingeminatur molestia. Cum ecce ad venerabilem virum dominum Robertum Nizarenum Archiepiscopum, qui Crucem Dominicam baiulabat, omnis populus cum clamore & eiulatu conuersus, postulabat cum lacrymis dicens: Ora pro nobis Pater, & per hoc viuificæ Crucis lignum, quod manibus gestas, in quo nostræ salutis auctorem credimus pependisse, erue nos ab his malis nam diutius sustinere nō possumus. Erat autem populus in modum fabrorum ferrariorum officinas exercentium, vento agitante fuliginem, tam facie, quam toto corporis habitu, nigredine factus decolor, & tam æstatis, quam incendiorum caumate duplicato, ad extremum afflictus iiti, supra vires laborabat. Ad has itaque gementis populi voces vir Deo amabilis cōtritus corde, & animo valde compatiens, salutare lignum erigit contra incendia, quæ illi totis viribus procurabant, & inuocato desuperius auxilio, statim adfuit virtus diuina, & in momento conuersis in oppositum flatibus, incendia terra simul cum fumi caligine in hostes, qui nostrum præcedebant exercitum, se dirigunt, & quę in nostram parauerant læsionem, in suam vidēr retortam perniciem. Stupent hostes nouitate miraculi, & singularem reputant Christianorum fidem, quæ tam præsens a Domino Deo suo pro votis impetraret beneficium.

S. Crucis ope liberatur exercitus Christianorum in Oriente.

VII. *Ligni viuificæ Crucis particula flammis iniecta incendium extinguit.*

Ex Paulin. Natal. 10. S. Felicis. Baron. tom. 5. 397. 10. 12.

Partem particulæ de ligno diuinæ Crucis, quod nobis donum benedicta Melania ab Hierusalem munere sancti inde Episcopi Ioannis attulit, hoc specialiter sorori nostræ, venerabili Bassulæ misit conserua communis. Sed quod alteri vestrum datur, vtriusq; vestrum est; quia in vtroq; vestrum vna ratio manet, & sexum euacuat fides, qua in virum perfectum ambo concurritis. Accipite ergo ab vnanimis fratribus, in omni bono vestrum sibi consortium cupientibus accipite magnum in modico munus, & in segmento pene atomo hastulæ breuis sumite monimentum præsentis; & pignus æternæ salutis. Non angustetur fides vestra carnalibus oculis parua cernētibus, sed intenta acie totam in hoc minimo vim Crucis videat. Dum videre vos cogitatis lignum illud, quo salus nostra, quo Dominus maiestatis affixus, tremente mundo, pependerit, exultetis cum tremore: recordemur & petras fissas ad huius affectum Crucis, & saltem saxorum æmulatione præcordia nostra findamus timore diuino. Porro ingens ex ipso contigit edi miraculum, cum incendio flagrante fœno referta casa in Paulini ipsius hospitium conuersa flamma cuncta impetu violento depascente, oblato ab ipso globis igneis eodem ligno Crucis, incendium protinus resilierit, atq; penitus extinctum fuerit. Quod ipsum perpetua memoria consecrandum miraculum ipse Paulinus versibus descriptum reliquit:

Segmentū S. Crucis à Ioan. Episcop. Hierosol. missum ad Paulinum.

Crucis ligno extinctus ignis.

Paulin. in Natal. 10. S. Felicis.

Ipse domum remeans modicum, sed grande saluti,
De Crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum
Promo, tuensq; manu aduersis procul ingero flammis,
Vt clypeum retinens pro pectore, quo tegerem me,
Arceremque hostem collato vmbone resistam.
Credite; nec donate mihi, sed reddite Christo
Grates, & iustas date laudes Omnipotenti.
Nostra salus etenim Cruce Christi & nomine constat:
Inde fides nobis, & in hac Cruce nixa periclo
Profuit, & nostram cognouit flamma salutem.
Nec mea vox aut dextra illum, sed vis Crucis ignem
Terruit, inque loco, de quo surrexerat, ipso,
Vt circumseptam præscripto limite flammam
Sidere & extingui, fremitu moriente, coegit,
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta Crucis virtus, vt se natura relinquat:
Omnia ligna vorans ligno Crucis vritur ignis,
Multa manus crebris tunc illa incendia valis
Aspergens largis cupiebat vincere lymphis.
Sed licet exhaustis pensarent fontibus imbres,
Vi maiore tamen, lassis spargentibus omnem,
Vicerat ignis aquam: nos ligno extinximus ignem,
Quamque aqua non poterat, vicit breuis hastula flammam.

VIII. *Quanta veneratione lignum S. Crucis aliasq; reliquias susceperit S. Radegundis Regina.*

Greg. Turon. lib 9. histor. Franc c. 40. Baron. tom. 7. Annal. ann. 540. 40. 41. 42.

Quod fecit sancta Helena pro ligno sanctæ Crucis in Oriente, hoc fecit beata Radegundis in Galliis. Sed quia nihil sine consilio facere voluit, quamdiu vixit in hoc mundo, litteris ad Sigebertum excellentissimum Regem datis, (is est filius Clotarii Regis, qui vna cum fratribus regnauit in Galliis) petiit ab eo, vt cum eius bona venia liceret sibi pro totius patriæ salute, & regni ipsius stabilimēto, lignum salutaris Crucis Domini ab Imperatore expetere. Illo clementissimæ sanctæ Reginæ precib⁹ annuente, deuotione plena cum multo desiderio ad Imperatorem munera misit, quippe quæ causa amoris Christi pauperem se fecerat. Sed sanctos iugiter implorans, nuncios suos ablegauit, Sanctorumq; suffragiis

Radegūdis legatione mittit in Orientem pro ligno S. Crucis.

fragiis, quod optabat, adepta est, Imperator enim, & bearum lignum Crucis Domini, auro & argento ornatum, multasque Sanctorum reliquias, quas Oriens obtinebat, ei per legatos transmisit, vna cum Euangeliis auro gemmisq; decoratis. Vt autem famulus mundi Pictauorum vrbem cum sanctis reliquiis aduenit, locique Antistes (is erat Morouæus) cum omni populo deuote ea vellet accipere, inimicus humani generis per satellites suos egit, vt pretium mundi, repelleretur, nec illud intra vrbem vellent accipere, aliud pro alio Iudaico more efferentes. Quid sane egerint, non est nostrum commemorare ipsi viderint: Dominus nouit quinam rei sint. Petiit Regina Episcopum, vt cum honore debito, grandique psallentio in monasterio locarentur: sed ille despiciens suggestionem eius, ascensis equis, villæ se contulit. Tunc Regina iterato ad Sigebertum Regẽ direxit, deprecans, vt iniunctione sua quicunque ex Episcopis hæc pignora cum illo, quo decebat, honore, votumque eius exposcebat, in monasterio locarent. Ad hoc enim opus beatus Euphronius vrbis Turonicæ Episcopus inungitur. At beata Radegundis feruens spiritu, animo certans ad clementissimũ Regem scripsit, orans vt in ciuitatem lignum Dominicum recipi iuberet. Interim donec eius nuntii à Rege redirent, Turonico suo virorum monasterio, quod ipsa condiderat, cum Psalmodiis & canticis sacerdotum Crucem Domini, & Sanctorum pignora commendauit. Vbi tamen non minorem iniuriam sancta Crux perpessa est, simulante inuidia, quam Dominus ipse, cum ad Præsidem & iudices iniquos maligna omnia patienter pertulit, ne id quod creuerat periret. Id vero sancta fœmina animaduertens, magnis se cruciatibus dedit, profusioni lachrymarum se addicens cum tota congregatione sua, donec respexit Dominus humiliratem ancillæ suæ, aspirauitque eam mentem Regi, vt in populo faceret iudicium & iustitiam: misit enim deuotus Rex virum illustrem, Iustinum, ad virum Apostolicum Euphronium Episcopum, præcipiens, vt cum honore condigno gloriosam Domini Crucẽ & Sanctorum reliquias in monasterium dominæ Radegundis inferret. Quod vt factum est, exultauit mirifice beata illa cum omni congregatione tale sibi donum cœlitus collatum, quod propitium Deum effecturum esset suæ congregationi, quam in Dei seruitium collegisset, nimirum spiritu præsentiens, post decessum suum quam esset eximia monasterii eius futura facultas, licet ipsa cum cœli Rege gloriaretur. Vt ergo illi subueniret, instar optimi prouisoris & pastoris boni, ne oues vsquequaque desereret, pretium mundi de pignore Christi è longinqua regione expetitum in loci eius honorem & populi salutem suo monasterio reliquit. Ibi diuina agẽte virture, cœcis redditur lux, aures surdorum patescunt, mutorum linguis suum restituitur officium, claudi ambulant, dæmones profligãtur. Quid plura? Quisquis morbo laborans (quicunque tandem sit morbus) ex fide eo accedit, per sanctæ Crucis virtutem recedit incolumis. Pro quo ineffabili dono, quod in hanc vrbem beata intulit, quisquis ex fide viuit, eius nomine benedicit.

S. Crucis ligno aduersatur Morouæus Episcopus.

S. Crux iniuriã passa.

Miracula edita ex ligno S. Crucis.

IX. *Vt S. Crucis lignum, aliasq; reliquias venerata sit Radegundis Regina: & de miraculis ab illa S. Crucis particulã factis.*

Crux Dominica, quæ ab Helena Augusta reperta est Hierosolymis, quarta & sexta feria adoratur. Huius reliquias & merito & fide Helenæ comparanda Regina Radegundis expetiit, ac deuote in monasterium Pictauiense, quod suo studio constituit, collocauit: misitque pueros iterum Hierosolymam, ac per totam Orientis plagam: qui circumeuntes, sepulchra sanctorum Martyrum, Confessorumque cunctorum reliquias detulerunt. Quibus in arca argentea cum ipsa Cruce sancta locatis multa exinde miracula conspicere meruit. De quibus illud primum exponam, quod ibidem Dominus in dieb⁹ passionis suæ dignatus est reuelare. Sexta feria ante sanctũ Pascha, cum in vigiliis sine lumine pernoctarent, circa tertiam horam noctis apparuit ante altare lumen paruulum in modum scintillæ: deinde ampliatum huc illucque comas fulgoris spargens cœpit gradatim in altum conscendere: effectaque pharus magna, obscuræ nocti, vigilantique plebeculæ lumen præbuit supplicanti: illucescente quoq; cœlo paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirantium euanuit. Ego autem audiebam sæpius, quod etiam lychni, qui accendebantur ante hæc pignora, ebullientes virtute diuina, in tantum exundarent oleum, vt vas suppositum plerumq; replerent: & tamen iuxta stultitiam mentis duræ nunquam ad hæc credenda mouebar, donec brutam segnitiem ipsa ad præsens quæ ostẽsa est virtus argueret. Ideoque, quæ oculis propriis viderim, explicabo: Causa deuotionis extitit, vt sepulchrum sancti Hilarii visitans huius Reginę audirem colloquia: ingressusque monasterium, consalutata Regina, coram adoranda Cruce ac sacris beatorum prosternor pignoribus. Denique oratione facta surrexi. Erat enim ad dexteram lychnus accensus: quem cum stillis frequentibus fluere conspexissem, testor Deum, quia putaui quasi vas esset effractum, quia erat ei concha suppositа, in quam oleum defluens decidebat. Tunc conuersus ad Abbatissam aio: Tantáne te retinet mentis ignauia, vt integrum cicindile laborare non possis, in quo oleum accẽdatur, nisi effractum, quo defluat, ponas? & illa: Nec est ita Domine mi, sed virtus est Crucis sanctæ, quam cernis. Tunc ergo ad me reuersus, & ad memoriam reuocans quæ prius audieram, conuersus ad lychnum, video in modum ollæ feruentis magnis fluctibus exundare, & per oram ipsam vndis intumescentibus superfluere, & (vt credo) ad incredulitatem meam arguendam magis ac magis augeri, ita vt in vnius horæ spatio plusquam vnum sextarium redderet vasculum, quod quar-

Greg. Turon. de gloria martyr. c. 5. apud Baron. tom. 7. ann. 166.

Lux de cruce splendet.

E S. Cruce oleum exundat.

Miraculum insigne de excrescente oleo lapidis S. Crucis.

quartarium non tenebat: admiratusque filui, ac virtutem adorandæ Crucis deinceps prædicaui.

X. *A Cruce adoranda mortales auertere conatur diabolus.*

Sophron. p. spir. cap. 105.

Narrauit nobis Theodorus Abbas de Abbate Christophoro. Dicebat, inquit, senex; Die quadam ascendi ad sanctam ciuitatem, vt adorarem sanctam Crucem: & cum adorassem, & iam exirem, aspicio fratrem quendam in limine atrii pretiosæ Crucis, neque intrantem, neque exeuntem. Aspicio item & duos coruos impudenter ante illius faciem volantes, & alii suis oculos eius importune imperentes, nec illum intrare permittentes: intellexi vero eos dæmones esse, & dixi illi: Dic, Frater, cur stas in medio ianuæ, nec intras? Qui ait: Ignosce mihi, pater mi, cogitationes habeo, ex quibus vna dicit mihi: Non, sed vade, & fac responsum, & alia vice adorabis: ego autem vt audiui, tenui magum ipsius, & introduxi in templum; & continuo fugerunt corui. Cumque feci sem adorare sanctam Crucem, & sanctam Christi Domini resurrectionem, dimisi eum in pace. Hæc autem, inquit Theodorus, mihi senex enarrauit, quia vidit me multum in ministeriis distentum, & orationis negligentem.

S. Crucis adoratio.

Dæmones visi ab Anachoreta impedire Crucis adorationem.

XI. *A Crucis ligni adoratione repulsam patitur Maria Ægyptiaca.*

Nicæne Synod. 1. Act. 4. Io. Damasc. Orat. 3. de imagin. sub finem.

Quando venit sanctæ exaltationis festiuitas pretiosæ Crucis, ego quidem, inquit Maria Ægyptiaca, sicut & prius, præibam iuuenum illaqueans & capiens animas. Vidi autem primo diluculo omnes ad Ecclesiam vnanimiter concurrentes; abii & ego, currens cum currentibus, & veni cum illis in atrium templi, & cum venisset hora exaltationis diuinæ Crucis (hoc est quando ab Episcopo monstrabatur palam populo) impingebam & impingebar, repellebarque quodammodo festinans ingredi cum populo, magno impetu, & quidem vsque ad ianuam templi cum his, qui ingrediebantur: appropinquabam & ego. Quando autem ianuam ingredi debebam, illi quidem omnes sine impedimento ingrediebantur, me autem diuina aliqua virtus prohibebat, non indulgens introitum. Mox igitur repulsa eiiciebat foras, & iecta inueniebat sola in atrio stans. Considerans autem hoc mihi euenire ob infirmitatem virium; iterum me aliis immiscebam, vim mihi quodammodo faciens introeundi, sed enim frustra laborabam: Vt enim limina contingebam omnes interius recipiebantur, nullum habentes impedimentum, me autem solam non recipiebat, sed quasi multitudinis militaris manibus modo hinc, modo illinc repulsa, & iecta vt mihi ingredienti aditum clauderet, ita me repentina aliqua prohibebat virtus, & iterum veniebam in atrium. Hæc ter & quater passa, & facere conans de cætero, & amplius nusquam progredi valens discessi & steti in quodam angulo atrii templi & vix aliquando ob quam causam prohiberer, videre viuificum lignum in cognitionem reduxi. Tetigit enim mentem, & cordis mei oculos intellectus salutis, recogitabamque quia squalida actuum meorum scelera mihi introeundi aditum obserabant. Cœpi itaque flens nimium conturbari & pectus tundere, atque suspiria de profundis cordis proferens & gemens, eiulansq; prospexi in loco, in quo stabam, sursum, imaginem sanctæ Dei Genitricis stantem, & alio ad eam intente attendens: Domina Virgo, quæ Deum verbum genuisti secundum carnem, præcipe, & mihi licentiam tribue ingrediendi in ecclesiæ patefactum aditu m: non efficiar aliena à visione pretiosissimi ligni, in quo affixus Deus homo, quem concipiens ipsa Virgo genuisti, proprium sanguinem dedit pro mea liberatione: iube ô Domina, & mihi indignæ ob diuinæ Crucis exaltationem ianuam patefieri, & te ex te genito Christo dignissimam do fideiussorem, quia nunquam vltra meam carnem inquinabo, sed mox vt filii tui, Virgo, me lignum adorare concesseris, renuntiabo sæculo, & omnibus quæ sunt sæculi, & vadam, quo præceperis, ac demonstraueris salutis viam, quia tu pro me fidem dixisti. Hæc cum dicerem, satisfeci menti meæ, quod sancta Dei Genitrix posset pro me hæc omnia obtinere: Derelinquens itaque locum, in quo orabam, miscui me inter hos, qui templum ingrediebantur, nullusque repertus est, qui me foras repelleret: sed magis vt vnda maris, ita me turba intro impellebat appropinquare sancto loco, quem prius nec pedibus calcare poteram. Tunc ex nimio gaudio apprehendit me pauor, dum me videre locis astare sanctis, vbi prius iniquitas mea me ingredi prohibebat, Nam absque vllo dolore adoraui lignum sanctæ Crucis, & sensi ibi odorem suauitatis, & merui videre omnia Dei mysteria, & egrediens ad illam, quæ me fide duxerat, adiungensq; me in illum locum, in quo promissionem fidei dictionis sanctæ Dei Genitrici fecerã, flectens genua his cœpi loqui sermonibus: Tu mei, Domina, miserta es, meaque preces non repulisti, per te merui gloriam Dei, quam peccatores percipere non possunt. Et infra; Dum hæc dicerem, audita est vox dicentis: Si Iordanem transieris, inuenies requiem.

Ab adoranda Cruce repellitur Maria Ægyptiaca.

Maria Ægyptiaca cur ab adoratione S. Crucis sæpius repulsam passa.

AdB. Virginem supplex recurrit.

Voto facto de deserendo sæculo ei licet ingredi.

Odor suauis ex ligno S. Crucis.

Gratitudo Mariæ Ægyptiacæ.

XII. *Crucis Dominicæ insigne miraculum, dum à Lithuanis è Polonia asportatur.*

Sub annum Domini M. CCC. LXX. Lithuani excursione in Poloniam facta maximas prædas egere, & monasterium montis Calui diripuerunt. Inter alia autem portionem Crucis Christi auro inclusam asportabant; sed cum peruenissent ad Poloniæ fines, plaustrum, quo illa vehebatur, nulla vi neque iumentorum, neque hominũ moueri potuit: quia subito concidebant exanimati homines, equi, boues, & quicunque illud attigissent. Cumq; Lithuanorũ Duces perterriti à Russo quopiam cladis causam cognouissent, crucem cum nobili captiuo ad suum locum remisere, & iter propositum mox cuncti incolumes tenuerunt.

Martin. Cromer. l. 3. Th. Bozi l. 15. de sign. Eccl. c. 11.

Miraculum

XII. *De Bonifacio Episcopo in summo discriminis virtute Crucis erepto.*

Thom. Poz. li. 5. de sign. Ec l. 4.

Stagni Episcopus, Bonifacius Stephanus, superioribus annis Christi sepulcrum vetustate deformatum restaurauit, inuenitque in eo instaurando partem quandam Crucis, cui Christus fuit affixus; eam sibi reseruauit, secumque iter alio facturus detulit; cumque per ignota loca noctu forte aberrasset à via, & quonam tenderet, ignoraret, inops consilii protulit illud crucis lignum eo animo, vt inde opem sperauet; & ita sane contigit: non maximus ex eo splendor elucens omnes procul tenebras fugauit: tutumque iter erranti indicauit.

TIT. XXXIV. De gestatione particulæ veræ Crucis in collo.

EXEMP. I. *Procopius Crucem ex collo suspendendam sibi formari curat.*

Ex Act 4. Cone Nicani 2 ap. Sur. 8. Iulii to. 4. Baro an 308 to. 3.

IN actis fortissimi & generosissimi Neaniæ seu Procopii sub Diocletiano martyris, secundo Nicæno Concilio citatis, Stephanus Dei amantissimus Diaconus, & Referendarius sacri Secreti legit hæc inter cætera; Neanias venit Scythopolim, & omne sodalitium aurifabrorum & argentifusorum conuocans interrogauit eos dicens: Potestisne mihi facere vas aliquod, quod ego tradam vobis? Illi vero hominis austeritate deterriti, communi consilio statuerunt apud illum vnum ex omnibus, quem optimum artificem existimabant (nomen illi Marcus erat) dicens, Si quis est qui voluntati tuæ, Domine, satisfaciat hic erit. Marcus autem nequaquam obedire volebat iuueni. Persuasit tamen tandem is, dicens: Hoc mysterium Regi vsque ad vitam nunquam reuelauero (agebat enim cum eo, vt Crucem quam ferret ad collum suspensam, ex argento auroque conficeret) Persuasus itaque Marcus in abdito ex auro & argento noctu Crucem fabricauit. Cum autem opus consummatum erigeretur, tres in ea imagines apparuerunt. Scriptum autem erat Hebraica Dialecto in superiore patre, Emmanuel, & vtrinque in summitate alarum Michael & Gabriel: Voluit autem Marcus, sibi timens, expungere imagines, verum non potuit: confestim enim manus sicca permansit. Sub gallinacium autem Dux, qui dicebatur Neanias, ad ædes Marci, quo crucem auferret, properat. Videns autem protinus adorauit. Ait autem ad Marcum: Quæ sunt eæ personæ, quæque hæc inscriptio? Domine, in qua hora crux erigebatur, imagines istæ per se enatæ sunt, neque ego cognosco, quænam & cuius sit inscriptio. Neanias vero cognoscens virtutem quandam in his esse adorata Cruce, Marco artifici copiosam mercedem persoluit, profectusque est in ciuitatem suam.

Crucem sibi formari curat Procopius.

II. *De Oreste milite Christiano, qui Crucem auream ad pectus gestabat.*

In Vita S. Eu stat. mart. & soc. 13. Decēb. apud Sur. to. 6.

Sub eodem Diocletiano, Orestes miles Christianus, cum missilibus iaciendis ad scopum sese cum suis commilitonibus exerceret, præsente Lysia Duce, agitatione corporis accidit, vt crux aurea, quam ferebat in pectore solutis vestibus appareret, ita vt ab omnibus, etiam ab ipso Lysia videretur. Quo interrogante, cur hoc signum gestaret, & an Christianus esset? Sum, inquit, seruus crucifixi Domini mei, & gesto hoc signum ad omnia mala auertenda, quæ mihi ingruunt. His dictis in vincula coniicitur, & paulo post vitam pro Christo posuit.

III. *Macrinam D. Greg. Nysseni sororem Virginem sanctissimam, pretiosissimum monile Crucis recte ex collo suspendisse.*

Apud Sur. to. 4. & Bar. to. 4. an. 378.

Gregorius Nyssenus exponens quo pacto à Vestiana, fœmina nobilissima, ad funus præparatum sit, se præsente corpus demortuæ Macrinæ sororis suæ. Vestiana, inquit ille, propriis manibus ornans sanctum illud caput, cum eius ceruici manum submisisset, Ecce aiebat, ad me respiciens, quale à collo sanctæ, monilis ornamentum dependet? & hoc dicens, solutis pone vinculis, protedit manu ferreum Crucis signum, & annulum quendam ex eadem materia: quæ quidem vtraq; cordi semper adhærebant. Et ego; Communis inquam, sit hæc possessio: actu quidem habes Crucis insigne, mihi autem hæreditas annuli satis erit: siquidem in huius etiam pala crux erat impressa. At eum mulier induens, rursus ad me: In deligendo, inquit, non aberrasti; etenim excauatus est annulus sub ipsa pala, ibique de ligno vitæ particulam conditam habet, quod superadiacens pala simili nota significat.

Crux ferrea ex collo S. Macrinæ. Crucis particula in annulo ferreo.

IV. *Greg. Turonensis Crux, quam gestabat, miraculo nobilitatur.*

Lib. 1. miracul. c. 11.

His addo Gregorium Turonensem, cuius Crux, quam plenam reliquiis ex collo gestare, & osculis venerari solebat, eximio miraculo nobilitata est. Cum enim iter faciens cerneret domum pauperis cuiusdam à flammis vndiq; corruptam; Extractam, inquit, à pectore Crucem eleuo contra ignem, mox in aspectu sanctarum reliquiarum ita cunctis ignis obstupuit, ac si non fuisset accensus.

X. *Cur diademate in modum globi aurei cum Cruce Imperator insignitus sit.*

Ex Glabro Rudolpho li. 1. in fin. Baro. to. 1. ad ann. Do. 1213.

Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducētesimo decimotertio, licet insigne illud Imperiale diuersis speciebus prius figuratum fuisset, venerabili tamen Papæ Benedicto VIII. visum est intellectuali admodum specie. Qui idem insigne præcepit fabricari quasi aureum pomum, atque circumdari per quadrum pretiosissimis quibusque gemmis, ac desuper auream Crucem inseri. Erat autem instar speciei huius mūdanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumsistere perhibetur: vt dum siquidem illud respiceret Princeps tergeni imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel

vel militate in mundo, quam vt dignus haberetur viuificæ Crucis tueri vexillo: In ipso etiam diuersarum gemmarum decoramine videlicet imperii culmen plurimarum virtutum specieb. exornari oportere. Cumque postmodum prædictus Papa Imperatori, Hentico, videlicet, huius rei gratia, nempe vt crearetur Imperator, Romam venienti obuiam cum maxima virorum & sacrorum Ordinum multitudine processisset ex more, eiq; huiusmodi insigne scilic. imperii in conspectu totius Romanæ plebis tradidisset, susc ipiens illud hilariter, circumspectoq; eo (vt erat sagacissimus) dixit: Optime Pater, inquiens ad Papam, istud facere decreuisti nostræ portētendo regimē iuuenis monarchię, qualiter sese moderari debeat, cautius perdocuisti. Deinde manu gerens illud auri pomum subiunxit: Nullis, inquit, melius hoc præsens donum possidere ac cernere congruit, quam illis, qui pompis huius mundi calcatis, Crucem expeditius sequuntur Saluatoris, qui protinus misit illud ad Cluniacense monasterium Galliarum: quod etiam tunc temporis habebatur religiosissimum cæterorum. Cui & alia plurima dona contulerat ornamentorum.

Globus aureus cum Cruce Imper. datur.

TIT. XXXV. De Crucis imagine erigenda, & adoranda.

EXEMP. I. *Cruces supra templa erigere olim etiam fuisse consuetum.*

Gregor. Cedren. in compendio Hist. Sigeber. an. 644. & 647.

ANno Constantis Imperatoris secundo, nepotis Heraclii, Vmarus Saracenorum Princeps ædificare templum Ierosolymitanum cœpit: neque ædificium subsistebat. Rogante illo causam, exposuerunt eam Iudæi; & Crucem, quę erat supra templum montis Oliuarum, deposuerunt, atquè ita demum substitit illorum fabrica. Hanc ob causam multas Cruces deturbarunt hostes Christi, sed non distulit Crux vltionem: Nam, vt ait Sigebertus, Persa quidam simulans se velle adorare Vmarum Amiram, hoc est Principem Saracenorum, infixo in ventrem eius gladio eum peremit.

II. *De Cruce ab Osvvaldo Anglorum Rege erecta miraculis coruscante.*

Beda lib. 3. hist. Angl. c. Amalar. Fortunat. l. 1. de Eccl. officio c. 14.

Ostenditur vsque hodie, & in magna veneratione habetur locus iste, vbi venturus ad pugnam Osvvaldus, signum sanctæ Crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus est, vt in tanta rerum necessitate suis cultoribus cœlesti succurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere Cruce, ac fouea præparata, in qua statui deberet, ipse fide feruens hanc arripuit, ac foueæ imposuit, atq; vtraque manu erectam tenuit, donec aggesto à militib. puluere terræ figeretur, & hoc facto elata in altum voce, cuncto exercitui proclamauerit; Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentem, viuum, ac verum in communi deprecemur, vt nos ab hoc hoste superbo & feroce sua miseratione defendat, scit enim ipse, quia iusta pro salute gentis nostræ bella suscepimus. Fecerunt omnes vt iusserat, & sic, incipiente diluculo in hostem progressi iuxta meritum suæ fidei victoria potiti sunt. In cuius loco orationis innumeræ virtutes sanitatū noscuntur patratæ, ad indicium videlicet & memoriam fidei Regis. Nā & vsq; hodie multi de isto ligno sacrosanctæ Crucis assulas excidere solent, quas cum in aquas miserint, iisque languentes homines ac pecudes potauerint, siue aspserint, mox sanitati restituuntur. Vocatur locus ille lingua Anglorum Heonsefeld, quod dici potest latine, Cœlestis campus. Quod certo vtique præsagio futurorum antiquitus nomen accepit, significans nimirum quod cœleste ibidem erigendū trophæum, cœlestis inchoanda victoria, cœlestia vsque hodie forent celebranda miracula. E quibus hoc vnicum commemorabo. Quidam è fratribus Hagulstadensis Ecclesiæ, nomine Bothelmus, qui huc vsque supererat, ante paucos annos, dum incautus fere noctu in glacie incederet, repente corruens, brachium contriuit, ac grauissima fracturæ ipsius molestia cœpit fatigari, ita vt nec ad os quidem adducere ipsum brachium vllatenus, dolore arcente, valeret; qui cum die quadam mane audisset vnum de fratribus ad locum eiusdem S. Crucis ascendere dispositisse, rogauit, vt aliquam sibi partem de illo ligno venerabili rediens adferret, credere se dicens, quia per hoc donante Domino salutem possit consequi. Fecit ille, vt rogatus est, & reuersus ad vesperam, sedentibus iam ad mensam fratribus, obtulit ei aliquid de veteri muco, quo superficies ligni erat obsita, qui cum sedens ad mensam, non haberet ad manum, vbi oblatum sibi munus reponeret, misit hoc in sinum suum, & dum iret cubitum, oblitus hoc alicubi deponere, permisit suo in sinu permanere. At medio noctis tempore, cum euigilaret, sensit nescio quid frigidi suo lateri adiacere, admotaq; manu, requirere cœpit, quid esset; ita sanum brachium manumq; reperit, ac si nihil vnquam tanti languoris habuisset.

Osvvaldus Rex Crucē erigit, & sub prælium eam cum suis adorat.

Miraculum ad Crucem S. Osvvaldi Regis in Anglia.

III. *Crucem erigit Angelus beatæ Magdalenæ, qua defendatur contra terrores dæmonum.*

Tuld. Gran. conc. 1. de Magd. & Bred. Collat. lib. 4. c. 2. ex Sylvest. Priorio.

Cum B. Maria Magdalena ante limpidissimum fontem genuflexo Christo Domino gratias ageret, ecce plus quam mille spiritus vidit in speluncæ dextera fremuisse verba suauissimi amoris Hebraica lingua decantantes. Cum igitur postremo subintulissent, non expedire animæ tam assiduam orationum frequentiam, dæmones esse intelligens, IESVM territa acclamauit. Repente cum suis militibus Angelus Michael adfuit, dicens: Adsum, Magdalena, ne timeas. Deniq; malignis spiritibus congressus, eos omnes in fugam compulit, ita clamantes: Non eris tamen ideo beata, tu, quæ orationibus vacas in antre. Crucem igitur in ore speluncæ Angelus erexit, dicens:

S. Michael apparet Magdalenæ

dicens: Caue, ne extimescas in posterum, custos tui est altissimus. Igitur ante Crucem eo disparente, cū iacuisset, timore nimio exsiccatis visceribus oratio-

Crux erecta ab Angelo contra dæmones.

ni instare attenta non prævalens collectas duas radices in ipso ore spelunce, & lotas comedens, aquam de fonte bibit, postquam humanum aliquid non gustauit. Crucem deinde complexa ea die ac nocte sequenti orans, orto sole oculos ad Crucem ipsam leuauit, coloris, vt videbatur, crystallini, & radiis fulgentibus coruscam. Cumque in se vehementissimi amoris flammam persensisset, ecce tam læta & iubilans Angelorum turba adfuit vt æternam vitam in illo antro credidisses. Atque ante Crucem stanti ait Angelus: Quanto tempore tuus, ac noster amor IESVS in terris te propter vixit, tanto tu quoque in hac spelunca moraberis. Stetit igitur, eo disparente, ad crucem orans, & Christum salutem suam contemplabatur. Omni autem euoluto die Angelorum adfuere militiæ, & eam tam sublimem in aera sustulerunt, vt cœlestes audierit resonare melodias. Quod abinde citra septies semper intra diem ac noctem fecerunt.

Magdalena sursum ab Angelis eleuatur.

IV. *In Crucem sublimi Ecclesiæ loco collocatam sauit Dunaan.*

In vit. S. Arethæ Martyr. ap. Sur. 24. Octobr.

Dunaan Hebræus Rex Homeritidis, seu Arabiæ Felicis, cum Nagran eiusdem regionis ciuitatem Christianam obsedisset, & fraude cepisset, antequam vrbe potiretur, minatus erat, se omnes, qui in in illa erant interempturum, nisi Cruce Domini à ciuibus in excelso posita, quam execrationis signum stultus vocabat, ad nihilum redacta, deinde Christum quoque negassent, qui fuerat in ea suspensus. Sed quod pij ciues facere noluerunt, id ipse postea vrbe in potestatem redacta, impigre præstitit.

V. *De Cruce aurea ab Angelis fabrefacta, & in Ecclesia reposita.*

Lucas Tudensis. Io. Vasæus in Chr. Hisp. ad an. Do. 792. apud Bar. to. 9. an. 791.

Decoratur Ouetensis Ecclesia Angelici miraculi nouitate. Dum enim quadam die Rex Alfonsus haberet casu coram se pondus auri splendidissimi, & quosdam lapides pretiosos, cogitare cœpit intra se, quomodo ad opus diuini altaris inde crux fieri posset, ita sancta Regis deuotione existente. Cum post auditam Missam à templo nostri Saluatoris regale palatium peteret, obuiam habuit duos Angelos in figura peregrinorum, qui se aurifices esse dixerunt. Rex autem illico tradidit eis aurum & lapides, & iussit illis dari domum, in qua possent sine impedimento hominum operari. Sed Rex dum pranderet, ad se reuersus quibus personis dederit aurū, inquirit, & statim vnum legatum post alium misit, vt viderent, quid ignoti aurifices facerent. Iam ministri domui fabricæ accedebant, cum subito tanta lux intra domum resplenduit, vt non possent eam oculi humani aspicere præ nimia claritate. Et cum nuntiatum Regi fuisset, cito accurrunt ad domum, & Crucem solam sine aurificibus reperit, atque totam domum sicut sole irradiatam. Rex autem accipiens benedictam Crucem, conuocato omni Clero, cum laudibus & hymnis Deo gratias agens, eandem super altare S. Saluatoris reuerenter posuit.

Crux ab Angelis fabricata.

VI. *Apud Indos Crucis imaginem in altaribus positam vidit Francisc. Xauerius.*

Horat. Tursel. lib. 1. de vita Franc. Xauer. c. 16.

Cum Franciscus Xauerius, Indorum hac ætate Apostolus, ad Insulam Socotoram peruenisset, inuenit incolas omnium rerum diuinarum rudes, qui tamen Christianos se esse gloriabantur, Thomamq; Apostolum colebant eximia veneratione, à quo maiores suos esse baptizatos affirmabant, cum tamē ipsi iam baptizari instituiq; desiissent, partim, quia Christianos mores densa ignorantia iam obruerat, partim, quia tyrannis Saracenorum omnes opprimebat. Ostendebat tamen hæc gens aliquot Christianæ religionis vestigia: Inter hæc & illa, visebantur sacella non ampla, sed pie extructa atque ornata; Cruces in altaribus cum lychnis præpendentibus. Sic in Indiæ vrbe Carangonora, Christianorum quę sunt reliquiæ, accepto more ab iis, qui Christi nomē eo primum inuexerunt, cruces in templis habent, eorumque Antistes capillos in figuram crucis tondere consueuit.

Cruces in altaribus.

VII. *De Cruce in altari erecta, ad quam S. Thomas Apostolus fuit interfectus.*

Ex Hier. Osorio l. 3. hist. & Pet. Maffeio lib. 2. hist. Indic. Th. Boz. de Not. Ecc. l. 16. cap. 14.

In India Orientali citra Gangē, vrbs est illustrissima, quam vocant indigenæ Malipurum, nostri vrbem sancti Thomæ, quod in ea sit Thomæ Apostoli corpus ex parte, vt creditur. Singulis annis die solenni festum illic celebratur, confluentibus eo non modo Christianis, sed cuiuslibet religionis hominibus innumeris. Accidit itaque vt conuenientibus vndique populis statā die sacerdos Missam diceret. 1561. Aderat in altari medio Crux vetustissima. Ecce autem, cunctis videntibus, cœpit ea crux guttas quasdam primo nigrescentes, deinde sanguineas copiose emittere: mox paulatim splendescere, magisque ac magis fulgorem, per omnes templi partes emittere. Ibi sacerdos, cæterique vniuersi pauore tremefacti exclamare cœperunt, & cum fletu multo diuinam misericordiam implorare, donec res resedit; & sacerdos linteis sacris crucem extersit. Crux erat lapidi incisa, in cuius fastigio columbæ imago insidebat; basis vero erat in specie quadam herbarū, quæ diffundi latissime videbantur, collocata: & tam fastigium, quam basis, & brachia in liliorum formam desinebant. Arcus eam ex eodē lapide factus vndiq; circumdabat; in arcu literę erant nulli cognitę: multi, qui illarum periti credebantur, accersiti & adducti se illas ignorare sunt professi, donec senior quidam Brachmanes eo rogatus accessit, cumque illi diceretur, vt altare ascenderet, ac propius literas intueretur; Auertat hoc, inquit, Deus, vt ego locū pedibus calcem, in quo sacra illa fiunt. Oculis admotis literas legit, quarum sensus hic erat: Thomā diuinum

Crux in altari sanguinem quotannis exsudat.

Altari reuerentia cur exhibenda.

uinum virum fuisse à Dei filio, cuius erat discipulus, in eas oras Sagami Regis tempore missum, vt Dei summi notitia gentes illas erudiret; ibique templū extruxisse, & res admirabiles effecisse; atq; tandem cum genibus flexis affixus ad illam Crucem orationem funderet ad Deum, à quodam Brachmane fuisse hasta transfixum; Crucem vero eiusdem viri sanctissimi cruore tinctam ad memoriam virtutis illius sempiternam relictam fuisse. Ita literas est interpretatus ille, ac mox alius itidem accersitus. Id in publica monumenta relatum, & ad Reges Portugalliæ transmissum. Ea se vidisse testatur Hieronymus Osorius in historiis suis. Hæc accidere anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Inuentā autem Crux ante annos quatuordecim in colle, in quo templum est extructum. Tantum porro miraculum singulis annis euenire tradunt Osorius, Petrus Maffeius, & Ignatius ex ordine diui Francisci in itinerario. Ex quo apparet antiquissimus imaginum vsus, cultus, & vis prorsus admiranda, quam Deus est dignatus efferre ad gloriam suam, vt hac via populi illi ad doctrinam Christianam facilius adducerentur, cunctique cognoscerent & ex hoc, nos esse ex Ecclesia Dei.

S. Thom. Ap. martyrium vbi.

Templum à S. Thoma extructum.

Imaginum vsus quam antiquus.

VIII. *Tres cruces fieri iussit Constantinopol. Imper quas Angelus adorauit.*

Post Helenæ reditum Hierosolymis, tres immēsa magnitudine cruces fabrifieri fecit Constantinus Imperator, ad exemplum earum, quas ter in cœlo viderat: primum Romæ, contra Maxentium depugnans: secundo, quum cōmisso cum Byzantiis prælio trophæum de eis statuit: tertio autē, quum Istro ponte iuncto Scythas vltra id flumen subegit. Ad imitationem igitur triplicis istius visionis, tres ex ære fieri curauit Cruces, eisque sacra hæc imposuit nomina Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ: Iesus Christus vincit. Ex his, cui nomen IESVS inditum, auro per omnes partes diffuso ornata collocata est super fornicem seu areum triumphalem in foro vt obscuriore significatione ardorem pietatis ipsius indicaret. Potentia namque roboris eius Græcam superstitionem debellauit. Alteram vero veneraudam sacramq; Crucem, Christi nomen præferentem, in Porphyretica Romana statuit columna, in loco qui φιλαδέλφιον, hoc est fraternus amor, dicitur. Tertiam, quā Constantinus quidem νίκην, id est, victoriā, vocauit. Heraclius autem ἀνίκητον, hoc est inuictricem nominauit, in alta marmorea columna posuit, in loco cui nomen est ἀγοραῖον, id est forum panarium: ad quā multæ etiam supra opinionem hominum virtutes sunt editę: atque in primis, si qui *rigore inflammationis vexarentur, & oculorum doloribus & effusionibus premerentur, sanati sunt. De qua factum quoddam quod admodum in admiratione fuit, exponam. Ne vero quisquam narranti mihi fidem non habeat: nihil enim tam præter opinionem & præter fidem est, quod Deus non perficiat: neque etiam quidquam, quod Deus velit, impossibile est. Dicitur namque, & vere dicitur, quum ad eum Angelus Domini ter quotannis per altissimum intempestæ noctis silentium, perinde atque emicans quoddā cœlitus fulgur cum splēdore insustentabili venit, Crucem eum circumire, suffitum facientem: suauique voce quasi cuiusdam tenuis indicis, præsentiā suam illis, qui puritate vitæ à vitiis abhorrentes talia & videre & audire idonei sunt, insinuare: atque vbi cantu ineffabili diuinum carmen ter-sancti hymni psallens concinuerit, rursum illum veluti stellā magnifice emicantem ad munia redire sua. Hanc sane venerandam Domini Crucem, longo post tempore, decimum octauum annum Mauricio imperante, quod immēsæ terræ-motu corruerat ferreis quibusdam operibus Heraclius firmauit, & in basi eius huiusmodi incidit inscriptionem: ἔργον θεάρεστον βασιλέως μεγάλου Ἡρακλείου ὕδρισεν: Opus Deo acceptum imperatoris magni Heraclius formauit. Quæ inscriptio ad mea vsque tempora durauit.

Niceph. lib. 8. histor. Eccles. cap. 32.

Ter signum crucis in cœlo Constantino apparuit.

*rigore φλογώσεως.

Sanationes ad Crucis signum miricæ.

Angelus Crucem adorat.

IX. *De reuerentia B. Margaretha Hungarica erga sanctam crucem.*

Cum beata Margaretha Regis Hungarorum filia quartum ætatis annum ageret, conspiciens crucem quandam, scisitabatur ex sororibus, quid rei esset. Respondētibus illis, signum esse crucis, in qua Deus Dei filius nostræ salutis causa suum fudisset pretiosissimum sanguinem. Illa his auditis, statim crucem amplexari & osculari cœpit, & coram illa se prosternens, & adorans crucifixum, alta voce dixit: Domine, me tibi committo. Ex eo autem tempore tanta deuotione erga sanctam crucem ferebatur, vt vbicunque crucem videret, quocunq; etiam detineretur impedimento, se se prosterneret, eamque adoraret. Quandā etiam crucem paruulam de ligno sanctæ crucis habens, semper secum portabat, & die ac nocte sæpius osculabatur deuote. Cum iam facta esset religiosa ordinis Prædicatorum, aliis euntibus ad locum refectionis, illa semper orabat coram imagine Christi crucifixi, quæ erat in domo, quam vocant, Capitulari. Orabat vt plurimum ante altare sanctæ Crucis, vel coram imagine Crucifixi.

In vita eius apud Sur. 28. Ianuar. tom. 1.

Amor & reuerentia S. Margar. Hungaricæ erga crucē Christi.

X. *Signum Crucis non debet culpi vel pingi in loco, qui possit pedibus calcari.*

In Codice Iustinianeo, Lege vnica, Titul. XI. ab Impp. Theodosio & Valentiniano lata, haberur, ne cui liceat signum Saluatoris nostri humi sculpere vel pingere, in hæc verba: Cum sit nobis diligens cura per omnia superni nominis religionem tueri, signum Saluatoris Christi neminī liceat, vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere; sed quodcunque reperitur, tolli; grauissima pœna multando eum, qui contrariū statutis nostris tentauerit, specialiter imperamus. Et Constātinus Imp. tabulam, cui Crux insculpta erat, de terra leuari fecit, Paulo Diacono teste, lib. 8.

Codex. lib. I. tit. II.

Signū Crucis humi nō est sculpendum.

TIT.

TIT. XXXVI. De crucis imagine in processionibus præferenda, ægris & moribundis proponenda, & defunctorum sepulchris apponenda.

EXEMP. I. *Cruces olim tempore D. Io. Chrys. Episc. Constantinopolitani in supplicationibus prælatas esse.*

Sozom lib. 2. c. 8. Socr. 6. c. 8. Niceph. 13. c. 8.

NArrant rerum Ecclesiasticarum Scriptores Constantinopolitanos olim, qui Catholicam fidem profitebãtur, instituto & ductu sancti Ioannis Chrysostomi, instituisse supplicationes per vrbem, cum hymnis & canticis in laudem Sanctissimæ Trinitatis, vt Arianis, qui per mediam vrbem cantilenis suis Sacrosanctam blasphemabant Trinitatem, opponerent antidotum. Processionem, inquit Nicephorus, cruces argenteæ cereos incensos habentes præibant. Eudoxia Imperatoris coniuge impensas ad eam rem præbente, quæ hoc Brisoni cubiculi sui præfecto iniunxit, vt hymnorum cantus procurarer, & ad eum vsum quam plurimum lucernarum pararet.

Pſalmodias in ſupplicat. inſtituit D. Chryſoſtom.

Cruces in proceſſionibus deportatæ.

II. *Antiquam esse Catholicorum consuetudinem præferendi Crucis imaginem in supplicationibus.*

In vita S. Porphyrii tom. 1. Surii. Baron. t. m. 5. An. al. an. Dom. 401. 50.

Sanctus Porphyrius Episcopus, Gazensium rogatu, pluuiæ impetrandæ causa, processionem instituit: Facto mane, inquit auctor vitæ eius, accepto signo venerandæ crucis, quod nos præcedebat, egressi sumus cum hymnis ad antiquam Ecclesiam quæ est à parte occidentalis ciuitatis.

Idem Marcus Diaconus de alia solenni processione ab eodem Porphyrio instituta: Congregato, inquit, populo in sancta Ecclesia, quæ appellatur Irene, iussit omnes psallentes simul proficisci in Marnium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur portans Euangelium, & circa se habens pium clerum, re vere imitans Christum cum discipulis. Præcedebat autem populum semper memorãdus Barochas, venerandæ crucis portans effigiem; ab vtrisque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio ciuitatem. Euntes autem psallebant, & in versiculorum Psalmi intercessione dicebant, Alleluia. Erat autem Psalmus, quem dicebant: Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, &c. vsque ad finem. Dicebant alios quoque Psalmos, donec ingressi sunt in Marnium.

Barochas crucẽ portat in proceſſionib⁹.

III. *Placere Deo cruces in supplicationibus præferri, miraculo probatur.*

In vita S. Theodori Archim. 22. April. apud Surium tom. 2.

Domitius Patritius, vir clarissimus, crucem auream ad supplicationis & adorationis vsum fieri curauit hortatu S. Theodori Archimandritæ, qui sub Tyberio & Mauricio floruit, dono acceptis à Patriarcha Constantinopolitano Thoma particula venerandi ligni sanctæ Crucis, & sancti sepulchri Saluatoris nostri, & particula veli sanctissimæ Dei genitricis, vt in vmbilicum illius aureæ crucis imponerentur. Et ibidem miraculum narratur: Cum in oppidis finitimis supplicationes fierent, & cruces quæ supplicatione gestari solent, horribili miserandoque spectaculo per se concuterentur & commouerentur, interrogatus vir diuinus, quid sibi id vellet, respondit: DEVM, ô filii, precibus placate, quoniam magnæ mundo imminent calamitates.

Crucem auream ad ſupplicationis vſum Domitius fieri curat.

IV. *Iustiniani Imper. edictum de Cruce in supplicationibus à Clericis gerenda.*

Iuſtin. Imp. Authent. 123.

De crucibus præferendis in supplicationibus publicis edictum eiusmodi apud Iustinianum extat: Omnibus Laicis interdicimus, ne supplicationes publicas peragant sine religiosissimis Episcopis, & qui sub ijs sunt reuerendissimis Clericis. Quomodo enim supplicatio publica esse potest, in qua Sacerdotes non inueniuntur, qui solennes preces peragant? Sed & venerabiles cruces, cum quibus Sacerdotes in supplicationibus egrediuntur, non alibi, quam in venerabilibus loci reponuntor. Et si quando vsus postulauerit, ad celebrandas supplicationes, tunc solum ipsas cruces hi qui ex more eas portare solent, accipiunto, & cum Episcopis ac Clericis supplicationes celebranto.

V. *De S. Attala Abbate, qui crucem moribundus osculatur.*

Ionas Abbas in vita eius apud Surium 10. Martii, tom. 2.

Cum S. Attala Abbas, sancti Columbani successor, supremas vitæ præsentis horas duceret, & adhuc vigens halitus superesset, iussit se extra cellam perduci: surgensque è strato quo valebat conamine, sustentantibus vndique fratribus, extra cellam est progressus; ibique aspiciens crucem, quam ipse in eodem loco poni præceperat, vt ingrediens egrediensque cellulam, eius tactu frontem suam muniret, cœpit mœstus lacrymas fundere, ac trophæum crucis commemorare: Aue, inquit, alma crux, quæ mũdi precium portasti, quæ vexilla fers externa: tu nostrorum vulnerum medicinam attulisti; tu cruore illius eius illita es, qui vt humanum genus saluaret: de cœlo in hanc lachrymarum vallem descendit: qui in te primi Adæ rugam extendit dudum, iam iamque secundus Adam lauacro maculam abluens, &c.

VI. *Crucifixi imaginem deosculatur morti vicinus S. Richardus Episcopus.*

In vita eius apud Laur. Sur. 3. April. tom. 2.

S. Richardus Cicestrensis Episcopus cum Guiliel. mo Capellano suo, quo valde familiariter vtebatur, indicasset, se ab illa ægritudine, qua detinebatur, neutiquam euasurũ, iussit vt funeri necessaria præpararet, sed caute tamen, ne famulus ipsius animaduertẽs perturbaretur. Petiit interim sibi afferri imaginem crucifixi, eamq; allatam deuote complexus, locis vulnerum, perinde ac si iam morientem Dominũ Iesum cerneret, pia oscula affixit, eamq; suauiter labiis demulcẽs, in hęc verba prorupit: Gratias tibi

Crucifixi imaginem osculatur moriens S. Richardus.

tibi ago Domine IESV Christe pro omnibus beneficiis, quæ mihi præstitisti, pro pœnis & opprobriis, quæ mea causa perculisti, quæ tanta fuere, vt merito illud ex Threnis Prophetæ tui dicere poteris: Non est dolor, sicut dolor meus. Tu nosti Domine, quod si tibi placeret, omnia opprobria atque tormenta, & ipsam denique mortem propter te paratus sum tolerare: & sicut tu nosti vera me dicere, ita quæso miserearis mei, quia tibi commendo animam meã. Illam autem Psalmistæ vocem: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, crebro iterabat: ad beatissimam quoque Christi matrem semperque Virginem Mariam, subinde corde simul & voce se conuerteus, aiebat: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe; mandauitque suis Capellanis, vt ea verba ad eius aures pronunciare non cessarent.

VII. *De sepulchro Christi Domini cruce aurea insigniro.*

Beda de locis sanctis c. 2.

Venerabilis Beda, cum agit de Ecclesia resurrectionis, in qua erat sepulcrum Domini: Huius, inquit, in medio monumentum Domini rotundum in petra excisum est, cuius culmen intrinsecus stans homo manu contingere potest, & extrinsecus vsq; ad culminis summitatem totum marmore tectum est, summum vero culmen auro ornatum auream magnam gestat crucem.

VIII. *De cruce gemmata sculpta ad sepulchrum Probi.*

Baron. tom. 4 ann. 395.

In epitaphiis Probi viri de Imperio Romano optime meriti, simulque Probæ coniugis eius ad eorum memoriam exaratis inuentę sunt imagines; veneranda in primis Saluatoris effigies, quæ medium locum occupabat, atque sanctorum Petri & Pauli, cæterorumque Apostolorum. Talibus namq; piis ornamentis sua ipsorum decorare studebant monumenta Christiani. Christi autē imago dextera gemmatam gerebat Crucem. Ideo autem, ait Chrysostomus, ex auro, margaritis ac gemmis Crux ornari solebat, vt scirent omnes, Crucem fontium olim suppliciis infamatam, ipso visu horrendam, ore infandam & horrore cauendam; ex quo eam pro salute hominum Christus Redemptor noster sponte subiit, fuisse redditam fulgentem, decoram, pretiosam atque glorioſam.

IX. *De Alfonso Rege, qui defuncti cadauer sepeliuit, ac eiusdem tumulum Cruce decorauit.*

Antonius Panormit. li. de gestis Alphonsi, cap 14.

Cum Alphonsus Rex Aragoniæ & Neapolis, Puteolos obsideret, atque animi laxandi causa littus quotidie peteret, reperit viri Genuensis cadauer è triremi hostium eiectum, littori appulsum: quo viso, celeriter equo desiliit, iisque qui prope aderant omnibus desilire iussit, aliis negotium dat, terram effodiant, aliis, vt nudum corpus obuoluant: Ipse vero crucem ligneam sua manu fabricatus humari ipsius capiti affixit.

X. *Cruce tumulos defunctorum insignire apud exteros à Christianis introductum.*

Horat. Tursell de vita eius lib. 1. cap. 16.

Franciscus Xauerius Societatis Iesu sacerdos, Sofa aliquot dierum secunda nauigatione passuum millia circiter septingenta à Mozambico proiect⁹, & Melindam (Saracena vrbs est amica Lusitanorū) delatus, paucos ibi dies substitit. In ea vrbe Lusitani mercatores plerunque versantur: & si quos forte ibidem occupauerit mors, tumulis Cruce insignitis conduntur. Prope vrbem ingens ac præclara Crux è marmore inaurato visitur à Lusitanis constituta. Qua conspecta Xauerius ex insperato, efferri gaudio cœpit, tantam vim & gloriam Cruci gratulans, quod in media Saracenorum ac dæmonum ditione victrix emicaret.

TIT. XXXVII. De virtute imaginis S. Crucis.

I. *De imagine S. Crucis Sirichana miraculis coruscante.*

Io. Zonar. tom 3. Annal. Constantinopol.

SAmonas cum apud Imperatorem Constantinopolitanum multum posset, cum magnis opibus fugam ad Agarenos, vnde ortus erat, capessit; sed in transitu Haliis captus, quamuis se ex voto crucem Sirichanam adire diceret; nihilominus à Constantino Ducis Andronici filio, Byzantium est reduct⁹; cui Imperator, conseruato pristino erga Samonam affectu mandauit, vt coram Senatu interrogatus, diceret, eum non cepisse fugam, sed ad Sirichanam crucem peregrinatum esse.

Peregrinatio ad crucem Sirichanam.

II. *De Probiano medico Imperiali podagrico signi Crucis virtute valetudini restituto.*

Niceph lib. 7. c. 50 Sozomen. lib. 2. c. 1.

Probianus vnus ex Prætorianis militibus Constantini magni graui correptus erat morbo, inquit Nicephorus; cæterum ægritudine, tali visione diuina in templo S. Michaelis prorsus est liberatus. Hic porro, quod Græca superstitione imbutus ad Christianam pietatem transierat, alia quidem religionis nostræ quodammodo credibilia esse dicebat: Crucem autem diuinam salutis causam esse omnino nō admittebat. Atque in hac illi sententia pericloſe satis perseueranti, Archangeli visio assistens, crucis signum, quod in sacro eius altari collocatum fuerat, exhibuit, disertisque verbis ostendit, ex quo tempore Christus sit crucifixus, nullam esse rem, quę opitulari generi humano, finemque debitum & effectum consequi, absque augusti huius ligni virtute possit, neque apud Angelos, neque apud pios, & sanctos, quicunque veri in Deum amoris testimonium exhiberent homines. Qua persuasione saniorem ille mentem recepit.

S. Michaëlis apparitio.

Crucifixi virtus.

III. *Ad præsentiam imaginis S. Crucis fugit dæmon, & corruit simulacrum.*

Cum

Cum Christiani aliquando processione solenni in occursum Episcoporum peruenissent ad locum, in quo erat simulacrum Veneris marmoreum, quod erat superatam marmoream; portarent autem venerandum lignum Christi, hoc est, signum crucis videns dæmon, qui habitabat in statua, nec videre sustinens signum quod ferebatur turpiter egressus ex marmore, deiecit ipsam statuam, & confregit in multa fragmenta. Accidit vero, vt duo idololatræ starent propè aram, in qua stabat statua, & corruens vnius quidem caput fregit in duas partes; alterius autem humerum & brachiale: stabant enim ambo sanctum populum subsannantes.

Ex Marco Gazensi Ep. Baron. tom. 6 Annal.

Crucis virtute corruit simulacrũ.

IV. *Ædes spectris agitatæ per Crucis imaginem liberantur.*

Anno Domini 1559. contigit in S. Paulo, ciuitate Indiæ Occidentalis, vt in domibus quibusdam moraretur quidam à Christi cultu alienus, & ex eo quicunque in illis locis habitabãt, terrificis quibusdam spectris exagitabantur, à quibus vt se liberarẽt, crucibus ligneis circa illas ædes defixis locum circumdederunt, & nihil postea horrifici senserunt.

Thom. Boz. lib. 5. de sign. cap. 2.

V. *Quomodo crucifixi imagine domus infestatione diaboli sit liberata.*

Porcæ ad S. Andreæ in Prouincia Indiæ Christiani hominis domum infestam habebat diabolus. Quare cum ea obiret loca Sacerdos Societatis, ab ethnico homine interpellatus est, cur, si tanta est nostris mysteriis potestas, non fugaret dæmonem ex ea domo? Accessit noster, exorcismis fugat hostem. Dat subinde patrifamilias imaginem Christi crucifixi; eamque domi propositam habere iubet. Quæ quamdiu ibi fuit, ad domum aspirare deterrimo spiritui non licuit. Verum homo imperitus, suæ domus tutelam sacram imaginem, quo maiore reuerentia haberetur, in templum transtulit: Rediit infestus habitator. Homo rem ad Patrem detulit: Pater, re cognita, iubet crucem iterum inferri domum qua illata, nunquam exinde malus habitaculum repetiit.

Ex lit. an. Soc. anni 1594. & 95.

Vis imaginis S. Crucis.

Crucem domi habere vtile.

VI. *Constantinus Magnus virtute crucis victoriam de Maxentio reportat.*

Postquam Constantinus Imperator vrbem Romanam, victoriam consecutus contra Maxentium eiusque exercitum, ingressus est, statim illustribus inscriptionibus columellisque erectis, inquit Eusebius, omnibus hominibus salutaris Christi signi virtutem promulgauit, inque vrbe media, quę præ cæteris principem locum facile obtinet, ingens istud trophæum contra hostes erexit, & hoc salutare signũ characteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo insculptis, Romanorum aliorumque omnium imperio subiectorum propugnaculum esse demonstrauit, palamque omnibus proposuit ad intuendum: ac statim, vbi erectum hastile, ad formam crucis, in manum propriæ imaginis in statua expressa insertum, Romæ in loco celebri ac multum à populo frequentato locatum fuit; hanc inscriptionem, Latino sermone, in eo mandat incideret: Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, ciuitatem vestram tyrannidis iugo liberaui, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, pristinæ amplitudini & splendori restitui.

Euseb. lib. 1. de vita Constant cap 33. & Prudent. lib 1 contra Symmach.

VII. *Idem Imperator eiusdem Crucis vi Licinium superat in Thracia.*

Cum exercitus Constãtini Magni & Licinii iam iam prœlium essent inituri, Licinius primum dimicare exorsus est: ibi Constãtinus Dei omnium Saluatoris auxilio implorato, signoque isto militibus dato, in prima dimicatione hostes expugnauit. Deinde secunda etiam pugna tulit superiores, atq; adeo salutari iam Saluatoris vexillo exercitum suum antecedente, præclariora victoriæ trophæa consecutus. Nam qua in parte istud Crucis vexillũ visum fuit, hostes fugam capiebant, quos victores persequebantur. Qua re intellecta, Imperator, si cubi partem aliquam sui exercitus languentem cernebat, ibi ad victoriam obtinendam locari mandauit, cuius adiumentis extemplo parta est victoria; quippe dimicantium vires diuina quadam potentia fuerant admodum confirmatæ.

Euseb lib. 1. vit. Constãt. c. 6. 7. & seq. apud Baron. tom. 3. ann. 317.

Victoriæ Crucis virtute partæ.

VIII. *De leone immani virtute Crucis interempto.*

Leo maximus, vt legimus in vita D. Chrysostomi, & cuius vires sustineri non poterant, & qui erat visu maxime terribilis, & ad inuadendum acerrimus, illo tempore versabatur in locis, quæ sunt circa Alexandriam. Is erat agricolis quidem malus vicinus, viatoribus autem graue spectaculum, & occursu formidabile: Magno enim impetu in eos erumpens, plurimos occidebat, & simul in ventrem transmittebat; eratque ex æquo & damno pernicioſissimus, & ad eum de medio tollendum difficillimus: & cum magna & viuida manus eorum, qui prope habitabant, in ipsum inuasisset, agnouit se suo malo hoc esse ausam: celerrime enim in omnes incurrens, alios quidem solo rugitu loco motus, vertit in fugã: alios autem ore discerptos exedit, aliorum vero cum corpus dilacerasset vnguibus, reddidit eos miserabiles: Hinc accidebat, neglectos quidem agros relinqui ab agricolis, ad loca autem inuia diuertere viatores, propterea quòd bestia sustineri non posset. Postquam autem ad extremam iam redacti dubitationem, vix tandem recordati fuerunt hominis Dei, frequentissima multitudine ad ipsum venientes, narrabant ipsa mala, quibus leo eos afficeret, & ab ipso petebant, vt eos soluere hac calamitate; ille vero cum paucam fidem illis prius exprobrasset, & quod illis visa esset bestia inexpugnabilis,

In vita S. Io. Chrysost. apud Sur. tom. 1.

Leonis strages magna.

bilis, causatus est contemptionem Diuinorum præceptorum. Vobis quidem, inquit, omnibus est Deus placandus, in templum simul conuenientibus. Id autem quod do vobis (erat vero crux) ponēdum est in iis locis, per quæ transit leo, & absit quidem omnis metus; si autem perfecta fides, & haud ita multo post manifesta vobis quoque erit mei Christi virtus. Cum hanc illi crucem accepissent, & sicut illis fuerat imperatum, fecissent, & die sequenti illuc veniissent, belluam vident iacētem mortuam ad ipsam basin crucis.

Leo ferox crucis imagine necatur.

TIT. XXXVIII. De apparitionibus crucis.

I. *Crucis signo in cœlo apparente Constantino victoria promittitur.*

Ex vita Constantini Magni lib. 1. c. 20 & 22. Euseb. hist. Eccl. l. 9. c. 9. Niceph. li. 8. c. 3.

CVm Constantinus Magnus Imperator vrbem Romanam ex tyrannide Maxentii armata manu eripere statuisset, deque belli ancipiti alea & Marte communi diligentius cogitaret; deorumque imbecillitatem iam aliquoties perspicue cognouisset; ad Deum Christianorum confugit, eumque solum obseruare & colere statuit, inquit Eusebius. Quocirca huius opem implorauit precibus, vt tum quisnam esset, illi significaret, tum rebus, quas apud animum proposuisset, dexteram adiutricem porrigeret. Imperatori igitur ista precanti visio quædam diuina, & in primis admirabilis apparuit; quam ipsemet post victoriam narrauit Eusebio Cæsariensi, qui eam literis prodidit, etiam iureiurando interposito. Cum iam sol (verba sunt Eusebii) ad medium cœlum ascendisset, die in pomeridianum tempus paululum inclinante, dixit, se Crucis signum, ex lucis splendore figuratum, in ipso cœlo soli imminens manifesto oculis aspexisse, inque eo inscriptionem consignatam: ἐν τούτῳ νίκα. In hoc vince. Admiratio ingens ipsum & totum exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur, atque adeo huius prodigii spectator factus erat, incessit. Sed dubitatione admodum distrahi intra se, quidnam ostentū illud sibi vellet, asseruit, atque cum diu multumque de eo cogitantem oppressit nox; ibi ei dormienti Christum Dei filium, cum signo in cœlo monstrato, visum esse, percepisseque, vt exemplar ad imitationē illius signi, quod in cœlo apparuerat, fabricaret, & eo tamquam præsidio in præliis cum hostibus committendis vteretur.

Crux Christi Constantino in cœlo visa.

Crucis signum fabricari iubet Christus in præsidium contra hostes.

II. *De alia Cruce in aere ab eodem Constantino visa in bello eius contra Byzantios.*

Niceph. Call. Eccl. hist. lib. 7. cap. 47.

Aliam crucis apparitionem ita narrat Nicephorus: Post bellum in Bithynia contra Licinium gestum, Nicomedia soluens Constantinus Bellum Byzantiis intulit. Bizantii vero cum ceruicem ei submittere, & tributum pendere nollent, pertinaciterque Romanæ seruitutis iugum excuterent, res ad manus peruenit, ac prælio commisso, sex millia primum in Constantini exercitu, deinde conflictu altero tria versus millia hominum sunt cæsa. Quo fortunæ successu Byzantii sublati, vt copias Romanorum omnes conciderent, dispiciebant; pauci namque eo tempore cum Imperatore milites erant, omnibus fere, exiguo excepto numero, ad præsidium Romanæ ditionis, quod de Persarum expeditione, & incursione nunciatum esset missis. Vespera diei erat, & Imperator languidus & mœstus inopia consilii, indesinenter oculos in cœlum intendit; atque ibi rursus, itidem vt Romæ, cum contra Maxentium bellum gereret, scripturam, stellarum ordine, atque distinctione conformatam vidit, hoc significātem: *Inuoca me in die tribulationis tuæ, & liberabo te; & glorificabis me.* Stupore igitur percitus, rursum oculos in cœlum sustulit, atque iterum Crucem stellis, sicuti antea effigiatam, in cœlo, & inscriptionem circum eam, inspexit cuius hæc verba erant: *In hoc ipso signo hostes omnes vinces*; & confestim in memoriam ei, quæ antea acciderant, venerant. Postridie ergo classicum canere iussit, prælium que iterum cum Byzantiis commisit, & quod trophæum, & signum Crucis in acie præferri mandasset, fortiter illos vicit, simulque vrbem ipsam cepit.

Crux iterū Constantino in cœlo apparet.

Crucis ope Byzantios superat Constantinus.

III. *De Cruce in pugna contra Mahumetanos visa.*

Thomas Bozius de sig. lib. 8. cap. 7.

Anno nongentesimo trigesimo primo, Ferdinandus Gundisaluus Castellæ Comes non habens sub signis nisi quadringentos quinquaginta equites, peditum vero quindecim millia, tribus diebus continuato prælio exercitum multitudine incredibili Almansoris eiusdem cecidit. Postremo die S. Iacobus in acie visus Christianis laborantib. opem ferre. Sed omnium fuit admirabilissimum prælium, Cui Rodericus Toletanus interfuit, & in quo cæsa Mahometanorum ducenta millia; è nostris, quod incredibile videatur, desiderari tantum viginti quinque, vt idem Rodericus testatur, haud scripturus falsa, cum multi superessent, qui bello interfuerant. Accidit hoc, anno millesimo centesimo duodecimo. In ea pugna Crux Christi dicitur etiam apparuisse in aere.

V. *Alphonsus Manicongi Regis filius cælestibus equitibus Cruce signatis hostes prosternit.*

Tho. Poz. lib. 17. de sig. eccl. c. 7. an. 1507. ex Hier Or. Cor. de rebus gestis Emmanuel.

Rex Manicongi in Africa Christo se addixit anno 1507. Vita decedens duos reliquit filios. Horum natu maximus Alphonsus cum paucis suorum non est veritus inire pugnam cum fratre, qui magnas circum se copias haberet, & a religione Christiana valde alienus esset. Ventum ad manus. Alphonsus continuo aduersarios in fugam vertit. Eorum dux captus palam profitebatur se magnam militum copiam in equis insidentem, & crucibus insignatam, tantaque luce splendentem, vt oculos omnium perstringeret, in prælio conspexisse, cuius metu perterritus terga dare cum suis fuerit coactus.

VI. *Crux auro rutilantior sancto Meinulpho inter cœruleum apparet.*

In vita eius apud Sur. ca. 6. Oct. to. 5. ex Gabelino in vita eiusdem.

Cum sanctus Meinulphus Diaconus ad construendam Deo sacram ædem in flammaretur, locum diligentius inspecturus, solus eo se contulit, vt eius capacitatem, & totius structuræ rationem accuratius expenderet, talis ei visio oblata est: In eodem enim loco, vbi antea viderat ceruas motibus instabiles, ceruum præstanti corpore, cornibus in sublime erectis, accubantem videt: mox vero ad beati viri conspectum, tanquam sibi, illo aduentante, accubare nõ liceret, sese erigentem. Ipso autem ad cerui conspectum nihil territo, sed propius etiam accedẽte, ceruus humi se prosternit. Eum insolitum bruti animalis gestum vir sanctus diuino muneri attribuens, in ceruum suos defigit obtutus, viderque inter eius cornua radiare crucis dominicæ signum, omni auro rutilantius. Eo conspecto, intelligens adesse Dominum suum, multumque ea re lætatus, in huiusmodi prorumpit verba: Iam mihi spes certa affulget, eum, qui quondam cum hoc vexillo inferorum claustra penetrauit, aduersus diabolicos incursus huius loci fore protectorem. Cumque hæc, & id genus alia diceret, ceruus ab eius oculis disparuit.

Crucis imaginem inter cerui cornua videt S. Meinulphus.

VII. *De mirabilosa Regis Pagani conuersione per apparitionem infantis Crucem gerentis.*

Albanus Cotus dialog. 4. c. 17.

Quod iam referam, circa annum Domini 1562. accidit. Colloquebatur forte Ferrantes Osorius, vnus ex Societate nominis IESV, cum Rege regionis Bazianæ de Christo, & eius Cruce. Cui Rex respondit, apparuisse sibi nocte infantem cum Cruce, & iussisse, vt sibi eam sumeret: fore enim eam sibi maximo honori: vnde Rex Christum palam professus est, nec in cubiculo tantum flexis genibus Crucem adorauit, verum etiam propriis manibus Crucem ad certum quendam ciuitatis locum detulit, eamq; ibi defixit, populo præsente atque genu submittente. Rex vero edixit, vt capitalem pœnam subirent, qui Crucem non adorarent.

Crux Regi Ethnico à puero diuinitus allata.

Crux sub pœna capitis adoranda.

VIII. *De felici Lusitanorum ad Æthiopiam appulsione per Crucem in cœlo apparentem.*

Idem ibid. ex epi. Patrum societatis Iesu.

Nec illud prætereundum est, qua ratione Lusitani in Æthiopiam primum appulerint. Nam cum lõga & periculosa nauigatione portum aliquem Æthiopiæ frustra quæsissent, tædio tandem & laboribus fracti, domum re desperata postridie reuerti cogitabant. Mane vero, cum iam reditum molirentur, clara Crucis species in cœlo palam conspicuam se omnibus præbuit. Qua conspecta, Præfectus nauis quasi felici & salutari omine diuinitus oblato, Agite, inquit, diuertamus protã in eam oram, & Deum salutari nobis passionis suæ signo præeuntem alacres sequamur. Cum oẽs omen læti acciperent, & alacres ad eam regionẽ contenderent; diururno mox desiderio potiti, portum tam distantẽ optatum inuenerunt. Quos potentissimus ille Rex Æthiopiæ, qui quadraginta Regibus præest, mirifice amplexus est; eoque cariores habuit, quo Crucis magis studiosos videbat. Quæ regio quamuis varias labes & maculas religionis acceperit, quod tam disiuncta sit à Romana Ecclesia, & propter iter Christianorum tot seculis ad eos intercluſum; Romanum tamen Pontificem, vt Christi vicarium, adorat: & spes est pios Patres Societatis IESV, omnes eas maculas propediem abstersuros, qui in eo labore iam toti sunt. Merito certe piis Lusitanis Deus Crucem itineris ducem dedit, cuius illi gloriam tantis laboribus quærebãt: qua exercitui postea præeunte, celeberrimas illi contra Paganos & Mahumetanos victorias reportarunt.

Crucis apparitione Lusitanis Æthiopiã petentibus.

Rex Æthiopiæ studiosus Crucis cultor.

IX. *De alia Crucis apparitione in aere Albuquercio in India Lusitanorum duci facta.*

I. Petr. Maff. lib. 5. hist. Indicarum.

Ex recentioribus Crucis apparitionibus non infimum obtinet locum illa, quæ Albuquercio inuictissimo Regis Emmanuelis in India Duci & Proregi, dum maris Arabici Insulas & sinus exploraret, obuenit. Ad solem occidentem, inquit Maffeius, qua Regis Abassinorum imperium est, Purpureæ Crucis in cœlo signum præfulgens aliquandiu apparuit, quo viſu Lusitani omnes venerabundi procubuere, & Albuquercius, vt erat eximia pietate, sublatis ad eam manibus clara voce fusus in preces: O crux, inquit, nostræ redemptionis argumentum, O signum Christianæ victoriæ, ô decorata preciosissimo sanguine Domini IESV. O diuina arbos, cuius vitali fructu lethalis quondam plantæ repensus est fructus. In te, te, inquam, spes nostras omnes habemus repositas, te profitemur, agnoscimus, adoramus, ac suppliciter petimus, nobis inter tot pericula terra marique præsidio sis. Ab ea precatione obortæ omnibus lacrymæ, & ingens fidei ac religionis clamor ad astra sublatus: tum consono clangore hinc inde tuba concrepuit, & omnia tormenta disploſa; dein candida nubes conditam crucem, sine fine defixis in cœlum oculis Lusitanorum eripuit. Neque Albuquercius prætermisit, quo minus rem sicuti acciderat, testato conscriptam ad Emmanuelem Regem primo quoque tempore mitteret.

Crucis præconia.

X. *De crucis signo in militum vestibus apparente.*

Sozomen. lib. 5. hist. eccl. cap. 1. Baron. to. 3. annal. an. 361.

Cum primum Iulianus Imperator fines Illyrici ingrederetur, refert Sozomenus, vites post vindemiam, circiter virgiliarũ occasum, vuis acerbis minimeque maturis onustas visas esse, roremque tum in eius, tum in comitum suorum vestes ex aere delapsum singulis guttis signum crucis in eius impressisse. Quæ res cum visæ fuissent, non ipse solum, verum etiam alii, qui eum comitabantur, vuas haud maturas intempestiue apparentes aliquid boni portendere; rorem autem demissum, vestem eius, in quam forte cadebat, tali nota casu ac fortuito signasse existimarunt. At vero ab aliis dicebatur, ostentorum alterum significare; Imperatorem immaturo ætatis suæ tempore non aliter ac vuas immaturas periturum, & imperium ad exiguum tempus:

Crucis signum in vestibus quid portenderit.

pus duraturum: alterum indicare, religionem Christianam cœlestem esse, & omnes figura crucis signari oportere. Quæ coniecturæ fuere eorum, qui doctrina & religione ab Imperatore dissentiebant; neque certe (vt videtur) à veritate aberrãtes: nam temporis progressio vtrumque demonstrauit vere dictum esse.

XI. *De crucibus sanguineis in vestibus hominum tempore schismatis in Germania conspectis.*

Alanus Copus dialog. 4. contra impugnat. vis imaginum cap. 9.

Anno Domini millesimo quingentesimo primo in Germania cruentæ cruces vestibus hominum horribiliter cœlitus aspersæ visæ sunt. Illæ autem cruces ita sanguine stillantes, infausto quodam omine plane prædixisse videntur, Christum rursus crucifigendum per virulentas & blasphemas eorum linguas, qui venerandum eius crucis signum (quod idolum appellant, per impias denique eorum manus, qui calamo, igne, ferro, aqua Christi Domini cruces ac imagines dilacerant & conterunt.

Cruces sanguineæ in vestibus tempore schismatis.

TIT. XXXIX. De iniuria Crucis imagini ab eius inimicis illata.

I. *Pagani cruces frangentes, & ludibrio afficientes, pœnas luunt.*

Baro. to. 10. Ann. ad an. Do. 916. 1. ex Adam anti quo Chrono grap.

REdemptoris nostri anno nongentisimo decimo sexto, quo Vngaris siue Hunnis Saxonum Ecclesias deuastantibus, inter alias Bremensem comburentibus, & sanctissimas cruces ludibrio afficientibus, diuina sunt aduersus eos ostensa prodigia sub Reginuardo Hamburgensi Archiepiscopo, cuius tempore hæc contigisse Adam sic enarrat: In diebus illis grande miraculum fertur à posteris Bremæ cõtigisse, Vngaros scilicet incensis Ecclesiis Sacerdotes ante altaria trucidasse, Clerum vulgo mixtum aut impune occisos, aut ductos in captiuitatem. Tunc etiam cruces à Paganis truncatæ ludibrio habitæ, cuius signa furoris vsque ad nostram ætatem durauerunt. Sed Deus zelotes, cuius passio ibi derisa est, incredulos abire non passus est inultos. Nam subito & mirabilis orta tempestas à semicremis ecclesiarum tectis scindulas eleuauit, quas in facies atque ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium quærunt, aut in fluuium præcipitari compulit, aut in manus ciuium concludi.

Cruces pagani comminuentes puniuntur.

II. *In sanctæ Crucis impios contemptores vt diuinitus vindicatum.*

P. Ia. Gretserus t. 1. de Cruce li. 2. c. 11. ex lib. 10. de bello sacr. cap. 47 per Anonym.

Operę pretium erit annotare hic id, quod in obsidione Sidonis euenisse scribit Anonymus. Habebant Christiani secum, more consueto ac solenni, Crucem Dominicam: quam Rex à Hierusalem detulerat ad protegendum populum Dei. Hanc Apostatæ quidam, & præuaricatores fidei cuiusdam turris propugnatores conspicati, deridentes illudebãt, & sibi contrario crucem facientes, & in culmine turris figentes, sputo & vrina, ipsi insipientes & maligni, inhonorare præsumebant. Quod pius Rex & omnis populus deplorãtes Deum cœli flebili voce inuocant, vt fontem misericordiæ suæ aperiens, apostaticis viris & stultis Saracenis demonstrare velit, quod non recte agentes diuinæ maiestati blasphemiam irrogare præsumpsissent. Mox eorum precibus exauditis, absque hominum labore sic turris illa concussa & diruta est, iam vespere mundo imminente, vt lapis super lapidem non remaneret, & increduli homines ruina illius suffocati obruerentur.

In Apostatas Crucis illusores vltio diuina.

III. *Crucis Dominicæ percussores diuinitus perimuntur.*

Sigebertus in Chronici supplem. sub an. Do. 1181. Baro. to. 12. 1. 69. 44.

Mater Solidani de Iconio veniens ad extrema reuelauit filio suo quod semper celauerat, scilicet quod esset Christiana, & rogauit eum, vt crederet in Christum, qui est Dominus, & Rex omnium seculorum & quod amaret Christianos. Quod ipse spopondit se facturum: sed dixit, quod non auderet aperte credere in Saluatorem propter Paganos. Dixit ei mater sua: Fili, cum mortua fuero, fac mihi excelsam sepulturam & pulcram sicut pyramidem: & pone super eam signum Crucis Christi. Cui ille se hoc de luce facere non posse respondit. Tunc fac, inquit, mater eius, de nocte. Quod & factum est. In crastino cum Agareni vidissent signum illud, indignati sunt contra Principem, & volebant eum occidere: tunc quidam ex ipsis subleuatus per machinas conabatur deponere Crucem, qui voluntate Dei ruit & mortuus est. Similiter & alius interemptus est alia vice. Tertia vice cum conueniissent multa millia hominum ad deponendum ædificium illud: inter quos erat vnus promptior ad deponendum illud, venerunt fulgura & coruscationes, & illo primitus perempto multa millia perierunt igne diuino. Tunc apparuit Angelus Domini & clarissimum signum crucis posuit super pyramidẽ illam: ex quo multi crediderunt in Christum, & adhuc crucem illam venerantur & adorant.

Cruces ad sepulturas ponere, antiquum.

Crucis euersores multi pereunt.

Angelus erigit crucẽ super sepulturam.

IV. *Versus Crucem fœdans in promptu morte plectitur.*

Matthias Felissius in 1. præcept. Decal. cap. 36. ex Christian. Massæi, 3. Chron. & Mari. hist. an. Do. 1248. Tilman. Bredemb. li. 3. Collat. sacr. c. 13 ex Io. Thoar.

Contigit etiam circa annum Domini 1248. apud Iconium vrsum cuiusdam magi, teste Christiano Massæo, mingere ad pedem crucis in palatio pictæ, statimque emori. Ethnicus id male ferens pugno percussit imaginem, & illico brachium obriguit. Accurrens alius etiam mingere præsumpsit, necdum cessantem mors inopina prostrauit.

V. *De crucis imagine ab aleatore saxo percussa cruorem emittente.*

Budæ Pannoniæ vrbe, duo aleatores ita conuenerant, vt alter in Dei nomine, alter in nomine diaboli luderet. Qui Deum nequitiæ fautorem faciebat, pecunias omnes, ipsas quoque vestes amisit: intempesta nocte desperabundus domum rediens per cœmiterium iter facit. Ibi Saluatoris cruxcifixi ima-

imaginem conspicatus, ira & furore plenus, saxum arreptum violenter fronti illisit. Miraculose igitur saxum in vulnere hæsit, & copiosus sanguis profluxit. Cœmiterio vicinus habitabat lanius senex pedagricus, is per quietem vocem incertam audit: surgeret & cultro proximum quemuis sibi obuiam factum confoderet. Quam vocem cum tertio iteratam, multis cum minis instantem audiuisset, parere decreuit. Itaque cum prius ne mouere quidem se lecto posset, impigre surgens, laniario cultro arrepto, in cœmiterium descendens aleatorem infelicem furibundum sibi obuiam factum cultro confixit. Hoc parricidio facinore, iudicis ædes accedens, aditum & colloquium postulat. Iudex non credere sed phantasma dæmonis arbitrari. Tandem admissus, somnium & cædem indicat. Cum iam illuxisset, ad cœmiterium conueniunt, cadauer circumstant. Interim dæmones cum terribili vlulatu in sublime raptum cadauer ex hominum conspectu abstulerũt. Ea res, præter vulnus crucifixo illatũ aleatoris perfidiam arguit, & laniũ à periculo liberauit.

Crux ab aleatore cæsa cruorem mittit.

Aleator Cruci iniurius occiditur.

Aleatoris cadauer à dæmonibus raptũ.

VI. *Christi crucifixi effigies sputis derisa derisores miraculo ad pœnitentiam adduxit.*

Venit forte in manus Principis cuiusdam, qui nõ longe aberat à finibus Regni Peruani, effigies Christi crucifixi. Ille acceptam conspuere, ac multis modis irridere cœpit in conspectu plurimorum. Ibi mirabiliter imago, quasi vere spiraret, cœpit ex oculis lumen emittere, caput motare, & aspectu minari Regem, cunctosque terrere. Quocirca pauore perculsi omnes, & tremore correpti, partim cecidere ad terram, partim cum se viderent obrigescere, neque posse loco recedere, exclamare cœperunt, factique pœnitentes misericordiam suppliciter implorare. Obid pristino statui protinus restituri magnũ Christianorum Deum palam confiteri altissima voce, rẽ cunctis enarrare. At princeps vna cum multis suorum se Cuzcum contulit, & factam diuulgans Christo se deuouit.

Th. Boz. de sign. Eccl. Dei li. 5. c. 2. tom. 1.

Crucifixi irrisores qua ratione ad pœnitentiam adducti.

VII. *Cruce reuulsa & proiecta impietas diuinitus punitur.*

In pago non ita longe à Culana ciuitate Prouinciæ Indiæ diffito præcelsa crux defixa erat. Ad illam euertendam Regina misit cum suo Doctore, aliisq; ministris elephantem, sed adfuit vltor Deus iniuriæ: nam bellua crucem quidem eruit, & in proximum abiecit profluentem: sed confestim disrupta exanimata est. Et Naires, qui pecudem regebat, postero die interiit: reliqui omnes impii mandati administris; cum aliis sceleratis facinoris spectatoribus, grauissimis puniti cruciatibus. Quibus malis territa Regina, facti pœnitẽs, Crucem iussit restitui, quam eodem adhuc hærentem loco, quo proiecta erat inuenerunt: cum tamen profluens rapidissimo impetu volueretur. Quæres vna cum admiratione maiorem etiam erga Crucis signum venerationem, & Christinis & ethnicis inculsit. Sed ethnici timore, Christiani in omnibus his terrarum tractibus admirabili eam reuerentia prosequuntur. Multæ passim locis diuersis iamdudum defixæ à patribus cernuntur. Ad eas non viri, fœminæque tantum, sed pueri etiam tenera ætate votiuas susçipiunt peregrinationes, easque ieiuni, nullo sumpto cibo, obeunt, suas preces soluunt, dona offerunt, petita quoque consequuntur.

Ex lit. an. Soc. ad an. 94. 95. sub domo Coulana Prou. Ind.

Impietas erga crucis imaginem castigata.

Crucis imago quo in honore habita apud bonos Christianos.

TIT. XL. De vsu, antiquitate & primario signi crucis effectu, qui est res sanctificare.

I. *De Eduardo Angliæ Rege, qui per signum crucis benedictionem à Christo Domino accepit.*

IN monasterio Beati Petri in Anglia ante altare sanctæ Trinitatis missarum solennijs sanctus Eduardus Rex vice quadam cum Comite Leofrico assistebat: Et ecce speciosus ille forma præ filijs hominum Christus IESVS in ara consistens; oculis vtriusque visibiliter corporalis apparuit, sacraque dextera super Regem extensa, signum sanctæ crucis cum benedicendo depinxit. At Rex, demisso capite, diuinæ maiestatis adorabat præsentiam: Comes vero quid in animo Regis ageretur ignorans, volensq, Regem tantæ visionis esse participem, cœpit velle ad ipsum vsque procedere. Verum Rex quid in mente Comitis voluebatur, intelligens: Sta, inquit, Leofrice, sta quod vides, video & ego. Post missam vero dixit Rex ad Comitem: Per eius quem vidimus, maiestatem, mi Leofrice, te obtestor, ne quoadusque vixerimus, sermo iste proferatur in publicum, ne vel nos in perniciem nostram ob fauorẽ vulgi pulset elatio, vel fidem deroget dictis infidelium æmulatio.

In vita ius apud Surium 5. Ianuar. ex Ealredo Anglo Abb.

Crucis signo à Christo insignitur Rex.

II. *Signaculum sanctæ Crucis Apostolis in vsu fuisse.*

Cum dudum transitionem suam ad Deum, diemque & horam eius præuidisset Ioannes Apostolus & Euangelista, presbyteris ministrisque Ecclesiæ, & præterea quicunque flagranti essent fide fratribus assumptis, extra Ephesiorum vrbem progreditur, & cum iis in vicinum quendam tumulum, quo frequenter ire, precationi operam daturus, solebat cõscendit: Ibi vehementius orans, Ecclesias Deo commendat, mox sarculis quibusdam & ligonibus celeriter sepulchrum sibi fodi præcepit: deinde eos, qui tum aderant, arcánis de Deo verbis, & præceptis optimis de fide, spe, potissimum dilectione (quippe dilectus ipse) erudit, & corda eorum confirmans, Seruatori verbo commendant: postremoque illis in Domino saluere & valere iussis, vbi se crucis signo muniuisset, in monumentum descendit.

Niceph. Call. li. 2. hist. eccl. cap. 42.

Io. Euangelistæ transitus.

Signi S. crucis antiquitas.

III. *Cum signo Crucis sacramenta conferri.*

D. Hieronymus præstantissimus Ecclesiæ Doctor Sacramentorum administrationi crucis signũ adhiberi testatur de Hilarione agẽs: Cũ veniſſet, inquit, *nis.*

S. Hier. in vita S. Hilarionis.

Elu-

Crucis signo baptismus confertur.

Elusam, eo forte die, quo anniuersaria solennitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat, Hilarionem non prius abire passi sunt, quam futuræ Ecclesiæ lineam mitteret, & sacerdos eorum, vt erat coronatus, Christi signo denotaretur, hoc est, baptizaretur.

IV. *S. Maximinus martyrii palma cum sociis decorandus Cruce per totum corpus se signat.*

In vita eius apud Metaphr. & Sur. 6. Febr.

Cum Maximinus iamiam martyrii supplicium esset subiturus, oratione prius facta cucurrit ad sartaginem, vbi cum extendisset oculos in cœlum, se muniuit signaculo crucis per totum corpus, dicens: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Cum vero exuisset suas vestes, & rursus fecisset id quod est in Christo, signaculum, se proiecit in sartaginem.

V. *S. Tecla signo Crucis munita in mediis flammis stat illæsa.*

Ado Treuer. in Martyr. 23. Septemb. apud Sur. tom. 5.

Sancta Tecla, Virgo & Martyr, capta ab apparitoribus, vt in focum iactaretur, sponte pyram ascendit, & signo Crucis facto, virili animo inter medias flammas stetit, subitoque facta inundatione pluuiarum, ignis extinctus est, & beata Virgo illæsa, virtute superna, erigitur.

VI. *Cibis mensæ appositis cum signo Crucis olim etiam benedicebant hæretici.*

Greg. Turon. lib. 1. Mirac. cap. 20.

Semper Catholicorum inimica est Hæresis; & vbicunq; potuerit tendere insidias, non omittit; sicut illud est quod quodam loco factum celebre fama refert: Mulier quædam erat Catholica, habens virũ hæreticum; ad quam cum veniisset presbyter nostræ religionis valde Catholicus, ait mulier ad virum suum: Peto charitati tuæ, vt pro aduentu huius sacerdotis, qui me visitare dignatus est lætitia habeatur in domo nostra, ac præparatũ dignis impendiis prandium epulemur cum eo. Promittente autẽ viro eius sic se, vt illa flagitabat, facturum, aduenit & alius hæreticorum presbyter, dixitque vir mulieri: Duplicata est lætitia hodie, eo quod sint sacerdotes vtriusque religionis in domo nostra. Discumbentibus autem ad conuiuiũ vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens; positaq; ad læuam eius sellula, in qua consux eius resideret, dixit vir ad presbyterum hæreticum: Si consenseris dictionibus meis, exercebimus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero, vt scilicet appositio ferculo, tu celerius signare festines; cumque ille manum non posuerit, illo tristante, nos cum lætitia comedemus cibum: Cui ille: Faciam, inquit, quod præcipis. Tumque veniente disco cum oleribus, signauit hæreticus; posuitque primus manum suam. Quod cernens mulier ait: Ne feceris, quia ingrate fero iniuriam sacerdotis. Et exhibito alio cibo sumpsit Catholicus. In secundo vero & tertio ferculo similiter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito, festinans hæreticus priusquam ferculum illud vel mensam tangeret; eleuata manu signat, statimq; positum cochleare sumit; non intelligens an caleret feruentemque cibum velociter inglutiuit: protinus accenso pectore æstuare cœpit; & cum suspirio immenso nequam spiritum exhalauit; ablatusque de conuiuio, locatus in tumulo terrenæ molis congerie est opertus. Tunc exultans presbyter nostræ religionis ait: Vere vltus est Deus seruos suos; & conuersus ad virum ait: Periit huius memoria cum sonitu, & Dominus in æternum permanet. Tunc homo ille perterritus prouolutus ad pedes presbyteri, conuersusq; ad fidem Catholicam, credidit cum domo sua.

Cibus sumendus cruce signandus.

Hæretici mors improuisa.

VII. *Signum Crucis ante mensam olim etiam in vsu fuisse apud Christianos Catholicos.*

Theod. lib. 3. hist. cap 16. Nazianz. orat. 1. contra Iulian.

Cum Iulianus Apostata, donatiuum militibus distribuens, fraude quosdam eo perduxisset, vt thuris nonnihil in aram plenam carbonum iniicerent, subdit Theodoretus: Post istam pernicioſam pecuniæ distributionem, nonnulli, qui aurum acceperant, in conuiuio quodam forte vna epulabantur, quorum vnus, sumpto in manus poculo, non ante bibebat, quã salutare crucis signum adhibuisset; atque, cum quidam ex conuiuis eum increparet, diceretque, illud rei paulo ante ab eo gestę prorsus repugnare; sciscitatur, quid sit, quod in factis suis repugnantiam habere asserat: ille aræ, thuris & negatæ fidei illum admonet, atque ista Confessioni Christianæ prorsus aduersari. Quibus auditis, complures ex conuiuis flebiliter lamentis se dedere, & capillum lacerare cœperunt, surgentesq; de conuiuio per forum cursitare, se Christianos esse clara voce profiteri, Imperatoris artib⁹ impulsos esse in fraudem, palinodiam cancre, & cladem imprudenter acceptam, pugnare renouata, sarcire velle.

Cruce benedicendi mensę consuetudo antiqua.

VIII. *De Cruce ossea in corde Religiosi reperta, qui frequenter se signabat.*

Tho. à Cantip. lib. 1. Apum. c. 25. 6. Nicol. Serarius Rerum Mogunt. lib. 5. sub Archiepisc. 33. Ante Senens. in Chron. Praedic. ad ann. Dom. 1235.

De Voluando Priore Ordinis Fratrum Prædicatorum in Argentina, ciuitate Teutoniæ, rem præcipue mirabilem & deuotam propriis oculis vidi. Hic, vt fratres mihi testatissima veritate narrauerunt, semper fere, siue gradiens, siue sedens, pollice signũ crucis in pectore depingebat. Contigit autẽ, vt Maguntiam veniens infirmitate decumberet, & ingraueſcente morbo, cum mira alacritate spiritus moreretur, & apud fratres Minores ibidem sepelireretur. (Nondũm enim fratres Prædicatores in eadem ciuitate locum habebant.) Quo audito, fratres Prædicatores Argentinenses duos fratres pro Prioris sui defuncti corpore Maguntiã direxerunt, sed frustra, quia fratres Minores sepultum reddere noluerunt. Contigit autem post annos paucos, vt fratribus Minoribus ad locum alium transeuntibus, fratres iterũ Prædicatores de Argentina duos fratres in Maguntiam pro dicti Prioris corpore destinarent. Qui sine contradictione assumptis ossibus in Argentinam prospere redierunt. Quid plura? Ossa fratres diligentius

Crux reperta in corde pii viri religiosi.

gentius abluentes, os pectoris cui ex vtraque parte inhærent costæ superius, insignitum cruce operosissima repererunt, & hoc quasi scutũ cordis interius. Erat autem crux (vt ipse ad hanc videndam quadraginta milliaribus laboraui, & lætis vidi oculis meis) in ossis medio; ex substantia ossea ad spissitudinem euidentissimam eleuata, tribus superiorib⁹ brachiis æqualis longitudinis, & inferiori brachio decentissime longiori: extremitates vero trium brachiorum superiorum instar repandi lilii decurtatas, & brachium inferius, quasi trunco deberet infigi, exacuatum habebat. Quid igitur in signo corporeæ crucis in osse pectoris: nisi mortis Christi in mente prius habita stigmata passionis? Et quid in foliis repandi lilii in crucis extremitatibus designatur: nisi mundissimæ castitatis insigne, quod cum memoria mortis Christi fundatissimè fixum gerebat in carne?

IX. *Pollex, quo signum crucis formare solebat sanctimonialis post mortem mansit incorruptus.*

D. Bernard. Abb. Clarauall. tract. de doctrina.

Sanctimonialis quædam apud nos in tanta veneratione habuit signum crucis, vt cum efferenda esset ad tumultum, facies Crucifixi verteretur post eam in parte illa per quam elata est, & sic caput imaginis in partem illam intendens, perpetuo contra solitum sic permaneret. Alia reuelauit cuidam computruisse manus suas, sed pollicem non posse corrumpi, quo signum crucis sibi imprimere consueuerat.

X. *De pollice, quo se frequenter signo Crucis muniebat Editha virgo, diu in terra illaso.*

In vita eius apud Sur. 16. Septemb. cap. 4. 5. & 6.

Vbicunque Editha Virgo, Edgari Regis Anglorum filia, ingrediebatur, Crux Christi illi comes aderat: Crucem in fronte, in pectore, in itinere, in omni opere suo præferebat. Cum aliquando escas suo more in disco efferret, in sinu pauperis condendas à latere puer accurrit eleemosynam petens. Porrexit ea cum solito crucis signo: mox ille puer disparuit, ita vt prorsus ab illa non videretur. Cum autem Rex pater eius in honorem beati Dionysii ecclesiam condidisset, & sanctum Dunstannum ad eius dedicationem inuitasset, vidit is sanctus Pontifex sacram virginem crebro pollicem dexterum extendere, & eo signum crucis pingere in fronte sua. Quo ille delectatus, apprehensa dextra manu virginis, dixit: Nunquam putrescat hic digitus. Post decessum sanctæ Edithæ tredecim elapsis annis, illa beata Dunstanno Archiepiscopo apparuit, dicens: Reminiscens Dominus miserationum suarum, assumpsit me, placetque ineffabili bonitati illius, vt apud homines in salutem fidelium eius honore afficiar, cum ille me apud Angelicos ciues in cœlo honorarit: Ito ergo Wilthoniam, diuinaque iussa capessens, corpus meum è terra eleuato. Ne dubites, nec vllo te phantasmate deludi putes: hoc enim veritatis erit signum, quod præter officia membrorum, quibus in puellari leuitate abusa sum, puta oculorũ, manuum, pedum, reliquum corpus meum vti illibatum, & ita incorruptum inuenies. Libidinis enim & crapulæ expers semper fui. Pollicem quoque dextræ manus, quo mihi assidue sanctæ crucis signum impressi, illæsum videbis, vt appareat clementia Domini in parte seruata: & paterna castigatio, in parte absumpta. Dunstannus ergo iussis obsequens, omnia, vti prædixerat, veritati consona comperit.

Ecclesia in honorem S. Dionysii erecta.

Signi crucis vtilitas.

TIT. XLI. De alio Crucis effectu, hoc est, de virtute eius contra dæmones, incantationes, serpentes, dracones, &c.

EXEMP. I. *Quomodo B. Antonius Eremita virtute Crucis varias dæmonum cateruas fugarit.*

In vita S. Antonii ap. Athanasiũ.

SCribit sanctus Athanasius, celebertimus ille Alexandrinorum præsul, D. Antonium crucis armatura infensissimis hostibus obuiam iuisse: Aliquando igitur sonitus repentinus increbuit in eo loco, vbi erat Antonius, ita vt eo funditus agitato, parietibus patefactis, varia exinde dæmonum turba sese effunderet. Nam & bestiarum & serpentum formas induentes, omnem protinus locum repleuere phantasiis leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentum, scorpionum, necnon & pardorum atque vrsorum, & hæc singula secundum suam fremebant naturam: rugiebat leo occidere volens; taurus mugitu & cornibus minabatur; serpens sibilo personabat; luporum impetus inhiabat, pardus discolor à tergo, auctoris sui calliditates varias indicabat: Cruces omnium vultus, & vocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus atque confossus sentiebat quidẽ asperiores corporis dolores, sed imperterritus durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamẽ idem permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si virium, aiebat, aliquid haberetis, sufficeret vnus ad prœlium, sed quoniam Domino vos eneruante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores. Rursusque confidens dicebat: Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum, deuorate cõcessum; si vero non poteſtis, cur frustra nitimini? signum enim crucis & fides ad Dominum inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra S. Antonium minantes fremebant dentibus suis, quod nullus eorum tentamenta sequeretur effectus, sed maxime è contrario gigneretur illusio.

Signo crucis armatus pugnabat B. Anton. contra dæmones.

Signũ crucis cum fide murus inexpugnabilis.

II. *S. Hilarion signo Crucis armatus pellit dæmones.*

D. Hieron. in vita S. Hilarionis.

Simile quid prodidit S. Hieronymus de S. Hilarione: Quadam, inquit, nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorũ, mugitus boum, planctusq; mulierum, leonũ rugitus, murmurat exercitus, & rursus variarũ potentia vocum, vt ante sonitu, quam aspectu territus cederet. Intellexit Dæmonum ludibria, & prouolutus genibus, Christi crucem signauit in fronte, talique armatus casside, & lorica

Crucis vis.

Nominis Iesu virtus.

lorica fidei circundatus, iacens fortius præliabatur, cum interim ex improuiso, splendente luna, cernit rhedam feruentibus equis super se irruere; cumque inclamasset IESVM; repentino terræ hiatu, pompa omnis absorpta est.

III. *B. Antonium signo Crucis munitum maligni spiritus aggredi non audent.*

Io. Cassian. lib. 8. collat. cap. 18.

Duo Philosophi magicis artibus dediti beatum Antonium despicientes tanquam imperitum illiteratumque virum, & cupientes eum saltem de cella sua expellere prestigiis magicis ac dæmonum dolis, si eum plus lædere non valerent, miserunt ad eum nequissimos spiritus: cumque Antonius nunc crucis signaculum imprimeret fronti suæ ac pectori, nunc Deum suppliciter exoraret, durissimi dæmones nequaquam audebant appropinquare eidem, sed sine effectu redierunt ad magos. Qui protinus direxerunt ad sanctum Antonium spiritus malitiosiores. Quibus cum Abbas Antonius modo prætacto resisteret, & illi inaniter laborarent, atque ad magos victi redirent, miserunt magi tertio spiritus potentiores ac nequiores. Quibus nihil proficientibus contra sanctum Antonium, didicerunt magi illi & euidentissime cognouerunt, magnam inesse virtutem Christianæ professioni, quia ita refrænatæ sunt virtutes illæ contrariæ tam ferocis atque potentes, vt non solum lædere non valerent Antonium, sed nec ad punctum potuerũt eum de cella sua eiicere, cum tamen magi putarent, quod dæmones illi vltimo missi potuissent obducere quadam caligine solem & lunam, si ad eos fuissent directi.

Crucis signaculi vis contra artes magicas.

Christianæ professionis virtus.

IV. *Christiani dæmonas signo Crucis profligant, quos nec Magines Iudæi profligare potuerunt.*

Theod Lector lib 2. Collectan. Cedren in Anastasio.

Refert Theodorus eiusmodi historiam: Castrum quoddam est inter Persas & Indos, nomine Zundadeero. Cum Rex Coades multas in illo pecunias ac lapidas pretiosos asseruari audisset, volebat eius rei veritatem cognoscere: verum Dæmones locum illum inhabitantes, Coadem ab eo, quod quæreret, impediebant. Cunctam itaque magiam suam magi illius impenderunt, sed frustra. Adhibit. est & Iudæorum magia; neque sic tamen voti compos euasit. Cogitauit per Christianos amoliri dæmones illos; Episcopus igitur Christianorum in Persia, peracta super ea re synaxi & acceptis diuinis mysteriis, & in Christianos, qui aderant, dispensatis, signo Crucis dæmones profligauit; & castrum Coadi sine vlla molestia tradidit: quamobrem vir ille stupefactus, Episcopum illum primæ sedis prærogatiua cohonestauit, cum ad id vsque temporis Iudæi & Manichæi priores haberent: deinde & cunctis Christianismum amplecti volentibus liberum & securum fecit. Cum antea Christianos variis tormentis excruciasset adeo, vt etiam multis membra, & partes eas, per quas vox editur, ademerit; qui tamẽ, inquit Nicephorus, illis quoq; sic amissis, nõ minus quam antea clare sunt locuti.

V. *Crucis signo irrita reddit incantationes sanctus Vedastus.*

Alcinus Flaccus in vita S. Vedasti Episcop. Atrebatens.

Quidam nobilis Francus potentia clarus, Oeinur nomine, Regem Clotarium Regis Clodouei filium, qui tunc temporis Regni nobiliter rexerat sceptra, vocauit ad prandium, quod magno apparatu in domo sua Regi & suis parauerat optimatibus Rogatus quoque est sanctus ad conuiuium Vedastus: qui domum intrans more sibi solito, dextra extenta omnia sanctæ Crucis vexillo signauit. Quædam vero vascula ibi ceruisiã astabant plena, sed malegentili errore dæmoniacis incantationibus infecta: quæ mox ob potentiam sanctæ Crucis destructa crepuerunt; & quidquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt.

Vis Crucis manu factæ contra incantationes.

VI. *Vt sanctus Donatus Episcopus signo Crucis & sputo draconem interemerit.*

Ex Niceph. lib 11. histor. Eccles. c. 48. Sozom lib. 7. cap. 25.

Sanctus Donatus Euroeæ in Epiro Antistes multa edidisse miracula ab eius loci incolis perhibetur: in primis autem illud, quod dracone interfecto exhibuit. Manebat draco iste ad viam publicam: locum eum incolæ δράκοντος δρόμος, hoc est, pontem terreum nominant. Hic non oues tantum atq; boues, sed equos etiam & homines præterceuntes deuorabat. Aduersus feram hanc cum Donatus iret, non ensem aut hastam, aut aliud quodpiam armorum genus, quibus tutari nos solemus, secum attulit, sed signo crucis digitis in aëre conformato, serpentis os perculit, qui viri sancti præsentiam sentiens, magnũ quiddam sibilans, & caput in sublime tollens, tractumque corporis prouoluens, deuorare illum cõtendit; at Donatus ad crucem illud addidit, vt in os draconis expueret. Et ille saliua ore excepta, idem se circumuoluendo complicans statim interiit. Magnitudine fera ea eis non cedebat, quæ apud Indos esse dicuntur: magna enim vi ab octo boum paribus, in vicinum campum protractum incolæ igni combusserunt, ne ita iacens atque putrescens aërem inficeret, & contagione pestiferum hominibus afferret morbum.

Crucis signo serpens interit.

VII. *Iulianus Apostata spectris diabolicis conterritus ad eos profligandos Crucis signo vtitur.*

Theod. lib. 3. hist. cap. 3. Tripart. lib. 6 cap 1. & Gregor Nazianzen. Orat. in Iul.

Cum Iulianus Apostata spem imperii potiundi concepisset, perlustrare cœpit Græciam, conquirere vates & ariolos, scisciturus ab illis, an voti compos futurus esset: incidit in hominem, qui ei hoc prædicere pollicitus est: qui quidem deducto eo in fanum simulacrorum, & intra eius adyta collocato, fraudulentos dæmones inuocat, quibus specie, qua solent, apparentibus, metus coegit Iulianum signo Crucis frontem suam signare. Dæmones igitur Dominici trophæi conspicati figuram, & suæ Iulian. Apost. Crucis signo dæmones fugat in tirori dixit. more.

Tum præstigiator causa cur fugerent, intellecta, Iulianum obiurgat, qui tum timorem, in quo erat, declarauit, & se virtutem Crucis vehementer admira-

ri dixit. Nam dæmones, quoniam eius figuram ferre non poterant, aufugisse.

VIII. *Iudæo nondum Christiano etiam prodest Crucis signum contra dæmones.*

D. Greg. Rom l. 3. Dial. c. 7.

Quadam die Iudæus quidam ex Campaniæ partibus Romam veniens Appiæ carpebat iter, qui cũ iam diem vesperascere cerneret, & quo declinare posset, minime reperiret, iuxta Apollinis templum fuit, ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum loci illius sacrilegium pertimescens, quamuis fidem crucis minime haberet, signo tamen se crucis munire curauit. Nocte autem media ipse solitudinis pauore turbatus, peruigil iacebat, & repente conspiciens, vidit malignorum spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam potentis prire; eum vero qui cæteris præerat, in eiusdem gremio loci consedisse, qui cœpit singulorum spirituum obsequentium sibi causas actusque discutere, quatenus quantum nequitiæ vnusquisque gessisset, inueniret. Cumq; singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent quid operati contra bonos fuissent, vnus in medium prosiliit, qui in Andreæ Episcopi Fundanæ ciuitatis animum per speciem sanctimonialis fœminę, quæ in episcopio eius habitabat, quantam tẽtationem carnis commouisset, aperuit. Cumque Iudæus qui aduenerat hoc vigilãs cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret, ab eodem spiritu, qui cunctis illic obsequentibus præerat iussum est, vt requirerent quisnam esset ille qui iacere in templo eodem præsumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes & subtilius intuentes crucis mysterio signatum viderunt, miranteſque dixerunt; *Va, vę, vas vanum & signatum.* Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Iudæus vero qui hæc viderat, illico surrexit, atque ad Episcopum subfestinatione peruenit. Quem in ecclesia sua reperiens seorsum tulit, & ei vniuersa tandem narrauit: & Episcopus culpam correxit, atque omni illa tentatione carnis funditus cæruit, & Iudæum, cuius increpatione saluatus est, ad æternam salutem traxit, atque aqua baptismaris emundatum ad sanctæ Ecclesiæ gremium perduxit.

Dictum dæmonum de Iudæo cruce signato.

IX. *Quomodo Berecynthia simulacrum crucis signaculo à S. Symphoriano sit euersum.*

Greg. Tur. lib. de glor. Confess. cap. 77.

Ferunt in vrbe Augustodunensi simulacrũ fuisse Berecynthiæ, sicut sancti martyris Symphoriani passionis declarat historia. Hanc cum in carpento pro saluatione agrorum ac vinearum suarum misero gẽtilitatis more deferrẽt, adfuit Simplicius Episcopus, haud procul aspiciens cantantes atque psallentes ante hoc simulacrum: gemitumque pro stultitia plebis ad Deum emittens, ait: Illumina, quæso, Domine, oculos huius populi, vt cognoscat, quia simulacrum Berecyuthiæ nihil est. & facto signo crucis contra simulacrum, protinus in terram ruit: ac defixa solo animalia, quæ plaustrum, quo hoc vehebatur, trahebant, moueri non poterant. Stupet vulgus innumerum, & deam læsam omnis caterua conclamat; immolantur victimæ, animalia verberantur: sed moueri non possunt. Tunc quadringenti de ista stulta multitudine viri coniuncti simul aiunt ad inuicem: Si virtus est vlla deitatis, erigatur sponte, iubeatque boues qui telluri sunt stabiliti, procedere. Certe si moueri nequit, manifestum est nihil esse diuinitatis in ea. Tunc accedentes & immolantes vnum de pecoribus, cum viderent deam suam nullatenus posse moueri, relicto gentilitatis errore, inquisitoque Antistite loci, conuersi ad vnitatem Ecclesiæ, cognoscentes veri Dei magnitudinem, sancto sunt baptismate consecrati.

Berecynthiæ simulacrum signo crucis euersum.

Gentiles qua ratione conuersi.

TIT. XLII. De 3. effectu signi crucis, id est, de eius virtute contra morbos, venena, feras indomitas, flammas, &c.

EXEMP. I. *De cancro virtute crucis sanato.*

SOphronius Episcop. Hierosolymitan. de cancro virtute crucis sanato hoc recenset exemplũ. Ptolemais ciuitas est Phœniciæ: in hac vicus est, qui dicitur Caparasma; in eo vico quidam erat Magnus, habebatque discipulum Ioannem nomine, & ipsum Magnum, singulatisque obedientiæ, & ecce homo quidam cum vxore veniebat, cuius mamillam cancri morbus consumebat: Rogabat ergo illum vir eius, vt vxorem suam curaret. Qui cum peccatorem se diceret, & indignum ad tale attentandum opus, vir ille perstitebat orans, vt annueret, sibi vxorique suæ misereretur. Cum vero imposuisset illi manum, mamillamque signasset continuo sanata est.

In prat. spir. Sophr. cap. 56.

Signo Crucis morbus tollitur.

II. *De Turcis à peste liberatis per signum crucis.*

Turcos, inquit Nicephorus, quos Chosroes Persarum Rex Constantinopolim miserat, stigmaticos liquato atramento, cruces in frontibus impressas Imperator habere videns interrogauit, quãna gratia, quæ non colerent, circumferrent signa? Illi grauem ante plures annos in Perside & patria sua pestẽ coortam esse dixerunt, à qua cum multi mortales infecti interirent, Christianos quosdam, qui ibi fuere, hominibus, si hoc fecissent, saluti suæ consulturos esse, regionemque eam a lue tali intactam liberamque fore persuasisse, idque ita esse ab iis factum.

Lib. 18. hist. Eccl. c. 20.

Pestis signo crucis frõti impresso repellitur.

III. *De S. Ioan. Euangelista liberato ab hausto veneni per signum S. Crucis.*

S. Ioannes Apostolus ab Ephesiis ad Dianæ templum tractus vt sacrificaret, hanc conditionem ipsis proposuit, vt vel ad inuocationem Dianæ Christi ecclesiam diruerent, & ipse idolis sacrificaret aut ipse ad inuocationem Christi, templum Dianæ su-

Pet. de Natalib. Ep. Equilin. lib. 2. Catalogi SS. cap. 7.

ræ subuerteret, & ipsi in Christum crederent. Et cum huic sententiæ maior pars populi consensisset ad preces Ioannis, tunc omnes templum exeuntes à longe steterunt, & orante Apostolo templum fūditus corruit, & imago Dianæ prorsus comminuta. Aristodemus autem Pontifex idolorum seditionem in populo concitauit. Quem dum Ioannes interrogasset, qua ratione eum placare posset, is respondit; Si venenum, quod tibi porrexero, biberis & illæsus permanseris. Cum Apostolus acquieuisset, Aristodemus, vt eum à potu deterreret, duos viros à proconsule impetrat morte plectendos, quibus venenum potandum coram omnibus præbuit. Quod vt illi biberunt, statim mortem obierunt: Apostolus autem calicem accipiens, & crucis signo se muniens venenum sumit, & per tres horas obseruatus nullam læsionem incurrit.

Io. Euang. venenum signatum illæsus bibit.

IV. *De Iuliano Ep. Bostrensi qui cruce munitus venenum illæsus bibit.*

Baro. tom. 6. Annal. ann. 313. 6. ex Prat. spir. Soph. c. 94.

De Iuliano Abbate Bostrensi narrat Gregor. Archimandrita, quod cum recessisset de cœnobio, & factus esset Episcopus Bostrensis, quidam ex habitatoribus ipsius ciuitatis, odio nominis Christi, voluerunt eum veneno occidere; corrumpentesq; pecuniis ministrum eius, qui ei porrigebat poculum, dederūt illi venenum, vt cum porrigeret, Metropolitæ poculū, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita vt dictum fuerat fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Iuliano. Suscepit vero illum sanctus vir, ac diuinitus cognouit insidias. Susceptum ergo calicem ante se posuit, nihil omninò dicens puero, mittensque accersiuit omnes primates ciuitatis, inter quos erant & qui illi insidias parauerant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare qui hoc fecerant, voce mitissima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iulianū veneno occidere, ecce coram vobis pestiferum calicem bibo: signansque ter digito suo calicem & dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, bibo hunc calicem, bibit illum coram omnibus, atque illæsus perstitit.

Magnum miraculum ad signum Crucis.

V. *Athaulpus Ep. Compostell. tauro feroci obiectus, signaculo crucis illæsus euadit.*

Ex hist. Cōpostellana Io. Vasæus ann. Do. 131. Alph à Carthagena in Anacephalæosi Reg. Hisp c. 66.

Athaulphus III. Compostellæ Episcopus, vir sanctus & pius, à quatuor Ecclesiæ Compostellanæ seruis de crimine pessimo apud Regem Ordonium Ramiri filium delatus est. Qua re audita, magno furore percitus, ac tam nefandum crimen in Episcopo detestatus, Athaulphum ad se vocari iussit. Qui die sancto cœnæ Domini, cum in curiam veniisset, recta in templum, operaturus sacris, profectus est. Cumque à suis admoneretur, vt prius regem adiret, respondit, in templo maiorem esse Regem, qui prius salutandus esset. Demum peracta re diuina, vt erat sacris indutus vestibus, recta ad ædem regiam profectus est. Rex vero taurum indomitum à canibus venaticis irritatum, in sanctum Præsidem immitti iussit, vt qui tanti criminis reus deferebatur, impetu ferocissimi tauri dilaniaretur. Sed taurus, facto ab Athaulpho signaculo sanctæ crucis, mansuetissimus ad eum accessit, & cornua in manibus eius, tanquam si exemptilia habuisset, dimisit atq; in syluam, vnde adductus erat, rediit. Itaque sanctus Dei illæsus euasit. Rex verò, & qui cum eo erant primariæ nobilitatis viri, conspecto tam insigni miraculo, ad pedes ipsius prociderunt; & sceleris sui veniam supplices popóscerunt. Ipse autē iuxta Apostoli doctrinam, pro malis bona reddens, benigne condonauit, atque eadem hora Pontificatui suo nuncium remittens, in Asturiarum solitudines, repudiato mundo, soli Deo vacaturus, secessit. Vbi exemplum sanctæ conuersationis aliis relinquens, multis post annis naturæ debita persoluit an. Dom. 865. Cuius vitæ integritas & innocentia eo miraculo diutius probata est: Insula enim, cum qua sacrum celebrabat, tantæ virtutis extitit, vt si quis alicui iusiurandum daturus illam indueret, & forte periurus esset, ea exui nequaquam valeret.

Vis S. crucis.

Iniuriæ remissio notabilis.

VI. *Signo crucis incendium extinguit Gregor. VII. Pontif. Max.*

Bertholdus Cōstantiensis Chronographus apud Baro. to. 11. ad an. 1082. 2.

Henricus Germaniæ Rex, in Italiam, assumpto apostata suo Guiberto, Romam inuisurus proficiscitur, adunata multitudine schismaticorum; ibique ea æstate moratus pene in cassum laborauit, nisi quod milites suos quibusdam castellis, vt facerent guerram Romanis, imposuit; quia eum ne hac vice Romam intrare permiserunt. Ignem quoque in domum sancti Petri per quendam traditorem immittere voluit, sed Dei misericordia protegente nō potuit. Cogitauit enim, vt de improuiso portas irrūperet, si Romani derelictis propugnaculis, ad incendium restinguendum cōcurrerent, vnde ignem domibus quibusdam S. Petro contiguis immitti fecerunt. Sed Dominus Apostolicus hinc versutiæ obuiauit. Nam primum viso incendio, omnes milites Romanos ad propugnacula defendenda transmisit, ipseque, solus fiducia S. Petri fretus, facto signo Crucis contra incendium, ignem progredi vlterius non permisit.

Incendium ab Antipapa immissū crucis signo extinguitur

VII. *De improuiso incendio signo crucis extincto.*

Greg. Tur. de glor. confess. cap. 56.

Victorinus, Cenomanorum Episcopus, magnis se virtutibus sæpius declarauit. Nam ferunt quadam vice, dum ciuitas ipsa cremaretur incendio, & validis globis flammæ, huc illucque impellente vento, propellerentur, hic quasi pastor bonus non perferens ecclesiasticas caulas ab insidiis satanæ deuastari; obuiam se turbini obtulit: eleuataque manu, facto signo crucis è contra, illico omne cessauit incendium, liberatque ciuitas gratias pastori retulit, eo quod non permiserit res suas ab imminenti igne vastari.

Victorinus Ep. signo crucis ignē extinguit.

Prudens Episcopi responsum.

VIII. *Signo crucis edito S. Austre|ertha super aquas cum mu|tu aliis ambulat.*

In vita eius apud Sur. 10. Feb. 10.1.

Sancta Austrebertha virgo, puella nobilis ad Audomarum Taruanensis vrbis Pontificem, sacro velamine consecranda, cum multis sui itineris comitibus venerat. Qui vt viderunt transeundi difficultatem, omnes pauore conterriti non ausi sunt ingredi, sed habito consilio, vt redirent itinere, quo venerant, cœperunt à loco abscedere. Non enim ibi vel modicum quidem nauigium poterat transire. Sancta igitur Dei famula Christo deuota, Sancti Spiritus gratia illustrata, oratione facta, signum salutis præmittens, pontem vndis submersum ingreditur, hortaturque cæteros, vt se sequerentur. Iam enim natura elementorum quodammodo inter se commutata, facta est eis aqua sub pedibus instar ligni solida: porro lignum velut aqua liquidum. Transiuit igitur Dei famula cum vniuersis comitibus illæsa, quasi ficco calle in vndis nihil mali perpessa.

S. Austrebertha pręuio crucis signo ambulat super aquas.

IX. *Crucecur se signent oscitantes, & sternutantibus vnde beneprecandi consuetudo.*

Carol. Sigo. lib. 1. de regno Italiæ, ann. 591.

Anno Domini quingentesimo nonagesimo, tempore Agilulphi Italorum Regis IV. vehementer in dies sæuiebat pestilentia. Ad cæteros autem casus, quibus homines fœde passim absumebantur, hoc etiam mali accesserat, quod multi, cum sternutarent, alii, cum oscitarent, repente spiritum emittebant. Quod cum sæpius eueniret, consuetudo inducta est, quæ nunc etiam obseruatur, vt sternutantibus salutem precando, oscitantibus signum crucis admouendo præsidium quærerent.

Oscitantes cur os crucę signent.

TIT. XLIII. De neglecto Crucis signaculo exempla.

EXEMP. I. *De miraculo facto in neglecta panis consignatione.*

D. Greg. lib. 1. Dialog. c. 2.

QVidam in Prouincia Valeriæ Martyrius nomine, deuotus valde omnipotentis Dei famulus extitit, qui hoc de virtutibus suis testimonii signum dedit. Dum quadam die fratres illius panem subcinericium fecissent, eique obliti essent crucis signum imprimere, sicut in hac Prouincia crudi panes signo signari solent, vt per quadras quatuor partiti videantur, idem Dei famulus affuit, eisq; referentib. signatum non fuisse cognouit. Cumq; iam panis ille prunis esset & cineribus coopertus dixit: Quare hunc minime signastis? Qui hoc dicens signū crucis contra prunas fecit. Quo signante protinus immensum crepitum panis dedit, ac si ingens in ignib. olla crebuisset. Qui dum coctus postmodum fuisset ab igne subtractus, ea cruce signatus inuentus est, quam non contactus, sed fides fecit.

Panes coquendi cruce soliti à Martyrio Monacho signari.

II. *Demoniali à dœmone obsessa, quod lactucam omissa cruce comedisset.*

Idem ibid. cap. 4.

Quadam die vna Dei famula ex eo monasterio Virginum, cui præerat Equitius, hortum ingressa est, quæ lactucam conspiciens concupiuit, eamque signo crucis benedicere oblita, auide momordit, sed arrepta à diabolo protinus cecidit. Cumque vexaretur, Equitio huius monasterii Virginum Patri sub celeritate nuntiatum est; vt veniret concitus, & orando succurreret. Moxque hortum idem pater vt ingressus est, cœpit ex eius ore quasi satisfaciēs ipse qui hanc arripuerat diabolus, clamare, dicens: Ego quid feci? Ego quid feci? Sedebam ibi super lactucam, venit illa, & momordit me. Cui cum graui increpatione vir Dei præcepit vt discederet, & locum in omnipotentis Dei famula non haberet. Qui protinus abscessit, nec eam vltra contingere præualuit.

Edulium quodcunq; benedictione municndum.

III. *De puella à dœmonibus arrepta quod malum granatum neglecta benedictione edisset.*

Gui. Duran. lib. 6. Rationale. c. 86.

Eadem ratione in ciuitate Bonon. puellam à duobus spiritibus immundis & malignis triennio vexatam fuisse legimus. Cumque à quodam perito volente illos cum exorcismis & abiurationibus ab humano corpore pellere, interrogarentur, qualiter corpus mulieris intrassent, respondérunt, quod sedebant in quodam malo granato, quod ipsum puella comederat: qui tandem virtute adiurationum ab humano corpore recesserunt.

IV. *De nouitio, qui omissa benedictione, caulis folium comedens dæmonem deglutiit.*

Ioan. Nider. lib. 3. formicarii, cap. 1.

Venerabilis fratris Henrici Balthysensis Professoris sacræ paginæ nostri Ordinis, & Inquisitoris relatione percepi, & alterius fratris Arnoldi nostri præfati Ordinis, qui infrascriptis interfuit, quod nuper Buscoducensi Conuentu iuuenis habens tredecim annos circiter fuit, qui per eiusdem Ordinis habitum, & doctrinam ad profitendum suo tempore disponebatur per parētes. Hic, vt postmodum retulit, hortum cōuentus intrauit, in folio caulium albedinem quandam vidit, & nulla benedictione præmissa, delectatione victus folium abscidit, auideque comedit, ac dœmonem quendam pessimum ignoranter deglutiuit. Possessus igitur iuuenis gestu quosdam cœpit habere deuotos in orationibus, rapi eum fratres videbant, & priuari omnib. exterioribus sensibus corporis, quibus restitutis, loquebatur tamen bonum latinum, quod prius nescisit. Corde tenus proferebat multos Bibliæ passus, qui eum prius latebant, gallicam linguam expressit, quam nunquam didicit, se in cœlo mirabilia vidisse asseruit, reuelationesq; quasdam exprimendo mirabilia dicere præsumpsit, &c. Allatum ei fuit diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum, & in horrore, quem obsessus habuit manifestam dœmonis agnouerunt præsentiam. Dum autem iuuenem exorcizauit bo-

Adolescens cur à dœmone possess⁹.

uir bonæ memoriæ frater Arnoldus, dæmonem loqui arctauit, causas ingressus dicere, & corpus miseri dimittere coegit : & manifestissimo dato signo tandem exiuit.

V. *Quam sit noxium sub somnum solitum Crucis signum negligere.*

P. Martin. Delrio. to. 2. disq. Magic. l. 1. p. 197. ex Io. Nider. lib. 5. Formi. cap. 8.

Postquam Petrus maleficarum iudex (qui in actionibus suis diligenter crucis signo munire se solebat) officium resignauit, & ciuitatem Bernensem reintrauit, ibique domicilium tenebat: die quadam rediens ad castrum Blanckenburg, vbi cognatæ eius in ipsius officium substitutus fuerat; in eodem castro Petrus quædam negotia apud sibi notos expedire volebat. Tunc vna malefica & quatuor consortes eiusdem malitiæ viri de sero in loco vno machinamenta suæ artis voluentes pro viribus, vt Petrum grauiter veneficiis læderent vel occiderent, quem hæc latebant fraudis commercia. Aduenientе igitur nocte, Petrus se benedicendo crucis signo cubitum iuit : sed nocte surgere omnino proposuit ad scribendas quasdam necessarias epistolas, vt mane recedere à loco valeret. Euigilans igitur intempesta nocte sibi videbatur ex inopinato quod dies adesset luce deceptus fictitia; de quo in se iratus, quia, vt putabat, noctem neglexerat, non se, vt debuit, muniendo more solito, vestimentis induit, per gradus altos versus locum, vbi pugillarem habuit, descendit, & locum clausum reperit. De quo maiore ira exardescens, cum murmure per gradus quos descenderat versus lectum iterato scandebat, emittendo vnicam ex indignatione maledictionem: per verbum satis breue, ac si diceret; In nomine diaboli. Et ecce statim in tenebris densissimis Petrus proiectus est in præceps per graduum prædictorum passus adeo grauiter, vt famulus qui desubter scalam in cõmodo dormiebat, excitaretur; & exiens quid adesset conspicere volens dominum suum Petrum accenso lumine solum in terra priuatum rationis vsu, iacẽtem, & collisum per omnia membra, sanguinem plurimum è corpore emittentem, reperit.

Crucis signum sub somnum haud negligendum.

VI. *Tentatur noctu à dæmone religiosus, qui sub somnum se signare omiserat.*

Tho à Campis 3. part. serm. ad Nouitios 1.

Quidam frater ex labore fatigatus, cum sero facto ad dormiendum se disponeret, neglexit solito more signo sanctæ crucis contra terrorem inimici se signare. Nam celeri oppressus somno non est armatus salutifero crucis signo. Postea tam grauiter fuit perterritus in somno ab antiquo humani generis inimico, vt præ timore clamaret alta voce, & expergefactus tremeret cum ingenti stupore. Tũc demum recordatus est, quod vespere præcedenti non satis caute se signasset solito vexillo sanctæ crucis, & idcirco hostis malignus fuit ipsi in illa nocte tam seuere molestus. Ad se ergo plene reuersus, inuocato salutari nomine IESV cruce se signauit, & suffragium sanctæ crucis deuote legit, sicque iterum obdormiens, in pace Christi secure quieuit. Et ob huius rei factum per sanctæ crucis signum, sine cruce Christi nullum locum mundi ab hostis terrore putauit esse securum.

Crucis signi neglecti pœna.

VII. *Reprehenditur ab Angelo Ketellus Anglus, quod signo Crucis se munire omisisset.*

Ex Guiliel. Neubrigen. de reb. Ang. lib. 2. c. 21. Io. Durand. de ritib. Eccl. lib. 2. c. 45.

Fuit quidam vir venerabilis in Eboracensi prouincia apud vicum Furneham dictum, nomine Ketellus, homo quidem rusticanus, sed innocentiæ & simplicitatis merito singularem quandam à Deo gratiam consequutus. De quo plura memorabilia veracium mihi virorum innotuere relatu. E quibus hoc vnum retexam. Cõtigit hunc dæmonum sæuitiam experiri: fessus enim aliquando ex agrario opere domum reuersus, dum somno grauaretur, sacri se signaculi nequaquam impressione muniuit. Dormienti itaque loco solito duo astitere dæmones sæui nimis atque terribiles, & excitatum apprehendẽtes; Euge, inquiunt, Ketelle, incidisti in manus nostras, infestos sentire habes, quos prouocare minime timuisti, quorum mysteria toties prodidisti. Ille subito casu attonitus nomen Christi inuocare, & signare se voluit, nec valuit: manus enim eius & lingua tenebãtur, ne sacri se vel signi, vel nominis munimine tueretur. Noli, inquiũt, Ketelle, frustra conari, manus linguamque ligauimus, vt nihil tibi aduersum nos valeat suffragari. Cumque de illo ita triumphare viderentur, & malum quod ei facere cogitabant, verbis minacibus præuenirent, repente iuuenis splendidus bipennim manu ferens introiit, stansq; in medio, bipenni molliter digito tacto sonitum ingentem dedit, quo sonitu exterriti dæmones, relicto, de quo triumphare cœperant, homine, diffugerunt. Tum accedens iuuenis, quem eius Angelum fuisse credo; Ketelle, inquit, negligentia tua pene te periclitari nunc fecit: caue, ne vlterius te inueniant insidiantes tibi hostes inermem. Dicebat autem Ketellus quosdam esse dæmones magnos, robustos & callidos multumq; noxios, si relaxentur à superiori potestate: quosdam prauos & despicabiles, omnes tamen pro suo modulo infestos hominibus, multumque lætari, si vel parum illis molestiæ inferant.

Dæmonum sæuitia in Ketellũ ob neglectum crucis signum.

VIII. *De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signatum contra tonitru irridens fulmine interiit.*

Tilm. Eremb. lib. 7. Coll. a r. c. 58.

Subiungitur & hoc exemplum memoratu dignum de duobus Geneua Lausannam euntibus, cumque tempestas grauis ingrueret cum tonitruo & fulgure, atque alter illorum se signaculo sanctæ crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, alter eum irridens, Siccine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere? (nam huiusmodi facetiis omnia sacra ludificantur) & ecce protinus denuo cœlum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus emoritur altero isto cruce signato incolumi manente, qui mox rem gestam per totã Geneuam diuulgauit. Ad

Signi crucis irrisor fulmine interit.

omnem progressum, inquit, Tertullianus, atq; promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunq; nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.

TIT. XLIV. De iis, qui pro Christi amore in crucem acti sunt.

EXEMP. I. *De D. Petro pro Christi nomine Roma inuerso capite cruci affixo.*

In vita S. Petri Apost. apud Sur. ex Metaphras. Baro. an. Do. 69. to. 1.

CVM duæ ex fœminis Neronis Imperatoris, quę plus quam aliæ ab eo diligebatur, ad fidem accessissent, & pudice viuere statuissent, Nero, qui libidinosus erat & impudicissimus, furebat aduersus omnem Ecclesiam, maxime autem in Petrum Principem Apostolorũ, vt qui fuisset causa pudicitiæ eius fœminarum, quæ crediderant in Dominum. Quamobrem cum ira supra modum efferbuisset, capitis pronunciat sententiam aduersus omnes qui in Christum speraſſent. Cum itaque milites, omnes protinus comprehendissent, eos deducunt ad locum damnatorum: & Clementi quidem parcunt, vt qui esset cognatus Cæsaris: Herodionem autem & Olympã, vna cum magna multitudine gladio subiiciunt: Petrum verò illum magnum Domini Apostolum primo iussu Neronis in Mamertinum carcerem coniectum, deinde paucis post mensibus inuersum apud montẽ Aureum cruci affigunt. Quamobrem cum ex clauis dolores similiter atque Christus Deus noster, ipse quoque sustinuisset, puram & immaculatam suam animam in manus Dei deponit.

D. Petr. Ap. vltro deorsum crucifigitur.

II. *De S. Andrea Apostolo pro crucis defensione in cruce ligatis pedibus ac manibus suspenso.*

Aloys. Lipsm. apud Sur. tom. 5. 30 Nouemb. c. 19. & seq. Martyrolog. & Breuiarii Romanum.

Beatus Andreas Apostolus post Christi Euangelium per Achaiam dissemina̅m, cum Patris mysterium Crucis pro viribus defendere conaretur, ab Ægea Proconsule comprehensus, primo in carcere clausus est, deinde grauissime cæsus, ac tandem Ægeas dixit: Audi me Andrea, & ab effusione sanguinis consilium reuoca. Quod si non feceris, Crucis, te faciam interire patibulo. Andreas dixit: Ego crucis Christi seruus sum, & Crucis trophæum optare potius debeo, quam timere. Tibi autem cruciatus æternus qui debetur, poteris euadere, si postquam probaueris constantiam meam, vel sic credideris Christo. Ego enim de tuo interitu timeo: non de mea passione conturbor. Passio enim mea aut vnius diei spacium occupat aut duorum, vt multum: tuus autem cruciatus nec per millia annorum potest peruenire ad finem. Vnde desine iam miserias tuas augmentare, & ignem ipse tu ibi æternum accẽdere noli. Tunc indignatus Ægeas, cruci eum affigi præcepit, mandans hoc quæstionariis, vt ligatis pedibus & manibus, quasi in eculeo tenderetur, ne clauis affixus cito deficeret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Cumque eum carnifices ducerent, vt crucifigeretur, concursus factus est populorum clamantium, ac dicentium: Iustus homo & amicus Dei, quid fecit vt ducatur ad crucem? Andreas verò rogabat populum, vt non impedirent passionem eius. Gaudens enim, & exultans ibat, & a doctrina non cessans. Cumque peruenisset ad locum vbi crux parata erat, exclamauit, & dixit: O bona Crux diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quæsita, & aliquando concupienti animo præparata! securus & gaudens venio ad te; & tu exultans suscipias me discipulum eius, qui pependit in te magister meus, vt per te me recipiat, qui per te me redemit, eadem salutata, & oratione facta, expoliauit se, & vestimenta sua tradidit carnificibus. Qui accedentes leuauerunt eum in crucem, & extendentes funibus totum corpus eius (sicut eis iussum fuerat) suspenderunt. In qua cruce suspensus, populum docens biduo superuixit: & rogato Domino, ne eum sineret de Cruce deponi, circundatus magno splendore de cœlo, abscedente postmodum lumine emisit spiritum.

S. Andreas damnatus crucis supplicio.

Ad crucem vt ad epulas properat Andreas.

III. *De B. Philippo Apostolo apud Hierapolim Cruci affixo ac lapidibus oppresso.*

Eusseb. in Chro. Martyr. Rom. & Baro. tom. 1. annal. an. 54. Christi.

Apud Hierapolim Asiæ ciuitatem, Claudio imperante, S. Philippus Apostolus à Scythis, quibus fidem annuntiauit, comprehensus, & spreto idolorũ cultu, ab ingenti dracone, qui ex altaris basi prosilierat, defensus, ab hostibus liberatur; donec multis baptizatis, ab infidelibus tandem crucifixus, & lapidibus obrutus, felici martyrio mortem obiit anno ætatis suæ octogesimo septimo.

S. Philippus Ap. crucifigitur ac lapidibus obruitur.

IV. *S. Bartholomæus Apostol sub Astyage Rege in maiori Armenia pro Christo crucifigitur.*

Martyr. Rotman. & alia Niceph. Liporn. Sur. & alii 30. Nouembr.

In maiori Armenia sub Astyage Rege, sanctus Bartholomæus Apostolus, per Lycaoniam verbo Dei disseminato, templo Astaroth in inferiore India vero Deo dicato, & Rege Polemio cum vniuersa regia ciuitate baptizato, paucis post diebus comprehensus, fustib⁹ primum cæsus deinde Crucifuffixus, è viuo corpore detracta pelle die 24. sequenti abscisso capite extinctus est.

S. Bartholomæi martyrium.

V. *Sixtus I. Pontifex Maximus Crucis supplicio pro Christi nomine afficitur.*

Prudentius hym. 2. de S. Laurentio.

Romæ Decio & Valeriano Imperat. sanctus Sixtus Papa in Tullianum carcerem coniectus, deinde Cruci affixus est, teste Prudentio περὶ στεφάνων in hymno secundo de S. Laurentio, vbi sic ait:

Forte hoc Sacerdos dixerat, iam Sixtus affixus
Cruci, Laurentium flentem videns Crucis sub ipso
stipite: Desiste discessu meo fletum dolenter fundere: Præcedo, frater, tu quoque post hoc sequeris
triduum.

VI. S.

VI. *S. Dionysius Areopagita Parisiis pro Christi nomine in Crucem agitur.*

Sur. 9. Octo. Baro. tom. 2. not. ad mart. Rom.

Parisiis sub Adriano Imp. S. Dionysius Areopagita flagellis primum contusus, deinde igni ferisque obiectus, non læditur mox in Crucem tollitur; è qua sublatus, & cæsus iterum, amputatum caput suum ad duo millia passuum propriis manibus gestauit.

VII. *De S. Calliopio adolescente pro Christiani nominis defensione in Crucem acto verso capite.*

Sur. 7. April. ex Metaphr.

Sanctus Calliopius, pius adolescens, ad conuiuium in deorum celebritatẽ paratum inuitatus respondit, Christianus sum, & Christum ieiuniis celebrõ, nec quæ sunt flagitiosis atque impuris idolis immolata, licet in os eorum, qui Christum colunt, ingredi. Quod cum audisset Præses, iussit eum immaniter cædi: & tandem dixit post multa verba & increpationes: Nunc saltem ab insania discede, & Imperatorum decretis obtemperans, diis sacrifica, vt viuas: alioquin vt magister tuus suffigeris in crucem. Admiror, inquit Calliopius, impudentiam tuam, qui cum sæpe ex me audieris Christianum me esse, & Christianum esse moriturum, & in Christo victurum, tam impudenter pergas veritatem oppugnare. Festino eandem, quam magister meus pertulit, mortem oppetere. Hæc cum ille dixisset, præfectus ex responsis martyris animaduertens eum à proposito deduci non posse, sententiam tulit, vt quinta sabbathorum paschæ in crucem ageretur. Quod mater eius intelligens, quinq; nummos ministris dedit, vt eum contraria ratione, quam Christus Dominus crucifixus fuit, affigeret cruci. Quinto igitur sabbathorum pronus in caput crucifixus est, & die parasceues animam egit. Et vox de cœlo audita est ita sonans. *Veni ciuis Christi, & cohæres sanctorum Angelorum.*

Christianũ se constanter fatetur S. Calliop.

Crucifigitur pronus S. Calliopi.

VIII. *De Simone puero Christiano à Iudæis Cruci affixo, irriso & ad mortem vsq; cæso.*

Socrat. lib. 6. hist. eccl. c. 16

In loco quodam inter Chalcedonem & Antiochiam Syriæ sito, Iudæi ludrica quædam pro more ipsorum celebrantes, ac inter ludendum multa absurda designantes, temulẽtia abrepti, & Christianos & Christum ipsum in ludis suis proscindunt, & irridendi gratia Crucem, & eius qui super Crucifixo planxerunt tale quid fingunt: Puerum quendam Christianorum interceptum cruci alligant ac suspendunt & primum, illum aliquamdiu irridentes ac subsannantes perdurant, tandem & amentes facti puerum tamdiu verberant, donec moreretur. Eamque ob causam grauis inter eos & Christianos oritur conflictus. Cum hoc Imperatoribus innotuisset, scriptum est prouinciæ illius præfectis vt autores facinoris huius inquirerent ac punirent. Et hoc pacto eo etiam loco Iudæi facinorum suorum, quæ ludendo patrauerant, pœnas dederunt.

Iudæorum scelus in puerum Christianũ.

IX. *De VVernhero puero crudeliter à Iudæis supplicio Crucis pro nomine Christi affecto.*

Wernherus puer, pago Wammenrato, qui à Baccareto abest itinere vnius diei, ortus est (ut ipse rustica, sed cultu sane nobili, religione Christianus, & puritate virginea ornatus. Matrem habuit pietati deditam, sed vitricum, tum matrem tum ipsum persequentem. Cuius ille infestum sibi animum deuitans, fugam iniit, & veniens inde Treuericam Velaliam, à perfidis Iudæis, ibi commorantibus, callide sæpe ad laborem vocatus est. Ille vero promptum se exhibens puerili simplicitate, iussus est ab illis humum deportare in profundum quendam terræ locum. Aduentante interim paschali solennitate, dixit ei hospita sua: En prope est sancta parasceue: caue tibi, Wernhere, ab impiis Iudæis: alioqui sine dubio illi te comedent. Respondit puer, spem suam in Deum ponere præclare significans: Id vero ego committo Deo. Vbi autem Dominicæ cœnæ dies adfuit, puer vero Catholicus & Christo deuotus, prius confessus peccata suâ, corporis Christi communionem cum multa animi deuotione percepit, eodemq; die à fallacib. Iudæis ad opus insidiosè inuitatus est & pellectus: ac deinde sacro parasceues die, quando Christiani omnes Christi amarissimam passionem commemorant, eique condolendo sese humiliant, in innocentem puerum animi sui furorem odio Christi Iudæi sæuissimi summa crudelitate effudérunt. Primo enim apprehensum puerum omni clamandi facultate priuarunt, impresso in os eius globo plumbeo: inde suspenderunt ad columnam ligneam, depresso in imum capite, sursum erectis pedibus idque eo consilio, vt corpus Christi, eo die sumptum à puero, ex eius corpore possent reuocare & educere. Sed cum id frustra conati essent, totos se contalerunt ad membrum mystici corporis Christi atrocissime excarnificandum. Itaque multa caq; profunda eius corpori cum flagellis impressere vulnera: atque etiam cultro quodam, qui hodieque apud eius reliquias asseruatur, totius corporis venas barbara immanitate inciderunt, cum forficibus quoque summo cruciatu ex venis eius in pedibus, manibus, collo, & capite sanguinem expressérunt, ita vt totus vulneribus confectus videretur. Manfit autem sanctus puer sic triduo suspensus ad columnam illam, donec sanguis fluere desineret. Interim sic multis modis ab impiis Iudæis vexatus, cum summa patientia & laudibus Dei, spiritum reddidit sanctus puer.

In vita eius apud Sur. to. 2. Apr. 19.

Vitrici crudelitas in Wernherũ.

Wernherũ puerum immaniſſimè cruciant Iudæi.

X. *De Iulia ancilla ob fidei Christianæ virtutem crucifixa.*

Adonis Martyrol. die 22. Maii apud Baro tom. 6. an 440.

Est & alterius captiuæ Carthaginensis insigne virtutis exemplum, quod Ado Treuerensis Episcopus publice in Ecclesiis anniuersaria die recitandum tabulis inscripsit Ecclesiasticis hisce verbis: Natale sanctæ Iuliæ, quæ, cum Carthago ciuitas capta esset, ducta est captiua, & sortita in seruitutem deuenit cuiusdam Eutychii ex Syria Palæstina. Cui diligenter seruiens, expleto eius seruitio, acceptа-

Ieiunium quotidianũ Iuliæ ancillæ excepto die dominico.

ceptaq; requie, aut orationi, aut lectioni insistebat: nam & corpus suum ieiuniis affligebat. Vnde Dominus eius, quamuis paganus valde eam admirans, sæpius admonebat, ne taliter se affligeret. Sed illa, nec blandimentis, nec etiam admonitionibus ab hoc quod inchoauerat recedebat, excepto die Dominicæ resurrectionis. Deinde contigit, vt Dominus ipsius vna cum ipsa veniret in Co.ficam; & ibi sacrificantibus aliis, cœpit & ipse diis immolare. Sed beata Iulia videns errorem illorum, cõdolebat. Audiens quidã princeps Felix Saxo cognomine, quod illa nollet sacrificare, quæsiuit eam à Domino suo, vt receptis illius vice quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno eius seruitio noluit eam tribuere. Tum præfatus Felix callide fecit domino suo conuiuium, quatenus ipso & nimia potatione sopor-

Iulia ancilla crucifixa.

rato & ignorante, de naui ipsius eam tolleret. Quod & factum est: nam ipso inscio, ducta est beata Iulia ad Felicem. Cumque blandimentis Felix ei non posset suadere, vt sacrificaret, præcepit eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi: & sic in ipso patibulo vltimum efflauit spiritum: de cuius ore sanctissimo columba exiuit & cœlum petiuit. *Mulierem fortem quis inuenit? procul & de vltimis finibus pretium eius.*

Columba de eius ore exire visa. *Prou. 31.*

XI. *De aliquot religiosis Ordinis S. Francisci, & aliquot aliis Christianis recenter pro Christi nomine in Crucem suffixis.*

Extat hist. & refert Barthol. Riccius in Triũpho Christi.

Nangasachi in Iaponia sub Taicasama, sex fratres ex familia S. Francisci, Petrus, Baptista, Martinus Franciscus, Philippus Consaluus, Franciscus; & tres Societatis IESV, Paulus, Iacobus, Ioãnes, quod in Insula Zaponia Euangelium disseminarent; & sexpendecim laici, quod Christiani essent facti, Aloysius puer. 12. Paulus, Leo, Cosmus, Paulus, Michael cum Thoma filio ann. 15. Antonius ann. 11. Ioachimus, Franciscus, Gabriel, Thomas, Ioannes, Matthias, Ventura, Petrus & Franciscus, iussu Taicosamæ Iaponensium Tyranni, sinistræ auris particula truncata prius, singuli singulis crucibus affixi, mucrone dextero latere transuerberati, martyrii palmam sunt consecuti.

Cruci affixi pueri Christiani.

TIT. XLV. De cruce spirituali, hoc est, de animi & corporis passionib. pro peccato toleratis, & eius in aduersis cõsolatione.

Genes. 31. *Ioseph exilii erumnas tolerat: & seruus Potiphari venderetur; præter meritum carcerem & vincula sustinet; interius ad maiores multo euehitur honores, quam si domi apud patrem & fratres expers tantarum calamitatum sixisset.*

1. Reg. 5.

Num. 11. *Cum filii Israel, immissis in ipsos serpentibus, affligerentur, venerunt ad Mosen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & contra te. Antequam saeuiret in eos plaga ista, nec peccatum agnoscebant, nec eius veniam à Deo petere dignabantur, Israelita audientes aduersus se congregatos esse Philistinos dixerunt ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum, vt saluet nos de manu Philistinorum. Et intrauit Dominus fragore magno in die illa super Philistiim, & exterruit eos, & casi sunt à filiis Israel.*

Cum roboratum fuisset regnum Roboam, dereliquit legem Domini, & omnis populus cum eo. Exarsit itaque ira Domini aduersus Iuda, & tradidit eos in manus Regis Ægypti Sesack. Verum simul ac Prophetam Semeiam audiuere, & coram Domino humiliati sunt, ira Dei sedata est, & è manu persequentium populus est liberatus. 3. Reg. 14. 2. Paral. 12.

Manasses, Rex Iudæ, qui peccatis horrendis Deum offenderat, cum vinctus catenis atque compedibus, ductus esset Babylonem, in angustiis istis orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam coram Deo patrum suorum, & exaudiuit orationem eius, reduxitque cum Ierusalem in Regnum suum. 2. Paral. 33.

Act. 14. S. Paulus & Barnabas, viua capitis Christi membra, lapidibus à Iudæis impetiti, & extra ciuitatem electi, confirmabant discipulorum animas in fide his verbis: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

EXEMP. I. *Afflictiones à Deo mitti testatur Alaricus Gothus Romam obsidens.*

Sozom. hist. Eccl. lib 9 c. 6. & Socrat. lib. 7 c. 10.

CVm Alaricus Gothorum Dux post occisionem Stiliconis, pacem, quam ab Honorio Imperatore petierat, non obtinuisset, Romam obsedit, ac multis Barbaris ad Tiberim fluuium collocatis, ne à portu (sic Romani vocant, quod nos *emporium* dicimus) necessaria inferrentur in vrbem, protracta obsidione populum vehementer fame ac peste afflixit. Fertur autem tunc de quodam ex Italicis Probro Monacho, quod Romam properarit, & Alaricum adhortatus sit, vt vrbi parceret, nec tantorum malorum autor esse vellet. Illum vero respondisse aiunt, vnde moliri se ista, non ex animi sententia, sed vrgeri se à quodam continue, qui sibi præcipiat vt Romam vastet, quod & tandem fecit. Inter obsidendum autem multis acceptis muneribus obsidionem aliquamdiu soluit. Pollicebantur enim Romani persuasuros se Imperatori, vt ab illo in pace reciperetur.

Afflictiones vnde.

II. *De compassione Comitis Mauritii erga Bremenses diuinitus afflictos.*

Alb. Crantz lib. 9. Metropol. c. 40.

Mauritius Comes Cloemburgicus, à Bremensibus ciuibus variis contumeliis affectus, & acceptis à ciuitate literis, quæ hostilia illi denuntiarent, vias publicas milite insedit, & paulo post pugna cõmissa Bremenses magna clade afflictos fugat: deinde ad confinia ciuitatis accedens, portas vidit nõ clausas. Intromissis speculatum ex agmine duobus, videntibusque clausas domorum fores, læti redierunt, dicentes, penes Mauricium esse, si vellet, tota vrbe potiri.

tiri. Grassabatur autem pestis tum in vrbe terrifice, ita vt desperata salute, domi se quisque contineret. Audiens Mauricius ingemuit, dicens: Quia Rex supernus illam oppugnat vrbem, nolo vt accedat afflictis à Deo afflictio nostra. Multa mihi iucunda in hac vrbe fuerunt: si modo dissidemus, redibit aliquando tranquillitas & reconciliatio: retrahamus ab illis manus quos castigat serius rerum arbiter Deus, ne & in nos serpat contagio. Ita reduxit exercitum vir, qui eius vrbis videretur dignus imperio, quod tam benigno fuit animo in afflictam: Post aliquot dies autem pax inter Mauricium & Bremenses sancita est.

Afflictis compatiendum.

III. *Amicos suos consolatur Deus in afflictione.*

Cum aliquando D. Antonius cum dæmonibus colluctaretur, ei Christus Dominus protector factus est: tunc enim eleuãs oculos vidit desuper culmen aperiri, & depulsis tenebris, radium lucis ad se influere. Post cuius splendoris aduentum, nec dæmon aliquis apparuit, & corporis dolor extemplo deletus est. Ædificium quoque, quod paulo ante dissolutum fuerat, instauratum est. Ilico præsentiã Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria, ad visionem, quæ ei apparuerat, loquebatur, dicens: Vbi eras, bone IESV, vbi eras? Quare à principio non adfuisti, vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hic eram, sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis multum fuit roboratus. Erat tunc Antonius annos natus triginta quinque.

D. Athan. in eius vita.

IV. *Vt Coleta virgo religiosa cruces perpetuas, vt sponso conformaretur libenter sustinuerit.*

Nihil in hac vita Deo gratius esse potest, & homini conducibilius, quam pro eius amore libenter pati dolores & cruciatus. Ea enim re vere eius amicis vel maxime fit conformis & consimilis. Certe ipse Dominus IESVS CHRISTVS tota vita sua graues & labores, & dolores, nostri amore perpeti voluit. Itaque & Coleta virgo ad eius similitudinem pro suo modulo hac in parte accedere diligẽter studuit. Nam quoad vixit perpetuis affecta fuit doloribus & cruciamentis, aliis post alia succedentibus, & sæpenumero duplicatis; quæ tamẽ omnia tulit patientissime. Inter alia magnam e i crucem afferebat inflatio quædam continua sine intermissione modo crescens, modo se remittens, quã tamen suauiter tolerabat. Præter hanc multis aliis affligebatur modis, interdum in solo corpore, nonnunquam in anima plerumque in vtroque, idque sane grauissime. Morbos ex naturali aliqua causa existentes placide ferebat, qui vero præter naturæ ordinem diuinitus ei infligebantur, eos necessario perpeti oportebat, nec potuit illis pro suo arbitrio absolui. Ad inflationem illam, quam diximus, aliæ pene vexationes & infirmitates se adiungebant, quibus interdum tam misere discruciabatur, vt octo dierum spatio vix vna hora integra respirare posset: quodque miserabile & commiseratione dignum est, cum soleant alii, cum sani, tum ægroti, in lectulis suis captare requiem & leuamentum, illa potius & deterius vexabatur. Nam etsi ob labores diurnos cuperet nonnunquam se nocturnæ dare quieti, & corpusculum in lecto reponere, at nunquam tamen requie illic potiri potuit: imo vero mox vt eo se recepit, nouis & languoribꝰ, & laboribus cruciabatur, idque nocte tota, & interdum ad meridiem vsque. Neque eiusmodi angustiis premebatur semel atque iterum per hebdomadam, sed cunctis noctibus. Porro diebus Dominicis & Festis, & in magnis solemnitatibꝰ, quibus alii omnes cessant, tanto cruciatus erant acerbiores.

In vita B. Coletæ apud Sur.

Afflictionũ vtilitas.

Coletæ cruces variæ & assiduæ.

V. *Proprium esse Christianorum ad prototypi exemplar discere pati.*

Ad Proceres Francos in Ægypto captiuos belli sacri temporibus accessit princeps Saracenus; & ex iis quæsiuit, num in vnum Deum crederent, qui ex Virgine natus, in Cruce affixus, mortuusque esset, dieque tertio se in vitam reuocasset; Quibus ita se credere affirmantibus, addidit, eos neq; fracto animo, neque mœstos esse debere, si tantulam calamitatem subirent eius nomine, qui extrema supplicia pro ipsis exantlasset, eosq; nondum ad mortem vsque pro eo decertasse. Quod si tantæ fuit potestatis, vt triumphata morte se ipse à sepulcro excitarit, certo in animum inducere oportere, fore, vt etiã ipsos breui calamitatibus illis eximeret; seriam vtramque fuisse consolationem probauit sequuta libertas.

Io Ionuicus in vita S. Lud. Regis Franc. c. 42.

Christianos consolatur afflictos Princeps Saracenus.

VI. *Dominum Iesum præsentem esse iis qui præter voluntatem animi molestius diuexantur.*

Cum virgo, Catharina Senensis, multas à dæmonum infestatione molestias pro nomine Saluatoris pateretur, illis fugatis, lux cœlitus illapsa est cubiculo, & in ea luce Christus crucifixus ei apparuit, dicens: Filia mea Catharina, vides, quæ ego tua causa perpessus sim? Non igitur dubites tu quoq; propter me aliquid perpeti. Deinde sub alia specie magis propinquans, blande ei gratulabatur de triumpho iam obtento. At illa: Vbi, inquit, fuisti, mi Domine, cum esset cor meum tot spurcitiis diuexatum? Et ille: In corde tuo, inquit. Rursus virgo: At qui fieri potuit, bone Iesu, vt tu in illo meo esses corde, quod tot obrutum erat impurissimis cogitationibus? Respondit Dominus: Cogitationes illæ quid in tuo efficiebant animo? gaudiumne, an mœrorem? Immo vero, inquit illa, non nisi summum dolorem. Hoc igitur, Christus ait, ego mea præsentia efficiebam: quia si tu ea destituta fuisses, illis spurcitiis delectata esses; Iam vero cum eas profligare velles, nec posses, inde mœror oriebatur: sed me autore & effecto-

Raimund. in vita eius apud Surium tom. 2. 29. April.

Christus Dominus afflictis præsto est.

re, qui eram intus in corde tuo, & tuebar illud, interim extrinsecus te sinens oppugnari, quantum videbatur expedire tibi. Sed quando illustrata radio lucis meæ, teipsam sponte obtulisti ad tolerandas eas infestationes, mox eas abscedere iussi: neque enim pœnis, sed voluntate pœnas fortiter perferendis ego delector. Tu autem filia mea, quando non tua, sed mea virtute certasti viriliter, maiorem à me gratiam consequeris, & deinceps crebrius atque familiarius meipsum tibi exhibebo.

Infestationes fortiter perferendæ.

VII. *Catharina Aragoniæ Regina Anglorum dictum, dum esset in rebus aduersis.*

Cum Henricus VIII. Anglorum Rex Catharinam Aragoniam, vt Anna Bolena pellice potiretur, repudiasset, ea incredibili animi constantia fortunæ inconstantiam, & casus aduersos superabat. Solebat autem sæpissime apud suos dicere, fortunam se, nec aspernari, nec leuissimam, si daretur optio electuram, cum vtrique suas tentationes ac pericula habeat, sed mediam potius ac temperatam. Si tamen alterutra eligenda esset, malle se tristissimam, quam blandissimam: in felicibus enim raro deesse consolationem fortunatissimis fere semper mentem.

Nicol. Sander. lib. 1. de Schismate Anglican. Sur. in Chron. an. 1535.

Catharinæ Aragoniæ de rebus aduersis apophthegma.

VIII. *S. Catharina Senensis spineam potius coronam, quam auream à Christo oblatam elegit.*

Hoc ipsum præstantissimæ virgini Catharinæ Senensi ipse Dominus præclaro viso demonstrasse videtur, cum ei aliquando apparuit binas manibus coronas gestans; alteram auro & gemmis micantem; alteram vero spinis horrentem. Offerebat autem optionem illi, vtram mallet, sed hac conditione, vt alterutram in hac vita elegisset, sciret se in futura vita alteram ei contrariam habituram: si hic auream, illic spineam; hic spineam, illic contra auream: quibus auditis sapiens Virgo horridam illam coronam ad eo prætulit, vt vtraque arreptam manu, ipsamet suo capiti impresserit, & quidem ita acriter, vt post etiã aliquando vulnerum sensus perduraret.

Hier. Plat. lib. 1. de bono statu Relig. c. 15.

Coronam spineam eligit hic Catharina Senẽsis, & cur.

IX. *Deus S. Aldegundem per Angelum in rebus aduersis consolatur.*

Inter alia diuinæ consolationis beneficia, quæ gratia Saluatoris S. Aldegundi conferebat, non postremum fuit, quod eam sæpe Angelica consolatione contra aduersa quælibet confortabat, nec patiebatur eam grauiori aliqua tristitia absorberi. Audierat aliquando nomen suum à peruersis hominibus, & inerti otio deditis maledictis insectari, & apud alios cum non mediocri quorundam offensione iniuste traduci. Vnde illa, quæ est humanæ fragilitatis conditio, aliquantulum cruciari cœpit: cui mox in mediis fluctibus Angelus adfuit, & suauibus eam verbis demulcens: Quid, inquit, ô virgo dulcissima, maleuolorum hominum inuidia te conturbat, cum tibi cœlestis regni gloria; illis vero, nisi resipiscant, æternum gehennæ supplicium paratum est? Talibus illa recreata sermonibus nihil deinceps obloquentium vanitates faciendas putauit.

Hacbaldus Elnonensis in vita eius apud Surium 30 Ianuar.

Angelus S. Aldegundẽ in aduersis consolatur.

X. *Quomodo per tribulationes regnum cœlorum ingredi oporteat.*

Cum virgo Gertrudis commiseratione mota oraret pro quadam persona, quam audierat impatienter conquerentem, quod Deus grauamina sibi immitteret saluti suæ minus conuenientia, respondit ei Dominus: Dic illi, pro qua oras, vt, quia sine aliqua saltem tribulatione vel molestia, regnum cœleste obtineri non potest, eligat, atque indicet, quænam grauamina sibi vtilia esse putet; & quum hæc ipsi euenerint, seruet patientiam. In quibus verbis Domini Gertrudis intellexit, periculosissimum genus impatientiæ esse, quando homo peruerse ac superbe eligere vult quæ ferat, dicens, saluti suæ minus congruere, seque non posse sustinere ea grauamina, quæ sibi à Deo immittuntur. Oportet enim vt quilibet semper confidat, illud conuenientissimum & vtilissimum esse, quod sibi Deus imponit aut euenire permittit; & quando hoc non omnino patienter sustinet, inde seipsum humiliare debet.

Ludouic. Blosius Manipulus spirit. cap. 10. §. 10.

Tribulationes necessariæ ad vitam beatam comparandam.

Patientia & humilitas, duæ alæ ad cœlum.

ART. V. Symboli. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

TIT. XLVI. De Christi Domini resurrectione, eiusque circumstantiis.

EXEMP. I. *Christi Domini resurrectionem suo sanguine manifestat S. Longinus Centurio.*

POstquam sepulturæ mandatum fuit viuificum Christi corpus, vt nos à peccati sepulcris euocaret, & ad antiquam reuocaret beatitudinem, Longino rursus iussit Pilatus vitæ sepulcrum queri custodia militari. Et ille quidem fecit id quod erat imperatum, etsi non esset eiusdem de Christo cum Pilato sententiæ, vt iam didicimus. Cum autem peractum esset magnum resurrectionis mysterium, & milites miracula, quæ erant maiora, quam vt ea caperet humana cogitatio, principibus sacerdotum, & presbyteris Iudaici cœtus annunciassent; hoc illi ignominiam & dedecus sibi afferre existimãtes, & miraculum volentes extinguere, pecuniis persuaserunt militibus, vt calumniarentur Christi resurrectionem. Illi igitur ad Pilatum accedentes, falsam dixerunt esse resurrectionem. Verum non sic Longinus: sed mendacii quidem fuit præclarus confutator, verax autem testis veritatis, vt qui non sustinuerit calumniari Christum, tanquã furto surreptum, sed lingua & mente libera, eum verum esse Deum prædicarit, & è mortuis esse excitatum affirmauerit. Quo factum est, vt & ipse Pilatus & Iudæorum Synagogæ principes, inuidiam, qua prius mouebantur in Christum, & quem in eum animo concipiebant furorem, cum nunc in Longinum transferant, ei adeo Longinũ irasce-

Laur. Sur. in vita eius 15. Martii ex Simeo. Metaphr. Lipom. tom. 6. Baron. tom. 1. ann. Dom. 33. 191.

Testes resurrectionis corrupti & mendaces.

Longinus ver⁹ resurrectionis testis.

Inuidia Iudæorum in Longinũ.

iratscentes, vt quidquid pateretur Longinus, existimarent eum non satis datum esse pœnarum. Hinc ea res venit ad aures Longini, & eorum ira fuit ei significata. Quapropter magis volens abiici cũ Christo, quam habitare in tabernaculis Iudæorum, cum veste & cingulo dignitatis, ipsam quoque simul quam primum exuit militiam. Et acceptis duobus militibus, qui habebant eundem zelum pro Christo & veritate, declinant cum populo congressionem, & cum Deo solo & secum versatur. Paulo post relictis Hierosolymis venit in Cappadociam præco simul & Apostolus Christi cum duobus militib. effectus: vbi ad Pilatum delatus, & varia tormenta perpessus cum sociis capite plectitur.

II. *Non dari accessum hæreticis ad sepulcrum Domini, nisi reconciliatu.*

Sophr. c. 48. Prat. spir. Narrant nobis Anastasius presbyter, & ornamentorum sanctæ resurrectionis Dei, & Domini nostri IESV CHRISTI custos, quia aduenies illuc Cosmiana vxor Germani Patricii voluit nocte quadam sanctæ Dominicæ sola adorare sanctum Domini nostri IESV CHRISTI, viuificumque monumentum: Et cum appropinquaret ianuæ sacrarii, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix cum aliis quoque mulieribus, dicens: Quomodo cum nostra non sis, huc audes ingredi? Et prohibebat eam. Neque enim (inquiebat) nostra est. Erat enim de hæresi Seueri acephali. Illa vero multum rogabat, vt mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens, ait: Crede mihi, mulier, non ingredieris huc, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem quod quia esset hæretica, ingredi prohiberetur, quodque nisi accederet ad sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Christi Domini, & Dei nostri, intrare non permitteretur, continuo accersito Diacono, orauit sanctum calicem sibi afferri. Quo allato, sumpsit sacrum corpus, & pretiosum sanguinem magni Dei, & Saluatoris nostri IESV CHRISTI: Atque ita absque vlla prohibitione digna habita est adorare sanctum & venerabile sepulcrum Domini nostri IESV CHRISTI.

Hæretica mulier prohibetur ingredi sanctum Domini sepulcrũ.

III. *Aliud simile exemplum de quodam Palæstinæ Duce.*

Idem Sophr c. 49. Narrauit autem nobis & hoc ... presbyter Anastasius, dicens: quod Palæstinæ Dux aliquando venerit adorare sanctam Christi Domini nostri resurrectionem: Et cum cœpisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu super se venientem, cornibusque illum impetentem. Ille vero pauore correptus, retro redibat. Custos vero sanctæ Crucis Azarias & cæteri, qui assistebant, eius timore permoti dicunt ei: Quid est, quid habes, domine? Cur non ingrederis? Dicit eis: Vt quid intulistis arietem istum? Qui stupefacti inspexerunt sanctum monumentum, nihilque videntes, aiunt ad illum: Ingredere, nihil tale intus est. Rursum ille ingredi cœpit, sed iterum aspexit arietem: contra se venientem, & se introire prohibentem. Istud cum sæpe factum esset, illeque, cæteris nihil videntibus, solus arietem cerneret, ait illi Crucis custos: Crede mihi, Domine, aliquid habes in anima tua, quod te prohibet adorare sanctum, ac venerabile, & viuificum monumentum Saluatoris nostri. Itaque moneo, vt confitearis Domine peccata tua, clemens enim, & misericordissimus cum sit, & tui misereri volens, huiusmodi tibi miraculum ostẽdit. Ille autem cum lacrymis dixit ei: Vere multis, magnisque sceleribus obnoxius sum. Et seipsum in faciem prosternens, per multas horas permansit fleus, & confitens Domino. Surrexit deinde, & rursus ingredi voluit, sed iterum ab ariete permissus non est. Tunc ait illi sanctæ Crucis custos: Vere aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille, Num fortasse ideo, qui non sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Seuero cõmunico, introire prohibeor? Tunc petiit à custode, vt sancta & viuifica Christi Domini nostri mysteria sibi afferrentur, & allato sancto calice communicauit: Atque ita ingressus est, & adorauit, nil vltra impedimenti passus, nihilque vlterius cernens quod se deterreret.

IV. *De terra sancti sepulcri magno in honore à Christianis habita.*

Terra ipsa insuper, quæ Domini adiacet sepulcro, diuinam quandam ex Dominico corpore proxime posito virtutem hausit, vt merito fideles illuc peregrinantes auide solerent accipere, quia, tum ad morbos curandos, tum etiam ad dæmones perfugandos, vti consueuerint. Est eius rei locuples testis sanctus Augustinus, dum hæc ait de Hesperio viro Tribunitio: Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis illatam, vbi sepultus Christus die tertio resurrexit; eamque suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse pateretur. At vbi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de terra illa fieret, cogitabat, quam diutius in cubiculo suo reuerentiæ causa habere nolebat. Forte accidit, vt ego & collega meus Episcopus Sinicensis Ecclesiæ Maximinus in proximo essemus; vt veniremus rogauit, & venimus: cumq; omnia nobis retulisset, etiam hoc petiuit, vt infoderetur alicubi, atque ibi orationũ locus fieret, vbi etiã possent Christiani ad celebranda quæ Dei sunt, congregati.

Ex Aug. De ciu. Dei. Greg. Tur. de glo. Mart. c. 7.

Terra S. Sepulcri in quanto honore habita

V. *Ad fontem, in quo Christus post resurrectionem dicitur lauisse pedes cum discipulis, varia miracula.*

Castellum Emmaum tem nobile fuisse olim oppidum constat, sed ob cæsos ibi Romanos milites, haud multum ante tempus à Varo Syriæ Præside cremarum est. At postea Romani capta Hierosolyma, & parta contra Iudæos victoria, eam Nicopolim nuncuparunt, nomine exeuentu belli imposito. Ante hanc Palæstinæ vrbem, prope triuium, in quo Christus, post resurrectionem à mortuis, cum Cleopha incedens, simulabat se ad alterum pagũ propere contendere, est fons quidam salutaris, in quo non

Iosephus lib. 17. Antiq. c. 12. D. Hier. de loc. heb. Soz. hist. Eccl. lib. 5. cap. 20.

homines modo qui ægrotant, loti curantur, verum etiam animalia, quæ variis morbis laborant: Nam ferunt Christum vna cum discipulis quodam tempore è via ad fontem illum diuertisse, inque eo lauisse pedes, & aquam ex eo tempore vim medendi morbis habuisse.

VI. *Aliud resurrectionis Dominicæ testimonium insigni miraculo comprobatum.*

Ruper. Abb. de diuin. off. lib. 8. c. 4. Baron 16. 12. Annal. an. 111. 47. 48. 49.

Quid mirandum acciderit in Leodiensi monasterio anno Christi millesimo cētesimo vndecimo, Rupertus Abbas Tuitiensis fama celebris ita narrat in commentario, quem tunc scribebat de diuinis officiis, istis verbis: Sed ecce, inquit, dum hæc scribimus, iucundo per quendam fratrem nostrum gratia resurgentis nobis arridet miraculo. Testor illam beatam ac deliciosam noctem, in qua Christus ab inferis victor ascendit, me nihil super hoc mentiri; nisi ille tam sacrilegus sit, vt de eiusmodi re quidpiam fingere ausus fuerit, quod vita eius, vel propositum omnino prohibet vel suspicari. Fratris tamen eiusdem nomen tacebitur, quoniam & hoc obnixe precatur. Factum quidem lucere coram hominibus cupit, vt glorificetur Pater, qui in cœlis est; se autem videri non vult, nec suis reputari meritis miraculum, cuius sola Dei gratia (quo iudicio nescimus) operatrix est. Res autem eiusmodi est. Hoc sancto Paschæ sabbato, quo cereo annus ab incarnatione Domini millesimus centesimus vndecimus inscriptus est, in Ecclesia S. Laurentii ad præcedentes eiusdem diei matutina, extinctis de more cunctis luminaribus, dum eorum vltimum extingueretur, & ad canticum Euangelii hæc antiphona à Domino Abbate Berengero imponeretur; Mulieres sedentes ad monumētum, ecce repente ante pedes illius proiectum cecidit ipsius, quo firmiter substrictus erat, cingulum. Ille solutum esse & cecidisse suspicatus, quod tamen mirum fuisset, quia non delapsum fuerat, neque circum crura pedesque descenderat, sed ante pedes quasi proiectum (vt dictum est) exiliuerat; inclinauit se, vt tollens istud, rursum sese accingeret. Cumque manus iniecisset, vt illud sibimet circumdaret, nodum, vt erat fortiter astrictum, non cedere sibi, vltra quam dici potest, admiratus est. Intendenti & secum cum stupore magno reputanti, quidnam hoc sibi vellet; ecce vox facta est, & sibilum tanquam auræ tenuis audiuit dicentem sibi:

De certitudine resurrectionis Christi miraculum.

Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.

Siquidem hæc (vt ipse referens testatus est) admiratio mentem eius persæpe subibat, quomodo verum Domini corpus (vnde ipse nullatenus dubitabat) clauso resurgere monumento, clausis potuit ianuis ingredi ad discipulos. Mox ergo illi ad memoriam simile illud rediit, quod Augustinus refert, factum per Petroniam, clarissimam fœminam, quæ mirabiliter ex magno atque diutino, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, dolore sanata est. Hæc à quodam Iudæo dixit sibi fuisse persuasum, vt annulum capillitio vinculo insereret, quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur, qui annulus haberet sub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligato quasi remedio, ad sancti martyris Stephani limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ in sua possessione mansisset, surgens vt iter pergeret, ante pedes suos illum iacentem annulum vidit, & capilliciam zonam, qua fuerat alligatus mirata tentauit. Quam cum omnino suis nodis firmissimis, sicut erat, comperisset astrictam, crepuisse atque exiliuisse suspicata est. Qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inuentus, futuræ salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit, atque illud vinculum soluens simul cum eodem annulo proiecit in flumen. Non credant hoc (inquit idem Augustinus) qui etiam Dominum Iesum per integra virginalia matris egressum, & ad discipulos clausis ostiis fuisse ingressum non credunt.

Lib. 22. de Ciuit. c. 8.

Miraculum

Comparentur nunc duo hæc tam insignia diuinæ pietatis miracula, recens hoc, quod hominem cingulum renum eius firmiter obstrictum & indissolutum transiit & exiliuit; & illud antiquius, quod zonæ insertus, nodo integro persistente erupit annulus. Nescio quid mirer amplius, nisi quod hic pariter (vt dictum est) vox diuinitus audita est:

Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.

Hoc igitur, vbi accepi (mane quippe, vbi primum loquendi copia fuit, duobus tantum fratribus, quorum vnus extiti, attonitus adhuc frater ille rem gestam retulit, obnixe postulans, vt creditum nobis secretum nunquam cum suo nomine proderemus) vbi inquam, hoc accepi, tanquam meis maxime oblatum à Deo vsibus miraculum, lætus arripui. Siquidem eadem nocte & eadem paululum ante hora, qua illud accidit, supra dictam similitudinem ruminare cœperam, scilicet quod hi qui fidei resurrectionis detrahunt, & ideo non veram carnis naturam creduntresurrecturam, quia Dominus clauso sepulcro surrexit; vel quia clausis ad discipulos ingressus est ianuis: similes sunt illis, qui terræ, quam inspexerant detraxerunt apud filios Israel, dicentes: Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Non igitur importune longior nunc trahitur sermo de resurrectionis gloria, &c. Hæc ille tunc monachus sub Berengero siue Berengario Abbate, in epistola nuncupatoria ad Cunonem Abbatem Sigebergensem, ante commentarium ad Genesim posita.

Resurrectionis detractores qui?

ART.

ART. VI.
Ascendit ad cœlos, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis.

TIT. XLVII. De Ascensione Christi ad cœlos, ac de eius circumstantiis.

Act. cap. 1. Luc. 24. *Postquam Christus Dominus Apostolis suis benedixisset, & prater alias dotes, etiam has duas contulisset, donũ nempe miraculorum, & scripturarum intelligentiam, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: Cumq; intuerentur in cœlum euntẽ illum ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerũt:* Angeli testes Ascensionis Christi in cœlũ. *Viri Galilei quid statis aspicientes in cœlum, hic* IESVS *qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in cœlum, &c.*

Act. cap. 7. *Cum S. Stephanus protomartyr à fidei Christiana aduersariis pro Christi nomine agitaretur, plenus Spiritu sancto intendens in cœlũ vidit gloriam Dei, & Iesum stantẽ à dextris virtutis Dei, & ait: Ecce video cœlos apertos, &c.*

EXEMP. I. *De vestigiis pedum Christi Domini ob eius in cœlum ascensionem in monte Oliueti impressis.*

D. Hier. de loc. Heb. Act. Apost. Paul. Ep. Nolan. ep. 11. ad Seuerum Sul. Seuer. l. 2. hist. Beda de locis sanct. c. 7. EGregium sane monumentum fuę ad cœlos ascẽsionis Dominus Redemptor noster non modo suis Apostolis, sed posteris quoq; spectandum reliquit, nimirum sacrorum pedũ suorum terræ impressa vestigia. De quibus hæc apud Hieronymum & alios. Mons Oliueti ad Orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, vbi vltima vestigia Domini humo impressa hodieq; monstrantur: cumque terra eadem quotidie à credentib. hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statũ continuo recipiunt. Denique cum ecclesia, in cuius medio sunt, rotundo schemate & pulcherrimo opere conderetur, summum tantum cacumen, vt perhibent, propter Dominici corporis meatum, nullo modo contegi & concamerari potuit, sed transitus eius à terrã ad cœlum vsque patet apertus.

Perenne miraculum de vestigiis Domini.

II. *Terrestris Hierusalem præsentia Christi sanctificata cœlestem odorem efflans cor hominis ad cœlos mirabiliter erigit & inflammat.*

Rudolp. li. 4. hist. c. 6. Ita Gretser. in Apolog pro Crucianis to. 3. de Cruce, Bar. to. 1. an. 34. Ludol. 2. p de vita Christi c. 82. Memorabile huius rei exemplum prodidit Rudolphus lib. 4. historiæ, quod hic transcribere operæpretium duxi. Contigit vt quidam à Burgundiæ partibus ex Augustodunensi territorio Lethbaldus nomine, cum cæteris Hierosolymam pergens deueniret, qui prospectis locis omnium sacerrimis, cum ad illum locum montis Oliueti deuenisse contigit, ex quo Saluator ad cœlos ascendens, tot idoneis testibus, venturus inde iudicare viuos & mortuos est repromissus, proiiciens se in Crucis modum toto prostratus corpore cũ lacrymis inenarrabilibus mẽtis iubilo exultauit in Domino, reerigens se identidem palmis ad cœlum extensis, nisu, quo poterat, corpus librabat in altum, ac voce huiusmodi aperiebat mentis desiderium: aiebat namque: Domine IESV, qui propter nos de sede maiestatis tuæ descendere dignatus es, vt genus humanum saluares, quique ex hoc loco, quem oculis intueor, carne vestitus remeasti ad cœlos, vndẽ veneras, obsecro tuam omnipotentissimam bonitatem, vt si hoc anno est mea anima ex hoc corpore migratura, non hinc recedam, sed in conspectu ascensionis tuæ fieri cõtingat. Credo enim quoniam sicut te secutꝰ sum corpore, sic qualiter ad hunc deuenirem locum, sic anima mea illæsa, & gaudens post te sit ingressura ad paradisum. His peroratis reuersus est cum sociis ad hospitium: Erat autem iam hora prandii. Cæteris vero discumbentibus, conuersus ipse ad lectulum vultu alacris, ac velut graui sopore paululum requieturus, illico, namque obdormiscens ignoratur quid viderit protinus dormiens, exclamauit: Gloria tibi Deus Socii quoque hæc audientes, monebãt illum, vt surgens comederet. Qui noluit, sed vertens se in latus aliud, dixit se pati aliquid incommodi, recubansque vsque ad vesperum, conuocatis sui itineris sociis, viuificæ Eucharistiæ requirens accepit viaticum, illisque dulciter salutaris emisit spiritum.

III. *Per effigiem Christi ascendentis in cœlum conualescit paralyticus.*

Th. Boz. to. 1. de sign. Eccl. lib. 1. c. 2. ex Martino Ignatio Franc. co. Nobilis quidam diuturna paralysi decumbens in lecto, nulli idoneus opere iacebat omnibus frustra remediis tentatis. Christianus inuisit illum, narrauitque fore, si spem poneret in Christo, & eius nomẽ supplex imploraret, vt sanitatem reciperet, & ob id ipsi reliquit effigiem pictam Christi ascendentis. Ægrotus hortante Christiano, spe confirmatus, oculos in imaginem defigens, intimo maximoque animi studio Dei nomen implorauit. Mirum dictu, multis aspicientibus recẽre sanatus è lecto surrexit, & Christo nomen dedit. Hæc cum certo cognouisset Imperator Conchin Chinæ iam vita Christianus Maconem siue Macaum, quæ est vrbs Lusitanorum in litoribus Sinarum, Legatos misit, qui nomine ipsius orarent, vt ad sua regna mitterentur, qui Christi doctrinam disseminarent.

TIT. XLVIII. De apparitionibus Christi post ascensionem.

Act. cap. 9. *Cum D. Paulus iter faceret Damascum, vt persequeretur ibi discipulos Domini, contigit vt appropinquaret ciuitati, & subito circumfulsit eum lux de cœlo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit, Quis es Domine? Et ille; Ego sum Iesus, quem tu persequeris: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit, Domine quid me vis facere? &c.*

D. Paulo in Christianos furenti visibiliter se præbet Christus.

EXEMP. I. *Quomodo Christus Dominus apparuerit D. Petro persecutionem fugienti.*

Io Naucl. to. 2. gen. 3. ex Ambr. epist. 32. contra Auxentium. Greg. in 4. sal pœnit. Eusebi l. 3. de exil.

NERO Imp. post multa, quæ conceperat aduersus Christianos, nefaria Apostolorum Petri & Pauli, qui duces erant in populo Dei, expetit neces. At Petrus monentibus amicis, ad declinandum inuidiam principis, via Appia ab vrbe descendens, ad primum lapidem Christo fit obuiam, quem adorans rogat: Domine, quo vadis? Tum Christus: Romam iterum crucifigi. Extat eo loco sacellum, vbi verba ista habentur. Petrus de martyrio suo dictum existimans, ad vrbem rediit, & statim Episcopum consecrat, eique Cathedram & Ecclesiam commendat his verbis: Eandem ego tibi potestatem ligandi & soluendi trado, quam mihi Christus reliquit. Cum hæc ita disposuisset, non multo post vna cum Paulo iussu Neronis necatur.

II. *Pantaleoni martyrium sustinenti visibilem & consolatorem se præbet Christus Dominus.*

In vita eius apud Sur. c. 17. in. die 27. ex Metaphr.

Cum S. Panteelemon siue Pantaleon martyr in ligno primum fuisset appensus, deinde ferreis laniatus vngulis, & lampades ignis lateribus eius admotæ, non plagis & vstionibus, sed ei, qui potest opem ferre, attendebat, & oculos in cœlum tollens, orabat: & ideo statim adfuit liberator Christus apparens in habitu Hermolai Christiani senis, eum vere ac germane consolans & recreans. Ego enim tecum sum, ait, in omnibus quæ propter me pateris, statimque laxatæ sunt manus lictorum, & lampades, quibus torquebatur, extinctæ.

Panteelemoni Martyri Christus apparet.

III. *Diuinitus monetur Kilianus, de sustinendo breui martyrio.*

Cæs. Bar. to. 8. An. ad an. 689.

Quadam nocte cum S. Kilianus Herbipolensium Episcopus, leues carperet somnos, ita vt nec dormiret integre nec vigilaret aperte, apparuit ei vir habitu formaque pulcerrimus, qui diceret: Amice Kiliane, surge, nolo te diutius laborare: duntaxat certamine tangeris, & sic victor fugiter mecum eris. His dictis abscessit. Euigilans autem egregius vir, intelligens diuinam eam esse visitationem, conuocatis fratribus, inquit: Fratres, vigilemus, cito aderit Dominus, & pulsabit ianuam. Cauendum nobis est, ne nos somno torpentes inueniat. Addamus oleum lampadibus, dum tempus est; ne si forte defecerit, tunc incipiamus quærere, quando non poterimus inuenire. Illis itaque circa medium noctis orationi vacantibus, carnifices strictis gladiis locum, in quo orabant, penetrarunt. Quos cum sacer vir intuitus esset, ait: Amici, ad quid venistis? Vos implebitis præceptum, nos cursum consummabimus. His dictis interfecti sunt.

Kiliano monacho ob tēsa visio.

IV. *S. Menam in tormentis præsens consolatur Christus.*

Metaphr. in vita eius ap. Sur. tom. 6.

Crudelissime excarnificatus est S. Menas ab Hermogene præfecto: Siquidem oculi eidem effossi euulsa lingua, caro misere dilacerata: sed diuina non caruit consolatione. Apparuit misero Christus, atq; omnia ipsi membra restituit & sanat. Hortatur quoque deinceps ad constantiam, promittitque præsens in aduersis omnibus auxilium.

V. *B. Barbaram ad martyrium constanter perferendum adhortatur Christus.*

Sur. in vita eius 4. Decemb. ex Metaphr.

Apparuit quoque Christus Dominus B. Barbaræ existenti in carcere, & præsentia sua carcerem mirifice illustrauit, atque virginem ad constantiam est hortatus. Eodem tempore mox plagæ eius curatæ sunt magna omnium admiratione.

VI. *Alphonso Portugaliæ Duci Christus apparet vt eum ad bellum contra Saracenos impellat.*

Th. Boz. lib. 17. de sig. Eccl. cap. 7. to. 2.

Anno Domini 1112. vel potius 39. Alphonsus Lusitaniæ Rex commissurus prælium contra quinque Reges Saracenorum, iussus est in somnis, à Christo, bono esse animo, & signo vti in prælio, cui quinque vulnerum imago inscripta, & obtinuit victoriam memorabilem. Et hinc fluxit Lusitaniæ Regum insigne.

VII. *Christus Dominus instar adolescentis VVilhelmum Abbatem Reschildensem in Zelandia ad molestias perpetiendas excitat.*

In vita eius apud Sur. 6. April. to. 2. p. 614.

S. Wilhelmus fortis Christi athleta, in vocationis proposito admodum firmus, religionis & instituti sui tam erat æmulator vehemens, vt cum iam Supprioris, vt vocant, fungeretur officio nulla sineret sacræ religionis instituta violari. Interea apparuit illi nocte quiescenti Dominus Iesvs sub forma speciosissimi adolescentis, vocansque eum proprio nomine; Noueris, inquit, Wilhelme, te ad quandam insulam mecum profecturum, multasque illic tentationes & molestias perpessurum, sed iis mea ope superatis, ad me venies in cœlestem paradisum. Quam rem non prius intellexit, quam esset in Daniæ insulam Zelandiam, vbi modo quiescit, accitus.

VIII. *Christus vt puer triennis eiulans & algens in nine apparet cuidam monacho.*

Th. Cantip. li. 2. de Api. c. 1. p. 13.

Virum viderim dubito monachum Cistercienſis ordinis, virum pietate plenum, de quo tale miraculum ferebatur. Algore niuium terra Brabantiæ respersa per totum, monachus ille in itinere existens, præmisso in villam famulo, solus in campis per deuia veniebat. Et ecce inuenit puerum elegantissimæ formæ quasi triennem, magno fletu & eiulatu, solum in niuis frigore residentem. Compassus igitur tali puero, equo descendit, & complexus flentem, flere cœpit cum eo, & quærere quid haberet. Tacente autem puero, iterum ingeminat, ingemiscit quærens, vbi est mater tua? nunquid perdidisti matrem? Ad interrogationes igitur illius, puer fortius eiulans, tandem dixit: Heu me, heu me, quare non flerem? quare nō eiularem? Ecce vides quod egens, solus, & in frigore sedeo, & non est qui colligat me, & ho-

Christus vt puer eiulās in niue reperitur.

& hospitium mihi præstet. Mox Monachus surgens, & puerum in brachiis eleuans, osculatus est eum, dicens: Cesses flere dilectissime, quia ad hospitiū portabo te, & faciam enutriri. Hoc dicens, cum puero equum ascēdere voluit, sed puer de brachio tenentis exiliens, repente disparuit, quia Christus filius virginis fuit. In terram igitur cadens Monachus, eiulare & flere cœpit vberrimè, & cum diu sic eiulans iacuisset, tandem quęsitus à seruo, inuentus est, & eleuatus in equo ad hospitium ducitur. A quo cū quæreretur cur fleret, nihil aliud vna nocte dicere potuit: Heu me, puer bone, puer pulcerrime, quare me dereliquisti? cur tam cito abiisti: cur te perdidi? Post hæc Monachus consolationem recipiens, cuidam rei euentum retulit, qui illis, per quos sciui, tantæ rei miraculum & piaculum patefecit.

IX. *B P.N. Ignatio Loyola Romam aduenienti apparet Christus.*

Io. Pet. Maff. lib. 1. de vita eius cap. 5. & Pet. Ribad. lib. 2. cap. 11.

Eo ipso die, quo Romam accessit P. Ignatius Loyola, res ei contigit vel ad memoriam posteritatis insignis, vel ad confirmandum in proposito Ignatium cæterosque haud mediocriter efficax. Etenim orandi causa non longe ab vrbe templum egresso, qualia passim imposita militari viæ cernuntur, statimque, vt sæpe solebat, abstracto à sensibus, atque alta quadam animi contemplatione defixo, clarissima in luce per speciem illi sese Deus pater ostendit, IESV filio baiulanti crucem, & crudelissimis affecto suppliciis, præsentem Ignatium Loyolam commendans, quos ille cum in fidem ac patrocinium libentissimè recepisset, ad Ignatiū placido & sereno vultu conuersus, hæc ipsa effari verba dignatus est: *Ego vobis Romæ propitius ero.* Quo tanto tamque diuino solario mirum in modum erectus & confirmatus Ignatius ac socios deinde compellans: Quid nobis, ait, Romæ futurum sit, fratres, in crucemne an in rotam agi nos velit Deus, ignoro: vnum scio, quidquid eueniat, Iesum Christum nobis propicium fore. Quæ res non in præsentia tantum illos insolita quadam lætitia & voluptate perfudit, sed etiam in posterum contra omnes difficultates atque pericula magnopere corroborauit, ac muniit. Atque hoc ipsum vel in primis causa fuit, cur Ignatius confirmatæ postmodum Societati salutare potissimum IESV nomen indiderit.

B. Ignatio Romam appropinquāti Christus apparet.

X. *Elizabeth Vngarica Christus se in nube visibilem præbet, eidemq; morienti præsentissimus adest.*

Marcus Marul. lib. 2. c. 4.

Elizabeth Pannonum Regis filia, dum se supra se tollens cœlestia meditaretur, in extasim abibat, & mente cernebat, quod oculi prouidere nō possunt: quod nerum quidē cum ad se rediisset, dissimulare poterat, tantam etiam tacita facies hilaritatem præ se ferebat. Eadem cum aliquando nimio labore fatigata, lassaque resedisset, oculis in cœlum intentis, fronte modo iucunda, modo tristis apparuit. Cuius causam interrogata confessa est se in nubibus vidisse Iesum, qui nunc se ostendens lætam reddebat, nunc tegens mœstam. Denique ipsum hæc sibi dixisse: Bono animo esto, filia, ego tecum sum; & se respondisse: Ita Domine, tu mecum, atque ego tecum. Eidem post vitam multis annis religiose transactam idem Dominus apparuit, atque dixit: Veni sponsa, cœlesti thalamo potire.

S. Elizabeth Vngarica Christum videt.

XI. *Puerpera mulieri extensis manibus sese ostendit Christus Dominus.*

Leucippa vxor Clitophontis hominis idololatræ, multis annis sterilis ad religionem Christianam à Honofrio monacho conuersa, cum fide concepit prolem. Maritus diis hoc beneficium tribuit. At illa: Non, inquit, ita; Deus cœli est, à quo prolem habeo. Ille mihi etiam in somnis apparuit formam habens humanam; sed manus per modum crucis extensas, monens, vt tibi marito eandem fidem suadeam.

Ex Sim. Metaphr. in vita Galacho-nis & Epistolæ.

ART. VII.

Inde venturus est iudicare vivos & mortuos.

TIT. XLIX. De aduentu Christi Domini ad iudicium.

Felix Romanus ethnicus, audiens Paulum Apostolum de extremo Dei iudicio verba facientem, mirabiliter terretur.

Ex Act. Apost. c. 22.

EXEMP. I. *De mirifica Christi apparitione super montem Oliueti.*

Anno Domini quadringentesimo decimo nono, sub consulibus Monaxio & Plinta, multæ Palæstinę ciuitates, villæque terræmotu collapsæ sunt. Dominus noster Iesus Christus semper & vbique totus, super montem Oliueti Hierosolymæ vicinum sese de nube manifestauit. Multæ & tunc vtriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu, quam auditu perterritæ, atque credulæ sacro Christi fonte abluti sunt, omniumque baptizatorum in tunicis Crux Christi Saluatoris diuinitatis nutu extemplo pressa resulsit. Hæc Marcellinus. Cuius rei adeo admirabilis occasione cœpti sunt vbique misceri sermones de aduentu Domini ad iudicandum; quod ex Danielis Prophetæ vaticinio iam prænunciatus esset aduentus filii hominis in nubibus. Et Zacharias de ipso loco eius aduentus super monte Oliueti prædixerat. Accedebat, quod memoria retinerentur verba ab Angelis dicta, ab Euangelista descripta de eodem monte vbi Christus ascendisset in cœlū: Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet.

Marcellin. in Chron apud Baron. tom. 5. ann. 419.

Christus apparet in monte Oliueti.

Dan. 7. Zach. 14. Actor. 1.

II. *Exem-*

II. *Exemplum de iuuene rapto ad iudicium, & quã terribile futurum illud sit.*

Vincentius Hispanus.

Refert B. Vincentius natione Hispanus concione tertia in sexagesima exemplum de quodam iuuene, qui somniando fuit interrogatus à Christo in iudicio, & subito ex timore totus factus fuit canus.

III. *Extremi iudicij terrore Bogaris Bulgarorum Princeps in vera fidei cultu magis confirmatur.*

Io. Curopalat Cedr. & alii Graci apud Barón. an. 845. tom. 10. & P. Rader. ex Menæo Græcorum.

Bogaris Bulgarorum Rex homo insatiabiliter venationi deditus, non modo cum venatum se conferret, ea se oblectare studebat, sed etiam quando otiosus esset domi, idque per animalium pictas figuras. Constructa noua domo, Methodium quẽdam Monachum arte pictorem iussit domum illam picturis ornare. Verum quasi diuina gratia quadam prouidentia ductus, non præscripsit definite, quænam & qualia pingeret animalia, verum quæcunque ipse vellet, iussit pingere, terribilia tamẽ essent quæ pingerentur, vt spectantibus terrorem & metum incuterent. Ille autem nihil aliud terribilius noscens secundo Christi aduentu, hunc ibi descripsit: Cumq; iam finita illa esset pictura, conspicatus Princeps ex altera parte iustorum cœtum coronari, ex altera vero impios puniri, & à pictore percepta picturæ mẽte statim propriam eiurat religionem: imbutusque à sancto Episcopo diuinis mysteriis, intempesta nocte sacrum percepit baptisma.

IV. *Quomodo Petrus Telonarius iudicii metu factus sit liberalior.*

Simeon Metaph. in vita D. Io. Eleemosynarii, & Surium. 5.

Petrus Constantinopolitanus, cognomento Telonarius, vir tanto maiori admiratione dignus, quãto ante cõuersionem vixit nequius. Hic cum opum copia redundaret, dubitatum est, vtrum ditior an auarior esset. Hinc inter mendicos ortum est certamen, vnus profitebatur se ab eo eleemosynam eliciturum, cæteri id omnino fieri posse negabant. Qui se facturum promiserat, accessit cum multo precum ambitu, & dum hominem auertentem se vrgere cœpisset, in iram concitauit, ita vt furore ardens repente arreptum panem (panes autem casu ancilla è fornace domum coctos referebat) in faciem precantis intorqueret; qui cum declinasset ictum, sublato pane discedens, se tandem voti sui compotem factum sociis nuntiauit. Petrus vero postea aduersa valetudine agitatus, cum postremo horis aliquot exanimis iacuisset, & reuixisset: narrauit sibi interim visum fuisse, se ante tribunal Dei in cœlo sisti, ab aliis accusari, ab aliis defendi, in altera libræ lance peccata quæ commiserat appendi, in altera vnicum panem illum, quem ipse quondam proiecerat iratus. Et cum exæquarum vtrinque pondus staret, reuerti, ac pani aliquid superaddere quod præponderaret, si multi reatus supplicia cuperet euadere, sibi iussum. Itaque cum conualuisset, quæ cupide cõflauerat, liberaliter cœpit effundere, neminem indigentium opis suæ expertem fieri passus.

Petrus Publicanus alias Telonarius, vt factus misericors in pauperes.

V. *De conscientiarum libris in futuro Christi iudicio aperiendis.*

Bredemb. lib. 8. Coll. sacr. cap. 26. ex li. 4. Insinuat. diuinæ pietatis, apud Blosium in manil. spir. c. 14.

Sancta & deuotissima virgo Gertrudis, dum in quadam feria & secunda Paschæ communicatura rogaret Dominum, vt per illud dignissimum Sacramentum supplere dignaretur omne, quod ipsa vnquam neglexerat in ordine religionis, suscipiens eam filius Dei præsentauit Deo Patri indutam tunica religionis: quæ tunica videbatur ex tot partibus distinctim composita, quot annos vixerat in religione; ita quod inferior pars tunicæ reputabatur pro primo anno, secunda pro secundo anno, & sic deinceps vsque ad annum, in quo tunc erat. Videbaturque tunica illa ita expansa & extensa, quod nullius omnino plicæ vmbra quidquam in ea contegere poterat, sed in quolibet anno distinctim apparebant annotati omnes dies & horæ, & insuper singulæ cogitationes, verba, & opera tam bona, quã mala, quæ in illo anno peregerat de die in diem, de hora in horam, de cogitatione in cogitationem, de verbo ad verbum, de opere ad opus; & quid singulis verbis & factis suis intenderat, vtrum scilicet Dei laudem, & animæ suæ profectum, aut humanum fauorem, vel alicuius damnum: quid etiam in quolibet commodo vel abstinentia, vel quocunq; opere ex pura obedientia, quid ve ex propria deliberatione perfecerat. Vbi autem in aliquo opere sibi blandita fuerat, quasi ex obediẽtia illud fecisset, quod magis ex propria deliberatione sibi à magistratu obtinuerat permitti, aut per aliquam callidam occasionem extorserat sibi mandari: talia nimirũ opera obedientiæ apparebant in tunica illa, velut quædã gemmulæ luto fragili infixæ, quæ nutantes, & quasi casuræ vix poterant hærere. Orante autem pro ea filio Dei, & suam innocentissimam ac perfectissimam conuersationem Deo Patri offerente, videbatur tunica illa veluti quadam aurea lamina splẽdidissima & perspectissima obtecta: per quam tum omnia prædicta cogitationum, verborum, & operum, nec non intentionum, necessitatũ vel simulationum (quæ vel scienter vel negligenter, sponte vel coacte quolibet tempore vel hora peregerat) merita adeo clare micabãt & distincte, quemadmodũ per purum crystallum quilibet color suppositꝰ potest decerni. Nec aliquis saltem minimus puluis aut punctus latere poterat, qui in luce cognitionis infallibilis veritatis, tam Deo quam etiam omnibus cœlicolis, euidentissime non appareret. Vnde diuinitus intellexit, quod cuiuslibet hominis status similiter patet Deo & omnibus sanctis per æterna sæcula. Quod autem Dominus dixit per Prophetã: *In quacunq; hora conuersus fuerit peccator*, &c. sic intelligendũ est, quod non recordabitur Dominus vltra peccatorum condigna pœnitentia deletorum ad iudicandum. Veruntamẽ iugiter apparebunt in nobis singulæ maculæ peccatorum nostrorum ad laudem & gloriam dulcissimæ misericordiæ eius, qua tam benigne pœnitentibus

Ezech. c. 18.

peccata

peccata dimisit, & insuper tam multimodis beneficiis suæ diuinæ pietatis nos circumuenit, ac si nunquam contra ipsum in aliquo deliquissemus. Singula etiam opera nostra bona, cogitationes, verba, voluntates, quas vnquam pro amore & laude Dei perfecimus, similiter in sempiternum efflorebunt ad laudem ipsius, (cuius dono, & cooperatione nostra perfecimus) & ad cumulum gaudiorum nostrorum, sicque semper pro inuicē laudabimus, & amabimus Deum, qui in Trinitate perfecta viuens & regnans, operatur omnia in omnibus nobis.

ART. VIII.
Credo in Spiritum sanctum.

TIT. L. De Spiritu sancto, tertia sanctissimæ Trinitatis persona, ac de eius proprietatibus, donis & virtutibus.

Ioan. cap. 1. Marc. 1 & Luc. 3. Actor. cap. 2.

Testatur D. Ioan. Baptista, se vidisse Spiritum sanctum descendentem quasi columbam de cælo post baptismum à Christo susceptum, & super eum mansisse.

Elapsis iam ab ascensione Domini decem diebus & resurrectione quinquagintæ: Dum inquit Lucas complerentur dies Pentecostes, erant pariter omnes in eodem loco. & factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & replenit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, &c.

EXEMP. I. *Spiritus sanctus contra quorundam errorem testimonio Scripturæ Deus esse comprobatur.*

Greg. Tur. lib. 6 hist. Fr. cap. 18.

CHilpericus Francorum Rex legatos suos, Ansoualdum & Domichildum, in Hispanias ad Leuuichildum Regem, qui tum in exercitu contra Hermenichildum filium suum erat, misit. Qui cum inde rediissent, solicitus erat Gregor. Turon. qualiter in ipsis Christianis, qui pauci in eo loco remanserant, fides Christi ferueret. Cui hæc Ansoualdus respondit: Christiani, qui nunc apud Hispanias commorantur, Catholicam fidem integre seruant; sed Rex nouo nunc ingenio eam nititur exturbare, dum dolose & ad sepulcra martyrum, & in ecclesiis religionis nostræ orare contingit. Dicit enim: Manifeste cognoui esse Christum filium Dei æqualem Patri, sed Spiritum sanctum Deum penitus esse non credo, eo quod nullis legatur codicibus Deus esse. Heu, heu, quam iniquam sententiam, quam venenosum sensum, quam prauam mentem? Et vbi est illud quod Dominus ait: *Spiritus Deus est.* Et illud Petri, quod ad Ananiam ait: *Quod tibi visum est tentare Spiritum sanctum? Non es hominibus mentitus, sed Deo.* Vbi & est illud quod Paulus mystica dona commemorans, ait: *Hæc enim operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult.* Qui enim operatur quod vult, nulli cognoscitur esse subiectus.

Spiritus sanctus Deus.

II. *Spiritum sanctum à Patre Filioq; procedere.*

Platina de Vitis Pontif. in vita Eugen. 4.

Tempore Eugenii IV. anno circiter 1332. discussa sæpius Græcorum & Latinorum contentione, tandem eo ventū est, vt Græci rationibus victi, fatererentur Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere, homousionque esse, non à Patre tantum, vt ipsi credebant, prouenire; vtque in azymo sine fermento, triticeo pane corpus Christi consecraretur, ac Purgatorii locum esse crederent. Postremo, vt fatererentur Romanum Pontificem verum Christi Vicarium, Petrique legitimum successorem, primum in orbe locum tenere, cui & Orientalis & Occidentalis Ecclesia merito pareret.

III. *In eiusdem veritatis fidem præclarum Petri Damiani responsum.*

Io. Naucl. volum 2. gen. 38. ad an. 1137.

Fugato Rogerio Siculo ex Apulia, cuius ducatum sui iuris esse affirmabat, Ioannes Constantinopolit. Imperator, qui Rogerio aduersabatur, legatos statim ad Lotharium Germanorum Imper. mittit, de superato hoste congratulans. Inter legatos erat, qui offendere conabatur Latinam Ecclesiam errare, quod addidissent S. Spiritum procedere à Filio, contra sententiam Nicæni Concilii. Tum Petrus Diaconus homo doctus, qui in corona aderat disputandi gratia: Si, inquit, Latini damnandi sunt, quod addiderunt, Spiritum sanctum à Filio quoque procedere, damnandi multo magis Græci videntur, qui id fieri à solo Patre addiderunt. Quare enim potius à solo Patre procederet, quam à Patre & Filio? Sicut enim habet Scriptura: *Spiritus, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me;* ita etiam dicit: *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ille testimonium perhibebit de me.* Delusus igitur homo audax tam acuto responso, substitit hac de re amplius disputare.

Attende dialogomenon de Spiritu sancto.

Ioan. 15.

IV. *Spiritum sanctum in columba specie apparere.*

Leo Ostiens. l. 3. hist. Cas. sin cap. 53. apud Baron. tom. 11. 1084. n. 11.

Anno Domini 1084. cum Gregor. Papa VII. Casinum venisset, & ibi missarum solennia celebraret, vir quidam Ioannes nomine iuxta altaris crepidinem immobilis perstitit. Cumque ad altare deflexisset obturus, subito in ecstasim raptus, niueo candore columbam, cuius erat aureum guttur, super eandem aram altare conspexit. Quæ inde leuiter aduolans, ac supra dextrum Pontificis humerum recubans, alis protinus expansis, vtrumque protexit, ac tam diu sic perstitit, quousque commixtio Dominici corporis & sanguinis in calice fieret. Iterumque se in dextrum humerum colligens, inde ad altare descendit, capit blande super hostiam flectens, viro illo, quid hæc sibi vellent, non intelligente, cum volatu præpeti, pleno rostro rencauit, ad cœlum. Post hæc homo ille in se rediens, nulla penitus huius rei vestigia memoria tenuit. Nocte vero subsecuta cum se so-

Columba supra Pontificis humerum Spiritum S. designat.

pori dedisset, vir quidam illustrior sole, minaci vultu in medio suæ domus hospitio eidem apparuit. Quo ille viso, de strato exiliens, terrore correptus, fugam tentat arripere. Vir autem ille porrecta manu, continuit brachium eius suauiter tenens. Cum autem eius manus nequiret effugere, ac si vinctus, sterit inuitus: ad eius mox auxilium quidam niuea canitie aspersus, indutusque stola candida adfuit, eiusque mœrorem consolans, de manu se tenentis eripuit. Quem ille, quisnam hic esset tantæ claritatis vir, quæsiuit intrepidus. Hic, inquit, est iustitiæ sol. Et ille; Nomen quoque, ait, tuum similiter pande. Nequaquam (ait ille) scire te oporteret nomē meum, sed mihi adinterrogata respondē. Putasne, recolis, quid heri, dum in ecclesia astares, vidisti. Ille, cuius animum occuparat obliuio, cœpit intra se voluere quidnam esset, quod ab eo senior quæreret, subitoque reminiscens, cuncta sibi quæ viderat, ex ordine retulit. Et ille, Vade inquit, celeriter, & hoc ipsum auribus Papæ intimato, vt constanter vigore sancti Spiritus quod cœpit, exequatur. His dictis ab oculis eius elabitur.] Ad quid columbæ visio in Pontifice, nisi Spiritus sancti instinctu eum regi & gubernari? Quid insuper illud, quod eidem nuntiari mandatur, nisi manifestum diuino oracuło reddi, quæ ab eo hactenus gesta essent, eiusdem Spiritus sancti opere benefacta probari.

Res à Gregor. VII. gestæ diuinitus comprobantur.

V. *Ad virtutes assueti eo inardescunt amore Dei.*

Ex Vita B. Ægidii. Lud. Gran. lib. 1. Cate. in Symbolum.

Hic spiritus diuinus, qui in substantia est amor innatus, in cordibus iam mortificatis, & iam virtutum vsu dispositis eam flammam ingenerat, vt sæpe vel vnico verbo, vel vnica sancta cogitatione eius amore inflammentur. Vt de Ægidio vno ex comitibus diui Francisci legitur, vt sæpe hoc tantummodo verbum, *Paradisum*, cum audiret, in spiritu raperetur. Huiusmodi enim viri, vbi in illorum animabus caritatis habitus altius radices egit, sunt tanquam ficcus puluis, vt vnica scintilla super illum cadente subito inflammentur.

VI. *In specie ignis Spiritus sanctus descendere visus in fratrum Ord. S. Dominici congregationem.*

An. Senen. Doc. 5. Chro. Fr. Ord. Prædicat. Piæ cuiusdam matronæ visum.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, aut circiter, quædam mulier deuotissima, aliquando nonnihil humanis rebus abstracta, vidit in visione, quod cum nostri Ordinis Fratres in quodam conuentu comitia generalia celebrarent, Spiritus sanctus superillos congregatos in ecclesia in specie ignis descendebat, vt D. Antonin. refert 3. p. histor. tit. 20. cap. 1.

VII. *De B. Seruatio Traiectensi Episcopo, qui vno idiomate concionatus à variis tamen intelligitur.*

Mart. Aural. lib. 3. tus sancti gratia dotatum ferunt, vt prædicantem audientes, alienigenæ, diuersæq; nationes, vna quæque sua lingua locutum putarent, nihil non intelligentes, quod ab illo esset prolatum. Ad hæc tot miraculis claruisse dicitur, ita pure sancteque vixisse, vt prædicatione, virtute, moribus ad perfectionem Apostolorum proximè accessisse videatur.

in S. Seruatio Traiect. Ep.

VIII. *De dono linguarum B. Vincentio Ferrario diuinitus concesso.*

Ex Petr. Ranzanus in vita eius l. 2 c. 8 apud Sur. 5. die April.

Maxima admiratione dignum illud est, quod legimus de S. Vincentio Ferrario, Dominicano, quippe, cui donum linguarum, sicut & veteribus Apostolis, concessum fuit. Cum enim per varias regiones suas prædicationes diffunderet, & sua Valeatinus ac materna lingua fuerit semper locutus; tamen singuli tam pueri, quam ætate prouecti vtriusque sexus, eius sermonem per singula verba percipiebant, perinde ac si in singulorum patria fuisset natus, & eorum idiomate fuisset locutus. Multi quoque Græci, Teutonici, Sardi, Hungari, & alii in aliis locis nati, qui cum nonnisi materna lingua loqui scirent, nec aliam intelligerent, ad loca, in quibus prædicabat Vincentius, cum aliis ad audiendum concurrentes, tandem concione peracta, fassi sunt se singula viri Dei verba percepisse, non minus quam si eorum lingua eum loquentem audissent. In illa Galliæ regione, quæ nostro tempore Britannia dicitur, sunt quidam populi, quos Galli vocant Britones Britonizantes, quorum lingua solis ipsis cognita est. Et quamuis plurimi eorum, Gallorum lingua loqui sciant, multi tamen non solum non nisi sua lingua loquuntur, sed & nullam aliam intelligunt; qui tamen virum Dei suo materno idiomate loquentem distincte intelligebant, ita vt singuli quoque pueri & fœminæ maximum fructum ex salutifera eius doctrina perceperint.

Donum linguarum B. Vincentio diuinitus communicatum.

IX. *De eadem gratia B. Antonio Vlixponensi communicata.*

Ex lib. 1. hist. Seraph. Vna lingua multarum vim habēs.

De S. Antonio Patauino, cuius lingua diu post mortem integra inuenta est, insigne fertur præconium: dum enim semel Romæ peregrinis de mandato Domini Papæ prædicaret, vbi erant Græci, Latini, & Barbari, omnes non sine ingenti admiratione sic intelligebant, vt quisque perciperet verba, in quibus educati erant.

X. *Dono linguarum etiam ornatus erat Franciscus Xauerius Indorum Orient. Apostolus.*

Ex Epist. Ind. an. 1555. Tho. Boz lib. 6. to. 1. c. 5.

P. Franciscus Xauerius Societatis Sacerdos & Indorum Apostolus, dono linguarum etiam ornatus erat, cum enim alii Patres vnius tantum interrogationi respondere possent, ipse etiam decem vel duodecim diuersa interim quærentibus vna cum ratione satisfaciebat. Atque hoc genus respondendi ei infrequens non erat & inusitatum. Quod procul dubio munus Dei erat amplissimum.

XI. *Catholicum ab hæretico solo intuitu dignoscit S. Ioannes Solitarius ex dono Spiritus sancti discretionis.*

Ex Monæo Græcorum

S. Ioannem Coloniæ in Armenia Episcopum, postea solitarium conuenit Catholicus quidam, hæreti-

P. Matth. Raderus in Viridario SS.

retico secum adducto, petiuitque vt ambobus bene precaretur. Hic, cum ante neutrum vidisset, tibi quidem, inquit ad Catholicum, vt pio & fideli salutem impertior; huic autem nequaquam, nisi à praua Seueri hæresi desistat. His pius ille & Catholicus auditis perculsus stupore ob viri sancti occultam rerum cognitionem; hæreticus autem attonitus, ac repente, velut alius ex alio factus, tandem ad se rediit, virique sancti vestigia complexus, quid sibi faciendum esset, rogauit. Ille à terra leuatum religione vera instituit, iussitque damnatis omnibus, quibus laborabat, vna cum Seueriana, sectis ad Catholicam accedere Ecclesiam, libereque eiurare ac damnare cum reliquis sectis omnibus hæresim Seuerianam, tum ei se bene precaturum. Fecit ille hæc omnia: Vtrumque ergo rursum Ioannes salutari comprecatione impertiuit, sanctoque osculo salutatos domum gratulantes dimisit.

ART. IX.

Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem.

TIT. LI. De Ecclesiæ Cath. notis seu proprietatibus, quod sit vna, Sancta, Catholica, Apostolica, Romana, &c.

Ecclesia quid.

Est autem Ecclesia omnium Christi fidem atq; doctrinam profitentium congregatio quæ sub vno & summo post Christum capite & pastore in terris gubernatur.

EXEMP. I. *Vnam Ecclesiam, sanctam, Cath. & Apostolicam esse exemplo declaratur.*

Sophr. prat. Spir. c. 178.

ABbas Gregorius presbyter cœnobii Scholarium narrauit nobis, inquit, Sophron. Hierosolym. Ep. quod ibi senex magnus magnæque abstinentiæ moratus sit. Erat autem simplex circa fidem, vbicunque eum esse contigisset, indiscrete communicabat. Quadam igitur die apparauit ei Angelus Dei, dicens: Dic senex, si mortuus fueris, quomodo vis sepeliamus te? Vt Ægyptii faciunt an vt Hierosolymitæ? Senex autem respondit ei; Nescio. Tunc ait Angelus: Cogita, & delibera. Post tres autem hebdomadas veniam, & dices mihi. Pergens ergo senex ad alium, narrauit ei, quæ sibi dixerat Angelus. Quod cum audisset senex, stupefactus ex auditu diutiusque intendens in eum, ac diuinitus inspiratus, dixit ei: Vbi sumis sancta mysteria? Respondens ille, ait: Vbicunque inuenio. Tunc ait ille senex; Non tibi vltra contingat, vt extra sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam communices; vbi nominantur sanctæ quatuor Synodi: Nicæna trecentorum, decem & octo patrum, Constantinopolitana, centum & quinquaginta; Ephesina prima, ducentorum: Chalcedonensis, sexcentorum & triginta. Cum autem venerit Angelus; dic ei: Sicut Hierosolymitæ sepeliri volo. Post tres igitur hebdomadas venit Angelus, & dixit seni; Quid est senex? cogitasti? Dixit autem illi senex: Sicut Hierosolymitæ, volo. Dicit ei Angelus: Bene, bene. Et continuo reddidit spiritum. Hoc autem totum factum est, ne labores suos perderet, & cum hæreticis condemnaretur.

Sacra Eucharistia vbi sumẽda.

Viri sancti ab Ecclesia Cath & Apostol. nolunt separari.

II. *Græcos etiam cum Ecclesia Romana consentire.*

Leonicus Calcondylas rerum Tur. l. 1. p. 10. Azor. p. 2. Instit. moral. li. 4, c. 15.

Calcondylas rerum Turcicarum libro primo agens de consensu Græcæ Ecclesiæ cum Latina, sic ait: Romani, & ipsorum Pontifex nullam prorsus occasionem omittentes Legatos miserunt ad Græcos, vt conuenientes, vnum Conciliumque celebrantes, quantum ad Religionem Christianam, attinet inter se conglutinarent. At Græci cum plurimis annis aduersum Romanos contentiones mouissent, noluerunt patrium Religionis suæ cultum perturbari. Tandem Ioannes Palæologus, Græcorum Rex, assumptis Byzantii Episcopis, & Græcorum doctis ad colloquium venit, cum Pontifice Romano Eugenio IV. Demum Græci pariter, & Romani in Religionis negotio consenserunt: sed Græci qui domi remanserant, noluerunt stare iis, quæ decreta erant in Italiæ Synodis. Inde discordes perpetuo fuisse Græcos aduersum Romanos constat. Hæc ille. Attamen Ioseph Patriarcha Constantinopolitanus cum domi suæ esset, & vltimum vitæ suæ diem instare præsentiret, ita scriptum reliquit, vt habetur in Concilio Florent. Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere, dilectis filiis benignitate Dei meam sententiam his litteris palam facio: Nam quæ Domini Iesu Christi Catholica & Apostolica Ecclesia Romæ veteris sentit ac celebrat, omnia me quoque sentire & credere profiteor, ac ipsi plurimum acquiesco: Beatissimum autem Patrum Patrem ac summum Pontificem Romæque veteris Papam, Domini nostri Iesu Christi Vicarium esse concedo atque animarum Purgatorium esse non inficior.

Græcorum & Romanorum vna est Ecclesia.

Conc. Flor. Sess. vltima Ioseph Patriarchæ Constantinop. testimonium de primatu Petri.

III. *Ecclesiam Orientalem & Occidentalem non esse nisi vnam Ecclesiam quo ad res fidei.*

E Codice iuris Orient. inter responsa Patriarch. Thom. Boz. lib. 5 de sig Eccl. c 10. to. 1.

Manuel Comnenus imperare cœpit anno millesimo quinquagesimo tertio. Eo regnante Adrianus Pontifex misit Legatos Constantinopolim Bilduinum & Balditzionium, per quos omnis inter nos & Græcos controuersia de rebus sacris componeretur, litteræque in eam rem dirigit ad Basilium Aeridenum Archiepiscopum Thessalonicensium, qui Papæ respondit: Orientales nihil dissentire ab Occidentalibus, ipsum esse Pastorum Pastorem & principem, reliquos oues & filios: Eadem, inquit, tecum prædicamus & docemus ego iique omnes, qui ad magnam Apostolicamq; sedem Constantinopolitanam pertinemus, & vnus, qui vtrisque personat, sermo fidei: idemque sacrificauit agnus, qui tollit peccata mundi, Christus inter Occidentales Antitili-

Orientalium & Occidẽtalium non esse nisi vnam Ecclesiam.

tistites, qui sub tuum principale culmen agunt; & nos, qui ab oriente sole sublimi Constantinopolitana sede sacerdotii accepimus splendorem, quamuis parua quædam offendicula in medio interiecta nos separarint, & ex vno eodemque spiritu multos fecerint quæ omnino tollere de medio, & veluti lapides, iuxta propheticum sermonem, è via proiicere, coniunctionemque Ecclesiarum sine offendiculo constituere tuæ sanctitatis erit, qui Christi exemplo velut è cœlo prospiciens, distantia in vnum congregare vult, ac potest. Hæc ille. Et prius præmiserat: Nos è sinu tuo exegisse negamus, & filiorum appellationem, aut pastoralem curam non refugimus, vt tale conuitium nobis exprobretur. Tuto autem ac firmiter stamus in confessione beati Petri.

TIT. LII. De altera Ecclesia nunc militantis nota, quod nimirum sit sancta ex membris ipsius sancti nostri temporis. Huc etiam referuntur omnium sanctorum exempla antiquorum.

EXEMP. I. *Sanctitas Francisci Paulani vita auctoritate ac eius miraculis probatur.*

Ex Breuiario Rom. Conc. Trid. refor. 2. Apr.

FRanciscus Paulæ, quod est Calabriæ oppidum, adhuc puer, diuino ardore succensus in eremum secessit, vbi annis sex, victu asperam, sed meditationibus cœlestibus suauem vitam duxit. Sed cum virtutum eius fama longius manaret, multique ad eum pietatis studio concurrerent, fraternæ charitatis causa è solitudine egressus, ecclesiam prope Paulam ædificauit, ibique primi sui ordinis fundamenta iecit: perpetuam virginitatem seruauit: humilitatem sic coluit, vt se omnium minimum diceret, suosque alumnos Minimos appellari voluerit. Rudi amictu, nudis pedibus incedebat, humi cubabat. Semel in die post solis occasum reficiebatur, & ad panem & aquæ potum vix aliquid eiusmodi obsonii adhibebat, quo vesci in Quadragesima licet. Multis miraculis serui sui sanctitatem Deus testatam voluit, quorum illud celebre est, quod à nautis reiectus, Siciliæ fretum, strato super fluctibus pallio cum socio transmiserit.

S. F. Paulani virtutes.

Miraculum

II. *Sanctitas Ioannis Dei, & quibus signis innotueris fuisse viuum & sanctum Ecclesiæ membrum.*

Thom. Boz lib. 12 de sig. Eccl.

Ioannis Dei à quo habetur eorum ordo, qui hospitales ædes ægrotis sanandis curare solent, fuit homo rerum humanarum despicientissimus, honoris cuiuslibet maximus contemptor. Totas noctes sæpius in precibus transigebat, hominum cogitationes solitus erat aliquando perspicacissimæ mentis acie peruadere, & ad emendationem vitæ edicere iis quibus opus erat. Cum dæmone ipse lapius palam pugnauit. Obiit genibus flexis in oratione positus: & quamuis defunctus esset, ita tamen rectus consistebat genibus suis innixus, donec post aliquod tempus fuere, qui corpus eius ab huiusmodi situ dimouerent. Post annos viginti corpus sine vlla cura sepultum, tamen integrum illæsumque est repertum.

Illustrissimi nostro sæculo sancti.

III. *De sanctitate Mariæ Toletanæ iisdem indiciis manifestata.*

Ex Annal. Franciscanorum per Marcum Obyssi Ep. Portuen. lib. 8. cap. 13. apud Boz. lib 12. de sig. Eccl. c. 13.

Maria Toletana ex ordine Sancti Francisci religiosa, in precibus visa est sæpius cœlesti quodam splendore circumfulgere. Vitæ fuit austerissimæ. Virtutibus cunctis ornatissima, septuagenariæ decessit anno millesimo quingentesimo septimo. In eius obitu audita est vox cœlestis ipsam compellans. Plurimis ægrotis defuncta reddidit sanitatem, in his mulieri cæcæ lumen oculorum, duobus vsum pedum quo priuati erant omnino. Corpus eius post annum 83. iam vitæ cassum, visitur tamen adhuc Toleti integrum & tractabile in monasterio ab ipsa ædificata.

Eminentissimæ sanctitatis fœminæ.

IV. *De admiranda Stephanæ Soncinatis sanctitate & miraculis.*

Thom. Boz. lib. 12. de sig. Eccl. cap 15.

Stephana Soncinas, virgo nata in Orcisnouis quod est oppidulum territorii Brixiensis, admiranda omnino fuit sanctitate, & diuinis virtutibus ornatissima. Hæc etiam superioribus similes publicas Christiano populo imminentes ærumnas deprecari solebat; quin, vt toti humano generi bene esset, nulli non esse pœnæ subiiciendam Deo offerebat, atque ob eam causam maximis se cruciatibus addicebat, quibus eam Deus afflictari permisit ipsos quadraginta annos. Eius animus sæpenumero corpus destituens, quod vel rectum, vel genibus flexis in modum supplicantis perstiterat, in cœlum euolabat. Cogitata intima ac nulli patefacta crebro cogitantibus patefaciebat. Futura plurima prænuntiauit. Obiit anno millesimo quingentesimo trigesimo. Post obitum multis reddidit mirabili modo protinus sanitatem.

Stephanæ Soncinatis sanctitas.

V. *De mira Felicis è Barbarano virginis sanctitate.*

Bonfigliuius Cacciaguerra in vita eius.

Felix è Barbarano, quod est agri Romani oppidum, virgo singularis sanctitudinis, humilitatis, & charitatis, tam vehementer ad contemplandam superam interdum ferebatur, vt corpus destituens ab omni sensuum officio, cœlo se inferret, ac cœli incolis se adiungeret; quia aliquando illud in sublimia rapiebat, & in aere supra terram nulli rei nisi diuino spiritui innixa consistebat. Optabat in se deuolui omnia tormenta iniquis debita, vt expiati illi in gratiam diuinam restituerentur. Mitis modis suum corpus affligebat. Tres quadragesimas absque vllo cibo transegit. Ægrotis aliquot mirabiliter reddidit sanitatem. Decessit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio.

Felicis è Barbarano ecstasis. Ingens eius charitas.

VI. *De virtutibus & miraculis Taresiæ virginis Hispanæ.*

Taresia

Apud Theo. Boz. de sign. Eccl. lib. 12. cap. 23.

Taresia Hispana virgo admirandæ sanctitatis, incredibili patientia, humilitate ac prudentia floruit: in precibus sæpe extra omnes sensus rapiebatur, in altumque aera toto corpore sustollebatur. Edidit libros doctrinæ cœlestis plenos, quibus edoceamur vias Christianæ diuinæque vitæ degendæ, sexaginta ac plura monasteria, tum virorum tum fœminarum fundauit auctoritate, ac fide cœlestium rerum, quas illa patrabat. Eius cadauer incorruptum persistit, & innumera miracula edit. Ratio vitæ, quam suorum monasteriis præscripsit, est supra humanam cõditionem magnæ perfectionis ac puritatis, quam factis exhibuerunt, & exhibent eius sectatores.

VII. *Quanta vitæ sanctitate illustrata sit Antonia Vidua Romana, ex his colligi potest.*

Idem ibid.

Antonia, vidua Romana insigni maximè vitæ candore nostris diebus illuxit. Eam nos sæpius allocuti sumus, & cum genere ignobili, & illiterata foret, mirum quanta diuinitus inspirata doctrina de rebus cœlestibus sermonem faceret. Vidimus eam sæpius ab omni sensu abstractam. Cum semper ægrotata iaceret in lecto, in summa egestate, hilaris tamen erat, nedum patiens: cum lumen oculorum amisisset, multos tamen ad se aduenientes ac prius ignotos mirabiliter agnoscebat. Futura sæpe prædixit, & humanas cogitationes præuidit.

Antoniæ viduæ Romanæ mira sanctitas.

TIT. LIII. De alia Ecclesiæ nota, dono videlicet miraculorum.

EXEMP. I. *Sanctitatem Iacobi Piceni varia eius miracula contestantur.*

Ex Annal. Franc. Thom. Boz. lib. 7 de sig. Eccl. c. 1.

ANno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto defunctus est Iacobus Picenus. Cuius corpus Neapoli sepultum est. Eius fama celeberrima fuit apud varias nationes, cum propter admirabiles rerum sacrarum conciones; tum maxime ob sanctitatem diuinis operibus contestatam. Inter alia vero, quæ mirabiliter egit, est illud: Brixiæ Iudæus puerum Christianum strangulauit, mortuumque pariet inclusit; parentes cum quatuor dies quæsierunt, sanctus vbi esset diuulgauit, deiecto pariete eduxit, viuumque patri restituit. Brandeburgi cæco lumen, muto loquelam reddidit. In Bohemia plurimi hæretici petierunt ab eo, vt poculum veneno plenum, quod ipsi miscuerant, biberet. Sic enim, dixerũt, credemus. Bibit ille intrepidus, maxima multitudine spectante, nihilq; est læsus. Neapoli defunctus, puellæ cæcæ lumen, mutæq; vsum linguæ reddidit. In ea vrbe innumera visuntur miracula in tabellis ad eius sepulcrum depicta.

Iacobi Piceni miracula.

Venenum absq; noxa sumit Iacobus Picen.

II. *De Aloysii Bertrandi Dominicani miraculis.*

Thom. Boz.

Aloysius Bertrandus ex ordine S. Dominici defunctus est vitæ anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo, cuius acta omnia Valentiæ publicis testimoniis sunt examinata, & scriptis publicis consignata. Multis in locis Dominicanorum familiis, & è superiore loco Euangelium Christi explicauit in Hispaniis; deinde in Indias Occidentales traiiciens innumeris gentibus Catholicam fidem, verum Dei cultum tradidit; & cum loqueretur Hispanice, mirabiliter tamen hoc accidebat, vt Indi, qui Hispanice nesciebant, & variis vtebantur linguis, vim tamen verborum ipsius intelligerent. Inter eos mortuam puellam reuocauit ad vitam. Venenum bibit absq; nocumẽto, ad confirmandam publico hoc miraculo suam doctrinam: plurimos ægrotos curauit, ac sanitati restituit, omni virtutum genere floruit, & ex Indiis reuersus Valentiæ decessit.

lib. 6 de sign. Eccl. sig. 19. cap. 2.

Donum linguæ Aloysii Bertrandi.

Venenum bibit absq; nocumẽto.

III. *Ignatius Loyola hominem è cubiculi trabe laqueo suspensum suis precibus suscitat.*

Thom. Boz. lib. 7 de sig. c. 1. ex Petr. Maff. l. 3. de vita eius cap. 24.

Ignatius Loyola Hispanus Societatis IESV fundator relictis opibus & humanis omnibus neglectis totum se diuinis mancipauit. Hic Brachimonæ hominem qui laqueo se suspenderat, & omnes mortuum lamentabantur, precibus ad vitam reuocauit, in qua, vt omnes agnoscerent esse miraculum, tam diu permansit quo ad peccata sua sacerdoti rite est confessus; multis ægrotis sanitatem restituit; multa prædixit ante futura. Vita migrauit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, prid. Cal. Aug.

Mortuum suscitat Ignatius.

IV. *De mortuis per P. Fr. Xauerium ad vitam reuocatis.*

Horat. Tursellin. lib. 1. de vita Fr. Xauerii.

Franciscus Xauerius Ignatii Loyolæ socius, & Indorum Apostolus, plurima legitur edidisse miracula. Satis enim constat plurimos ab eo in Iapponia ægros sanatos esse, multos energumenos liberatos. Nec obscura aut dubia fama est, tres inibi excitatos esse à mortuis, præter puellam Cangoximanam, Puniciale oppidum est in ora Comorinensi haud sane Adolescens ignobile. Hic adolescens quidam minime obscuro loco natus, mortem obierat. Qui confestim ad Franciscum delatus à suis cum ingenti comploratione ante eius pedes ponitur. Itaque eum Pater manu prehensum Christi nomine surgere iubet. Ille continuo surgit haud dubie rediuiuus. Id Xauerius humilitati suæ indulgens, quantũ potuit dissimulando suppressit, sed frustra. Neque enim testes præconesq; graues, quamuis magni rei auctores, defuere: & huic miraculo consimile deinde miraculum affirmauit fidem. Ibidem Christiana mulier Franciscum adiit; & flens ac suam orbitatem deplorans; suppliciter obsecrabat, vt ad paruum filium suum, nuper in puteo extinctum, accedere ne grauaretur. Tum ille negans puerum esse mortuum, bono esse animo mulierem iubet, eique protinus morem gerit. Ad eius tecta vbi ventum est, procumbit in genua, Deum aliquãdiu precatus, exanime pueri corpus signat cruce.

Adolescens à mortuis excitatur.

Puer in puteo extinctus ad vitã reuocatur.

Exemplo extulit puer è feretro, non vinus modo, sed valens. Enimuero circumstantes Christiani obstupescere & miraculum clamitare: At Xauerius enixe eos obtestatus, vt rem omni ope tacerent, repente inde proripuit se. Cæterum illi vt rem tam admirabilem silentio supprimerent, nequaquam sibi imperare potuerunt.

V. *De variis miraculis à Columba virgine Italiâ editis.*

Thom. Boz. lib. 12. de sig. Eccl. c. 23.

Columba virgo Reatina ex ordine S. Dominici admirabili suitinnocentia, cunctisq; virtutum operibus ornatissima. In monasterio nihil vnquam aliud comedit nisi herbas, nil nisi aquam bibit: pane, vino, carne, piscibus, lacte, & omnibus quæ ex illo conficiuntur, ouisque abstinuit. Spiritu Prophetiæ fuit insignis, innumeris ægrotis sanitatem restituit; panē suis deficientem sæpe multiplicauit. Puerum quendam desperatæ valetudinis, ac iam semimortuum precibus suis ad vitam sanitatemque simul confestim reuocauit. Obiit anno 1501. Mutis multis vsum linguæ, cæcis oculorum reddidit.

Columbæ Reatinæ sanctitas & vaticinia.

TIT. LIV. Donum Castitatis in Ecclesia Catholic. & Apostolica reperiri singulare, quod non apud hæreticos.

EXEMP. I. *De integritate Montani Episcopi diuinitus comprobata.*

Io. Vasæus in Chr. Hisp. an. 510

MOntanus Ecclesiæ Toletanæ Metropolitanus Episcopus, vita & conditione clarus, antiquissima fidelique relatione narratur, ad propulsandam coniugalis conuersationis infamiam candentes prunas tamdiu tenuisse veste, dum sacrum peragaret, eoque peracto nec prunæ ignem, nec vestis inuenta est amisisse decorem.

Montani Episcopi castitas miraculo comprobatur.

II. *De admiranda Francisci Paulani castitate.*

Ex lection. 6. Breuiar. Roman 2. Apr.

Anno millesimo quingentesimo septimo obiit Franciscus Paulanus nonagenarius, & in tam longa ætate, nullo se obscenitatis crimine, siue corpus spectes, siue animum, commaculauit.

III. *Alexander Capocchius quam fuerit diligens virginitatis suæ custos.*

Thom. Boz de sig. Eccles. lib. 12. c. 11. to. 1. Pf. 50.

Alexander Capocchius Florentinus, ex ordine Prædicatorum vixit annos sexaginta septem, virginitatis integerrimus custos: tribus noctibus ter voce diuina clare illum versiculum concinnente ac repetente: *Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur*, Ordini sese illi deuouit, ac multa cum laude sanctitatis in eo vixit mirabilissime; plurimos à vitiis ad honestissimum viuendi genus reuocauit; plurimis etiam desperatam valetudinem suis precibus statim restituit, in his Francisco Mediceo tum puero, deinde magno Etruriæ Duci.

Alexandri Capochii sanctitas admiranda.

IV. *Balduinus Imperator non nisi castos in palatii parietes admittebat.*

Nicetas Choniata in Annal.

Balduinus Imperator vir erat, inquit Choniata, pius, & modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quamdiu à sua cōiuge abfuerat. Vacabat diuinis laudibus, necessitatibus conflictantes subleuabat: suæ sententiæ aduersantes æquo animo audiebat, & quod maximum est, bis qualibet hebdomade vesperi proclamari iubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.

Balduini pudicitia.

V. *Iulianus cum Basilissa castitatem perpetuam seruat.*

D. Anton. 1. p. Chro. tit. 8. c. 1. §. 10. ex Spec. hist. Vincen. l. 13.

S. Iulianus cum Basilissa coniuge sua cum prima nocte nuptiarum castitatem vouissent, subito in cubiculo lux clara effulsit, hinc Christus Dominus cum Sanctorum millibus adfuit: hinc diua Virgo cum virginibus apparens: hinc ortus clamor; *Vicisti, Iuliane vicisti*: hinc vero, *Beata es Basilissa*, datusque est liber Iuliano, in quo scriptum erat aureis literis: Iulianus deputetur in numero eorum, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & Basilissa in numero virginum, quarum Maria tenet principatum. Responderuntque millia millium. Amen.

Iuliani ac Basilissæ castitas approbata.

VI. *De admiranda cuiusdam mulieris Romanæ pudicitia.*

Nicephl. lib. 13. cap. 35.

In prima direptione vrbis Romæ ab Alarico Gothorum Rege facta anno Christi 412. mulier quædā maximum exhibuit pudicitiæ specimen. Quod namque & ætatis flore & formæ venustate præstaret, ex Alarici militibus iuuenis quidam pulchritudine eius quum eam vidisset captus, ad concubitum eam solicitauit. Quum autem illa piaculum id aduersaretur, miles ense stricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per misericordiam summam tantum collum vulnerauit. Illa vero cruore diffluens iugulum ferro subdidit, melius sibi esse rata, vt cum pudica mente mortem oppeteret, quam cum alio viro concumberet. Et postquam ferocius iam barbarus illam aggressus est, plurimumq; eam oppugnando nihil egit, ad castitatem eius consternatus, in Apostolicum D. Petri templum eam duxit, Ecclesiæque custodibus commendauit, sex illis aureis nummis datis vt puellam viro suo conseruarent.

Fœmina pudicissima mauult mori quam à milite constuprari.

TIT. LV. Quam procul absint hæretici ab Ecclesiæ puritate.

EXEMP. I. *De Andronici Comneni imperitate; cuius culpa factum, vt Græci à nobis maxime alienarentur, & in hæresi obfirmarentur.*

Nicet. Choniata in Andronico.

ANdronicus iunior Imperator Constantinopolitanus, cum iam adolescentiæ limen ingressus esset, quo tempore voluptatum ardor maximus existere solet, omnis castigationis & modestiæ inimicus fuit, in regia præsertim potestate & flore adolescentiæ.

scientiæ. Adhæc æquales eius omnium earum cupiditatum, quas effrenes adolescentiæ libidines erunt ministros atque auctores se præbuerant. Isaiam Patriarcham sui studiosum, sed antea perauum Ecclesia Constantinopolitana spoliatum restituit, nullis Episcopis aut presbyteris sequentibus, aut antecedentibus, sed tibicinibus, & tibicinis, saltatoribus & saltatricibus, cum lætis canticis comitantibus; quarum tibicinarum vna probatissima equo virili habitu conscenso, & prius milites sequebatur, & cū etiam Patriarcham antecedens solitis & meretriciis nugis ipsum Patriarcham & cæteros ad obscœnum risum facile commouebat.

Andronici impuritas & impietas.

II. *De nefanda Henrici III. impuritate. & in Adelheidam Reginam vxorem Catholicam immanitate.*

Henricus tertius (qui aduersus Greg. VII. successoresque eius acerrima bella gessit) Abbatiam Fuldensem pro adulterio, Monasterienſem Episcopatum (quod dicere & audire nefas est) pro Sodomitica immunditia vendidit: quæ si impudenter negare voluerit, teste cœlo, teste terra, omnes etiam à furno redeuntes scioli concludent. Postea Conradus eius filius hac de causa ipsi rebellauit: Adelheidam enim Reginam, quam duxerat vxorem, odio cœpit habere; ideo incarcerauit eam, & concessit, vt plerique ei vim inferrent; imo filium hortabatur, vt eam subagitaret: Quo recusante patrium polluere stratum, cum adhortando Rex, non suum, sed peregrini filium esse affirmauit cuiusdam principis de Sueuia; cuius etiam faciem prædictus Conradus plurimum assimilauit. Regina autem post plurima & inaudita malorum genera sibi innocenter illata, de custodia, quatenebatur, quoquo modo Dei miseratione liberata ad potentissimam tunc temporis fœminam Mathildam nomine fugiendo peruenit: quæ susceptam Reginam ad venerabilem virum perduxit Vrbanum apostolicæ sedis Antistitem, cuius prouoluta pedibus, profusis lacrymis, atque intimis singultibus, omnem suæ, quam pertulerat, calamitatis, intimauit miseriam. Papa autem agnita reginæ calamitate, humanitatis miseratione compassus, facta concione Catholicorum, denuo Henricum Regem excommunicauit pro illicitis ac nefandis, omnibusque seculis inauditis rebus in legitima vxore perpetratis.

Ex Auodechino scriptore Germano Tho. Boz. de signis Eccl. lib. 12. cap. 3.

IV. *De soluta libidine & intemperantia Henrici Octaui Regis Angliæ.*

Henricus Octauus Angliæ Rex illicito amore Annæ Boleniæ exardescens, contra fas omne Catharinam, quæ legitima vxor illi erat, repudiauit. Annam vero tradit scriptor filiam Henrico fuisse ex illicito concubitu susceptam. Hanc in adulterio deprehensam capite plecti iussit Rex: tertiamque vxorem duxit, Ioannam, quæ in puerperio decessit. Cū quarta, Ducis Cliuensis sorore, diuortium fecit. Quintam adulterii ream mandauit obtruncari. En castitas hæreticorum Principum.

Nicolaus Sanderus li. de Schisma te Aug. apud Boz. lib. 12. cap. 3.

Henrici 8. intemperãtia.

V. *De impuris Io. Caluini, hæretici suo tempore perniciosissimi, fœditatibus.*

Illo meliorem non credo Caluinum, qui cum Noui oduni daret adolescens operam libidini præposteræ, in vincula coniectus, & publico iudicio flammis vltricibus est adiudicatus, sed potentium quorundam precibus ex iis ereptus, & infami stigmatia in humeris notatus, exilioq; perpetuo multatus è Gallia Geneuam profugit. Vbi etiam famulo quodam ad eandem libidinem abuti non horrebat. Qui cum surripuisset ab ipso plurimum pecuniæ, fugam dedit, neque ipse voluit ad illum comprehendendum, & in vincula ducendum mitti vllos, ne scilicet ille quæstionibus subiectus Caluini scelera præ indignatione diuulgaret. Illud quoque notum contendisse persuadere Iolandæ vxori nobilissimi viri Iacobi Bourgongne, vt sineret ægrotum virum suum mori, neque illius vllam curam susciperet, seque ipsi eo defuncto in matrimonio iungeret: quod illa sic indigne tulit, vt marito recepta iam valetudine persuaserit relicta Geneua in terras Bernẽsium se conferre: quod egere illi, & res est omnibus peruulgata.

Tho Bozius l. 7. de signis Eccl. cap. 6. Caluini impuritas.

TIT. LVI. De dono Prophetiæ in Ecclesia Catholica.

Vnus ex Prophetis, qui ab Ierosolymis Antiochiam venerant, significabat per spiritum, magnam famem futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. *Act. ca. 2.*

EXEMP. I. *Diuus Antonius Ægyptius præuidet & Episcop. Serapioni prædicit mala euentura in Ecclesia Dei.*

DAntonius Magnus aliquando in monte positus, cum fratribus circa se sedentibus operaretur, intente fixit oculos in cœlum, gemens atq; suspirans, & post aliquando nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clementia sua futurum scelus auerteret. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens inuadit præsentes: obsecrant, vt tantæ calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cum vociferatione luctuosa ait: Melius erat, ô filioli, impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursum lacrymis vincitur, & inter ægra suspiria, tandem pectori commodans vocem; Magnum, inquit; quoddam & vniuersis sæculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine subuerteretur, & homines iumentis similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorum.

D. Athan. in vita eius versus finem

S. Antonii luctuosa propheti.

quos

quos audiuit. Et facta est vox Domini dicens: Abominabitur altare meum. Nec mora, visionem sequitur effectus. Nam post annos duos saeua Arianorum erupit insania. Tunc ecclesiarum fuerunt rapinae, tunc diuinorum temeratio vasorum: tunc pollutis ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria. tunc paganorum opificum praesidia aduersus Christum comparata, cum assumptione palmarum, quod idololatriae apud Alexandriam insigne est, ad ecclesiam pergere compellebantur Christiani, vt Arianorum populi crederentur. Proh scelus, horret animus replicare quae gesta sunt. Virginum, matronarumque ereptus pudor, sanguis ouium Christi in Christi templo effusus veneranda respersit altaria: Baptisterium pro voluntate Gentilium pollutum est. Nihil defuit, visionis veritatem monstrauit effectus, quod calcitrantium multorum indisciplinatio, Arianorum est impietas. Sed istam tristitiam consequentis reuelationis prosperitate consolatus est, & ait: Nolite filioli, moerori vos penitus dare: vt enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur, & suum cito Ecclesia recuperabit ornatum, eosque qui in persecutionibus fidem Domini seruauerint, solito videbitis fulgore relucentes. Reuertentur ad foueas suas serpentes, & religio longius propagabitur: tantum videte, ne fidei vestrae sinceritas Ariana labe sordescat. Non Apostolorum, sed Daemonum, & patris eorum diabolista doctrina est: ob id per insipientiam iumentorum similis pecudum eorum expressus est animus.

II. *S. Benedictus Totilam Regem increpat, eique futura praedicit.*

D. Greg li. 2. Dial. cap. 15. Gothorum temporibus, Totila eorum Rex ad Dei hominem Benedictum accessit, quem cum longe sedentem cerneret, non ausus accedere se in terram dedit. Cui cum vir Dei bis terue diceret, surge; sed ipse ante eum de terra erigere se non auderet; Benedictus Christi IESV famulus per semetipsum dignatus est accedere, & Regem, prostratumq; de terra leuauit, & de suis actibus increpauit, atque in paucis sermonibus cuncta, quae illi erant uentura praenuntiauit, dicens: Multa mala facies, multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate conquiesce. Equidem Romam ingressurus es, mare transiturus, nouem annis regnans, decimo morieris. Quibus auditis, Rex vehementer territus oratione petita recessit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit; & non multo post Romam adiit, ad Siciliam perrexit, anno autem regni sui decimo omnipotentis Dei iudicio regnum cum vita perdidit.

Prophetia de Totila Rege.

Totilae obitus à B. Benedicto praedictus.

III. *Ioannes Eremita prosperum belli exitum Theodosio Imp. praedicit.*

D Aug. l. 5. de ciu. Dei cap. 16. Cum Theodosius Imperator pro sua fide & pietate Valentiniani paruuli partes contra Maximum tyrannum, terribilem hostem, bello tuendas suscepisset, in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atq; illicitas, sed ad Ioannem in Aegypti eremo constitutum, quem DEI seruum prophetandi spiritu praeditum fama crebrescente dicerat, misit: atque ab eo nuncium victoriae certissime accepit. Mox tyranni Maximi extinctor, Valentinianum puerum imperii sui partibus, vt fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione restituit: eoque, siue per insidias, siue quo alio pacto vel casu, proxime extincto, alium tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum non legitime fuerat surrogatus, accepto rursus prophetico responso, fide certus oppressit, contra cuius robustissimum exercitum magis orando, quam feriendo pugnauit. Milites nobis quaederant retulerunt, extorta sibi esse de manibus quaecumque iaculabantur, cum à Theodosii partibus in aduersarios vehemens ventus iret: & non solum quaecumque in eos iaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret.

Io. Eremita prophetandi spiritu praeditus.

Ventus pro Theodosio contra hostes Dei virtute pugnans.

IV. *Stragem Christianorum apud Damiatam praeuidet S. Franciscus.*

D. Franciscus Assinas etiam claruit prophetico spiritu, vt & praeuideret futura, & cordium contueretur occulta, absentia quoque velut praesentia cerneret, & se praesentem absentibus mirabiliter exhiberet. Tempore namque, quo Damiatam Christianorum obsidebat exercitus, aderat vir Dei non armis, sed fide munitus. Cum igitur die belli Christiani pararentur ad pugnam, hoc audito, Christi seruus ingemuit vehementer, dixitque socio suo: Si belli fuerit attentatus ingressus, ostendit mihi Dominus non prospere cedere Christianis. Verum, si hoc dixero, fatuus reputabor: si tacuero, conscientiam non euadam. Quid igitur tibi videtur? Respondit socius eius, dicens: Frater, pro minimo tibi sit, vt ab hominibus iudiceris, quia non modo incipis fatuus reputari. Exonera conscientiam tuam, & Deum magis time, quam homines. Quo audito exiliens Christi praeco salutaribus monitis Christianos aggreditur, prohibet bellum, denunciat casum. Fit veritas in fabulam, indurauerunt cor suum, & noluerunt reuerti. Itur, committitur & bellatur, totaque in fugam reuertitur militia Christiana, finem belli opprobrium regereus, non triumphum. Tanta vero strage Christianorum imminutus est numerus, vt circa sex millia fuerint inter mortuos & captiuos. In quo euidenter innotuit, quod spernenda non erat sapientia pauperis, cum anima viri iusti annunciet aliquando vera, quam septem circumspectores, sedentes in excelso ad speculandum.

D. Bonau. in vita S. Francisci, cap. 11.

B. Francisci prophetia.

Caedes Christianorum apud Damiatam.

V. *Malaca prospicit Xauerius periculum quod Societati imminebat in Lusitania.*

Pridie quam Malaca Franciscus Xauerius Societatis IESV sacerdos in Sinas solueret (vti eius socii, qui praesentes adfuerant, commemorarunt) cum inusitato quodam more super lectulum toto pronus corpore inter somni vigiliaeque speciem iaceret, diutissime constantissimeque in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, durauit, alienat

Horat. Tursellinus li. 6. de vita P. Fr. Xauerii c. 1.

alienato à sensibus animo. Nam socios, qui forte interuenerant, rei nouitate attonitos, tanti viri reuerentia tenebat, quo minus eum affari aut excitare sustinerent. Itaque à stupore ad curam versi, solicito animo atque suspenso rei præstolabantur euentum. Demum ille velut ex alto experrectus somno; & ingẽti aliqua molestia emersus, certum hominem, qui tum in Lusitania versabatur, nominatim appellans, crebro inclamauit, Deus tibi ignoscat: Atque in præsentia quidem quorsum tandem illa conquestio spectaret, ipso, qui vnus norat, reticente omnes latuit: Verum literæ deinde allatæ ex Lusitania rem patefecerunt; per id tempus vitio illius, quem toties lamentis nomine appellasset Xauerius, magnum Societati IESV in Lusitania detrimentum illatum: quod tamen Dei beneficio, & scilicet deprecatione Xauerij, cessit in commodum. Ex quo satis apparuit, Deum illi, quid in Lusitania tum ageretur, ostẽdisse, vt imminens Societati periculum precibus auerteret suis.

VI. *Flagitiosum vita statum diuinitus videt Fr. Xauerius in adolescente Malacensi.*

Idem ibid. Nec vero solum absentia ac remota, Prophetarum more prænuntiauit Xauerius, sed animos etiam hominum, cogitationes & vitæ maculas introspexit. Bazainum oppidum est Indiæ, quod inter Goam, & Indum flumen situm. Huc Xauerius sub Iaponicam profectionem Proregis conueniendi causa, qui in Cambaia versabatur, diuerterat. Ecce autem Malacensis quidam, eius studiosus atque amicus, obuio complexum ferebat. Hunc Franciscus à perdita vitæ ratione ad honestum piumque viuendi genus perductum, vt animæ suæ consuleret saluti, iustissimis de causis in Lusitaniam remigrare iusserat, & sacramentum frequentare Confessionis. Cæterum is etsi primo receperat se vtrumque facturum, deinde tamen in vtroque fefellerat fidem, abiecto Lusitanicæ profectionis consilio, tertium iam annum sine confessione traducens. Ergo vt eum in India adhuc hærentem conspexit Xauerius, simulque conscientiæ eius vulnera diuinitus vidit; amici amplexum amicumque ipsum pariter auersatus, Apage te, inquit; siccine bone vir, stetisti promissis (en vt fileam cætera) ex quo in Indiam à meo digressu nauigasti, vitæ noxas confessus es nunquam. Ego vero neque alloquar, neque amicum agnoscam prius, quam delicta confessione expiaueris. Tum ille, qui & dilatæ confessionis & flagitiorum suorum conscius sibi esset, hac voce perculsus, facile animaduertit, idipsum diuinitus (neque enim humanitus poterat) à Xauerio obiectum. Quocirca culpam agnoscens ac præ se ferens suam extemplo confessione eluit animi sordes, quas Francisco senserat subolusse.

Animam male dispositam diuinitus videt Xauerius.

VII. *Franciscus Xauerius moribundus comiti suo per nictem prædicit.*

Ibidem. Pridie quam idem Franciscus excederet vitâ, alterum è comitibus, qui sibi ægrotanti præsto erant, acribus intuens oculis, miserabili voce ter succlamauit; Væ tibi. Nec irrita denuntiatio fuit. Haud ita multo post ille, cum meretriciis iampridem amoribus implicatus teneretur, subito cæsus interiit; vt triplex illa Xauerij comminatio videatur triplicem illi pestem denunciasse, conscientiæ vulnus, corporis cladem, interitum animi.

Socij interitum prædicit Xauerius.

TIT. LVII. De falsis Prophetis.

Ad imperium Eliæ Prophetæ descendit ignis de cœlo, qui deuorauit duos principes quinquagenarios prophetarum Baalcum 50. militibus eorum. 4. Reg. 10.

Hananias falsus Propheta catena de collo Ieremiæ arrepta & confracta, quia non missus falso vaticinabatur confractum iri imperium Nabuchodonosoris Regis Babylonis, Dominus minatur illi eo anno futuram mortem. Ierem. 28.

Tempore Pauli Apostoli duo pseudoprophetæ Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderant, dicebant resurrectionem iam esse factam, & subuerterunt quorundam fidem. 2. Tim. 2.

Ante hos dies extitit Theodas, dicens, se esse aliquem: cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum. Qui occisus est, & omnes, qui credidérant ei, dissipati, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit & Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se; & ipse periit; & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Hæc Gamaliel apud Lucam. Act. 5.

EXEMP. I. *De quodam Ægyptio falso Iudæorum seductore.*

ACtor. 21. cap. legitur, Tribunum Paulo Apostolo dixisse: Nonne tu es Ægyptius ille, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? de hoc autem Ægyptio pseudopropheta sic Iosephus: Hoc in tempore venit aliquis ex Ægypto ad Hierosolymam, dicens se esse Prophetam: & populari multitudini persuasit, vti cum eo ad montem, qui dicitur oliuarum, conscenderent, velle se ibi eos exinde monstrare, quia eo viuente Hierosolymorum muri corruerent: vnde ingressum eis esse faciendum promittebat. Felix autem cum hæc audisset, iussit militibus; vt arma sumerent. Quo facto ab Hierosolymis irruit super eos, & quadringentos quidem eorum gladiis interemit, ducentos vero viuos cepit: ipse autem Ægyptios fuga lapsus disparuit. Rursus itaque latrones populum contra Romanorum prælia concitabant, suadentes ne eis subiacere deberent & sibi resistentium vicos incendebant, atque diripiebant.

Ioseph. Antiquit. Iudaicarum libr. 20. cap. 6.

Felix Ideę præses Ægyptium pseudoprophetam dispellit.

II. *De Pseudo Mose Creta, qui polliceb-tur se Iudæos per undas maris tanquam per continentem ducturum.*

Niceph. Callist. libr. 14. hist. Eccles. cap. 49.

Tempore Procli Patriarchæ Constantinopolitani multi in Creta Iudæi Christianorum sacra sunt complexi, per causam eiusmodi. Vir quidam ex eorum genere erat, qui cum per fraudem & dolum vitam peregisset, postremo se etiam Mosen illum esse assimilauit: & cælitus in Cretam à Deo propterea missum esse confinxit, vt eius loci Iudæos ipse per mare, perinde atque olim Israelitas per rubrum sinum, duceret. Et passim insulam ipsam anno toto peragrans, vt se illum esse crederent, suasit: atque vt opes quas haberent, pecuniasque & possessiones omnes aspernarentur, cohortatus est: se illos per mare non aliter quam in arida, in promissionis terram ductarum esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissis decepti, res operasque suas vbique neglexerunt, & facultates suas temere quibuscunq; diripiendas permisere. Vbi dies constituta aduenit, qua proficisci debebant, ipse quidem confidentia & fastu plenus, eis præiit; illi vero hominem vna cum coniugibus & ætate imbecilliore consequuti sunt. Itaque eos in summum quendam scopulum in pelagus excurrentem duxit: atque inde conijcere seipsos in mare, veluti natantes & vrinantes, iussit. Itaque ex illis quidam statim vt imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio saxi allisis interierunt. Et vniuersi illi, vel in vndis, vel in præcipitibus saxis periissent, nisi Dei prouidentia, piscatores & alij mercatura victum quæritantes, Christiani homines subito affuissent, eosque modis omnibus extrahentes seruassent, tum primum fortasse qua dementia capti essent sentientes. Hi alios, quo minus se in fluctus proijcerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id fecissent, interitum illis indicantes. Qui sane ægre in animo rem secum reputantes, & fraudem sine iudicio susceptæ fidei & credulitatis deprehendentes, vt miserabilem in modum enatarent, sustinuerunt: & tandem Pseudo Mosen illum comprehendere sunt aggressi. Verum perficere id minime potuerunt: confestim enim ille disparuit, & magnam suspicionem præbuit, pernicioſum quempiam dæmonem sub humana specie gentem eam in exitium produxisse. Proinde multi Iudæorum superstitioni nuncio remisso, in Creta Christianam religionem constanter susceperunt.

Pseudo-Moses in Creta.

Multos mortales in perniciem adducit.

Pseudo-Moses disparet.

III. *De falsa Martini Lutheri prophetica prædictione de Rom. Pontifice.*

Rob. Bellar. Card. libr. 4. de not. Eccl. cap. 15. ex Io. Cochlæo in Actis Luth.

Nostris temporibus Martinus Lutherus, quem Lutherani constanter Prophetam Germanicum, & Heliam vocant, apud Cochlæum in actis Lutheri anni millesimi quingentesimi vigesimi quinti, prædixit fore, vt, si ipse adhuc per duos annos suam doctrinam prædicaret, euanesceret Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, Moniales, turres, campanæ, Missæ, &c. & tamen prædicauit postea non duos, sed fere viginti duos annos; obiit enim Anno M. D. XLVI. attamen non euanuit Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, &c.

Lutherus pseudopropheta.

IV. *De Thoma Muncero, qui suo vaticinio multos rusticos delusit.*

Idem Cochlæus refert de Thoma Muncero, qui se Gedeonem vocabat, & infinitos rusticos armauerat contra principes Germaniæ, quod prædixerit certam victoriam suis, & se in manica excepturum omnes globos tormentorum bellicorum, & tamen paulo post cæsi sint fere omnes rustici, & Thomas captus, & securi percussus.

Idem ibid.

V. *Michaelis Stifilij & sociorum eius vaticinium falsum de futuro iudicii die ann. 1533.*

Anno à Christo nato 1533. Lutherani in nonnullis oppidis, maximè Wittembergæ, omnem nauarunt operam, vt propheticæ gratiæ opinionem aliquam, sibi conciliarent, & vt maiores viderentur Apostolis, & Angelis cœlestibus, qui nec diem, nec horam nouissimam cognitam habent, vel Christo teste; multa in vulgus sparserunt, non solum de iam iamque impendente extremo iudicio, sed etiam de certa eius die, tertio scilicet Octobris futura, non tantum ad populum, sed nobiles etiam viros. Res demum eo deducta, vt neque agricolæ sulcos aratris inducere, aut quicquam seminare, neque ciues quicquam ædificare voluerint. Nonnulli etiam nobiles, tanquam iam constituto certo & supremo mundi die animam acturi, sanctissimo Eucharistiæ Sacramento se munierunt; sed res in risum abiit. Idem multis Anabaptistis vsu venit.

Idem ib. & Cochlæo. & Leonar Rutenus de falsa prophet. cap. 10. Matth. 24. Marc. 13.

VI. *Quomodo Io. Campanus hæreticus rusticos fefellerit de fine mundi.*

Haud dissimile est quod Guilhelmus Lindanus libr. 1. de fugiendis idolis huius sæculi, in medium adfert de quodam Ioanne Campano concionatore hæretico, qui in ducatu Cliuensi similia tentauit: Ira enim scribit: Persuaserat Ioannes Campanus miseris rusticis non longe à fluuio Rura degentibus, quod vel hodie res ipsa loquitur, & testantur vicini, ne amplius austeris se frangerent agriculturæ laboribus; non se frustra duris vexarent, diutius fatigarent, enecarent fodiendi, arandi, metendi sudoribus, instare diem iudicij; breui omnia inundationibus aquarum delenda; indulgerent igitur genio, molliter se tractarent, suauius viuerent, quæ miserè supererant vitæ rusticanæ, omnia propediem certo certius peritura. Illi stolidi stolido ac deliro propheræ creduli, suos vendunt agellos: qui illos emit, sensit non frustra se illum aluisse prophetam.

Guilhelm. Lind libr. 1. de fugiendis idol. cap. 9.

VII. De

VII. *De Pseudoprophetissa, quæ Moguntiæ plures tam laicos quam religiosos decepit.*

Baron. tom. 13. Annal. an. Christi. 847. ex veteribus Franc. Annalibus à Pithæo editis.

Anno Domini octingentesimo quadragesimo septimo Pseudoprophetissa Moguntiacum venit, quę Salomonis Episcopi parochiam non minime deturbauerat: Nam certam consummationis seculi diem, aliaque perplura Dei solius notitia cognita, quasi diuinitus sibi reuelata, scire se fatebatur, & eodem anno vltimum diem mundi imminere prædicabat. Vnde multi plebeij vtriusque sexus timore perculsi ad eam venientes, munera illi ferebant, seque orationibus illius commendabant: & quod grauius est, sacri ordinis viri doctrinas Ecclesiasticas postponentes illam quasi magistram cœlitus destinatam sequebantur. Hæc in præsentiam Episcoporum apud S. Albanum deducta, & diligenter de suis assertionibus requisita, presbyterum quendam sibi ea suggessisse, & se talia quæstus causa narrasse professa est. Quapropter Synodi iudicio publicis cæsa flagellis, ministerium prædicationis, quod irrationabiliter arripuit, & sibi contra morem Ecclesiasticum vendicare præsumpsit cum dedecore amisit, suisque vaticiniis tandem confusa finem imposuit.

Indicij diem extremum falso prædixit pseudoprophetissa.

Imposturæ pœnas luit.

VIII. *De Pseudo-Christo à musis infestato.*

Sigebertus in Chronico ad ann. Christi 592.

Anno Domini quingentesimo nonagesimo secundo in Gallia quidam cædens ligna in silua adeo à musis infestatus est, vt per biennium amens fieret. Deinde sub religionis habitu exhibebat se pseudoprophetam, deinde magum; deinde etiam sanitate desuper infirmos faciens, Christum se esse dicebat, & pro Christo se adorari iubebat: nolentes se adorare cum populo, qui ei multus adhærebat, impetebat hostiliter. Qui postea à quodam fideli occisus est, & ita sequaces eius dispersi sunt.

Musęę pseudo-Christo infestæ.

TIT. LVII. Iudæos, hæreticos, & alios eius generis homines non esse de Ecclesiæ Romanæ corpore.

EXEMP. *I. Iul. Imp. cum Iudæis ad Iudaismum propendens frustra templum Hierosolymis reædificare contendit.*

Nicephor. Call. lib. 10. hist. Eccles. c. 32. & 33.

CVM Iudæi studio summo in structuram templi Hierosolymitani permissu Iuliani tunc Imperatoris, qui ob desertum Dei vnius & veræ Ecclesiæ cultum Apostata dictus est incumberent, quo pristinum Iudæorum ritum renouarent reliquias structuræ veteris ex imis fundamentis effoderunt, & solum ita repurgarunt vt ne lapis quidem super lapidem permaneret, iuxta responsum illud: & postridie vt primum iacerent fundamentum ad locum eum venerunt, terræ motum ingentem ortum esse dicunt: & quod vehementer eius concussione ex ipsis fundamentis lapides eiicerentur, non paucos ex Iudæis eiectos esse, qui vel ad operis spectaculum venerant, vel structuram ipsam curabant. Publica enim ædificia ipsi templo vicina soluta atque cum impetu collapsa, eis quos intus oppressere, sepulcrorum loco fuere. Qui autem effugere voluerunt, semineces iacuere. Fuerunt qui crura, & manus, & membra alia, pro eo atque clades forte quemque comprehendit, repentino casus impetu mutilata retulerunt. Terræmotus vix conquieuerat, & qui reliqui erant, opus rursum aggrediuntur: vt simul & quod magnopere cupiebant, perficerent, & ineuitabilem indignationem, quæ ex necessitate imperialis constitutionis eis imminebat, effugerent. Impedimento sane tanto obiecto satis euidenter considerare erat, indignari instituto operi Deum. At illi denuo admota manu, quæ perficere nequierant, sunt aggressi. Sed enim cum iterum structuram experirentur, ignis ex ipsis fundamentis exiliens, & alius item de cœlo imminens, plures etiam quam antea consumpsisse fertur. Atque id ita dicitur & creditur: neque quicquam ambiguitatis habet. Illo tantum variatur; Quidam enim aiunt, cum sacrum locum adire contenderent, flammam eis obuiam, id quod dictum est, peregisse. Alij autem, simulatque agger efferri cœptus esset, id accidisse affirmant. Siue autem hoc, siue illud verum est, nihil certe tanto miraculo derogatur. Igne porro, sicuti dictum est, cælitus permisso, mallei, scalptra, seriæ, secures, asciæ, & quæcunque ad ædificationem commoda operarij comportauerant, celeriter in cinerem sunt redacta, quod incendium tale die toto grassatum sit: Et Iudæi maximo correpti pauore, etiam inuiti Christum verum Deum esse sunt professi; sequi eum nolentes, in errore adhuc Iudaico conquieuerunt. Sed & aliud, quod ad hæc accessit miraculum, eos ad fidem non perduxit, quod prioribus & manifestius fuit, & admirandum magis: Nam proxima nocte, sua sponte vestes eorum crucis signis radiorum instar conformatis sunt consignatæ. Ita omnes vestitum tanquam stellis variegatum, & lanifica arte atque solertia distinctum habuere. Quo illucescente die viso, eluere & detergere crucis notas conati, nihil egere.

Terræmotus structuram dissicit atque impedit.

Structura denuo igne cœlesti & infernali impeditur.

Instrumẽta omnia fabrilia consumpta.

Crucis signa in vestes Iudęorum decidunt.

II. *Vrij sectam non esse de corpore Ecclesiæ Catholicæ & Rom. reipsa Christus ostendit.*

Vsuard. Martyrol. 26. Nouem. Sur. 26. Nouem. c. 6. vita S. Petri Mart. ex Anast. Bibliothecario.

S. Petrus Martyr Alexandriæ Episcopus dum Maximini Imper. præcepto in carcere seruaretur, & vniuersus populus vrbis fores carceris obseruaret amore patris sui, Arius infœlix, qui à beato Petro excommunicatus, & degradatus propter dogma erroris habebatur, cognita sententia Maximini aduersus beatum Petrum, festine peruenit ad Ecclesiam, obsecrans, vt pro eo clerus & populus apud Episcopum intercederet, putans quod post discessum eius ipse leuaretur Episcopus. Venientes igitur qui rogaturi fuerant, cœperunt pro Ario bea-

Arius cur excommunicatus.

beato Episcopo supplicare, quibus sanctus Episcopus cum magno suspirio respondit: Qui iam Arius Deo mortuus, à facie Dei proiectus esset, quia grauiter in essentiam Dei satis blasphemasset, dogmatizans Patrem & Filium ac Spiritum sanctum non esse vnius essentiæ & naturæ. Et apprehendens duos presbyteros Alexandrum & Achillam de turba seorsum, ait illis secrete; Ego quidem etsi peccator sum, tamen scio me vocatione cœlesti ad hunc agonem martyrij esse vocatum. Vobis igitur confiteor mysterium Dei, quod mihi reuelatum est: quia vos post martyrium meum sedem & Episcopatum meum consecuturi estis, & tu quidem primus Achilla, post te vero Alexander. In hac hora noctis, vt vobis totum de Ario aperiam, cum solenni consuetudine Deo sacrificium orationum consummassem, ecce subito apparuit mihi in habitu pueri Christus Dominus meus: ad cuius præsentiam splendore nimio illustratus, vultum maiestatis eius non valebam inspicere. Erat autem indutus colobio nimis candido, quod conscissum à summo vsque deorsum, ambabus manibus coniungebat circa pectus suum, quodammodo cooperiens nuditatem suam. Quem vt vidi, timore nimio correptus, tandem confortatus aio ad eum; Quid est Domine, quod video tunicam tuam scissam à summo vsque deorsum? Qui respondens dixit mihi; Quotidie inde tractas, & nescis quomodo scissa est? Arius namque hoc fecit, qui separauit à me populum hæreditatis meæ, comparatum sanguine meo. Præcipio nunc & moneo, ne eum recipias in communionem, & rogantibus his, qui venturi sunt ad te, quos ille direxerit, veniam ei ne præstes. Hæc, quæ tibi manifestaui, duobus presbyteris notum facias, vt ipsi post te, eum anathematizando abiiciant, ne populus illius errore decipiatur. Exhortationis igitur sermonem eis faciens, & in Catholicæ fidei veritate vt manerent, commendans eos Domino, in quem crediderant, dimisit in pace.

Arij blasphemia.

Christi Domini apparitio.

Colobium est tunica sine manicis.

Hæretici diuidunt Ecclesiam Christi.

III. *Episcopus Arianus vi auferens Catholicis Ecclesiam ad exercendam ibi suam sectam, cæcitate percutitur.*

D. Gregor. libr. 3. Dialog. cap 29. Baron tom. 7. an. Christi 373.

Cum ad Spoletanam vrbem Longobardorum Episcopus, scilicet Arianus venisset, & locum illic, vbi solemnia sua ageret, non haberet, cœpit ab eius ciuitatis Episcopo ecclesiam petere quam suo errori dedicaret. Quod cum valde Episcopus negaret, idem qui venerat Arianus beati Pauli Apostoli ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit: ecclesiam clausit, seris munuit: facto autem vespere lampades omnes extinxit, sequem interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arianus Episcopus collecta multitudine aduenit clausas ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repente cunctæ simul portæ diuinitus concussæ abiectis longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia ecclesiæ claustra patuerunt: effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arianus vero Episcopus, qui vim facturus aduenerat, subita cæcitate percussus est; atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam vlterius præsumserunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, vt quia eiusdem Ariani causa lampades in ecclesia B. Pauli fuerant extinctæ, vno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & lumen in ecclesiam rediret.

Arianus Episcopus dat pœnas impietatis.

IV. *Hæreticos non habere communionem cum sancta & Apostolica Ecclesia.*

Ex Sophr. in Pr. to spirit. cap. 106.

Narrauit nobis Abbas Theodorus, qui erat in sancta Sophia prope Pharum. Xenodochium erat prope Pharum inter sanctam Sophiam, & sanctum Faustum. Qui autem illi præerat, die quadam orauit me, vt irem in Xenodochium, & ibi morarer paucis diebus. Abiens igitur inueni illic monachum quendam hospitio susceptum, Syrum genere, nihil habentem præter ciliciolum, & pallium, & panes paucos. Sedebat autem in vno angulo, semper, die noctequepsallens, & nemini loquens. Veniente vero die sancta Dominica, abij ad illum dicens: Veni, frater, ad sanctam Sophiam, vt communices sanctis venerandisque mysteriis. Qui ait; Non venio. Ad quem ego; Cur oro te? Ait mihi, quia Seuerianus sum, & non communico Ecclesiæ. Audiens ego, quia non communicaret sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ, simulque videns illius optimam conuersationem, vitamque virtutibus plenam, abij lugens in cellulam meam & clausa ianua, prostraui meipsum in faciem coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lacrymis multis dicens: Dominator Christe Deus noster, qui propter ineffabilem tuam immensamque clementiam inclinasti cœlos, & descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta Domina nostra Dei genitrice semperque virgine Maria, reuela mihi qui sunt, qui bene & recte credunt, nosne, qui sanctæ Ecclesiæ iungimur, an qui Seuero consentiunt. Die vero tertia venit mihi vox inuisibiliter dicens: Vade Theodore, inspice fidem ipsius. In crastinum igitur profectus, sedi ante illum expectans videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat. Et cum mansissem sedens quasi vna hora, & intuerer in ipsum stantem, & voce Syra psallentem, vidi (teste Deo) filij, columbam super caput eius stantem fuliginosam veluti ex coquina venientem, squalidam ac fœtidam. Tunc agnoui, eam, quæ mihi apparuerat, caliginosam fœtidamque columbam ipsius esse fidem. Hæc autem narrauit nobis in veritate, cum multis lacrymis & singultibus sancta ipsius anima.

Sacram Eucharistiam appellat veneranda mysteria.

Hæretici non sunt de Ecclesia.

Columba fuliginosa in capite hæretici, quid significet.

V. Qua-

V. *Quanam sit Ecclesia sancta Catholica & Apostolica, & vt viri sancti nulla in re ab ea separentur.*

Io. Moschus Euir. Pratspir. c. 178.

Narrauit nobis Abbas Gregorius presbyter cœnobii Scholarium, quod ibi senex magnus magnæque abstinentiæ moratus sit. Erat autem simplex circa fidem, & vbicunque eum esse contigisset, indiscrete communicabat. Quadam igitur die apparuit ei Angelus Dei, dicens: Dic seni: si mortuus fueris, quomodo vis sepeliamus te? vt Ægyptii monachi faciunt, an Hierosolymitæ? senex autem respondit ei: Nescio. Tunc ait Angelus: Cogita, & delibera: post tres autem hebdomadas veniam & dices mihi Pergens ergo senex ad alium, narrauit ei, quæ sibi dixerat Angelus. Quod cum audisset senex, stupefactus ex auditu, diutiusque intendens in eum, ac diuinitus inspiratus, dixit ei: Vbi sumis sancta mysteria? Respondens ille ait. Vbicunque inuenio. Tunc ait illi senex: Non tibi vltra contingat, vt extra sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam communices, vbi nominantur quatuor sanctæ Synodi, Nicæna, trecentorum decem & octo Patrum: Constantinopolitana, centum & quinquaginta, Ephesina prima ducentorum; Calcedonensis, sexcentorum & triginta. Cum autem venerit Angelus, dicei: Sicut Hierosolymitæ sepelire volo. Post tres igitur hebdomadas venit Angelus, & dixit seni: Quid est senex? cogitasti? Dixit autem illi senex: Sicut Hierosolymitæ, volo. Dicit ei Angelus: Bene, bene, & continuo reddit spiritum. Hoc autem totum factum est, ne labores suos perderet, & cum hæreticis condemnaretur.

Eucharistia vbi sumenda.

Ecclesia Catholica quænam?

Sancti viri ab Eccles. Cath. nolunt separari.

TIT. LIX. De Romano Pontifice totius ecclesiæ primate.

Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.*

EXEMP. I. *Pontificem Romanum esse vniuersalis ecclesiæ Pastorem.*

Catechis. Trident. de Ordinis sacramento.

CAtholica Ecclesia Romanum Pontificem Maximum totius orbis terrarum Patrem & Patriarcham venerata est. Cum enim in Petri Apostolorum principis Cathedra sedeat, in qua vsque ad finem vitæ sedisse constat, summum in eo dignitatis gradum, & iurisdictionis amplitudinem diuinitus datam agnoscit. Quamobrem omnium fidelium, & Episcoporum, cæterorumque Antistitum, quocumque illi munere, & potestate præditi sint, Pater ac moderator vniuersali Ecclesiæ, vt Petri successor Christique domini verus & legitimus vicarius interris, præsidet: & ita diuinitus cum afflictissimæ nunc ecclesiæ in præsidium quoddam singulare datum esse minime dubitamus.

II. *Stephanus Rex agnoscit Romanum Episcopum Iesu Christi Vicarium esse.*

Ant. Bonfinius rerum Vngaricarū l. 1. Decad. 2. Stephani Regis de primatu Romano testimonium.

Stephanus Vngarorum Rex cum bello contra Cupam pro fide Christiana initio victor euasisset, Astriacum virum sanctitate conspicuum Romam ad summum Pontificem mittendum esse censuit. Mandata dat, vt à Christi Vicario in Vngaros, qui eius fidem nuper inuerint, Apostolicam benedictionem imploret, & inter oues Petri adnumeret. Posthæc vt Strigoniensem Basilicam Metropolitanam esse iubeat. Item cæteros Episcopatus nuper in Vngaria erectos sacrosancta auctoritate confirmet. Dmeum quando potestas omnis à Deo est, & maxima cœpta sine diuina ope confirmari nequeunt, Regalia insignia cum Pontificia benedictione assequatur, &c.

III. *Quod sedes B. Petri Christi in terris Vicarii nunquam à fide errauerit.*

Berno Augiensis in li. de rebus ad Missam spectantibus. apud Nicolaum Sanderum de visibili Monarch. Eccles. lia.

Cum Romanorum presbyteri ab Henrico Imperatore interrogarentur, cur post Euangelium, vt in aliis Ecclesiis fiebat, Symbolum non canerent; Me, inquit Berno, assistente audiui eos huiusmodi responsum reddere, videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando vlla hæreseos fæce infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam, in soliditate Catholicæ fidei permaneret inconcussa, & ideo magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hæresi potuerunt maculari. At Imperator Domino Benedicto Apostolico persuasit, vt ad publicam Missam illud decantarent.

IV. *Summi Pontificis esse dissidia magna in Ecclesia orta pacifice componere.*

Metaphr. in vita Gregorii Agrigentini 23. Nouemb.

Theodoro Episcopo Agrigenti, quod oppidum est in Sicilia, vita functo alii, vt fit, alium in Sede collocare studebant. Cumque vnusquisque desiderium à se auctoritate Pontificis firmari ratumque fieri vellet, Romam ire perrexerat, rem, vt moris est, Pontificis Maximi arbitrio permissuri. Pontifex vero ex diuina reuelatione Gregorium, qui fuerat à nullo nominatus, Agrigentinis præfecit, eundemque apud eum postea falsi criminis accusatum absoluit.

V. *Constantinopolitani cur ab infidelibus fuerint suis sedibus eiecti.*

D. Antonin. p. 3. tit. 22. cap. 13.

Anno Dom. 1453. die 29. Maii, capta est ciuitas Constantinopolitana à Turcis. Quam iusto Dei iudicio fuerint Græci illi exterminati, & ad nihilum redacti ab infidelibus, satis patet ex hoc, quod postquam Constantinus transtulit sedem imperii ab vrbe Romana in Constantinopolim, duodecim vicibus in diuersis temporibus successiue recesserunt ab obedientia Romanæ Ecclesiæ per diuersas hæreses & schismata, cum tamen secundum Catholicam fidem Romana Ecclesia sit mater omnium

Ecclesiarum & magistra: & Petro & successoribus eius canonice intrantibus in Sedem eius, omnes Christicolæ Imperatores, Reges & alii Principes & Domini temporales, nec non & omnes Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi ac Religiosi cuiuscunque status & conditionis existant, Pontificibus Romanis subiiciantur, vt successoribus Petri, & Vicariis Iesu Christi, & omnes teneantur eis obedire. Quam authoritatem & potestatem non accepit Petrus & quilibet successor eius ab homine, vel à Conciliis, sed à Domino Iesu Christo promittente, cum ait: *Tibi dabo claues regni cœlorum*, &c. post resurrectionem exhibente, cum ait ter: *Pasce oues meas.*

Matth. 16. Ioan. 21.

VI. *Insigne martyrium Io. Feltoni Angli pro Pontificis Romani primatu susceptum.*

Nicolaus Sanderus de visibili Monarch. Eccl. an. 1570.

Pius Quintus Pontifex Maximus cum videret Elizabetham Anglorum Reginam supremi Ecclesiæ Capitis locum in omni Anglia, eiusdemque Capitis præcipuam authoritatem atq; iurisdictionem monstruose sibi vsurpasse Missæ sacrificium, preces, ieiunia, ciborum delectum; cœlibatum; ritusque Catholicos aboleuisse, libros manifestam hæresim continentes toto regno proposuisse, impia mysteria & instituta ad Caluini præscriptum, à se susceptа & obseruata, etiam à subditis seruari mandasse, Episcopos, Ecclesiarum Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos suis Ecclesiis & beneficiis eiecisse, ac de illis & aliis rebus Ecclesiis in hæreticos homines disposuisse, deque Ecclesiæ causis decernere ausam, Prælatis, Clero, & populo, ne Romanam Ecclesiam agnoscerent, neue eius præceptis sanctionibusque Canonicis obtemperarent, interdixisse, plerosque etiam in nefarias leges suas venire, & Romani Pontificis authoritatem atq; obedientiam abiurare, & solam in spiritualibus & temporalibus dominam agnoscere, iureiurando coegisse, &c. Eam de Apostolicæ potestatis plenitudine declarauit hæreticam & hæreticorum fautricem eique adhærentes in prædictis, anathematis sententiam incurrisse, &c. Quam sententiam cum typis mandari iussisset Pontifex, diuinitus factum est, vt illius sententiæ exemplum in Angliam ad Ioannem Feltonum deferretur, virum & generis nobilitate satis clarum, & animi fortitudine multo clariorem. Is itaque Catholicæ fidei studio zeloque adductus dictam Pontificis sententiam in ciuitate Londinensi ad fores Episcopi iuxta summum templum affixit. Cum vero de hac re diligentissime quæreretur Feltonus, tandem apprehensus, dignum Iesu Christi & primatus ab eo instituti testem exhibuit. Interrogatus enim quid sibi videretur de his literis, paululum cunctatus, tandem respondit: *Si vere Pii Quinti Pontificis Maximi literæ essent, merito sibi eas venerandas videri. Se enim agnoscere, illum esse Iesu Christi Vicarium in terris.* Qua confessione facta, primum in vincula ductus, ac deinde in iudicium

Elizabethæ Reginæ Angliæ impietas.

Hæretica declaratur Elizabetha Regina.

productus est, vbi de ea affixione interrogatus; Ego, inquit, libero vos omni vlteriore solicitudine & labore, meque fateor hisce literis affingendis operam dedisse. Mox vbi acclamatum esset, Feltonum insignem esse proditorem, omnium iudicum sententiis condemnatur. Die igitur octauo mensis Augusti 1570. ad supplicium trahendus ad populum astantem dixit, se ob fidem Catholicam mori, eo quod summi Pontificis primatum confiteretur; negaret vero prætensam Reginam summum Ecclesiæ Caput esse, &c.

Jo. Feltoni Angli pro primatu Ecclesiæ martyrium.

VII. *Penes Ecclesiam Romanam legitimam esse Pastorum successionem publice fatetur Beza.*

Ex historia Florimondi Ramondi Consiliarii Regii Burdegal. lib. 8. cap. 5. an. 16..

Theodorus Beza Geneuæ circa annum 1600. dum concionando prius dicta repetisset, cœpit verba facere de successione Patriarcharum, sumpto themate ex cap. 7. Actorum, vbi de S. Stephano agitur, ac ibi tum pusillum gregem suum deprimere, Ecclesiæ vero Catholicæ amplitudinem plurimum extollere; deinde ad successionem Apostolorum transiens; Si, inquit, aduersarii nostri, Catholicos intelligens, à vobis quærant, vbi sit apud vos Cathedra & successio Petri, cedamus illud; quoniam vere Catholici & Papistæ hanc habent successionem Apostolicam personalem ad hunc vsque diem, velut per manus traditam & propagatam, id inficiari non possumus. Aderat tum vir honesto loco natus è Lotharingia, Metensis, Ioannes Druet nomine, qui Geneuam aduentarat, & apud Bezam diuerrens, è Germania reuersus, vbi ministri officio apud hæreticos functus erat, eius concionem hæreticam audire voluit. Vnde Beza domum reuersus vna cum Ministro illo aliisque conuictoribus eos interrogat, quid rerum nouarum audissent. Respondit Minister: Certe, Domine mi, hodie noua eaque prodigiosa ex te audiuimus, nimirum quod Papistæ veram habent successionem Apostolicam, quæ à Christo, inde à Petro in hunc vsque diem legitime perseuerat. Sumu ergo, subdit ille schismatici? Ad quem Beza, Amice mi, inquit, habent ipsi veram successionem personalem, nos vero successionem doctrinæ. Quomodo, inquit alter, potes seiungere successionem doctrinæ à successione personarum? in quibus capitibus erat hæc doctrina? quinam erant pastores His interruptis, ne astantes scandalum paterentur, Minister ille post seriam dictorum discussionem, recta Lutetiam pergit, vbi hæresim abiurauit cum sexaginta & sedecim aliis coram Cardinale Florentino ad Gallos legato; inde Romam profectus ibi à sanctissimo Pontifice Clemente VIII. absoluitur anno 1600.

Pontificum Roman. successionem agnoscit Beza.

VIII. *De cœlesti vltione in quendam summi Pontificis contemptorum schismaticum.*

In breui Commentario Laurentii Surii rerum in orbe gestarum habetur de Virito quodam Iuris vtriusque Doctore & Archidiacono Oxoniensi, qui

Surius in commentar. ad

fidem

An. Dom. 1571. fidem Catholicam frigide amplexus, cum nollet post statum Catholicæ religionis in Anglia mutatum, dignitate sua carere, dum quodam die apud presbyteros suæ olim iurisdictioni subiectos concionem haberet, incidit in ea diui Pauli verba, quibus ait: *Christum in ædificationem Ecclesiæ, dedisse quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores.* Quibus recitatis, de suo, vt tempori nimirum seruiret, intulit, dicens: De Papa hic nullum verbum auditis. Quod cum in extrema concione prolocutus esset, mox graui morbo correptus, atque adeo quasi mutus effectus, & à suggestu non ad prandium, vt constituerat, sed ad lectum delatus octauo post die è vita excessit. Hæc Sanderus. Prospiciant sibi noui Euangelii buccinatores, qui libenter laxant linguas, & acuunt stylos suos ad proscindendum conuiciis Pontificem S. Petri successorem, atque in eo ipso gloriantur, cum merito deberent formidare, ne quid tale, vel etiam deterius quippiam patiantur. In quorum gratiam, eorum saluti consulens, ex Augustino contra Petilianum hæc pauca adiiciam; Cathedra, inquit, tibi fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, in qua hodie Anastasius; nos possumus fidenter addere; in qua hodie Gregorius XIII. sedet, cui nos in Catholica vnitate, connectimur, & à qua vos nefario furore separastis? Quare appellas Cathedram pestilentiæ, Cathedram Apostolicam? &c.

Ephes. 4.

Vltio diuina in summi Pontificis obtrectatorem.

Societate Iesv.

Nic. Sand. de schism. Angl. an. 1532. & 1534.

Pontificatum impie sibi vindicat Henr. 8.

Angli schismatici facti vnde.

Pontifici summo potestatem aufert Henr. 8.

Lex impia de abrogando Pontificatu Romano.

Euseb. in Chronico an. 44.

IX. *Quod B. Petrus Apostolus fuit Romæ Episcopus.*

Petrus natione Galilæus, Christianorum Pontifex primus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur, vbi Euangelium prædicans; viginti quinque annis eiusdem vrbis Episcopus perseuerat.

X. *Quod idem Petrus Romæ fuerit ibidemque Episcopus existens mortem obierit.*

D. Ambr. in orat. in Auxentium de tradendis basilicis.

Id ita esse testatur Ambrosius in oratione contra Auxentium quæ habetur libr. 5. Epist. Petrus victo Simone Mago, cum præcepta Dei populo ruminaret, doceret castimoniam excitauit animos gentilium. Quibus cum quærentibus, deprecatæ sunt animæ Christianæ, vt paulisper cederet. Nocte ergo muro egredi cœpit, & videns sibi in porta Christum occurrere, vrbemque ingredi, ait: Domine, quo vadis? Respondit Christus. Veni Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinum pertinere responsum, &c. Et infra. Statimque correptus per crucem suam honorificauit Dominum IESVM.

XI. *De Vltione diuina in Desiderium Regem sedis Apostolicæ perturbatorem.*

P. Eud. Richeomus in Apolog. pro

Desiderius Longobardorum Rex, hostis sedis Apostolicæ infestissimus non tam lapsus quam præcipitatus ex astris, amplissimis fortunis deiectis, nudus ab opibus, vita spoliatus, regnum, nomen, se ac suos, æterna ac inextricabili ruina oppressus, amisit.

II. *Henr. VIII. Angl. Rex male sibi Ecclesiæ Anglicanæ primatum affingit.*

Clemens VII. Pontifex Romanus, causa Henrici VIII. Anglorum Regis & Catharinæ, vxoris eius, accuratissime cognita, cum illos à Deo legitime coniunctos fuisse nec ab homine separari posse scripta sententiæ formula pronunciasset, Rex sententiam illam non aliter quam si facta ipsi fuisset iniuria, interpretatus, doloris sui vlciscendi causa curauit, vt iusiurandum quod Clerus Anglicanus Pontifici Romano hactenus præstiterat, in publicis regni comitiis irritum redderetur, seque ipsum, vt quondam Iulianus apostata, pontificem Maximum creans, nouam iurisiurandi præscripsit formulam, in qua Clerus & populus ipsum Ecclesiæ Anglicanæ atque Hibernicæ summum in terris proxime sub Christo caput, iurato confiteretur. Ac isto quidem modo Henricus tam se quam suos diuisit ac separauit ab Ecclesiæ Romanæ Societate & communione, in qua iam inde à temporibus Iosephi ab Arimathia, omnes illi Reges & populi vixerant, qui Catholicam Christi fidem in iis Insulis, pro sua quique ætate, sequebantur. Vt vero grauiorem adhuc vindictam de Pontifice Romano sumeret, in mense Nouembri comitiis publicis indictis, omnem deinceps in Anglos & Hibernos iurisdictionem ac potestatem Pontifici Romano ademit, quam si quis deinceps ei detulisset, perduellionis reus fieret. Quinimo ipsum papæ vocabulum persecutus, edixit, vt de cætero nullus Pontificum Romanorum vocaretur Papa, sed tantum Episcopus Romanus: Anglicanæ vero Ecclesiæ summum caput solus Rex haberetur; Cuius etiam esset, authoritate plenissima, errores, hæreses, abusus omnes in Anglicana Ecclesia emendare. Illi omnium sacerdotiorum integri prouentus primi cuiusque anni quo quis beneficium aliquod sortitus esset, soluerentur. Illi omnium Ecclesiasticarum dignitatum decimæ redderentur. Quam legem Rex tanta sæuitia executioni mandauit, vt capitis damnaretur, si cuius in libro vel solum nomen Papæ non deletum extaret. Per Calendaria, per iudices, per scripta Patrum, per totum ius Canonicum, per Scholasticos Doctores, Papæ vocabulum lituris vndique obducebatur. Imo in fronte operum D. Cypriani, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Leonis, Gregorii, Prosperi, ac aliorum Ecclesiæ luminum, singuli scribere coacti sunt, si quid in eis operibus inesset, quod Pontificis Romani Primatum tueretur aut confirmaret, se illi verbo, sententiæ, rationi iam nunc renunciare, nec tanti criminis reos vnquam esse velle, &c.

XIII. De

XIII. *De felici martyrio Thomæ Mori ob defensam potestatem & veritatem Primatus Romani.*

Idem Sanderus il id.

Thomas Morus, insignis ille Angliæ martyr, è custodia in iudicio interrogatus, quid ei de Republica videretur, in qua omnis potestas Pontifici Romano abrogata, & summa Ecclesiæ gubernatio Regi concessa esset (quæ lex post Mori apprehensionem constituta erat) respondit se nescire, an vlla esset eiusmodi lex. Iudice subinferente; At nos tibi denuntiamus talem extare legem, & eam suffragiis omnium esse comprobatam, quid ergo tibi de illa videtur? Si me, inquit Morus, pro ciue habuissetis, ego vobis de vestra lege attestantibus credidissem. Nunc autem separastis me à Rep. vestra, & in carcerem non modo tanquam peregrinum, sed & tanquam hostem recluditis. Me igitur huic Reipublic. mortuum, quomodo nunc tanquam eius membrum de Reipub. vestræ legibus interrogatis? Iratus iudex, iam, inquit, dissentire à lege te video, cum taceas. Si taceo, inquit Morus, hoc vobis ac legi vestræ in lucrum deputabitur: Nam qui tacet, consentire videtur. Ergone, inquit Iudex, assentiris legi? Quomodo, inquit, id facerem, cum nemo assentiatur ei quod ignorat?

Graviter & modeste respondit.

Acute.

Consilium Mori.

Destinato autem consilio in hunc modum respondit Morus, vt neque fidem negaret, neque mortis periculo se offerret. Quanquam enim esset martyrii cupientissimus, tamen certo sciens hoc esse donum Dei, dubitans vero (vt sæpe dictabat) vtrum Deus hac eum gratia donaturus esset nec ne, eam respondendi moderationem, quam nunc exposui, tenuit.

Tho. Morus ratione fidei suæ reddit.

Primatus Papæ est iuris diuini.

Porro cum Iudex ad duodecim viros, quorum est de capite omnium cognoscere ac interloqui, causam Mori detulisset, illi eum dixerunt reum esse mortis. Tunc Morus vocationis suæ certior & securior libere aperuit, quid ei de lege illa videretur. Ego, inquit, per Dei gratiam semper Catholicus, nec vnquam à Pontificis Romani communione discedens audieram aliquando eius potestatem legitimam quidem & laudabilem, sed tamen humani iuris, non diuinæ præscriptionis fuisse. Itaque cum viderem statum huius regni eo ferri, vt necessario inuestigandum esset, qua ex origine Pontificis Romani potestas dimanaret, toto septennio huius rei diligentissimæ indagationi me dedidi, & deprehendi potestatem Romani Pontificis, quam vos temere (vt nihil dicam grauius) abrogastis, non modo legitimam, laudabilem & necessariam, verum etiam diuini iuris & præscriptionis esse. Hæc mea est sententia, hæc fides, in qua per Dei gratiam moriar. Vix hæc dixerat, cum omnes magna voce conclamarunt; proditorem & perduellem esse Morum, &c. Pridie Nonas Iulias caput iustitiæ veritatis & virtutis ampurabit, Anno 1534.

TIT. LX. De excommunicatione, hoc est, communione fidelium separatione: excommunicatio enim est censura, qua quis separatur ab ecclesiastica communione, fidelium.

Pharisæi cæcum à natiuitate, à Christo Hierosolymis curatum, è synagoga eiecerunt, eo quod Christum peccatorem esse negaret. Iudæis erat synagoga quod nobis Ecclesia, nam eiusdem sunt significationis. Ioan. 9.

Christus Dominus ait; Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Matth. 18.

Diuus Paulus in virtute Domini nostri IESV CHRISTI *tradit hominem incestuosum Satanæ in interitum carnis, vt spiritus, saluus fiat.* 1. Cor. 5.

EXEMP. I. *De arbore à VVolfano excommunicata, & mox aresacta.*

ELfinus Regis Eduardi quondam minister, ad consecrandam Ecclesiam Episcopum precibus aduocauit. Erat autem in cœmiterio arbor nucea, paulis frondibus vmbrosa, quæ luxuriante ramorum amplitudine, luminibus officiebat Ecclesiæ. Solebat autem vir alacis & epulis sub illa arbore vacare, & cum iussisset eam Episcopus abscindi, maluit ecclesiam non dedecari quam arborem inde penitus deponi. Vir ergo sanctus maledictionis iaculum in arborem offensus intorsit, & illa quasi vulnerata, paulatim sterilescens, radicitus exaruit, & fructu caruit. Exacerbatus inde Dominus, eam abscindi iussit, & dixit: Nihil Wolfani maledictione amarius, nihil eius benedictione dulcius poterit inueniri.

In vita S. Vvolfani apud Sur. 15. Ian.

Excommunicatio miraculo cõprobata.

II. *De alia arbore etiam per excommunicationem arida facta.*

Huic haud absimile est quod fertur Vallisoleti accidisse, memoratu dignissimum videtur. Latro quidam (vt narrant) vas argenteum furto sublatum abdiderat in excauato trunco peceræ & annosæ populi prope B. Magdalenam sitæ. Interea cum ab ore Sacerdotis in eum qui vas surripuerat, aut retinebat, excommunicationis sententia quasi fulmen emitteretur, repente arescere cœpit arbor, sed vase forte postea reperto, & ei, cuius erat, restituto, nativa veritas ac pulchritudo arbori reddita est, omnibus tanti miraculi stupore defixis.

Ex historia Pontificali per Illescam par 2 c. 14. Lud Gran. 2. p. Catech. c. 17 §. 7.

Arbor excom. arescit.

III. *De pane candido excommunicato in atrum plane conuerso.*

Ferdinandus à Castello vir religiosus, in prima parte historiæ suæ scripturum reliquit, S. Gundisalium Amarantium, ex Dominicana familia monachum, vt rudi populo ad quem conciones habebat, declaret, quanta sit vis excommunicationis, & quid damni in animæ pariat, canistrum candido ac primario pane plenum, quem mulier gestabat, excommunicasse, subitoque, mirum dictu, panem niueum in aterrimum conuersum: deinde cum eun-

Petr Ribadeneira l. 1. de Principe Christiano c. 34. ex Ferdinando à Castello 1. p. hist lib. 2. cap. 62.

dem

Panis nigrescit.

dem aqua lustrali adspersum benedixisset resciſſo maledicto, nigrore posito pristinum candorem recepisse.

IV. *De Rege communicante & epulante cum Comite excommunicato morte multato.*

Beda lib. 5. Hist. Anglor. ca. 12. Apud Baro. tom. 8. ann. 655.

Quidam Comes Anglus illicitum contraxerat matrimonium: quod cum Episcopus seruus Dei Cedo prohibere & corrigere non posset, excommunicauit eum, atque omnibus qui se audire vellent, præcepit, ne domum eius intrarent, neque de cibis illius acciperent. Contempsit hoc Rex præceptum, & rogatus à Comite intrauit epulaturus domum eius. Qui cum abisset, obuiauit ei Antistes. At Rex intuens eum, mox tremefactus desiliuit de equo, cecidit. que ante pedes eius, veniam reatus sui postulans. Nam & Episcopus pariter desiliuit, sederat enim & ipse in equo. Iratus autem tetigit Regem iacentem virga, quam tenebat manu & Pontificali auctoritate protestans: Dico tibi, inquit, quia noluisti te continere à domo perditi & damnati illius, tu, in ipsa domo morieris. Sed credendum est, quia talis mors veri religiosi non solum talem culpam diluerit, sed etiam meritum eius auxerit, quia nimirum ob causam pietatis propter obseruantiam mandatorum Christi contigit.

Excommunicatis non communicandum.

V. *Anathemate cohibetur Robertus Gallorum Rex ab illicito coniugio, vnde orta proles horrenda.*

Petr. Damiani Cardinal. in Epist. ad Desiderium Abbat apud Baron. 998. 3. tom. 10.

Huic consentaneum est, quod Petrus Damiani Archiepiscopus Rauennas & Cardinalis scribit in epistola ad Desiderium Abbatem Cassinensem: Deus omnipotens (inquit) terribile exhibet etiam in hac vita iudicium, nec tamen miseri homines desinunt iterare plectendum. Nam Robertus Gallorum Rex, auus istius Philippi, qui in paterni iuris sceptra successit, propinquam sibi copulauit vxorem, ex qua suscepit filium, anserinũ per omnia collum & caput habentem. Quos etiam, virum & vxorem omnes vero Galliarum Episcopi cõmuni simul excommunicauere sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem vbique populum terror inuasit, vt ab eius societate vniuersi recederent, nec præter duos seruulos ad necessarii victus obsequium illi remanerent, qui tamen & ipsi omnia vasa, in quibus Rex edebat & bibebat, percepto cibo abominabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus angustiis, ad sanum consilium rediens, diuortium fecit, initique legale connubium] Eadem de monstro genito habentur in historiæ Aquitanicæ fragmentis ex Pithœi collectione editis, vbi hæc verba: Dum enim de eodem Rege eadem mulier concepisset, credens se parituram filium, peperit monstrum. Quæ res Regem perterruit, & libram repudii eidem mulieri dare compulit. Quo facto absolui cum toto suo meruit regno.

Excommunicati vitandi ab omnibus.

Monstrum horrendum ex illicito coniugio.

VI. *Canes etiam dedignantur attingere cibos Domini sui excommunicati.*

Idem Epist. ad Hildebrandum pœn.

Venerabilis vir, Pius videlicet, Aparensis Episcopus, qui Episcopatum dimiserat, dum mihi totius circa se regni reuerentiam conquestus exponeret, ac molestæ inquietudinis tædia nunciaret, inter cætera, vnum intulit, quod vos latere non patior. Quidam, inquit, degener quidem moribus, sed maiorum titulis insignitus, suam consanguineam nuptiali sibi fœdere copulauit. Quid plura? Prohibitus perstitit, excommunicatus adhæsit: totumque Ecclesiasticæ censuræ vigorem, nugarum puerilium fabulas deputauit. Cui hoc certe ad diuinæ indignationis indicium contigit, vt panes de nuptialibus mensis in plateas ante canum ora proiecti minime tangerentur. Insuper ô diuinæ animaduersionis pauenda seueritas! dum rigidus stat, dum præceptis sacerdotalibus se non humiliat; qui vigilare sibi ad salutem noluit, in cubiculo dormientem, repente de cœlestibus intuens fulgur extinxit.

Excommunicati hominis panes attingere canes dedignantur.

VII. *Martyrii corona & præmio frui nequit excommunicatus antequam ab Episcopo fuerit absolutus.*

Michael Glycas P. 4. Annal. Bredembach. Collat sacr. li. 5. cap. 32.

In Historia Ecclesiastica Philonis philosophi, reperitur, quodam persecutionum Priscorum tempore, seniori Ecclesiastico ab Antistite sacris interdictum fuisse. Quum autem senior ille quandam ob causam necessariam aliquo profectus esset, accidit vt ab Ethnicis comprehensus, testimonio suo veritatem obsignaret. Hinc templum eo loco conditur, & renoualia peraguntur, cumque Antistes hæc verba pronuntiaret; Pax vniuersis: sandapila templo excessit, idque non semel, sed bis terue factum. Huic per quietem Antistiti senior oblatus: Abito, inquit, & Episcopo meo sis author, vt huc veniat meque vinculis exsoluat. Nam officio me sacro exclusit, ideoque sacris interesse vobiscum nequeo. Testimonii quidem coronam consequutus sum, sed Dei faciem necdum conspexi. Quod si me ipse præfectus non exsoluerit, alius exsoluere non poterit. Quum igitur his obtemperatum esset, Sandapila excedere desiit. Atque hanc ob causam Deo cuncti gloriam tribuebant, qui seruis suis eiusmodi potestatem concessisset. Ioannes quidem orator ille aureus hac de re verbis huiusmodi disserit: Nos secundum legem atque præscriptum Ecclesiasticum vincula quibusdam iniicimus. Ea si quis flocci pendit, is sciat mortis atque iudicii tempus appetiturum, quod ipsum doceat, Dei sermonem, & eius Ecclesiæ leges minime falsas ac mendaciter excogitatas esse.

Excommunicati à beatorum consortio remouentur.

VIII. *De equite excommunicato, & in loco sacro sepulto, miraculose extra illum ejecto.*

Ex Act. 2. Concil. Lemouicens. Bar. 10. an. 1034. 17.

Nupertime post Concilium Bituricense quidam de excommunicatis eques in nostra diœcesi interfectus est, quem ego rogantibus amicis, & propinquis eius, nullatenus soluere volui, vt cæteri metum haberent: grauem enim culpam prædantis habuerat. Itaque sine sacerdotis obsequio à militibus apud quandam ecclesiam S. Petri, non me iubente, sepul-

sepultus est. Mane autem facto, corpus eius longe extra cœmiterium proiectum, & nudum super faciem eius terræ inuentum est: tumulus autem, vbi sepulturam habuerat, intactus, & ita, vt dimissus fuerat, repertus est. Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo amplius nisi vestes, quibus inuolutum corpus fuerat, inuenerunt. Rursus cadauer ibidem sepelierunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidem claudunt: sed die altero proiectum cadauer, & tumulum intactum, vt supra aspiciunt. Quinquies sepeliunt: toties eodem eiectum tenore conuenitur. Tanto demum vecti stupore, corpus longe à cœmiterio Ecclesiæ terra obruunt. Quo terrore perculsi Principes militiæ, pacē nobis, velut optabamus, firmare nequaquam distulerunt. Adhæc respondit Concilium. Quid hoc aliud est, nisi quia sub oculis hominum arbiter hominum affirmat Ecclesiæ suæ auctoritatem, quia excommunicati à sepultura Christianorum iuste ab Episcopis segregantur: Tales enim negant fidem, dum latrocinia potius, quam pacem sectantur.

Excommunicatus in loco sacro non sepeliendus.

TIT. LXI. De metuenda & non contemnenda excommunicatione.

EXEMP. I. *Otho Imper. ob inobedientiam ab Episcopi censura perculsus, pœna illa territus, se submittit.*

OTho Imperator, Henrici Aucupis filius, cum pontificatum de Velleslene in Magdeburgum illustriorem locum transferre moliretur, non putauit in sua prouincia superesse quenquam, super consensu interpellandum, paulisper in ea vir militaris alioqui circumspectissimus, lapsus, quod secularis potestas, quæ secularia sunt administrat: & de prophanis, quæ Deo iubet consecrari, sacra facit: Iam autem diuinis vsibus permissa, extra illius sunt ordinationem, Bernardus Halberstadensis Episcopus ordinationi Regis se opponit, quod in illius parochia esset locus, quem nouæ voluit Rex diœcesi applicare. Faciebat, augebatque Regi animos, quod paterna ditione locus ad se pertineret: Erat enim Burggrauius de Magdeburgo, qui Regi permisit, vt eam arcem primæ coniugi donaret titulo propter nuptias. Rex non æque tulit, quod auderet Episcopus suæ voluntati contraire. Captum ergo perduci iussit in Quedelenburg, & reclusit in carcerem. Sedit aliquandiu bonus pontifex in patientia: si forte Rex ad cor reuersus illum iuberet relaxari. Venerat sacra dies dominicæ cœnæ: recolit Episcopus diuinorum, quæ in Ecclesia tum erant peragenda, ministeriorum: iubet sacras vestes sibi afferri: putarat Induus, orat aduocari regem: Erat enim tunc eo loci. Venit, arbitratus Episcopum mutasse sententiam, consummque præbiturum ad rem quam instituerat. Vbi rex aderat, Episcopus eleuata manu, excommunicationem protulit, & excommunicationem in regem qui manus intulisset Christo Domini: interdixitque sacris per omnem diœcesim. Rex amentiam interpretatus, quod tale aliquid captus moliretur, primum videbatur rem excepisse cachinno: vbi profundius cogitabat non esse contemnendam. Itaque iussit mox laxatum remitti ad Ecclesiam suam, & permansit res infecta per omnes dies, quibus superauerat Episcopus memoratus.

Albert. Crantzius lib. 4. histor. Saxon. cap. 7. apud Bredemb. lib. 5. Collat. cap. 25.

Priuilegia Ecclesiastica defendit Episc.

Episcopus coniectus in carcerem ad Imp.

Imperator ab Episcopo excommunicatur.

II. *Excommunicationem etsi illegitimam non contempsit, imo timuit Theodosius Imp.*

Theodosius iunior Imperator licet virtutibus multis eximie decoratus esset, clementia tamen mansuetudine, animi tranquillitate quæ nullis procellis agitari poterat, pietate denique ac timore erga censuras ecclesiæ excelluit: cuius rei certissimum argumentum hic ostendam. Vir quidam vitam excolens monasticam animo paulo audaciore præditus, ad Imperatorem rei cuiusdam petendæ gratia accedit. Quod cum sæpius fecisset, Imperatori Ecclesiastica interdicit communione, vinculoque Ecclesiæ iniecto, decedit. Imperator autem fide cum primis excellens, ad Palatium veniens, cum tempus instaret conuiuii, & omnes conuiuæ adessent, dixit se non prius capturum cibum, quam Ecclesiæ vinculo solueretur. Proinde vnum ex familiarissimis ad Episcopum mittit, vt potestatem faciat ei, qui ipsum ligauerat, vinculo soluendi. Cum autem Episcopus respondisset, non debere cuiusquam vinculum admittere, significasseque eum solutum esse: non tamen solutione illa contentus fuit, donec ille qui eum ligarat, magno cum labore conquisitus, communioni illum restituisset: huiusmodi erat Imperatoris erga leges diuinas fides & pietas.

Theodoret. lib. 5. hist. Eccle. 6. Niceph. lib. 14. cap. 3. Baron. an. Domini 4. 5. tom. 5.

Theodosius admiranda erga religionem obseruantia.

III. *Desiderius Longobardus Rex plus terretur anathematis comminatione, quam armorum vi.*

Desiderius Longobardorum Rex cum multas ditionis Romanæ vrbes iam cœpisset, nouisseteque ab Adriano primo Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnum vocari, cupiens astu ante Carolum vrbem Romam inire, simulauit voto se ad salutanda principis Apostolorum limina proficisci velle: quod cum prudens Pontifex animaduertisset, rese ratis priusquam templi atque vrbis portis, misit qui Desiderio sub anathematis pœna imperarent, ne propius ad vrbem accederet. Incredibile forsan videatur, & tamen vero ipso verius est, barbarum regem superbiæ atque immanitatis plenum, quem arma non mouerant, simplici anathematis denunciatione territum, sententia mutata, retro exercitum conuertisse.

Bapt. Fulgosius lib. 1. cap. 1.

Anathematis comminatione terretur Rex.

IV. *De infausto Philippi Gallorum Regis ob detectam excommunicationem interitu.*

Longe aliter se gessit erga censuras Ecclesiasticas Philippus Galliæ Rex cognomento Pulcher. Historicorum enim quidam scriptis prodidere, eum regno Italiæ

Carolus Sigonius lib. de regno Italiæ tum.

Ex Iac. Meyer. lib. 11. Annal. Eland. & Naucl gen. 26.

tum ob despectam excõmunicationem, tum etiam quod Bonifacium octauum hostiliter vexauerit, à quodam apro discerptum, miserabili morte interisse; atque à tribus eius filiis, ad quos ex ordine corona peruenit, sobolem, quæ sibi succederet, nullam reliquisse; eorumque coniuges, Philippi vero nurus, de stupro postulatas, & duas ex illis adulterii conuictas, regium sanguinem graui infamia inquinasse.

Philippus Rex ab apro discerptus.

V. *De Theodoberto Rege, excommunicationem sternenti reprehenso ac arrepto.*

Greg. Tur. in lib. de Vitis Patrum, cap. 27. apud Sur. 1. Oct. Biblioth. SS. Patr. tom. 7.

Cum Theodorico decedente, Theodobertus filius eius regnum ambiisset, ac multa inique exerceret, & ab eodem plerumque corriperetur, quod vel ipse perpetraret, vel perpetrantes non argueret, aduenit d es Dominicus; & ecce Rex cum his, quia Nicetio Episcopo communioni abesse iussi fuerant, Ecclesiam est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas canon sancit antiquus, oblatis muneribus super altare Dei, ait Episcopus: Non hic hodie Missarum solennia consummabuntur; nisi communione priuati prius abscedant; At Rege renitente, subito exclamat vnus de populo arreptus à dæmone puer iuuenis: cœpitque voce valida inter supplicia torturæ suæ, & sancti virtutes, & Regis crimina cõfiteri: dicebatque Episcopum c-stum, regem adulterum: illum timore Christi humilem, hunc gloria regni superbum: illum sacerdotio impollutum, à Deo in posterum præferendum, hunc ab authore sceleris sui velociter elidendum. Cumque Rex timore concussus, peteret, vt hic energumenus ab ecclesia eiiceretur, dixit Episcopus: Prius illi, qui te securi sunt, id est incestuarii, homicidæ, adulteri, ab hac Ecclesia extrudantur, & hunc Deus filere iubebit. Et statim Rex iussit omnes hos, qui sacerdotis sententia damnati fuerant, egredi ab ecclesia. Quibus expulsis, iussit sacerdos dæmoniacum foras extrahi: sed cum a pprehensa columna, auelli à decem viris non posset, sanctus Dei sub vestimento suo propter iactantiam vitandam faciens crucem Christi cõtra dæmonem, relaxari præcepit. Qui protinus corruens cum his, qui eum trahere nitebantur, post paululum sanus erectus est. Deinde post acta solennia requisitus, nunquam reperiri potuit, nec vllus scinit vnde venerit, vel quo abierit. Coniiciebatur à pluri mis eum à Deo missum, qui Regis sacerdotisque opera non taceret. Vnde factum est, vt sacerdote omnte, Rex mitior fieret, patiorque à Domino remunerandus, digne propheticum illud audiret: Qui reddiderit pretiosum de vili, tanquam os meum erit.

Theodobertus Rex ab arrepto cur reprehensus.

Signo crucis sanat S. Nicerius dæmoniacum.

Ierem. 15.

VI. *De vltione diuina in Gaufridum Comitem anathematis contemptorem.*

Autor vitæ S. Bernhardi lib. 4. cap. 3.

Inter Ludouicum Francorum Regem & Gaufridum Comitem Andegauensium exercebantur inimicitiæ graues. Causa erat, quod virum nobilem Gerardum de Monasteriolo, Rege prohibente, in munitissimo oppido suo Comes obsidens, comprehendisset vna cum vxore, liberis & propinquis, ipsamque diruisset munitionem. Conatus est D. Bernardus cum multis Episcopis & Principibus eos conciliare, sed Comes, amaritudinis felle commotus, insultatos omnes relinquens equo insiliit, & recessit. Sic pacis re desperata paratus erat Gerardus in carcerem redire: sub obsidibus enim ad colloquiũ erat adductus. Sed eum consolatus est vir sanctus: Ne timeas ait: certus esto, quia Deus tibi tuisque subueniet, idque celerius quam valeas vel sperare: Siquidem recordatus visionis, quam veniens ad id colloquium viderat, tanquam lecturum se Euangelium à sancto Episcopo Malachia petere benedictionem, confisus est pacem sine dubio prouenturam. Necdum Gerardus ille limen domus attigerat, à facie eius egrediens, cum subito quidam occurrens, redire Comitem nunciauit. Mirati sunt omnes, tam celerem audientes promissionis effectum. Eadem enim hora Comes rediit, & pariter pax desiderata prouenit. Erat autem idem Comes pro eodem negotio ex mandato summi Pontificis anathematis vinculis innodatus, sed absoluendus, humiliari, vt debuit, vel culpam super hoc fateri suam penitus recusauit: magis autem, vt erat plurimum animosus, Deum sibi culpam huiusmodi nunquam remittere imprecatur, innocentem se reputans & iniuste legatum: Quamobrem discessit pater sanctus non parum tristis ab illo, dicens ei: siquidem literas nouerat: in qua mensura mensus fueris, remetietur tibi. Eadem autem die causantibus super hac improbitate personis quibusdam, & principem illum grauiter errasse dicentibus, accensus zelo Dei famulus, aiebat Graniter saris hæc temeritas punietur. Fieri omnino non potest, quin hoc eodem anno Comes ipse aut moriatur, aut euidentem aliam diuinæ indignationis sentiat vltionem. Hoc verbum & ex ipsis & ex aliis audiere non pauci. Quod tam celeriter est impletum, vt Comes idem infra diem quintum decimum moreretur.

Visum S. Bernardi futuræ pacis nunciũ.

Matth. 7.

VII. *De grauissimis & inauditis effectibus excommunicationis in Leopoldum Austriæ Ducem prolata.*

Rogerius in Annalibus Angliæ VVilhelm. Neubrigens. lib. 5. c. 6. apud Baron. to. 12. 1594. 3.

Anno Christi Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, cum Leopoldus Dux Austriæ adhuc permaneret in sententia excommunicationis, quam Dominus Papa Cœlestinus III. in eum tulerat propter captionem Richardi Regis Angliæ, nec pœniteret; flagellauit Dominus terram suam in hunc modum. In primis quidem incensæ sunt omnes ciuitates terræ suæ, nec alicui nota fuit causa incendii. Secundo ex inundatione Danubii fluuii submersa est quædam terra adiacens, in qua decem millia hominum, vel eo amplius perierunt. Tertio, cum in media æstate soleat, & debeat omnis terra viuere, tota terra eius tunc temporis contra solitum, & debitum cursum exaruit. Quarto cum semina frugum deberent in herbam processisse, in vermes conuersa sunt. Quinto nobiliores terræ suæ morta-

Dux Austriæ derides summi Pontif. anathema.

litate percussi sunt. Et quamuis totae tantis flagellasset Dominus terram suam plagis, noluit tamen pœnitere, sed induratum est cor eius, adeo quod ipse iurauit, quod omnes obsides Regis Angliæ, quos ipse habebat, capitalem subirent sententiam, nisi in proximo perficerentur ei à Rege Angliæ omnes cõuentiones, quas cum illo fecerat. Vnde factum est, quod Balduinus de Berun, qui unus erat ex illis, qui dati fuerant Duci Austriæ pro redemptione Regis Angliæ obsides, ex communi obsidum consilio missus est ad Regem Angliæ ad indicandum ei Ducis propositum. Qui cum venisset, misertus illorum Rex tradidit ei Rex sororem Arthuri Ducis Britanniæ, & filiam Imperatoris Cypri, ad ducendum eas vsque ad Ducem Austriæ, sororem scilicet Arthuri ad maritandum filio Ducis Austriæ, & filiam Imperatoris de Cypro tradendam in manu Ducis Austriæ quietam.

TIT. LXII. De defunctorum quorundam excommunicatione & absolutione.

1. Reg. 13. 2. Reg. 24. *Iosias Rex ossa pseudoprophetarum, & eorum, qui victulis immolarent, post mortem effodit, atque combussit, ac inde laudatur.*

EXEMP. I. *Quod defuncti excommunicati ante absolutionem ad cœlum euolare non possint.*

Ioan. Vigne-rius de Sacramento Ordinis Versu 16. QVamuis vita functi proprie excommunicari non possint, nec absolui, quod non subsint iurisdictioni Ecclesiæ: quia tamen quoad corpus sunt in viscerib⁹ terræ aut super terram, Ecclesia ad terrorem quosdam excommunicat vel absoluit. Cap. A nobis, de sen. excom. Eiusmodi quantumcunque pœniteant, vt ait Io. Vignerius, & moriantur in gratia, non possunt ad cœlum volare, nec visione beatifica frui, donec fuerint absoluti, & hoc expresse dixit Christus: *Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo*, hoc est paradiso. Ideo laudabilis est consuetudo in aliquibus diœcesibus, in quibus ad instantiam procuratoris animarum in die cinerum singulis annis absoluuntur defuncti excommunicati, vt participent suffragiis Ecclesiæ. Hinc est quod nostra ætate contigit in diœcesi S. Pontii de Thomeris, de quodam Clerico excommunicato ab Episcopo Ruthenensi de Rhodez, qui post biennium reuelauit socio suo, vt exhumaretur è loco sacro, donec habita absolutione iterum sepeliretur. Cumq; absolutus esset, iterumque sepeliretur in loco sacro, coram toto populo audita est vox clara & perceptibilis ex omnibus qui aderant, gratias agentis & dicentis, tunc cœlum illi patere. Vt ex actis publicis ipsius diœcesis Ruthenensis patet.

Matth. 18.

Defunctus excom. petit absolui.

II. *Excommunicationis sententiam in mortuos ferri, & eos legatos ante mortem etiam post mortem posse absolui.*

Quidam solitariæ vitæ sectator à Gregorio Papa excommunicatus, vt qui contra voluntatem præsidis, & præscriptas monasterio leges à Gregorio, nonnihil deliquisset, paucis diebus interiectis vitam cum morte commutauit. Ea re nunciata, magnopere Gregorius indoluit Fratrem illum è vita subito migrasse, sacris adhuc vinculis constrictum. Itaque scriptam in charta precationem, qua mortuũ vinculis istis eximeret, ministro cuidam cum hisce verbis tradidit: Abi ad sepulchrum fratris illius, & precationem hanc perlege. Quod vbi factum fuisset, monasterii Præses per quietem Fratrem hunc conspicit: mox eum compellans: Tua causa mœsti sumus, ô frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obieris. Quamobrem die obsecro nobis, quonam in statu & conditione sis. Tum ille respondens: Reuera, inquit ô pater, ad hesternum vsque diem carcere clausus fui. Verum hodie solutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis innotuit eadem hora, qua Diaconus precationem illam supra sepulcrum legerat, noua & admirabili ratione fratrem istum à sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis existimari potest, quanta vis sit eius vinculi, quo mortales à sacerdotibus ligantur.

Michael Glycas 4. per Annal.

Vis excommunicationis.

Excommunicatus soluitur post mortem

III. *De quibusdam procacioris linguæ fœminis anathemate vinctis, & post obitum solutis.*

Afferamus & illud ab eodem sancto Gregorio scriptum in vita sancti Benedicti: Quædam fœminæ, vt aiunt, moniales, nimis effrenæ lingua religiosum quendam virum sæpius vellicabant. Quocirca Benedictus hæc de illis audiens, eis protinus mandauit, dicens: Corrigite linguam vestram, alioquin excommunico vos. Illæ nihilo meliores factæ intra paucos dies defunctæ sunt, atque in ædibus sacris sepultæ. Cumque in iisdem Missarum solemnia, inquit idem, celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, Si quis non communicat, det locum; nutrix earum, quæ pro eis oblationem offerre consueuerat, eas de sepulcris suis progredi, & exire videbat: quod dum sæpius cerneret, quia ad vocem diaconi clamantis exibant foras, atque intra ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit, quæ vir Dei adhuc illis viuentibus mandauit. Eas quippe se communione priuare dixerat, nisi mores tuos & verba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui mœrore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens: Ite & vlterius excommunicatæ non exunt: quæ immolatio dum fuisset pro eis immolata, & à diacono iuxta morem clamatum, vt non communicantes ab ecclesia exirent, illæ exire ab ecclesia vlterius visæ non sunt.

D. Greg. lib. 2. Dial. c. 23.

D. Benedictus excõmunicat minando.

Fœminæ excomm. soluuntur post hanc vitam.

IV. *De quodam qui anathematis vinculo constrictus post mortem fuit absolutus.*

Huc etiam facit quod legitur de aliis post mortem à S. Gothardo Hildesheimensi Episcopo absolutis. Hic Pontifex contumaces quosdam & perduelles habebat inter subiectos, quos sæpe admoni-

Matt. Rader. in Sirid. Sanctorum ex Menæo Græcorum.

Contumaces excom. vincti reuiscunt vt soluantur.

tos tandem anathemate ictos sacrificij tempore templo excedere jussit, qui tamen contempto Præsulis sui imperio restitabant, cum ecce tibi ex dudum sepultis, quos anathematis vincula adhuc retinebant, de tumbis surgunt, templum que egrediuntur, quos pudore suffusi rebelles quoque viui sequuntur. Gothardus acri adhortatione ad contumaces, quibus ipsos mortuos obsequentiores haberet, adhibita, defunctos censura soluit, qui ceruicibus Pontifici suo inclinatis ad suum quisque tumulum rediere.

V. De milite anathematis fulmine percusso post mortem absoluto.

Petr Maff. Hist. Indica lib. 5. post medium.

Anno Domini millesimo quingentesimo nono Albuquerciæ Indiæ Prorege classe eius intra fauces Erithreas constituta vel ex intemperie cœli vel ex insalubrium ciborum succo atrox morbus naualem turbam inuasit. Vulgo inter lusum vel quotidiana ministeria repente expirabant. In iis miles vnus in mare proiectus, ingentem terrorem omnibus attulit: noctu quippe, infra sentinam pulsus frequentes exaudiri cæpit, quem ad strepitum cum arrepta scala vigiles defrendissent, implexum carinæ sub ipso guttaculo defuncti militis corpus offendunt. Scilicet cunctis pilus inhorruit. Vbi ex pauore collegere sese, res ad nauarchum delata, nec dubium fuit quin cadauer translatum in littus humo contegerent: quo facto, postridie super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit: Eam attoniti cubet cum apud se causam exquirerent. Franciscus denique incertum ex qua familia monachus, qui concionatoris munere fungebatur, sagaci coniectura suspicatus est hominem aliquo interdicti vel anathematis vinculo constrictum è vita excessisse: itaque in terram egressum sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo è Pontificia formula conceptis verbis animum demortuiri te expiauit, eique veniam à Deo precatus est. Mirum dictu: ab eo mysterio reddita mortuo pax, & vaga ossa tandem in suo tumulo quieuere.

Excom. nõ contemnẽdæ insigne exemplum.

Miles excommunicatus iam defunctus soluitur.

TIT. LXIII. De excommunicationis subiecto.

Cum excommunicatio sit medicina vtilis bonis, & malis ob eorum culpam acerba, expedit aliquando etiam iactari in supremas potestates, quæ nullis legibus ac potestatibus compesci possunt.

EXEMP. I. *Innocentius VI. Arcadium Imp. excommunicat, quod S. Chrysostomum in re non iudicata throno suo eiecisset.*

Genn. d Nicephor. & Glycas, apud

VNDE recte Arcadium Imperatorem, eiusque coniugem Eudoxiam Innocentius sextus anathemate damnauerat, damnationis sententia grauissimis hisce tremendisque verbis in eos pronunciata: Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli creditus est, segrego & eiicio te & Eudoxiam à perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei. Quo excommunicationis gladio vulneratus Imperator non insolenter se gessit, nec in ferientem accensus est, sed humiliter submisit Pontificisque correptionem admisit, ad eumque datis literis, facti ratione cum aliqua satisfactione reddita, veniam postulauit, tantaque modestia, obedientia, ac pœnitentiæ significatione à vinculis absolui petiit, vt dignus habitus sit, qui Ecclesiæ fidelium-que societati redderetur: etiamsi paucos post menses Imperatrix vita functa sit, & Arcadius non diu superfuerit.

Baro. tom. 5. an. 407.

Arcad. Imper. ab Innoc. IV. excommunicatur. Arcadij humilitas & obedientia.

II. *De Petro Aragonum Rege à Martino & Honorio IV. à piorum communione reiecto.*

Petrus Aragonum Rex, qui in Siciliam accitus Gallos ex eo regno deiecerat, à duobus summis Pontificibus, Martino quarto, & Honorio quarto, piorum communione priuatus est, quod ius & dominium regni ad Ecclesiam pertineret, & illud contra Pontificum, qui tunc Ecclesiæ præerant, voluntatem in suam potestatem redegerat. Qui cum in extremum vitæ discrimen incurrisset, adessentque Antistites non pauci, multique Religiosi atque primarij regni, coram omnibus dixit, illud quidem nunquam sibi propositum fuisse, vt Ecclesiæ molestiam vllam aut iniuriam exhiberet, vel quidquam faceret quod mereretur tam grauem & seueram sententiam in se ab Apostolica sede prolatam; tamen se, quod tanquam fidelis ac Catholicus Princeps nosset anathematis sententiam iuste iniusteue latam timendam esse, propterea mandasse, vt in suo regno inuiolatum seruaretur Apostolicæ sedis interdictum. Deinde summo cum religionis & pietatis affectu rogauit Tarraconensem Archiepiscopum, vt ab excommunicationis vinculo absolueret, paratum atque expeditum vel ad fidem regem obligandum, sancteque iurandum, se in eo mansurum, quod iuris æquitate seruata super ea re sedes Apostolica statuisset, vel ad conueniendum summum Pontificem, facti sui vt rationem redderet; innocentiamque testetur. In quo non minus se matris Ecclesiæ filium obsequentem ac humilem præbuit, quam in multis præliis, quæ gessit, animosum inuictumque Principem declarauit.

Hier. Sur. lib. 4. Annal. suorum, cap. 71. Apud Ribadeneir. lib. 1. de Principe, cap. 31. Petr. Aragon. Rex cur excommunicatus. Anathematis sententia qualiscunque timenda.

Petri Aragoniæ Regis obedientia erga Ecclesiam.

III. *De Philippo Francorum Rege ab Vrbano II. ob adulterium anathemate percusso.*

Philippus Franciæ Rex repudiata Bertha vxore Fulconi Andegauensium Comiti ereptam coniugem, nomine Bertrandam, quam misere deperibat, in matrimonium duxit. Huic Pontifex iussit, vt reiecta sceleris societate coniunctæ pellice, vxorem reuocet, cum eaque legitimam vitam agat; cumque Regem vesano amore furentem, suique immemorem, multis remediis blandis pariter & asperis frus-

Papirius Massonius lib. 3. Annal. Gall.

ſtra adhibitis, ad ſaniorem mentem reuocare, atque è regno tantam offenſionem tollere non poſſet; tandem Vrbanus II. Pontifex Maximus, diris deuotum excommunicationis pœna ferit, Galliſque præcepit, ne Regi obediant. Rex inſanit, magna verborum inſolentia diſceſſionem à Pontifice minatur: ſed nihil proficit. Fingit ſe velle Pontificis leniendi & veniæ poſcendæ cauſa Romam concedere: ſed vana fuit atque inanis eiuſmodi ſimulatio; nam Pontifex fortis & conſtans perſtitit in ſententia. Tandem Rex victus ſubmiſit ſe Eccleſiæ, eiuſque cenſuris eſt obſecutus, cum videret eas æquiſſimas eſſe, & tales haberi non ſolum ab Epiſcopis & Eccleſiarum Præfectis, ſed etiam ab omnibus Ordinibus regni, qui propterea ſumma cum reuerentia iis obtemperabant. Ex quo ſatis intelligitur, quantum virium habuit hic Eccleſiaſticus mucro, quantumque apud veros Eccleſiæ filios habere debeat.

Philip. Rex cur ab Vrbano II. anathemate ligatus.

Cenſuris eccleſiæ ſe ſubmittit Philip. Fr. Rex.

IV. *Ioannes Rex Angliæ ob ſcelera ab Innocentio III. excom. & regno priuatus, Rom. Pont. ſe tributarium agnoſcit.*

Ex Regiſt. Epiſt. Innoc. 3. lo. Maior. l. 2. l. 4. c. 34.

Ioannes Rex Angliæ, cum in ſacra profanaque deſæuiret, nullius ordinis aut ætatis ratione habita, Innocentij Tertij auctoritate ſacris interdictus, ac deinde regni ſui adminiſtratione priuatus eſt. Quare perterrefactus Rex, ne à ſuis Epiſcopis, Principibus & Popularibus deſtitueretur, vel inuitus ad ſaniorem mentem reuerſus, iureiurando promiſit, ſe Pontificis arbitrio pariturum: poſteroſque reges ad id obligauit, vt ſe deinceps Romani Pontificis perpetuo beneficiarios & tributarios agnoſcerent.

V. *Athanaſ. Ep. Neap. ob fœdus cum Saracenis initum à Io. Papa VIII. excommunicatur.*

Ex epi. 270. Ioan. Papæ vita Baron. to. 10. Ann. 881. 49.

Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum ſæpiſſime admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis, vt pactum cum Saracenis habitum diſrumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum ſe omnimodo ſoluturum, & ab eorum ſocietate ſeparaturum eſſe promittens ſub ea conditione, vt ſi denuo cum illis quolibet modo fœdus habuiſſet, omni eſſet ſacerdotali honore priuatus & anathematizatus. Sed hæc omnia parui pendentem, & ad perditionem Chriſtianorum cum eis pactum habentem, & nos ſæpiſſime deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſimul & noſtra, cum omnibus ſequacibus ſuis, & omni Eccleſiaſtica communione priuamus, & quo vſque ſe ab ipſis Saracenis penitus ſeparauerit, velut totius Chriſtianitatis inimicum anathematizamus, &c.

Athan. Ep. cur à Ioan. VIII. excõmunicatus.

VI. *De excommunicatione iaculata à B. Athanaſio Epiſcop. in Præfectum Lybiæ.*

Ex Epiſt. D. Baſil. 47. Surii. tom. 4. 370.

Dum Eccleſiæ D. Athanaſio Epiſcopo Alexandrino ſubiectæ à Præfectis earum prouinciarum nonnihil vexatæ ſunt; & inter alias Eccleſiæ Lybiæ à quodam Præfecto Cappadoce, homine moribus deprauato, licet fide Catholico, labefactata eſt, quem in deteriora prolabentem, nec mores emendare curantem ſanctus Athanaſius ſententia excommunicationis perculit, ſcripſitque ex more publicas literas, quibus ſignificaretur, ne qui excommunicatus ab ipſo eſſet, ab alio vſquam Epiſcopo reciperetur. Peruenerunt eædem literæ in Cappadociam, quo idem reuerſurus erat: quas cum in primis Baſilius vniuerſæ illius prouinciæ metropolitanus Epiſcopus accepiſſet, in nefarium hominem æque ac Athanaſius ipſe commotus, eundem fidelium conſortio penitus declarauit extorrem.

Præfectus Lybiæ à D. Athanaſio & D. Baſilio ligatus.

VII. *Victor Papa Quartodecimanos Aſianos non obtemperantes à fidelium communione excludit.*

Euſeb. l. 5. c. 24. & 25. Baro. an. 190.

Anno Domini centeſimo nonageſimo octauo Victor, qui tum Romanę Eccleſiæ præerat, totius Aſiæ Eccleſias cum aliis finitimis, tanquam alterius fidei & opinionis, ſimul omnes à communi vnitate Eccleſiæ amputare conatur, & in eos per literas grauiter inhitur: atq; adeo omnes fratres, eam incolentes regionem, prorſus à communione ſecludendos edicit.

VIII. *De Martino Luthero, primum à ſede Apoſtolica admonito & citato, qui cum reſipiſcere nollet, ab ea excommunicatur.*

Gab. Puteo. in Elencho harejum. lib. 20. an. Do. 1520.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo, decimo ſeptimo Calendas Iulij, allata fuit in Germaniam Leonis decimi bulla, qua fuerant Romæ Martini Lutheri errores librique damnati, ac ipſe, niſi ſtatis illic diebus reſipiſceret, erroreſque reuocaret, excommunicatus, ac ſatanæ Apoſtolorum poteſtate, vt ſpiritus ſaluus eſſet in die Domini traditus, quum de erroribus per literas admonitus, & per citationem toto anno fide publica oblata, ſumptibuſque itineris, contumax nollet reſipiſcere. Satanæ igitur traditus, cœpit de errore in errorem prouolui, atque vt D. Paulus ait, in deterius proficiens errori errorem cumulare. Etſi vero aliquando reſipiſcentiam ſimularet errorum, ſi qui deprehenderentur, palinodiam pollicens, ac Apoſtolicæ ſedis iudicio ſe ſuaque ſubmittere, nouis tamen hæreſibus alias affingere in dies non deſiſtebat.

Lutherus à Leone X. contumax excommunicatur. 1. Tim. 3.

IX. *Excommunicationem non eſſe pro leui fulminandam.*

Conc. Trid. Seſſ. 9. c. 3. de reform. Vincentius Marnardus in vita eius apud Sur. to. 3. Maij 4.

D. Antonius Archiepiſcopus Florentinus anathematis gladium nonniſi in rebus maxime arduis, & quibus non aliter occurri poterat, diſtringebat: ad leues vero caſus, cum excommunicatio ſit pœnarum maxima, illum condebat. Ad ea enim iam tempora deuenimus, vt ſi quis raſtros, marram, vel bidentem amiſerit, putet ſe non poſſe commodius, quam à ſacris excluſione, reperturum. Quibuſdam forte iacturam nescio quam omnino leuem paſſis, atq;

in auctores damni anathematis arma flagitantibus constanti pectore Præsul facturum se negauit. Tum instantibus ac maxime commotis, quod despici se putarent, quantum à recto itinere deuiarent, qui ad minima censuris vterenter, huiusmodi voluit exemplo declarare. Candidus panis in medium allatus, cum anathematis verba in eum maiestate illa sua protulisset, statim, spectantibus illis, in carbonis atredinem est conuersus. Ecquis est, inquit, quantumlibet famelicus, qui panem hunc non dicam deglutire, sed vel dentibus audeat tentare? Quis statim vel inspectum non proiiciat? Quanto peiore conditione animas censuræ laqueo detentas Deus, cælites atque homines stomachantur? Abite iam, ac nolite candorem animarum pro tenui lucello in tantas sordes ac nigredinem transformare. Mox nondum profectis, conuersus ad panem; Heus, ait, ist hoc nexu anathematis te libero; ac statim, quasi excussisset atredinem, candore pristino viderunt renidere.

Excom. non facile ferenda.

TIT. LXIV. De templorum erectione.

3. Reg. 8. 2. Paralip. 27. & 28. *Templum Salomonis diu non iussu Dei im erectum fuit ad sacrificia & orationes; & etiam vt in eo requiesceret arca fœderis Domini, scabellum pedum Dei nostri.*

2. Paral. 5. 1. Paral. 21. *Dauid precaturum perrexit ad tabernaculum Domini in Gabaon, vt oraret pro auertenda peste, sed non præualuit, nimio timore perterritus, ideo in ipsa Hierusalem extruxit altare.*

2. Reg. 7. *Anna precatura Dominum ad tabernaculum accedit, vbi erat arca, ibique orans exaudita est.*

Dan. cap. 6. *Daniel oraturus, quia non poterat ingredi templum, in Babylone captiuus, saltem aperta fenestra orabat ad eam partem conuersus in qua erat templum Domini.*

Luc. 18. *Publicanus in templo orans iustificatur.*

Act. 3. *Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.*

Act. 18. *Eunuchus Reginæ Æthiopum venerat adorare in Hierusalem.*

Act. 3. *Paulus & Barnabas missi ad prædicandum primum intrant in Synagogam, & ibi prædicant.*

EXEMP. I. *Petro Apostolo Antiochiæ prædicante conuersa est domus Theophili in ecclesiam.*

Clemen. Roman. lib. 10. Recogn. sub finem.

CVm Petrus Apostolus multos à variis languoribus Antiochiæ contra Simonem Magum curasset, tantam Spiritus sanctus in illa die gratiam suæ virtutis ostendit, vt omnes à minimo vsque ad maximum vna voce confiterentur Dominum: & ne multis immorer, intra septem dies, plus quam decem millia hominum credentes Deo, baptizati sunt, & sanctificatione consecrati. ita vt omni auiditatis desiderio Theophilus, qui erat cunctis potentibus in ciuitate sublimior, & domus suæ ingentem basilicam ecclesiæ nomine consecraret; in qua Petro Apostolo constituta est ab omni populo cathedra, & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conueniens, credebat sanę doctrinę, quam sanitatum efficacitas affirmabat.

Theophilus nobilis domum suam consecrat in ecclesiam.

II. *Primos Christianos in omnibus locis ædes sacras ad mysteria celebranda & sacros libros legendos constituisse.*

Eusebius Cæsariensis libro secundo historiæ Ecclesiasticæ, descriptis primorum Christianorum habitaculis, vt se habeat singulorum qualitas & situs, etiam de ecclesiis, quæ apud eos sunt, sic scribit: Est autem in singulis locis consecrata orationi domus, quæ appellatur Σεμνεῖον, vel μαναστήριον. Σεμνεῖον autem in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulum in quo secedentes, inquit, honestæ & castæ vitæ, mysteria celebrant nihil illuc prorsus, quod ad cibum potumque pertinet, inferentes, vel ad reliqua humani corporis ministeria; sed legis tantum libros, & volumina Prophetarum, hymnos quoque in Deum, ceteraque his similia, in quorum disciplinis atq; exercitiis instituti ad perfectam beatamque vitam studiis iugiter coalescunt. Et post aliquanta iterum dicit: Ab ortu autem diei vsque ad vesperam omne eius spatium studiorum exercitiis ducitur, quibus ad diuinam philosophiam per sacras literas imbuuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes.

Euseb. Cæsarien. lib. 2. cap. 17. ex Philone de vita contempl. supplicium.

III. *Miraculum de rupe suo loco pro sacello extruendo mota.*

In quodam loco ruris angusti, quum res poscceret ecclesiam construi, rupes quædam vicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia vero præterfluens fluuius spatium quantum ecclesiæ sufficeret, denegabat. Et cum alius omnino non esset locus, omnesque mœstitiam gererent, quod solum ad construendam ecclesiam non haberent, Gregorius Neocæsariensis Episcopus, fide plenus, pernoctasse in oratione dicitur, & Dominum sensum promissionis suæ admonuisse fideliter, qua dixit: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Tolle te, & mitte te in mare, & fiet vtique.* Cumque hæc plena fide atque deuotione deposceret ad lucem coeuntibus populis, inuenta est rupes importuna secessisse tantum, quantum spatij ad condendam quærebatur Ecclesiam.

Idem Euseb. libr. 7. hist. eccl. cap. 26.

Matth. 17.

IV. *Constantinus templo Veneris diruto, vbi Christi sepulcrum, sacram ibi Ecclesiam construi iubet.*

Constantinus Imperator cum cognouisset, eos olim, qui idolorum errore tanquam furoris intemperiis acti fuerant, salutiferum monumentum defodisse, aggere multo molem altissimam extitasse, Caluariæ & resurrectionis vicinum circumcirca locum occupasse, & lapidibus ingentibus solum eius constrauisse, vt ob iuioni monumenta memoriæ sempiternæ mandarent, & templum præterea impudicæ

Niceph. Callist. lib. 8. hist. eccl. cap. 28.

dicæ deæ Veneris, ſtatuamque eiuſdem ibi collocaſſe, virgineo partui illudentes: vt qui eo loco debitum Chriſto honorem ſibi præſtandum ſtatuiſſent, ſimulacro ei exhibere viderentur, proceſſuque temporis obliuio veram premeret atque occultaret; cauſam quod nemini libere eo commeare, aut aliis rem indicare fas futurum eſſet; funditus templum ipſum euuere, aggeremq; egeſtum quam longiſſime à ciuitate proiicere, vt qui ſceleratis ſacrificiis contaminatus eſſet, iuſſit: templum illud pulchritudine præcipua ampliſſimum magnificentiſſimumque extruere præcepit. Cuius ædificationis inſtitutionem Macario eius templi Antiſtiti per literas commiſit.

Eccleſia ſacra à Conſtantino erigitur vbi erat Chriſti ſepulcrum.

V. *De Eccleſiis à S. Helena Hieroſolymis, & circa illa loca conſtructis.*

Imperatoris Conſtantini mater Helena ampliſſimo templo in reſurrectionis & Caluariæ monumento ita conſtructo, vt nulli prorſus, quæcunque vel pulchritudine, vel magnitudine eximia ſunt, cederet, nouæ Hieruſalem nomen indidit, exemplari ſcilicet illius veteris & iam ſoluti tabernaculi. Ipſa vero domeſticis propriiſque impenſis alias duas magnifice ſactas conſtruxit ædes: alteram in Bethleem, ad eam, in qua natus eſt Chriſtus, ſpeluncam, ſexies mille paſſibus ab vrbe diſtantem: in cuius ſanctiore ſacrario humi, & præſepe, & ſpeluncam ſacram eſt complexa: altera vero in Oliuarum monte, ad verticem ipſum, vbi relictis diſcipulis Chriſtus in cœlos eſt aſſumptus. Excitauit quoque mirificum aliud templum in Gethſemani prædio, Genitrici Dei, atque in ſacrario ipſo viuificum eius ſepulcrum firmiter incluſit. Quum vero decliuis is ſit locus, gradus marmoreos fieri curauit, viatores ex ſancta vrbe Orientalē plagam verſus ferentes ſanctis itidem infantibus, & vbi Angelus paſtoribus lætum attulit nuncium, & Verbi puerperæ, in eis ipſis locis ſacras extruxit ædes, nec non aliam quo ue Ioſepho ſponſo. Iode Bethaniam progreſſa Lazaro Chriſti amico inſigne ædificauit delubrum. Abeſt id Hieroſolymis paſſuum millibus duobus. Deinde ad ſacrum Iordanem conuerſa, circa ſpeluncam vbi olim domicilium Ioannis Baptiſta habuit, perpulcram illi ædem erexit, &c.

Idem ibidem cap. 30.

Templa à Helena extructa.

VI. *Tempore Iuſtini Martyris Chriſtiani in vnum locum conueniebant ad res ſacras pertractandas.*

Iuſtinus Martyr in Apologia pro Chriſtianis ad Antoninum Pium, ſcribit cœtus Chriſtianorum tam vrbanorum, quam ruſticorum illius temporis, die ſolis in vnum locum conuenire, vbi Apoſtolorum Prophetarumque literæ, quod fieri poteſt, prælegunturr: deinde ceſſante lectore, præpoſitus verba facit adhortatoria, ad imitationem tam honeſtarum rerum inuitans. Poſt hæc conſurgimus omnes, & preces offerimus, quibus finitis, profertur panis, vinum & aqua. Tum Præpoſitus, quantum poteſt, preces offert & gratiarum actionem, plebs vero Amen accinit. Inde conſecrata diſtribuuntur ſingulis, & abſentibus mittuntur per diaconos ditiores, ſi libeat, pro ſua quiſque voluntate conferunt. Collecta deponuntur apud præpoſitum: is ſubuenit pupillis, viduis, & propter morbum, aliamue neceſſitatem egentibus, vinctis quoque ac peregrinis, & in ſumma curator ſit omnium inopum. Conuentus autem hos die ſolis facimus, quoniam hac die primum Deus depulſis tenebris formataque materia mundum creauit: *Ieſus Chriſtus* quoque noſter ſeruator eadem die reſurrexit à mortuis.

Iuſtin. in Apol. 2.

VII. *De templis à Martha eiuſque ſorore Magdalena Maſſilia erectis.*

Thomas Boxius Eugubius Congregationis oratorij Presbyter ſcribit, beatam Mariam Magdalenam, & beatam Martham eius ſororem, Maſſiliam profectas, duo templa, quæ dicuntur adhuc ibi extare, alterum Chriſto, beatæ Mariæ Virgini alterum erexiſſe: atque id ita in vetuſtis Eccleſiarum illarum monumentis haberi.

De ſignis Eccl. lib. 3. cap. 6.

VIII. *De templis Sapientiæ & Apoſtolorum Conſtantinopoli à Iuſtiniano & Theodora eius vxore conditis.*

Iuſtinianus Imper. Dei placandi cauſa templum ſplendidiſſimum & ampliſſimum Conſtantinopoli condidit, literis in omnes orbis terrarum partes dimiſſis, quibus ſignificabat eo deportandum eſſe, quidquid extaret vbique gentium, vel lapidum, vel columnarum, vel aliarum rerum ſplendidarum. Materia totos ſeptem annos congerebatur, & Cyzico maiori ex parte aduehebatur. Templum vero iſtud vniuerſum annis x v i i. abſolutum eſt, cœlum terreſtre, quod ipſos etiam Seraphos, inquit Manaſſes, cum veneratione, admirari arbitror. Nam ſi Deus commorari dignatur in iis, quæ hominum manus perpolierunt, omnino hic, nec vſquam alibi habitat. Theodora quoque eius vxor, iiſdem addicta cum marito ſtudiis, & eiſdem prædita moribus, nimirum magnificentiſſima, templum à fundamentis Chriſti Diſcipulis condidit, poſt primum illud facile principem ſibi locum vendicans. Appellare quis illud non inepte poſſit inter alia templa cæruleo ſplendentem lumine lunam: quod ſecundum ſolem pulcritudine ſuas ſecundas ferat.

Annal. Glyca par. 4. & Conſtant. Manaſſem Annalib.

Templum diuinæ Sapientiæ.

Templum Apoſtolorū à Theodora conditum.

IX. *Beata Virgo Liberium Papam admonet de loco, vbi velit ſibi fieri templum.*

Liberio ſummo Pontifice Ioannes patricius Romanus, & vxor pari nobilitate, cum liberos non ſuſcepiſſent, quos bonorum hæredes relinquerent, ſuam hæreditatem ſanctiſſimæ Virgini Deiparæ vouerunt, ab ea ſummis precibus aſſidue petentes, vt in quod pium opus eam pecuniam potiſſimum erogari veller, aliquo modo ſignificaret. Quorum preces & vota ex animo facta beata Virgo Maria benigne audiens, miraculo comprobauit. Nonis igitur Auguſti quo

Breuiar. Rom. Aug. 5. die Card. Sigon. l. 7. Imperij Occidentalis ad annum 366.

quo tempore in Vrbe maximi calores esse solent: no ctu nix partem collis Exquilini contexit. Quano cte Dei mater separatim Ioannem & coniugem in somnis admonuit, vt quem locum niue conspersum viderent, in eo ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ virginis nomine dedicaretur: se enim ita velle ab ipsis hæredem constitui. Quod Ioannes ad Libe rium Pontificē detulit, qui idem per somnium sibi contigisse affirmauit. Quare solemni sacerdotum & populi supplicatione ad collem venit niue coopertum, & in eo locum ecclesiæ designauit, quæ Ioannis & vxoris pecunia extructa est, postea Xysto tertio restituta. Variis nominibus primum est appellata, Basilica Liberij, sancta Maria ad præsepe. Sed cum multæ iam essent in Vrbe ecclesiæ sub nomine sanctæ Mariæ Virginis: vt quæ Basilica nouitate miraculi ac dignitate cæteris eiusdem nominis Basilicis præstaret, vocabuli etiam excellentia significaretur, ecclesia sancta Mariæ Virginis maioris dicta est.

B. Virgo apparet & certo loco curat sibi erigi ecclesiam.

X. *S. Autberto Cameracensi Episcop. locus de ædificanda S. Michaelis Ecclesia reuelatur.*

Anno Christi Domini Septingentesimo nono, Childeberto Monarchiam regni Francorum tenente, Archangelus Michael apparens Autberto Abricatensi Episcopo, monuit semel & iterum, vt in loco maris qui propter eminentiam sui tumba vocatur, fundaret ecclesiam in memoriam sui, volentis talem venerationem exhiberi sui in pelago, qualis exhibetur sui in monte Gargano. Interim taurus à Leone furtim raptus in illo loco religatur. Vnde Episcopus tertio admonitus vt in illo loco fundamentum iaceret, vbi taurum religatum inueniret, & sicut eam terram pedibus protriuisse videret, sic ecclesiæ ambitum duceret ecclesiam in honorem sancti Michaelis constituit, & ex illo tempore sicut in monte Gargano, ita etiam in loco illo, qui modo dicitur in periculo maris, veneratio Archangeli frequentari cœpit.

Sigeberti Chronic. ann. 709. Baro. tom 8. Annal an. Christi. 704. 5.

Michael de extruendo sibi templo locum designat.

XI. *S Wenceslao templum erigere Rex Daniæ monetur.*

Cum S. Wenceslaus oraret aliquando in templo, Boleslaus frater, à matre ad scelus vigilantiore excitatus eum inuadit, ac primo ab ictu suo frustratur, ense sibi de manibus ob insperatum stuporem elapso: mox redeunte animo & furore, quem sceleris participes clientuli, extingui non patiebātur ictum repetit, ac facile inermem fratrem, patienterq; plagam excipientem, interficit: dissimulataque nece mane statim filium lustrat, nomenque ei inter lustrandum Strachyquas, à terrore conuiuij mutuato vocabulo, quod ipse terribili parricidio effecerat, indit. Adeo gloriari in malitia etiam sua gestiebat, qui potens erat in iniquitate, nescius adesse Deum bonis omni tempore, tum in vita tum in morte, quemadmodum illustrissimo tunc patuit exemplo. Eadem quippe nocte Rex Daniæ per quietem se admonitum oraculo testatus est, vt martyris Wenceslai in Boemia à fratre obtruncati memoriam sibi colendam susciperet: id quomodo ab ipso factum, cæremoniæ sacerdotes, templum in Dania diuo Wenceslao dedicatum declarant.

Io. Dubr. Olmucens. Epi. l. 4. & 5. histo. Boem. Vita eius cap. 14. apud Sur. 28. Septemb. to. 5.

Rex Daniæ monetur templum S. Wenceslao construere.

XII. *S. Syluanus Episcopus ecclesiam in honorem S. Cornelij Centurionis extruere iubetur.*

Cuidam Syluano, viro pio, & qui virtutem amplectebatur, & erat Episcopus Troadis, cum venisset ali quando in ciuitatem Scepsæorum, diuinus in somnis apparens Cornelius Centurio Longo, dixit, tempore hic habito, & nullus me visitauit, præter eos solos, qui à me fuerunt baptizati. Cum itaq; interdiu hæc mente considerares Episcopus, & quid sibi vellet somnium, non posset coniicere, nocte sequenti ad eum rursus veniens sanctus: Ego sum, inquit, Cornelius Centurio: est autem mihi domus prope templum Iouis in rubo. Sed tu ædifica alterum oratorium prope locum Demetrij serui Dei. Vocatur autem locus Pandochium: quo in loco sita sunt multa corpora sanctorum fratrum iam consummatorum.

Ex Simeone Metaph. Sur. in vita S. Cornelij. Centur. c. 9. d. 25. Septembr.

Ecclesia in honorem Cornelij extrui iubetur.

XIII. *De Tribuno ægro, qui facto voto de erigendo templo ad monitionem S. Radegundis, mox conualescit.*

Tribunus quidam, nomine Donebenus, guttu ris præfocatione patiens, de quo sancta migrauit à carne, vidit in extasi reginam Radegundem ad se venientem, & eadem hora se de corpore exisse nunciantem: eumque admonentem; vt ecclesiam sancti Martini in loco sibi ostenso ædificaret: & sic sanitatem reciperet. Qui postquam hæc promisit, ad se rediit; seque sanatum reperiens, diem horamque notauit; & inuenit sanctam à sæculo tunc migrasse: vnde mox dimissis septuaginta tribus detentis in vinculis ecclesiam sancti Martini in loco vbi nunc est, de proprio ædificauit.

Pet. de Natalib. lib. 7. Catal. 55. c. 60.

Miraculum de constructa Ecclesia in honorem S. Martini.

XIV. *Clodoueus Gallorum Rex, periclitans in certamine cum hoste, voto facto de extruendo templo, victor efficitur.*

Sueui & Boij cum Regibus suis Alarico & Ada logerione, aduersus * Clodoueū Gallorum Regem acerrime congressi prælio; copias eius cædunt funduntque. Clodoueus Rex vbi nullam spem salutis, nec in armis, nec in fuga esse videt, ad vota & cœlū conuersus, ait: Christe potēs rerum quem vxor mea colit, veneratur, prædicat, siste fœdam fugam, deme Francis metū: tu mihi solus posthac iam eris Deus; ego tua sacra cum Francis recipiam, & tibi templa dicabo. Quod erit perpetuum posteris monumentum tua præsenti ope seruatos esse Francos. Vix hæc fatus erat, Franci resistunt, redintegratur prælium. Vterque Rex hostium occiditur, Franci superiores fiunt. Sueui ad Theodoricum Regem in Italia confugiunt, eo deprecatore erga Francos vtuntur, & cū Francis fœdus societatemque perpetuo faciunt.

Libr. 3. Annal Boiorum Hincmar. ep Rhemens. in vita Clodouei ann. 501. Baro. tom. 6.

* al. Ludouicum.

Templum Apost. Petri & Pau erig rifiensis Clodou

TIT. LXV. De ecclesiis consecrandis.

Gen. 27. *Iacob Patriarcha consecrare volens locum in quo viderat scalam stantem super terram, & culmine suo tangentem cœlum, Angelos quoq; ascendentes & descendentes per eam; erexit lapidem in titulum fundens oleum desuper, nomenq; vrbi appellauit Bethel, hoc est, domum Dei, imo & lapis iste, quem erexi inquit, in titulum, vocabitur domus Dei.*

Num. 7.

2. Paral. 7. 1. Esdr. 6. 1. Mach. 4. *Celeberrimam tabernaculi & altaris dedicationem in veteri lege factam legimus.*

Templi Hierosolymitani dedicationem ter cum ingenti latitia & celebritate factam testatur Scriptura. I. à Salomone. II. ab Esdra: III. à Machabæis, cum post profanationem iterum esset renouatum & sanctificatum. Ad quam solennitatem, quæ singulis annis renouabatur, Christum Dominum accessisse scribit Ioan. Euangelista.

Ioan. 10.

EXEMP. I. *De ecclesia Lateranensi à Syluestro I. tempore Constantini consecrata.*

Breuiar. Conc. Trid. 9. die Nou. & Rom. to. 2. Annal. an. 324. 67.

RItus quos in consecrandis ecclesiis & altaribus Romana seruat Ecclesia beatus Syluester Papa primus instituit: nam etsi ab Apostolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quæ à quibusdam oratoria, ab aliis ecclesiæ dicebantur, vbi collectæ fiebant per vnam Sabbathi, & Christianus populus orare, Dei verbum audire, & Eucharistiam sumere solitus erat; non tamen illa adeo solenni ritu consecrabantur; nec in eis adhuc in titulum, Domini nostri IESV CHRISTI, qui altare, hostia & sacerdos noster est, figuram exprimeret. Sed vbi Constantinus Imp. per baptismi sacramentum sanitatem salutemque consecutus est, tum primum lege ab eo lata concessum est toto orbe terrarum, Christiani vt ecclesias ædificarent: quos ille non solum edicto, sed etiã exemplo, ad sacram ædificationem est cohortatus: Nam & in suo Lateranẽsi palatio ecclesiam Saluatori consecrauit, & ei continentem Basilicam nomine S. Ioannis Baptistæ condidit, eo loco quo ipse baptizatus à S. Syluestro, à lepra mundatus est. Quam idem Pontifex consecrauit quinto idus Nouembris: Cuius consecrationis memoria eo die celebratur, quo primum Romæ publice Ecclesia consecrata est, & imago Saluatoris in pariete depicta populo Romano apparuit.

Ecclesiarũ dedicatio quando cœpta.

Eccles. Lateranens. in honorẽ Ioan. Bapt. consecrata.

II. *De Ecclesia B. Petro Apostolo miraculose consecrata.*

Ealredus, grauissimus scriptor rerum gestarum S. Eduardi Regis Anglorum, de templo in memoriam S. Petri Londini ædificato à Seberto (Beda Saberethum vocat) nepote Regis Ethelberri à S. Augustino conuersi, refert: Nocte, inquit, dedicationem eiusdem præcedente, piscatori cuidam Thanensis fluuij, qui idem monasterium præterfluit, vlteriori ripa in habitu peregrino beatus Petrus apparens, promissa mercede, transponi se ab eodem & petiit, & promeruit. Egressus autẽ de nauicula ecclesiam, piscatore cernente ingreditur: & ecce subito lux cœlestis emicuit, miroq; splendore illustrans omnia noctem conuertit in diem. Adfuit cum Apostolo multitudo circum supernorum ingredientium, melodiaq; cœlestis insonuit. Et paulo post subiungit: Mane autem facto Episcopo Mellito ad dedicandã ecclesiam procedenti, cum piscis piscator occurrit, & omnia, quæ sibi mandata fuerant, prodit. Stupet Antistes, reseratisque ecclesiæ valuis: videt pauimentum vtriusq; Alphabethi inscriptione signatũ, parietem bissenis in locis sanctificationis oleo linitum, totidem cereorum reliquias duodenis crucib. inhærere, & quasi recenti aspersione adhuc cuncta madefecere. Quod videns Episcopus vna cum populo Deum benedicebat. Creditum ergo consecrationis mysterium repetitum, quam perfectam monstrarent candelæ per totam ecclesiam accensæ, cruces factæ, nec minus aquæ asperſæ, & sacrati olei locis debitis non friuola vestigia.

Ealredus in vita S. Eduardi Regis. Beda libr. 2. hist. Ang. c. 3.

Willelm. Malmesbur. l. 2. de Pontif. Angl. & Baron. tom. 8. an. 610. Dedicatio templi miraculosa.

III. *De ecclesia S. Dionysii Gallorum Apostoli à Christo domino dedicata.*

Tempore Dagoberti Regis Francorum, Episcopis apud diuum Dionysium dedicandæ ecclesiæ gratia à Dagoberto conuocatis, dum sexto Kalendar. Martij mysterium absoluere statuissent, pridie ipsa rum Calendarum homo lepra admodum deformis ab ædituis impetrat in æde pernoctare. Vbi dum vigil in oratione perseuerat, videt perspicue Christum comitantibus eum Petro Pauloque vna cum diuis martyribus, Dionysio, Rustico, & Eleutherio per fenestram in basilicam aduentare. Qui candida veste amictus dedicationis sacrum munus absoluit. Indeque ad lepra contaminatum progressus Christus: Tu, inquit, homo, dicito pontificibus, cum crastina luce ad hanc ædem se conferent, eam à me cõsecratam esse. Cuius rei fidem fecit infirmi hominis cura. Nam contacta hominis facie lepram omnem Christus auferens eam proximo lapidi glutinauit, qui ad hunc vsq; diem per summam admirationem visitur. Quo miraculo attoniti præsules dedicatione absti nuerunt. Hæc causa est quamobrem frequens admodum populus ad ecclesiam ipsam sexto Kalen. Martij conueniat, firmissime credens id à Christo Deo fuisse perpetratum.

Robert. Gaguin. libr. 3. Annalium. Franc. Fulgosius libr. 1. cap. 6.

Ecclesia S. Dionysii à Christo dedicata.

Niceph. li. 8. cap. 50. hist. Eccl. Guiliel. Tyr. li. 23. de bello sacr. ca. 21. Ex Euseb. lib. 4. vita Constãt. anno 324.

IV. *De dedicatione ecclesiarum per Constantinum Imp. imperata.*

Trigesimo imperij Constantini anno templum Hierosolymis in Caluariæ loco magnificentissime absolutum fuerat, quod magnum martyrium dicitur. Marianus quidã ampla dignitate vir, ab Imperatore cum literis ad Synodum Tyri Phœniciæ cõgrega-

gregatam venit, quibus quam celerrime Hierosolymam adire, propter sacri eius templi dedicationem iubebatur, atque illi protinus vt potuere, Hierosolymam contenderunt, dissidio atq; discordia omni sepositā, templumque ipsum dedicarunt, donaria simul & ornamenta ab Imperatore missa maximi prorsus pretij consecrantes: Quæ longo sane post tempore ibi fuere, stuporem & consternationem plane spectantibus conciliantes, tanta erat illorum magnitudo, tantum pretium. Erat is XIV. mensis Septembris dies, qui ab eo tempore in Ecclesia Hierosolymitana quotannis publice ab omnibus festus & celebris agitatus est, octo ex ordine diebus conuentibus celebrandis. Quibus diebus ex omni terratum orbe homines eo conueniunt, & ad festos conuentus concurrunt, arcana sacra peracturi & loca sancta cognituri.

Ad dedicationem noui templi Hierosolymit. conuocantur vndique Episcopi.

V. *De Arianorum ecclesia è qua porcus inuisibilis exire percipitur, dum illa Catholico ritu consecratur.*

Sed hoc minime silendum, quod ante biennium pietas superna monstrauit. Arianorum ecclesia inuenit, Gregorius, in regione illius vrbis, quæ Suburra dicitur, cum clausa vsque in biennium remansisset: placuit vt in fide Catholica introductis illic beati Stephani, & sanctæ Agathæ martyrum reliquiis dedicari debuisset: quod factum est. Nam cum magna multitudine populi venientes, atque omnipotenti Domino laudes canentes, eandem ecclesiā ingressi sumus. Cumque in ea iam missarum solennia celebrarent, & præ eiusdem loci angustia populi se turba comprimeret: quidam ex his qui extra sacratium stabant; porcum subito intra suos pedes huc illucq; discurrere senserunt. Quem dum vnusquisq; sentiret, & iuxta se stantibus indicaret; idem porcus ecclesiæ ianuas petiit, & omnes per quos transit in admirationem commouit, sed videri à nullo potuit, quamuis sentiri potuisset. Quod idcirco diuina pietas ostendit, vt cunctis pateſceret, quia de loco eodē immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione missarum recessimus. sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte grauior sonitus excreuit, ac subito tanto terrore intonuit, ac si omnis illa ecclesia à fundamentis fuisset euersa & protinus recessit, & nulla illuc vlterius inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris sonitum, quem fecit, intonuit, quod à loco, quem diu tenuerat, coactus exibat. Post paucos vero dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesiæ nubes cœlitus descendit, suoque illud velamine operuit, omnemque ecclesiam tanto terrore ac suauitatis odore replenit, vt patentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoque & Custodes, & hi qui ad celebranda missarum solennia venerant, rem viderant, ingredique minime poterant, & suauitatem mirifici odoris trahebant. Die vero alio cum in ea lampades sine lumine dependerent, emisso diuinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies expletis missarum solennijs, extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus, post paululum intrauit, & lampades, quas extinctas reliquerat, lucentes reperit: quas negligenter extinxisse se credens, eas iam solicitus extinxit, & exiens ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spatium regressus lucētes lampades, quas extinxerat, iterum accensas inuenit, vt videlicet ex ipso lumine aperte clarescceret, quia locus ille à tenebris ad lucem venisset.

Porcus inuisibilis exit ex Arianorum ecclesia.

Nubes cœlitus descendit super altare.

Lampades diuinitus accensæ.

VI. *De dæmonibus tempore dedicationis Ecclesiæ suo loco electis.*

Coloniæ celebrata Synodo ad dedicationem ecclesiæ à tribus Lotharingiæ Metropolitis, Lintperto Maguntino, Bertulfo, Treuerensi, Willeberto Colonien si, cum ab eis maior ecclesia, quæ est sancti Petri, deberet dedicari præcedente nocte audite sunt voces malignorum spirituum inter se dolentium, & conquerentium, se à possessis diu sedibus debere expelli.

Sigebertus ad an. Dom. 871.

Dedicatio ecclesiæ pellit dæmones.

VII. *De ecclesiæ dedicatione à B. Huberto Leodiensi Episcopo reuerenter admodum facta.*

Sanctus Hubertus, licet vocationis suæ haud nescius, rogatu tamē quorundam illustrium virorum Brabantum perrexit, basilicam noua opere constructam Domino dedicaturus: Cumq; quo rogabatur, vtpote nomen laudemque Domini propagaturus, lętabundus aduenisset, & domum illam, sicuti petebatur, sanctificaturus esset, discipulorum quidam officio præpositus, eius voluntatem atque possibilitatem requiri studuit, dicendo: Visne pater, longe protrahi officij moras, anne succingi? At ille, cuius cor perfectionem semper desideraret: Nil, inquit, remaneat imperfectionis: quin prout vales, & moroſe, & cum integritate cuncta compleantur. Cœpto ergo officio insistens adiunctis presbyteris, & diaconis, nec non omni Ecclesiæ gradu, cum magno illud honore & reuerentia, sicuti & reuera idem officium postulabat, ad finem vsq; perduxit, domumq; illam tam in hostiarum oblatione, quam & sacerdotali benedictione, nec non incensi super aram thurificatione acceptabilem Domino prorsus reddidit. Sciens autem illud potissimum charum esse Domino templum, quod non lapidum diligentia compactum, nec cęmentariorum arte elitum, sed virtutum exercitijs est conspicuum.

In vita eius cap. 11. apud Sur. 3. Nouembr.

Dedicatio Ecclesiæ ad modum reuerenter facta à S. Huberto.

TIT. LXVI. De consecratorum templorum veneratione.

EXEMP. I. *Sacra Basilica quanto in honore olim à Constantino & aliis Christianis habita.*

Ex Breuiar. Rom. Conc. Trident. 18. Nouum. & Baron. to. 3. an. 314.

EXlocis sacris, qui olim apud Christianos veneratione habuerunt, illa celeberrima & frequentissima fuerunt, in quibus condita Sanctorum corpora, vel aliquot Martyrum vestigium aut monumentum esset. In quorum numero Sanctorum locorum in primis semper fuit insignis ea Vaticani pars, quam S. Petri confessionem appellabant. Nam eo Christiani ex omnibus orbis terræ partibus tanquam ad fidei petram, & Ecclesiæ fundamentum conuenientes locum Principis Apostolorum sepulcro consecratum summa religione ac pietate venerabantur. Illuc Constantinus Magnus Imp. octauo die post susceptum baptismum venit, depositoque diademate & humi iacens, vim lacrymarum profudit; mox sumpto ligone ac bidente, terram eruit; indeque duodecim terræ cophinis, honoris causa duodecim Apostolorum ablatis, ac loco Basilicæ Principis Apostolorum designato, ecclesiam ædificauit; quam sanctus Siluester Papa XIV. Cal. Decemb. eo modo quo Lateranensem ecclesiam quinto idus Nouembr. consecrauerat dedicauit, & in ea altare lapideum chrismate deliburum erexit; Atque ex eo tempore sanciuit, ne deinceps altaria nisi ex lapide fierent. Basilicam item sancti Pauli Apostoli, via Ostiensi ab eodem Constantino Imp. magnificentissime ædificatum dedicauit. Basilicas Imperator multis prædiis attributis locupletauit, ac muneribus amplissimis exornauit. Cuius Imperatoris tantus fuit ardor religionis, vt deletis idolorum templis, multas vbique terrarum extruxerit ecclesias; & præcipue Romæ: in quibus fuerunt Basilica sanctæ Crucis ad Hierusalem in agro Sessoriano, S. Laurentij extra muros in agro Verano, sanctorum Petri & Marcellini in via Lauicana, aliæque permultæ.

Constantinus Magn. sacra loca veneratur.

Eccles. Vaticana à Constantino erecta.

Basilica S. Pauli ab eodē erecta.

II. *Theodosius Imp. hostibus ethnicis ad ecclesiam confugientibus, & ibi misericordiam poscentibus propter loci sacri reuerentiam ignoscit.*

D. August. l. 5. de Ciuit. Dei cap. 26.

Theodosius Imperator, accepto prophetico de victoria contra Eugenium tyrannum responso, fide certus eum oppressit, contra cuius robustissimum exercitum, magis orando quam feriendo pugnauit. Victor autem sicut crediderat effectus, inimi eorum suorum filios, quos non ipsius iussu, sed belli abstulerat impetus, etiam nondum Christianos ad ecclesiam confugientes. Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit; nec priuauit rebus, sed auxit honoribus. In neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit;

Ob templi reuerētiam benigne tractat hostes Theodosius.

III. *Quomodo Gothi barbari Romam depradantes sacra ecclesiis, omni usque Christianis ad eas confugientibus pepercerint, & sacra vasa intacta reliquerint.*

Paul. Oros. lib. 7. Rerum

Anno Domini quadringentesimo decimo, Alaricus Gothorum Rex in vrbem Romam ingreditur. Cuius rem gestam sic prosequitur Orosius: Adest Alaricus, trepidam Romam obsidet, turbat, irrumpit: dato tamen præcepto prius, vt si qui in sancta loca, præcipueque ad sanctorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas confugissent, hos in primis inuiolatos securosque esse finerent: Tum deinde in quantum possent: prædę inhiantes, à sanguine temperarent. Accidit quoque, de quo magis illa vrbis irruptio indignatione Dei acta, quam hostis fortitudine probaretur: vt beatus Innocentius Romanæ Ecclesiæ Episcopus, tanquam iustus Loth subactus fuerit à Sodomis, occulta prouidentia Dei, apud Rauennam tunc positus, peccatoris populi non videret excidium. Discurrentibus per vrbem barbaris, forte vnus Gothorum idemque potens & Christianus sacram Deo virginem iam ætate prouectam in quadam ecclesiæ domo reperit: cumque ab ea aurum, argentumque honeste exposceret: illa fideli constantia esse apud se plurimum, & mox proferendum spopondit ac protulit (erant hęc vasa sacra in custodiam accepta quæ haud absque instinctu Spiritus sancti barbaro reuelando putauit) Dūque expositis opibus, attonitum barbarum magnitudine & pondere ac pulchritudine, ignota etiam vasorum qualitate, intelligeret virgo Christi ad barbarum ait. Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt. Præsume, si audes: de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo. Barbarus ad reuerentiam religionis timore Dei, & fide Virginis motus, ad Alaricum hæc per nuncium retulit. Qui continuo reportari ad Apostoli basilicam vniuersa, vt erant, vasa imperauit: virginem etiam, simulque omnes qui se adiungerent Christianos, eodem cum defensione deduci. Ea domus à sanctis sedibus longo (vt fuerunt) & medio interiectu vrbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium, dispositi per singulos singula, & super capita elata palam aurea atq; argentea vasa portantur: exertis vndique ad defensionem gladiis pia pompa munitur: hymnus Deo Romanis barbarisque concinentibus, publice canitur: personat late in excidio vrbis salutis tuba, omnesq; etiam in abditis latentes inuitat ac pulsat: concurrunt vndique ad vasa Christi. Plurimi etiam paganis Christiani professione, si non fide, admiscentur, & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, euadunt, Christiani videlicet. Quanto copiosius aggregantur Romani confugientes, tanto auidius circumfunduntur barbari defensores, &c.

Rom. cap. 9. Baron. to. 5. Annal. an. 10. August. lib. 1. de ciu. c. 1. & 2.

Sacra loca reuereretur Alaricus barbarus.

Alaricus reuertitus vasa sacra reportari iubet.

IV. *Cabaones Libys infidelis loca sacra Christianorum religiose tractans ope Dei Vandalos deuicit.*

Recensēt præterea Procopius Cæsariensis aliud quoque admiratione dignum, quod Deus fecit in hominibus, non illis quidem sacris nostris initiatis, sed qui tamen nō tum quę sancta essent, facere delegissent. Scribit namque de Cabaone quodam Maurorum, eorum qui circa Tripolim sunt, duce Cabaones.

Niceph. Callist. hist. Eccles. lib. 17. cap. 11.

baones igitur iſte (illius enim qui hæc perquam luculenter commemorat, verbis vtar) poſtquam Vandalos bellum aduerſum ſe moueri audiuit, hæc fecit. Primum ciuibus ſubditiſque ſuis præcepit, vt ab iniquitate omni & cibo, qui ad delitias faceret, abeſſent, omniumque maxime ſe à congreſſu mulierum abſtinerent: & binis caſtris poſitis, in alteris quidem ipſe cum viris in armis fuit, in alteris autem mulieres incluſit, mortis ſupplicium minatus, ſi quis fœminarum vallum ingreſſus eſſet. Sub hæc exploratoribus Carthaginem miſſis mandauit, vbi Vandali in expeditione militari in templum Chriſtianorum aliquot per iniuriam cõtumelioſe quidquam facerent, vt ipſi quidem, ſi ea fierent, ſpectarent: poſtquam autem Vandali ex eo loco deceſſiſſent, diuerſa & contraria omnium in delubrum id, vnde illi abiiſſent faceretur. Illud etiam eum dixiſſe ferunt, ſe quidem Deum, quem Chriſtiani colerent, ignorare: conſentaneum vero & par eſſe ſiquidem, quod diceretur, fortis potenſque eſſet, vt quum contemptores numinis ſui vleiſceretur, tum cultores tueretur. Itaque ſpeculatores, poſtquam Carthaginem venerunt, per otium ibi quieuere, Vandalorum apparatum belli ſpectantes. Vbi vero exercitus eorum Tripolim verſus iret, viliori habitu ſumpto, ſubſecuti ſunt. Porro Vandali die primo in Chriſtianorum templis manſerunt: & inductis in ea equis & iumentis aliis, nihil de iniuria contumeliaque aliqua reliqui quidquam fecere. Et laſciuia libidineque ſua vſi, ſacerdotibus quos arripuiſſent, colaphos impegerunt, & plagis multis in tergo affecerunt, ſubſeruirique eos ſibi coegerunt. Poſt quam vero celerrime inde diſceſſerunt, Cabaonis exploratores, quæ ipſis mandata erant, facere. Templa namque confeſtim repurgarunt, & purgamentis aliiſque rebus, quæ ibi minus ſanctæ poſitæ erant, cum cura & diligentia electe omnia diſpoſuere, lucernas omnes incendere, ſacerdotes veneratione ingenti coluere: & humanitate omni alia proſequuti ſunt.

Cabaonis Maurorum ducis prudentia aduerſus hoſtes.

Vandali in Orthodoxos & eorum templa contumelioſiſſimi.

V. *Theodoſius Imp. edita lege, qua vetat ne quis armatus ingrediatur templum, modeſte reuerenterque ſeruari.*

His præferendum erat illud de Theodoſio Minore, qui propenſo admodum fuit in eccleſias ſtudio eaſque magna eſt reuerentia proſequutus: nam præter publicam legem, qua ſanciuit, vt omnes Imperii ſubditi templa reuererentur, de ſe ipſo ita loquitur: Nos, qui legitimi imperii armis nunquam non circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non conuenit, Dei templum ingreſſuri foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema, regiæ maieſtatis inſigne, humiliter deponimus, & ſacra altaria munerum tantum offerendorum cauſſa accedimus, quibus quoq; oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus, nec quidquam ex propinqua diuinitate nobis arrogamus.

Conc. Epheſ. edit. Celt. to. 2. cap. 21. Baron. to. 5. an. 398.

Armato nõ licet ingredi eccleſiã.

VI. *De aqua fluminis exundantis, qua apertum templum non eſt ingreſſa.*

Anno Domini 589. Veronæ Atheſis amnis ita creuit, vt aqua ad ædem D. Zenonis peruenerit. Quod pro inſigni miraculo S. Gregorius ſcripſit: Authari ipſo Rege ſpectante, aqua apertis templi ianuis ingruens, templum tamen ipſum non iniit; & paulatim creſcens vſque ad feneſtras, quæ proximæ tecto erant, euaſit. Qui vero in templo remanſerunt, cum elabi inde non poſſent, aquam tamen ad ianuam templi venientes hauriebant: neq; quæ eleab eius impetu aliquid noxiæ accipiebant. Ea ædes fuit, quæ hodie in ripa Atheſis ſita Oratorium S. Zenonis vocatur. Templo ipſo incolumi, tamen muri vrbis vi aquæ multis in partibus prociderunt.

Ex Greg. Carol. Sigon li. 1. de Regno Ital. ad an. 589.

Templo reuerentiã exhibet aqua. Ea ædes mentum.

TIT. LXVII. De ſacrorum templorum profanatione.

Antiochus Rex ob profanatum templum Hieroſolymitanum variis malis ac doloribus affectus miſerrima morte interiit. Heliodorus theſauros templi diripiens, diriſſime ab Angelis flagellatur, 2. Machab. 3.

1. Mach. 1.

Alcimus percipiens deſtrui muros domus ſanctæ interioris admirabili plaga repente interiit.

1. Mach. 9.

EXEMP. I. *De vindicta diuina in vaſtatores templi S. Iacobi Apoſtoli Compoſtellani.*

CIrca annum Domini 963. Pelagius Comitis Roderici Velaſquii filius, ex ucenſi familia factus eſt Compeſtellanus Epiſcopus, qui cum ſeculari potentia & natalium fretus multa gereret officio ſuo indigna, & maiores ac ſeniores honoribus moueret ac deprimeret, iuniores atque indignos ſublimaret, à Veremundo, quem Galliciæ proceres Ordonio infenſi Regem ſibi conſtituerant, Epiſcopatu pulſus eſt, atq; in illius locum ſubrogatus Petrus à Monſorio Abbate, quod ante altaria vocabatur à beato Suſuando conſtitutum. Hic Epiſcopus tanta vitæ ſanctitate, tam religioſis moribus præluxit omnibus, vt Veremundus eius virtutibus cõmotus, Compoſtellanæ Eccleſiæ, quidquid aliorũ Epiſcoporũ temporibus amiſerat, præceperit reſtitui. Interea Rodericus Velaſquus pater Pelagii Epiſcopi cũ cæteris conſulibus huius prouinciæ, Saranos cum duce eorum Armanzore in Galliciã euocarunt. Qui Compeſtellani profecti maiorem partem parietis eccleſiæ S. Iacobi diruerunt, intacto tamen ſacratiſſimo eius altari. Cæterũ Apoſtolus, ne ſe tantum ſcelus inultũ abſtuliſſe gloriaretur, tanto eos dyſenteriæ morbo percuſſit, vt plurimis morbo cõſumptis, pauci in patriã reduces fuerint. Almanzor vbi tantam ſuorum vidit cladem,

Io. Vaſæus in Chro. Hiſp. an. 691. Michael Rit. Neapol. li. 2. de Regibus Hiſp.

Templum S. Iacobi diruentes puniuntur.

suos dicitur consuluisse, quisnam ille esset internecionis autor. Qui responderunt vnum ex discipulis filii Mariæ virginis ibi sepultum. Quo ille audito, pœnitentia rerum gestarum ductus fugam quam maxime potuit, accelerauit. Sed in itinere repentino correptus morbo, apud Medinam Cœli, vbi sepultus est, animam in sinum Mahometis infeliciter tradidit. Rex continuo pietate motus Compostellam venit, & Ecclesiam Apostoli diutam, Petro Episcopo adiuuante restauranit.

II. *De Gunderico Rege, qui cum meditaretur templum Dei profanare, à dæmone corripitur.*

Chron. Sigeber. 429. Templum inuadens à dæmone corripitur.

Anno Domini quadringentesimo vigesimo nono Gundericus Rex Wandalorum capta Hispali cum impie elatus manus in ecclesiam ipsius ciuitatis extendisset mox Dei iudicio à dæmone correptus, interiit: Cui Genfericus frater in regno succedens, regnauit annis quadraginta octo. Hic, vt fertur de fide Catholica in Arianam sectam apostauit.

III. *Ob vim templo Dei illatam arripiuntur milites à dæmone.*

Greg. lib 1. de glor. mar. c. 105. & Baron. tom. 7. Annal. S. Vincentii templum à militibus incenditur.

Quid præterea Chilperici Regis furore grassantis tempore acciderit militibus, qui basilicã S. Vincentii martyris in regione ea positam inuaserunt, audi eundem Gregorium ista narrantem his verbis: Tempore autem illo, quo contra Gundebaldum commotus exercitus ad Conuenientem vrbem directus est, ab huius hostilitatis multitudine basilica S. Vincentii martyris vallatur tota: etenim in ea plebs omnia rerum suarum præsidia confidens de reuerentia martyris, quod nullus ea præsumptione temeraria auderet attingere; & obseratis ostiis se ab intus cum rebus incluserat. Circumdantes autem hostes, cum aditum, per quem ingrederentur, inuenire non possent, ignem ostiis ædis subiiciunt quem diu multũq; succedentes, nõ apprehendebant valuæ, donec impulsu securium cõminutis, ingressi sunt, dirigientes res populumq; incluſum in ore gladii trucidantes. Sed non diu hæc remanserunt inulta: nam alii à dæmone correpti, nonnulli in flumine Garumnæ necati, multi etiam à frigore occupati diuersis in partibus diuersorum morborum genere vexabatur. Nam vidi ex iis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti scelere grauiter cruciari, & vsque ad vitæ præsentis amissionem intolerabilium dolorum cruciatu torquen. Multi enim ex his confitebantur, se iudicio Dei ob iniuriam martyris, fuisse morti pessimæ destinatos. Ecce quantum Deus præstet martyribus suis. Ecce qualibus eosdem laudibus Christus Dominus bellorum fidelium inspector honorat: Ecce quantum præstet ipsius nominis dignitas Christiani, si non Gentilium more aut inhiemus cupiditati aut luxuriæ seruiamus.

Invasores Ecclesiarum misere percunt.

IV. *Vt pœnas luit Alex. Imp. ob irreuerentiam sacro loco exhibitam.*

Aretas Cæsariensis Archiepiscopus dum agit de prauorum hominum cõsuetudine, testatur Alexandrum Imp. ob diuinitati & locorum sacrorum cõtemptum ira Dei sic confectum. Cætera quidem, inquit, videor mihi missa facturus quæcunque cõtumeliosus ille in sanctos viros effecit; eaque commemorabo tantummodo, vnde pulcherrime existimo, mimorum eius peruersitatem declaraturum. Mos erat Regibus Christianorum, qui idem illis communis est cum omnibus Christianis, vt quotiescunque Dei basilicas ingrediuntur, aperto eas capite ingrediantur: quem quidem Paulus ipse Apostolus primus induxit, atque omnibus in Christiana Republica obseruandum mandauit. Hunc morẽ cum sapientissimi videlicet ille familiares Alexandri atq; optimi viri sustulissent, persuaserunt homini, Alexandro scil. crassæ cutis de tuillo genere tantum non grunnienti (cui enim, quæso, æquius comparari ille poterat quam sui Bæoticæ) vt cooperto capite in loca sacrosancta ingrederetur. Quã quidem disciplinam ille cum admisisset, atque ad maiora etiamnum perdiscenda facinora se paratum præberet, nimirum pulchre ille quoque consecutus est casus. Etenim vbi hominem sic persuasum illum introduxere, & violacei coloris amictum tectum sacræ mensæ dimouerat, magno suo dedecore, confestim illi post facinus istud tam audax, mente captus est, nec ex ea die in sua potestate amplius fuit. Nam & audacissimum, non tamen omni ex parte reprehendendum facinus maiori mox ac pernitiosiori alio cumulauit. Cum enim statuis iis, quæ in Hippodromo sunt, solitum Baccho sacrificium fieri fecisset, sane meritam eius rei mercedem illico reportauit. Siquidem is nondum peractis sacrilegiis, miserabiliter sublimis intra cubiculum suum est asporatus. Casu nihilo mitiore, quam fuit ille Herodis, qui cum Iacobum Zebedæi filium in gratiam eorum, qui Christum occiderant, interemisset ac Petrum ipsum Apostolorum principẽ simili modo fuisset adortus, meritum ipse quoque facinoris sui præmium est cõsecutus; quippe qui in maxima, quæ ad diem solennem hominum frequentia conuenerat, regio satellitum comitatu subnixus, summo cruciatu, scarentibus vndiq; eius corpore vermibus, decessit è vita. Grauiter fœdeque illius corpus fœtebat, præterea mirandum in modum intumuerat; accesitq;, neq; solita viris piis post mortem adhiberi exequiarum iusta ei persoluta fuere: neq; regia exhibita à magistratibus pompa, præter paucissimos quosdam, eosdemq; contemptissimos, qui cuilibet etiam de vulgo solitum officium præstituri fuissent. Quid vero eius consilii primarii auctores, maximeque, illa circumcirca nefariũ caput palpitans cauda? Aliorũ iam exitum vidimus, quorum memoria cum sonitu periit. Aliis etiam ex propinquo iam imminere videbimus.

Extat apud Aloy. to. 3. & Baro. to. 10. an. 912. Irreuerentiæ loco sacro exhibitæ pœna.

Act. 12. Alex. Imp. funus infaustum.

V. Phi-

V. *Philippus Franc. Rex ob vim templis illatam cum toto exercitu per muscas castigatur.*

Hieron. Sur. lib. 4 de re Hisp. c. 69. apud Ribad. lib. 1. de Prin. c. 17.

Cum Philippus Galliæ Rex bello in Petrum Regem Aragonum moto Gerundam cepisset; eius milites, qua erant insolentia, vi templis illata sancti quoque Narcisci, patroni & tutoris illius vrbis sepulcrum diruperunt. Sed inde egressa muscarũ inaudita forma & magnitudine examina, & magno impetu in multitudinem inuolantes sic terruerunt, & acutis & venenatis morsibus vulnerauerũt, vt intra paucos dies hominum plus quadraginta, & equorum plus viginti quatuor millia ea pestis absumpserit Quin etiam Petrus ipse Aragonum Rex in epistola ad Sanchium Castellæ Regem data, scribit, equos ad quadraginta millia periisse. Neque multo post Rex ipse Galliæ mortuus est Perpiniani. Ex hoc tristi euentu abierunt in prouerbium: *Musca S. Narcisci*, vt suis in Martyrologium annotationibus obseruauit Cæsar Baronius.

Muscæ templi violati vindices.

Prouerbium.

VI. *De pœna violantium ecclesiam, & reliquias S. Alexandrini martyris.*

Eutrop. l. 17. rerum Rom. Nicep. Gall. lib. 18. c. 28.

Anno decimo octauo Imperii Mauritii, Caianus cum barbaro exercitu suo Dirizeperam venientes, ciuitatem depopulati sunt, & S. Alexandrini martyris ecclesiam incenderunt, sepulcrumque illius. Sed & iniuriis quoque martyris corpus afficiunt, multamque in Thrace prædam capientes, epulabantur splendide contra Romanos elati. Deus autem vindictam martyris faciens, Alexandri, pestilentiam languoris barbaris intulit, & in vno die septem filios Caiani perfebrim & inguinariam passionem occidit, vna cum aliis turpibus multis, ita vt post triumphale gaudium cum carminibus & canticis, lamentationes, lacymæ, & luctus sine consolatione possideret barbaros.

Pestilentia ob illatam templo & reliquias iniuriam.

VII. *De Hunnis ecclesiarum incendiariis; qui mox diuinam in scelerus senserunt vltionem.*

Ex Adamo hist cap. 46. Baro. to. 10. Annal. ad An. Christi 619.

Redemptor anno nongentesimo decimosexto, indictione quarta, Vngaris siue Hunnis Saxonum Ecclesiam deuastantibus; inter alias Bremensem comburentibus; diuina sunt ostensa aduersus incensores prodigia, cum Hogero successisset Reginuardus, cuius tempore hæc contigisse Adam sic enarrat: In diebus illis grande miraculum fertur à posteris Bremæ contigisse. Vngaros scilicet incensis ecclesiis, Sacerdotes ante altaria trucidasse: Clerum vulgo mixtum aut impune occisos, aut ductos in captiuitatem. Tunc etiam cruces à paganis truncatæ ludibrio habitæ, cuius signa furoris vsque ad nostram ætatem durauerunt. Sed Deus zelotes, cuius passio ibi derisa est, incredulos abire non passus est multos. Nam subito & mirabilis orta tempestas à semicremis ecclesiæ tectis scindulas eleuauit, quas in facies atq; ora paganorũ rotans, dum fugæ præsidium quærunt, aut in fluuium præcipitari compulit, aut in manus ciuium concluſit.

Bremensis Ecclesia quid ab Hunnis passa & quid ipsi ab ea.

VIII. *S. Balteri Ecclesia in Anglia à tyranno succensa numine diuino vindicatur.*

Mat. Vuest monast. apud Baron. tom. 10. an. 951.

Amalaphus tyrannus in Anglia cum adeo inualuisset, vt eius regni partem dimidiam possideret, alteram Eadmundus legitimus Rex teneret: vbi aggressus est incendio tradere Ecclesiam sancti Balteri, mox numine vindice, repentina morte percutitur: quo absque armis factum, vt vniuersa Angliæ monarchia pius Rex potiretur Eadmundus.

IX. *De horrenda vltione hæretici locum sacrum irridentis, & de eo equorum stabulum facientis.*

Greg Tur. lib 1. de gloria mart. c. 25

Quidam ex hæreticis Deum non metuens, neq; venerationem præstans cuidam piscinæ in Lusitania insigni quodam miraculo illustratæ, quod Dominus ad corroborandam suorum fidem præstare dignatus erat, venit cum turba equorum, solutisque impedimentis iussit in basilicam poni, equitibusq; in ea præsepia præparari, irridens miser quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte prætereunte, à febre corripitur, ac pene exanimis, & tardius quam debuerat pœnitens, exclamat, equites ab æde expelli: erat enim is sub Rege licet, magna tamen in illa regione potestas: Expulsique à basilica sancta equitibus, ad se reuersus, cœpit dentibus proprium lacerare corpusculum, nec prorsus retineri à suis ob nimiam poterat debacchationem: tandemque oppressus, inter suorum manus spiritum exhalauit. Denique Theodegesilus huius Rex regionis, cum vidisset hoc miraculum, quod in his sacratis Deo fontibus gerebatur, cogitauit intra se dicens; qua ingenium est Romanorum (Romanos etiam vocitant homines nostræ religionis) vt ita accidat, & non est Dei virtus. Veniens vero ad annum sequentem, ostium sigillis suis, cum Episcopi sigillo munuit: posuitque custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere possit fraudis alicuius conscium, per cuius ingenium in fontibus aqua succederet. Similiter & alio fecit anno. Tertio vero conuocata virorum multitudine fossas in circuitu basilicæ fieri iussit, ne forte dolis occultis lymphæ deducerentur in fontem. Fueruntq; fossæ in profundo vicenum quinum pedum, latitudine vero quindecenum. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro huius inquisitionis temeritate, anni sequentis diem, quo hoc mysterium celebratur, videre non meruit, eo quod arcanum virtutis diuinæ inuestigare præsumpsit.

Hæreticus impietatem luit.

Catholici dicuntur Romani ab hæreticis.

Incredulus patitur.

X. *De vindicta in Guillelmum Angliæ Regem ob ecclesiam in saltum ab eo conuersas.*

Baron. to. 11. an. 1087. ex Guillelmo Bibliothecario.

Anno Domini milleſimo octogesimo septimo Guillelmus I. Rex Angliæ in regnum Franciæ grassatus in odium Philippi Regis, non pepercit ecclesiis, quæ repertæ sunt in Madantensium ciuitate, quam incendio concremauit. Quo facto mox offensum numen sensit vltorem, illum acerbissimo

dolore

dolore ad obitum vsque conficiens. Verum sapiens Leros in futurum sibi, multisque commoda facere non distulit, omnesque thesauros suos ecclesiis & pauperibus, Deique ministris distribui præcepit: Clero Madantensi supplex ingentia dona misit, vt inde restaurarentur Ecclesiæ, quas combusserat. At licet pœnitenti Regi Deus, vt pie credendum est, culpam peccatorum dimiserit, pœnam tamen est prosecutus & in ipsum, & in filios, & nepotem, peccatis istius, de quo sic Guillelmus: Locus est, inquit, quem Guillelmus pater, hic quo de agimus, desertis villis, subrutis ecclesiis, per triginta & eo amplius milliaria in saltus & lustra ferarum redegerat, infando prorsus spectaculo, vt vbi ante, vel humana conuersatio, vel diuina veneratio feruebat, nunc ibi cerui & capreoli, & cæteræ illud genus bestiæ petulanter discursitent, nec illæ quidem mortalium vsibus communiter expositæ. Cuius rei causa, patre adhuc viuente Richardus filius dum ceruos ibi veneratur, ex tabido aere morbũ incurrit quo & defunctus est: post obitũ vero ipsius Regis, in eadem sylua Guillelmus filius, & nepos seuero Dei iudicio, ille sagitta pectus, iste collũ traiectus, vel vt quidam dicunt, arboris ramusculo, equo pertranseunte, fauces appensus.

Dira vltio ob Ecclesias in syluam conuersas.

XI. *Frustra tentant infideles sacra Christianorum templa demoliri.*

Idipsum alio exemplo ab ipsis nascentis Christi Ecclesiæ initiis manifestum faciemus: Erat Archiepiscopus Apostolorum discipulus vitam degens in Chersopa in Chonensi Asiæ regione: viri sanctitatem exosa gens incredula non modo templum, quod ille sacrosanctis sacrificiis, mysteriisque frequentabat, demoliri constituerat, sed & fontem templo proximum, cuius aquis ille omnia morborum genera curare consueuerat, alterius cuiusdam profani fluuii aquis obruere satagebat; vt & templi, & sacri fontis memoria aboleretur: de der uando igitur fluuio Chryso in vtrumque locum consuluerunt, defossoque ingenti aluco, vt eius ductu fluuius in templum, ac fontem irrumpens omnia perderet; sed contra actũ est, nulla loci pronitate is Chrysus fluuius vnquam adduci potuit, vt in sacrum illum locum irrumperet: quin potius in contrariam partem erupit, longissime ab vtroq; profluens.

Ex Simone Metaph. Lippoman. tom. 6. 5. Septemb.

XII. *Ecclesiam sanguine noxio Deus non permittit aspergi.*

Anno Redemptoris Millesimo octogesimo quarto Roma post obsidionem triennalem ab Henrico Rege diuersis modis tentata, tandem capitur non ferro, sed auro; Henricus autem ad suum suorumq; præsidium muniuit montem Auentinum. Accidit dum ipse vna cum suis ibi se contineret, ibique positus frequentare soleret ecclesiam sanctæ Mariæ, in qua orarer: cuidam ignoto homini parandi necẽ ipsi, ex loci opportunitate occasionem datam fuisse, nempe, vt prægrande saxum pararet, quod super caput Imperatoris deorsum mitteret. Sed quod Deo semper inuisum ac detestabile fuit, cuiuscunq; sanguine quantumlibet noxio ecclesias inquinari, sceleri minime fauit, sed extitit vltor, effecitq; vt qui saxum pararet, vna cum saxo deorsum cadens occumberet. Quem in gratiam Regis populus per deuia tractum in frusta discerpsit.

Ex o. Annal. tom. 11. an. 1084. 3. 4.

Templum Dei sanguine humano nefariam aspergendi.

XIII. *De vltione diuina in eos, qui ecclesias in munitiones & castella conuerterunt.*

Anno Domini 1144. flagrante bello ciuili in Ecclesia Anglicana, diuina vltio aduersus profanatores ecclesiarum multipliciter est demonstrata. Res tunc gestas sic narrat Rogerius: Mense autem Augusti miraculum iustitia sua dignũ virtus diuina monstrauit. Duos namq;, qui monachis euulsis ecclesias Dei conuerterant in castella, similiter peccantes simili pœna mulctauit. Robertus namque Marmium vir bellicosus hoc in ecclesia de Cõuentre peruersus egerat. Porro Gaufredus in ecclesia Ramesiensi scelus idem patrauerat. Insurgens igitur Robertus Marmium in hostes, inter ingentes suorum cuneos coram ipso monasterio solus interfectus est, & excommunicatus morte perenni deperiit. Similiter Gaufredus Consul nouus inter acies suorum consertas à quodam pedite vilissimo solus sagitta percussus est: & ipse quidem vulnus videns. Post aliquot dies tamen ex ipso vulnere excommunicatus occubuit. Ecce Dei laudabilis & omnibus sæculis prædicanda eiusdem sceleris eadem vindicta. Dum autem ecclesia illa pro castello teneretur, ebulliuit sanguis à parietibus ecclesiæ & claustri adiacentis indignationẽ diuinã manifestauit, sceleratorũ exterminationẽ denuntians. Quod multi quidẽ viderunt, & ego ipse quidẽ meis oculis inspexi. Quia igitur improbi dicebant Deum dormire, excitatus est Deus & in hoc signo, & significato. Eodem quippe anno & Arnulphus filius Gaufredi Consulis, qui post mortem patris ecclesiam incastellatam retinebat, captus est, & per hoc exulatus: & princeps militum suorum in hospitio suo ab equo corruens, effuso cerebro expirauit. Princeps autem peditum suorum Reimerius nomine, cuius officium fuerat frangere ecclesias, vel incendere, dum mare cum vxore, sua transiret. multi perhibuerunt, nauis immobilis facta est. Quod monstrum nautis stupentibus, sorte data vel causam inquirentibus, res cecidit super Reimerium. Quod cum ille nimirum toris contradiceret viribus, secundo & tertio sors iacta in eum deuenit: Positus igitur in scapha est, & vxor eius, pecunia sceleratissime acquisita: & statim nauis cursu velocissimo, vt prius fecerat, mare sulcat. Scapha vero cum nequissimis subita voragine circumducta in æternum absorpta est.

Ex Annal. Rogerii Ba. ro. tom. 11. ad an. 1144. 9. 10.

Manu neutiquam aspergendi.

Ecclesiæ in castella non sunt conuertendæ.

Sanguis à parietibus ebulliens quid portendat.

Prodigium horribile.

TIT.

TIT. LXVIII. De immunitate seu libertate Ecclesiastica.

Nicanor Deum sperans, & iurans se templum Domini Libero patri dicaturum, nisi traderetur Iudas, qui ibi erat, interficitur.

4. Mach. 24. Aliud supra illatum de Heliodoro.

EXEMP. I. *De Bonifacio Comite ab Aug. sacris interdicto, ob extractum è sacro loco virum sceleratum.*

2 Mac. c. 3. D. Aug. ep. 6. in append.

DAuguſtinus Bonifacium Comitem agentem cum Gothis in Africa, Ducem exercitus, quod confugientem ad eccleſiam inde abſtrahi iuſſiſſet, grauiter reprehendit: Miror, inquit, quomodo tam ſubito fidei murum aries ſuperit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtante, frater, hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiuus; poſſet procul dubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur, cur Deus offenditur; Sed ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonoſor Regem intende, qui cauſa ſuperbiæ in bouem eſt ex homine cõmutatus. Non vt confundam te, hæc ſcribo, ſed vt filium meum cariſſimum moneo. Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio vero domus tuæ à clericis ne ſuſcipiatur, indixi: communionemque tibi interdico, donec peracta pro auſibus vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore condonato, pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.

Eccleſiæ immunitatem violatam grauiter reprehendit Auguſtin.

II. *De libertate Eccleſiaſtica à Phoca imperatore violata.*

Ex Theopha. & Cedren. Annal. Baro. tom. 8. Annal. ad annum Chriſti 606.; Eccleſiæ libertatem violat Phocas Imp.

Anno Domini ſexcenteſimo ſexto, & anno Imperii Phocæ quarto, Scholaſticus eunuchus, vir religioſus palatii, Conſtantinam dominam, olim Auguſtam, coniugem Mauritii Imperatoris cum tribus filiabus eius accipiens ad magnam eccleſiam confugit, conſilio Germani Patricii deſiderantis Imperium. Fit igitur ſeditio magna in vrbe, Germanus autem Dimarcho Praſinorum talentum auri miſit, vt cooperaretur ei: priores autem vulgi id admittere noluerunt. At vero tyrannus in eccleſiam ad abſtrahendum mulieres deſtinauit. Sane Patriarcha Cyriacus tunc reſtitit tyranno, minime paſſus è templo tyrannice abduci mulieres. Verum iuramentis certo eo reddito à Phoca, quod non læderet eas, educuntur è templo, & claudunturin monaſterio.

III. *De militibus Ardaburii diuinitus territis & repreſſis, dum S. Marcelli monaſterium vexarent.*

Ex actis Marcel. Archimandritæ apud

De Ardaburii & Aſparis, quæ erat in illo tempore potentia, nihil eſt dicendum, neque de crudelitate æquali potentiæ atq; adeo maiori (erant ambo Ariani potentiſſimi, vtpote longo tempore militiæ præfecturis inſigniti, ipſi quoque Imperatori timendi) Hic ergo qui adeo potens erat & crudelis Ardaburius iraſcebatur cuidam ex iis qui erant in eius poteſtate, nomine Ioanni. Ille vero omnibus aliis, atque adeo ipſo Imperatore prætermiſſis, vt qui non eſſent ſati potentes, vnum nouit refugiũ, Marcelli tabernaculum, ipſum videlicet Acœmetarum cœnobium: & id ſubit, & in eo latet, tanquam ſub aliquo tuto propugnaculo. Ille autẽ cum reſciuiſſet, petebat (ad ipſum mittens) hominem ſibi tradi. Cum vero non obtemperaret, cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit; miſſiſq; militibus, & qui viribus valebant (erant multi numero) iuſſit quærere eum qui confugerat, & ſi non pareret, vti armis. Atque ille quidem cum ſic iuſſiſſet, eos dimiſit. Illi autem profecti & verbis, vti iuſſi erant vſi; quoniam non parebat, monaſterium circumſidebant: hæc facta ſunt veſpere. Magnus vero Marcellus rogauit eos, an vellent manere, & ſe iis dixit alimenta daturũ. Cum autem nox aduentaſſet, qui foris quidem erant, enſes iam quatiebant terribiliter. Monachi autem hæc videntes & audientes, Sanctum circumſiſtentes, pro enſibus eum verbis feriebant: Quid ergo, dicentes, tibi omnes propter vnum peribimus? idque morte violenta & acerba? Et tuis filiis erit tibi præferendus externus. Et tibi à fundamentis cum templo peribit monaſterium? Non dimittes, non cito præbebis eum, qui quæritur, qui malis huc peruenit pedibus? Cum ſic per totam noctem eum & hoſtes & amici etiam acriter inuaderent; tempuſque fruſtra contereretur, & ſupplex non traderetur; mane autem ſtatuiſſent milites vti gladiis, & iam eſſent aggreſſuri: tunc Chriſti athleta ſuam obiecit potentiam. Eis vero præter opinionem apparet aduerſaria, non phalanx quidem, ſed diuina quædam & cœleſtis potentia in orbem ab igne circumſcripta & arma inexpugnabilia, nempe Crucis Chriſti imaginem in medio ferens, longe magis refulgentem quam ignis qui erat circumeirca. Hæc ergo terribilis potentia, quæ apparuerat, ex ipſo faſtigio monaſterii emittebat grauia tela aduerſum milites, quæ quidẽ erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non ſolum non reſiſtere, ſed nec ea quidẽ contra intueri poſſent: gladios in terrã proiecerunt, & ipſi ceciderunt & voces ad Deum placandum accommodatas; prout quiſq; poterat, emittebant. Quas cum hi qui intus erant ſenſiſſent, canere cœperunt, & fuerunt ipſi quoq; teſtes miraculi quod euenerat præter opinionem. Hoc effecit, vt crudeliſſimus Ardaburius ſuorum morum obliuiſceretur; & cauſa fuit, vt præter ſententiã benignus videretur, ira in Ioannem remiſſa. Huius rei occaſione factum putat Baronius, vt Leo Imperator egregiam hanc ſanctionem de immunitate confugientiũ ad eccleſiam hoc ipſo anno promulgauerit, ita reſcribens ad Erythreũ Præfectũ Prætorio: Præſenti lege decernimus per omnia loca valitura (ex-

Metaph. & Sur. 29. Decemb. c. 35.

Cœnobia aſyla afflictorum.

S. Marcelli monaſterium ab hoſtib. obſeſſum.

S. Marcelli conſtantia pro liberate eccleſiæ.

Potentia cœleſti terrentur milites.

Libertatis Eccleſ. lex.

cepta hac vrbe regia, in qua nos diuinitate propria degentes, quoties vsus exegerit; inuocati, singulis causis atque personis præsentanea constituta præstamus) nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint, de sacrosanctis Ecclesiis Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas: nec pro his venerabiles Episcopos, vel religiosos Oeconomos exigi, qui ab ipsis debeantur.

L. 6. C. De his, qui cõfugiunt ad eccles.

IV. *De militibus Stiliconis ob violatam eccles. immunitatem in templo laniatis à leopardis.*

Trecentesimo nonagesimo sexto Christi anno, cum consulatus sui tempore Imperator Honorius in vrbe Mediolanensi Lybicarum ferarum exhiberet munus, populo illuc concurrente, data copia est missis militibus ab Stilicone Comite, hortatu Eusebii Præfecti, vt Cresconius de Ecclesia raperetur. Quem confugientem ad altare Domini, sanctus Episcopus cum clericis, qui in tempore aderant, defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, quæ duces suos habebat de perfidia Arianorũ, præualuit aduersus paucos, atque ablato Cresconio, exultantes ad amphitheatrum reuerterunt, ecclesiæ luctum non modicum relinquentes. Nam sacerdos prostratus ante altare Dei factum diu fleuit. Sed in tempore, cum reuertissent & renuntiassent eis à quibus fuerant destinati milites: dimissi leopardi, saltu celeri ad eundem locum, in quo sederant qui de ecclesia triumphabant, ascendentes grauiter laniatos reliquerunt. Quod vbi vidit tũc Stilico Comes pœnitentia motus est, ita vt per multos dies satisfaceret sacerdoti. & illæsum quidem illum, qui ablatus fuerat dimiserat: sed & quia grauissimorum criminum erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exilium destinatur, non multo post indulgentia prosequente.

Paulin. in vita S. Ambros. Baron. to. 5. anno 396.

Eccles. immunitatem violantes diripiuntur.

Stiliconis pœnitentia.

V. *Quidam Dux abstrahens Almum Ladislai filium à templo horrende punitur.*

Anno Redemptoris millesimo nonagesimo quinto obiit Ladislaus Rex Vngariæ, quem Vngari sanctum esse volunt. Reliquit autem duos fratres Almum & Colomannum. Almum Regem destinat Pressius quod Colomannus sanguinarius esset: Almus tamen iure primogenituræ fratrẽ præferens, Ducatum accepit. Hic Rex factus Almum persequi sæpe tenebat: sed illos semper Principes conciliauerunt. Tandem confirmata per Imperatorem inter eos pace, Rex cepit Ducem Almum, filium eius Belam infantulum, & excæcauit eos: Sed Belam infantulum præcepit castrari. Satelles autem timens Deum, catellum castrauit, & testiculos eius Regi præsentauit. Idem Rex plures nobiles excæcauit, postea cœpit ægrotare vsque ad mortem, & consilio habito fecit apprehendi Ducem, ne forte sibi succederet etiam cæcus. Præsensit Almus, profugit in monasterium, & manu altare comprehendit. Benedictus a quidam à rege missus sacrilegas manus in eum iniecit: & dum conaretur eum extrahere diuulsa est manus ducis, & infectum altare sanguine. Territus sacrilegus equum conscendit exiens & in via cadens de equo, ceruice fracta, expirauit, ac à canibus voratus est.

Ian. Nauclerus, vol. 2. Chronographiæ gener. 37. an. 1095.

Dux violan. eccles. ſtaſticam immunitatem De mortẽ horrende luit.

VI. *Libertate Ecclesiastica violata ob captiuum à Veremundo Episcopo, cessant è cœlo pluuiæ.*

Circa annum Domini millesimum, Veremundus II. Legionis & Asturiarum Rex à susurrone deceptus præcepit capi Gudesteum Episcopatum Onetensem; sed vt tantum nefas non procederet impunitum, facta est siccitas magna in terra, ita quod totus populus ciborum penuria arctabatur. Cumq; quibusdam fuisset à Domino reuelatum, famem propter iniuriam Episcopi accidisse, & Regi esset reuelatio intimata, confestim absoluit Episcopum, & per Semenum Asturicensem Episcopum: cum Rex Episcopum commendauerat, fecit restitui Gudesteum, & statim Dominus pluuiam voluntariam segregauit, & terra attulit fructus suos. Tunc Rex Veremundus corde compunctus ecclesiam Beati Iacobi, & cetera loca quæ Almanzor profanarat diripiens, prout potuit, restauraui[t], bonis operibus, & eleemosynis iam intentus de cõmissis cum consilio p[rælatorum] pœnitentiam agere satagebat, & in villa quæ est in Berizo, moritur & sepelitur.

Roderic. Tolet. de rebus Hisp. lib. 5. c. 17. & 20. Vasæus ad an. 982. Albert. Crantz. lib. 5. hist. Sued. c. 21. Iura eccl. violanti sterilitas in regno Veremundi Regis pœnitentia.

VII. *De pœna Marchionis Misnensis ecclesiasticam libertatem violantis.*

Matrona quædam Misnensis diœceseos ex villa Pretzendorff prope Fribergam, nostra hac tempestate dæmonio arrepta, ad sepulcrum diui Bennonis adducta, cum nullis dæmon exorcismis ab ea fugari posset, indura est tandem diui Bennonis casula, & datus in manu baculus pastoralis, quo facto, exclamauit dæmon: Nunc tempus est vt egrediar, relinquam tamen hospitæ meæ signum, quo mei perpetuo meminerit: moxque aperto altero mulieris crure, terribiliter elisum est. Foramen autem quod ille fecerat, nulla medicorum arte sanabile, mulier adhuc hodie gestat, &, vt timendum est, donec vixerit non abolebitur. Præterea, vt pius erga supplices, ita seuerus in obstinatos diuus pater iuxta promissa sua sæpius inuentus est. Marchionem enim Guilielmum, cum qui Grymnis mortuus est, cum Præpositus olim Misnensis, Brutenus nomine, sæpe adhortatus esset, vt ab exactionibus, & seruitiis, quibus colonos ac subditos ecclesiæ Misnensis præter ius ac consuetudinem prægrauabat, desisteret, nec eum de incœpto posset deflectere, ad auxilium tandem diui Bennonis cõfugit, (qui exoratus tandem assiduis Præpositi precibus) Marchioni insomnis apparuit, arguens & commonefaciens ad remittenda iniuste grauamina. Cũq; is consiliariorum suorum suasu, dicentium non esse curanda somniorum deliramẽta, in nullo se emendaret, alia vice per quietẽ iterum visus est sibi Benno irruere, & face, quã manu gestabat, alterũ ocellũ irruere. Qui

Hier. Emseruus in vit. B. Bennonis Episcopi Misn. c. 32. apud Sur. 16. Iulii. & Brandenb. l. 5. cap. 54.

Casula & pedo D. Bennonis pellitur dæmon.

Seueritas S. Bennonis in pertinaces.

Apparitio S. Bennonis.

Marchio cur à S. Bennone castigatus.

manu

mane surgens & eluscatum se sentiens, tandem cõpunctus corde, ecclesiæ Misnensi non solum data resarcinauit damna, verum insuper multa contulit donaria, quibus vt sperandum est, benedictionem pro maledictione à Deo promeruit. Legitur tamen tam hunc, quam diui Bennonis percussorem, spe prolis à Deo frustratos absque legitimo decessisse hærede, in pœnam læsæ ecclesiasticæ libertatis.

VIII. *Sancio maiori Nauarræ Regi brachium obriguit ob irreuerentiam loco sacro exhibitam.*

Baro. Annal. tom. 11. an. 1051. 4. Ex Roder. Tolet. l. 6. c. 6. Roder. Sanctop. 3. cap. 25. Bz. Vasæus & alii.

De Sancio maiore Nauarræ atque Castellæ Rege omnes fere rerum Hispanicarum scriptores ferunt, quod cũ die quadã in venatione aprũ insectaretur, ille fatigatus, intra obuios parietes, qui supererant memoriæ S. Antonini martyris se recepit, apud relictam ibi sacram arcam consistens, tutum asylum, Angelorum custodia vallari consuetum. Sic iuxta illud oraculum: *Homines & iumenta saluabis Domine.* Cum Rex venabulo illum appeteret, eleuatũ brachiũ ad fetiendũ mox torpedine redditum sentit inutile: sed reatum agnoscens, martyrẽ precatus, ad pristinum vsum sensit diuinitus reuocatum, didicitque suo damno, quam deberetur locis sacris immunitas, etsi misi corruisse visa fuissent, vt nec bestiam illuc fugientẽ lædere licuisset.

Pſal. 35.

Asylum. Miraculum.

TIT. LXIX. Catholicorum ecclesias hæreticis non esse concedendas.

EXEMP. I. *Horrende ab Imperatrice tractatur Vigilius Papa, quod Ecclesiam Anthemio hæretico restituere noluerit.*

Alfonsus Ciaconus de vitis & gestis Pontificum in vita Vigilii an. Do 552.

Vigilius PP. eccles. Constantino. hæretico absolute negat.

ANno Domini quingentesimo quinquagesimo secundo instabat vehementer Theodora Augusta, vt Vigilius Pontifex Max. Constantinopolim proficisceretur iuxta promissionem factam ante Pontificatum adeptum, & Anthemium Patriarcham Constantinopolitanũ pulso Menna Catholico, restitueret. Quod cũ se facturũ negasset, nisi prius pœnitentiæ libellum daret, resipisceret ac satisfaceret; censere enim se quæ Agapetus & Siluerius contra Anthemium hæreticum egissent, iura facta esse, & propterea eorum acta nullo modo esse rescindenda videri, affereretque mala promisisse, & male promissa nolle exequi: Irata Theodora Romanis quibusdam adiuuantibus, Vigilium in iudicium vocat. Atferunt eum naui per Tyberim euectum in Siciliam fugisse: & inde Constantinopolim peruenisse. Vbi n. Theodora denuo instaret, vt, quod pollicitus erat, præstaret; Cui ille, malle se quoduis supplicium pati, & millies mori velle potius quã hominẽ hæreticum, & à prædecessoribus suis damnatum reuocare, & sententiã mutare, respondit. Et cum mulier cum suis, qui aderant, minis instarent, ad Diocletianum se non ad Iustinianum, quemadmodum arbitrabatur, venisse dicens, ita cæsus est, vt paululum abfuerit, quin tunc occideretur. Fugiens itaq; in templum S. Euphemiæ, quod haudprocul aberat, inde à grassatoribus trahitur, & iniecto in collum fune, tanquam latro per totam vrbem vsque ad vesperam trahitur. Deinde carceri inclusus, pane & aqua aliquandiu ita patienter vixit, vt semper diceret, se etiam maiora meritum, si digna pro peccatis pœna irrogaretur. Clerici vero qui Pontificem sequuti fuerant, partim in exilium partim ad rescindenda metalla deportati sunt. Verum postea rogantibus Romanis omnibus, qui iam sententiam mutauerant, & instante etiam Narsete, Vigilius ipse atque exules omnes in libertatem mittuntur, & in patriam redeundi, cum vellent, libera copia datur.

Eius pœna horrenda & mira patientia.

II. *Diuino miraculo clarum sit Catholicorum ecclesias hæreticis non esse concedendas.*

Amphil. in vita S. Basilii. Petr. de Natal. li. 2. Catalogi SS. cap. 28. D. Basilii constantia.

Valens Imperator, fautor Arianorum, cum ecclesiam quandam, quæ Christianorum erat Arianis tradidisset, vir sanctus Basilius Magnus Episcopus Cæsariensis non est veritus eum grauiter increpare. Sublatis iurgiis eo deducta res est, vt fidei periculum facerent. Clauserunt itaque ecclesiæ fores, ac vtrimq; sigillo munierunt decernentes, vt ad quorum precationem per se patefierent, illis eius possessio cederet. Ariani tres dies supplicationibus cõtinuis in cassum orarunt. Basilius vero postquam precatus est, leui bacillo portas ecclesiæ tetigit dicens: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini porta æternales, & introibit Rex gloriæ*: Et statim, ac si vocem iubentis sensu aurium, quas non habebant, percepissent, patuerunt, idcirco nemine refragante ecclesia adiudicatur Christianis, & plerique etiam Arianorum relicta hæresi fidelibus se iunxere, quod solis illis patere cœli aditum dicerent, ad quorum inuocationem sic aperiri ecclesiæ aditum viderant.

Pſal. 23.

Ecclesias non esse hæreticis concedendas miraculo constat.

III. *Gaina Catholicorum ecclesiam ab Arcadio arroganter postulanti in gratiam Arianorum se se opponit Io. Chrysostomus.*

Geor. Alexandrin. Archiep. auctor vitæ D. Io. Chrysost. Theodoret. lib. 5 hist. cap. 32. Tripart. hist. li. 10 c. 6. Baro. to. 5. an. 400.

Circa annum Dominicum quadringentesimum Gainas quidam nomine erat Constantinopoli, genere quidem Celtus, præter autem omnem modum barbarus, militiæ Romanorum assuetus. Hic cum per gradus promotus esset, designatur tandem Romanæ militiæ equestris pariter ac pedestris dux: Arianæ pestis velut sortito complexus erat. Quare ex ædibus sacris, quæ in ciuitate erant, ausus est v nam ab Imperatore (Arcadio) deposcere attribuendã suæ hæreseos cõsortibus. Imperator a. respondet se ea de re capturũ consilium, pollicitus autem est eis principatum quendã. Eam postulationẽ accersito ad se eximio Ioanni Chrysostomo Episcopo Constantinopolitano aperuit, simulque commeminit promissi potentatus, tyrannidem insuper ab illo excogitatã subindicauit, hortabatur, vt dono quopiã præferocẽ barbari animum suffrenaret. Ad

Arrogantia Gainæ Celti pertentat pro Arianis.

hæc respondit vir ille generosus: Ne tu, ô Imperator, talia pollicearis; tu ne suadeas, vt sancta dem canibus istis: non enim feram eos è templo exigi, qui Deum & sermonibus prædicant, & concelebrant hymnis. Hisne iubes, vt dem templum Deo consecratum, qui ipsum incessunt ore blasphemo? Ne quid tibi, ô Imperator, male metuas ab isto barbaro. Tantum est, vtrumq; iubeto acciri, me, & illum. Tu quidem subausculta silenter quæ dicentur. Ego sane illius infrenabo linguam: equidem persuadebo tunc illum efflagitasse quod dare neutiquam expedit. Hisce auditis Imperator exhilaratus animo est. Et quidem reposcebat ille pollicitationem: Eximius autem Ioannes reclamabat postulationi, asserens nequaquam conuenire Imperatori, nec esse rationi consentaneum, vt quicquid moliri ausit aduersus ædes Deo consecratas, quippe qui constituit pie Deum colere. Illo autem respondente, sibi suisque oratorio esse opus, ait Ioannes: Nulli non adaperta est domus Dei; ac proinde nemo cupientem orare & vota nuncupare prohibere potest. Ad hæc Gainas: Sed meum sodalitium mecum experit sibi concedi ædem vnam sacram, & valde quidem iuste id dari postulo, quippe qui in gratiam Romanorum tam multos exantlarim agones bellicos. Tuis hisce laboribus cumulatione reportas vicariam pensionē, ait Ioannes: Dux siquidem creatus es simul & stola consulari redimitus: æquū fuerit, vt circumspectius ad mentē reuoces, quis olim fueris, quis contra nunc sis: ex quanta rerum penuria emerseris ad præsentē opulentiam: quibus fueris vsus vestimentis prius quam traiiceres Istrum; & ea confer cum hoc quo ambitiose ornaris amiculo. Itaq; animo reputa & expende, quanta præmia paucis tuis laboribus repensa sint, & prouidetō ne deprehendaris ingratus fuisse erga eos, qui te tanto honore cumularūt. Eximius hic Doctor orbis vniuersi eiusmodi sermonibus os oppilauit Cainæ, eoque adegit, vt ea de re prorsus conticesceret, adeo vt Arcadius Ioannis sapientiam maximopere admiraretur, quod breuiū verborum compendio potuerit ad officium reuocare & in ordinem redigere hominem cruentum adeo & immanem, illiusq; os aduersus Deum impudens & blasphemum obturare. Hactenus ille, quibus videas oculis, manibusq; cōtingas illud Apostoli: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum*: per ea enim nō iura tantum Ecclesiæ seruantur illæsa, sed ipsum quoque imperium & leges publicæ defensæ, custoditæq; subsistunt à barbarorum ac tyrannorum hominum insultibus.

Templa Catholicorum hæreticis haud concedenda.

Cainæ superbia pulchre frenata.

2. Cor. 10.

IV. *Episcopus hæreticus tentans violenter Catholicorum ecclesiam ingredi, cæcus efficitur.*

D Georg. lib. 3. Dialog c. 295. Bellar. lib. 2 de Christo cap. 22.

Plerumque tentarunt hæretici Catholicorum ecclesias sibi vindicare; sed eorum conatibus diuina obstiterunt miracula. Vnde Bonifacius monasterii mei monachus, qui vsque ante quadriennium cum Longobardis fuit, à triduo mihi narrauit, cum ad Spoletanam vrbem Longobardorum Arianus Episcopus venisset, & locum illic vbi solennia sua ageret, non haberet, cœpit ab eius ciuitatis Episcopo ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod dum Episcopus valde negaret, Arianus ille B. Pauli Apostoli ecclesiam se die altero violenter intraturum professus est. Catholici metuentes, ecclesiam, lampadibus omnibus extinctis, diligentissime clauserunt. Sed cum accessit Arianus, cum suorum multitudine, ad effringendas ianuas, repente simul portæ omnes diuinitus concussæ abiectis longius seris, apertæ sunt, & effuso cœlitus lumine, lampades omnes accensæ sunt; sed simul cæcitate, Episcopus percussus est, tantoque terrore omnes affecti, vt intrare ausi non fuerint. sed eum ita cæcum effectum domum suam confusi retulerunt.

Arian. Episcopus cæcitate vnde percussus.

TIT. LXX. Signis præuiis ingentes Ecclesiæ futuras calamitates præmonstrari solere.

Cataclysmum non est passus mundus vniuersus, quin prius eius incolæ fuerint Deo præmoniti. Gen. 6.

Hieremias arripuit Torcum, & coram populo fregit, præsagiens eos omnes ita fore frangendos. Hier. 19.

Deinde idem catenis vinctus coram populo stetit, demonstrans futuram eius seruitutem & captiuitatem apud Babylonios. Hier. 28.

Ezechiel assumpta nouacula capillos sibi per tres partes abrasit, quarum vnam combussit, aliam scidit, & tertiam per aerem sparsit. Per primam innuit populum peste & fame laboraturum: per secundam gladio percutiendum: per tertiam, captiuum fore dispergendum. Ezech. 5.

EXEMP. I. *De prodigiis & præsagiis excidium Hierosolymitanum præcedentibus.*

Ex Iosepho l. 7. de bello Iudaic. c. 12. Lud. Gran. p. 4. Catechismi, in Symbolum.

DIuina bonitas, quæ non tantum peccatoris mortem amat, quantum vt conuertatur & viuat, se vel in ipsos Iudæos ingratos ostendere voluit. Nam post commissum peccatum, quadraginta annos eos expectauit; quibus omnes Apostoli, ac in primis S. Iacobus, propinquus Domini, qui Episcopus Hierosolymæ cōstitutus fuit, eos quotidie admonebat, & ad pœnitentiam impellebat, si forte tantam lacrymarum vim effundere possent, quæ potentis iudicis iræ flammam extinguerent: qui tanta mora illis aperte indicabat, quod eorum salutem expetebat. Deinde insistebat, vt illorum cordium duritiē emollirer, prodigia illis, & nonnullarum rerum species in cœlo ostendendo: & dextra manu ensem tenens digladiabatur, minando illis atq; ignoscendo. Illi vero neque attendebant, neq; credebant, sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dissimulauere. Supra ciuitatē sidus stetit simile gladio, & per annū perseuerauit.

Hierosolymitanorum pertinacia.

Prodigia exeidium Hierosolymæ præcedentia.

rauit cometes. Præterea vigesimo primo die mensis Maij visio quædam apparuit fidem excedens. Pro fabula fortasse, quod dicturus sum, haberetur, nisi qui viderunt, superessent, & clades dignæ præsagiis secutæ fuissent: Namq; ante solis occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitati circumfusæ. Festo autem die, quem Pentecostes vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi, primum quidem, motum, strepitumq; senserunt, postea vero subitam vocem audierunt quæ diceret: Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Iesus quidã filius Anani, plebeius & rusticus, quadriennio prius quam bellum gereretur, in summa ciuitatis pace atque opulentia, cum ad festum diem venisset, quo aregias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos est, repente exclamare cœpit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox à quatuor ventis: Vox in Hierosolymam & templum: Vox in maritos nouos nouasque nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atque hæc interdiu noctuque clamitans omnes ciuitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum insigniũ aduersum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multisque verberibus afficiunt. Ille autem neque pro se, nec ad eos qui se mulctabant secreto quicquam locutus, eadem quæ prius vociferãs perseuerabat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis diuinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanum Præfectum: vbi plagis vsq; ad ossa laceratus, neque supplex cuiquam fuit, neque lacrymauit: sed vt poterat inclinans maxime vocem ad singulos ictus respondebat: Væ, væ Hierosolymis, &c. Fuit itaque ciuitas funditus euersa, bonis direptis, captis & interfectis omnibus quos inuenerunt Romani. Iussit Imperator Vespasianus, vt omnes muri & omnia ædificia, quæ quidem satis pulcra erant, solo æquarentur, vt quemadmodum prophetauerat Saluator, in ea lapis supra lapidem non remanserit. Hic fuit infelix finis illius tam antiquæ & nobilis ciuitatis in toto orbe terratum cognitæ, & celebratæ; qui illi accidit post annum 2700. primæ eius ædificationis per Regem Melchisedech, & 1679. anno postquam iterum Dauid Rex eam fabricauit atque nobilitauit. At neque illius antiquitas, neque amplitudo, & munitio, neque amplæ diuitiæ, neque religionis gloria satis fuerunt, quę hostibus impedimento essent, quo minus eo modo excinderetur. Hoc fuit illorum præmium, qui Christi regnum recusantes, dixerunt: *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Cum hic Rex, quem sibi cooptarunt, hanc illis retulerit gratiam.

Hierosolymorum vastatio.

Luc. 19.

Ioan. 19.

II. *Dæmon minatur Ecclesiæ ruinam.*

Theodorus Lector lib. 1. Collectan.

Gennadius ecclesiæ Constantinopolitanæ presbyter, cum noctu ad altare orandi gratia descendisset, spectrum quoddam dæmoniacum vidit: quod cum increpasset, huiusmodi clamorem emittere audiuit, quo seipso viuente quiescere, tandem vero post mortem ipsius Ecclesiam vastaturum dicebat. Metu huius Gennadius Domino plurimum supplicauit, ac paulo post vitam hanc finiuit.

III. *De variis signis futuræ persecutionis Catholicorum.*

Antequam Hunericus Vandalorum Rex vniuersa furoris sui tela in persecutionem Ecclesiæ Cath. sicut leo rugiens conuerteret, multis visionibus & signis imminens tempestas fuit demonstrata: nam ferme ante biennium quam fieret, vidit quidam Fausti ecclesiam insolito ornatu fulgentem; & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, palliisque velaminum ac lampadibus rutilantem, subito ait: Luminis illius concupiscibilis extinctus est fulgos, ac tenebris succedentibus aduersarius naribus natus est fœtor, omnisq; illa beatorum turba, expellentibus quibusdam Æthiopibus minata est foras: ob hoc iugiter lamentatum, quod eam in claritate pristina nequaquam videret restituturam. Visionem istam nobis præsentibus sancto retulit Eugenio. Vidit & quidam Presbyter ipsam Fausti ecclesiam refertam turbis innumerabilium populorum, & post paululum euacuatam, & repletam porcorum multitudine atque capratum. Item alius vidit aream triticeam ventilationi paratam, granis adhuc ventilatoris iudicio necdum à palea separatis, & dum ingentis massæ, licet confusæ, magnitudinem miratur, subito ecce turbo veniens tempestatis soniuago flatu cœpit aduentum suum surgente puluere demonstrare. Cuius impetu palea illa omnis omnino volauit remanentibus grauis. Post hac venit quidam procerus splendido vultu, habituq; nitido fulgens cœpit grana vacua, macilenta, atque similagini reproba purgando proiicere. Quæ diu examinans vix magnitudinem illius massæ, licet probatæ, ad aceruum tamen perduxit exiguum. Item alius ait: Stabat quidam præcelsus super montem qui dicitur Requensis, & clamabat dextera, lęuaq; Migrate, migrate. Alius conspicit rugiente cœlo atq; turbato sulphureas nubes, quæ ingentes cœperunt lapides iaculari. Qui lapides dum cecidissent in terram, plus accendebantur, & maioribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domorũ, quos inuenerant incendebant. Qui autem vidit, ait cum se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione diuina ad eum flamma non potuit peruenire. Reor vt illud prophericum impleretur: *Claude ostium tuum, & abscondere pusillum, donec transeat ira Dei.* Vidit & venerabilis Paulus Episcopus arborem vsque ad cœlos ramis florentibus extensam, quę etiam dilatatione sua omnẽ pene Africam opacabat. Et cum vniuersi eius magnitudine, & speciositate gauderent; ecce subito (inquit) venit asinus violentus, qui defricans cerucem super robur radicum eius impulsu suo cum

Victor Vticen. lib. 1. de persecutione Vandalor.

Ecclesiæ Cath. ornatus.

Visio altera.

Esa. 26.

ingenti sonitu illam mirabilem arborem elisit ad terram. Sed & Quintilianus honorabilis Episcopus vidit se super quendam montem stare, de quo conspiciebat gregem innumerabilem ouium suarum: & in medio gregis duæ erant ollæ nimiũ bullientes. Aderant autem omnium occisores, quarum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret, omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illa duas ollas, sicca venetia, & laribus duas esse ciuitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata, à quibus incendium initium sumpsit, aut Hunericum Regem, & Cyrillum Episcopum eius.

IV. *Futura vastatio Ecclesiæ à Longobardis in Italia per hastas & acies in aere S. Redempto præmonstratur.*

Paul. Diac. de gest. Longobar. libr. 1. ca. 6. Gregor. hom. 1. in Euangel. & libr. 3. Dialo c. 38. Baron. to. 7. an. 567.

Diuus Gregorius Papa de dira clade à Longobardis Italiæ inferenda hæc pro concione habuit ad populum: Priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipsumque qui postea humani generis fusus est, sanguinem coruscantes. Sed quæ ante hæc ostensa sint sancto Redempto Episcopo Ferentinato, idem Gregorius sic narrat in dialogis: Redemptum Ferentinæ ciuitatis Episcopum, vitæ venerabilis virum, qui ante hos fere annos septem ex hoc mundo migrauit, tua dilectio cognitum habuit. Hic, sicut mihi adhuc in monasterio prope posito valde & familiariter iungebatur, hoc quod Ioannis Iunioris prædecessoris mei tempore de mundi fine cognouerat, sicut longe lateque claruerat, à me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat namque, quia quadam die, dum parochias suas ex more circuiret peruenit ad ecclesiam beati Eutychij martyris. Aduesperascente autem die, stratum sibi fieri juxta sepulcrum martyris voluit, atque ibi post laborem quieuit. Cum nocte media, vt asserebat, nec perfecte vigilare poterat, nec dormiebat, sed depressus, vt solebat, somno grauabatur quodam pondere, vigilans animus; atque ante eum idem martyr Eutychius astitit, dicens: Redempte vigilas? Cui respondit, Vigilo. Qui ait; Finis venit vniuersæ carnis: Finis venit vniuersæ carnis: Finis venit vniuersæ carnis. Post quam trinam vocem, visio Martyris, quæ mentis eius oculis apparebat, euanuit. Tunc vir Dei surrexit, seque in orationis lamentum dedit. Mox enim illa terribilia in cœlo signa secuta sunt, vt hastæ atq; acies igneæ ab Aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens de vagina suæ habitationes educta, in nostram ceruicem grassata est; atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine quasi spissę segetis more surrexerat, succisum aruit: nam depopulatæ vrbes, euersa castra, concrematæ ecclesiæ, destructa monasteria virorum & fœminarum, desolata ab hominibus prædia atque ab omni cultura destituta in solitudine vacat terra: nullus hanc possessor inhabitabat; occuparunt bestię loca, quæ prius multitudo hominum tenebat, & quid in aliis mundi partibus agatur, ignoro. Nam in hac terra, in qua nos viuimus, finem suum iam non nunciat, sed ostendit. Tanto ergo nos necesse est instantius æterna quærere, quanto à nobis cognoscimus temporalia fugisse. Despiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiamsi blandiretur, si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta aduersitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat? Hæc S. Gregorius de aduentu Longobardorum præsagio. At ne quis putet mendax fuisse de vniuersæ carnis fine prædictum oraculum, sciat hisce verbis non sęculi consummationem significatam, sed gentis Italiæ cladem: sicut olim Deum per suum Propheram comminatum fuisse constat: vbi ait: Hæc dicit Dominus Deus terræ Israel; *Finis venit. Venit finis super quatuor plagas terræ: Nunc finis super te, &c.* Sicut ergo finem vniuersæ carnis minitante propheta, non mundi est demonstratus interitus, sed imminentes tantum clades præsignatæ fuere: ita pariter eadem, de S. Redempto, accipienda erunt. *Ezech. 7.*

Acies igneę in aere quid portẽdant.

S. Redẽpto quæ præostensa de incursione Longobardorum.

Mala à Lõgobardis Italiæ illata.

V. *Pluuia sanguinis triduo durans in Aquitania quid portenderit.*

Circa annum Domini millesimum decimum septimum, temporibus videlicet Benedicti VIII. in regione Aquitaniæ secus maritima tale prodigium accidit ante solennitatem S. Ioannis Baptistæ: tribus diebus de cœlo pluit sanguis, qui cadens super carnem hominis, aut super lapidem, non poterat lauari; si vero super lignum caderet, lauabatur, Perterrefecit, inquit Baronius, vniuersas Gallias eiusmodi prodigium, adeo vt Robertus Rex Francorum scriptis consuleret Fulcertum Episcopum Carnotensem, inter Gallicanos Episcopos doctrina facile principem. Cuius de his ad eundem Regem tunc respondens data extat *Epistola, in qua quid ista portenderent, in fine ita philosophatur: Quod autem nuper huiusmodi cruorem in quadam parte regni vestri pluisse audistis: & quod ille cruor, vbi supra petram, vel super carnem hominis ceciderat, ablui non poterat; vbi autem super lignum ceciderat, facile abluebatur, per hæc tria genera hominum significata esse videntur: Per lapidem impij; per carnem fornicatij per lignum vero, quod neque durum est, vt lapis, neque molle, vt caro, illi, qui neque impij sunt, neque fornicatij. Cum ergo venerit super illam gentem, cui portenditur, gladius, sine pestilentia designata per sanguinem; hi antea duri & molles non fuerint mutati in melius, morientur perpetualiter in sanguine suo: medij vero per angustiam mortis, vel aliter poterunt liberari pro arbitrio secretissimi atque præstantissimi Iudicis. Hæc ad Robertum Regem Fulbertus. Porro consequuta esse bella grauissima in ea Prouincia inter Guilielmum Aquitaniæ Ducem, & Gaufredum Comitem Andeganensem, quo seipsos mutuo

In frag. hist. Francorum. ad Baron. tom. 11. an. 1017.

**Epist. 79.*

Pluuia sanguinis quid portenderit in Aquitania.

tuo aduersis armis confecerunt, affirmat idem auctor.

TIT. LXXI. De sacrorum altarium erectione & consecratione.

Genes. 8. *Ædificauit Noe altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus mundis & volucribus, obtulit holocaustum: odoratusque est Dominus odorem suauitatis.*

Genes. 12. *Apparuit Dominus Abraham in terra Chanaan, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc, qui ædificauit igitur altare Domino, qui apparuit ei.*

Genes. 26. *Apparuit Dominus in Bersabee Isaac, dicens: Noli timere, quia ego sum tecum. Itaque ædificauit altare Domino, & inuocato nomine Domini erexit tabernaculum.*

Genes. 35. *Locutus est Deus Iacob dicens: Surge & ascende Bethel, & habita ibi: facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum.*

Exod. 24. *Dixit Dominus ad Moysen: Ascende in montem tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta seues ex Israel, & adorabitis procul. Moyses ergo mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Et post pauca sequitur: Obtuleruntque victimas pacificas Domino, vitulos.*

EXEMP. I. *Altaria nonnisi lapidea ex statuto B. Siluestri Pontificis esse erigenda.*

E. Pontificali Romano, Breuiario Conc. Trident 9. Nouembr. lect. 6.

BEatus Siluester I. in consecratione altaris Principis Apostolorum decreuit, vt deinceps nisi ex lapide altaria non ædificarentur: attamen Basilicæ Lateranensis à Constantino etiam Saluatori consecratæ altare fuit è ligno erectum. Quod mirum non est: nam cum à S. Petro vsq; ad Siluestrum, propter persecutiones, Pontifices certo loco consistere non possent; quocunque eos necessitas compulisset, siue in cryptas, siue in cœmeteria, siue in ædes piorum, super illo altari ligneo ad arcæ similitudinem concauo sacra faciebant. Quo altari sanctus Siluester reddita Ecclesiæ pace, honoris causa Principis Apostolorum, qui in illo sacrificasse dicitur, & reliquorum Pontificum, qui vsque ad id tempus ad mysteria conficienda eo vsi fuerant, in Lateranensi prima ecclesia collocato sanciuit, ne quisquam in eo, præter Romanum Pontificem Missam deinceps celebraret.

II. *De altari in honorem S. Philastrij Brixiensis Episcopi consecrato.*

In vita eius cap. 1. apud Sur. to. 4. 8. Iulij.

In vita S. Philastrij, Episcopi quondam Brixiensis, refertur, quod in altari eius nomini consecrato, & super caput eiusdem posito, preces Missarum celebrauerint Episcopi successores, & diem transitus eius venerantes, ab omni terreno opere Brixiensem populum abstinere iubentes, reuerenter honorarint.

III. *De sacri altaris consecratione, & mirabili eius effectu.*

Scribit Sophronius sacri altaris lapidei consecrationem magnis ritibus fieri, iisque peractis angelos ceu loci custodes diuina potestate adhiberi: ita enim habet in prato spirituali: Abbas Barnabas iuxta Iordanem eximiæ sanctitatis vitam degebat, altareque erexerat ad consecrationem in spelunca sua. Cum igitur ipse inde alio migrasset, Anachoreta quidam speluncam ingressus vidit Angelum Dei stantem super altare; atque ad Angelum Anachoreta: Quid hic agis? Cui Angelus: Ex quo sanctificata sunt ista, à Deo ipso mihi credita sunt.

Io. Moschus Euir. Prat. spirit. c. 10.

Angeli altarium sacrorum custodes.

IV. *De parietibus altaris oratorii Patriarchij circumquaque à Greg. VIII. deargentatis.*

Gregorius Papa VIII. oratorium in Patriarchio in nomine B. Petri Apostoli, diuersis ornatum metallis à nouo refecit, & circumquaque altaris parietes deargentauit, ac distinxit duodecim Apostolos pensantes libras centum octoginta. Fecit & calicem aureum præcipuum diuersis ornatum lapidibus pretiosis, pensantem libras triginta: similiter & patenam auream pensantem libras viginti octo & semis.

Ex Anastasio Baron. to. 9. an. 731.

Altaria decoranda.

V. *In consecratis altaribus recondi solere Sanctorum quorundam reliquias.*

Cum Leo Papa III. Padeburnæ apud Carolum Magnum esset, religiosum eius, & salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inochoatum Apostolica auctoritate firmauit, atque in ecclesia tunc ibidem nouiter constituta, quoddam altare consecratus, adorandas in eo reliquias protomartyris Stephani, quas secum Roma detulerat, collocauit, fiducialiter id Principi promittens, quod oratorium illud tanti Martyris patrocinio munitum non vlterius passurum foret iniuriam, quam ipso referente, prius ei contigisse cognouit, vt videlicet ob incolarum loci perfidiam, & odium in Christianam religionem aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maximè causam eisdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non sine effectu congruæ fiduciæ, sponsionisque suæ, cui nihil tale postmodum illic perpetratum esse certissimum sit. Ex quo tempore Padeburnensis ecclesiæ sedes tam Imperatoris sanctione, quam Apostolicæ benedictionis auctoritate fuit primitus constituta.

Sur. in transl. S. Liberij 23. Iulij Ba. ro. tom. 9. an. Christi 794.

Aris sacris imponendæ reliquiæ.

VI. *Quantam sacro altari reuerentiam exhibuerit Emmanuel Lusitan. Rex.*

Refert. Hector. Pinnus Lusitanus Ordinis S. Hieron. 1. parte Dialog. c. 19. de [illegible] de more preces in templo fudisset, Religiosorum quillitate [illegible] tatem. 11.

Emmanuel Lusitaniæ Rex lustrabat forte de via, qua erat pietate, Cœnobium Hieronymianorum sodalium, quod à longa rupe nomen habet. Cum Præfectum egredien[illegible] officij gratia interrogauit:

Sanin

Emanuelis Lusitaniæ Regis pietatis exemplum.

Satin' saluares? & valent patres? Intulit ille ægrotare quosdam: ad quos visitandos Rex ingreditur, & in nosocomio chirothecas puero tradidit: qui rebus aliis occupatus eas altari, in quo Missæ officium pro infirmis fieri solebat, imposuit. Rex visis in altari chirothecis, grauiter offensus, ad eum conuersus, Quomodo audes, inquit, has altari imponere? Quibus apprehensis disiecit, & pie genibus in terram positis, supplex orauit. Eo nimirum exemplo docens, quanta sacris altaribus reuerentia debeatur.

VII. *Quomodo altare Romanorum Constantinopo. existens ab Imp. hæretico sit euersum.*

Ex Anastas. Biblioth. in Martino Bar. to. 8 Annal. c. 2. 648.

Quam impie vero se gesserit erga altaria Paulus Constantinopolitanus, id testatur sanctissimus Papa Martinus exordio concionis ad Patres habitæ in Synodo Lateranensi: Paulus, inquit, prædecessores suos in his superare contendens, non solum scripto prauitatem suam defendens contra recta sanctæ Ecclesiæ dogmata audacter præsumpsit; propter quod iusta ab Apostolica sede & ipse depositionis vltione percussus est. Insuper ad proprij erroris cooperimentum (quod nunquam à prioribus hæreticis præsumptum est) & illud illicite ipse præsumere studuit. Altare enim sanctæ nostræ sedis in domo Placidiæ sacratum (Placidiæ palatium erat Romani Pontificis, in quo Apocrisarij habitare solebant) in venerabili oraculo subuertens diripuit: prohibens, ne adorandam & immaculatam hostiam, id est, sacram celebrationem Apocrisarij nostri ibidem Deo offerre valeant, viuificæ diuinæ communionis sacramenta percipiant. Quos videlicet Apocrisarios, quia ex præceptione Apostolicæ autoritatis commouerunt eum, vt de tali hæretico intentu recederet, nec non contristari visi sunt, persecutionibus diuersis cum aliis Orthodoxis viris & venerabilibus sacerdotibus insecutus est eos, quosdam eorum custodiæ retradens, alios in exilium deportans, alios autem verberibus submittens, &c.

Apocrisarij sedis Apostolicæ quid passi à Constante Imp.

VIII. *De Iuliani Præfecti sociorumque eius horrendo interitu, qui impudenter contra sacrum altare minxit.*

Hist. Eccles. Tripart. l. 6. cap. 32. ex Theodoreto.

Cum sub Iuliano Apostata iuberentur vasa Ecclesiastica sacra fisci ærario deputari, sublatis ianuis ecclesiæ maioris quam Constantinus ædificauerat, fit cunctis accessibile sanctuarium. Ingrediente siquidem Iuliano Præfecto Orientis Ecclesiam, Felix præpositus regalium thesaurorum pariter introiuit, & simul Elpidius Comes rerum priuatarum. Aiunt enim & Felicem & Elpidium prius Christianos, tum à pietate recessisse, impio principi parere cupientes. Iulianus itaq; præfectus impudenter contra sacrum altare minxit. Quem cum Euzoius prohibere tentaret, eum ille percussit in capite: Fertur autem dixisse Christianorum inuentiones cœlestium cura non vacare, porro, Felix videns vasorum ornamenta, quæ Constantinus & Constantius frequenter obtulerunt: Ecce, in quibus, inquit, vasis Mariæ filius ministratur? Sed pro his impietatibus væsanisque præsumptionibus non post multum pœnas exacti sunt. Nam repente Iulianus sæuo morbo correptus, viscera putrefactis interiit; & excrementa non per meatus egestiuos emittebat, sed scelestum os, quod blasphemiis ministrauerat, organum huius excretionis est factum. Aiunt autem illius vxorem fide fuisse clarissimam, eamq; dixisse: Decet te marite, laudare Saluatorem Christum, quoniam tibi per hanc correptionem magnitudinem propriæ virtutis ostendit. Non enim agnoueras contra quem pugnare voluisti, nisi consueta longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo verbis & passionibus imminentis causam languoris cognoscens, rogabat Imperatorem, vt ecclesiæ, quibus fuerant ablata, redderentur. Sed nec illum flexit, & ipse terminum vitæ suscepit. Porro, Felix & ipse repente flagellum virtute diuina suscipiens, sanguine toto die simul & nocte ex ore fuso, & venis corporis vndique vacuatis, omniq; virtute simul expensa, & ipse celeriter est extinctus, æternæque morti contraditus.

Iuliani præfecti impietas in altare sacrum.

Blasphemia in Christū.

Iuliani pœna.

Vxoris monitio ad maritum.

Felicis mors infelix.

IX. *Ob altarium profanationem pœnas luit Abdila Saracenorum Rex.*

Baro to. 10. Annal. an. 874.

Anno Domini 874. cum magnus ex Africa exercitus Saracenorum Salernum ciuitatem sub Gnaiferio Principe valasset, diuq; eadem obsidio perdurasset, cumque eorum Princeps nomine * Abdila ecclesiam sanctorum Martyrum Fortunati, Caii, & Anthes sibi in habitaculum delegisset, & magno eorundem sanctorum Martyrum improperio omne genus impudicitiæ super altare eiusdem ecclesiæ, vbi stratum pararat, exercere solerat; accidit, vt dum illic reluctantem opprimere virginem conaretur, repente sacrilegum vltio diuina perculerit, trabe è tecto delapsa super eum, qua illæsa penitus virgine, scelestissimus & impurissimus Arabs extinctus est, in cuius locum Saraceni alium subrogarunt Regem Abimelech eunuchum. Ad miraculi euidentiam declarandam accessit, quod trabs illa procul ab altaris perpendiculo distans, non nisi diuina potentia potuit in sacrilegum Saracenum altare profanantem immitti. Hæc in rebus gestis Longobardorum Principum Beneuentanorum apud Herempertum.

* Agdila.

Rex Saracenorum dat pœnas sceleris.

X. *De fœdissima sacrorum altarium & Euangeliorum per impurissimos hæreticos profanatione.*

Gabr. Prateol. libr. 1. Elench hæresum n. 23.

Albigensium hæreticorum temporibus Friderici II. Cæsaris Germani, & Innocentij Papæ III. anno Domini 1216. inuidia diaboli in Comitatu Tolosano pullulantium, eo tandem ipsorum accreuit malitia, amentia, furor, temeritas, impudentia, atque diuini timoris suique oblivio, vt cum Biterrensis à Catholicorum exercitu obsidione vallaretur, & expugnaretur, in qua illi detenti erant, sacrum Euangelij codicem arripientes, & super illum mingentes de

Euangeliorum liber ab hæreticis fœdatur.

de muro contra Christianos proiicerent, & sagittas in eum detorquentes, clamarent in hunc modum. Altaria fœdissime conspurcata. Ecce lex vestra, miseri. Traditur etiã eorum quemdam Tolosæ in odium Christi, & confusionem fidei, iuxta altare maioris ecclesiæ ventrem suum purgasse, & palla altaris suam fæditatem detersisse. * Contemptum. Albigen. furor & impudentia nostri sæculi hæreticis persimilis. Alios rursus super altare scortum posuisse in conspectum crucifixi: cumque eo abusi fuissent, postea ipsam sacram imaginem detraxisse, eique brachia præcidisse, & collo fune alligato, illam per plateas vrbis, intolerandis cum blasphemiis traxisse. Hæc sunt hæreticorum insignia & tragœdiæ, sed vltio à Deo immissa longe grauior in hostes altarium & rerum sacrarum.

dicauit, quo nominatur vsque in hodiernum diem Hierusalem. In quo loco constituit dona ista: candelabra ante lignum sanctum lucentia argentea quatuor, secundum numerum quatuor Euangeliorum, pensantia singula libras octoginta. Pharos cantharos argenteos quinquaginta, pensantes singulos libras decem: calices ministeriales quinque, pensantes singulos libras singulas: & cyphos argenteos tres, pensantes singulos libras octo: Calices ministeriales argenteos decem, pensantes singulos libras duas: patenam argenteam auro inclusam cum gemmis, pensantem libras quinquaginta. Altare argenteum pensans libras ducentas quinquaginta: Amas argenteas tres pensantes singulas libras viginti, & omnes agros circa palatium ecclesiæ dono dedit.

TIT. LXXII. De sacrorum templorum ornatu.

Exod. 25. 26. *In veteri testamento Deus voluit tabernaculum ornatissimum esse, ita vt omnia fere instrumenta sanctuarij aurea essent, vsque ad emunctoria lampadum; cortinas quoque tabernaculi, & vestes Sacerdotales etiam voluit esse pretiosissimas, ex serico, bysso, purpura, gemmis, &c. Et ne deessent artifices, donauit scientiam & artem ad omnia illa facienda certis quibusdam viris.*

EXEMP. I. *Fons, in quo baptizatus fuit Constantinus Magnus, egregie ab ipso ornatur.*

Tom. 1. Concil. in Siluest. apud Baron. to. 3. Annal. an. Christi 324. 56. FOntem sanctum, vbi baptizatus est Augustus Constantinus, ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertũ intrinsecus & foris & desuper, & quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras tria millia & octo. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo, pensantem libras quinquaginta, vbi ardent balsami libræ ducentæ, annexum est stipa amianti. In labro fontis agnum ex auro purissimo fundentem aquam, pensantem libras triginta. Ad dexteram agni, Saluatorem ex argento purissimo in pedibus quinque, pensantem libras centum septuaginta. In Fontis ornatus ex sacris imaginibus. læua agni, beatum Ioannem Baptistam ex argento in pedibus quinq; tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; pensantem libras centum. Ceruos ex argento septem fundentes aquam, pensantes singulos libras octingentas. Thymiaterium ex auro purissimo, pensans libras decem, cum gemmis prasinis & hyacinthinis vndique, numero gemmæ quadraginta duæ.

Anast. Biblioth. in Constant. apud Baron. an. Christi 324. II. *De munificentia Constant. Imper. in templum S. Crucis.*

Anno Domini trecentesimo vigesimo quarto fecit Constantinus Augustus Basilicam in Palatio Sessoriano, vbi de ligno sanctæ Crucis posuit, & in auro & gemmis conclusit, vbi & nomen Ecclesiæ de-

III. *Cortina crucibus insignita cum variis aliis vestibus à summo Pontifice Leone III. templis offeruntur.*

Idem in Leone III. apud Gretser. li. 5. de Crute. Ornarunt quoque mirifice ecclesias summi Pontifices Romani: Leo enim III. fecit in basilica sancti Petri cortinas albas holosericas rosatas habentes in medio crucem cum chrysoclauo: Et in Basilica beatæ Dei genitricis quæ appellatur ad præsepe, fecit cortinam maiorem sericam albam habentem periclysim, & Crucem de fundata: Et in sacratissimo altari maiore fecit vestem de chrysoclauo, habentem historiam Natiuitatis, & sancti Simeonis (præsentationis Christi in templo) & chæretismon: (annunciationem diuæ Virginis.) Et in basilica sancti Laurentij in sacro altari vestem sericam chrysoclauam habentem historiam Dominicæ passionis & resurrectionis: Et in ecclesia sancti Pauli fecit vela holosericas sigillata habentia periclysin, & Crucem de Bathin, seu fundato numero quindecim: Et velum alithino rotatu, &c. & in medio Crucem cum gemmis. In titulo Eudoxiæ fecit vestem super altare Tyriam, &c. cum Cruce, & in basilica Saluatoris vestem habentem historiam Crucifixi: & in titulo sanctæ Susannæ fecit vestem de blatthin habentem in medio Crucem de chrysoclauo. Et in templo sanctæ Prisiæ vestem albam holosericam habentem in fronte Crucem de chrysoclauo.

Cortinæ templis oblatæ.

Ornamenta templis oblata.

IV. *Pulcheria Augusta dinarium pretiosissimum templo Constantinopolitano dicat.*

Niceph. Callist. Eccl. hist. lib. 14. c. 1. Pulchèria Imperatrix Theodosii iunioris soror, quindecim annos nondum nata virginitatem suam Deo per omnem vitam consecrauit. Vt autem consilium, decretumq; suum pignore aliquo stabiliendum esse putaret, Deo ipsi, sacro sacerdotum ordini, & subditis ciuibus; certum sententiæ suæ testimonium exhibuit. Nata admirandum quoddam incredibili pulchritudine ornamentũ, ex auro & pretiosis lapillis confectum, in sactæ mensę formam redactum, pro virginitate sua, fratrisque imperio, Catholicæ

Pulcheria in testimonium voti perpetuæ virginitatis donum pretiosum ecclesiæ offert.

tholicæ Constantinopolitanæ ecclesiæ dedicauit in corona quadrangulari eius, consilio causaque consecrationis eiusmodi nouis quibusdam literis insculpta.

V. *Dagobertus ob templorum ornatum à periculo damnationis eripitur.*

Ex Annal. Robert. Gaguin. lib. 3. Baron. tom. 8. an. 647. 2. 3.

Dagobertus Francorum Rex voti non immemor, quo diuis martyribus Dionysio, eiusque collegis obnoxium se fecerat, Catulicum vicum petiit: & sacrosancta corpora inde exhumari iubet. Inscripti erant tituli cuique mausoleo, quibus alter ab altero sine controuersia erat designatus. Ea in conditorio, quod fabrefieri rex mandauerat, reponi ad tempus imperat. Tandē magno sumptu cum templum ædificasset (quod & solido argento tectum erat) eo transferri corpora instituit, condito ad eum vsum aureo feretro, additisque ad decorem multis variisque gemmis. Annuis insuper prouentibus ad sacerdotum & ministrorum templi alimoniam designaris, & ne minus ornamenti interius locus haberet: tapetes quoque vnionibus & gemmis variis intextos, quibus interior paries tegeretur, attribuit. Adeo gratissimus diuis martyribus patronis suis Dagobertus fuit. Inopum præterea curam non omittens reconditorium proxime aram maiorem templi argentei apponit, vbique diuis donaria martyribus offerrentur, reposita sacerdotes egenis imperirent.

Ecclesia S. Dionysij ædificatur & argenteo tegitur.

Templorum ornatus Sanctis gratus.

TIT. LXXIII. De sacrorum ornamentorum abusu.

EXEMP. I. *De Diacono, qui abutens vestibus sacris diuinam sensit vindictam.*

Greg. Turo. in vitis Patrum cap. 8.

DIaconus quidam sancti Nicetij Lugdunensis Episcopi casulam portabat, eaque non secus ac veste quadam profana vtebatur, atq; monentes, vt eam maiori in reuerentia haberet, petulanter irridebat, ac tandem in fani & Antistitis contemptum ex ea pedulia fecit. Sed mox adfuit diuini iudicij vltio: nam vt primum ea pedibus aptauit, arreptus à dæmone ruit in pauimentum, & cruentas ore spumas proiiciens, debitas sceleris pœnas luit. Et quia nemo, qui misero succurrere poterat, præsens erat, extensis ad focum pedibus ignis pariter cum soccis pedes deuorauit. Et hæc quidem fuit in perfidum vltio.

Vltio in sacra veste abutentē.

II. *Pallia altaris in camisias & femoralia conuertentes impij, dignas luunt pœnas.*

Victor. Vtic. de persecut. Wandal. lib. 1. p. 456. apud Baron. tom. 5.

Prouincia Mauritaniæ plurimis fuit siderum, hoc est Episcoporum, illustrata radiis. Quæ etsi nihil profuerunt Wandalis, nec ipsi Genserico eorum Regi: constat tamen sanctorum Episcoporum labores Catholicis fuisse profuturos, vt poto qui eorum classico ad subeundum pro recta fide martyrium animarentur. Quod cum occasio exegit egregie præstiterunt. Siquidem quod ad Genserici pertinet, tantum abfuit vt ex Martini ad fratrum martyrio & miraculis vllum pœnitentiæ signum ostenderit, vt acerbius ferociusque Catholicos exagitare perseuerarit. Nam audi Victorem: Accenditur, inquit, propter hæc aduersus Dei Ecclesiam Genserico. Mittit Proculum quendam in prouinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum ministeria diuina, vel libros cunctos, Domini sacerdotes: vt primo armis nudaret, vt ita facilius inermes hostis callidus captiuaret. Quibus se non posse tradere clamantibus, ipse rapaci manu cuncta populabatur: atque de palliis altaris (proh nefas) camisias sibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, frustratim comedens linguam in breui turpissima consumptus est morte.

Proculus Arianus palliis altarium abutens turpissima morte cōsumitur.

III. *De vltione diuina in Thymelicum saltatorem in veste sacra Patriarchæ Hierosolymitani saltantem.*

Petr. Damian. S. R. E. Archid. in ep. ad Nicolaum II. Ro. Pont. f. apud Baron. tom. 11. an. 1059. 8. Ex Theod. l. 127. Niceph. 9. 46.

Sacram vestem, quam famosissimus Imperator Constantinus ad honorem Hierosolymorum ecclesiæ dederat Macario illius Pontifici ciuitatis, auro scilicet, sericoque contextam, vt ea circumamictus ministerium sacri Baptismatis adimpleret, Cyrillum asseruit Acarius Cæsareæ Palæstinæ Episcopus vendidisse, eamque tunc emisse quendam Thymelicum saltatorem. Dumque indutus ea solito more saltaret, vt ille testabatur protinus cecidit, & contritus, ac diuina vltione percussus spiritum exhalauit.

Vestimentis sacris haud abutendum.

IV. *De funesto interitu harericiorum ornamenta, cæteraque res sacras violantis.*

Ex Annal. Societ. Iesu. ana. 1584. in Resid. Paderborn. sub Prou. Rheni.

Anno Domini 1584. in Paderbornensi agro à Westphalis sunt per summam contumeliam & impietatem templa & templorum ornamenta deiecta atque direpta, vt ne tenuissimæ quidem reliquiæ sacræ vestis appareant, signa afflicta ac comminuta, diuina omnia euersa ac violata. Sed non omnibus id impune cessit. Opifex quidam dum contra Catholicos glorioſe se iactat, mirifice se tundendis sacræ mensæ calicibus oblectari, repentina pestilentia correptus, & cū reliqua familia fœde consumptus, docuit cæteros, quantum in violatione ac direptione sacrorum piaculum admisissent, quando ipsa quoque maledicta tam essent acriter vindicanda. Quanquam, quæ est improborum densissima nox, ne hoc quidē diuinæ seueritatis exemplum sacrilegas hæreticorum manus à polluenda religione compescuit: tractare impudentissime sacrosancta altaris mysteria non horruerunt contumeliis & probris appetere, sacras arculas perscrutari, euertere instrumentum omne diuinum, promere de custodiis, quę tanquam religionum ludibria inter se deriderent, denique per lasciuiam accensis facibus, factoq; ag-

Lactantij de rebus malis pœna.

Hæreticorū nequitia & audacia quanta in res sacras.

mine

mine, ſupplicationis Catholicæ pompam imitari, impietate non minore quam luſu. Mitigauit hanc feritatem Bauarici Ducis fratris nequaquam ſatis audata pietas. Is vt in Truchſeſij ſuffectus eſt locũ, lexcubare in omnem gregem cœpit, & quoad fieri poteſt, mulieroſi quondam Archiepiſcopi petulantiam, eiuſque ſimillimorum audaciam ferociamq; comprimere. Sed tamen in tanta adhuc ſcelerum impunitate, tantaque hæreticorum licentia, quoniam humanæ iam induſtriæ vires peruenerunt ad ſummum, diuinæ ſunt implorandæ: vt aut ſui nominis hoſtes funditus perdat, aut quod magis optandum eſt, pro ſua clementia ab ea prauitate ad ſaniora conſilia conuertat.

V. *De vltione diuina ob thronum Epiſcopalem eccleſiæ Alexandrinæ ignominia affectum.*

Ex Athan. Epiſt. ad ſolitar. Baron. tom. 3. 356. 31.

Cum Ariani Conſtantij Imperatoris mandato paulo vehementius ſęuirent, quidam ex petulantioribus iuuenibus interiora penetrans audacter ſe in throno ſeſſum recepit, & inter ſedendum fornicaros ronchos de naribus inſonuit: mox deinde conſurgens magna vi thronum conuellens, ad ſe diſtrahit, minime aduertens in ſe vltionem diuinam attrahere. Vt enim olim Azoti incolæ auſi Arcam attingere, quam illis vel oculis attingere nefas fuit; ſtatimq; ſecundum hoc factum peribant, ſedita vt prius ſedium tormentis excruciarentur: ita quoque miſer iſte auſus ſellam conuellere, fragmento ligni inde in ventrem ipſius reſiliente, & quaſi ab ipſa vltione impacto, inteſtina ſua perforauit, & eadem vi qua ſolium diſrumpere conabatur, rupta aluo, ſua inteſtina effudit; celeriuſque quam ipſe thronum auferret, thronus ei vitam ſuſtulit: effuſis enim (vt dictum eſt) viſceribus, collapſus eſt, & inde aſportatus poſt vnum diem expirauit.

1. Reg. 5.

Diuina vltio in throni ſacri violatores.

VI. *De pœna grauiſſima diuitis impij ob negatum Dei Genitrici ornatum in eius feſtis concedi ſolitum.*

Ex Roberto in ſupplem. Sigeberti, Baro. tom. 1289. 1. 2.

Erat quidam prædiues Burgenſis in loco qui dicitur Rocca Amatoris, à quo monachi eccleſiæ S. Mariæ & S. Amatoris mutuo acceperant pecuniam, ttadentes illi in loco pignoris cortinas illius eccleſiæ. Imminente autem feſto Genitricis Dei & Virginis Mariæ, rogauerunt prædicti monachi Burgenſes, vt quas habebat apud ſe cortinas, ad ornandam eccleſiam, tantæ ſolemnitatis completo tripudio ei reſtituendas, eis accommodaret. Ille vero aurem cordis habens obturatam, *vt alter Nabal Carmelus, diues, iniquus, & ſtultus*, nulla quidem prece flexus eſt: ſed reſpondit eis cum tumore animi, dicens, quod eſſent cortinæ illæ circa lectum coniugis ſuæ, quæ nuper ei puerum pepererat, nec aliquatenus inde poſſent amoueri. Quid multa? Tranſiuit feſtiuus dies, & eccleſia præfata ornatum ſuum feſtiualem non habuit. Sequenti vero nocte beata Maria mater Domini noſtri appauit in ſomnis vxori prædicti Burgenſis, & dixit ei: Vir tuus peccatum grande commiſit, nec poterit impietas exceſſus derelinqui impunitus. Tertia enim die infans tuus ſpiritum exhalabit, & vir tuus debitum mortis ſoluens in die octaua mutabit hanc temporalem felicitatem ſupplicij æternis. Tu autem proficiſceris ad eccleſiam meam, quæ eſt in Bethlehem, & circumſpectis ibi tribus ſepulcris, quorum quidem duo extrema vacua non ſunt, medium tibi eliges in ſepulcrum. Interim omni feria quarta circa horam nonam deficiet in te ſpiritus tuus, & decurret ab ore tuo & naribus ſanguis multus, & vſque ad horam nonã ſabbathi veluti mortua permanebis. Sabbatho hora nona ſpiritu redeunte duces vtraſque manus tuas ſuper faciem tuam, & continuo priſtinus color, & fortitudo in te remeabunt. Hæc locuta eſt B. Maria & abſceſſit. Mulier vero prætimore turbata euigilauit, & ruminans ſomnium ſuum cum magna ſollicitudine, illud memoriæ commendauit. Craſtina autem illuceſcente die cœpit ſomnium ſuum coniugi ſuo per ordinem narrare. Miſer ſermonibus eius non adhibuit fidem: nec etiam cum videret ſpiritum deficere in puero, de agenda pœnitentia cogitatum habuit; ſed morte præuentus in die octaua iuxta præoſtenſam viſionem in ſupplicium lapſus eſt gehennale. Perturbatur mulier in alteruttius nece, & omnia ſicut monſtrata fuerant, in ſe nihilominus intelligens accidiſſe, Romam ſub feſtinatione proficiſcitur, & rem ſummo renelat Pontifici. Præterea conſtanter aſſeruit, quod inſequenti anno ab illo maxima fames ingrueret, & quod ex corruptione aeris innumerabilis hominum multitudo moritura eſſet, & quod Clerum Romanum grauis animaduerſio feriret, niſi ab exercitio doli reſipiſcerent, ſub quo à multis retro temporibus vſque in hodiernum diem laborauerunt. At Dominus Papa volẽs manifeſtius ſcire, ſi ſermones mulieris veritati inniterentur, commendat eam duodecim nobilibus matronis, dans illis præceptum, vt cum illa in mortem obdormiret per extaſim, plantis eius calentes ſubulas infigerent, & de ſanguine ab illius ore manante veſtes ſuas inficerent. O rem mirabilem! quarta feria, ſicut prædixerat, hora nona, mulier expalluit, & mortua eſt, ita vt nullus in ea vitalis remaneret ſpiritus, & ab eius naribus cœpit defluere ſanguis copioſus. Sed matronæ præceptorum Domini Papæ non immemores, pedibus mulieris calentes ſubulas infigunt, nec ob id illa mouetur. Inſuper de ſanguine eius veſtimenta ſua tingunt: ſed omnis infectio facta per ſanguinem in ſabbatho nunquam comparuit, cum ſpiritus vitæ in mulierem remearet.

B. Virginis apparitio & reuelatio ſeu prophetia.

Riſum materito narrat mulier.

Rerum euentus declaratur.

Alex. Pap. III. probat ſpiritum, ſi ex Deo ſit.

ART. X.

Remissionem peccatorum.

TIT. LXXIV. Remissionem peccatorum, sine qua iustus & saluus nullus esse potest, esse in Ecclesia Dei.

EXEMP. I. *Quando S. Attilanus Episc. Zamorensis peccatorum remissionem cognouerit sibi factam.*

Lucius Marin. de rebus Hisp. l. 5. ap. Sur. 5. Oct. tom. 7.

BAttilanus annum agens quintum & vigesimum, audiens in Moreola monasterio, quod à Samora non longe distabat, hominem sanctissime vixisse, illuc statim se contulit: vbi decennium sub Floriani Abbatis disciplina militauit. Cuius honestatem, sanctitatemque cognoscens Florianus, eum in Monasterij Priorem constituit. Quorum temporibus Zamorensis atque Legionensis Pontifices à mortali vita discesserunt. Attilanus in Episcopatu Zamorensi, & Florianus in Legionensi successerunt, propterea quod per omnem regionem clarissima eorum fama virtutum peruolabat: qui die Sancti Spiritus illo mysterio fuere roborati. Quapropter Attilanus templa, loca, omnesque populos summa cura gubernabat, & annos fere decem magnos & assiduos labores tolerabat. Qui memor exactæ vitæ, criminumque suorum, quæ antea commiserat, peregrè proficisci statuit. Episcopatus itaq; reditus pauperibus mandat communes fieri, quod multis rationibus suos hortatur, quoniam necessitate coactus se per aliquod tempus recessurum dicebat. Quod si secus mandatum fecissent, Deus iratus maledictione condemnaret. Hoc audientes, qui vitam eius nouerant, clamant omnes: Te sequemur quocumque vadis, ô mortalium omnium clementissime: quare nos in tanta calamitate relinquis? Per Deum vnicum quidquid rogas nos facturos testamur. Ille autem idem illorum adhibens cum eos benedixisset, statim discessit: cumq; venisset ad pontem prope templum S. Laurentij annulum quem digito gestabat, de ponte proiicit in flumen, dicens: Quando annulum hunc reuisero, tunc ab omnipotenti Deo omnium delictorum meorum veniam promerebor. Inde autem discedens cum vno comite, quem plurimum diligebat, adeo festinauit, vt eum defatigatum reliquerit in itinere. Solus itaque se pannis induit quam vilissimis, adeo vt à nemine cognosci posset, & duos annos eleemosynis vixit. Quem tandem vox in somnis audita diuinitus sic admonuit: Attilane iamiam tuum ad Pontificatum perge, tuæ enim exauditæ preces. Ipseque præcepto audito se itineri accinxit. Venit itaque ad cremum nocte, quæ sancti Vincentij de Cornu vocabatur, & conuicina sancto sepulcro, vbi quædam mulier cum marito suo illum in parua domo receperunt, eique comam non lauram quidem dederunt. Mane autem maritus & vxor pro piscibus ad Episcopi domum vadunt, vt antea consueuerant, & Attilanum rogant, vt interim domum custodiat. Quibus dantur pisces, immemores vnius quem domi reliquerant, reuersi pro eo dederunt piscem maioris ponderis. Quos pisces Attilanum rogant vt præparet, donec ipsa pro aqua, & maritus pro igne vadant. Quibus Attilanus respondit obsequenter. Cumq; maiorem piscem accepisset, dum eius viscera volueret, annulum, quem à ponte deiecerat, inuenit. Tunc repente pronus, & genibus flexis, Deo gratias egit, & continuo sponte campanæ sonitum dederunt, & magna totius ciuitatis admiratio orta est.

Ex annulo inuẽto peccata sibi dimissa nouit.

II. *De Ægidio reuelatum, remissionem peccati per eum Clodoueo faciendam.*

Petr. Ribadeneira de vit. Sancto. 1. Sept.

Diuus Ægidius Abbas, vitam in terris degens angelicam, toti mundo salutis animarũ salutari consulens; & ad diuina gratiã traducens ex multis Clodoueum Galliæ Regem, qui eum grauissimo quodam scelere obstrictus esset, ab eo monitus tantum scelus expiauit; & peracta pœnitentia peccati illius absolutionem consequutus est, & precibus eiusdem sancti ad frugem reuocatus.

III. *D. Eleutherio diuinitus etiam innotuit, eidem Clodoueo per ipsum remissa omnia fore peccata.*

Ex Archiuis & offic. Eccl. Cathed. Tornac.

Beati Eleutherij fama excitatus Clodoueus Francorum Rex Tornacum venit; cumque frequentioribus Eleutherij concionibus plurimum delectaretur, vir sanctus diuinitus admonitus Regi causam sui aduentus aperuit, peccatum scilicet graue post susceptum à D. Remigio baptismum ab ipso commissum, quod confiteri verecundia prohiberetur. Crimen profusis lacrymis Rex fassus Eleutherium obsecrauit, vt immaculatam victimam offerens diuini numinis iram placaret, & Præsul annuit, & totam noctem in vigiliis pro Rege precibus traducẽs sub auroram propitiatorium Deo sacrificium obtulit: cum ecce inter sacra, tota ecclesia collucente, affuit Angelus, qui preces exauditas, & peccatum remissum nunciauit. Vnde Rex ecclesiam & Eleutherium multis affecit muneribus, lætusq; ad interiora regni se recepit.

Clodoueo peccata remissa Angelus nũciat.

IV. *Vt S. Eligius diuinitus cognouerit remissa sibi esse peccata.*

In vita eius apud Sur. 1. Decem. ca. 8.

S. Eligius Nouiomensis Episcopus cupiens se vas Deo sanctificatum exhibere; metuens autem, ne aliqua suum delicta pectus fuscarent; omnia ab adolescentia sua coram sacerdote confessus est acta; sicque austeram cœpit agere pœnitentiam. Quodam vero tempore Dominum fide pleno pectore rogauit, vt si accepta Deo pœnitentia eius esset, quoquo modo dignaretur ei dare notitiam. Habebat itaq; in cubiculo, vbi assidue cubitare solitus erat, multorum pignora sanctorum in supremis dependentia sub quorum sacro velamine, reclinato in cilicio capite, orare consueuerat nocte. Quo nimirum

Confessio Sacramentalis.

Tedis episcopatu ad tempus vt peccata deleat.

S. Attiliani preces exauditæ

im

in loco, cum ex more quadam nocte in oratione prostratus super cilicium incumberet, somno ingruente oppressus, veluti transeundo in momento obdormiuit, visumq; est ei adstitisse repente quendam, atque dixisse: Ecce Eligi exauditæ sunt preces tuæ, indiciaque olim quæsita nunc tibi concessa. Mox excitatus odorem hausit gratissimum. Sensit etiam ex gerulo reliquiarum guttas suauissimas super suum leniſſime defluere caput. Ex quo nimis attonitus surrexit velociter, & solicite conspiciens vidit quasi balsamum distillare de chrismario, & pallio, quo erat opertus. Tanta quippe fragrantia odoris suauissimi totum illud impleuerat cubiculum, vt etiã ipse vix ibi subsistere requiuisset. Tunc memor suæ petitionis, nimiamque largitatem bonitatis Dei miratus, altius ingemiscens, fidelem retributorem ex intimo corde benedicebat Christum, qui nunquam dereliquit sperantes in se. Hoc ergo fuit initium virtutum eius; immo omnipotentis Dei, per quem omnes omnia possunt. Quod cum vir sanctus sodali suo Ardoeno, cognomento Dadoni, quem sicut animam suam diligebat, secretius enarrasset, vicissim ab eo exigebat, ne, vsquequo ipse in corpore maneret, eadem cuiquam indicaret.

S. Eligio peccatorum remissio diuinitatis reuelatur.

V. *Perseueranti in sancto proposito dimitti peccata diuinitus aliquando demonstratum.*

Rem breuiter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc Patre monasterii mei atque presbytero, nunc autem Syracusano Episcopo narrante cognoui. Nostris modo temporibus Victorinus quidam extitit, qui alio quoque nomine Æmilianus appellatus est, non inopis substantiæ iuxta mediocritatem vitæ. Sed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuisset valdè pertimescere, ac de suæ mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus erexit se contra se, mundi huius omnia dereliquit, monasteriũ petiit. In quo nimirum monasterio tantæ humilitatis, tantæque sibi districtionis extitit, vt cuncti fratres, qui illic ad mortem diuinitatis excreuerant, suam cogerentur mortem desiderare [illegible] penitentiam videre. Studuit namq; toto mentis adnisu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, furtiuas orationes quærere, quotidianis se lacrymis lauare, despectum suum appetere, oblatam à Fratribus venerationem timere. Hinc itaque nocturnas Fratrum vigilias præuenire consueuerat. Et quia mons, in quo monasterium situm est, ex vno latere in secretiore parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigilias egredi, vt se quotidie in fletu pœnitentiæ quanto secretius, tanto liberius macerare. Contemplabatur namque destructionem venturi iudicis sui, & iam eidem iudici concordans puniebat in lacrymis reatum facinoris sui. Quadam vero nocte Abbas monasterii vigilans hunc latenter egredientem intuitus, lento pede foras sequutus est. Quem cum in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum, expectare voluit quando surgeret, vt ipsam quoque longanimitatem orationis exploraret, cum subito cœlitus lux emissa super eũ fusa est qui in oratione prostratus iacebat: tantaq; se illo in loco claritas sparsit, vt tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret. Quam Abbas vt vidit, intremuit & fugit. Cumque post longum horæ spatium idem frater ad monasterium rediisset, Abbas eius vt diceret an super se effusionem tanti luminis agnouisset, requirere eum studuit, dicens: Vbi fuisti frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quod negans Abbas compulit eum dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoq; quod Abbatẽ latebat; aperuit, adiungens: Quando super me vidisti lucẽ descendere de cœlo, vox ẽt pariter venit, dicens: Dimissum est tibi peccatũ tuũ. Et quidẽ omnipotens Deus peccatũ eius potuit tacẽdo laxare: sed loquẽdo per vocẽ, radiando per lumẽ, exẽplo suæ misericordię nostra voluit ad pœnitẽtiã corda cõuertere.

Greg. Mag. homil. 34. in Euangel.

Peccatoris cõpunctio.

Carnis mortificatio.

Iudicii diuini præmeditatio.

Peccatum dimissum pœnitenti cælitus reuelatur.

VI. *Bernardus pœnitentiarius post actam pœnitentiam nolens credere Angelo nuncianti peccata sibi remissa, fit mutus.*

Cum venissemus in Thebaidem, conuenimus Sophistam Phibamonem in vrbe Antinoo: narrauitq; nobis vtilitatis nostræ gratia de latrone quodam nomine Dauid, qui apud Hermopolim plurimos exspoliabat, plures etiam interficiebat, & innumera perpetrabat mala, ita vt nullus in his crudelitatis operibus conferri posset: Eratque famosissimus inter omnes. Die vero quadam cum exercere latrocinia cum sociis plusquam triginta rediens in semetipsum, compunctusque in his, quæ perpetrauerat, sceleribus, relictis sociis abiit ad monasterium. Cumque pulsaret monasterii ianuam, exiit ostiarius, & dixit ei: Quid vis? Princeps autem latronum ait: Monachus fieri volo. Ingressus vero ostiarius nunciauit Abbati de eo. Egressus ad illum Abbas, & videns, quia [illegible] iuuenex esset, dixit ei: Non [illegible]re. Multum enim laborem tolerant fratres, abstinentiaque magna est. Et tu cum aliter assuetus sis, districtionem monasterii ferre nõ præuales. Ille autem orabat, dicens: Vtique faciam omnia tantummodo suscipe me. Porro Abbas in sententia sua persistebat, dicens: Non potes ferre. Tunc ait illi latronum princeps: Vt scias, ego sum Dauid latronum princeps, & idcirco veni huc, vt defleam peccata mea. Si autem me susciperе nolueris, sub iureiurando tibi protestor per eum, qui in cœlo habitat, quia rursus ad priorẽ statũ remeabo, & assumptis mecũ sociis meis vos omnes interficiã, totumque monasterium euertam. His auditis, Abbas suscepit eum intra monasterium, tondensque eum tradidit ei religiosum habitũ. Cœpit igitur in spiritali militia veteranus tyro pugnare, & abstinen-

Sophron. Prati Spirit. cap. [illegible]

Dauid pœnitentiarius latronum fuerat patronus.

Latronum princeps fit monachus.

Nota monachos o-

lim etiam gestasse cōsurā, & habitū nouū. Pœnitentia res est pretiosa, cum per eā peccata quantumuis grauia propellantur. *Luc. 1.*

tiæ, obedientiæ, humilitatisq; studiis cunctos, qui erant in monasterio, transcendere (erant autem fere septuaginta monachi) cunctos ædificans, omnibus existens forma virtutis, & sanctitatis exemplū. Die vero quadam sedente illo in sua cellula, missus ad eum Angelus Dei, dicens: Dauid, Dauid, remisit tibi Deus peccata tua, & erat ex tunc signa faciens. Qui respondens, dixit, Credere non possum, quod omnia peccata mea illa, plura quā Arena maris, atq; grauiora, tam breui tempore mihi remiserit Deus. Cui Angelus ait: Si Sacerdoti Zachariæ non credenti mihi, cum illi filium pollicerer, non peperci, sed eius vinxi linguam, docens illum non debere esse incredulū his, quæ à me dicebantur, nec tibi quidē parciturus sum. Idcirco eris amodo non loquens. Dauid autem prostratus humi, ait: Cum essem in sæculo nefaria scelera faciens, & humanum sanguinem fundens loquebar; modo, cum seruire Deo volo, laudesq; illi offerre, tunc linguā meā, ne loquar, ligas? Respondit illi Angelus. Cū implebis psalmodiæ canonem, loqueris; præter canonē vero penitus tacebis. Quod & factū est: plurimaq; per illum Deus miracula ostendit. Psallebat igitur psalmos, nullū vero verbū aliud omnino loqui poterat. Qui vero nobis ista narrauit, se illū vidisse asserebat.

Angelo discredens fit mutus.

VII. *F. Christophorus Franciscanus per Angelum fit certior dē remissione peccatorum.*

Ex Annal. Franciscan. Hier. Plat. de bono status religios. lib. 1. cap. 13.

In Annalibus quoque Franciscanorum legitur, Christophorum quendam Sacerdotem eius ordinis religiosissimum, cum vehementer sollicitus esset de quibusdam commissis in sæculo, rogasse fratrem quendam, quæ sæpe sui custodis Angeli aspectu colloquioq; fruebatur, vt de ea re ab ipso quæreret Angelum autem, quoad illa attineret, iussisse, vt bono ac secure esset animo; de reliquo vero studeret vsque in finem perseuerare, vt saluus esset.

VIII. *Iulianus hospitator ob hospitalitatis beneficium diuinitus intelligit culpam sibi de parricidio patrato remissam.*

Fulgos. lib. 6. c. 9. Marc. Marul. li. 4. c. 10 & lib. 2. 11.

Iulianus cognomento hospitator errore magis quam furore parentes interemit. Cū enim summo mane parentes, reuersus, in suo vxorisque cubili dormientes offendisset, putauit vxorem esse cum adultero, & educto repente gladio ambos transfixit. Vxor autem antequam ille aduenisset, ad ecclesiam peruexerat. Re tandem cognita, vbertim fleuit, vtique commissi veniam promereri posset: relicta domo, prope fluminis ripam, vbi multi vado transeuntes deperibant, Xenodochium posuit, vt viatores recto acciperet, & naui cula transuectare gratuito cœpit. Postremo diuinitus dictum audiuit, quod culpam eluisset hospitalitatis merito. Parentum ergo interfector per pœnitentiam factus est cœli habitator.

Iuliano pœnitenti culpa remissa.

IX. *Pyamoni reuelatur remissio peccatorum per pœnitentiam facta.*

Pyamon presbyter, vir multum humilis, & cui reuelationum gratia concessa erat, cum aliquando Domino sacrificia offerret, vidit Angelū Dei stantem iuxta altare, & vniuscuiusque monachorum accedentium ad altare scribentem nomina in libro, quem tenebat in manibus: quorundam tamen nomina non scribentem. Cumq; diligenter obseruasset senior, qui essent, quorum nomina non scripsisset, posteaquam sunt completa mysteria, vnumquemque eorum seorsim vocans, perscrutatur, quid eis in occulto peccati fuisset admissum, & inuenit ex confessione eorum vnumquemq; mortalis peccati obnoxium. Tunc hortatus est eos ad agendam pœnitentiam; & semetipsum cum eis ante Dominū prosternens die ac nocte, tanquam ipse in eorū peccatis esset obnoxius, flebat: & tamdiu permansit cum eis in luctu & lacrymis & pœnitentia, donec iterum videret eundem Angelum stantem, & scribentem accedentium nomina: & cum aliis vidit etiam illos ex nominibus euocantem atque ad reconciliationem altaris inuitantem. Vnde intellexit eorum susceptam esse pœnitentiam, & sic eos altari magna cum gratulatione restituit.

Ex vitis Patrum par. 1.

Angeli piorum nomina describunt.

Peccata per pœnitentiam delentur.

TIT. LXXV. Quos suis vere pœnitentes ab Ecclesia esse recipiendos.

EXEMP. I. *Landelinus dissolutus adolescens Angeli monitu resipiscit, & ab Ecclesia recipitur.*

In vita eius apud Sur. 15. Iunii.

LAndelinus nobilis Adolescens Cameracesius beato Autberto Antistiti, qui eum de sacro fonte susceperat, literis imbuendus à parentibus commendatur. Postquam vero ætate nonnihil progressus est, idem Episcopus voluit eum Clerici tonsuram accipere. Sed vbi id quibusdam cognatis eius innotuit, ab amore rerum cœlestium conati sunt eum suis persuasionibus reuocare: dicebant enim: En quantus iuuentutis decor eo inuitatur, vt mundo nuntium remittat. Sed noli frater assentiri. Si enim feceris, nec tibi nec parētibus vlli vsui eris. Præstat igitur, vt nobis obtemperans, relinquas monasterium, & mundi huius oblectamentis potius, quam hic instar mortui cuiusdam ociosus desideas. Si nobiscum abire volueris, suppeditabimus tibi omnia quæ libita erunt animo tuo, efficiam vsque vt diuitiis & honoribus abundes. His & id genus aliis blandis sermonibus persuaserunt ei quod volebant, ita vt à Sancto Autberto aufugiens, illisque se adiungens, deinceps rapinis & cædibus deditus esset, instar prædonum. Ea causa pius pater Autbertus multo mœrore affectus, haud secus atq; mortuum eum lugebat, & erat reuera mortuus, qui iam diabolo seruiret. Orabat nihilominus sanctus Pontifex Deum continenter pro illo, vt libertatem restitueret captiuo, & vitam mortuo, faceretque medicinam satanico vulnere sauciato. Quid plura?

Landelinus seductus viuit flagitiose.

Plura? Malesana mens, quod improbe cœperat, Prosequi constituit, nomenq; suum mutans, Mauroſum se deinceps vult appellari, scilicet ne nomen quandoq; proderet eum, qui se in perditionis latebras abdiderat. Interea dies multos in tam nefario opere perdurans seruiebat diabolo à Christo profugus: sed tandem diuina potentia non deseruit preces sancti Pontificis, & pro solita clementia filium restituit errabundum sanctæ Matri Ecclesiæ. Volebat is cum suis sociis diuitis cuiusdam domum diripere. Ea autem nocte, quæ huic flagitio destinata erat, quidam ex complicibus eius excessit è vita, cuius morte ille vehementer afflictus dedit membra sopori, viditq; miseri illius animam in tartarum abduci: Cumque non sine ingenti tremore id aspiceret, adstitit Angelus Domini, & voce terribili dixit ei: Cerne iam Landeline præmia laboris tui: ide vt anima socii tui ad inferiorum æterna [supplicia perrahatur: simulque considera, vtrũ tibi præstabilius sit ita protrudi in barathrum æstuantis gehennæ, an nobiscum potius perfrui gaudiis sempiternis. Missa igitur fac opera satanæ, & amplectere Christi militiam. Abiice obscurati pectoris cæcitatem, vt possis intueri clarissimam Christi lucem. Excute iamiam à cervicibus tuis iugum diabolicæ seruitutis, vt post breuis huius vitæ curricula possis æternum regnare cum Christo. Audi B. Autbertum antistitem, & agnosce spiritualem patrem tuum. Suscipe libens ab ore eius monita cœlestis doctrinæ. Hæc & alia multa cum Angelus ei dixisset, cœlum petiit. Landelinus autem eo visu non mediocriter terrefactus, relictis sociis, & rebus suis omnibus, pedes Cameracum festinat, & S. Autberti pedibus se aduoluens, orat pro admissis criminibus pœnitentiæ mulctam sibi irrogari. Ille vero pius pater, eius gratulans conuersioni & desiderio, suscepit pœnitentem, quem diu fleuerat à se profugum, sinumque ei diuinæ misericordiæ aperiens reddidit eum sanctæ matri Ecclesiæ. Itaq; sub sæculari habitu degens in monasterio agebat pœnitentiam macerans corpus ieiuniis, quod mundi illecebris contaminauerat. Atq; tandem excoctus diuturna pœnitentia, statuit mundi à se negocia abiicere vt possit liberius cælestia cogitare. Rogat igitur B. Autbertum, vt se tondeat, & militiæ cælestis chlamydem induat.

Nomen suum mutat Landelinus.

Ab Angelo aspere monetur Landelinus, vt resipiscat.

Landelinus pœnitens misericorditer ab ecclesia suscipitur.

II. *De Comite ab Ecclesia excommunicato, & ab eadem post pœnitentiam recepto.*

Osbert. Monachus in vita eius c. 31. apud Sur. 19. Maii & Baron. to. 19. an. 970. S. Dunstan.

Comes quidam præpotens cognatam suam illicito sibi matrimonio copulauerat, & à Dunstano semel, secundo & tertio redargutus incestum suum diuortio expiare nolebat. Quapropter glad o Spiritus sancti à viro Dei percussus, à liminibus sanctæ Ecclesiæ est seiunctus. Qui typho tractus superbiæ Regem Angliæ adit, Dunstanum immoderatæ & impiæ seueritatis accusat, regia sanctione se ab eius tyrannide libertũ cõstitui querula voce precatur & obsecrat. Cuius verbis Rex acquiescens, Dunstano mandat, vt hominem cum ea, quam duxerat, in pace manere sinat, & à quibus ipsum suspenderat, sacris restituat. Miratur ille audita, & dolet religiosum Regem per mendacem hominis linguam, ante rei inquisitionem & examinationem, esse se ductum. Ponit tamen hominem ad rationem, & tam pro commisso crimine, quã propter iniustam sui criminationem terrefactum, paulo durius increpat, cupiens eo modo ad pœnitentiam & correctionem eor illius emollire. At vbi vidit ipsum non solum verbis suis non consentire, sed insuper contumaci spiritu contra se furere minatiq; supra id, quod eum ab ingressu domus Dei suspenderat, vt dixi, omnem ei communionem fidelium, donec à sua prauitate discederet, interdixit. Tunc ille se ipso deterior effectus immani est furore correptus: & nihil eorum quæ possidebat, alicuius esse momenti reputans, ad hoc solum se totum studebat impendere, vt Dunstano excitaret scandalum, & Christianæ legis iugum, quo à sua libidine coercebatur, sibi faceret alienum. Legatos itaque suos Romam destinat, & talibus assueta quorũdam Romanorum corda & ora in suam causam largo munere, largiori sponsione permutat. Quid deinde? Præsul Apostolicæ sedis Dunstano, peccatori homini condescendere verbis ac litteris mandat, & eum Ecclesiæ gremio integre cõciliare monet, hortatur, imperat. Ad quæ Dunstanus ita respondet: Equidem cũ illũ, de quo agitur, delicti sui pœnitudinem gerere videro, præceptis Domini Papæ libens parebo. Sed vt in peccato ipse suo iaceat, & immunis ab Ecclesiastica disciplina nobis insultet, & exinde gaudeat, nolit Deus. Auertat etiam Deus à me, vt ego causa alicuius mortalis hominis, vel pro redemptione capitis mei, postponam legẽ, quam seruandam statuit in sua Ecclesia idem Dominus meus IESVS CHRISTVS filius Dei. Hæc sibi relata ille audiens, & Dunstanum ab his, quæ certo diceret, inflexibilem esse certissime sciens, & excõmunicationis suæ pœna cum pudore hominum constrictus, tum timore periculorum, quæ talibus nonnunquam accidere solent, perterritus, obstinationem suæ mentis deposuit, & abdicato illicito coniugio pœnitentiæ sibi cultum imposuit. Dunstano namque generale totius regni consilium de pœnitentiæ obseruantia Christianitatis celebrante; ipse suimet publicæ oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus amictus, virgas manu ferens, Concilio sese mediũ ingessit, ante pedes Dunstani gemebundus & eiulans corruit. Quo viso moti sunt omnes, qui aderant, ad pietatem, & ipse pater omnium, maiori præ cæteris pietate motus est. In vultu tamen seruato disciplinæ rigore, vtpote hominẽ reconciliare Deo desiderans, lacrymas eius ad horã seuerus sustinuit: ac demum à toto concilio postulatus, lacrymans ipse, culpam indulsit. Itaque ab excommunicationis vinculo absolutum, communio in fidelium, gaudentibus cunctis, eum restituit.

Ep. coercet incestuosum.

Incestuosus contumax excommunicatur.

Munera excœcant oculos hominum.

Incestuosus excommunicatus remunicationis dit ad fru- gem melio- rem.

Comitis exemplum notabile.

III. De

III. *De Eudoc'a Augusta seniore ab errore Eutychianorum reducta, & ad Orthodoxiam admissa.*

Cyrillus Monachus in vita S. Euthymii apud Sur. 20. Ioan. & Baron. to. 6. an. 455.

Eudocia Imperatrix crebris admonita litteris, vt Eutychianistarum relicta communione sequatur ea, quæ decreta fuerant ab Ecclesia Catholica: illa primum quidem cunctabatur & differebat mutationem, neque sciebat quemadmodum dimitteret ea, quæ sibi visa fuerant. Postquam vero intellexisset, suum generum, nempe Valentinianum Imperatorem, fuisse interemptum in vrbe, filiamque eius filias esse in potestate hostium, & captiuas abductas Carthaginem, corde valde lauciata & rerũ carissimarum amissione ea esse repensa arbitrata, inuenit calamitatem magistram eius quod recte habet. Ipsa enim inquit, tua disciplina me docebit. Et ad rectam & veram fidem per illam reducta statuit deinceps viris diuinis vacare, ab eis instrui, & vti ducibus ad salutem. Et ideo Anastasium Corepiscopum cum quibusdam aliis, qui ei seruiebant, mittit Antiochiam ad Simonem χιονίτην, id est columnam habitante, qui erat multo altius sublatus virtute quam columna, & vere totius Orbis miraculum: ei scopum cordis sui per literas significans, roganssq; vt ab illo rursus acciperet, quænã esset sua sententia. Quidnam autẽ respondit? scias, inquit, quod malignus videns opes tuarũ virtutũ, expetiuit te, vt cribraret sicut triticum, & per pestiferum illum Theodosium tuam corrupit animam. Sed esto bono animo: non enim deficiet fides tua. Mihi autẽ hoc succurrit admirari, quod cum sit tibi fons propinquus, ipsum quidẽ despicis, procul vero quęris eandem aquam haurire: habes enim diuinum Euthymium, cuius sequens doctrinam non errabis à salute. His auditis non fuit negligens Eudocia, neque supina in boni inquisitione: sed cum statim de viro inquisiuisset, & intellexisset ei esse prohibitum ad Ciuitatem aliquam accedere: turrim in solitudine, quæ vergit ad Orientem, in altissimo ædificat promontorio, quo non plusquam triginta stadia distat à Laura. Et illa quidem in eam ascendit, vt nullo prohibente frueretur ad satietatem doctrina Euthymii. Cum autem eum vidisset Imperatrix Eudocia, non leuiter aspexit, sed vt qui in æstate aquam sitit, ad illius pedes præ gaudio procidens: Nunc cognoui, inquit, quod Deus me visitauit. Ille a. cũ ea solita impertiisset benedictione: Sed oportet, inquit ô filia, te tibi deinceps attendere, & in futurum diligenter cauere: Nam quoniã vel parum abducta fuisti vna cum Theodosio, propterea tibi molestia euenit in rebus carissimis. Sed vt per totam vitam abstineas ab hac à ratione aliena contentione, oportet te præter tres sanctas & œcumenicas Synodos, nempe Nicænã, quæ cõuenit aduersus Arium; & Constantinopolitanã, quæ ipsa quoq; congregata fuit aduersus Macedoniũ, & Ephesinã priorem aduersus Nestorium, accipere etiam decretum, quod fuit editum ab ea, quæ nunc fuit congregata Chalcedone; & cum te separaueris à communione Discori, Iuuenali Ieorsolymitano Archiepiscopo omnino communicare, & cum eo omnino consentire. Cũ hæc quidem dixisset; & precatus esset pro Imperatribe, & deinde ei valedixisset recedit: Illa autem statim reipsa executa est ea, quæ mandata fuerant, sanctamq; ingressa ciuitatem, Iuuenali & Catholicæ cõmunicauit Ecclesiæ; magnamque & frequentem inducit multitudinem monachorum & laicorum, vtque sicut dissensionis, ita & communionis optimum fuit exemplum.

Ad Euthymium Anachoretã mittitur Eudocia.

Ad pedes Euthymii procedit Eudocia imp.

Oecumenicæ Synodi tres

Obedientia Eudociæ imperatricis.

Psal. 17. Eudocia Augusta vexatione redditur orthodoxa.

Eudocia Augusta legatos mittit ad Simonem Stylitam.

Luc. 22.

ART. XI.

Carnis resurrectionem.

TIT. LXXVI. De carnis resurrectione, quæ in nouissimo die bonis malisq; continget.

EXEMP. I. *Veritatem de resurrectione mortuorum Deus mirifice insinuat excitatione è somno septem dormientium, qui 372. annos dormierant.*

TEmporibus Theodosii Imp. disputatio ingens in vrbe imperante de mortuorum resurrectione extitit, & populo maxima incessit concertatio. Quidam enim vna cum Sadducæis, resurrectionem prorsus non esse opinati sunt: quidam autem ægre quidem, sed credidetunt tamen, defunctos excitatum iri, apertis & irrefragabilibus sacrarum scripturarũ testimoniis adducti, alio prorsus, & immutato corpore. Vt primum enim corpus illud, quod variis modis solutum abolitumque sit, resuscitetur, fieri non posse: sed præter id aliud, nulla præcedente materia, diuina, quæ omnia perficit, voluntate denuo restitutum, vna cum anima resurrecturum esse existimarunt. Huic tantæ ætatis huius hominum ignorantiæ, & de proposita quæstione ambiguitati, qui priusquam existant, omnia nouit Deus, perinde atque medicus optimus, idonea præparauit remedia, vt tempore suo curam adhibens, animarum sanaret imbecillitatem. Itaque ante annos trecentos septuaginta duos, rem fecit, quæ nulla ex parte miraculis antiquitus ab eo supra naturæ captum editis cedat: quam hoc loco commemorare aggrediar. Ephesi in Ionia septem pueri corporibus iuxta & animis fratres fuere, à parentibus per manus eis traditæ religionis nostræ cultores. Tanto vero illi erga Christum flagrarunt amore, vt persequutionem eam, quam Decius Romanus eo tempore Imperator grauissimam perquam crudeliter exercuit, parui facerent. Et quum propalã Christum confessi essent, postea non longe ab vrbe ea secesserunt: & in vicino quodam antro propter imminens periculum seipsos occultarunt. Eius antri aditũ & fores persequutores à parte exteriore probe circũuallatas muniuere. Illi porro præ anxio animi mœrore in somnũ sibi profundũ delabi visi sunt, a-

Niceph. Callist. lib. 14. Eccles. cap. 45. & Constantin. Manasses in Annalib. Disputatio de resurr. mortuorum. Historia septem fratrum dormientium apud Ephesum mortuorum resurr. certissime indicat. Resurrectio mortuorum certissime indicatur.

que

quę ita ad annos trecentos septuaginta duos dormierunt. Perinde n. atq; Angeli prouidentia diuina & spiritu sancto obumbrati, & veluti sensu orbati, suaui & molli somno, eo quo diximus tempore ita sunt detenti, vt neq; corpora neq; vestimenta eorũ diffluxerint: vbi autem tempore suo sub præsenti, de quo nunc agimus, Theodosii imperio speluncæ fores reclusæ sunt, è somno illo euigilarunt: vnumq; ex eis in vrbem rerum necessariarum comparandarum gratia miserunt. Quum autem is ciuibus Decii numisma proferret, noua atq; insolita monetæ forma adducti, in thesaurum eum illi incidisse opinati sunt, iuuenemq; ad vrbis rectorẽ duxerunt, neque leuia ei, vt aurum inuentũ indicaret, adhibuerunt tormenta. Et postquam flagris abunde cõcisus vix apud se ipsum esset exclamans: Quis tandem, inquit, imperium nunc obtinet? mihi dicite. Atq; illi suauiter & facete subridentes: Num tu, respondêrunt, Theodosium nunc feliciter imperiũ administrare ignoras? Tũ iuuenis: Bona verba quæso, ait: an non Decius, sed Theodosius Romanũ obtinet imperiũ, qui me & sex alios mecũ multo terrore territos, per præfectum vrbis speluncam hanc, vbi occultabamur, subire coegit, vt de me illi fame perciti ad panes emendos præmisere? His illi verbis auditis consternati, celeriter omnes ad antrum illud accurrerunt, adituq; magis dilatato, lapidibusq; hinc & inde disiectis, in tabulam inciderunt, in qua Decii nomen, ipsorum in Christi religione profitenda libertas, fuga simul & occultatio, necnon sepulturæ tempus percommode expressum erat. Proinde cum reuerentia debita eos inde eduxerunt; & de re omni celeriter Imperatorem certiorẽ fecerunt. Cæterum Imperator fidelissimus, vbi eã rem cognouit, quod semper quę grata Deo & accepta essent faceret, pietate sua indignum duxit, vel istos ad se transferri curare, vel alios ad eos videndos mittere, ipse ma. domi manere, alterum enim arrogantiæ, alterum autem socordiæ omnino esse iudicauit. Et rebus omnibus præ eo vt ad illos veniret, contemptis, quã potuit celerrime Ephesum contendit, atque ibi illorum conspectu se oblectauit, & cum eis colloquutus, & ad satietatem consuetudine eorum vsus est: cum autem in communi etiam mensa cum eis, ita vt par erat, cibum cepit, septemq; totos dies cum eis fuit, omne eis curæ & officii genus præstans. Vbi vero etiam longiore rursus somno & obitu sancto Christo obdormierunt, debito eos prosequutus est honore: & præclara ea de causa triumpho acto, magnificeque rursum eis in antro repositis, Constantinopolim est reuersus. Ea re quæstio de dogmate sopita est. Satis enim constabat, qui vt pueri illi tot annos, veluti noctem vnam nullo corporum detrimento quiescentes supersessent, effecerit eosq; vna cum animabus excitarit: eum quoq; potestatis suæ abundantia, omnes homines cum suis non alienis corporibus, in momento vno, veluti ex somno tempore suo excitaturum esse, &c.

Imperator Theodosius ad eos videndos Ephesum profectus.

Quæstio Constant. de resurrectione mortuorum per miraculum istud decisa.

II. *Mortuorum resurrectio contra Sadducæum aperte demonstratur.*

Quidam Presbyter Sadducææ malignitatis veneno infectus, negans corporum resurrectionem, post longam cum B. Gregorio Turonensi disputationẽ, tandem conuictus, veram de ea re credenda fidem amplexus est. Vide fusius apud auctorem. *Greg. Tur. lib 10. hist. Franc. c. 13.*

III. *Vt versutum hæreticum de resur. errantem confutauerit D. Hieronym. Ecclesiæ Doctor.*

Quidam veterator callidus, atque, vt sibi videbatur, doctus & sciolus, me nesciente, cœpit ei, nempe Paulæ viduæ, proponere quæstiones & dicere: In qua ætate resurrecturi sumus? Si in ipsa qua morimur, ergo nutricibus post resurrectionem opus erit. Sin aliter, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexus maris ac fœminæ erit, aut non erit. Si erit, sequentur & nuptiæ & concubitus, sic & generatio: si non erit, sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent: *Aggrauat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*, Sed tenuia erunt, & spiritualia, dicente Apostolo; *Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale.* Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam vitia & antiqua peccata in corpora esse delapsas; & pro diuersitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari, vt vel corporum sanitate gauderent, & parentum diuitiis ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domus in opum venientes, pœnas pristinorum luerent delictorum, & præsenti sæculo atque corporibus, quasi carcere clauderentur. Quod cum audisset, & ad me retulisset, iudicans hominem, mihique incubuisset necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens: *Ne tradas bestiis animas confitentium tibi*, &. Increpa Domine bestias calami, qui scribentis iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendacium, & eleuant in excelsum os suum; conueni hominem & orationibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione cõclusi, dicens: Vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorum, an non? Qui cum se credere respondisset, intuli: Eadem resurgent corpora, an altera? Cum dixisset, eadem: Scisciatus sum, In eodem sexu, an in altero? A me interrogata reticenti, & colubri, huc atque illuc transferenti caput, ne feriretur. Quia inquam, taces, ego mihi pro te respondebo, & consequentiam inferam: Si non resurget mulier, vt mulier, neque masculus, vt masculus, non erit resurrectio mortuorum, quia sexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. Si autem sexus & membra non fuerint, vbi erit resurrectio corporum, quæ sine sexu non constat & membris? Porro si corporũ non fuerit resurrectio, nequaquam erit resurrectio mortuorũ. Sed & illud quod de nuptiis obiicis, si eadem membra fuerint, sequi nuptias, à Saluatore dissoluitur, dicente: Er- *D. Hieron. in vita S. Paulæ viduæ Roman ep. 27. ap. Sur. 27. Ianuar. pag. 733.* Disputatio de resurrectione mortuorum. *Sap. 9. 1. Cor. 11.* *Ps. 73. & 67.* D. Hieron. confutat hæreticum.

Matth. 22. *varia, neque nubent, neque nubentur, sed erunt similes Angelorum.* Vbi dicitur, non nubent, neque nubentur, sexuum diuersitas demonstratur.

IV. *Eutychius haereticus quomodo sub mortem fidem Catholicam de resurrectione corporis sit professus.*

Breuia. Ro. 12. die Mart. Io. Diacon. in Vit. Greg. Magnili. 1. c. 29. 30. & Baron. to. 7. 586. 6.

S. Gregorius Magnus, Romanus, Gordiani Senatoris filius, adolescens philosophiae operam dediti & praetorio officio functus, patre mortuo sex monasteria in Sicilia aedificauit, Romae septimum sancti Andreae nomine in suis aedibus prope basilicam sancti Ioannis & Pauli ad cliuum Scauri, vbi Hilarione ac Maximiniano magistris monachi vitam professus, postea Abbas fuit. A Benedicto Pontifice Diaconus Cardinalis creatus, nec multo post, à Pelagio II. Benedicti successore, Constantinopolim ad Tiberium Constantinum legatus mittitur. Vbi tunc Eutychius Constantinopolitanae vrbis Episcopus haeresim de resurrectione disseminabat: eo enim argumento commentarium à se scriptum ediderat, quo cum firmiter aduersus Gentiles & haereticos carnis resurrectionem astrueret, ab Origenis tamen erroribus petitam opinionem iisdem suis scriptis inserebat, nimirum fore corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, ventis aereque subtilius. Cum id accepisset Gregorius, eũ conuenit atq; redarguit vtque ab erronea & prorsus haeretica sententia recederet, longa disputatione contendit. Impetrator autem vtrumq; eorum secreto suscipiens, quid inter eos discordiae versaretur, agnouit, & vtriusq; partis allegationes pensans, eundem librum, quem de resurrectione scripserat, suis quoque allegationibus destruens, deliberauit, vt flammis cremari debuisset, A quo cũ egressus esset Eutychius, eum aegritudo & mors protinus est secuta. Dum tamen adhuc viueret, quicumque ad eum salutationis gratia pergebant, ante eorum oculos pelle manus suae tenebat, dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. Quod, vt ipse fatebatur, omnino prius negare consueuerat.

Eutychius incaute labitur in errores Origenis.

Disputatio inter [illegible] & Eutych.

Liber Eutychii damnatur flammis. Eutychius haeresi de resurr. profitetur.

V. *Synesius Cyrenensis Episc. de resurrectione dubitans quomodo tandem eam professus sit.*

Niceph. lib. 14. hist. eccl. c. 55. Euan. lib. 1. c. 15. Platonicis difficile fuit resurr. credere. Resurrect. corporum profitetur Synes. de ea prius dubitans.

Synesius praeter alia omnia facundus erat, & Philosophiam adeo excellenter exercuerat, vt admirationi etiam Christianis esset, illis videlicet, qui nec amoris, nec odii affectibus indulgendo de visis iudicant. Persuaserunt igitur illi, vt salutiferae regenerationis particeps fieret, iugumque sacerdotii subiret, cum nondum resurrectionis doctrinam suscepisset, neque alicuius existimationis esse vellet. Neque malis coniecturis deducebãtur, quod eas virtutes, quibus vir ille praeditus erat, etiam ista per gratiam Dei sequutura essent, quae nihil imperfectum esse pariunt: nec frustrati sunt spe sua. Qualis enim & quantus fuerit, epistolae illius indicant, quas eleganter ac facunde post sacerdotium acceptum scripsit.

TIT. LXXVI. De mortuis ad vitam suscitatis ad magis confirmandam de resurrectione veritatem.

EXEM. I. *De mortuo puero per senem quendam anonymum à mortuis suscitato.*

Ex Aeneae Gazeo Baro. tom. 6. Annal. an. Do. 484. 97. Viros sanctos frequentare, vtile.

AEneas Gazaeus florentissimus sui tẽporis scriptor ad mortuorum resurrectionem insinuandam hoc exemplum scribit. Nec fabulae sunt, quod dicimus, nec è longa vetustatis memoria repetitum, sed hac tempestate factum miraculũ. Ego ipse vidi senem & egregie bonum, & Deo cum primis carũ. Ei familiaris erat quidã agricola, vir simplicis ingenii, & pater vnius pueruli: cum quo puero vir ille rusticus senem illum frequenter adibat, volens aliquid boni facere & discere; illucque suarum frugum primitias, tamquam ad fanum quoddam afferebat. Accidit haud ita multo post, vt puer graui morbo correptus vitam cum morte commutaret. Cum iam defunctum pater nõ (vti lex mandabat) sepulcro condidit, sed sportae impositum, foliis obtectum, atq; in humeros sublatũ portans, ad senem ipsum intrat. Deinceps autem depositio onere, senem, vt consueuerat, affatus, cum eiintentis in ipsum oculis assedisset, paucaque & dixisset & audisset, puero, vt solebat, ceu vuarum primitiis, illic relicto, discessit. At vbi sol iam occidisset, facta solita precatione, senex fructus illos attracturus, foliis remotis, non vuas sed mortuũ inuenit: & quantam pater spem fidemq; habuisset, est admiratus. Ergo cum animo ad Deum intento super puerũ incubuisset, prius non surrexit, quam puerum suscitasset: atque sic eum resuscitatum ad patrem misit: ipse vero in exilium iuit, ne admiratione eius homines perciti nimis molesti deinceps essent.

Puer à mortuis senis oratione suscitatus.

II. *De puero à mortuis per B. Martinum Turon. Episc. excitato.*

Dum aliquando B. Martinus Turonensis Episcopus Carnotum oppidum peteret, & vicum quendam habitantium multitudine frequentissimum praeteriret, obuia ei immanis turba processit, quae tota erat gentilium: Nam in illo vico nemo nouerat Christum. Verum ad famam tanti viri campos omnes late patentes confluentium multitudo contexerat. Intellexit hic Martinus operandum, & annuncianti sibi spiritu totus infremuit. Nec mortale sonans verbum Dei gentibus praedicabat, saepius ingemiscens, cur tanta Dominum Saluatorem turba nesciret. Interea sicut eum incredibilis circumdederat multitudo, mulier quaedam, cuius filius paulo ante defecerat, corpus exanime viro protensis manibus coepit offerre, dicens: Scimus quia amicus Dei es: restitue mihi filium meum, quia vnicus mihi est.

Seuer. Sulpitius in vita eius, Dialog. 2. 6.

hi est lunxit se cetera multitudo, & matris precibus acclamabat. Tum Martinus videns pro expectantium salute consequi posse virtutem, defuncti corpus propriis manibus accepit: Et cum expectantibus cunctis, genua flexisset, vbi consummata oratione surrexit, viuum paruulum matri restituit. Tū vero multitudo omnis, in cœlum clamore sublato, Christum Dominum fateri; postremò cuncti ceteratim ad genua beati viri ruere cœperunt, fideliter postulantes, vt eos faceret Christianos.

B. Martinus puerum à morte excitat.

III. *Resurgit mulier S. Francisci pietate, vt peccata confiteretur.*

S. Benauent. in vita B. Francisci cap. 15.

In castro montis Marani prope Beneuentum, mulier quędam sancto Francisco peculiari deuotione cohæreus viam vniuersæ carnis intrauit. Conuenientibus autem clericis nocte ad exequias & vigilias cum psalteriis decantandas, subito cunctis cernentibus, erexit se mulier super lectum, & vnum de astātibus sacerdotem, patrinum videlicet suum, aduocauit, dicens: Volo confiteri, pater. Ego enim mortua duro eram carceri mancipanda, quoniam peccatum, quod tibi pandam nec dum confessa fueram. Sed orante, inquit, pro me S. Francisco, cui dū viuerem, deuota mente seruiui; redire nunc ad corpus indultum est mihi, vt illo reuelato peccato, sempiternam promerear vitam. Et ecce, vobis videntibus, postquam illud detexero, ad promissam requiē properabo. Trementer ergo sacerdoti trementi confessa, post absolutionem recepram, quiete se in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

Confessio auricularis miraculo probata.

IV. *De sancto Mælouio Episcopo qui gigantem mortuum resurgere iussit.*

Ex Vincent. hist. lib. 21. cap. 97. Sim. Maiol. ep. Vultua. Colloq. 2.

S. Maclouij Episcopi Britanni Insulæ Fortunatæ tempore, gigantis corpus sepultum immensum fuit inuentum: eò etenim serendi Euangelij causa profectus Maclouius, refosso quodam sepulcro, comperit corpus occupans ampliſſimum spatium illi, ac comitibus admirandum: sanctus igitur cadauer iussit resurgere in vitam: paruit ille, multa de rebus, arcanisq; alterius sæculi diuinis Maclouium edocuit: ac suscepto baptismate, etiam diu superuixit.

V. *De arbore arida per orationem reuiuiscente in testimonium resurrectionis futuræ.*

D. Gregor. Turonen. de Glor. Confess. cap. 50.

Cum S. Seuerinus presbyter ab vna ecclesia diebus Dominicis, re sacra peracta, ad aliam ecclesiam sese aliquando transferret, & velocius cornipedem calce verberans properaret, & caput eius ramus mespili arboris percuteret, ille iniuriam sentiens; ait: Arescere te iubeat Deus, cuius nutu de terra egressa es; & confestim aruit arbor vsque in ipsis virtutis suæ radicibus. Ille vero accedens, quo ibat, celebratis solemniis, fuit in eodem loco tribus diebus. Quarta autem die regressus, cum vidisset arborem aridam, ait: Væ mihi, qui in amaritudine cordis maledixi huic arbori: ecce enim qualiter aruit: & descendens prostrauit se ad radices eius, & ait ad Dominum: Deus omnipotens, cuius nutu omnia gubernantur, cuius imperio non nata creantur, creata viuunt, mortua reformantur, cuius salubre præceptum tenentes, viuere nos post mortem corporis huius credimus per futuram resurrectionem: tu præcipe: vt reuiuiscat hęc arbor, & sit sicut antea: Et statim quasi per aliquam venarum dispositionem, humor à terra consurgens, per totos arboris patulæ ramos vbere irrigatione diffunditur, laxansque nodos arentes prorumpentibus foliis reuixisse ab astantibus est mitata.

TIT. LXXVII. Sanctorum virorum adhuc in terris degentium corpora, interdum etiam affici dotibus corporum glorioſorum.

Cum resurgemus, corpora nostra solem fulgore superabunt; & cum nunc seminentur in ignobilitate, surgent tunc in gloria, id proficiscetur a diuinitate corpora permeante, quæ vt se prodat, & aliquod indicium futuræ gloriæ mortalibus ostendat, eluceſcit interdum luce quadam mirabili, & conspicua è sanctis viuentium corporibus. 1. Cor. 15.

Accidit hoc in Moyse, qui mentis deuotione Christi venturi corpori se adiunxerat, cum luce d uinitus accepta, colloquio cælesti dius potitus, tantiq; consortij participatione illustratus, è monte descendit, & in conspectum populi se ded t: facies namque eius vndique radios emittebat, & Iudæorum nemo poterat aut oculos figere, aut intendere in eum, necesseq; ipse habuit velo faciem obducere, atque ita alloqui Hebræos. Exod. 34. 29. cap.

Christus Dominus similiter, cum dux esset in montem Thabor Petrum, Ioannem & Iacobum, diuinitus inclusum splendorem subitò emisit, ita vt facies eius esset instar lucidissimi solis, ac perterrefacti discipuli humi se abiecerunt. Matth. 17. 3.

EXEMP. I. *Splendor è vultu Christi Domini emanans vt B. Matthæum Apostolum ad se traxerit.*

DIuus Hieronymus agens de subita B. Matthæi Apostoli conuersione ostendit, quantus splendor & virtus fuerit in vultu Christi Domini; Certe, inquit, fulgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana Christi facie relucebat, ex prima ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide & succinis hæc esse vis dicitur, vt annulos & stipulam, & festucam sibi copulent, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat. Hieron. in c. 3. Matth.

II. *S. Antonius inter orandum multa luce perfunditur.*

In vita eius apud Surium 2. Maij Vincent. Mainardus.

D. Antonius Florentinus Archiepiscopus, doctissimus iuxta ac sanctissimus, crucifixi effigie ad fundendas orationes vtebatur in museolo in quo inclusus pernoctabat. Domesticus quidam nocte, putans se vocari à beato viro accessit primum: & cum ingenti luce locum vidisset coruscantem, furtiue observans vidit sanctum virum multo lumine illustratum, longè à terra sublimem ad crucifixi simulacrum abreptum, quod dulciter alloquens amplexibus stringebat, & lateri defosso oscula, incredibili voluptate perfusus figebat. Hinc obseruatum, sermonem sancti viri mirabili suauitate deinceps fuisse respersum.

III. *De Euthymio monacho in sacru cœlesti luce circumfuso.*

Nicephor. Callist. Eccl. lib. 14. cap. 52.

Euthymius monachus in presbyterorum ordinem allectus, sacrarum tantum rerum curam gessit. Postea in Palæstina vna cum admirando Theoctisto in antro quodam virtutis statuit officinam. Intantum autem virtute enituit, vt quum canon esset & formula instituti monastici, tum miraculis etiam edendis præclarum obtineret nomen. Quum sacris mysticis operaretur,

Euthymiũ celebrantẽ claritas circumfulget.

lux cœlis perinde atque columna affulgens, eũ circumdedit, veluti voce claritas emissa, quanta vitæ puritate vir is esset, indicans: & quo quisq; eorum animo esset, qui ad sacram communionem percipiendam accedebant, per arcanam reuelationem perspiciebat; quod clarissimum prorsus sanctimoniæ eius summæ indicium fuit.

IV. *De Agnete virgine Martyre in carcere clarissimo lumine circumfusa.*

D. Ambr. in vita eius.

Agnes virgo Romana cum fuisset in carcerem iecta, filiusque Præfecti malo animo, vt eam stupraret, furens eo esset ingressus, vidit illam clarissimo lumine circumfusam, eamque in insania perseuerare, protinus concidit mortuus.

V. *De B. Francisco curru igneo aliquando ad discipulos nullo patente aditu inuecto, & multa luce sæpe circumfuso.*

D. Bonauentura in vita eius.

Scribunt S. Franciscum, quamuis abesset à loco, in quo discipuli ipsius erant, adstitisse tamen illis aliquando, licet occlusi essent aditus omnes, curru igneo inuectum, acter illud domicilium circumdasse, ac supra caput eius nubem quandam in modum solis congl batam splendentemque fuisse: Eodem modo vius est aliquando in solis locis ingenti

B. Francisc. ingenti luce sæpe circumfulgere visus.

vndique luce circumfulgens verba facere cum Iesu, Maria, & Ioanne Euangelista, innumeris angelis præsentib .s. Rursus cum loqueretur de rebus cælestibus ad mensam, in qua aderant, abstracti sunt omnes à sensibus, visa omnia circumcirca ardere, & ingens vndique incendium excitari. Accurrunt vndique Assistates, ignem nullum videns, cuncti in obitum diuinorum defixi.

VI. *Vt S. Herebertus noctu orans luce diuinitus circumfusus clarificatus fuerit.*

In vita eius apud Sur. 30. 7. Aug. 10.

Nocte quadam sancto Hereberto orante, & cunctis circa ipsum dormientibus, lumen, quod de more coram ipso positum fuerat, vt toto noctis spatio luceret, extinctum est. At domesticus eius Clericus, repente somno excitatus, consurgens, & hac illaeq; sub horridulo silentio circumspiciens, dum pro recuperando lumine solicitus trepidat, rem diuinam & memoria dignam, vtpse cum iuramento testabatur, conspicatus est. Nam inter ipsas noctis tenebras, ecce de lectulo, in quo B. Pontifex peruigil orabat expansis manibus, lux immensa refulsit: cuius etiam magnitudine inualescente, nec manus eaidem, vt ipse fatebatur, videre aut discernere potuit.

Claritas circumdat S. Heribertum orantem.

VII. *De Eugenia Virgine in carcere multo splendore circumdata.*

Simeon Metaph. in vita eius.

Eugenia, virgo Romana, Valeriano & Gallieno imperantibus, ob cultum Christi supplicio est vltimo affecta; sed ante detrusa in tenebricosum carcerem, decem dies in eo permansit: quo temporis spatio locus ille alioquin obscurissimus, perpetua luce semper diu noctuque, coruscauit.

VIII. *Doctor dubitans de claritate corporum glorioſorum quomodo ab eo errore liberatus ſit.*

Ex Cæsario libr. 12. mirac. ca. 54.

Magister quidam Parisiensis infirmatus, cum deglorificatione corporum cogitaret, & hæsitans in corde suo diceret: Quomodo poterit esse, vt corpora fictilia, & putrida, lucere possint in futuro, sicut sol: ad pedes suos, quos de operimento erexerat respexit. Et ecce tantus splẽdor de illis exiuit, vt oculi eius reuerberati, eos intueri nequirent: moxque ad se reuersus gratias egit Christo, cuius virtute, antequam moreretur, ad fidem resurrectionis reductus est.

Claritas corporum glorioſorum.

IX. *De Andrea Spoletano Franciſcano inter medias flammas ob Chriſti fidem illæſo & interempto.*

Thom. Bozius de ſig. Eccleſ. lib. 15. c. 9.

Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo Andreas Spoletanus ex ordine Franciſcanorum Rege Feſſæ in Mauritania, & Principibus multis præſentibus, vt palam faceret eſſe veram Chriſti doctrinam quam prædicabat, vndiq; flammis eſt circundatus, & illæſus in iis diu permanſit. Quocirca Mahometani lapidibus in eum coniectis furentiſſime illi mortem attulerunt, populo qui eo confluxerat, ex omni parte rem ſpectante.

Impaſſibilitas Andreæ Spoletani in flammis.

X. *De Petro Ignæo Cardin. qui medium ignem latus illæſus peruaſit.*

Idem lib. 9. cap. 5.

Petrus Ignæus, qui Alexandro ſecundo ſedente, cum Florentini in duas eſſent partes diuiſi, & altera ſchiſmatis hæreticiſque, Petro Epiſcopo duce, adhæreret; altera Alexandro ſecundo, vt oſtenderet Alexandrum verum Pontificem, Chriſtique Vica-

rium

Miraculum in fauorem summi Pontificis.

rium, Missa celebrata, acceptaque ab Abbate Ioanne Gualberto benedictione, solo indusio tectus, nudisque pedibus inter duas strues ardentium lignorum longas decem brachia, altas propè & latas, quinque, lento gradu, flammis mediam viam undique cooperientibus, illæsus, lætusque, tota vrbe inspectante, incessit; cunctisque obstupescentibus, veritatem maximo miraculo comprobauit.

Incorruptibilitas in mediis flammis.

XI. *Franciscus super prunas candentes accumbens turpes mulieres conuertit.*

D. Bonau. in vita.

S. Franciscus Assisias, cum mulier quædam Saracenicæ superstitionis in Syria vellet eum ad illicita perpetranda pellicere, maximam vim candentium prunarum, quæ aderant, per pauimentum longè lateque dispersit, deinde super eas accubuit; & cum nihil damni pateretur, mulierem, vt idem faceret, inuitauit: illa, re mirabili obstupescens, sanctimoniamque viri suspiciens, Christo nomen dedit.

S. Francisc. super ardentes prunas ambulans non læditur.

XII. *S. Dominicus precibus in occlusam adem nullo patefacto aditu introducitur.*

Io. Anton. Flaminius in vita S. Dominici.

S. Dominicus Prædicatorum Pater, cum iter faceret vnà cum quodam exordine Cistercienſi, ac de via fessus peruenisset ad ædem quandam vndique occlusam, precibus se dedit ac protinus nullo aditu patefacto, mirabiliter ipse, & comes eius, intus se collocatos viderunt; quod in eius vita Ioannes Antonius Flaminius refert.

Subtilitas corporis viuentis.

XIII. *De mulere Edessena à Gotthis abducta mira agilitate sanctorum auxilio in patriam relata.*

Sim. Metaphrast. apud Sur. tom. 6. Nouemb. 15.

Illud, quod antiquitus accidisse scribit Simeon Metaphrastes, omnem superat admirationis modũ. Morabantur Edessæ præsidij causa nonnulli milites Gotthi; ex his quidam amore captus puellæ formosæ cœpit eam miserrimè deperire. Cum nulla daretur via qua posset ea potiri, in coniugio sibi illam dari efflagitauit. Virginis mater ac propinqui reclamare vniuersi, homini ignoto, è remotissimis locis oriundo, barbaro militi nequaquã decere puellam tradere abducendã in terras longinquas. Victi tamẽ omnes precibus assensum dedere. Mater, à cuius gremio ægerrimè abstrahebatur non prius illam barbaro dedit, quam duxisset in templum Somonæ. Cutiæ, & Abibi martyrum: ibique datis sanctis illis fideiussoribus eam bene habendam, Gotthorum demum dedit. At ferus ille voti compos, vt libidinem exsatiauit, abreptam in patrium solum procul à suis puellam pessimo atque atrocissimo consilio viuam sepulchro inclusit; quippe qui domi aliam coniugẽ haberet. Ibi Edessena fœmina, post innumera lamenta, plurimosque eiulatus, ad opem sanctorum confugere, illos obtestari, fideiussionem præstitam vociferationibus miserandis vsurpare. Adstitere illi in lucentissima veste, ac bono animo esse iusserunt, & somno placido correptã (dictu mirum) breuissimo temporis spatio, è remotissima regione, obseratosepulcro, eductam reduxerunt in patriam suam. Quo rerum tantarum ignarus Gotthus postea rursus venit, agnitusque, & nequidquam multa comminiscens supplicio est vltimo affectus.

Sanctorum inuocatio notanda.

Agilitas mulieris Edessenæ.

XIV. *De Quirino martyre, qui saxo alligatus super aquas ambulauit.*

Agilitas Quirini martyris.

Quirinus martyr, vt scribit Prudentius, & Eusebius in Chronicis, anno trecentesimo decimo quarto, alligatus ad saxum, demersusque in flumen, enatauit, & placide super aquas ambulauit sustinentibus saxum, ferentibusque vndis.

XV. *De Ammone monacho vltra ripam fluminis diuina virtute translato.*

Sozomen. lib. 1. c. 14. hist. Eccles.

Narrat post Palladium Sozomenus, Ammonem monachum vna cum Theodoro discipulo iter aliquando fecisse; cumque transituri essent ambo nescio quod flumen satis profundum, nudare sua corpora erubescebant, ne alterius oculis paterent. Rogauit Ammon Theodorum, vt paulisper abscederet, & oculos auerteret. Id cum egisset ille, pudebat tamen Ammonem semetipsum intueri nudum: quod cum secum cogitaret, diuina virtute in vlteriorem ripam continuo est translatus.

Agilitas in Ammone monacho.

XVI. *De Conradino Bononiensi precum tempore in aera rapto.*

Thom. Bax. de sign. Eccl. cap. 5.

Conradinus quidam cum fuisset in vincula coniectus à Bononiensibus, quod eos in Pontificem contumaces sæpius obiurgaret, ac totum se in precib. dedisset in carcere, raptus est in sublime. Quod à cunctis custodibus obseruatum, & à plurimis conspectum, fuit in causa, vt è carcere educeretur.

TIT. LXXVIII. Cœlestes glorioſorum corporum dotes ſeu proprietates Sanctorum reliquiis in terris ad gloriam Dei communicari.

EXEMP. I. *Inſtar corporum glorioſorum ſplendent interfecta ſanctorum virorum corpora.*

Petr. Damiani in vita S. Romuald. 10 Iunij. & Martin. Cromerus in hiſtor. Ex Sur. 21 Octobris. Bozius libr. 15. cap. 7.

CVm Sarai occidiſſent Ioannem & Benedictum Camaldulenſes monachos in ſolitudine poſitos, ad eorum corpora maximum lumen ſemper affulſit. Ex quo factum eſt, vt id plurimi videntes Chriſto nomen dederint.

II. *Claritas dos corporis glorioſi.*

Eligius Epiſcopus Nouiomenſis, eum ſancti Quintini corpus eſſet inuentum, ſplendore incredibili, qui ex illo eſt profectus, vna cum multis adſtantibus eſt perculſus.

III. *De ſplendore, qui è S. Ermelindis virginis corpore promanauit.*

Apud Surium tom. 5. Octob. 29.

Corpus S. Ermelindis virginis iacebat ignoto loco: accidit que, vt quidam eo faciens iter, longius progredi haud posset, subsistens itaque, & media nocte expergefactus, vidit immensum inde lumen prodire: vbi illuxit, perrexit ad id conficiendum, cuius causa viæ se dederat, deinde ad obseruandum redit, & à Domino de corpore beatæ virginis est certior factus.

Claritas reliquiarum sacrarum.

IV. *De reliquiis S. Wolfi eremitæ in igne ab adustione illæsis.*

Apud Sur. 21 Octob. to. 4.

S. Wolfus Eremita, cuius vitam describit Gregor. Turon. lib. 8. hist. Franc. ca. 15. post mortem sepultus est in ecclesia, quam ipse ædificauerat. Contigit autem eum locum & per iniuriam, incendium pati. Cumque sic ignis omnia consumeret, mœsti ciues de beati viri reliquiis, turbari cœperunt, quod eas velut fracto loculo detectas antiquitas reliquisset. Et ecce, sedato igne, diligenter intuentes, ossa viri sancti ab hac vstione intacta reperiunt, ac si nullum locus ille incendium esset passus. Inde vero Egeberti Treuerorum Episcopi consilio, cum alio transferrentur, vt ibi in maiore reuerentia haberentur, in itinere abundans pluuia descendit super clericos & populum, sed super feretrum ne vna quidem pluuiæ gutta cecidit.

Impassibilitas dos secũda corp. gl. Reliquiæ S. Wolfi. in igne illæsæ.

Miraculũ.

V. *De S. Euphemia martyris reliquiis in ignem proiectis mirabiliter ibidem asseruatis.*

Tho. Boz. libr. 15. de Sign. Eccles. ca. 7. to. 2. ex Nicephoro.

Cum Persæ Calcedonem cepissent, conati sunt reliquias sanctæ Euphemiæ martyris combutere, ac paleis vndique in altissimam struem congestis ignem immisere. Et paleæ quidem flammas conceperunt, sed incendium nihil ex arca tetigit.

Reliquiæ S. Euphemiæ in igne integræ.

VI. *De sanctorum virorum ossibus in ignem proiectis & ab eo minime læsis.*

Anno Domini 1220. sex annis ante mortem B. Francisci, Miramolinus Saracenorum Rex quinque Franciscanos capite truncari iussit, 7. Calend. Febr. ac eorum reliquias, ne à Christianis vt sanctæ venerarentur, igni comburi decreuit. Sed igne copioso accenso, cum in eum sanctorum corpora iactarentur, hinc inde flamma declinans reliquit intacta; immo (quod dictu mirabile est) cum vnum de capitibus pluries in ignem proiectum esset, diuina operante virtute, de igne semper exiliens, nec in capillis est læsum: & nunc cum pelle & capillis integrum demonstratur: Nam Saraceni pretio sumpto eas reliquias Christianis vendiderunt.

Corporum sacrorum impassibilitas.

VII. *De reliquiis S. Vincentij à feris & mari integre asseruatis.*

Ex Simeon Metaph. Iun. 22. Ian. tom. 1.

Datianus Tyrannus, cũ reliquias Vincentij martyris per nauras in mare proijci iussisset, & eo vsque in altum mare nauigassent, donec littora & montes oculorum acies fugerent, vbi eas proiecissent, hilari admodum vultu ad Datianum reuertebantur, quasi illius nuntij præmium relaturi. Sed priusquam in aridam terram rediissent, illud ipsum, quod proiectũ fuerat, Christi manu ad terram appulit, quasi debitum sepulchri honorem postularet. Illi vero stupore & metu correpti, reliquiis ipsis relictis, abierunt.

Aquæ non nocent sacris reliquiis.

VIII. *De incorruptione reliquiarum Vbaldi Episcopi Eugubini.*

Sumus supra annum trecentesimum & quinquagesimum secundum, inquit Bozius, ex quo Vbaldus Episcopus Eugubinus vita migrauit, & tamen ego bis aspexi viuida immaculataque eius membra, ac propius intuitus sum sacerdotum manibus attrectari, & in omnes partes versari, perinde ac si caro viua esset, non corruptioni obnoxia, nisi modo extrema sunt illi ambesa.

Tho. Boz. libr. 15. de sign. Eccles. cap. 3. to 2. Incorruptio 3. dos corp. glor.

IX. *De S. Antonomi Episc. Nicomed. reliquiis in sepulcro post longa tempora incorruptis.*

Testatur Metaphrastes se vidisse S Antonomi Episcopi & martyris reliquias in sepulcro à mortis viribus manifeste inuictas post ducentos annos, adeo vt etiã coma capitis esset illæsa, & formæ character consisteret integer, pelle firma & intensa, ne amissis quidem pilis labri superioris. Figura quoque corporis suam conseruabat compagem sine vlla partium à se inuicem disiunctione. Sic munificus Dominus scit vicissim eos glorificare, qui suis membris voluerunt eum glorificare.

In vita eius apud Sur. to. 5. Septem. 12. Incorruptibilitas reliquiarũ S. Antonomi Episc.

X. *De reliquiis S. Quintini martyris se per se, suo loco diuina virtute mouentibus.*

Corpus S. Quintini martyris in alueo fluminis occultatum iacuit annos quinquaginta quinque; postea autem cum mulier quædam Romana diuino monitu illud expiscaretur, accidit vt post. multas eius preces mirabili modo corpus eximis fluctibus in altum sese attollens enatarit ad ripam, capurque similiter alunde eo se contulerit.

Apud Sur. in vita eius 31. Octob to. 5. Agilitas 4. dos.

XI. *Thoma Herfordiensis reliquiæ sub aliis sepultæ, supra illas positæ inueniuntur.*

Narrat Euagrius, ac post eum Nicephorus, Thomam quendam in Cœlesyria monachum vitæ fuisse sanctissimæ, cuius cadauer eius loci incolæ in communi aduenarum monumento repõsuerunt, aliis, atq; aliis plurimis super illud congestis: postquam vero Deo seruum suum cohonestante corpus ipsius, identidem ea re tentata, semper superiorem tenuit locum, cadaueribus reliquis diuina quadam vi longe admodum ab ipsius corpore semotis, miraculi eius spectatores ad Euphemium Episcopum rem retulerunt. Quare ille, vti erat, cognita, publicam atq; honorificam funeris pompam indixit, & corpus magnifice Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmiterio sepeliuit.

Niceph. Call. lib. 17. ca. 23. ex Euagrio.

Reliquiarũ sacrarum agilitas.

XII. Ra-

XII. *Reliquiæ S. Bertulphi ab incendii flammis sponte sua exiliunt.*

Tho. Boz. lib. 15. de Sign. cap. 7. tom. 2.

In oppido Harlebacensi afferebantur S. Bertulphi Abbatis reliquiæ. Igne iniecto, accidit, vt totum conflagraret vna cum ipsius Sancti æde. Quam cum flammæ absumerent, ossa è medio in altum sese attollentia prosilierunt in obiectum vestimentum sacerdotis, quod è conspectu incendii humi expansum iacebat.

TIT. LXXIX. De apparitione spirituum beatorum.

EXEMP. I. *D. Petrus Apostolus & S. Apollinaris cum Sixto summo Pontifici apparuerint.*

Hier. Rubeus in Rauennat. hist.

BEatus Petrus Apostolus, & sanctus Apollinaris eius discipulus, per visum apparentes Sixto Papæ anno quadringentesimo trigesimo tertio, eum admonuerunt Rauennati sedi imponendum Petrum illum vere Chrysologum virum sanctissimum simul & eloquentissimum.

II. *Diuus Paulus Apostolus Neroni Imp. tertio à martyrio die apparuit.*

Niceph. Callist. l. 2. hist. Eccl. cap. 36.

Ferunt diuum Paulum Apostolum, antequam martyrio afficeretur, Neroni testatum fuisse, se illi tertio à cæde sua die viuũ repræsentaturum. Quod vbi est factum, in consternationem illum coniecit. Et quum post mortem Paulus, ita vt prædixerat, certo & vere illi assistens, libere Christum verum esse Deum profiteretur, neque veram salutem in alio quam IESV nomine esse; ostendere illum quidem dicunt conatum esse; minime autem (quod viso ea repente euanuerit) comprehendere Paulum potuisse.

D. Paulus tertio à morte sua die Neroni apparet.

III. *Basiliscus martyr D. Ioanni Chrysost. apparet.*

Niceph. Callist. lib. 13. hist. eccl. cap. 37.

D. Ioannes Chrysostomus Patriarcha Constantinopolitanus cum in exilio esset, & ad Comanenos Armeniæ quum veniisset, ad templum Basilisci martyris ductus est, qui Episcopus fuisse, & sub Maximino Nicomediæ martyrii certamen obiisse dicitur, ibi in somnis ei apparens martyr: Bono, inquit, animo esto, Ioannes frater, vtremque crastina dies coniunget. Ille etiam custodi templi, vt locum Ioanni pararet, præcepit. Ex eo loco cum triginta stadiorum iter confeciſſent, præter opinionem recta via excidentes, errabundi ad martyris ædem reuersi sunt. Itaque cum res suas disposuisset, linguam ad docendum mouisset, lætus se, ita vt calceos quoque indueret, vestibus suis ornasset, & per communionem diuinam sanctificationem percepisset; Gloria tibi, inquit, Domine, de rebus omnibus. Et seipsũ signo crucis sub qua vixerat, obsignato, beatam illam ingressus est profectionem, cum Christo viuens & regnans, pro quo labores longos pertulit.

Basilisci martyris apparitio.

III. *D. Ioannes Baptista cuidam monacho monasterii Eustorgii Abbatis apparet, eumque febricitantem sanat.*

Sophron. prat. spirit. cap. 1.

Erat Senex quidem habitans in monasterio Abbatis Eustorgii Ioannes nomine, quem sanctus Elias Archiep. Hierosolymitanus voluit ducem monasterii constituere. Ille vero non acquiescebat dicens: In montem Sina orationis causa pergere volo. Archiepiscopus autem cogebat eum, vt prius Abbas fieret, & postea pergeret, quo vellet. Cum vero Senex non acquiesceret, dimisit eum spondentem, se, postquam reuersus esset, susceprurum regiminis curam. Et ita salutato Archiepiscopo iter apparuit, vt ad Sina non proficiscitur, assumpto secum & discipulo suo: transuadatoque Iordane fluuio, cum vix vno lapide processissent, cœpit senior rigore detineri, ac post paululum inuasit eum febris, vt ambulare non posset, inuenerunt speluncam paruulam, in quam ingressi sunt vt requiescerent. Cum vero febris ita inualescceret, vt se vix mouere posset, in ipsa spelunca tres dies commorati sunt. Tum Senex insomnis aspexit quendam astantem sibi, & dicentem. Die Senex: Quo ire vis: Respondit; in montem Sina. Dicit ei: Ne, quæso, ne recedas hinc. Cum vero hominib. Seni id persuadere non posset, abscessit. Febris vero non sunt seni acrius infesta erat. Rursus nocte sequenti idem ergo more Seni astitit eodem habitu, & ait: Quid Senior, affligi vis? Audi me, & nusquam hinc proficiscaris. Ait illi Senex: Tu, quisnam es? Respondit is, qui apparuerat: Ego sum Ioannes Baptista: & ideo tibi iubeo, vt nusquam recedas: Nam spelunca ista breuis maior est monte Sina: quippe in hanc sæpius Dominus noster IESVS, cum me visitaret, ingressus est. Pollicere ergo mihi, quod hic habitabis, & ego mox sanctã in sanitatem tibi restituero. Quod Senex audiens, libenter spopondit, se in eadem spelunca permansurum. Et continuo sanus effectus perseuerauit ibidem toto vitæ suæ tempore. Speluncam vero illam fecit ecclesiam, congregauitque fratres. Appellatur autem locus ille Sapsas.

Si Sancti apparent virtute Dei miracula faciunt.

IV. *Carolo Magno apparet D. Iacobus Apostol. hortaturque vt Hispania regna à Saracenorum potestate liberaret.*

Ex Turpini eius historiographi S. Anton p. 2. & hist. tit. 4. c. 4. & §. 4. Vinc. l. 26. c. 9.

Carolus Magnus postquam multa regna acquisierat, proposuit quiescere à præliis, statimque intuitus est in cœlo viam quandam stellarum inciepientem à mari Frisiæ, & tendentem inter Theuronicam & Italiam, inter Galliam & Aquitaniam, & recta transeuntem per Gasconiam & Baselam, & Nauarram & Hispaniam, vsque ad Galeciam, in qua beati Iacobi corpus tunc latebat incognitum. Hanc viam per singulas noctes aspiciebat Carolus, & cogitabat quid significaret. Cui hoc cogitanti vir quidam optimæ & pulcherrimæ formæ vltra & quam fas est dici, nocte in ecstasi apparuit, dicens:

Caro. Mag. à D. Iacobo inuitatus liberat Hispaniam à Saracenis.

dicens: Quid agis, fili mi? Cui Carolus. Quis es Domine? Ego sum, ait, Apostolus Iacobus, alumnus Christi, filius Zebedæi, frater Ioannis Euangelistæ, quem Dominus supra mare Galilææ ad prædicandum populis sua ineffabili gratia eligere dignatus est, quem Herodes Rex gladio peremit, cuius corpus in Galæcia, quæ à Saracenis turpiter adhuc opprimitur, incognitũ requiescit. Vnde miror, cur terram meam nondum liberasti, qui tot & tantas vrbes acquisisti. Quapropter tibi notifico, quia sicut Dominus potentiorem omnium Regum terrenorum te fecit, sic ad præparandũ iter meum, & liberandam terram meam de manibus Moabitarum, te inter omnes, vt tibi coronam æternæ retributionis exinde præparet, eligit. Via stellarum, quã in cœlo vidisti, significat, quod tu cum magno exercitu ad expugnandũ gentem paganorum perfidiam, & liberandum iter meum, & ad visitandũ sarcophagum meum ab his oris vsque ad Galæciam iturus es, & post te omnes populi à tempore præsenti vsque ad finem sæculi: taliter apparuit Apostolus Carolo tribus vicibus. Post hoc perrexit Carolus illuc cum magno exercitu. Cumq; obsideret Pampiloniam tribus mensibus, & eam capere non posset propter muros inexpugnabiles, orauit S. Iacobum, vt propter honorem sui nominis daret ei capere ciuitatem: tunc muri funditus corruerunt. Qui de Saracenis baptizari voluerunt reseruati sunt ad vitam, qui noluerunt, occisi sunt. His auditis mirabilibus omnes vrbes se dediderunt, & facta est tota terra sub tributo, &c.

V. *Eidem Carolo Magno apparet D. Dionysius Gallorum Apostolus, & cur?*

Vincent. lib. 24. Sp. hist. c. 12.

Cum Carolus Magnus esset apud sanctum Dionysium, vt ibi ageret Deo & sancto Dionysio gratias de gente pagana subiugata, rogauit eum Imperator, vt pro illis intercederet ad Dominum, qui in Hispania mortui erant, & pro salute eorum, qui libenter nummos dabant pro ecclesia S. Dionysii ædificanda. Nocte sequenti Carolo dormienti apparuit Sanctus, eumque excitauit, dicens: Iis, qui tua monitione & exemplo animati in bello Saracenorũ sunt mortui, & morituri sunt, omnium delictorum suorum impetraui veniam, & iis, qui ad ædificandam Ecclesiam meam nummos dant, grauioris vulneris sui medicinam.

Sancti in cœlis orant pro defunctis.

VI. *D. Martinus Sisulpho apparens exponit, cur infirmitates, & hostium grassationes populum affligant.*

Greg. Tur. lib. 2. mirac. D. Mart. cap. 40.

Sisulphus ex Cinomanicis pauperculus dum in hortellum suũ meridie obdormiuisset, nescio quid nequitiæ perpessus est. Et somno autẽ exiliens, contractis in volam digitis cum magno dolore perpessus, rursus soluitur in soporem. Et vidit per visum & ecce vir stabat ante eum nigris vestibus, cano autẽ capite. Qui conuersus ait: Quid sic, inquit, in fletibus commoueris? Et ille: Ecce venerabilis Domine, dum parumper obdormiui, cum dolore expergefactus opus manuum mearum perdidi, & nescio quid sceleris commisi. Tunc vir illi, tanquam discipulis Dominus de cœco nato: Quia neque ille peccauerat, neque parentes eius, sed vt manifestaretur opus Dei in illo, ait: Debilitas tua tormentum indicat populi delinquentis. Vade ergo nunc per vicos & castella, & ad ciuitatem vsq; pertende, & prædica, vt se omnis homo à rapinis & vsuris abstineat, & nullum opus in solemnitatibus mysticis agat. Ecce enim coram Domino in lacrymis decumbemus, veniam pro populo deprecantes, & adhuc spes est obtinendi, si emendatio sequatur in plebe. Nam hostilitates & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus, indignationem Domini commouent; & ideo nuncia velociter, vt se emendare studeant, ne crudeliter in scelere suo pereant. Tu vero his peractis, quæ imperaui, Turonum ad basilicam propera, ibique te visitabo, & obtinebis apud Dominum vt saneris. Cui ille, Dic mihi, quæso, Domine, quis es, vel quod est nomen tuum? Cui vir: Ego sum, inquit, Martinus sacerdos Turonensis. His sancti verbis pauper surrexit à somno, apprehensoq; baculo iter imperatum aggreditur, & quæ sibi fuerant impetrata populis nunciauit. Mense autem septimo postquam hæc acta sunt, beatam basilicam adiit, ibique prostratus per triduum quarta die à Sancti virtute visitatus est. Iam enim computruerat in eo caro vel nerui palmarum, qua de causa detinebatur. Et cum digiti eius directi fuissent, sanguis ab iisdem erupit. Sed eis omnibus, medicatis, ore proprio quæ recolimus, enarrauit.

D. Martini apparitio. Io. cap. 9.

Malorum nostrorum causa quæ.

VII. *S. Cyprianus Martyr suis post obitum apparens eos consolatur.*

Procopius de bello VVandal. lib. 1. apud Baron. to. 5. an. 437.

Anno Christi 439. Wandali Africam inuasissent, atq; munitis locis omnibus potirentur, proximam ciuitati Cypriani memoriam aggressi sunt. Quid vero tunc acciderit, Procopius ita narrat. Hoc itaque templum Wandali, imperante Valentiniano * pulsis Christianis ac sacerdotibus multa ignominia eiectis, tenuerunt, ipsius cura Arianis delegata. Quamobrem Afris maximo dolore perculsis, ac animi pendẽtibus, dicunt, Cyprianum in somnis apparuisse, & bono animo Christianos huius rei gratia esse iussisse, sese breui tempore vltorem futurum pollicendo. Vbi res in vulgus prodiit, Afri omnes expectabant vltionem hanc in Wandalos, nec propterea vnde hæc procedere possent vllo modo conijcere poterant.

* *Honorio.*

Apparitiones Sanctorum post mortẽ contra Caluinianos.

VIII. *Quomodo Sancti, quorum corpora sacra Colonia requiescunt, noctu visi sunt circumire ciuitatem Colon eamque contra vim hostium obsidentium munire & protegere.*

Temporibus Clementis IV. circa annum Domini 1266. vt habent Annales Colonienses, cum ciuitas

tas Colonia obsidione cingeretur, Comes Cliuensis & Stephanus de Wylen vno in tentorio noctu quiescentes viderunt D. Vrsulam radianti corona prefulgidam, & cereum lucidissimum manu gestantem lumine totius vrbis & orbis luminibus æquipollentem, quam sequebantur vndena virginum millia Sanctorum quoq; Maurorum ac Thebeorum agmina, vt sculptæ in mœniis Colonienſibus imagines circa monasterium D. Pantaleonis, & picturæ antiquæ basilicę D. Gereonis testantur. Qui omnes videbantur ciuitatem & portas roseis crucibus consignare, & contra hostium vim ac potentiã præmunire. Quo miraculo territi hostes, ac de obtinenda ciuitate desperantes, obsidionem soluerunt, temerarium existimantes cũ gigantibus, θεομαχεῖν, ac ipsos diuos, diuorumque patrocinijs munitos manibus præliis lacessere. In huius diuinæ protectionis perpetuam memoriam, & iugem gratiarum actionem amplissimus Senatus inclytæ ciuitatis Colonienſis quotannis ipso sanctorum Maurorum festo, quod 15. Octob. celebratur, tredecim grandes cereos donat Basilicæ D. Gereonis, qui in crypta eiusdem Basilicæ, vbi SS. Maurorum ac Thebæorum corpora requiescunt, tunc per dies aliquot lucere conſpiciuntur.

Sancti apparent vt Coloniam vrbem contra hostes defendant.

IX. *De Petro de Paz strenuo milite, qui in nostri exercitus commodum post mortem apud Antuerpiam apparuit.*

Martin. Del. tom. 1. Disquisit. Magic. l. 2. q. 16. sect. 5.

Adscribo & hoc vnum, quod multorum militum grauium, qui se vidisse sancte iurabant, testimonio compertum. Cum anno Domini 1585. admirandum illo opere, dicto Gall. l'Estaquade, Alexand. Farnesius Antuerpiam obsideret, Batani Anglique, vt obsessis opem ferrẽt, & obsessi eodem tempore, vt hostem destinerent facta eruptione acerrime pugnabant, aggeremq; iam Regio militi ereptum possidebant, securi vt sibi videbantur: tum à regijs militibus primo paucioribus conspectus prope aggerem Petrus de Paz Hispanus Tribunus, vir & militaribus & pietatis ornamentis laudatissimus, qui iam mensib. aliquot ante defunctus, visus hic armatus, vt solebat legionem præcedere, & suis quondam militibus manu aduocatis, vt se sequerentur, imperare. Indicant primi secundis, is tertiis, hi sequentibus: vident omnes idem, mirantur animisque resumptis notum sequuntur ducem: præit ille & recta in hostem ducit: fit pugna, sed Batauis in naues compulsis aggerem Regis reliquere. Hoc momento oppidum munitissimum spe victoriæ, & se tuendi, decidit.

Petri de Paz defuncti militis, apparitio & auxilium.

ART. XII.

Vitam æternam.

TIT. LXXX. De vita æterna, quam electis post mortem supereſſe minime dubitamus.

Rex Assuerus, qui regnabat ab India vsque Æthiopiam super centum viginti septem Prouincias grande fecit conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis fortissimis Persarum & Medicorum inclytis in ciuitate Susam per stadium centum octuaginta dierum, idque cum omni splendore, sumptu, & magnificentia regia; vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & magnitudinem potentiæ suæ. Sic supremus ille Rex, qui infinite potens est decreuit celeberrimum instituere conuiuium in cœlo per omnem æternitatem, vt ostenderet in illo immensitatem diuitiarum, sapientiæ, liberalitatis, & bonitatis suæ. *Esther. 1.*

Christus promittit latroni in cruce pendenti, & iam morituro vitam æternam, dicens: Hodie mecum eris in paradiso.

B. Stephanus in medio martyrij certamine, ac lapidum grandine videt cœlos apertos, & IESVM stantem, eum ad constantiam animant m, vtaque æterna cupidus dicit: Domine IESV, accipe spiritum meum. *Act. 6. cap.*

EXEMP. I. *B. Antonino demonstratur locus proborum & improborum post hanc vitam.*

BEatus Antonius Abbas anno integro orauerat, vt ipsi reuelaretur locus iustorum & peccatorum. Vidit autem gigantem nigrum altissimum, qui ad nubes vsque pertingebat: habebat autem manus ad cælum vsque extensas: infra verò erat lacus, qui mare æquabat magnitudine. Vidit quoque animas tanquam aues sursum volantes: & quæcunque eius manus & caput superuolabant, seruabantur ab Angelis: quæ autem à manibus eius verberabantur, incidebant in lacum. Ad eum itaque vox peruenit, quæ dicebat: Quas vides animas superuolasse caput Gigantis & eius manus, eæ sunt animæ iustorum, quæ ab Angelis seruantur in paradiso: quæ autem à manibus eius percutiuntur, eæ inferno demerguntur, quia attractæ fuerunt à voluntate carnis & odium secuti sunt. *Pallad. in hist. SS. Patrum, cap. 27.*

II. *Vita æterna felicitas Maximo infideli demonstratur, in fide accepta, beatificatur.*

Cum S. Tiburtius & Valerianus fratres ad martyrium ducerẽtur, Maximus Præfecti cornicularius compassione motus flebat, videns eos ad mortem lætos properare. Cui Tiburtius: Nisi nos, inquit, certissime didicissemus, alteram vitam esse perpetuam, nunquam istam amittere gauderemus: At Maximus: Contemnerem, ait, & ego vitam hanc, si certũ esset quod loqueris. Tum Valerianus: Si promittis te pœnitere, faciet te Dominus certum de his in hora, qua profiteris nominis confessione tunicas istas corporeas deponemus. Quod cum Maximus iureiurando promisisset, ac paulo post Sancti martyrium susciperent, vidit Maximus Angelos Dei fulgentes sicut sol, & animas eorũ egredientes de corporibus quasi virgines de thalamo ascendentes ad cœlos. Huius igitur tantę felicitatis spe erectus Maximus Christi fidem constantissime professus, fortiter & in-

E vita eius apud Sur. Lud. Gran. concil. 3. Do. 2. 40.

& inuicto animo crudeliſſimum pro fide maximeque diuturnum ſupplicium pertulit: Tandiu enim à Præfecto plumbatis cædi iuſſus eſt, quouſque ſpiritum exhalaret.

III. *De beatorum gloria S. Saluio Epiſcopo oſtenſa.*

Greg. Turo. lib. 7. hiſt. Franc. c. 1.

Scribit Gregor. Turon. lib. VII. hiſt. Francorum, ſanctum Saluium Abbatem poſt peractam in magna auſteritate vitam ad aliam emigraſſe non ſine magno monachorũ eius, genitricisq; ſuæ deſiderio. Mane itaq; facto, & funeris officio præparato, corpus moueri cœpit in feretro. Et ecce male rubeſcentibus vir quaſi de graui ſomno ſuſcitatus excutitur, apertiſque oculis & manibus eleuatis ait: O Domine miſericors; quid feciſti mihi, vt me in hunc tenebroſum mundanæ habitationis locum redire permitteres, cum mihi melior eſſet in cœlo tua miſericordia, quam iſtius mundi vita nequiſſima? Stupentibus autem ſuis ſurgit de feretro, & triduo abſque cibi & poculi perſtitit alimento. Die autem tertio conuocatis monachis & matre, ait: Audite ô dilectiſſimi, & intelligite, quia nihil eſt quod cernitis in hoc mundo, ſed ſunt, juxta id quod Salomon Propheta cecinit, omnia vanitas: Felix enim eſt, qui ea agere poteſt in ſæculo, vt gloriam Dei cernere meatur in cœlo. Cum hæc dixiſſet, tunc à fratribus interrogatus, vt quid vidiſſet, exponeret, ait: Cũ me, ante hos quatuor dies, contremiſcente cellula, exanimem vidiſtis, apprehenſus à duob. angelis in cœlorum excelſa ſublatus ſum, ita vt non ſolum hoc ſqualidum ſæculum, verum etiam ſolem ac lunam, nubes & ſidera ſub pedibus habere putarem; deinde per portam luce iſta clariorem introductus ſum in illud habitaculum, in quo omne pauimentum erat quaſi aurum argentumque renidens lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis, quam ita multitudo promiſcui ſexus obtexerat, vt longitudo ac latitudo catetuæ prorſus peruideri non poſſit, &c. Ibi ego iam me peccatorem ſalutabant humiliter viri in veſte ſacerdotali ac ſeculari, quos mihi duo angeli, qui præcedebant, enarrauerunt eſſe martyres ac confeſſores, quos ibi ſummo excolebant famulatu. Stans igitur in loco in quo iuſſus ſum, operuit me odor nimiæ ſuauitatis, ita vt hac ſuauitate refectus nullũ adhuc cibum potumq; deſiderem. Et audiui vocem dicentẽ; Reuertatur hic in ſeculum, quoniã neceſſarius eſt eccleſiis noſtris. Vox enim audiebatur, nam qui loqueretur penitus cerni non poterat. Ego proſtratus ſuper pauimentum cum fletu dicebam: Heu, heu Domine, cur mihi hæc oſtendiſti, ſi his fraudãdus eram? Ecce hodie ejcis me à facie tua, vt reuertar ad ſæculum fragile, & huc vltra redire non valeam. Ne, quæſo, Domine, auferas miſericordiam tuam à me, ſed deprecor, vt permittas me hic habitare ne illuc decidens peream. Et ait vox, quæ loquebatur mihi: Vade in pace, ego enim ſum cuſtos tuus, donec reducam te in hunc locum. Tunc relictus à comitibus meis deſcendens cum fletu, per portam, qua ingreſſus fueram, huc ſum regreſſus.

Saluij viſio de beatitudine æterna.

S. Saluij deſiderium vitæ æternæ.

Angeli cuſtodis vigilantia.

IV. *De gloria & felicitate B. Thomæ Aquinatis reuelata Alberto Magno ſui ordinis religioſo.*

S. Anton. Archiep. 3. part. Chron. tit. 23. c. 7. §. 12. Anton. Bizaman. doctor Venetus, de vita eius.

Quanta fuerit & ſit gloria B. Thomæ Aquinatis in cœlis, oſtenſum fuit hoc quidam fratri Alberto Ordinis Prædicatorum de Brixia. Hic multum ſecutus eſt doctrinam ſancti Thomæ, vt plurimum litteratus & deuotus: & multũ eum commendabat de doctrina & ſanctitate ſua, aſſerens ſe pro certo ſcire eſſe ſanctũ in patria; quod adiuratus declarauit per iſtam quam habuit viſionem ſuper eo. Cum enim diu deſideraret ſcire gloriam ſancti, & quodam die ante altare B. Mariæ poſitus hoc potentius & attentius exoraret; vigilanti cum lacrymis in oratione apparuerunt duæ reuerendæ perſonæ mirabili cum ſplendore & ornatu; quarum vna erat in pontificali habitu mitrã habens in capite; altera in habitu fratrum Prædicatorũ, quæ coronam habebat auream in capite lapidibus pretioſis intextam, & circa collum duas aureolas quaſi torques, vnam argenteam & aliã auream: in pectore vero geſtabat quaſi lapidem pretioſum, qui ſplendore mirabili plures radios emittens irradiare totam eccleſiam videbatur: In cappa vero erant inſerti per totum lapides pretioſi; tunica & ſcapulare nimio ſplendore fulgebant. Qui ſtupens ad pedes eorum ſe proſtrauit, petens ſuppliciter declarari, quæ eſſent illæ perſonæ quę apparuerunt: Tunc ille, qui mitram geſtat in capite, inquit. Quid miratis, frater Alberte? Ego ſum Auguſtinus doctor Eccleſiæ qui ſum miſſus ad declarandam gloriam ſancti Thomæ. Is eſt qui mecum eſt, qui doctrinam meam & Apoſtolicam in omnibus ſecutus eſt, & Eccleſiam Dei ſua doctrina illuſtrauit Lapis pretioſus in pectore tanto ſplendore enitens ſignat rectiſſimam intentionem, quam habuit ad declarationem & defenſionem fidei. Lapides plures pretioſi, ſunt libri, quos edidit. Ipſe igitur mihi par eſt in gloria, virginali mee excellens munditia, & ego illum pontificali excellentia. Sicque diſparuerunt.

S. Aug. & S. Thomæ Aquinatis apparitio.

Felicitas D. Thom. Aquin. reuelatur à S. Auguſtino.

V. *Acholius Theſſalonicenſis Epiſcopus Ambroſio Ep. Mediolan. nuntiat ſe in cœlo requieſcere.*

D. Ambr. Epiſt. lib. 3. epiſt. 22. edit. Pari. 1603.

S. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis Anatorio aliiſque ſacerdotibus & omni clero plebis Theſſalonicenſium ſcribens, aſſerit ſe noſſe in cæleſtibus iam requieſcere virum ſanctum Acholium, quem interris illi adhuc requirebant. Quæritis, quis hoc annuntiauerit, cum veſtra ſanctitatis nondum veniſſent literæ? Non teneo, reſpondit, auctorem nuncij, & vſu quidem venit, vt non libenter teneamus nuncium mœſtitudinis, ſed tam clauſo mari, occupatis terrarum barbaricainfeſtatione regionibus, cũ deeſſet qui aduenire potuerit, non defuit qui nuntiaret: vt mihi videatur ipſe ſanctus annunciaſſe ſe nobis, eo quod iam perpetuo laboris ſui potiretur ſtipendio, & ſoluti vinculis corporis inter Angelorũ miniſteria Chriſto adhæreret, cupiens amantis ſui, errorem abſoluere: ne illi longæuitatem vitæ huius deprecaremur, cui vitæ æternæ iam præmia deferebantur.

Acholius apparet fidem factus de mercede pro laboribus acceptâ.

bantur. Abiit ergo, non obiit, & emigrauit à nobis veteranus Christi Iesu cœlo, terræque solum istius mutans, & plaudens alis atque remigiis spiritualibus dicit: *Ecce elongaui fugiens.* Cupiebat enim Apostolico spiritu iamdudum terras relinquere; sed tenebatur votis vniuersorum, sicut de Apostolo legimus, *quia remorari eum diutius in carne erat Ecclesiæ necessarium:* Viuebat enim non sibi, sed omnibus, & populis erat vitæ æternæ minister, vt prius eius fructum etiam in aliis quam in se adipisceretur. Est igitur iam superiorum incola, possessor ciuitatis æternæ illius Hierusalem quæ in cœlo est. Vidit illic eius verbis mensuram immensam, purum autem lapidem pretiosum, lumen sine sole perpetuum, & hæc omnia iam dudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifesta videns, dicit: *Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri.* Ibi ergo positus appellat populum Dei dicens *O Israel, quam magna est domus Dei, & quam ingens locus possessionis eius, magnus & non habens finem.*

Psal. 54.

Philip. 1.

Psalm. 47.

Baruch. 3.

VI. *S. Eugeniæ matri apparens nunciat se cum Christo viuere.*

In vita eius c. 37. apud Sur. 25. Decemb. ex Metaphrast. & Aloys. to. 5.

Cum S. Eugenia carcere propter Christum detineretur, non solum cœlesti lumine fuit ibi illustrata, sed etiam panis quotidie niue candidior, voluptate autem plane diuinus superne ministrabatur: & quod omnium maximum est, Seruator ipse ad eam accessit: Ego sum, dicens, Eugenia, qui propter te crucem & mortem sustinui, propter quem tu quoq; hæc pati constituisti. Ego & te maxima amiciam gloria; & multis implebo gratiis. Sit a. hoc quoque signũ tui honoris: ipse enim dies te transmittit ad vitam supernam, qui me vidit infra aduentasse ad homines. Et cum hæc dixisset, ab ea recessit, nec post multa cæsa fuit capite. Quantam vero gloriam sit consecuta sic innotuit. Cũ n. duobus animi motibus distraheretur mater, & partim quidem lætaretur, quod ea propter Christum esset sacrificata, fleret autem, quod à filia tali disiungeretur, & nõ moderate ferret separationem martyrii apparet in somnis, adeo quidem splendide vestita, vt nec in eam satis posset coniicere oculos: talibus vero comitata virginibus, & tã præclaris, vt nulla Regina posset cum eis comparari: Quorsum, ô mater, ita te afflictas, multis pro nobis liquefacta lachrymis? Non sunt res nostræ prosequendæ fletibus, sed lætitia. Scias enim quod ego & pater Philippus viuimus in quadam ineffabili martyrum lætitia vna cũ Christo versantes & conregnantes: qui qui te ẽt non multis post diebus ad hanc vitam euocabit: Meis a. fratribus conserua firmũ ac stabile, quod est in Christo signaculũ, & assidue exhortare, vt sint etiam mihi fratres animis: vt sic totum genus offeramus pulcrum donum Domino.

S. Eugenia matri suæ apparet habitu splendidissimo.

Sancti apud Deum viuunt.

VII. *Hozii animam cœlos intrantem, & gloriosam Ignatius Loiola vidit.*

Pet. Maff. in vita eius lib. 2. c. 6. & Pet. Ribadeneira lib. 2. cap. 12.

Non omittenda videtur hoc loco res memorabilis, quæ Ignatio Loiolæ Clericorum Societatis Iesu institutori in illa commoratione diuinitus accidit: dum enim pro salute Baccalaurei Hozii, quẽ grauiter ægrotare cognouerat, Domino supplicaret, repente vidit in spiritu (quod ipsum ibidem D. Benedicto fertur olim in obitu Germani Episcopi contigisse) animam socii, cui Patauium prouincia obtigerat, luce clarissima radiantem, deducentibus Angelis in sublime ferri, atq; ipsa demũ cœli beatissima regna conscendere. Eidem Ignatio paulo post cum rei sacræ daret operam, & in generali confessione (quæ ante missam præmittitur) ad illa verba peruenisset, & omnibus Sanctis eius, magnum Sanctorum numerum fulgentem gloria ante oculos positum vidit, inter quos & Hozius aderat, splendidiore, quam reliqui, habitu gloriaque multo illustriore; non quod sanctior ille cæteris, aut beatior esset, sed quod Deus gloriam hominis per insigniorem hanc formam, compertam Ignatio (vt ipsemet referebat) testatamque esse voluisse. Qua ex re tanta animi lætitia completus est eius animus, vt per multos dies suauissimum ex recordatione fletum reprimere non posset.

Hozii animam gloriosam ingredi visa.

Idem Hozius glorioſus apparet.

CAPVT SECVNDVM

FLORVM EXEMPLORVM DE ORATIONE DOMINICA, ET SALVTATIONE ANGELICA.

Spes est virtus diuinitus infusa, per quem certa cum fiducia nostræ salutis, & æternæ vitæ bona expectantur.

TIT. I. Spem præcipue in Deo ponendam esse.

Genes. 15. & 21. Genes. 12. & 21.

MVltis annis expectauit Abraham, antequam haberet filium ad Sara: quia iam centenarius erat, quando natus est Isaac.

A promissione facta Abrahæ primo vsque ad ingressum seminis sui fluxerunt anni 400. nec tamen irrita spes est.

1. Reg. 4.

Israelitæ spe sana ducti arcam à Silo in castra contra Palæstinos duxere, rati se illius præsentia victores fore: at longe aliter accidit; Deo illorum improbitatem vindicante, ita vt triginta millia eorũ sint cæsa, & arca, in Palæstinorum manus peruenerit.

Tob. cap. 2.

Parentibus Tobiæ senioris irridentibus eum, & dicentibus: Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Improperabant eos, dicens: Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

Iob. 13.

Spes tantopere iustum fulcit in summis ærumnis, vt etiamsi mundi præsidiis omnibus destituatur, intrepidus reddatur. Iob enim afflictus corpore, orbatus liberis, despectus ab amicis, & rebus omnibus spoliatus dicebat: Etiamsi occiderit me (Dominus) in ipsum sperabo, & ita de calamitatibus triumphauit.

Luc. 8.

Hierichuntinus ille cæcus, cum spe recuperandi visus implorauit auxilium Christi, & circumstantes eum obrem illam, velut importunum increparent, ipse, inquit, S. Lucas, multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Et quod sperauit impetrauit.

EXEMP. I. *Moyses latro, postea Abbas, spe diuinæ pietatis misericordiam assequitur.*

Pallad. in Lausiac. hist. cap. 23.

MOysen Abbatem Isidori Abbatis apud Thebaidem discipulum, natione Æthiopem, singularis sanctitatis ac patientiæ virum, latronem antea fuisse memorant, multorum spoliis cædibusque infamem. Igitur compunctus ad mentẽ rediit, misericordiã Domini orando & pœnitendo quæsiuit, sperando assecutus est. Et qui aliquando de latronũ numero fuerat, in Sanctorum censum redigi meruit. Sic Æthiops mutauit pellem suã, & pardus varietates suas: sic lupus rapax cõuersus est in agnũ.

I. *De mira spe S. Adriani martyris & Natalia uxoris eius.*

In vita eius apud Surium 8. Septemb. tom. 5.

Magna fuit spes Nataliæ coniugis Sanctissimi Martyris Adriani, & ipsius etiam Adriani. De ea enim scribitur in actis S. Adriani: Cum audisset vetitum esse fœminis, ne seruirent Martyribus, neue ad eos in carcerem aditus illis aperiretur, torondit capillos suos, & veste virili induta carcerem ingressa martyres suis officiis recreauit. Quam post secutæ sunt aliæ matronæ habitu similiter mentito, ac tandem, cum Maximinianus Tyrannus id comperisset, iussit incudem in carcerem inferri, & martyrũ pedibus subiici, vectesque ferreo manus ac tibias illorum confringi: fecerunt lictores quod iussi fuerant. Id vt vidit B. Natalia, occurrit eis, rogauitque, vt ab Adriano inciperent; obtemperarũt carnifices, & cũ imposuissent Adriani tibiã super incudem B. Natalia pedẽ eius apprehendens extendit super incudẽ; carnifices vero multa vi cædentes amputarũt pedes eius, & crura confregerunt. Porro B. Natalia ait ad Adrianũ; Precor te, mi Domine, serue Christi, cum adhuc in te hæret spiritus, extende ẽt manũ, vt amputent eã, vt sanctis martyribus similis efficiaris per omnia, maiora n. supplicia illi perpessi sunt, quãtu. Extendit ergo manum beatissimus Adrianus, & porrexit eam Natalia, illa imposuit eam incudi, & carnifices similiter amputarũt. Deinde amouent abillo incudẽ, & mox spiritum reddidit. Mira Adriani & Nataliæ spes.

III. *De viro pio nutante de spe salutis, à Christo monito, vt ita operaretur ac si certus esset.*

Thomas à Kempis li. 1. ca. 25. de Imitatione Christi.

Cum quidam anxius inter metum & spem frequenter fluctuaret, & quadã vice mœrore confectus in ecclesia ante quoddã altare se in oratione prostrauisset, hæc inter se reuoluit dicens: O si sciret quod adhuc perseueraturus essem, statimq; audiuit intus diuinũ responsum: Quid, si hoc scires quid facere velles? Fac nũc, quod tunc facere velles, & bene securus eris: moxq; consolatus & confortatus diuinæ se commisit voluntati, & cessauit anxia fluctuatio noluitq; curiose inuestigare, vt sciret quæ sibi essent futura; sed magis studuit inquirere quæ-

Rom. 12. Psalm. 36.

quæ esset voluntas Dei beneplacens & perfecta, ad omne opus bonum inchoandum & perficiendum.

IV. *Quam grauiter peccent qui minorem spem habent de misericordia Dei & vita beata.*

Ludouic. Bl. s. Monil. spirit. cap. 1.

Deus loquens sanctæ virgini Catharinæ Senensi ait: Peccatores, qui in mortis extremitate desperant de misericordia mea, multo grauius me offendunt, & magis mihi displicent hoc vno peccato, quam omnibus aliis iniquitatibus, quas vnquam commiserunt. Qui enim desperat, contemnit aperte ipsam misericordiam meam, & peruersè existimat iniquitatem suam maiorem esse, quam sit eadem misericordia & bonitas mea. Vnde detentus huiusmodi peccato non dolet de offensa in me admissa, sed dolet de irremediabili damno suo. Qui si in veritate doleret, quod me offendisset atque contempsisset, & in misericordia mea fideliter speraret, ipse eam certissime inueniret: quoniam in infinitum maior est misericordia mea, quam sint omnia peccata quæ vnquam fuerunt commissa, vel quæ committi possunt ab aliqua creatura.

V. *Ob defectum firmioris spei in misericordiam Dei grauiores pœnas quidam lu t purgatorij.*

Io. Brugmanni Franciscan. in vita eius libr. 3. cap. 2. apud Sur. tom. 2. April. 14.

Adfuit aliquando S. Lyduuinæ virgini sanè admirandæ, ægrotanti & lecto affixæ sacerdos, vir honestæ vitæ & sanctæ famæ, cum nonnullis aliis. Ibi autem erat vas sinapi plenum, & cum sermo haberetur de pœnis purgatorij, dixit tandem ille sacerdos: Vellem liceret mihi tot annis degere in loco purgatorij, quot sunt in hoc vase sinapis grana, modo certo constare me postea saluum fore. Ad hæc Lyduuina suspirans respondit: Quid est domine, quod loqueris? Quid ita parum fides diuinæ misericordiæ? Si scires, qualis sit purgatorij locus, & quas ibi dent pœnas animæ, nequaquam ita loqueris. Non diu post moritur ille sacerdos, & amicis cũ Lyduuina de statu animæ eius conferentibus, illa ait: Bene habet anima eius propter suam probitatem; sed melius fuisset ei, si viuens plus fiduciæ collocasset in virtute passionis Christi, & mitior quoq; purgationis in eum lata esset sententia. Patet hinc, quam consultum sit timere Deum, quam pium sperare in Domino: timor enim frenat animum, ne intumescat; spes dejectum erigit, ne succumbat.

Purgatorij pœnæ quãtæ.

Sperandum in Domino.

VI. *Spem quam conceperat quidam cum fide de vita æterna miraculo ostendit Deus veram ac firmam fuisse.*

Apud Metaphr. 3. April. & Limpr. to. 3.

Theosterictus in funebri de B. Niceta oratione de Athanasio quodam insigni cœnobita beati Niceæ necessario narrabat. Is extrema vitæ sui hora rogatus à fratribus, vt pro eis post obitũ ante Deum intercederet, respondit: Quam fidem apud Deum inuenero, me defuncto, vos ipsi noueritis. Sepultus igitur, & terra obrutus est: ac ne eius sancti viri monumentũ deinceps obscurum esset, sed manifestum omnibus fieret, omnium rerum Dominus Deus fecit, vt supra monumentum, ex honorato illo sancti viri pectore arbor cupressus nasceretur in sanctitatis testimonium. Quamobrem, multi fide ipsa impulsi illuc euntes arborem illam amplexantur, & frondes ex ea decerpentes ad sanitatem asseruandam adhibere solent.

Cupressus è sepulcro defuncti nascitur.

VII. *Quantam in Deo spem habuerit B. P. N. Ignatius pro alenda familia.*

Petr. Ribadeneir. lib. 5. de vita B. Ignatij cap. 9.

Cum quidam non ex externis modo, sed etiam ex domesticis vehementer mirarentur, qua fretus spe tam multos Ignatius societatis Iesu auctor nullis certis reditibus fultus Romæ haberet, quibus alendis magnæ facultates vix sufficerent, idque familiariter ex ipso quærerent: An nescitis, inquit, quantas vires spes in Deum habeat? vel ignoratis, parum illi esse loci, vbi omnia abunde suppetant? Quæ explorata si essent, & manu tenerentur, vbi nostra esset in Deum spes? *Spes enim quæ videtur non est spes: Nam quod quis videt, quid sperat?* Illud autem frequenter vsurpabat: Nos quidem Deo seruiamus, ille certissime reget nos, & nihil nobis deerit, *iactemus cogitatum nostrum in Dominum, & ille nos enutriet. Speremus in Domino, & faciamus bonitatem, & pascemur in diuitiis eius.*

Rom. 8.

Psal. 22.

Psal. 36.

Psal. 34.

TIT. II. De desperatione & præsumptione.

Impius Cain, inuidia stimulante, fraternæ cædis cruore scelerata posuit manus. Maledictionis pœnam is vitare potuisset, si pœnitens Dei misericordiam imploraasset: execrabilior factus est post reatum fratricidij, dicens Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.

Genes. 2.

Iudas Iscariotes de culmine ipso Apostolatus in barathrum inferni infeliciter corruit, non vt quæ quia Dominum vendidit, sed quia eo vendito magis desperatione doluit, quam de venia sperauit; dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum. At principes sacerdotum dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo recessit: & abiens laqueo se suspendit.

Matth. 27.

EXEMPL. I. *Landgrauius desperabundus magna medici prudentia ad spem reductus.*

Cæsarius libr. 1. hist. cap. 27.

REfert Cæsarius, Ludouicum Landgrauium, virum doctum è Thuringia oriundum sic misere lapsum, vt diceret, dum corriperetur à viris probis: Si prædestinatus sum, nulla peccata poterunt mihi regnum cœlorum auferre: si vero præscitus, nulla bona mihi illud valebunt conferre. Atque ideo cuiuis flagitio sese immersit. Cum autem in morbum grauem lapsus postea fuisset, vocatus est medicus eius vir bonus, & discretus, & non solũ in Physica, sed etiam in Theologia non mediocriter litteratus: cui Princeps dixit; Vt vides infirmus sum valde, adhibe curam, vt possim conualescere. Memor medicus illius erroris, respondit, Domine, si venit dies mortis vestræ, non vos poterit cura mea morti subtrahere, si vero moriturus non es de infirmitate ista, superflua erit medicina mea. Et ille; Quomodo sic respondes? si mihi non fuerit adhibita curæ diligentia, & diæta proposita, potero tam à meipso, quam

ab aliis imperitis negligi, & ante tempus mori. Audito hoc verbo physicus multum hilaris effectus, data occasione respondit; Domine, si creditis vitam vestram posse protelari virtute medicinæ, quare hoc credere renuitis de pœnitentia, & operibus justitiæ, quæ sunt antidota animæ? sine his anima moritur, sine his ad sanitatem, quæ est in futura vita, nemo peruenit. Considerans Lantgrauius pondus verborum, & quod rationabiliter peroraſſet, dixit ei; De cætero medicus esto animæ meæ, quia per tuam linguam medicinalem Deus liberauit me à maximo errore.

II. *Prædestinato non esse desperandum, sed ita laborandum, quasi præscitus esset ad salutem.*

Ludolph. à Saxonia 1. part. vitæ Christ. c. 50.

Huic subiungam illud ex Ludolpho de quodam Monacho, cui crebræ fiebant diuinæ reuelationes, quod cum alter eiusdem monasterij frater intellexisset, instituit apud eundem, vt Deum oraret rogaretque vt sibi dignaretur ostendere, an de numero saluandorum esset: & cum ille vix precibus victus oratione instando hoc à Deo postularet, sibi ostensum est, quod ille frater de numero damnandorum esset: vnde metuens fratrem turbare, per aliquot dies hoc celauit ipsi: Sed tandem eidem requirenti (licet inuitus) aperuit: ille autem hoc audiens, & scripturas intelligens, statim respondit, Benedictus Deus: nec tamen sic desperabo; sed pœnitentiam, quam per ingressum religionis assumpsi, de cætero duplicabo, & triplicabo, donec gratiam & misericordiam apud Deum altissimum, qui pius est, inueniam: & post multos dies iterum fratri prædicto diuinitus reuelatum, quod ille frater de numero saluandorum esset: quod cum eidem fratri retulisset, ille lætus effectus de reuelatione fortior factus in opere, & viriliter agens de virtute in virtutem, quotidie proficiens perseuerauit in bono sine cessatione: vtinam multi animati hoc exemplo manum suam ad fortia mitterent, & non desperarent, vel deficerent, quia sic agendo, & in hoc perseuerando Deum sibi propitium vtique inuenirent.

Prædestinatio non tollit libertatē lib. arbitrij.

III. *Homini desperato qua ratione succurrerit B. Catharina Senensis.*

Raimundus è Capua in vita S. Catharinæ Senens. apud Surium 29. Apr.

Anno Domini 1370. Senis erat ciuis quidam Andreas Naddini, diues opum, sed omnis virtutis inops, cunctis prope flagitiis coopertus, tesserarum ludo totus deditus, in Deum & Sanctos eius perpetim blasphemus & detestabilis. Is anno ætatis suæ quadragesimo graui correptus morbo tendebat ad extrema. Venerunt autem ad eum multi homines pij, & vtriusque sexus cœnobitæ, atque ante omnes eius parochus: hortabaturque eum, vt sua peccata confiteretur. Sed ille miser, qui nec sacras ædes inuisere, nec sacris initiatos vnquam honorare consueſſet, admonitiones omnes respuit, seipsum plane desperans. Audiuit hoc F. Thomas sanctæ virginis Catharinæ Senensis confessarius, effecitque vt ea Dominum pro homine peruente deprecaretur, & qui dem feruentissime atque instantissime. Sed Dominus illi respondit. Illius blasphemi hominis flagitia ad cœlos vsque pertingunt, qui præter alia scelera, etiam tabulam, in qua erat picta imago mea & matris meæ atque aliorum sanctorum iactauit in ignem, dignus proinde qui æternis gehennæ flammis exuratur. Verum sancta virgo salutis animarum sitientissima, dolens vicem perditi hominis, non cessauit, à lacrymis & precibus donec flexus Dominus Iesus decumbenti Andreæ appareret, hortareturque eum, vt sua peccata confiteretur liberaliter ei, si id faceret, veniam pollicens. Et ecce ille saxo durior repente molleſcit, magna voce postulat acciri confessarium, dicit Christum Iesum se videre, qui ipsum de facienda confessione admonuerat. Læratur omnes, curritur ad sacerdotem: ille venit, Andreas cum magno cordis dolore integre confitetur peccata sua: condit testamentum, & feliciter migrat è vita.

IV. *De quodam monacho contendente viuere in statu innocentiæ in desperationem lapso, & de eiusdem pœnitentia.*

Vincent. Beluacensis Ep. Speculi hist. lib. 30. c. 34.

Monachus quidam Cistertiensis instituti, immoderato quodam innocentiæ & puritate zelo impulsus, qui spiritus feruore ad statum primi parentis Adæ pertingere nitebatur. Suscipit ea causa laboris plurimum, affligebat se inedia, vigiliis & precibus: sed cum hæc omnia frustra essent, nec posset ad illam innocentiam peruenire, primo incidit in tædium & acediam. Volebat ille cibum ita sumere, vt nullam inter edendum sentiret delectationem. Primos sensitiuæ portionis siue sensualitatis motus conabatur non solum reprimere, sed etiam extinguere penitus. Contendebat absque vllo veniali peccato vitam in perfecta puritate transigere. Erat ea tentatio dæmonij meridiani ad impossibilia eum instigātis. Vnde fiebat immemor illius doctrinæ sapientis: *Noli esse iustus multum.* Laborabat sane permultum, sed nullo labore potuit eo, quo intendebat, pertingere. Itaque præ mœrore tandem in desperationis foueam prolapsus est, cum persuasum haberet, se in eo corruptionis statu, in quo esset, salutem nulla posse ratione adipisci. Veniales enim culpas, quas in hac vita omnes vitare non possumus, ille mortiferorum criminum loco habebat: nec volebat propterea sumere corpus Christi; etiam illis diebus, quibus id monasticus Canon vult percipi. En ad quam calamitatem, quam horrendam & miserabilem ruinā sub specie boni hostis ille terrimus simplicem hominem perduxit, ita vt infirmus respueret medicinam, & jugum obedientiæ à se repelleret, qui propriæ voluntati semel nuncium remiserat. Et vt hic aliquid ex fabulis non tamen fabuloſe, & vana non vane & fallaciter referamus: monachus hic, qui ad primi hominis innocentiam & puritatem peruenire nitebatur, cui similis putandus est, nisi ranæ illi, quæ cum videret bouem magno robore & grandi

Ecclef. 7.

corpore

corpore, volebat etiam ipsa illas vires & corporis molem adipisci. Itaque intendit se totam, quo ad potuit, inflauit se frustra. Nec enim si vel rumperet ieſe, vnquam posſit ad bouis quantitatem pertingere. Sic frater ille, dum voluit excedere limites virium suarum, & supra se efferre, infra se per desperationem misere collapsus est. Eius autem animi morbum pius quidam & bonorũ omnium fautor Abbas vbi cognouit, cum aliis multis Dominum pro illo deprecabatur: sed prævaluit inimicus, & quem laqueo forti constrinxerat, eum sine intermissione vexabat. Eandem Abbas ille, quod non solum ancillæ Christi esset amicus, sed etiam virtutem eius, quippe quam in se ipso expertus erat, non ignoraret, monachum illum ad se curauit adduci. Et ecce orante illa pro monacho cum lacrymis & suspiriis, cum ille ante Missæ introitum Confiteor diceret, & illa instantius pro eo oraret, quasi atri quidam lapilli ad singula confessionis verba ex ore monachi decidere videbantur. Tum illa animaduertens in hac visione, obstinationem desperationis & tristitiæ nigredinem à monacho recessisse, Domino gratias egit, qui non vult mortem peccatorum, sed vt conuertantur & viuant. Monachus vero peracto sacrificio, tanquam è longinqua regione ad se reuersus, Christi corpus accepit, & ea salutari percepta medicina perfecte curatus est.

V. *Nihil periculosius esse quam de se multum præsumere.*

B. Dorotheus Abb doctrin 4. in Bibliot. S.S.PP. to 2.

Rogatus Abbas Agathon de præsumptione, quid nam esset: illam summo incendio cõparauit; quod cum exardesceret, procul omnes abigeret; quod arborum poma vitiaret. Cernis affectus huius quanta sit vis quantus impetus? Cumque rursum rogaretur, an grauis esset & difficilis præsumptio: respondit, nullum esse vitium grauius; vtpote quæ cunctorum vitiorum mater & genitrix esset. Quam bene & sapienter illam dixit vitiorum omnium genitricem, quæ timorem Domini ab anima pelleret. Si enim timore Domini declinat quis à malo: vbi igitur is non fuerit; omne vt insit vitium, omne malum, necesse est, eripiat nos Dominus ab hac detestabili præsumptionis peste.

Præsumptio incendium maximum.

Præsumptio vnde oriatur.

VI. *Præsumptionis cento non esse attollendum animum, neque pusilli animi desperatione deiiciendum docet Augustinus.*

D. Augustin. tract. 3. in Euangel. Ioan.

Ex vtroque ait homines periclitantur & sperando, & desperando; contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando quis decipitur? Qui dicit; Bonus est Deus, misericors est Deus faciam quod mihi placet: quod lubet, laxem habenas cupiditatibus meis impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus, Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in grauia peccata, putantes sibi nõ posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicũt apud semetipsos: Iam damnandi sumus, quare non quod volumus, facimus, animo gladiatorum ferro

Præsumptione qui peccant.

Desperatione qui periclitantur.

destinatorum? Ideo molesti sunt destinati: Iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem & desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes; &, cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus, ne te occidat desperatio, &, cum putas iam tibi non ignosci quæ grauia commisisti, non agas pœnitentiam, & incutias in iudicem Sapientiam, quæ dicit: Et ego vestræ perditioni superridebo. Quid ergo, agit Dominus, cum periclitantibus vtroque morbo. Illis qui periclitantur, hoc dicit: *Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Illis, qui desperatione periclitantur, quid dicit? *In quacunque die iniquus conuersus fuerit omnes iniquitates eius obliuiscar*: Propter illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum: propter illos, qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum.

Contra præsumptionem & desperationẽ remedium. *Eccles. 5. Ezech. 13.*

VII. *Vt neptis Abrahami eremitæ fere desperata ad salutis spem per eum sit reuocata.*

S. Ephrem in vita S. Abraham & Sur.

S. Abrahami eremitæ neptis biennium in flagitiosa vita consumpserat. Vt autem reuocaret, emendato habitu militis, eques ad illam profectus est, inuentam remotis arbitris allocutus est, dicens: Super me sit peccatum tuum, quo hactenus amatoribus fœde prostituisti corpus tuum, ego pro eo satisfaciam, ego in die iudicii pro te, filia mea, rationem reddam. Cumque ille regereret. Nimis magna est iniquitas mea, non potest mihi spes esse salutis, respondit: Super me sit iniquitas tua, filia mea, ex meis manibus Deus hoc peccatum requirat, tantum veni mecum. Ita venit, & pœnitentiam pro peccatis suis reliquo vitæ tempore tantam egit, vt etiam miraculis clara è vita excesserit.

TIT. III. De misericordia Dei.

Noemum Dei misericordia liberauit à diluuio mundi. *Genes. 7.*

Qui Lot de Sodomis & de flamma ignis eripuit, nunquid misericordia Dei? *Genes. 19.*

Populum de Ægyptia seruitute liberauit misericordia Dei *Exod. 14.*

Dauidi Regi culpam vtramque remisit bonitas Dei. *2. Reg. 12. 13.*

Populum è captiuitate Babylonica eripuit Dei misericordia. *1. Esdræ 1.*

Deus reprehendit Ionam Prophetam quasi dolentem de ipsius in Niniuitas misericordia. *Ionæ c. 4. 9.*

Petro pro abiuratione cum iuramento facta, flenti pro sua pietate indulsit Christus, & in gradum pristinum restituit. *Ioan. 21.*

Latroni in cruce pendenti magna misericordia facta est, plus enim ipsi concessum est quam petierat. *Luc. 23.*

EXEMPL.

EXEMP. I. *Iacobus Eremita quantopere sudauit, vt misericordiam pro scelcribus consequeretur.*

Simeon Metaphr. in vita eius apud Sur. 28. Ian.

S. Iacobus Eremita non solum vitæ sanctitate apud fideles, & infideles, è quibus multos perduxerat ad veram fidem, eluxerat, sed etiam maximis miraculis claruerat. Is totos quadraginta annos in solitudine, solis herbis, & radicibus vitam tolerans, nocturnis diurnisque horis continenter precibus vacabat: Huic insidias struens Sathan, fœminam, locupletum parentum filiam, ingressus est, per eam nomen S. Iacobi prodit: parentes eam ad tugurium eius diu quæsitum adducunt, exponunt filiæ miseriam, vt quæ iam à viginti diebus nihil cibi potusue degustasset, & propriis manibus carnes suas discerperet. Orat pro illa sanctus vir, & dæmon abscedit. Parentes veriti, ne breui reuerteretur, obsecrant sanctum, vt biduo saltē eam secum retineat. Ille ad sanctitatem vitæ superioris & miraculo nimium sibi præsidens consentit. At Deus videns eum suæ imbecillitatis immemorem, pristinum suum auxilium ei subtraxit, permisitque eum labi non solum in sacrilegam fornicationem, sed etiam homicidium; nam post lapsum reformidans ne puella scelus aliquando patefaceret, eam è medio sustulit. Perpendens vero deinde Iacobus, quam tetro scelere se inquinasset, in tantam desperationem animi venit, vt cogitaret deserta vita religiosa redire ad mundum. Sed clementissimus Deus memor laborum, quos pro Christi nomine tot annis sustinuit, diuinæ lucis radiis eius animum per alium quendam Dei seruum ita perstrinxit, vt spe veniæ impetrandæ erectus, sese in peructustum quoddam sepulcrum subtetraneum integro decennio vsque ad mortem abdiderit, noctu diuque cum aspertima pœnitentia lapsum suum incredibili dolore animi, assiduis lacrymis, & tanta confusione sui deplorans, vt neque oculos in cœlum attollere auderet, nec cum vllo mortalium miscere sermonem, plenam, scilicet, sui diffidentiam tandem assecutus, & misericordiam, &c.

Vir sanctus grauissime labitur,

In sepulcro Dei misericordiam implorat & impetrat.

II. *Theophilus Imperator impius per quos sit misericordiam consecutus.*

Ex Gennadio Patriarcha Constan. Baro. to 9. Annal. ad annum Christi 842. 8. 9. 10.

Quantam misericordiam à Deo consecutus sit Theophilus Imperator, Michaelis Balbi filius, ex antiquioribus monumentis prodidit Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus in expositione pro Concilio Florentino Sessione quinta, his verbis: Imaginum oppugnator Theophilus diuinorum & sanctorum virorum & Augustæ seruatus est precibus] & quod hoc non satis videretur, paulo post subiicit ista: Neque enim aut sanctorum virorum preces, aut Augustæ studium pro Theophilo valuissent, nisi prius ille suum peccatum confessus esset, sanctasque imagines colere & honorare iustum esse asseruisset. Quoniam is valde illustris extitit, sed cum in hæresim delapsus esset eorum, qui imagines oppugnabant (vt de co scripta docet historia) os eius admodum deductum est, ita vt viscera cōspicerentur. Post cum ipsam venerabilium imaginum adorationem sanctam esse comprobasset, arreptam ex sinu cuiusdam eorum qui aderant, eandem imaginem reuerenter osculabatur: Paulo post inde ad tribunal raptus est. Pro quo cum assiduæ preces à sanctis viris & à Regina effunderentur, ei venia data est. Nam Theophilum in somnis Regina conspexit vinctum, tractumque ab innumerabili præcedentium & subsequentium multitudine. Ante illum ferebantur diuersa instrumentorum genera ad torquendum accommodata, ipsaque videbantur eos sequi qui ad pœnā adducebantur, quousq; ad conspectū terribilis Iudicis peruenerunt, Theophilumque ante ipsum statuerunt. Prouoluta igitur ad Iudicis illius tremendi pedes enixe multis lacrymis Augusta pro viro suo deprecabatur. Ad quam terribilis Iudex dixit: Mulier, magna est fides tua: propter te, sacerdotumque tuorum preces cōiugi tuo do veniam. Tunc ministris suis dixit: Soluite eum, vxorique eius tradite. Similiter & sacer Patriarcha Methodius scilicet, omnium hæreticorum Theophilique ipsius adnotatis, scriptisque nominibus, hæc eadē super sacra mensa collocauit, eademque nocte, qua Regina visionem aspexit, vidit & ipse diuinum Angelum magnum templum ingredientem, qui dixit: Episcope, exauditæ sunt preces tuæ, & veniam Theophilus impetrauit. Somno ergo experrectus ad sacram mensam aduenit, ibique cum legeret paullo ante conscriptū libellū inuenit (ô Dei iudicia) Theophili nomen abolitum.

Eius pœnitentia.

Misericordiam per vxorem & alios obtinet.

III. *Misericordia diuina fretus adolescens perditus ad meliorem vitam per Io. Euangelistam reuocatur.*

Euseb. Cæsar. lib. 3. hist. Eccles. cap. 17. apud Baron. to. 1. Annal. an. Christi 94. 14.

Audite fabulam: quid dicam fabulam? immo veram & certam historiam de Ioanne Apostolo memoratam, quæ nobis constanter tradita est, & memoria firme custodita. Vbi vero tyranno mortuo, ex insula Pathmo erat Ephesum reuersus, quorundam rogatu ad finitimas gentes proficiscitur, hi Episcopos constituturus, illic integras ecclesias rite dispensaturus, alibi certos homines, sibi spiritus sancti instinctu demonstratos, in clerum delecturus. At cum ad vrbem quandam non longe inde distantem, cuius etiam nomen nonnulli memorant, se contulisset, & alia quoque officia, quæ ad animos fratrum inter se dissidentium conciliandos pertinebant, obiisset: ad extremum adolescentulum, corporis viribus valentē, vultu & oris conformatione venustum, animi impetu flagrantem, forte conspicatus, statim in eum, qui ibi Episcopus erat constitutus oculos conuertit, eūq; sic affatus est: Hunc adolescentulum omni studio, cura & cogitatione, coram Ecclesia, & Christo teste, tibique tuæ fidei commendo. Quem cum Episcopus in suam tutelam accepisset, & omnia se facturum fuisset pollicitus; Ioannes eadē iterum atq; iterum illi edisserit, eius-

eiusque fidem contestatur: Ephesum deinde redit, Episcopus ille adolescentulum sibi concreditum in domum suam recipiens educauit pro suo, in officio continuit, fouitque humaniter; ad extremum baptismi sacramento illuminat. Postea vero vbi sigillo Domini (nempe sacramento Confirmationis, vt addit interpres) tanquam perfecta tutaque eius animæ custodia obsignasset, nonnihil de cura & obseruatione in eo instruendo suscepta remisit. Quem quidem non solum liberior viuendi potestas, quam fuerat paulo ante tempus adeptus, verum etiã quidam adolescentes æquales otio languidi, inertia dissoluti, & omni malorum genere assuefacti corruperunt. Et primum exquisitis conuiuiorum opiparorum deliciis alliciunt, inuitumq; noctu deinde educentes ad furti societatem coeundam attrahunt: tum maiora moliri flagitia hortantur. Iste pedetentim affuescit; & propter generosam animi magnitudinem, tanquam equus effrenatus, & nimium sibi suisq; viribus præfidens, extra rectam viam impetu ferrur; frenaque acriter præmordens, procliuius in profundum vitiorum gurgitem se præcipitat. Atq; cum iam in desperationem salutis in Deo sitæ veniret, deinceps non de exiguis noxis cogitauit; sed maximis quibusdam & nefariis facinoribus admissis, vbi semel omni improbitate & nequitia perditus euaserat, nullam non sceleris labem exæquo cum aliis contrahere secum statuit. Illis igitur in familiaritatem adscitis, & magna latronum turba collecta, animo prompto paratoque se ducem manu violentissimum, sanguinis effusione crudelissimum, seueritate denique acerbissimum præbuit. Interea temporis, vbi necessaria ad rem incidebat occasio, Ioannes accersitur. Ille vbi alias res, quarum gratia venerat, recta ratione disposuisset: Age, inquit, Episcope, depositum nobis redde, quod ego & Christus, Ecclesia teste, quam gubernas, tibi commisimus. Hic vero primo attonitus obstupuit, arbitratus pecuniam, quam nunquam acceperat, à se per fraudem & dolum malum repeti: & tamen neq; facile credere poterat, ea à se reposci per calumniam, quæ neutiquam habuisset; neque Ioanni depositum repetenti omnino differri. Verum simul atque Ioannes dixerat: Adolescentulum repeto, & animam fratris: senex demisso vultu ingemiscens, & item lachrymas: Ille, inquit, mortuus est: nam nequam & perditus, & vno verbo, latro euasit; & iam pro ecclesia, in qua versabatur, montem cum nefario hominum sui similium turba occupat. Apostolus ergo veste dilacerata, ingenti cum gemitu caput ferien: Bonum, inquit, custodem animæ fratris tui te reliqui! Equus mihi iam adsit, & dux aliquis itineris. Inde ab ecclesia, ita vt erat, cum festinatione se eripuit. Profectus autem ad locum à primis latronum excubitoribus prehenditur: qui neque fugam parans, neque euitare studens, sed vociferans admodum dixit: Huc huius rei causa accessi; me ad principem vestrum deducite. Qui quidem ad tempus, vt erat armatus, expectabat. Verum vt Ioannem aduentantem agnouerat, præ pudore fugam capessit. Hic vero ætatis suæ oblitus illum pro viribus prope insequitur; atque clamans: Quid inquit, fili, me tuum ipsius patrem inermem & ætate confectum fugis? Miserere laboris mei, fili, ne formides: adhuc tibi salutis spes reliqua est: ego Christo pro te reddam rationem &, si sit opus, pro te lubens mortem opperiam, sicut Dominus pro omnibus nobis: pro tua anima meam dabo: cõsiste, crede: Christus me misit ad te. Ille vbi hæc audierat: primum oculis humi defixis constitit; deinde arma abiecit: tum horrore perfusus grauiter & acerbè lamentatus est: senem ad se aduentantem complectitur: fletu & mœrore, quo poterat, pro culpa satisfacit: & dextera sola occultata, lachrymarum vnda secundo baptizatur. Apostolus rata & constanti asseueratione, ei se à Saluatore veniam & remissionem peccatorum precibus suis impetraturum pollicetur: atq; ad genua accidens, ipsam manum dexteram, tanquam aqua pœnitentiæ ablutam purgataq; osculatus, illum ad ecclesiam reducit. Crebris item precibus Deum pro illo inuoca, continuis ieiuniis vna cum eo se macerat, variis diuinæ sapientiæ sententiis eius animum, quasi quibusdam blanditiis mitigat, tranquillitatque; neque prius (vt fertur) inde decessit, quam illum ecclesiæ ministerio præfecisset. Cuius conuersione magnum veræ pœnitentiæ exemplum, præclarum secundæ regenerationis specimen; illustre denique trophæum à peccatis resurrectionis, per exteriora pœnitentiæ signa hominibus proposuit ad imitandum.

Confirmationis sacramentũ.

Lapsus adolescentis.

Adolescens degenerat, & fit dux prædonũ.

D. Io. depositum reposcit.

Reuocatur deuius adolescens à Ioanne.

Respiscẽti misericordia promittitur.

IV. *Quo ratione in Dei misericordiam & gratiam redierit adolescens pius, à recta via declinans.*

Huic fere simile est quod de quodam adolescente scribit Chrysostomus in hunc modum: Narrabo, inquit, tibi quæ nostris contigere temporibus, & quorum ipse testis esse valeo. Noui iuuenem illum filium Vrbani, qui continuo à teneris vnguiculis absq; custodia fuit educationis legitimæ, dominus autem multarum rerum, pecuniarum, ministrorum, agrorum. Is cum dixisset, quam sit oblectatus consuetudine rei musicæ, deposito illo splendidissimo amictu, totoq; huius vitæ fastu, repente pallio se viliore contexit, ad montes ad solitudinem secessit, egregiamque exhibuit philosophiam, non iuxta illius ætatis modum, sed qualem posset vir quispiam admirabilis & excellens: deinde ad sacra mysteriorum sacerrima idoneus reputatus magnam accessionem virtuti adiecit. Omnes gaudi sunt impense, Deumque glorificarunt, quod in affluentia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus, & admodum adolescens, cunctam huius vitæ phantasiam, fucatamque felicitatem semel conculcasset, & euasisset ad verum fastigium virtutis. Cum esset eo loco constituturus, & nunc iure suscipiendus: ecce corruptores quidam considerantes id esse præter dignitatem

D. Io Chrysost. ad Theodor. lapsum ep. 5

Adolescens diues pietatis causa solitudinem petit.

tem generis, iterum illum in fluctus priſtinos abduxerunt. Reiectis iterum cunctis eius vitæ, quæ pridem erant, ornamentis, à montibus in medium forum ſe contulit, & equis vectus, & magno ſtipatus famulitio, totam vrbem obiuit, neque ſapere, neq; temperate viuere libuit; nimiis enim deliciis incaleſcens in abſurdos amores ceu nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu conuerſantium, qui non de ipſius ſalute putaret actum eſſe, tantum ei examen adulatorum cohæſit: Cui acceſſerunt carentia parentum, iuuentus, multæ opes, qui omnia ſolent calumniati, hominem traduxerunt eo nomine, quod à ſpiritualibus defeciſſet, inutilis futurus & rei familiari, quod ſuperiori tempore ſermoni & loquentiæ deditus retuliſſet pedem, illicque nihil fructus valuerit conſequi, huiuſmodi quiddam crebro occinuerunt. Cum eſſet itaque multo ſuffuſus pudore, quidam ſancti viri, qui ſæpenumero in tales beluas impegerunt, & per experientiam probe ſunt edocti, quod ſpe diuina communitis neutiquam deſperandum: obſeruarunt eum aſſiduè, viſumque in foro acceſſerunt, amplexique ſunt: quos ille principio ſequentes velut è ſublimi, equo inſidens alloquebatur contemptim, tanta erat primum impudentia hominis. At illi miſericordes, ſtudioſique in rem alioqui perituræ pueritiæ, non ita multum ea contumelia mouebantur, in vnum illud figentes [illegible] brutum, vt quacunque via lupo agnellum ſubtrahant, & callide perfecerunt. Siquidem poſthac aliquando velut obſtupeſcens intra ſe abreptus eſt. Aſſiduam eorum curam tum cœpit reuereri: quoties illos vel procul obuiam factos conſpexit, ab equo cito deſiliit, & oculis in terram deiectis, cum multo ſilentio, quæ apud illos agerentur, auſcultauit, propiorque factus maiori pudore ſuffundebatur, & eis habuit honorem debitum. Atque eo ingenio lapſum diuinæ gratiæ paucis diebus reddiderunt. Omniaque iſta retia ſimul expedientes, priſtinæ tranquillitati, philoſophiæque liberum tradiderunt. In tantam autem lucem tunc temporis emicuit, vt ſuperiorem vitam, quæ poſt caſum peracta eſt, inceſſens, homo nihili videretur. Cum enim probe perſpexiſſet, quæ ſit malorum eſca, diſtribuit in egentes diuitias omnes: eo facto ſe à noxiis curis exonerans, omnem occaſionem quæ potuit inſidias tendere, abſcidit. Viam quę ducit ad cœlum incedens ad apicem virtutis iamdudum penetrauit. En ille cum eſſet iuuenis, excidit, & iterum ſurrexit.

Prauorum conuerſatio corrũpitur adoleſcens.

Proborum monita ſpernit iuuenis errabundus.

Miſericordia Dei prœuentus reſipiſcit adoleſcens.

V. *Vt miſericordiam ſit conſecuta puella, quæ parentem vtrumque morte affecerat.*

Ex Iacobo Vitriacenſi Cardinali. Iulius Mazarin. in Pſal 50. p. 11. diſcurſ. 111.

Quædam iuuenilibus adhuc annis florens puella, affinis earum rerum, quas fert adoleſcentia, improbo parentis ſuaſu haud ægre permota inceſto animam polluit flagitio: indignum facinus! Agalma mater nefandi coitus explorata gnara, de tanto crimine acerbis admodum verbis in filiam animaduertit, nefarium ac inauditum crimen comperiſſe clamitans. Illa peccatum propalatum acerbe ferens audaci conatu matri vitam luciſq; vſum virulento pharmaco auferre ſtatuit. Pater, quitum peregre forte aberat, domum reuerſus, vt ſiniſtrum illum caſum accepit, filiam acerrime obiurgauit. Infelix puella vltro citroque male ſe verbis acceptam non ferens, deſperationis ictu grauiter ſaucia, & patri ceruicem demetere animum induxit. Quod, arrepta occaſione, remotis quoque arbitris perfecit. Atque ita tot tantiſque deſignatis criminibus, alio fugam dat, ablata ſecum præcipua ſupellectilis parte; vbi inſignis illa dæmonis præda peccata peccatis accumulans, omni frontis honore valere iuſſo voluptatibus indulſit. Forte fortuna contigit eam aliquando templum ingredi, cum diuini verbi præco æterni numinis præter modum exaggeraret miſericordiâ, adderetque neminem eſſe ſub cœlo ita peccatorum cœno inuolutum, cui ſalutis ſpes non affulgere debeat. Affecta concione, bene iacto verbi Dei ſemine, continuo illa omnem remoram exoſa ad concionatorem accedit; atq; ex eo percontata eſt, num quæ dixiſſet omnia de Dei in peccatores benignitate vera eſſent. Veriſſima, reſpondit ille, & per ea, quę publice dixerat, confirmauit. *Si*, inquit illa, *ita res eſt, vt confidenter aſſeris, te obnixe rogo, Pater, vt excipias confeſſionem meam, ac à peccatis abſoluas, vt pro me ſias pius interceſſor apud tantam miſericordiam.* Eam vbi audiuiſſet, ſpatium cogitandi cepit, quam ei iniungeret pœnitentiam. Tum puella: *Quid hoc*, inquit, *Pater? iam miſericordiam valde extollebas, & nunc videris de ſalute mea deſperare. Non ita, non ita*, ait Pater, *ô filia, ſicut cogitas, ſed in tuæ animæ bonum opto, vt ad concionem audiendam craſtino die iterum te ſiſtas. Quod tibi pro ſalutari pœnitentia iniungo.* Illa tum tantis ob peccatorum recordationem cœpta eſt dolorum ac ſuſpiriorum conflictari aculeis, vt è templo pedem efferre nequiuerit, ac ibidem chariſſimam Deo animam efflauerit. Quod vt concionatori nunciatum fuit, eam Religioſis viris cœnobij commendauit; quibus orantibus audita mox è cœlo vox eiuſmodi: *Non eſt opus, vt oretis pro ipſa; potius ipſa orabit pro vobis.*

Horrendũ facinus.

Deſperabundæ puellæ exemplum.

Miſericordiæ diuinæ eminentia.

VI. *Quod miſericordia Dei peccata omnia longe ſuperet.*

Ludo. Blóſius Monil. ſpirit. cap. 1.

Ludouicus Bloſius, in ſuo Monili ſpirituali diuinis reuelationibus tanquam præclaris quibuſdam gemmis exornato, refert, quod Deus aliquando ſanctæ virgini Catharinæ Senenſi loquens, ait: Peccatores, qui in mortis extremitate deſperant de miſericordia mea, multo grauius me offendunt, & magis mihi diſplicent hoc vno peccato, quam omnibus aliis iniquitatibus, quas vnquam commiſerunt. Qui enim deſperat, contemnit aperte ipſam miſericordiam meam, & per ſe exiſtimat iniquitatem ſuam maiorem eſſe, quam ſit eadem miſericordia & bonitas mea. Vnde detentus huiuſmodi

Deſperatio peſſima iniquitas.

pecca-

Misericordia diuina longe superat peccata omnia.

peccato non dolet de offensa in me admissa, sed dolet de irremediabili damno suo. Qui si in veritate doleret, quod me offendisset atque contempsisset & in misericordia mea fideliter speraret, ipse eam certissime inueniret; quoniam in infinitum maior est ipsa misericordia mea, quam sint omnia peccata quæ vnquam fuerunt commissa, vel quæ committi possunt ab aliqua creatura.

TIT. IV. De timore Dei.

Iudith. 8. *Iudith vidua erat in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.*

Tob. c. 1. *Tobias senior filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.*

2. Paral. 19. *Cum Iosaphat Rex Iuda hortatus fuisset populum suum ad timorem Domini, dicens: Si timor Domini super vos & cum diligentia cuncta facite: venientibus aduersus eum filiis Amon & Moab, & habitatoribus montis Seyr, & de Syria, & alia multitudine quasi innumera, victorium tulit de hostibus sese mutuo interficientibus.*

Iob. 1. *Iob, qui erat timens Deum & recedens à malo, quia patientissime sustinuit in timore Domini & honorum, & familiæ, & sanitatis iacturam dicens: Quasi tumentes aquas timui Dominum: restitutus est in omnibus & amplificatus.*

Ionæ 2. *Niniuitæ audita Ionæ prædicatione de submersione sui, quia timuerunt Dominum, ideo à futura generali euersione liberati sunt.*

Luc. 1. *Simeon, quia erat iustus & timoratus, meruit illuminari ad cognoscendum Verbum incarnatum, dicens: Viderunt oculi mei salutare tuum.*

Luc. 23. *Latroni in cruce Deum timenti, & socium arguenti quod non timeret Deum impatienter ferens pœnam crucis, Christus dixit: Hodie mecum eris in Paradiso.*

Act. 5. *Cum Ananias & Saphira morte repentina sublati sunt ad vnam Petri Apostoli vocem, factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes, qui audierunt hæc.*

EXEMP. 1. *De militibus Christianis, qui timore Dei potius quam Iuliani Imp. agitati fidem suam intrepide profitentur.*

Hist. Trip. li. 6. hist. eccl. c. 30. & D. Antonin. 4. p. Sum. tit. 14. c. 3. Donativa Principum quando dari solita.

CVm Iulianus Imperator multa excogitaret, quibus Paganorum ritus extolleret, & milites ad cultum idolorum inclinaret, inuenit tandem modum, qui compluribus militibus claræ virtutis coronã dedit. Cũ venisset enim tempus, quo imperialia milites solent accipere (hoc enim agitur plerunq; die Calendarum Ianuariarum, & natali Principum, & vrbium) exquisiuit vt eos simpliciter & exprisca consuetudine fallere posset, iussitque vt vnusquisque ad manum Imperatoris accedentium, admonitus ab officiis, primo incensum offerret: Erat enim ante eum positum thus & ara, secundum antiquam Romanorum solennitatem. Tunc quidem alii libere suam fortitudinem ostenderunt, & neque incensum offerre, neque donum accipere ab Imp. substinuerunt: alii vero occasione legis & antiquitatis, ne mente quidem perceperunt, quod cõmisere peccarum. Alii propter lucrum capti, aut timore turbati, seu iussione repentina conclusi, licet intellexerint, tamen Paganismum declinare nequiuerunt. Plurimi siquidem per ignorantiam decepti, cum inter cibos, vt fieri solet, & pocula inuocarent inter se Christum, respondens quidam dixit. Quid patimini inuocantes Christum, quem paulo ante denegastis, cum donum ab Imp. percipientes thus in ignem mitteretis? Cumq; milites hæc audissent, & quod gesserant agnouissent, statim exilientes per publicum currebant, atque impetu facto proclamabant Deum suum, & cunctis hominibus testabantur esse Christianos, & in eo nomine permanere, atq; per ignorantiam se fecisse, & si dici posset, solã manum Paganam esse, conscientia vero nihil simul egisse. Cumq; veniissent ad Principem, proiecerunt aurum, quod acceperant, & forti voce poscebant, vt reciperet quod dedisset, & illos occideret: se enim agere pœnitentiam fatebantur, eo quod improuide eorum dextera peccasset; & studere propter Christũ totum corpus pœnæ tradere. Hi itaq;, vt ait S. Antonin. filiali timore compulsi malebant capite truncari, quam vel in modico Deum offendere vel displicere; *cuius misericordia à progenie in progenies, timentibus eum*, tali nempe timore.

Deus magis timendus quam homines.

Milites Christiani donativa restituunt.

Luc. 1.

II. *Timorem filialem plurimum prodesse ad hostes superandos.*

D. Anton. 4 p. Summa tit. 14. c. 11. §. 1.

Quemadmodum timor naturalis materialiter consumit carnes, ita cœlestis concupiscentia, ne quis vincatur ab illis. Proinde recte aiebat Psalmista, cum diceret: Confige timore tuo carnes meas. Vnde interrogatus Macarius Abbas, cur ita siccus, & macilentus esset cum comederet, ficut cum ieiunaret? respondit: Sicut lignum, cui carbones igniti apponuntur, sensim consumitur ab igne omnem eius viriditatem & humorem abstrahente; sic qui mentem suam continet in timore Domini carnem & ossa consumit.

Timoris virtus.

III. *Christiano homini quantumuis iusto semper timendum esse in hac vita.*

Tho. Cantiprat. l. 1. de vita eius c. 5. apud Sur. 16. Iunii. Iob 11.

Lutgardis virgo ex illa quondam Tungrorum ciuitate celeberrima spiritu timoris adeo fuit insignita, vt cum beato Iob quasi tumentes in se fluctus Dominum timeret, & omnia opera sua tanquam in dubio facta vereretur. Diu itaque eiulans quotidie Dominum precabatur, vt ipsam etiam in hac vita certam efficeret. Eo desiderio cum multo tempore æstuasset, audiuit vocẽ hanc: Secura iam esto charissima, placet Deo vita tua. Ad horam exultauit, deinde sicut prius formidare cœpit. Cui vox iterum:

Sancti in hac vita trepidant timori securi sunt.

rum: Visne Dominam Mariam de Roma securitatis tuæ testem dari? Non, inquit, quia quæ nosser reuelare differret. Et vox diuina: Interim, inquit, tranquillo animo esto, redderis breui omnino secura. Vix quatuor lapsi erant dies, vir quidam spectabilis & ignotus, in locum, vbi colloquebantur sorores, ingreditur, salutatisque omnibus, Lutgardem vocat. Venientem salutat, & cunctis audientibus, aitHæc tibi mandat omnipotens; secura esto, quia Domino in te bene complacuit. His dictis repente disparuit.

IV. *Timenti Deum licet cum securitate etiam inter varia huius seculi pericula versari.*

Ex Annal. Societatis, an. 1545.

In Hispania quibusdã erat instar miraculi, quod cum omni gente, sexuque promiscue versarentur Patres nostri: nec dubitauit in media curia Regis Cœnobita belle mentiri, Patres Societatis IESV herbam quandam secum solitos circumferre, quæ vim haberet interimendæ libidinis, eaque velut antidoto tuto posse inter fœminarum greges versari, & confitentibus, puellis autem salua integritate præbere. Ea vox, seu è candido syncroque animo, seu duplici astutoque profecta, admirationem certe multis attulit, sensimque sparsa per Curiam, ad Principis peruenit aures: qui rei auditæ curiosus inuestigator Ioannem de Cuniga (is erat ei velut morum Magister ac custos) ad Patres misit scisciturum quod herbæ genus illud esset tantæ potestatis, ac virium, quam ille perhiberentur habere. Fecit imperata Ioannes, expositisque Philippi mandatis ab Araosio contendit, vt rem sibi totam, quam mox ad Principem exponeret, declararet. Hæsit hic paulisper Araosius, & rem totam indicaturum se esse respondit; modo is eam Principi, quemadmodum ab se accipetet, accurate fideliterque afferret. Cum ille se recipetet facturum; Verissimum, inquit Araosius, est, quod de huius nostræ herbæ potestate narratur: tantum quippe virium est, vt nõ modo ad frangendas cupiditates libidinesque sit vsui, verum etiam tutum quoddam ad continendam linguam, & conterendam animi elationem, & omnia vitia persananda præsidium: eademq; multas facultates & proprietates complectitur, vt equidẽ valde velim, & Principi & toti Curiæ notam ac familiarem. Porro nescit varias à Deo virtutes inditas herbis, quarum beneficio solutis potiatur, qui cognitis & inuentis vtatur. Acuerunt hæc cupiditatẽ Ioannis, qui vt sine mora sibi nomen ederet tam salutaris herbæ, nec se diutius properantem ad Principem cunctaretur ac suspensum haberet, acrius institit. Cui Araosius: Hæc inquit, herba patrio nostro Castellanæ sermone, Timor Domini nuncupatur: is eas omnes quas enumerauí, virtutes & multo plures continet: eoque quotquot de societate sumus, frequenter vtimur eius præsidio innoxio in mediis flammis: eo instructis ac bene munitis vbique gentium nobiscum bene agitur.

Calumnia in Patres Soc. IESV.

Calumniæ refutatio.

Araosi herba, timor Dei est.

De oratione quæ spem fulcit & promouet.

Est autem oratio, mentis in Deum elevatio, per quam vel mala deprecamur, vel bona nobis aliisque petimus, vel Deo benedicimus.

Oratio quid? *Io. Damasc.*

TIT. V. De horis Canonicis.

EXEM. I. *De modo psallendi in Ecclesia ab Angelicis virtutibus introducto.*

NOn solum D. Paulus Apostolus scribens ad Ephesios cap. 5. docuit (ait Baronius) quomodo psallendum sit in ecclesia, sed & virtutes Angelicæ docuerunt. Sociates enim hæc de Ignatio testatur. Ignatius Antiochiæ, quæ est in Syria, tertius à Petro Apostolo Episcopus, qui cum Apostolis ipsis multum versatus est, visionem vidit Angelorũ sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis Psalmodia collaudantium, & formam canendi in ea visione in ecclesia expressam ecclesiæ Antiochiæ tradidit. Vnde illa ab Angelis traditio ab omnibus ecclesiis recepta. Sed altior instituta atque certior eius rei fides habetur, cum de Seraphim stantibus supra thronum, atq; clamantibus, & alternis vicibus canentibus, sublimis facta est illa manifestatio Isaiæ. Eodem plane modo ab Esseis, quorum res gestas Philo illustri memoriæ cõmendauit, Deo laudes alternatim cani solitas, eiusdem auctoris testimonio expressum habetur.

Baron. to. 1. Annal. an. Christi 60. Ex Socrate lib. 6. c. 8. Et Ph. Ione de vita contẽp. Isa. 6.

II. *Vt Angeli alternatim responderint S. Gudunalo horas Canonicas legenti.*

Ambulans S. Gudunalus Archiepiscopus: aliquando per mare, & preces in naue Deo persoluturus, laudesque & gratiarum actiones oblaturus: cum dixisset more Ecclesiastico, Deus in adiutoriũ meum intende: Angeli subiunxerunt, Domine ad adiuuandum me festina: & ita totum officium alternis vicibus, cum viro Dei expleuere. Denique prospero cursu omnis ille Domini exercitus ad terras delatus est.

Ex eius Vita apud Sur. to. 5. de Iun. 6. S. Gudunalo Angeli respondẽt in officio.

III. *De precibus horari s, exemplo S. Lutgeri non facile interrumpendis.*

Rem paruam dicturi sumus, sed tamen nostro proposito valde congruam. Carolus Imperator S. Ludgerum Episcopum Monasterienſem ad se pro quadam Reipublicæ vtilitate euocari fecit. Qui cũ secundum præceptum eius venisset, & iuxta palatium mansionem accepisset, primo statim mane, misso ad eum Rex cubiculario ipsum ad se venire præcipit. Ea ipsa hora persoluendis ex more Cursibus *cum suis insistebat. Cumque his expletis se venturum nuntio respondisset, & hoc Regi ille retulisset, secunda quoque vice & tertia ad eum accersendum misit: sed ille diuinum seruitium eunctis.

In vita S. Ludgeri Ep. ap. Sur. tom. 3. 26. Mar.

* Cursus, dicit preces horarias.

ctis aliis rebus anteponendum esse non ignotans, omnino venire distulit, donec cœptam psalmodiã consumma et. Qua finita in conspectũ Regis cum venisset, eum, cur ad imperium suum venire contempsisset, interrogauit. Ad hæc ille vultu intrepido, mente constantiori: Ergo Imperator, inquit, tuum semper præceptum ita in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deum tibi vbique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum omnes norunt, omnes fatentur. Hoc & ipse mihi præcepisti, quando pastoralis curæ solicitudinem mihi commendabas: vt Deo primum seruiendum scirem: post hæc tuis consequenter imperiis cognoscerem esse obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc iustissimæ discretionis regulam secutus, Deum tibi & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo: neque tuum esse credidi, quod huic iussioni & perspicacissimæ rationi contrarium esset. Ideo non regiæ potestatis in honorationem & contemptum, vt maleuoli criminantur, sed potius propter tuam salutem, quæ Deo debebam, exoluere curaui: & ita consequenter ad tuum expeditior seruitium veni. Hanc eius responsionem Rex optimus amplexus: Gratias, inquit, habeo, Episcope, quia qualem te esse credidi semper, talem te nunc esse expertus sum. Tu, vt hactenus fecisti, Dei semper operare voluntatem, & simul nobis deuotus & fidelis pro nostri imperii statu orare memento.

Præclarum Episcop. responsum.

Deus præferendus Imperatoribus cæterisque rebus.

Caroli Magni humilitas.

IV. *Dei cultum priuati negotii celeritati anteponens S. Hugo à Deo in periculo tutatur.*

S. Hugo Episcopus Lincolnienſis preces Canonicas statuto persoluebat tempore, nec induci poterat, vt aut præueniret illud, aut differret. Itaque in magnis etiam tractatibus, sicut quidam ad consultandum siue deliberandum egredi solent, sic ipse immortali Regi debitum laudis oblaturus, simul atque venisset hora, mox exire solebat. Nihil diuino officio anteponendum, Carthusiano more, vir fidelis didicerat, quod etiã vsq; in finem exacte seruuit. Contigit illum aliquando cũ Prælatis quibusdã & Clericis per loca infesta equitare. Consultantibus ergo illis, quo pacto imminens periculum euaderent, omnium hæc vna sententia fuit, vt ante lucem surgerent, & iter suspectum in tenebris conficerent. Surgunt mane, vrgent Episcopũ, aiunt non cunctandum, ne à prædonibus capiatur. Quibus ille: Et quo ibimus, inquit, matutinis precibus nondum absolutis? Respondent illi: Postea dicemus illas: iam properandum, ne propter moram capiamur. Tum Episcopus: Qui capit, ait, capiat: & qui timet, timeat. Ego hinc non exibo, donec solito more preces matutinas persoluero. Mira res. Solus Episcopus, postquam laudes Deo tractim admodum obtulit, licet cum suis per eandem viam equitaret, nil mali passus est: alii autem quia prudenter se facere arbitrabantur, nec consilio sancti viri parere volebant, in periculum, quod cauere moliebantur, inciderunt.

Ex Anonymo Sur. in vita eius c. 22. to. 6 Nouem. 19.

Preces horariæ statis horis persoluendæ.

S. Hugo mauult Deo satisfacere, quam periculum vitare.

V. *Competenti tempore officium diuinum esse persoluendum.*

Eremitam deficientibus alimentis Angelus pascebat, & tempore vuarum portabat aliquando vuas bonas: quandoque agrestes: quandoque marcidas. Interrogatus Angelus ab Eremita, quæ esset tantæ diuersitatis ratio, respondit, se portare bonas vnas, quando officium debitis horis persoluebat: agrestes vero, quando tempus præueniebat: marcidas, quando vltra debitam horam differebat.

Abb. in c. 1. de celeb Missarum. Iacob à Graphis c. 51. §. 14.

VI. *S. Dominicus Fr. Prædicat. anteſignanus quanta cum reuerentia diuinum persoluebat officium.*

S. Dominicus in precibus horariis & psalmodiis, quas inprimis reuerenter absoluere solebat, faciem suam crebro visus est lacrymis irrigare. Quando extra monasterium erat, audito primo signo nocturnarum precum surgebat, & fratres excitans, cum multa deuotione totum officium diuinum absoluebat horis & temporibus suis, tum nocturnis, tum diurnis, nihil penitus omittens, & persoluto Completorio etiam in itinere cum sociis, silentium non minus seruabat, quam si fuisset in monasterio.

Theodor. de Apoldia lib. 51. vita eius c. 5. & 11. Horæ reuerenter & attente persoluendæ.

VII. *Preces Canonicas S. Franciscus F. Minorum Patriarcha quomodo persoluere sit solitus.*

S. Franciscus quoque Fratrum Minorum anteſignanus solitus erat horas Canonicas non minus timorate Deo persoluere, quam deuote. Nam licet oculorum, stomachi, splenis & hepatis ægritudine laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inhærendo psalleret, sed horas semper erectus, & sine caputio, non gyrouagis oculis, nec cum aliqua syncopa persoluebat. Si quando esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, huiusmodi consuetudinem reuerentem & sacram propter pluuiarum inundantiam non omittens. Dicebat enim: Si quiete comedit corpus cibum suum, quod futurum est vermium esca, cum quanta pace & tranquillitate accipere debet anima cibum vitæ. Grauiter etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, phantasmatis interius vagaretur. Cum aliquid tale accideret, non parcebat confessioni, quin illud protinus expiaret. Hoc studium sic in vsum conuerterat, vt rarissime muscas huiusmodi pateretur.

D. Bonauent. in vita eius cap. 20.

VIII. *Quomodo Angelus Domini in officio diligentes obsignauerit.*

Dicam ad hoc propositum rem mirandam, quam audiſſe me memini à patre quodã maximo Dioratico. Aiebat enim ille: Nocte quadam, dum in ecclesia excubaret, in principio psalmodiæ vidisse se-

Ex B. Dorot. Abb. Doct. 1. Bibl. th. PP. tom. 2.

quendam è Sacrario egredientem cum veste splendida, habentemque in manu calliculum cum sacrificio & hostia, tinxisseque illam hostiam in calice, & obambulantem fratres omnes obsignasse. Eorum vero, qui ad vigilias non surrexissent, aliquorum sedes & loca tetigisse, aliquorum pertransisse. Atque hoc ipsum in fine psalmodiæ reperisse, è Sacratio, vt antea egredientem. Quod senem admodum admiratum, cum ante se pertransiret, ad genua illius obuolutum rogasse, vt, quidnam hoc esset mysterii, dignaretur aperire: Respondisseq; illum, esse sese Angelum Dei, qui delegatus ad hoc esset, vt signo huiusmodi eos obsignaret, quos diligeret & promptos ad principium psalmodiæ, & in finem vsq; per seuerantes in ecclesia reperisset. Senem vero post hæc iterum subdidisse: Cur aliquorũ loca & sedes, quos in ecclesia reperisset, obsignaret. Retulisseq; rursum Angelum sanctum, eorum se loca obsignasse, qui & promptissimi & paratissimi, quantum in ipsis erat, ad vigilias surgerent, sed & eorum, qui vlla necessitate compediti cum Patris obedientia & benedictione vel etiam imperio obdormissent. Hos æquum esse signum suum recipere, cum animo & proposito cum psallentibus affuissent: Illorum vero qui psalmodiæ interesse potuissent, sed desidia, torpore & negligentia destituissent, iussu Dei summi sedes & loca noluisse obsignare, quoniam ipsi se indignos hoc cœlesti signo fecissent. Contemplamini igitur quale nobis donum ministret, qui nos ad vigilias & laudes Dei excitat. Curate, fratres, Angelicum signũ non amittere; at si contigerit vllum ex vobis dormitare, fueritque ab altero excitatus, ne moleste feratis, sed potius ratione tanti boni gratias agite, quicunque ille fuerit.

Diligentes in officio ab Angelo obsignantur.

Negligentes in officio ab Angelo negliguntur.

IX. *Ob preces horarias negligenter solutas Iuæ castigatur Monialium familia.*

Lutgardis virgo sanctissima sæpe reprehendere moniales in valetudinario manentes, quod parum attente persoluerent preces Canonicas diuinitus institutas. Cum autem dimidio ante obitum suum anno non videret diuina maiestate & reuerentia dignam in sororibus emendationem, ait: Scio equidem quod post decessum meum culpam hanc manus Domini in sororibus vindicabit: & tunc memores verborum meorum, castigatæ cum multa humilitate se corrigent, & Dominus mox retrahet manum suam, quã iam extenderat ad vltionem. Quã a veraci spiritu hæc illa prædixerit, res ipsa neminẽ finit ambigere: Nam vbi illa excessit à vita, confestim dira pestis inuasit in illud monasteriũ, & breuissimo temporis interuallo quatuordecim probatissimæ sorores extinctæ sunt. Ego vero eodẽ tempore illuc veni & duas carne ac spiritu sorores, vno eodemq; momento animam reddentes, oblato pro eis sacrificio, in vno tumulo sepeliui. Cum se autem infirmæ sorores in valetudinario dicendis Canonicis precibus correxissent, Domino manum suam retrahente, pestis illa protinus sopita est.

Tho. Cantipr. in vita eius apud Sur. 1. 2. c. 10. Iun. die 16.

Lutgardis prædictio.

Peste castigatur monasterium ob preces negligenter solutas.

V. *De monasterio diuinitus afflicto ob intermissa B. Virginis officia.*

Dicam & aliud, quod contigit in Monasterio Camugensi. Statutũ erat, atque iam per triennium fere seruatum, vt cum horis Canonicis quotidie beatæ Mariæ semper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gazo, habitu Monachus, reprobæ quidẽ vitæ, sed dicacis & aculeatæ facundiæ. Hic cœpit conqueri, satis superque sufficere, quod sanctus præcipit Benedictus, nec nouæ ad inuentionis pondus debere superponi, nec nos esse antiquis patribus sanctiores, qui videlicet hæc superstitiosa & superuacua iudicantes, psallendi nobis metam, omnemque viuendi regulam præfixerunt. Hac sane debere nos esse contentos, nec ab illa incautius declinantes per anfractus & inuia ducamur erronei. Quid plura? Contra Reginam mundi præliari visus est, & confecit. Ad hoc nimirum fratres versutia machinatione pellexit, vt solitas beatæ Mariæ laudes vlterius non offerrent. Sed ô diuinum iudicium à nostræ grauitatis intuitu non dormitans. Mox enim aduersus præfatum Monasteriũ tot aduersitatum grandines, tot vndique bellorum atque conflictuum exortæ sunt tempestates, vt ipsis quotidie Monachis minaces gladii necis exitiũ intentarent. Fiunt vndiq; deprædationes atque rapinæ, conflagrant cum segetibus areæ familiares, ac serui sancti loci crudeliter trucidantur; & non iam imago mortis, sed mors ipsa grassatur, adeo vt tæderet iam monachos viuere, dum nequaquam possent in procinctu certaminis amicum quieti suæ professionis officium custodire. Non paruis expensis ad Teutonũ partes Imperator expetitur: pragmaticæ sanctiones cũ titulis Imperialibus aduehũtur. Sed tandem est in omnibus quippe studiis non fructus, sed labor superuacuus. Vnde cum ego petitione fratrum sæpe pulsarer, quatenus sequester acceederem, & si possibile esset pacis inter eos fœdera continuarem, hac rogantibus voce respondi: Christus, inquam, est pax nostra. De quo etiam de Virgine recens nato angelicus dictum est, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax*: Quia ergo Matrem veræ pacis de suo monasterio proiecerunt, dignũ est, vt inquietis calamitatũ tribulationũq; procellis atq; turbinibus agitentur. Verũ, ne lectorẽ diutius protraham, fratres illi hæc, quæ dixeram, nõ dubiis erũpentibus signis vera probantes, in arcto siti, tandẽ ad cor redeunt, pauimento se humiliter sternunt, ac percepta pœnitentia, nunquam se de cætero neglecturos solita Dei genitricis præconia vnanimiter pollicentur. Mox itaq; (vt faueat) ita post coruscationis atq; tonitrua tandem cœli serenitas rediit, vt ex tunc vsque hodie fratres iucundæ pacis otio perfruantur, ac de Scyllea voragine se delatos ad portum gubernante filio Virginis gratulentur. Impletum ergo est quod per Prophetam dicitur: *Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus.*

D. Petr. Dam. Ostien. Episc. epist. 1. ad Fratres 10. 3. Biblioth. P.P. & Baron. to. 11. Annal. an. 1056. 5. 6.

Obmurmuratio religiosis cauenda.

B. Virgo Regina mundi.

Monasterium affligitur ob intermissum officium B. Virginis.

Luc. 12.

Vexatio dat intellectum.

Officium B. Virginis restitutum.

XI. He-

XI. *Horas omnes Canonicas uno tempore absq; interuallo, persoluere, Deo displicere quomodo cognitum.*

Idem epist. 14. ad Desid. Abb. c. 7. Apud Baro. tom. 11. ann. 1062. 83. * Baron. putat legẽdum esse Peregrinum siue Pilegrinum, Episc. Colon. qui creatus est an. Dom. 1021. & præfuit 16. ann.

S. Peregrinus Archiepisc. Colon. cur in purgatorio detentus.

Animarum subsidia in purgatorio cruciatarũ.

Ecclesiasticæ institutionis officia momẽtis temporum sunt distinguenda.

Hic minime prætereundum, quod Petrus Damiani Cardinalis habet in epistola ad Desiderium Cassinensem Abbatem, Adlardi nempe prudentis & religiosi viri, qui Bremetẽsi præeminet monasterio, didici relatione quod scribo, quod etiam inditum literis esse dicebat. Clericus, inquit, Colonien sis Ecclesiæ vadum fluminis transibat; & ecce Beatus Seuerinus eiusdem Ecclesiæ nuper Episcopus, equi eius habenas apprehendit, eumque retinens sistit. Cumq; ille ad stuporem versus & grauiter admiratus; cur illic tam clarus & tam celebris famę vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me sunt, non auditu disce, sed tactu; cumque datam manũ fluctibus impressisset Episcopus, tantus eam ardor absorbuit, vt vndique carnes eius resolutæ diffluerent, & ossa nudata vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus: Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesiæ præconiis celebretur; cur te pestilens hæc vorago constringit, tantoque (proh dolor) incendio cruciat? Ad quem sanctus Episcopus: Nihil, ait, aliud in me remansit vltione plectendum, præter hoc tantum, quia in aula regia constitutus imperialibus me consiliis vehementer implicui, Canonicæ Synaxis officia per distincta horarum spatia non persolui. Mane quippe simul omnia coaceruans; tota die negotiis ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam Horarum ardoris huius fero supplicio. Tu vero omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, vt manũ tuam in salutis pristinæ restituat statum. Quod cum factum fuisset, Vade, inquit, fili, obsecra fratres nostros ecclesiæ Clericos, & alios spirituales viros, vt pro me preces fundant, indigentibus subsidia conferant, sacrificiorũ votis insistant. His enim peractis, ego mox de vinculo pœnę huius indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lætus adiungar. Quod certe magnam nobis debet inferre formidinem, quia cum sanctum virum vni culpæ duntaxat obnoxium tam intolerabilis Purgatorij pœna constrinxit væ, væ, quæ mihi meisq; similibus est inferenda sentencia, quo tot reatuum prolixitas grauat. Distinguenda sunt ergo per momenta temporum Ecclesiasticæ institutionis officia; & sub magna diuini timoris ac reuerentiæ disciplina dicenda sunt, ne dum psallimus, fructum spiritus cum carnis desidia miscea mus. Quid enim prodest hostiam Deo laudis offerre; & per torporem negligentiæ fœdis eam cogitationibus inquinare.

Idem eadem epist. cap. 8. & iam apud Baro. to. 11. 1062. 82.

XII. *Horas Canonicas in lecto non esse facile recitandas.*

Idem, quem diximus, Adlardus; dum in Burgundiæ regno mihi conuiator incederet: In hoc, inquit, loco, per quem nunc transitum habemus, aliquid contigit, quod si dixerimus, non videtur otiosum. Frater quidam nostri cœnobij, piæ mentis & rectæ conuersationis vir, hic aliquando transibat, & ecce crinitus quidam, quasi ex Hierosolymitana peregrinatione veniens, palmam ferebat in manu. Cumque peregrinus & Monachus, inuicem obuij sese altrinsecus pertransissent, ait ille: Completorium in lecto, nec salus est, nec profectus. Quod Frater audiens, admiratus expauit; ac repente post terga respiciens cum videre non potuit: mox enim vt verbum protulit, omnino disparuit. Ille vero ad conscientiam mox reuersus, inuenit quia pridiano vespere lassus de via redierat, & fessa in lectulum membra proijciens, jacendo canonicas Horas compleuerat. Verum ille Angelus fuerit, an reuera (sicut videbatur) homo, Dei ducimus relinquendum esse judicio.

Horæ non facile recitandæ in lecto nisi sit necesse quia in iis habenda ratio decẽtiæ & honestatis.

XIII. *Damon irridet horas Canonicas irreuerenter recitantes.*

Petr. Damian. in lib. bello de miraculis.

Idem Damianus ad idem propositum aliam narrat historiam: Prior quidam fuerat nomine Ioannes, qui lentis quibusdam infirmitatibus macilẽtus videbatur semper & gracilis. Hac itaq; sui corporis imbecillitate confisus sæpe jacens in lecto Completorium decurrebat. Accidit autem vt dæmoniacus quidam non procul abesset, qui multa hominum secreta, & obscœnos actus impudens propalaret. Cumq; præfatus Ioannes dæmonem exire præciperet, & quibusdam exorcismi quęstionibus flagellaret; Tune, ait, ille es, qui sub Cotro quotidie completorium insusurras? & modo me quasi sanctus ejicere; & juris mei vasculum de meo vis dominio liberare? Hoc audito frater erubuit, quia rei veritatem etiam per mendacij recognouit auctorem.

Horas irreuerentes recitans à dæmone ridetur.

XIV. *De laudibus diuinis, non sedendo, sed stando persoluendis.*

Baro. to. 11. Annal. 1062. 58.

Dum idem Petrus Ostiensis Episcopus & S. R. E. Cardinalis legationis munus obiret, tradit se in Gallia fuisse exceptum hospitio ab Waltero Archiepiscopo Bisontino celebris famæ Antistite, quem summis laudibus celebrat. Corripuit tamen eum, quem correctione ex eo dignum putauit, quod pateretur ecclesiæ ministros sedentis psallere: ait enim, ad ipsum postea scribens: Vnum prærerea corporis ac desidiæ signum in tua ecclesia vidi, quod & tunc, prout expeditionis dictabat hora, corripui, & nunc apicibus tradere non superfluum duco. Plerique siquidem ibi clericorum residentes, dum vel canonica horarum celebrantur officia, vel etiam ipsa Missarum offeruntur terribilia sacramenta. Cuius corporis signauiam per Galliarum partes nonnullis inesse etiam monachis deprehendi. Quod profecto pravæ consuetudinis virium, correctione dignum, & de stadio militantis Ecclesiæ in his, qui incolumes sunt, constat penitus eradendum, &c. Hęc ipse, qui haud visus satis sibi tunc corripuisse de his Episcopum, reuersus ad eundem eodem argumento prolixam satis eam epistolam scripsit, cuius est exordium: Non ignoras venerabilis.

Horę in ecclesiis non sedendo, sed stando persoluendæ.

lis pater, &c. Qua ex pluribus diuinæ Scripturæ locis laborauit ostendere, nullo modo, neque clericis, neque laicis in ecclesia sedendum (nisi laboret quis infirmitate) dum diuina officia persoluuntur: quod vt primum ipse in sua ecclesia corrigat, inde in aliis quoque corrigendum procuret, admonuit.

XV. *Hora persoluendæ ante cibi sumptionem.*

D. Hieron. in vita S. Hilarionis.

S. Hilarion multorum monachorum dux & rector factus vicinas religiosorum domos sua præsentia consolari solebat. Cumq; aliquando Die Dominica multis stipatus comitibus, qui ter mille erant, ad optimum quendam solitarium, qui Sabas dicebatur, diuertisset, vnicamque vincam lassis Hilarionis sociis, cibique indigentibus Sabas ad explendam famem liberaliter concessisset, pius vetuit Hilarion, seuera quadam imprecatione adhibita, ne monachi quicquam gustarent, nisi prius omnipotenti Deo precum, psalmorum, & rei diuinæ pensum absoluissent; Dei namque regnum in primis esse quærendum pater ille optimus judicabat.

Deo prius seruiẽdum quam ventri.

Matth. 6.

XVI. *Quomodo dæmon abstrahat seruos Dei ab officio diuino.*

D. Greg. li. 2. Dialog. c. 4.

In vno ex eius monasteriis, quæ circumquaque constituerat S. Benedictus, quidam monachus erat, qui ad orationem stare non poterat: sed mox, vt se fratres ad studium orationis inclinabant ipse egrediebatur foras, & mente vaga terrena aliqua & transitoria gerebat. Cumque ab Abbate suo sæpius fuisset admonitus, ad virũ Dei ductus est, qui ipse quoque stultitiã eius increpauit, & ad monasterium reuersus vix duobus diebus viri Dei admonitionem tenuit: nam die tertia ad vsum proprium reuersus vagari tempore orationis cœpit. Quod cum seruo Dei ab eodẽ monasterij Patre, quem constituerat, nuntiatum fuisset, dixit: Ego venio, eumque per memetipsum emendo. Cumque vir Dei venisset ad monasterium, & constituta hora expleta psalmodia sese fratres in orationẽ dedissent, aspexit quod eundem monachum, qui in oratione manere non potuit, quidam niger puerulus per vestimenti fimbriã foras traheret. Tunc eidem Patri monasterij, Pompegiano nomine, & Mauro Dei famulo secrete dixit: Nunquid nam aspicitis quis est, qui istum monachum foras trahit? Quia respondentes dixerunt, Non. Quibus ait: Oremus, vt vos etiam videatis, quem iste monachus sequitur. Cumq; per biduum esset oratum Maurus monachus vidit: Pompegianus vero, eiusdem monasterij Pater videre non potuit. Die igitur alia, expleta oratione, vir Dei Oratorium egressus, stantem foris monachum reperit, quem pro cæcitate cordis sui virga percussit, qui ex illo die nil persuasionis vlterius à nigro iam puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit, sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione; ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

Tempore officij tentantur etiã serui Dei. Prompegianus Abbas.

Benedictus monachum vagum virgis castigat.

XVII. *De mirabili Coletæ seruore in diuinis officiis persoluendis.*

Stephan. Iuliac. in vita eius cap. 11. & 14. apud Sur. tom. 2. Marc. 6.

Coronidem adiiciam de B. Coleta, virgine religiosa, quæ cum non mediocri laboraret morbo, nunquam tamen à diuinis voluit se laudibus subducere, nec propter sororum paucitatem aliquid de illis diminui: sed cum duabus aut tribus sororibus preces omnes Canonicas ipsa persoluebat integre, solemniter & deuote. Vbi sane verisimilis non deerat coniectura, Angelicos spiritus ei venisse subsidio, vt audientium deuotio & admiratio augeretur. Nunquam illa, quod sane admirabile est, in diuinis persoluendis officiis vllum vel tædium, vel laborem sensit: imo quanto ea prolixiora essent, tãto gratiora quoque erant. Quod si interdum aliquam sentiret desolationem, mox inchoato officio confortabatur, & tranquillabãtur, & psallens suauiter in feruore spiritus, perinde ac si faciem summi Regis coram intueretur. Cum aliquando visitaret monasterium quoddam, offendit illic sanctimonialem, quæ propter grauem morbum annis octo à diuinis officiis abfuerat non absq; multo animi dolore. Et ad se accitæ comiter agit: Quid est, dulcissima filia, quod tam longo tempore abes à laudibus Dei? Respondit illa: Nihil, mea mater, illic vel dicere vel facere possum, morbo impedita. Tum Coleta, Abi, inquit, hac nocte in Christi nomine ad preces nocturnas, & fac ibi pro viribus. Fecit ea sic, & ecce vocem sentit sibi restituram longe meliorem, quam vnquam habuisset antea, cecinitq, non minus bene, vel etiam melius, quam aliæ incolumes: Præter horas Canonicas, quotidie legebat omnes orationes Dominicas, quibus laicæ sorores diuinum persoluunt officium: tum quoque preces horarias S. Crucis, & duplices defunctorum, vt vocant, Vigilias, vt plurimum nouem lectionum, interdum trium.

Feruor mirabilis Coletæ in diuino officio persoluendo.

Cap. 24. vitæ eius.

Miracula.

TIT. VI. De oratione mentali.

Moses Hebræorum legislator, oues in monte Sina pascebat, & ingiatq; assidua meditatione diuinorum colloquiorum particeps factus est, adeo vt cum Domino facie ad faciem loqueretur. *Exod. 32.*

Daniel noctu contemplationi & orationi vacans propheticum hausit spiritum. *Daniel. 2.*

IESVS CHRISTVS *Dei filius interdum in templo turbas docebat, noctu, monte Oliueti consenso contemplabatur.* *Luc. 19.*

Paulus Apostolus in Apostolatu confirmatus, raptus est vsque ad tertium cœlum, vtrum in corpore, an extra corpus, nescit, Deus scit: audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui. Hinc demum in illam prorupit vocem: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c. *2. Cor. 2.*

EXEMP. I. *Quam sit suaue & iucundum rerum cœlestium meditationi vacare.*

D. Hiero-

D. Hier lib. de Virginitate.

DHieronymus spiritalis cõtemplationis ingentem & ineffabilem hausit dulcedinem in eremo. In eo quippe libro, quem de Virginitate seruanda edidit: Post multas, inquit, lacrymas, post cœlo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus gaudensque cantabam: *Post te in odorem unguentorum tuorum curremus.* Et ad virgines Deo dicatas scribens, ait: Experto itaque seni deuote consulenti credite, filiæ, si semel gustatis, quam dulcis est Dominus ad quem accedentes, lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum; poteritis ab eo illud audire: Venite, *& ostendam vobis omne bonum.* Et tunc ostendet vobis talia, qualia non nisi mentes assuetæ norunt. Scio quid loquor, charissimæ. Nam vt meam insipientiam loquor, ego homunculus sic abiectus, sic vilis in domo Domini, adhuc viuens in corpore, Angelorum sæpe choris interfui, de corporeis per hebdomadas sustentationibus & nutrimentis nihil sentiens, diuinæ visionis intuitu. Post multorum forte dierum spatia præscius futurorum redditus corpori, flebam: Quid ibi manens felicitatis habebam, quid inenarrabiliter delectationis sentiebam, testis est ipsa Trinitas, quam cernebam, nescio quo intuitu. Testes sunt & ipsi beati spiritus, qui aderant: testis est etiam conscientia mea; qui tantis bonis ipse fruebar, quot & qualia nescit proferre mollities corporis mei. Denique subiungit, dicens: Non potest ad tantæ contemplationis dulcedinem cor secularibus plenum negociis aspirare: sed oportet seculo vt moriatur, vt soli Deo per tantas meditationes & desideria supernis inhæreat. Vnde granum frumenti cadens in terram nisi mortuum fuerit, semper sic solum manet, vt cecidit, quod si moritur, fructum plurimum affert.

Cant. 1.

Exod. 33.

Rerum cælestium cõtemplationi qui apti.

Ioan. 12.

II. *A turbis secedit B. Franciscus, vt per quietem & conspectum Domini nouas vires ad vtiliter laborandum & perseuerandum hauriat.*

De Beato Francisco ad salutem animarum vocato ita scribit verus eius filius diuus Bonauẽtura: Vir autem Dei solitarius remanens & pœcatus nemora replebat gemitibus, loca spargebat lacrymis, pectora manu tundebat, & quasi occultius secretarium nactus, confabulabatur cum Domino suo. Ibi respõdebat iudici; ibi supplicabat Patri: ibi colloquebatur amico: ibi quoque fratribus ipsum pie obseruantibus aliquoties auditus est clamosis gemitibus apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta voce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi visus est nocte orans manibus ad modum crucis protensis, toto corpore subleuatus à terra, & nubecula quadam fulgenti circundatus, vt illustrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perlustratio testis esset. Ibi etiam sicut certis est comprobatum indiciis, incerta sibi, & occulta diuinæ sapientiæ pandebantur: quãuis illa non vulgaret exterius, nisi quantum Christi vrgebat charitas, & proximorum vtilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede rem impretiabilem contingit amitti; & illum qui dedit, ad non dandum iterum facile prouocari.

D. Bonau. in vita eius c. 10.

S. Franciscivariæ inter orandum cæremoniæ.

III. *Exercitii spiritualis gratia subtrahit se Hugo Ep. Lincolniensis ad monasterium singulis annis.*

In vita sancti Hugonis Lincolniensis Episcopi hoc inuenimus scriptum: Singulis annis vt minimum semel æstiuis vacationibus ad monasterium Vuitamiense se conferre solebat. Ibi vero tanquam in messe fertili, menti suæ de spiritualibus prouidit frugibus, quas vbertim illic ipse secuerat. Erant tunc illic viri valde spectabiles, in vita strenui, in contemplatione sublimes, iique blandimenta ei nulla, tanquam vltra alios Episcopos aliquid haberet sanctitatis, apponebant; sed potius admonebant; vt videret quantum adhuc abesset à conuersatione Patrum antiquorum. Tanta autem humilitate in omnibus se illis conformabat, vt præter solum annulum nihil gestaret, vnde, quod esset Episcopus, posset animaduerti.

In eius vita c. 3.

Exercitia annua S. Hugonis Epis. Lincoln.

IV. *In antro abstractus per quadragenas rerum spiritualium deliciis indulgens parce victitat Laurent. Dublin. Ep.*

Laurentinus quoque Dublinensis Episcopus in ea concauitate, quam S. Coenginus suis manibus effeciss dicitur, persæpe latitans contemplatiuis deliciis illic deuotus perfruebatur, de corpore sue nime solicitus; sed tamen in multa necessitate, ei deesse nolens, ter tantum in hebdomada panem & aquam, interdum etiam olus ei præbebat: tanquam alter Moses contemplationis diuinæ suauitate refectus. Ibi ergo morans per quadragenas hominum non admittebat frequentiam, nisi Abbatis nepotis sui, qui ei cibum quem diximus, subministrabat, ad eumque causas & negotia populi, & ad populum sancti sacerdotis responsa atque consilia referebat. Erat autem accessus ad eum per scalam, cuius ima pars in aqua figebatur, superior tenebatur ad ripem.

Surius in eius vita c. 17.

Rerum cælestium deliciis sæpe per 40. dies indulget Laur. Dublin. Episc.

V. *Ob vitæ contemplatiuæ amorem Episcopale munus refugit Gregor. Nazianzenus.*

Gregorius Nazianzenus cum tranquillæ vitæ, atque ab hominum frequentia semotæ amore flagraret, non tulit se imperiose cogi atque in medios tumultus contrudi, ab hacque vita perinde atque ab asylo quodam per vim auelli: nihil enim illi eo homine fortunatius esse videbatur, qui clausis compressisque corporis sensibus, atq; extra carnẽ mundumque positus in seque collectus; nec nisi summa necessitate impellente, quidquam rerum humanarum attingens atque secum in se & cum Deo colloquens, superiorem rebus in aspectum cadẽtibus vitam agit diuinasque species & imagines puras semper, nec vllis terrenis & errabundis formis permixtas, in seipso circumfert, ac Dei rerumq; diuinarum

Greg Nazianz. Apol. 1.

Contemplationis bonum quantum.

purum omnino speculum est, indiesque efficitur, luciq; lucem obscuriori videlicet clariorem adiungit, atiam futuri ævi bono fruitur, & cum Angelis versatur & licet adhuc in terris agens, terram deserit, atq; à spiritu in cœlo collocatur. Si quis vestrum hoc amore correptus teneretur, quid dicam intelligit atq; affectui ei, in quem rum incidit facile ignoscet.

VI. *S. Aquilinus contemplationi seu animi recollectioni vacaturus à negotiis & alibus aliquamdiu secedit.*

Ex Anonymo Sur. in vita eius c. 9. Octob. 19. tom. 5. Aquilin. Ep. rerum spiritualiū meditationi operam navat.

S. Aquilinus Episc. Ebroicensis, gregis pastoralis cura suscepta speculator effectus, prolixius vigilabat, atque in preces incumbens contemplationi dabat operam: vt tantum sanctitate crescerei, quantum creverat dignitate: talemq; se opere præberet, qualis & quam nouus & perspicax ex suo nomine designabatur. Atque vt liberius posset contemplationi vacare, & pro peccatoribus mundi huius tumultibus deditis Dominum deprecari, non longe à muro ciuitatis, ab ecclesia vero centū passuum spacio distantem elegit cellam, in portæ Rhothomagensis regione sitam: ibique secretum, quod propter pastoralis curæ inquietudines amiserat, repetens, animarum causas & negotia tanto curabat melius quanto plus corporum declinabat; magis proficiens in iis, quæ ad populi causas attinerēt orando, quam posset concionando. Est enim hoc peculiare electis semper optare secretum, quemadmodum reproborum est appetere turbas & tumultus.

Solitudinē appetere quorum proprium.

VII. *Meditationi de passione Domini nostri* IESV CHRISTI *plurimum insistebat Elzearius Comes.*

In vita eius apud Surii.

Accidit, vt quandoq; Elzearius Comes Arianus in monte Pessulano hæreret. Itaque Delphina eius vxor ex castro Podii Michaelis misit ad eum literas per famulum, cupiens nosse, cur moram illic faceret. Cui ille sic respondit: Sanus corpore sum & sospes. Quod si vero videre me cupis, quære me in vulnere lateris Christi. Illic enim habito, & ibi me poteris inuenire, frustra alibi quæsitura.

VIII. *S. Genouefa ad tempus recluditur, vt expeditius meditationi vacaret.*

Ex Anonym. in vita eius c. 6. Sur. 21. Sept. Curiositatis pœna.

S. Genouefa virgo Parisiensis, ab Epiphania ad Cœnam vsque Domini in cella recludebatur, vt & orando & contēplando Deo expeditius incumberet. Ad cuius ostium quum puella veniisset, vt quidnam illa faceret, per rimas exploraret, cuestigio lumen amisit: sed exacto quadragesimali ieiunio, eiusdem operæ lucem recepit.

IX. *Franciscus Xauerius etsi occupatissimus, nulla vnquam die intermittebat meditationem.*

Horat. Tursellin. l. 6. de vita c. 6.

Franciscus Xauerius, primus è Societate Iesu in Indis & Japonia Apostolus, ecstimentem in Dei diuinarumque rerum cognitione defixam perpetuo habebat; tantum tamen, ac certum quotidie seponebat tempus, quod ereptum negotiis tribueret meditationi rerum cælestium. Maxime vero in Christi vitæ mortisque meditatione acquiescebat; satis gnarus ibi eximia omnis exempli documenta in illustri posita monumento intueri atque imitari licere. Hoc meditationis genus maxime salubre ac frugiferum (præcipuum vtique exemplar Christianæ vitæ, & ingens inuitamentum diuinę charitatis) impense complectebatur ipse, & aliis commendabat. Quo in negotio haud maiore mentis ardore versabatur, quā animi constantia. Id adeo non alias magis intellectum est, quam cum daret operam valetudinariis. Etenim cum assiduę occupationes nullam ei diurni temporis partem ad orandum vacuam relinquerent; orationis magis, quam somni memor, nocturnæ corporis quieti detrahebat horas semper aliquot, ne animus cælesti illa optatissimaque fraudaretur requie pabuloque; adeo eius mētem diuini dulcedo colloquii ceperat. Binas ferme, cum plurimum ternas somno horas tribuebat; sed ita vt ne somnus quidem vacaret oratione. Sæpius enim per somnum emittebat eiusmodi voces; O IESV bone, ô Creator mi, aliasque consimiles: orare illum, non dormire crederes. Haud multo minor in oratione vocali quæ dicitur, psalmisque & hymnis recitandis, vel pietatis sensus, vel sedulitatis in eo fuit. Antiquissimum quippe habebat, diuinū officium horasque Canonicas diligenter simul ac pie recitare. Initio igitur Ecclesiasticum audiens monentem; *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* Interiore cura comparabat sese. Namque ad mentis attentionem ac pietatem vehementius accendendam, hymno Veni Creator, ante singulas horas pronunciato, haud segniter sancti Spiritus exposcebat opem. Quem quidem ille hymnum tanto semper pronunciabat ardore, vt ei cor è pectore exilire, animusque deficere videretur.

De vita & morte Christi Xauerii meditatio.

Nocturna Xauerii meditatio.

Officium diuinum qua præparatione & intentione recitandū. *Eccl.* 18.

Hymnus Veni Creator ante horas prælegendus.

X. *Rerum diuinarum contemplationi addictus Xauerius abstrahitur à sensibus.*

Idem ibid. lib. 3. c. 14.

Andreas quidam, Indus, Goanis Collegii alumnus erat idemque Francisci Xauerii Comes. Huic ille à prandio de more operam cœlestiū rerum meditationi daturus præceperat, vt simul atque altera post meridiem hora audita foret, ipsum commonefaceret sedulo: quippe sibi conueniendum esse Proregem super re magni momenti. Paruit Andreas, ac præstituto tempore ad Franciscum Xauerium in cubiculum adit. Reperit hominem sedentem ardenti vultu apertis oculis, alienatisque à corpore sensibus: oculorum auriumque vsum amisisse eum crederes. Igitur Indus sæpius voce nequicquam compellatum, cum non vehementius execrando, non obstrependo pedibus, non fores quatiendo excitare potuisset, tactu excitauit. Hæc inter quarta iam à meridie hora data erat. Itaque eius quoque rei admonitus Xauerius, confestim ire ad

Diuina meditans abstrahitur à sensibus Xauerius.

Præ

Prætorium pergit. Cæterum idem ille animi sensus atque ardor alienatam à suscepto itinere mentem agebat. Quocirca errabundus per vrbem reliquum diei meditando consumpsit. Iamq; nox appetebat, cum Pater, Comitis admonitu, ad se rediit, ac semet aberrare aliquando sensit. Proinde ad Comitem versus; Alio die inquit, cum Prorege agemus; hunc enim diem sibi Deus vindicauit. Postero igitur die Proregem adit, placatque.

XI. *Reuelationes non esse facile communicandas.*

Raimundus à Capua in vita eius.

De sanctissima virgine Catharina Senensi scriptum legimus, quod cum aliquando in extasim rapta miráda quædam cœlestium rerum mysteria spiritu tradente didicisset, sensibus reddita, præ admirationis magnitudine, continere se nõ poterat, quin hæc identidem verba admirabunda repeteret: Audiui arcana verba, audiui arcana verba. Cumque nihil aliud diceret, eiusque confessarius instanter ab ea peteret, vt arcana ea secum cõmunicaret, virgo tãdem precibus eius victa respondit: Grauissimi in Deum criminis me ream existimarem, pater, si aliquid tibi ex iis, quæ mihi ostensa sunt, exponere tentarem. Cum enim voces, quibus in familiari sermone vtimur, ad res terrenas significandas impositæ sint, vsque adeo infra rerum cœlestium dignitatem iacent, vt ne earum quidem vmbram exprimere valeant.

XII. *Recollectionis tempore à vanis colloquiis abstinendum esse.*

B. Esaias Abbas Oratione 2. 6. in Bibliotheca Patrum to. 2.

Cauere debet homo solitudini & quieti deditus, ne verba audiat inutilia: hæc enim perdunt labores ipsius. Abbas Serapion, inquit Esaias Abbas, rogatus, qualis sibi ipse videretur? respondit. Similis videor homini super turre existenti, qui nutu significet accedentibus, ne ad se veniant. Mihi autem similis videor homini, qui propugnaculum ædificauit, & ferreis vectibus illud muniuit, vt si quis pulset, non audiat, neque intelligat, quis ille sit, aut vnde veniat, aut quid velit, neq; aperiat ei prius quam discedat. Si quis Dominum quærit ex animo, attenditque sibi, nec mundi vinculis illigatur, & cor suum custodit, vt sine offensione possit ante Dei tribunal consistere, is ab eo exauditur atque diligitur.

TIT. VII. De loco Orationis.

Num. 11. *Petiit populus carnes in deserto, & Dominus iratus concessit eis.*

4. Reg. 4. *Elisæus, cum attente orare vellet pro mortuo filio Sunamitidis, ingressus cubiculum ostium clausit.*

Tob. 1. *Tobias ibat Hierosolymam, vt ibi oraret Dominum.*

Dan. 3. *Azarias cum sociis stans in medio fornacis, in quam iussu Regis Nabuchodonosoris coniectus fuerat, & ibi orans cum sociis liberatus est.*

Susanna in horto videns omne humanum sibi deesse consilium recurrit ad orationis suffragium: & oratio eius fuit exaudita. *Dan 13.*

Manasses Iudæorum Rex, Babylonem captiuus ductus, in carceribus Deum, quem offenderat, ardentissimis precibus inuocauit, & ab eo exauditus est, ita vt in regnum suum fuerit restitutus, & in posterum sancte vixerit. *2. Paral. 33.*

Christus Dominus locum orantibus aptum designauit, cum dixit: Domus mea, domus orationis vocabitur. Orauit interim & ipse in monte, in horto, &c. *Matth. 1.*

Ascendit Petrus Apostolus in superiora domus, vt oraret circa horam sextam. *Act. 12.*

EXEMP. I. *De sancta Agnete Virg. & martyre in mediis flammis oratione ad Dominum fundente.*

D. Ambr. in vita eius serm. 91.

CVm Aspasius Prefecti Romani vicarius iussisset in omnium conspectu ignem copiosum accendi, & in medio flammarum S. Agnetem morte plectendam iactari præcepisset, mox in duas partes diuisæ sunt flammæ, & hinc, atque illinc seditiosos populos exurebant: ipsam autem penitus in nullo contingebat incendium. Eo magis non hoc virtutibus diuinis, sed maleficiis reputantes, dabant fremitus inter se populi, & infinitos clamores ad cœlos. Tunc beata Agnes expandens manus suas in medio ignis, his verbis orationem fudit ad Dominum: Omnipotens, adorande, colende, tremende Pater Domini IESV Christi, benedico te, quia per filium tuum vnigenitum euasi manus hominum impiorum, & spurcitias diaboli impolluto calle transiui. Ecce & nunc rore cœlesti perfusus per Spiritum sanctum focus iuxta me moritur, flamma diuiditur, & ardor incendii huius ad eos, à quibus in me ministratur, effunditur. Benedico te, Pater prædicande, qui etiam inter flammas intrepidam me ad te peruenire permittis. Ecce iam quod credidi, video: quod speraui, iam teneo: quod concupiui, complector. Te confiteor labiis & corde, te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio viuum & verum Deum: qui cum Domino nostro Iesu Christo, Filio tuo, & cum Spiritu sancto viuis & regnas in cuncta sæcula sæculorum.

Oratio S. Agnetis martyris, in flammis.

II. *Franciscus Xauerius Indorum Apostolus, quoties ei licebat, potius orabat in templo, quam alibi in loco profano.*

Horat. Turtellin. l. 6. de vita Xauerij c. 5.

Meliaporæ ad ædem S. Thomæ cum diuersaretur Franciscus Xauerius, de nocte surgens itabat in templum, nec vllis aut hominum sermonibus, aut plagis, ac turbis dæmonum à diuinis colloquiis deterreri potuit. Sæpe etiam ibidem totas pene noctes extraxit precibus. Malacæ vero cum in cubiculo è storeis habitaret, quidam sanctitatis eius opinione suadente, ex insidiis per storearum rimas, quid tandem rerum noctu Franciscus ageret, obseruauerunt sæpius: ac semper eum viderunt,

cum nixis genibus ante Christi crucifixi imaginem iam ad multam orasset noctem, vegeto tamen animo ac corpore perseuerare; donec, ingruente somno, naturæ necessitati paulisper cedens, humi procumberet. Inde in saxum instar ceruicalis recumbentem fracta diurno nocturnoque labore membra reficere parumper: sentires illum somno vti pro medicamento, & in quiete capienda nihil minus amare quam quietem. Cæterum haud dubius, quin Deus in sacris locis, vbi sanctius colitur, benignius audiret orantes; quotiescunque copia erat, haud paulo libentius in sacris orabat ædibus. Itaque vbicunque res ferret, cubiculum sibi quærebat proximum templo, eo se de nocte clã supplicandi causa recepturus.

Orandum in loco sacro, cum fuerit commodum.

III. *Idem Xauerius interdum orandi gratia in solitudinem secedit.*

Idem ibid. Malacensium nonnulli ciues honesti commemorarunt, Franciscum sæpenumero cum ipsis summa affabilitate sermonis versantem sensim se clam omnibus subduxisse de circulo: inde cum ab eis diu multumque requisitus foret, in sylua aliqua aut solitudine suppliciter orantem, aut corpus suum verberantem, esse deprehensum, ita, ne molesti interpellatores interuenirent, re penitus dissimulata, relictũ. Nec terra quam mari constantior Xauerii pietas in orando fuit. Eius rei indicia ita multa enituerunt in eius nauigationibus à nobis expositis, vt exemplorum conquirendorum labor non superuacuus tantum futurus sit, sed etiam molestus. Quippe in dissimillimis etiam locis ac negotiis semper sui similis, vitam omnem vno quasi tenore traduxit. Illud tamen, quod maris proprium fuit, reticendum non est. Constat eum in mari ex media ferme nocte ad lucem vsque in oratione pernoctasse, & in mediis tempestatibus, summisque periculis, æquissimo animo Deum orasse: itaque persæpe nautas perinde ac vectores suam nauisque salutem Francisci precibus acceptam retulisse. Erat Xauerii oratio ardens semper & accensa, plerumque cælestibus quoque gaudiis affluens.

Oratio Xauerii in sylua.

Oratio Xauerii in naui.

Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum. Et audiebant eos qui in custodia erant. *Act. 16.*

EXEMP. I. *Ex ritu Ecclesiastico quibus horis orandum.*

Clemens Romanus Pontifex & Martyr, libro octauo Constitutionum Apostolicarum inter traditiones Apostolicas Episcopo & Clero seruandas, refert hanc; Precationes facite mane, hora tertia, ac sexta & nona, & vespere, atque ad Galli cantum. Mane gratias agentes, quod illuminauerit nos, nocte sublata & reddita die. Tertia, quod ea hora Pilatus Iudicium aduersus Dominum pronunciauerit: Sexta, quod ea hora in crucem actus sit. Nona, quod tum omnia mota & tremefacta sint Domino crucifixo, quia horrerent audaciam impiorum Iudæorum, & contumeliam Domini ferre non possent. Vespere, quod noctem dederit ad requiescendum à diurnis laboribus. Ad galli cantum quod ea hora nuntiet aduentum diei ad faciendum opera lucis.

D. Clemens l. 8. Constit. Apost. c. 34.

Traditio ecclesiæ de tempore orationis.

II. *De oratione à Christianis olim etiam ante lucem facta tempore Traiani.*

Tertullianus in Apologetico aduersus gentes de Plinio secundo hęc refert; Is cum Prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Traianũ Imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quam cœtus antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad confœderandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & cætera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere.

Tertull. in Apologet. aduersus Gentes, c. 2.

Oratio olim etiam ante lucem fiebat.

III. *Exemplo B. Virginis Deiparæ licere, oratione facta, alia honesta exercitia interiicere.*

Ne continenter orando defatigatus quandoque concidat animi vigor, & cogitationibus diffluat atque dilabatur, recte maiores nostri horas diei diuiserunt, alias orationi; alias actioni; alias vero lectioni. Hinc quidam tradunt, Virginem beatam, postquam à parente in templo cultui diuino fuit dedicata, à mane ad horam tertiam precibus: à tertia ad nonam manuũ labori; tum sumpto cibo, à nona ad vesperam, scripturarum meditationi operam dare consueuisse.

Marc. Marul. lib. 2. c. 1.

Virginis Deiparæ tempus orandi matutinum.

IV. *Carolus V. Imper. quotidie mane & vesperi orare solebat.*

Quotidie mane suas horas Canonicas, vt vocant, legebat Carolus V. Imp. easque ita extendebat, vt bis tantum fere, quantum presbyteri, semper mane legeret. A cœna semper redibat ad longissimas preces suas, quæ duarum plerumque erant horarum,

Laur. Sur. in Chro. ad an. Christi 1558.

TIT. VIII. De tempore orationis.

Psal. 5. *Psal. 54.* *Psal. 118.* *Luc. 22. 44.* *Luc 6. 12.* *Luc. 7. 16.* *Luc 18. 1.* *Luc. 17.*

Dauid Iudæorum Rex ter quotidie, vespere, mane & meridie orare solebat, & aliquando septies: nonnunquam etiam media nocte.

Christus Dominus tempus orandi præscripsit; Vespertinum: vespere facto orauit in monte. Nocturnum; pernoctauit ipse in oratione: & Antelucanum; nam vt de diluculo surgens in desertum locum secessit ibi oraturus: Et pene continuum, dicens: Oportet semper orare, & nunquam deficere.

Act. 3.

Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

Act. 10.

Postero autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam.

Caroli V. preces, matutinæ & vespertinæ.

tum, sicut & matutinæ: Non enim suis viribus fidebat potentissimus Princeps, sed totus à summi Numinis ope & auxilio pendebat, quod sibi precibus tã longis quotidie conciliare studebat. Et hinc tanta illi in rebus gerẽdis felicitas, tam insignes victoriæ, adeo vt ob multa fortissime gesta, Galli eum Herculi, Germani Carolo Magno, Itali Dauidi, Siculi Africano, Hispani Alexandro Magno, Turci Iulio Cæsari, Afri Hannibali compararint. Multi cum aduerterent eum & domi & militiæ æque continuum & prolixum esse in precibus suis, dicere solebant: Carolus sæpius & diutius cum Deo, quam cum hominibus loquitur.

TIT. IX. De cæremoniis seu gestibus externis inter orandum seruandis.

Exod.17. *Cum Iosue pugnaret contra Amalec, Moyses Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel; sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. Fugauit ergo Iosue Amalec & populum eius in ore gladii.*

3.Reg.8. 2.Paral.6. *Salomon Rex adificato templo stetit in oratione ad Dominum vtroq; genu in terram defixo, & manus expandens in cœlum.*

2.Mac.10. *Appropinquante exercitu Timothei, Iudas Machabæus, & qui cum illo erant deprecabantur Dominum, caput terra aspergentes, lumboſque ciliciis præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt eis esset propitius, & inimicis eorum inimicus.*

Ioan.11. & 17. Luc.18. IESVS, *eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quia audisti me.*

Publicanus à longe stans nolebat nec oculos in cœlum eleuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori.

Matth.26. Mar.14. Luc.22. Act.9. *Christus Dominus in horto progressus pusillum procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi &c.*

Petrus Thabitam, vsci taturus positis genibus orauit.

EXEMP. I. *D. Iacobus Minor Apostolus flexis poplitibus orat ad callum vsque durissimum.*

D. Hieron. li. de viris illustribus. D. Hieronymus in libro de viris illustribus, siue in Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum, de Iacobo fratre Domini narrans: ait: Suscepit Ecclesiam Hierosolymæ post Apostolos frater Domini Iacobus cognomento Iustus. Multi siquidẽ Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit; nunquam attonsus est; nec vnctus vnguento; nec balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta Sanctorum. Siquidem vestibus lancis non vtebatur, sed lineis, soluſque ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur in tantũ, vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur.

D. Iacobus orat ad duritiem vsq; camelorũ.

II. *Paulus Eremita iam iam moriturus orat flexis genibus.*

Idem in vita S. Pauli Eremitæ. Idem Hieron. in vita S. Pauli Eremitæ ait: Introgressus speluncam eius Antonius, vidit eum genibus complicatis, erecta cervice, extensisque in altum manibus; corpus exanime. Ac primum & ipse viuere eum credens, paritet orabat. Postquam vero nulla, vt solebat, suspiria precantis audiuit, in flebile osculum ruens, intellexit, quod etiam cadauer Sancti, Deum, cui omnia viuunt, officioso gestu precabatur.

Paul. eremita etiam mortuus genu flexo precatur.

III. *S. Edmundus Episcop. prouolutis genibus ad callum vsque & sanguinem orabat.*

In vita eius a.14. apud Sur. tom. 6. Nouemb 16. S. Edmundus Episcopus Cantuariensis in preces sedulus incumbebat & in nuda humo defigebat genua, idque interdum tam duriter, vt erumpẽte sanguine alterum genu aspergeretur; alterũ vero semper callum duceret. Singulis diebus omnia Christi crucifixi membra à capite vsque ad pedes singularim salutabat, his verbis, Adoramus te Christe, &c. Quotidie etiam triplices dicebat horarias preces, quas vulgo horas vocant, puta Canonicas, sancti Spiritus, & perpetuæ Virginis MARIÆ: addebatque etiam officium defunctorum.

S. Edmundus quotidie salutat mẽbra Christi.

IV. *In oratione quando, & cur aliquando standum & flectendum.*

Baro. tom. 1. Annal. eccl. an. 58. ex Tertull. de corona milit. c. 3. Iustin lib. Quæst. q. 115. Quod ad habitum corporis in fundendis precibus spectat; stantes aliquando, aliquando vero genibus flexis Christianos adorare debere, veterrima est in ecclesia institutio, vt tradit Tertullianus. Cuius rationem & causam hanc affert auctor apud Iustinum: Genuum inclinatio in precationibus magis peccatores Deo commendat, quam si stantes orẽt, magisque ea res diuinam permouet misericordiam. Deinde vtriusq; nos oportuit iugem obtinere memoriam, & ipsius per peccatum lapsus nostri, & gratiæ Christi Domini nostri, per quam à lapsu resurreximus: Ea propter genuum per sex dies inclinatio symbolum & nota est lapsus per peccata nostra. Quod vero die dominico genua nõ flectimus, signum est & designatio resurrectionis, per quam gratia Christi & à peccatis & à morte, quæ ab illo interfecta est, liberati sumus.

Stantes orare soliti Christiani.

Paschali tempore cur standũ in oratione.

V. *Prostrato corpore orare consueuisse olim fideles.*

Iustin Martyr post orat. ad Anton. Stratos insuper in terra, si qua sæua vrgeret calamitas, Fideles olim precari etiam consueuisse, tota exemplo est Christianorum legio, quæ sub Marco Aurelio Antonino sic Deum precata hostibus internecionem & Romanis militibus vltimo discrimine laborantibus salutem obtinuit. Quod eiusdem Imper. ad Senatum Romanum epistola scripta indicat.

Strato corpore orare antiquum.

VI. *De Apostolica institutione extollendi & expandendi manus in oratione.*

Baro. tom. 1. Annal. an. Dom. 58. Manus item expandere, & in altum tollere, cum precarentur, Christianos consuevisse, id non aliunde, quã ex institutione Apostolica, ecclesia sibi vendicat. Paulus enim ad Timotheum scribens: Volo, inquit, vos orare in omni loco, leuantes manus puras. De eodem ritu sic Tertullianus: Nos vero non attollimus tantum, sed etiam expandimus, & Dominica passione modulantes & orantes confitemur Christo. Cuius rei exempla sunt quamplurima.

1. Tim. 2.

Tertull. de orat. c. 11. 12.

VII. *De alio antiquo ritu, tundendo nimirum pectore in oratione.*

Cyprian. lib. de orat. apud Baro. tom. 1. an. 58. Verecundiam, modestiam animique demissionem præ se ferre debere, Fideles omnes in omni situ & corporis habitu, cum Deum precantur, tum Tertullianus, tum Cyprianus inculcant. Vt etiam in precationibus aliquando suum quis tundat pectus, publicani à Christo adeo commendati probat exemplum. Quo signo animi pœnitudinem declarari, facto illorum, qui post Christi passionem reuertebantur percutientes pectora sua, significatur. Quod & Nicolaus Rom. Pont. ad Consultationes Bulgarorum rescribens, docet his verbis: Pectus percutimus, significantes videlicet, quod nequiter gessimus, displicere nobis, & ideo antequam Dominus feriat, & antequam vltio extrema veniat commissum pœnitentia digna punire.

Luc. 23. Orando tundere pectus vnde tractum, & quid significet.

VIII. *De coniunctione manuum in oratione, & quid per eam significetur.*

Apud Baro. to. 1. Annal. ad an. Christi 58. Nicolaus Romanus Pontifex ad consultationes dictorum Bulgarorũ rescribens de iungendis in oratione manibus, ita ait: Dicitis, quod Græci fateantur, quod in ecclesiã qui non constrictis ad pectus manibus steterit, maximum habeat peccatum. Hoc vt fieret, præceptum fuisse, nusquam, ni fallor, inuenitur: ac per hoc nisi fiat, peccatum non est: Nam quidam faciunt hoc, quidam illud genus humilitatis: Nec istud est peccatum, nisi forte qũis pertinacitet recusauerit facere, quod omnes viderit facientes. Verum & hoc cum fit, nõ nisi humilitatis gratia fit, vt reuera scriptum est: Oratio humiliantis se nubes penetrat. Proinde siue hoc siue aliud quid humilitatis excogitare potest homo, non est reprehendendus. Et post pauca: Quia in Euangelio, reproborum ligari manus & pedes reperiuntur, quid aliud isti agunt, qui manus suas coram Domino ligant, nisi Domino quodammodo dicant: Domine, ne manus meas ligari præcipias, vt mittas in tenebras exteriores; quoniam ecce ego iam eas ligaui, & ecce in flagella paratus sum; iuxta illud Pauli: *Si nos ipsos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur.*

Orare iunctis manib⁹ quid significet.

1. Cor. 11.

IX. *Detecto capite, leuatis oculis & cum lacrymis orare consuetum interdum Christianis.*

Petrus Ribadeneira vitam P. N. Ignatii Loiolæ describens, inter cætera hæc habet: Obseruauit aliquoties P. Iacobus Laines illum orantem in hunc modum: Ascendebat in solarium, vnde libere in cœlum posset suspicere; Ibi aliquantisper corpore immotus, fixis in cœlum oculis stabat; tum genu flexo, Deum adorabat; deinde capite aperto, in scabello humili sedebat propter corporis imbecillitatem: continuo lacrymarum riuuli profluebant, idq; suauiter moderateque, & sine vllo vel singultu vel strepitu, vel corporis motu.

Lib. 5. de vita eius ca. 1.

Ignatii orantis exterior compositio.

X. *Orare versa facie ad Orientem traditio est Apostolica.*

Ad Orientem orandi ritum ab Appstolis esse traditum, complurium antiquorum testimonio comprobatur; apud Iustinum enim hæc scripta habentur: Quandoquidem apud vos præstantissima quæque ad honorem & venerationem Dei destinamus, opinione autem hominum probabilior est Oriens aliis creaturæ partibus eam ob causam orationis tempore vultu ad Orientem omnes conuertimur: perinde atque dextra manu in nomine Christi eos signamus, qui sigillo tali indigent, eo quod præstare siniſtræ putetur, quamuis positura & non natura illa differat. Non aliter & Oriens, vt præstantior creaturæ pars ad Deum adorãdum est designata. Et quia ad Orientem spectantes orationes agimus, non id Propheticis & Apostolicis aduersatur vocibus: in omni enim loco Oriens existit precantibus. Et quia in quam partem videndi sensum conuertimus, in eadem parte adorant, impossibile est autem precum tempore in quatuor creaturæ partes respicere, propterea in vnam partem intendentes, orationem peragimus, non proinde vt ea sola opus sit Dei, nec tanquam in ea habitatio sit Dei destinata; sed quasi in locum ei, quæ à nobis Deo exhibetur, venerandæ obseruationi ordinatum. Porro à quibus orationem Ecclesia accepit, ab iisdem quoque vbi orare solerent, consuetudinem accepit, à sanctis nimirum Apostolis.

Iustin lib. Quæst. q. 118. Vide Basil. l. de Spir. S. c. 27. Orig. ho. 5. in Num. 5. Damasc. l. 4. orth. fid. c. 13.

Ad Orientem conuersi orant Christiani.

Orandi ad Orientem cõsuetudo vnde.

VI. *S. Arsenius ad Orientem versus orationes protrahebat multas horas.*

Arsenium Abbatem hunc orandi morem obseruasse constat, vt vnoquoque sabbati die submissis genibus, à vespere vsque mane orationem protelaret, facie semper ad Orientem versa; illum adorans Orientem, de quo per Prophetam dicitur; *Ecce vir, Oriens nomen eius.*

Marul. lib. 2. cap. 1.

TIT. X. Pro quibus orandum.

Afflictus populus ab ignitis serpentibus, dixit ad Moysen, Ora pro nobis. Orauit Moyses pro populo, & liberati sunt. *Num. 21.*

Dum filii Israel pugnarent contra Philistæos, dixerunt Samueli: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum. *1. Reg. 7.*

num, vt saluet nos de manu Philistinorum. Clamauit is ad Dominum, & exauditus est.

Tob. 3. *Tobias vxoris iurgio turbatus cœpit orare cum lacrymis, & exauditus est.*

Iudith. 8. & 13. *Iudith ad Holofernem profectura, dixit presbyteris: Orate, vt firmum faciat consilium meum Deus. Nihil aliud fiat pro me nisi Oratio ad Dominum. Amputatura caput Holoferni, orauit cum lacrymis ad lectum.*

2. Esdræ 1. *Nehemias Xerxis Regis pincerna apud Regem pro Iudæis intercessurus, vt illis in Iudæam redire liceret, & Hierosolymæ muros dirutos restauraret: Deum supplex orauit, vt sibi gratiam Regis conciliaret ad hoc impetrandum.*

1. Mach. 5. *Omnes summus Pontifex orauit pro Heliodoro, diuina virtute grauiter flagellato, eo quod voluerit spoliare templum: Dominus autem illi vitam donauit.*

Act. 2. *Petrus & Ioannes orauerunt pro hominibus Samariæ, vt acciperent Spiritum sanctum; tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.*

Act. 12. *Cum Petrus carcere detineretur ab Herode, oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.*

Rom. 1. *Paulus orat pro aliis, vt ipsemet scribit ad Romanos: Memoriam vestri facio semper, in orationibus meis obsecrans, si quando prosperum iter habeam, in voluntate Dei veniendi ad vos,* & alibi sæpe.

EXEMP. I. *Pro Imperatoribus & Regibus cur sit orandum.*

Tertul. in Apol. c. 30. TErtullianus in Apologetico aduersus Gentes, capite trigesimo, Illuc (in cœlum) suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus: precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Hæc ab alio orare non possum, quam à quo scio me consecuturum: quoniam & ipse est, qui solus præstat, & ego sum, cui imperare debetur & famulus eius, &c.

Orandum pro Imp.

II. *Constantinus Imperator tempore belli preces ab Antonio Magno postulat.*

Ruffin. lib. 1. hist. eccl. c. 8. Cõstantinus Imp. pietate fretus, Sarmatas, Gothos, aliasque barbaras nationes, nisi quæ vel amicitiis, vel deditioni sui pacem præuenerant, in solo proprio armis edomuit. Et quanto se religiosius ac humilius Deo subiecerat, tanto amplius Deus ei vniuersa subdebat. Ad Antonium quoque primum eremi habitatorem, velut ad vnum ex Propheris literas suppliciter mittit vt pro se ac liberis Domino supplicaret. Ita non solum meritis suis, ac religione matris (Helenæ) sed & intercessione Sanctorum commendabilem se Deo fieri gestiebat.

B. Antonii preces postulat Constantius Imp.

III. *Orationibus Leonis Papæ II. se commendat Marcianus Imperator.*

Ante Concil. Chalced. to. 1. Conc. apud Bin. 6. Annal. ad ann. 450. Marcianus Imperator, primo imperii suo anno, ad præcipuum ecclesiæ visibile caput conuertens oculos, eius nutu cuncta agere statuens, à S. Leone Pontifice Romano per literas preces petit. Ad hoc maximum Imperium venimus Dei prouidentia, & electione Senatus excellentissimi, cunctæque militiæ. Vnde pro reuerenda & Catholica religione Christianæ fidei, cuius auxiliis virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus alloquendam; inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate, statuque nostri Imperii æternam Diuinitatem tua sanctitas deprecetur, vt & tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pars circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni scelere pura & intemerata consistens.

Marcianus Imp. preces petit a Leone PP.

IV. *Quomodo B. P. Ignatius orabat indies pro Principibus Christianis & pro summo Pontifice.*

Petrus Ribadeneira vita Ignatii lib. 5. cap. 1. Illam in precibus suis consuetudinem tenuit B. Pater Ignatius Loiola, Societatis Iesu institutor, vt Reges, eosq; Principes, ex quorum fœlici gubernatione vniuersæ tranquillitas pendet ecclesiæ, diligentissime Deo, assidueque commendaret: id, quæ mox subiiciam, exempla demonstrant. Anno Domini 1555. 21. die Martii, cum Iulius tertius, Pontifex Maximus, eo morbo affectus esset, quo etiã extinctus est, orationes pro salute Pontificis domi instituens Ignatius, dixit se quidem pro Pontifice antequam ægrotaret, sed quotidie preces cum lacrymis Deo fundere solitum esse: post morbum vero, semel atque iterum id se in dies singules præstitisse.

Oratio B. Ignatii pro principibus Christianis

V. *Idem Ignatius quotidianas fundebat preces pro Philippo Hispaniarum Rege.*

Idem ibid. Leonora Mascarena fœmina primaria atque clarissima, & de Ignatio ipso optime merita, Ignatium per litteras rogauit, vt Philippum II. Hispaniarum Regem, quem ipsa educauit à puero, atque eduxit, suis precibus apud Deum haberet commendatissimum. Cui respondit Ignatius: Se quidem, pro Philippo adhuc Hispaniarum Principe semel orasse quotidie: postquam vero Carolus pater onus in illum reiecerat, & tot Regnorum clauum tenere, & gubernacula tractare cœperat, ad quotidianas statasque preces, alteras etiam se diebus singulis addidisse.

Bis quotidie pro Philippo Rege orat B. Ignatius.

VI. *Pro Regibus etiam dissolis orandum, & cur?*

Ennodius apud Baron. to. 6 an. 503. Ennodius Ticinensis Diaconus pro Theodorico Rege, impio quidem, si Arianum fuisse consideres; cæterum si officia spectes, de Romana ecclesia, ipsiusque Pontifice Symmacho optime merito, preces

ces fudit, vt nimirum Deus longa ætate conseruet: det etiam regni de eius germine successorem. Retinebat mente ista perorans, iussum hoc esse Dei Prophetæ Baruch, cum in Babylone captiuus populus teneretur: *Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum, sicut dies cœli super terram, & det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.*

Baruch. 1. Pro Regib. cur orandū.

VI. *Pro Actio contra Attilam pugnante orat vxor eius in Basilica Apostolorum.*

Anno Domini quadringentesimo quinquagesimo primo, Romanis sonus adit, Actium maximo discrimine inter phalanges hostium laborare. Quo audito vxor eius anxia, atque mœsta, assidue basilicam sanctorum Apostolorum adibat; atque vt virum suum de hac expeditione susciperet sospitem precabatur. Quæ cum diu noctuque hoc ageret, quadam nocte homo pauperculus crapulæ a vino in angulo basilicæ beati Petri obdormiuit. Clausis vero ex more ostiis, à custodibus non est eiectus: de nocte vero consurgens, relucentibus per tota ædis spacia lychnis, pauore perterritus, aditum, per quem foras euadat, quærit. Verum vbi primi atque alterius ostii claustra pulsat, & obserata cuncta cognoscit; solo decubuit, trepidus præstolans tempus, vt venientibus ad matutinos hymnos populis hinc liber abscederet. Interea videt duas personas se inuicem venerabiliter salutantes, solicitosq; de suis esse prosperitatibus. Tunc qui erat senior, ita exorsus est: Vxoris Aetii lacrymas diutius sustinere non patior: petit enim assidue, vt virum suum de Galliis reducam incolumem, cum aliud exinde fuisset apud diuinum iudicium præfinitum: sed tamen obtinui immensam pietatem pro vita illius: & ecce nunc illuc propero, viuentem eum exinde reducturus. Verum tamen obtestor, vt qui hæc audierit, sileat, arcanumq; Dei vulgare non audeat, ne pereat velociter è terra. Ille autem hæc audiens silere non potuit; sed mox illucescente cœlo, omnia quæ audierat, matrifamiliæ pandit: expletisque sermonibus, lumine caruit oculorum. Igitur Aetius cum Francis Gothisque coniunctus, aduersus Attilam confligit. At ille ad internecionem vastari suum cernens exercitum fuga dilabitur.

Greg. Tur. lib. 2. hist. Franc. c. 7. Ann. 451.

Vxor orat pro marito in bello.

Petri & Pauli beneficio reducitur Aetius incolumis.

Secretum patefaciens oculis orbatur.

Aetius vxoris oratione seruatur in pugna.

VIII. *De S. Iacobo Iusto, qui martyrium pro Christo subiens orat pro inimicis.*

Beatus Iacobus Domini frater, Angelicam vitam in terris cum vixisset; omnium suffragiis dici promeruit Iustus, nimirum per conuersationem sanctioris vitæ. Hic talis, munimentum erat populi. Festus igitur dies Paschæ cum illuxisset; inque templum multæ conuenissent myriades Iudæorum, & hunc beatum in pinnaculum templi extulissent: Iuste, te obsecramus, inquiunt, vt dicas populo, ne imposterum exerret post eum, qui dicitur IESVS; tibi enim omnes nos fidem habemus. Respondit beatus, Quid me interrogatis de Filio hominis? En ipse sedet ad dexteram Dei in excelsis. Exleges illi & iniqui Pontifices ac Pharisæi acclamauerunt: O, ô; Etiam Iustus hic in errorem prolapsus est: Et dixerunt ad inuicem, Male fecimus; talem testem produximus, qui secundum se testimonium ferret pro IESV. Ipso enim audito non pauci ex plebe crediderunt. Cæteri, qui cum eo ascenderant, è sublimi præcipitarunt Sanctum: qui cum in genua recidisset, nec statim oppetisset mortem, sed oraret pro ipsis vnus filiorum Rhecam propius cum se illi admouisset, audiuit orantem, dixit: Quid facitis en quoque pro vobis Iustus orat. Tunc vnus quispiam arte fullo cum accurrisset, lignum intorsit in caluariam eius, quo quidem opifices illi sordidas vestes exprimunt, vitamque illi ademit.

Antiochus in pandect. scriptura homil. 72. in Biblioth. PP. tom. 2.

S. Iacobus in martyrio orat pro inimicis.

IX. *S. Stephanus Protomartyr, dum lapidatur, orat pro interfectoribus.*

Similem in modum beatus Stephanus in medio consistens iniquorum exclamauit: *Ecce video cœlos apertos & Filium Dei stantem à dextris ipsius.* Cumque rapuissent eum, eiecerunt extra ciuitatem, & *lapidabant inuocantem & dicentem: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Ecce igitur ipsi perspicimus, pro suis etiamnum inimicis orasse adusque mortem sanctos. Iure quidem: nam qui pro se afficientibus iniuria quapiam effundit precem, illidit quidem & deturbat Dæmones; se autem hoc ipso opere declarat hæredem esse regni cœlorum. Admonet præterea Apostolus, vt pro omni hominum oremus genere: vtique cum ait: pro omnibus: per hoc indicat, nos non pro amicis solum sed pro inimicis oportere orare.

Idem ibid. act. c. 7.

Pro inimicis orat S. Stephanus.

X. *Franciscus Xauerius ex misericordia pro inimicis orabat absque vllo vindicta appetitu.*

Beatus Xauerius in grauissimis contumeliis, ærumnis, & vexationibus, nunquam de quopiam querebatur, sed pro vexatoribus suis orabat numen, vt eos misericordia potius exciperet, quam diuinæ reseruaret iustitiæ. Itaque in illo ipso tempore à Malacensis Præfecti emissariis vltro omni contumeliarum genere appetitus, pro importunissimo homine quotidie fecit sacrum, ne qui semel ruere cœperat, interiret.

Hor. Tursel. lib. 6. de vita Francis. Xauerii c. 7.

Oratio pro inimicis.

XI. *De Oratione à Xauerio, in sacro facta pro conuersione infidelium.*

Eodem Xauerius in Missæ sacrificio conuersionem Ethnicorum præcipue à Christo Domino, per eius mortem illorum causa obitam, enixe petere cōsueuerat: Ad eam rem quoque precationem ab se compositam frequenter adhibebat. Ea erat eiusmodi: Æterne rerum omnium effector Deus, memento abs te animas infidelium procreatas, easque ad imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce

Idem ibid. cap. 5.

Oratio Xauerii pro conuersione infidelium

Do-

Domine, in opprobrium tuum his ipsis infernus impletur. Memento Iesum, Filium tuum, pro eorum salute atrocissimam subiisse necem. Noli, quæso Domine, vltra permittere, vt Filius tuus ab infidelibus contemnatur; sed precibus sanctorum virorum, & Ecclesiæ sanctissimæ Filii tui ipsius, placatus, recordare misericordiæ tuæ, & oblitus idololatriæ & infidelitatis eorum, effice vt ipsi quoque agnoscant aliquando, quem misisti Dominum Iesum Christum, qui est salus, vita, & resurrectio nostra, per quam saluati ac liberati sumus, cuius sit gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen. Sub Sacrum porro, gratiis Deo ritè actis, solemne illi erat, certam pro mortuis recitare precationem, vt etiam, cum pro viuis faceret, subleuaret animas mortuorum.

Sub Missam oratio pro defunctis.

TIT. XI. De effectu & virtute orationis.

Genes.15. *Deprecatus est Isaac Dominum pro vxore sua, eò quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.*

Exod.8.9.10 *Plagæ Ægypti Moyse interdicente cessabant: multiplicabantur autem & ingraueſcebant, quoties Pharao ad cordis sui duritiem perueniebat, redibat, vt & oratione auerti mala intelligas & obstinatione augeri.*

Exod.32. *Adorauerat populus Iudaicus vitulum conflatilem, & ait Dominus Moysi: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. Cui Moyses: Quæso, ô Domine, quiescat ira tua; & esto placabilis super malitia populi tui, & placatus est Dominus.*

Num.11. *Idem Moyses orauit ad Dominum pro populo & absorptus est ignis, quem immiserat Dominus in eorum castra.*

1.Reg.7. *Eodem Moyse orante in monte, Iesue Amalechitas deuincit.*

Ios.10. *Iosue oratione, Sol & Luna steterunt immoti, donec ipse vlciſceretur de inimicis suis.*

1.Reg.1. *Anna Helcanæ vxor ob sterilitatem opprobrium passa oratione fit fœcunda.*

4.Reg.20. *Per orationem Ezechias sanatur, & salutem animæ & corporis adipiscitur.*

Per orationem Stephani Saulus efficitur Paulus, & doctor gentium, & prædicator orbis terræ.

Iacob.5. *Elias, homo similis nobis passibilis oratione cœlum claudit, & aperit.*

EXEMP. I. *Quomodo spiritum mœroris & tristitiæ à monacho oratione depulerit B. Bernardus.*

Ex vita D. Bernardi lib.4.c.3.

CVm famulus Dei Bernardus, vice quadam plures nobiles & sapientes de sæculi vana conuersatione post se traxisset, erat inter eos primus quidam & præcipuus, Gaufridus nomine, qui post in Claraualle Prioris officio functus beatè defunctus est in eodem. Hic igitur cum Dei famulum ad monasterium sequeretur, grauissima cœpit tentatione pulsari. Intuitus autem illum vnus è fratribus. Quid est, inquit, quod facies tua tristitiæ quodam nubilo grauiter obuoluta videtur? Cui ille: Scio quod nunquam amplius lætus ero. Quod verbum cum ad Dei famulum idem frater satis anxius retulisset, videns ille basilicam prope viam, per quam gradiebatur, diuertit ad eam, & ingressus orabat. Cæteris autem de foris præstolantibus, Gaufridus grauatus tædio super lapidem obdormiuit. Demum cum ambo pariter surrexissent, ille de oratione, iste de somno, apparuit idem Gaufridus tanto iucundior & hilarior cæteris, quanto tristior prius. Cumque ei prædictus frater verbum mœstitiæ, quod locutus fuerat, amicabiliter improperaret: Tunc, inquit, dixi: Nunquam amplius lætus ero; sed nunc dico: Nunquam amplius tristis ero.

Oratione tristitia pellitur.

II. *De duobus dæmoniacis aliorum orationes ab ea exactione liberatis.*

Hipponensem quandam virginem scio, cum se oleo perunxisset, cui pro illa orans presbyter instillauerat lacrymas suas, mox à dæmonio fuisse sanatam. Scio etiam Episcopum semel pro adolescente, quem non vidit, orasse: illumque illicò dæmone caruisse.

D. August. lib.22.de Ciuit. Dei c.8.

Oratio à dæmonio liberat.

III. *De naui per preces Siluani Episcopi Philippopolitæ postea Troadis sui loco mota.*

Hic miraculum à Siluano Troadis Episcopo editum percensere animus est. Nauis oneraria planè maxima, quæ vulgo πάμμεγεθος ob latitudinem vocabatur, in qua ingentes vehebantur columnæ, nuper in littore Troadis fabricata fuerat. Hæc cum in mare traducenda esset, & magna hominum multitudo cum multis funibus eam trahere conaretur, nec commoueri quidem potuerat, vbi istud dies complures factum fuit, putabatur nauis à dæmonio detineri. Itaque Siluanum Episcopum adeunt, rogant vt preces in eo loco faciat: nam eo pacto solum nauem posse in mare protrahi credebant. At ille modeste de seipso prædicans, se peccatorem appellauit; dixitque illud non sui, sed alicuius iusti esse. Verum vbi acrius instabant, venit ad littus, preces in Deo fundit, funem vnum manu apprehendit, iubetque illos opus aggredi. Huius igitur leui pulsu agitata in mare raptim fertur. Hoc miraculum à Siluano editum omnes illius prouinciæ incolas magnopere ad pietatem incitauit. Siluanus & aliis etiam vitæ officiis magna suæ bonitatis ostendit indicia. Nam cum clericos ex litigantium controuersiis quæstum facere videret, deinceps neminem ex clero Iudicem esse permisit. Sed acceptis litigantium libellis, vnum ex fidelibus laicis, quem æquo & bono fauere pro certo cognosceret, eum causarum cognitioni præfecit: sicque litigantes contentione & controuersia liberauit. His de causis Siluanus maximam gloriam apud omnes sibi conciliauit.

Ex Socrat. lib.7.c.36. Baron.tom.5.Annal.an. 414.

Miraculum ad preces Siluani.

Iudicium Clericis sublatum, Laicis à Siluano traditum.

IV. *Iacobi Episcopi precibus Nisibis vrbs quomodo ab obsidione Saporis Regis Persarum liberata sit.*

Nic Call. lib. 9. Eccles hist Trip. lib. 5. c. 45. Theodoret lib. 2. cap 30. Baron. tom. 3. ad an. 338. 1.

Nisibis obsidetur.

Nisibim, quæ etiam Antiochia Mygdoniæ à quibusdam dicitur, Sapores ad dies septuaginta oppugnauit, tormentis per circuitum dispositis, vallo in magnam altitudinem excitato, omni genere armorum bellicarumque ad expugnandas vrbes comparatarum machinarum emisso, fossisque & aggeribus ductis. Vt autem res omnes expertus nihil egit, flutium Mygdonum (ita enim dicitur qui mediam secat vrbem) longius à muro aggeribus ex vtraque parte prælatis, qui vndas cohiberent constructis inhibuit; & de repente quasi tormentum quoddam mœnibus immisit. Atque illa, quod vim & impetum vndarum non sustineret, in parte vtraque meatum illi præbentia, cessere atque concidere. Persa autem in spem vrbis potiundæ erectus, postridie furosis aquosisque locis exsiccatis, ad muri, qui conciderat, partes cum copiis omnibus accedens, mœnia ipsa, ita vt antea fuerant restaurata vidit. Vrbis namque Episcopus Iacobus diuinæ sortis minime expers, oratione celeriter ea restituit. Et accedentes præterea ad ea Persas, quæ in conspectum non caderent, depulit telis. Quod Sapores cernens, consternatus obstupuit: Et quod circa murum virum splendido regioque cultu ornatum vidisset, Constantium eum esse arbitratus, cædem eis minatus est, qui eum non adesse renunciauerant. Vbi vero illi vera esse quæ dixissent, Constantium scilicet Antiochiæ esse, confirmarunt, agnouit visionis eius prodigiũ, Deumq; res Romanas propugnare dixit. Eaque de re ad iram prolapsus, in aërem tela, vulneraturum se esse eum qui corpore caret, ratus, miser coniecit. Ephraim autem, qui apud Syros optimus fuit scriptor, muro conscenso, vbi innumerabilem illam hostium multitudinem vidit, Iacobum, qui tum ibi, vt dictum est, Episcopum agebat, rogauit, vt muliones & culices Persis immitteret: quibus illi etiam per minima animalia Deum eis abunde auxilium ferre, cognoscerent. Et ecce, simul cum ipsa precatione, animalculorum aëreus exercitus nubis instar conferrim in illos inuolat, & in elephantorum proboscides, quæ veluti tibiæ directæ eminebant, equorumque & aliorum iumentorum aures & nares irruit. Illi vero animalculorum eorum non ferentes congressum, nullo seruato ordine, cum impetu discurrentes miscentur, fugientesque turpiter concidunt. At Sapores ex rebus minimis maximo Dei subsidio cognito, quam multa per eam expeditionem tentasset, cum probro tamen & ignominia inde discessit, clade sibi ipsi potius quam victoria parta.

Iacobus Episcopus Nisibis defendit ciuitatem ab exercitu Persarum.

Mulionib⁹ & culicibus vincuntur hostes.

Rex Persarũ turpiter cedit.

V. *De Aureliana ciuitate Aniani Epis. oratione ab hostibus liberata.*

Greg. Turon. hist. r. Franc. lib 1 cap. 7. apud Bar. n. tom. 6. Ann.

Attila Rex Hunnorum à Metensi vrbe egrediens cum multas Galliarum ciuitates opprimeret, Aureliam aggreditur, eamque maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat eo tempore beatissimus Anianus supradictæ vrbis Episcopus, vir eximiæ prudentiæ, ac laudabilis sanctitatis, cuius virtutem gesta nobiscum fideliter retinentur. Cumque inclusi populi suo Pontifici, ecquid agerent, exclamarent: ille filius in Deo, monet omnes in oratione prosterni, atq; cum lacrymis præsens semper in necessitatibus Domini auxilium implorare. Denique iis, vt præceperat, deprecantibus, ait sacerdos: Aspicite de muro ciuitatis, si Dei misericordia iam succurrat, suspicabatur enim per Dei misericordiam Aetium aduenire, ad quem & Arelatem abierat prius suspensus futuri. Adspiciẽtes autem de muro neminem viderunt. Et ille: Orate, inquit, fideliter: Dominus liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait: Aspicite iterum. Et cum aspexissent, neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis tertio: si fideliter petitis, Deus velociter adest. At illi fletu iterum & eiulatu magno Domini misericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, iuxta senis imperium aspicientes denuo, viderunt de longe quasi nubeculam de terra consurgere. Quod cum renunciarent, ait sacerdos: Domini auxilium est. Interea iam trementibus ab ictu arietum muris, iamque ruituris: Ecce Aetius, & Theodoricus Gotthorum Rex ac Torismundus eius filius, cum exercitibus suis ad ciuitatem accurrunt, aduersumque hostem reiiciunt ac repellunt. Itaq; liberata obtentu beatissimi ciuitate, Attilam fugant. Hæc Gregorius. Sidonius vero, hostes non obsediſſe tantum & oppugnasse, sed & irrupisse in ciuitatem tradit, non autem dirupisse, interrumpente repentino Aetii cum Gotthis aduentu: hæcque omnia precibus Aniani obtenta ait, atque vaticinio prædicta.

451. & Sur. 17. Nouemb.

Oratione Aniani Aurelia ab Attilæ direptione liberatur.

Sidon. Apoll. lib. 8. epist. 15.

VI. *Otto Rex, vt alter Moyses, oratione hostes fugat.*

Luitpr. lib. 4. cap. 11. Witich. Saxo. 2. Sigebert. an. Dom. 938.

Anno Domini nonagesimo trigesimo octauo, rebellãtibus aduersus Ottonem Regem Henrico fratre, Eberardo Duce Francorum, atque Gisleberto Duce Lotharingiæ, comparatoque validissimo exercitu, Ottone vero aduersus eos expeditionem parante: vt ostenderet Deus, non vinci hostes armis tantum, sed precibus, & præualere iustam causam omni apparatui validissimo, atque fidendum potius diuinæ quam humanæ potentiæ, in transitu Rheni sic permisit Ottonis discidi copias, vt aliis ad ripam vlteriorem transmissis, aliis in citeriore remanentibus cum Ottone, necesse fuerit istis, qui transmiserant amnem, ex improuiso apparente ingenti exercitu hostium, cum illis conferre manus. Et quamuis paucissimi numero essent, eos tamen vicerunt atque fugarunt incruenta parta victoria. Vt autem ista se habuerunt Witichindus Saxo describit, & Luitprandus & alii. Tunc Rex (inquit Luitprandus) denique suorum tantam constantiam non multi quæ sine diuino instinctu considerans: quoniam studio ratione à intercedente, corporali præsentia suis subuenire paucis vinon poterat, recordatus populi Domini, qui repuguantes sibi Amalechitas orationibus Moysi serui

Hostes multi quæ paucis vincuntur.

3. Reg. 7.

Dei

Dei deuicerat, protinus de equo descendit, seque cum omni populo lacrymas fundens ante victoriferos clauos manibus Domini nostri IESV CHRISTI affixos, suæque lanceæ impositos, in orationem dedit. Quantumque iusti viri (secundum iusti viri sententiam Iacobi) tunc valeret oratio, res manifesta probauit. Eo namque orante, cum ex suis nullus occumberet, hostes sunt in fugam conuersi, nonnullique eorum cur fugerent, penitus ignorabant.

Iacob 5.

VII. *Iram Domini in Venetos placat Laurent. Iustinianus Patriarcha suis orationibus.*

Ex Iustin. Oratore in vita eius apud Sur. 10. 1. die 8. Ian. circa ann. 1410. quo claruit.

Aliud eiusdem generis certissimum extat exemplum in vita Laurentii Iustiniani Patriarchæ Veneti huiusmodi: Est prope Corcyram locus asper & incultus, vbi vir habitauerat eremita triginta & amplius annos, vitæ abstinētia, & orationibus, & quod primum ferebatur, prophetiæ spiritu insignis. Gerebat forte Corcyræ negotium vir Venetus tam genere quam moribus præstans: qui cum arderet bellum, quod cum Philippo Mediolani Duce gerebatur, & afflictiores viderentur esse res Venetæ, adiit virum Dei: rogat, num Veneta Respublica, vt ferebatur deplorata esset. Ad quem eremita, Commotus est, inquit, furor Domini contra vos, quia verbum Domini proiecistis: & ni Pontificis vestri lacrymæ interpellarent pro vobis, iam dudum quasi Sodoma periissetis. Tale de Laurentio testimonium seruit eremita in mediis Corcyræ rupibus & speluncis, cui non solum Laurentius, sed omnes fere mortales incogniti erant & inauditi.

Orationes Laur. Iustiniani efficaces.

VIII. *De Bonifacio adhuc puero, qui oratione horreum tritico implenit.*

D. Greg. lib. 1. Dial. ca. 9.

Miranda sunt quæ de precibus Bonifacii adhuc puer refert Gregorius; Nam eo tempore, quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospitio nonnunquam sine linea, crebo etiam sine tunica reuertebatur; quia mox vt nudum quempiam inuenit, vestiebat, hic se expolians, vt se ante Dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater frequenter increpare consueuerat, dicens; quod iustum nō esset, vt ipse inops pauperib. vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa pene omne triticum quod sibi in expendium totius anni præparauerat, inuenit à filio pauperibus erogatum. Cumque semetipsam alapis pugnisq; tunderet, quod quasi anni subsidia perdidisset, superuenit Bonifacius puer eamque verbis, quibus valuit, consolari cœpit.

Bonifacii adhuc pueri liberalitas.

Miraculum oratione pueri factum.

Quæ cum nihil consolationis admitteret, hanc rogauit vt ab horreo exire debuisset, in quo ex omni eorum tritico parum quod inuentum est remansisset. Puer autem Dei sese illic protinus in orationem dedit: qui post paululum egressus, ad horreum matrem reduxit: quod ita tritico plenum inuentum est sicut plenum ante non fuerat: vnde mater illius totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo compuncta mater iam ipsa cœpit hortari, vt daret, qui sic celeriter posset, quæ petiisset, accipere.

IX. *Quomodo S. Eutychius Episcopus Constantinopolit. precibus suis complures Christianos à fame vrgente liberauerit.*

Impiorum Persarum in Rempublicam nostram impetum omnes scimus, cum nouus Nabuchodonosor Cosrhoes Sebastem venit & Melitenem. Cum igitur in magnas tunc angustias atque discrimen adductæ res essent vicini omnes ferebant Nicopoli, tum Cæsarea, tum Comanis, tum Zala ex aliisque finitimis ciuitatibus Amaseam tanquam ad locum munitissimum se conferebant, non tam verbis præsidio, quam viri sancti Eutychii precibus confisi: omnes enim & ciues, & inquilini, qui magna ex parte erant. Iberi & hospites reliqui suam secundum Deum in hoc sancto viro spem collocauerāt: ex eius enim ore pendentes, & verba ipsius audientes, seruati sunt. Merito igitur in tali tumultu innumerabilis hominum multitudo ad eam vrbem concurrit. Sed cum ibi diu esset commorata, magna cibariorum penuria consecuta est. Itaque omnes ad sanctum ipsius monasterium tanquam tutissimum in portum confugiebant, vt simul cum corporibus animas pascerent. Quare cum magnus quotidie sumptus fieret, & fames in dies cresceret cum propter nostros exercitus, tum propter Dei & Reipublicæ nostræ aduersarios, magna omnes in mœstitia & angustiis versabamur. Cum enim multitudini panis subministraretur, & sic exinanitæ essent arcæ monasterii, in quibus farinæ conseruabantur, vt ne vnius quidem hebdomadæ cibus in eis reliquus esset: cum igitur horrei custodes monachi religiosissimi farinam minui, & flagitantium cernerent crescere multitudinem, ad virum magnum accesserunt, illum scripturæ locum vsurpantes: *Transiens in Macedoniam adiuua nos:* Quoniam iam farina in arcis deficit, & spes victus nobis adimitur. At ille interposita mora, nihil dubitans, sed opulentæ Dei misericordiæ fidens, in cum ingressus est locum, in quo arcæ erant, farina iam vacuæ. Et cum Deum obsecrasset, ministros hortatus est; Bono inquiens, animo estote: quantum enim egentibus impertitis, duplum Dominus noster elargietur: Spero enim quemadmodum olim ex hydria farina non defecit, ita nunc minime defuturam. Nam licet declinaueritis ex hoc in illud, vt in psalmo dictum est, hoc est, à pleno in id quod est inane; tamen *fex eius non erit exinanita: sed edent omnes, & saturabatur, & laudabunt Dominum Deum nostrum.* His verbis gaudio repleti religiosissimi monachi alacriter mandata exequebantur, panem omnibus aduenientibus distribuentes. Atque hoc quidem modo magnam populi turbam fame laborantem diu nutrierunt. Et eo sane maius miraculum apparuit, quod cum farinæ in annum paratæ nihil adderetur, & tamen quotidie insumeretur;

Eutychius derebus gestis Eutychii apud Metaphr. & Sur. 6. April. & Bar. 10. 7. an. 564.

Farina diuinitus aucta.

Act. 6.

1. Reg. 17.

Psal. 74.

samen non solum non defecit ; verum etiam postquam noua farina esset illata, farina vetus diu , immo semper satis fuit, sicut scriptum est: Comedetis vetera super vetera, & vetera à conspectu recentium efferetis.

X. *Orationis beneficio à Deo Opt Max. pluuiam impetrant Christiani, quam non potuerunt obtinere à suis diis infideles.*

D. Iustin. Epist. 1. ad calcem apolog. 2. pro Christianis. Orosius lib 7. c. 15. Ammianus M. vit. in vita Imp. Mar. Antonini, & alii Niceph. lib. 4 hist. c 11. cap. 12.

Imp. Cæs. M. Aurelius Antoninus Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano sacroque senatui salutem. Notos vobis facio conatus meos & successus belli Germanici, quantisque in hostico laborauerim difficultatibus, circumuentus à latronibus LXXV. intra nonum miliarium. Eos in propinquo esse indicarunt exploratores, & Pompeianus magister militum conspectos mihi esse significauit. Itaque sensi me cum legionibus prima, decima gemina, Euphratensique pœne oppositum ab immensa colluuie, in qua numerabantur armatorum nongenta septuaginta quinque millia. Cumque non haberem copias conferendas numero barbarorũ hostium, precabundas confugi ad opem patriorum numinum: à quibus neglectus, & in arctum redactus ab hoste acciui, quos Christianos vocamus: li perquisiti, bene multi reperti sunt. Infremui in eos quod non debueram, vt postea cognoui ex mirifica eorum patientia. Qui mox rem aggressi sunt absque telis, armis tubisque, nimirum abhorrentes ab istius modi paratu, & contenti Deo, quem circumferunt secum in conscientia. Credibile est igitur, licet impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore; prostrati enim humi non solum pro me deprecati sunt, sed & pro præsenti exercitu, petentes opem contra vrgentem sitim & inediam. Quintus enim dies erat, ex quo aqua carere cœperamus; eramus quippe in hostili solo, in ipso meditullio Germaniæ. Confestim autem vt procubuerunt in facies & preces fuderunt ad ignotum mihi Deum, descenderunt de cœlo, in nos quidem frigidissimus imber, in nostros vero hostes grando mixta fulminibus, vt sine mora sentiremus præsto esse inuictam opem Dei potentissimi. Iam nunc igitur permittimus esse Christianos huiusmodi hominibus, ne forte contra nostale quodpiam telum postulando impetrent: & autorem me interpono, ne cuiquam religio Christiana vertatur crimini. Quod si quis Christianum detulerit, hoc solo nomine quod Christianus sit, volo vt delatus Christianũ se impune fateatur modo nihil ei obiiciatur præter religionem diuersam: delator vero eius viuus comburatur. Confessum aũt compertumq; Christianum nolo ad mutandum religionem induci, à prouincię præside suo relinquendum arbitrio, & hoc meum decretum senatus consulto ratum fieri volo: iubeoque proponi publice legendum in Traiani foro, vt inde porro transmittatur in prouincias, cura Verasii Pollionis Vrbi præfecti. Huius quoque edicti transcribendi vndique copiam permitto omnibus desumentibus ex nostro exemplari publice in foro proposito.

Deum in pectore gerunt Christiani.

Pluuia Christianorum precibus impetrata.

Christiani quo honore affecti in exercitu M. Aurelii Imp

XI. *Quomódo S. Scholastica orando pluuiam tempestatemque impetrauerit.*

Huic subiungam illud de Scholastica sorore D. Benedicti. Illa namque omnipotenti Deo ab ipso infantiæ tempore dedicata ad eum semel per annum venire consueuerat. Ad quam vir Dei non longe extra ianuam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more: atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater; qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret: eadem sanctimonialis femina soror eius eum rogauit, dicens: Quæso te, vt ista nocte nõ me deseras, vt vsque mane de cælestis vitæ gaudiis loquamur? Cui ille respondit: Quid est quod loquaris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat cœli serenitas, vt nulla in aere nubes appareret Sanctimonialis autem femina cum verba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit; & caput in manibus omnipotentem Deum rogatura declinauit. Cumque demensa leuaret caput, tanta coruscationis & tonitrui virtus, tantaque inundatio pluuiæ erupit, vt neque venerabilis Benedictus, neque fratres, qui cum eo aderant, extra loci flumen, quo confederant, pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe femina caput in manibus declinans lacrymarum fluuium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationẽ inundatio illa secuta est, sed tanta fuit conuenientia orationis & inundationis, vt de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus vnum idemque esset monumentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc vir Dei inter coruscos & tonitruos atque ingentis pluuiæ inundationem videns se ad monasterium non posse remeare; cœpit conqueri contristatus, dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, soror, quid est quod fecisti: Cui illa respondit: Ecce rogaui te, & audire me noluisti: rogaui Deum meum & audiuit me. Modo igitur, si pores, egredere: & me dimissa, ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens; qui remanere sponte noluit in loco mansit inuitus. Sicque factum est vt totam noctem peruigilem ducerent, atq; per sacra spiritualis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent.

Scholastica, oratione pluuiam impetrat.

Piorum colloquia quę?

XII. *Theodori Anachoretæ serui Dei oratione aqua maris salsa dulcis effecta est.*

Anachoreta quidam erat in partibus Iordanis nomine Theodorus, eunuchus. Hic necessitate quadam compulsus est Constantinopolim pergere ingressusque est nauem. Cum vero nauis diutius detine-

Io. Mosch. Enar. Prat. spir. c 175.

tineretur in pelago, defecit aqua erantque nautæ, & vectores in magna anxietate & desperatione. Surgens autem Anachoreta, & expandens in cœlum manus suas ad Deum, qui saluat de morte animas nostras; facta oratione, signauit mare signo Crucis, & ait nautis: Benedictus Dominus, haurite quantum aquæ opus habetis. Impleueruntque omnia vasa sua de mari aqua dulci & omnes glorificauerunt Deum.

Vis orationis cum signo crucis.

XIII. *De Innocentio viro honorabili à tibia morbo suis aliorumque precibus miraculose liberato.*

Apud Carthaginem quis nouit, præter admodum pauciſſimos, ſalutem, quæ facta eſt Innocentio ex Aduocato vicariæ præfecturæ, vbi nos interfuimus, & oculis aſpeximus noſtris: Venientes enim de tranſmarinis, me & fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos, ſed iam Deo ſeruientes, vt erat cum tota domo ſua religioſiſſimus, ipſe ſuſceperat, & apud eum tunc habitabamus. Curabatur à medicis propter fiſtulas quas numeroſas atque perplexas habuit in poſteriore atque ima corporis parte. Iam ſecuerant eum, & artis ſuæ cætera medicamentis agebant. Paſſus autem fuerat in ſectione illa & diuturnos, & acerbos dolores. Sed vnus inter multos ſinus fefellerat medicos atque ita latuerat, vt eum non tangerent quem ferro aperire debuerant. Denique ſanatis omnibus, quæ aperta curabant, iſte remanſerat ſolus, cui fruſtra impendebatur labor. Quas moras ille ſuſpectas habens, multumque formidans, ne iterũ ſecaretur, quod ei prædixerat alius medicus domeſticus eius, quem non admiſerant illi vt ſaltem videret, cum primum ſectus eſt, quomodo id facerent, iratuſque illum domo abiecerat, vixque receperat erupit, atq; ait. Iterum me ſecturi eſtis? Ad illius, quem noluiſtis eſſe præſentem, verba venturus ſum? Irridere illi medicum imperitum, metumque hominis bonis verbis promiſſionibuſque lenire. Præterierunt & alii dies plurimi, nihilque proficiebat omne quod fiebant. Medici tamen in ſua pollicitatione perſiſtebant, nõ ſe illum ſinum ferro, ſed medicamentis eſſe clauſuros: adhibuerunt & alium grandæuum iam medicum ſatiſque in ea arte laudatum: ad huc enim viuebat Ammonius, qui loco inſpecto, idem quod illi eorum diligentia peritiaque promiſit. Cuius ille factus auctoritate ſecurus, domeſtico ſuo medico; qui futuram prædixerat aliam ſectionem, faceta hilaritate, velut iam ſaluus eluſit. Quid plura? Poſtea tot dies inaniter conſumpti tranſierunt, v feſſi atque confuſi faterentur, eum niſi ferro nullo modo poſſe ſanari. Expauit, expalluit nimio timore turbatus, atque vbi ſe collegit, fariique potuit, abire illos iuſſit, & ad ſe amplius non accedere, nec aliud occurrit fatigato lacrymis: & illa iam neceſſitate conſtricto, niſi vt adhiberet Alexandrinum quendam, qui tunc chirurgus mirabilis habebatur, vt ipſe faceret, quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed poſteaquam venit ille, laboremque illorum in cicatricibus ſicut artifex vidit, boni viri functus officio, perſuaſit homini, vt illi potius, qui in eo tantum laborauerant, quantum ipſe inſpiciens mirabatur, curationis ſuæ fine fruerentur, adiiciens quod re vera niſi ſectus eſſet, ſaluus eſſe non poſſet: valde abhorrere à ſuis moribus, vt hominibus, quorum artificioſiſſimam operam, induſtriam, diligentiam admirans in cicatricibus eius videret, propter exiguum quod remanſit, palmam tanti laboris auferret. Redditi ſunt animo eius, & placuit, vt eodem Alexandrino aſſiſtente ipſum ſinum illum ferro, qui iam conſenſu omnium aliter inſanabilis putabatur, aperirent. Quæres dilata eſt in conſequentem diem. Sed cum abiiſſent illi, ex mœrore nimio domini tantus eſt in domo illa exortus dolor, vt tanquam funeris planctus vix comprimeretur à nobis. Viſitabant eum quotidie ſancti viri, Epiſcopus tunc Vzalenſis beatæ memoriæ Saturninus & presbyter Geloſus, ac diaconi Carthaginenſis eccleſiæ. In quibus erat, & ex quibus ſolus eſt nunc in rebus humanis iam Epiſcopus, cum honore à nobis debito nominandus, Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei de hac re ſæpe collocuti ſumus, eumque valde meminiſſe, quod commemorauimus, inuenimus. Qui cum eum, ſicut ſolebant, veſpere viſitarent, rogauit eos mirabilibus lacrymis, vt mane dignarentur eſſe præſentes ſuo funeri potius, quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaſerat pœnis, vt ſe inter medicorum manus non dubiraret eſſe moriturum. Conſolati ſunt eum illi, vt in Deo fideret, eiuſdem voluntatem viriliter ferret. Inde ad orationẽ ingreſſi ſumus. Vbi nobis ex more genua figentibus atque incumbentibus terræ, ille ſe ita proiecit tanquam fuiſſet aliquo impellente grauiter proſtratus, & cœpit orare. Quibus modis quo affectu, quo motu animi, quo fluuio lacrymarum quibus gemitibus atq; ſingultibus, ſuccurrentibus omnia membra eius, & pæne intercludentibus ſpiritum, quis vllis explicet verbis? Vtrum orarent alii, nec in hæc eorum inuerteretur intentio, neſciebam. Ego tamen prorſus orare nil poteram, hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: *Domine quas tuorum preces exaudis, ſi has non exaudis?* Nihil enim mihi videbatur addi iam poſſe, niſi vt expiraret orando. Surreximus; & accepta ab Epiſcopo benedictione diſceſſimus rogante illo, vt mane adeſſemus, illiſque vt æquo animo eſſet hortantibus, Illuxit dies qui metuebatur, aderant ſerui Dei, ſicut ſe affuturos eſſe promiſerãt. Ingreſſi ſunt medici, parantur omnia, quæ hora illa poſcebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis ſuſpenſiſque omnibus. Eis autem, quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius conſolando erigentibus; ad manus ſecturi membra lectulo componuntur, ſoluuntur nodi ligamentorum, nudatur locus, inſpicit medicus, & ſecandum illum ſinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitiſque

Innocentius quondam Aduocatus conflictatur.

Medicorũ labor ac ſpes vana circa curam Innocentii.

Infirmi viſitandi.

Pro infirmis & afflictis orandum.

D. Aug. oratio efficax.

Innocẽtius præter ſpẽ omnem mirẽ curatus deprehenditur.

que contrectat. Tentat denique modis omnibus inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa lætitia, & laus & gratiarum actio & misericordia, omnipotenti Deo, quæ fusa est ore omnium lacrymantibus gaudiis non est committenda meis verbis: cogitetur potius quam dicatur.

XIV. *Vt ingentem Barbarorum exercitum non pugnando, sed orando vicerit Theodosius iunior.*

Tripart. hist. eccl. lib. 12. cap. 12.

Cum Barbari quidam tempore Theodosii iunioris iam parati essent Romanorum fines inuadere, hæc audiens Imperator, pro sua consuetudine hanc solicitudinem Deo commisit, & orationibus occupatus cito promeruit quod quæsiuit. Hæc enim Barbaris acciderunt. Dux eorum nomine Rugas fulmine percussus interiit, secutaq; pestis maximam partem eorum interemit. Et non solum hoc sufficit, sed etiam ignis de cœlo descendens plurimos, qui videbantur remansisse, consumpsit. Quæ res Barbaros in formidine magna constituit, non solum quod contra gentem Romanorum fortissimam arma leuare ausi fuissent, sed quod sic eos à forti Deo iuuari conspicerent. Tum Proclus Episcopus de prophetia Ezechielis coram Ecclesia faciens sermonem, de collata salute ab omnibus est laudatus. Cuius prophetiæ verba sunt hæc. Et tu fili hominis prophetiza in Gog principe Mosoch & Thuba Iudico enim eum morte & sanguine & imbre diluuii, & lapidibus grandinis & ignem & sulphur pluam super eum & omnes qui cum eo sunt: Et post pauca: Et scient; quia ego sum Dominus.

Oratione Barbaros vincit Theodosius.

XV. *De Christianis per Barbaros ligatis, & in seruitutem educendis ad preces B. Remberti absolutis.*

Ex Io. Magno lib. 17. Cranzt. l. 2. Metr. c. 10. & 11. Sur. to. 1. Bozius lib. 5. de Sig. c. 1.

Sub annum octingentesimum trigesimum tertium, Rembertus Hamburgensis Episcopus latissime in Dania, Suetia, & regionibus vicinis cultum Christi ampliauit. De ipso inter alia produnt cum vidisset in Daniæ quadam regione innumerã Christianorum multitudinem catenis vinctam in seruitutem Ducà piratis, precibus se dedit, & continuo fracta sunt vincula, Barbaris Danis stupore perculsis. Sæpius cum mare traiiceret, Suetiam, vel alia loca petens, tempestates supplici ad Deum voto sedauit, dæmones è corporibus fugauit: hæc & alia multa cum perficeret, multos ad Christi cultum traduxit è Danis.

S. Remberti miracula.

XVI. *De latronibus pia mulieris oratione à molestia inferenda coarctatis.*

Io. Trith in Chro. Monasterii Hirsaun. Dom. 1157.

Anno Domini 1157. claruit in Hollandia Sophia Theodorici Hollandiæ Comitis vxor, mulier sancta, & in Christi amore deuotissima, orationibus, ieiuniis, vigiliis, & eleemosynis continue intenta, quæ miraculis tam in vita, quam post mortem claruisse perhibetur. Cum hæc sancta mulier limina sancti Apostoli Iacobi in Gallicia visitatura in crudeles incidisset latrones, qui eam non solum spoliare clenodiis, verum etiam vita priuare volebant, tanta eos virtute orationum suarum constrinxit & ligauit, vt se mouere de loco, vel manus in eam mittere nullatenus possent. Vnde stupentes veniam ab ea postulabant, qua accepta subito fugientes abierunt. Tandem vero post multa opera pietatis, cum iam tertio ad visitandum sanctum Christi sepulcrum Hierosolymam esset profecta, sacris locis deuotissime perlustratis, 6. Cal. Octob. feliciter in Domino quieuit, & in hospitali Teutonicorum in Hierusalem est sepulta.

Virtus orationis quam ta.

XVII. *De incendio Constantinopoli per preces S. Marciani superato.*

Ex Metaph. Sur. in vita S. Marciani 10. Ianuar. & Bar. to. 6. 465.

Anno Domini quadringentesimo sexagesimo quinto, per malum dæmonem incendium magnum in Ciuitatem Constantinopolitanam fuit immissum. Cum autem ferociter serpens omnia depasceret, & consequenter eius impetus ædem sacram S. Anastasiæ comprehenderet, tum homo Dei Marcianus nihil perterritus, &, ne si quidem eum in orbem circumsideret ignis, nihili faciens, sed fidei in Deum credens omnia cedere, sacris acceptis Euangeliis in summum tectum ascendit; & stans in medio flammæ, & se conuertens ad preces: Christe Deus, dicebat, Deus patrum nostrorum, qui Abrahę sacrificium suscepisti, & quem ei ex promissione præter spem tribuisti filium, præter spem à cæde liberasti: qui etiam in fornace Babylonica tres pueros captiuos eo effecisti potentiores: ipse nunc quoque Domine, hanc tuam domum conserua, ne lædatur igne: & ne concedas, vt opus tuum, quod nos multo labore & tanto perfecimus desiderio, ignis destruat; ne adhuc pergat inimicus aduersus nos insolenter gloriari? nec ora Arianorum, qui sunt nobis propinqui nos probris appetant: sed nunc quoque ostende aliquid dignum tua benignitate & maiestate, ad gloriam tui nominis, & ad nostram, qui veritati credimus, gloriationem & exultationem. Hæc cum ille diceret, vna cum verbis effluebant lacrymæ, & ostendebant eum intus extabescere. Deinde cum subiunxisset, Amen; videbant fere omnes, qui aderant, primum quidem ignem sibilantem circa totam ædem, & in illam veluti faciem impetum, deinde vero recedentem, & veluti repressum à quadã inexpugnabili & fortissima virtute. Certe hæc quoque sacra ædes, quomodo diuinorum puerorum aliquando corpora, tota illæsa, tota intacta in tanto (ô Christe Saluator) igne est conseruata. Sed ne tota periret ciuitas hoc incendio, preces quoque sancti Marcelli Archimandritæ viri sanctissimi obtinuisse, qui res ab eo gestas descripsit, testatur; à quo & eiusdem incendii vastitas describitur.

Oratione S. Marciani incendium supellantem rat.

Apud Sur. 29. Decemb.

XVIII. *De Adolescente vano per orationes S. Elizabethæ in vita Vngarica ad meliorem & tam conuerso.*

Iacob Mentius c. 24. apud Sur. Nouemb. 19.

Venit inuisendi gratia matrona quædam nobilis ad S. Elisabethæ Regis Hungariæ filiam, adducto secum

secum adolescente, quem vestis compta & incompti mores, seculari prorsus esse animo haud obscure prodebant. Ad quem Elisabeth: Quid tu, inquit, ô adolescens, tam insigniter & veste & moribus secularem præfers animum, quem magis Deo tuo prona seruitute iam olim dedicatum oportuit: Est, ait adolescens, heu mihi, ita vt dicis, ô domina: sed oro te plurimum, pro me Deum precari digneris, quo mihi bonum, quod proponis, & incipiendi & perficiendi donetur gratia. Mox illa: Itane, inquit, serio peris, vt pro te Deum orem? Peto, ait ille, serio, intimeque. Statim illa: Oportet, inquit, te itidem facere, precesq; meas tuis iuuare. Quo persuaso, itum est, ac vtrinque oratum loco satis congruenti. Iamque nonnihil moræ interceserat, cum ecce adolescens clamare cœpit: *Iamiam, ô domina, precari desiste: Intendor enim ita tuarum feruore precum, vt ferè vix queam.* Tum illa vehementius orationi instare, acriore mentis annisu Deo propinquare. At ille semet intentius inflammari sentiens, viribusque paulatim destitui, toto iam corpore in sudorem eunte, atque crebri vaporis nebulam passim exhalante, clamat altiore voce, dissectis præ lassitudine brachiis, genibusque ad ruinam subsidentibus: *Cessa, ô domina, cessa: quia vastissimo supplicationis tui incendio præcordia mea & ipsa medulla depascuntur.* Defectum ita iuuenem duæ confestim ex pedissequis, simulque matrona paulo ante memorata medium corripiunt, &, ne casu repentino elideretur, sustentant feruorem eius intensissimū, & calidissimo perfusa membra sudore vix tactū manuum pati valentes. Tandē nihilo segnius in oratione perseuerantem, anhelus iuuenis quam potuit altissima voce sæpius inclamat, dicens: *Oro te per Iesum, vt cœpto munere iamiam supersedeas, ne me precibus infauste mori cogas; quem vitæ meliori feliciter destinasti.* Confestim igitur vt Elisabeth precandi studium remisit, remisso pariter calore, iuuenis ille velocissime refrigeratus, assumptum se maturius Assisiantis institutū pollicitus: quod & non multo post tempore assumpsit, assumptum coluit, cultum viriliter consummauit. Hac precandi consuetudine Dei famulam multis hominum saluti fuisse, celebri memoria proditum est.

Adolescens vanus pro sua conuersione preces Elizabethæ postulat.

Vis & feruor orationis Elisabethæ Vngaricæ.

Adolescens vi precum conuersus ordinem S. Francisci amplectitur.

XIX. *De viro pigritante in oratione, paulatim tandem virtutibus destituto.*

Vidi hominem, inquit Thomas Cantipr. sine cōparatione fere sui temporis humilem, feruidum charitate, egenis beneficium, sobrium supra modū, erga afflictos pium, in corporis castigatione præcipue assiduum, ab omnibus contagionum spurcitiis alienum. Hæc in gratuitis. In naturalibus vero ita erat bene & decenter ornatus, vt nihil in eo imperfectum reliquisse omnipotens bonitas putaretur. Pro cœlibatu ergo & sanctimonia ab omnibus honoratus, quasi sanctus iam in terra inter homines habebatur; ita vt de eo maximum quendam virtum dicentem audirem: Quandocunque me istum videre contingit, non hominem me puto videre, sed Angelum. Hunc postea gradatim à rigore iustitiæ vidimus recedentem, & tantam erga Deum ingratitudinem incurrisse; vt Missarum solennia audire contemneret, & nullum in eo virtutis vestigium remaneret: sed omni labe pollutus nullam prorsus luxuriam, nullum facinus abhorreret: & hoc, quia alas virtutis gratuitæ vel naturalis, orationibus insistendo & lacrymis, non protexit, sed viribus suis & sanctitati confisus est.

Thom. Cantip. lib. 2. Apum cap. 32. p. 3.

Cœlibatus honoratur.

Tepor in orationis exercitio valde noxius.

TIT. XII. Deuote ac feruenter esse orandum.

Christo Domino prolixius orante in horto, factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. *Luc. 6. 22.*

EXEMP. I. *De æstuante B. Antonij Abbatis in oratione feruore.*

NOuimus, inquit Abbas Isaac apud Cassianum, beatum Antonium quandoque sic perstitisse in oratione (præ suauitate nimirum) vt ipso frequenter orante, in mentis excessu audierimus eum sæpe clamantem in mentis feruore, cum Sol cœpisset oriri; Quid me impedis, Sol? qui modo oriris ad hoc, vt abstrahas me à claritate huius luminis veri. Quod & aliis sanctis viris multis accidit, qui præ lacrymarum dulcedine, & copia Orationis tempore pene oculos amiserunt.

Collat. 9. c. 30.

D. Antonii feruor in oratione. *Cap. 28. 29. & seq.*

II. *De ardore & feruore Orationis in corpus Beati Bernardi prodeunte.*

De B. Bernardo Abbate quod ad hanc rem attinet, ita legitur in vita eius. Apparebat in carne eius gratia quædam, spiritualis tamen potius, quam carnalis: in vultu velut claritas quædam præfulgebat, non terrena vtique sed cœlestis: in oculis Angelica quædam puritas, & columbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulcritudo, vt euidentibus quibusdam indiciis foras erumperet, & de cumulo internæ puritatis & gratiæ copiose perfusus homo quoque exterior videretur. Corpus omne tenuissimum & sine carnibus erat: ipsi etiam subtilissima cutis, in genis modice rubens. Illi nimirum quicquid caloris inerat, assidua meditatio, & studium sacræ compunctionis attraxerat.

In vita eius lib. 3. cap. 1.

Ignis feruoris D. Bernar. externis indiciis sese prodit.

III. *De Fr. Xauerio diducente tunicam à pectore vi orationis æstuante.*

Erat Francisci Xauerii oratio ardens semper & accensa, plurimumque cœlestibus gaudiis affluens. Id quod plurimis ac maximis argumentis declaratum est. Atque vt omittam eximias illas in Comorinensibus & Mauricis laboribus diuinitus haustas voluptates; obseruarunt eum sæpe Goæ Patres quidam intempesta nocte, fixo in cœlum oculorum obtutu,

Horat. Tursellin. lib. 6. de vita eius cap. 5.

obtutu, in hortis domesticis inambulãtem, totumque ex Dei cogitatione atque amore pendentem: vt non ambigeres eius animum à sensibus abstractum eminere foras, inde ad se cum rediisset, tunica de more ab æstuanti pectore manibus deducta, hanc identidem vocem iterantem exaudierunt: *Sat est Domine, sat est*; eo vocis sono, qui facile ostenderet tantam vim esse superfundentis se lætitiæ cœlestis, quam tam capere vix posset mortalitas. Goæ quoque in cœtu Patrum comiter agentem sæpe immensa quadam animi lætitia subterfugere hominum cogebat oculos: quod tantum gaudiorum dissimulare haud quaquam valeret. Quanquam in negotiis etiã humanis ita diuina quædam in eo elucebat species, vt qui cum illo versabãtur, veneratione capti, oculos vultumque, quasi alterius Mosis, nequirent aduersum intueri. Denique in Meacensi itinere sane aspero impeditoque, cum iucundissime diuina meditans animum in Deo defixum abduxit à corpore, crura ac pedes stirpibus lapidibusque offensans sine vllo lacerabat sensu: tantisque incedebat lætitiis, vt beatorum gaudia percipere, non solum vitam meditari, videretur.

Fr. Xauerii æstus in oratione.

Vultus ardor ac species eius.

IV. *Orationes piæ & feruentes quibus rebus comparẽtur, & quam sint Deo gratæ.*

Lud. Blosius Monilia spirit. cap 5 §. 3.

Virgo Gertrudis aliquando in spiritu intellexit, verba orationum cum animi diligentia seu sancta deuotione fusarum, esse veluti splendidissimas gemmas vel vernantissimos flores: at verba orationum negligentius & ex consuetudine sine intenta deuotione expletarum, esse tanquam gemmas floresque obscuriores. Et quum eadem virgo Gertrudis quendam versiculum ducentis viginti quinque vicibus, IESVM salutando legisset, cognouit quamlibet salutationem præsentari Domino in similitudine instrumenti musici bene sonantis: sed illæ salutationes, quas cum deuota intentione legerat, suauissimos reddebant concentus; aliæ vero, quas legerat incurate, submissiores iucundioresque edebant sonos.

Caueat is qui orat, ne voluntarie ac data opera per grauem negligentiam inter orandum mente distrahatur: Caueat item, ne orationem propterea deserat, quod in ea nullam forte consolationem sentit. Sane sicut mentis distractio, quæ præter voluntatem orantis accidit, fructum & vtilitatem orationis non tollit; ita nec cordis ariditas, dum bona voluntas adest. Hinc Dominus ad ipsam Gertrudem virginem aliquando dixit: Vellem electis meis persuasum esse, quod eorum bona exercitia & opera mihi omnino placeant, quãdo ipsi seruiunt expensis suis: Illi autem expensis suis mihi seruitium præstant, qui licet saporem deuotionis minime sentiant, fideliter tamen, vt possent, orationes & alia pia exercitia sua peragunt, confidentes de pietate mea, quod ego illa libenter & grate suscipiam. Plerique sunt, quibus si sapor & consolatio interna concederetur, non eis prodesset ad salutem, & meritum ipsorum valde minueretur, hæc illa.

TIT. XIII. De attentione in Oratione.

EXEMP. I. *B. Dominicum noctu orantem distrahere contendit dæmon.*

Theod. de Apcld. l. 3. vitæ eius cap. 12.

BDominicus Fratrum Prædicatorum antesignanus tam erat orationi intentus, vt propter tumultum & strepitum qualemcunq; nihil attentione reuocaretur. Nocte quadam ante aram ad preces prostratum malus dæmon interturbare volens, grãdem lapidem è tecto ecclesiæ deiecit, idque eo impetu, vt tota ecclesia eius casu circumsonaret. Vsque adeo autem capiti eius fuit propinquus lapis, vt ruens capitium eius contingeret. Sed, viro Dei nihil se mouente, hostis terribili voce eiulans, cum multa ignominia abscessit.

Attentio B. Dominici in oratione.

EXEMP. II. *De Cadulo milite, quem diabolus orantem interturbare conabatur.*

Ex lib. vita S Anselmi Cantuar. Epist. per Edmer. Anglum apud Sur. Et in initio operũ eiusdem Anselmi, edit. olon.

Huic merito subiungendus miles quidam Cadulus nomine, vtpote beato Dominico Prædicatorum Patriarchæ haud quaquandus. Hic igitur quadam vice, vigiliis & orationibus Deo intentus, audiuit diabolum sub voce scrutarii sui extra Ecclesiã, in qua erat, vociferantem, & turbato murmure, equos & omnia sua fracto hospitio, à latronibus iam tunc direpta esse, atq; abducta conquerentem, nec aliquid eorum vlterius recuperandum, ni citius accurreret. Atque cum ille nequaquam moueretur, maius videlicet damnum deputans orationi cedere, quam sua perdere, dolens diabolus se despectum, in speciem vrsi demutatus est, & Ecclesiæ per tectum delapsus, ante ipsum præceps corruit, vt horrore saltem & fragore sui casus virum à cœpto perturbaret. Sed miles immobilis permanet, & monstrum securus irridet. Post quæ statum vitæ suæ proposito sanctiori fundare desiderans Anselmum adiit, cõsilium eius super hoc addiscere cupiens. Verum dum ad ipsum vadens iter acceleraret, ecce malignus hostis humanam vocem ex aduerso edens in hæc verba prorupit: Cadule, Cadule, quo tendis? Igitur cũ ille ad vocem hanc subsisteret, scire volens, quis esset, qui talia diceret, repetit dæmon, & ait: Quo tendis Cadule? Quid tantopere Priorem illum hypocritam cogis audire? Opinio siquidem eius omnino alia est à conuersatione vitæ illius. Quapropter suadeo, consulo, vt celerius redeas, ne seductus ab ea stultitia, qua modo traheris, illaquearis. Hypocrisi namque sua iam multos decepit, & spe vana delibutos, suis vacuos & immunes effecit. Hæc ille audiens, & dæmonem esse, qui loquebatur, recognoscens, signo se crucis muniuit, & sprero hoste, quo proposuerat, ire perrexit. Quid plura? Audito Anselmo, abnegato seipso, & seculo religiosæ vitæ se tradidit, &

Dæmon in specie vrsi apparet.

Dæmonis fraus.

dit, & apud maius monasterium monachus factus est.

III. *De B.P.N. Ignatii attentione & perseuerantia in oratione.*

Pet. Ribadeneira lib. 5. de vita eius cap. 1.

Ignatium Loiolam, primum Societatis IESV parentem, nullus quantuslibet strepitus obturbabat orantem: leniissimus interpellebat, si vitari diligentia potuisset. Ita non strepitus, sed negligentiæ culpa, quam sustinere sibi videbatur, molesta erat precanti. Orantem in cubiculo Ignatium, ostio clauso, importune ianitor interpellauit aliquando, cui semel atque iterum pulsanti nihil respondit. Ignatius cum molestus esse pergeret, & perseueranter obtunderet, ostium aperuit: Et quid, inquit, tibi vis? Cui ianitor: En, inquit, Pater literæ, quas qui reddidit, tua ex patria allatas dicit, simulq; literas in manus Ignatio tradit: qui recluso ostio, literas in lucentem caminum (erat enim hyems) cremandas coniecit, & continuo ad intermissam orationem rediit.

B. Ignatii attentio & perseuerantia in oratione.

TIT. XIV. Frequenter & perseueranter orandum esse.

Tob. 3. *Mira fuit Sarę, iunioris Tobię uxoris, in oratione perseuerantia, quæ acerbo conuicio ab ancilla sua extimulata tribus diebus ac tribus noctibus, sine cibo & potu, in oratione perseuerauit.*

Matth. 15. *In orando fidem, & cum humilitate perseuerantiam nec spernendam esse, Chananææ mulieris monstrauit euentus: à Domino sanari posse filiam credidit, & despecta supplicari non destitit: & canibus comparata non modo nō contradixit, sed etiam ad catellorum vilitatem se submisit. Quamobrem audire meruit, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.*

Actor. c. 1. 14. *Postquam Christus Dominus deuicta morte ad cælos, vnde venerat, rediit, Apostoli in Hierusalem reuersi, cum in cœnaculum introissent, omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius, qui proinde repleti sunt Spiritu sancto: vt intelligas, perseuerantia, ac iugi oratione Spiritus sancti gratiam conciliari solere.*

EXEMP. I. *Ieiunio & oratione quadraginta dierum Leo Pontifex confirmationem suæ fidei per S. Petrum obtinet.*

In vita eius epist. 10.

LEo Pontifex Maximus, cum fidei causam aduersus Eutycheris blasphemiam multorum fauore atque perfidia defensam, edita insigni quadam epistola tueri vellet, quadraginta diebus ieiuniis & orationibus vacauit. Nam vt in eius vita scribitur, sanctissimus pater suis diffisus viribus priusquam epistolam illam aliquo destinasset, altari B. Petri vtcunque scriptam imposuit; se vero per quadraginta dies tum ieiuniis, tum precibus exercens, hoc vnum ab Apostolorum principe votis flagrantibus contēdit, vt si quid forte corrigendum haberet epistola, quæ causam fidei longe difficillimam tractabat, id omne suis ille manibus correctum aboleret. Nec fefellit sanctam precatoris expectationem etiam rarus euentus: Tersam enim & elaboratam epistolam dies reddidit quadragesimus, addita simul reuelatione certissima, successum ab Apostolo ei tribuendum esse, cuius pia dignatio & fida dilectione in persona quidem imparis tepescit hæredis.

Oratio 40. dierū cum ieiunio.

II. *S. Sulpitius Episcop. imperterritus manet in oratione contra dæmonis infestationes.*

In vita ab eius æquali scripta apud Sur. tom. 1. die 17. Ian.

S Sulpitius Archiepiscopus Bituricensis cum aliquando post Solis occasum in Ecclesiam cum paucis abiisset, ibi in precibus pernoctaturus, mox adfuit tortuosus serpens tenui primū sibilo lenes eius demulcens aures: deinde in ipsis tranquillæ noctis silentiis cum magno se impetu intra templi parietes infert: testudinem, aras, lucernas: cæteraq; omnia adeo concutit, vt discipuli ecclesiam omnem è fundamentis euerti putarent nimiumque pauidi, intermisso cantu, in terram se abiiciunt, tanquam repente perituri. At vir beatus in diuinis canticis permansit intrepidus, flocci pendens nequissimi serpentis præstigias, ita vt ne in prosperis quidem successibus constantior vnquam fuisse videretur. Tandem tota illa dæmonum turba in vnam se molem colligit; speransque arrociori sonitu & strepitu inuictam illius animi constantiam frangi posse, cum immenso tumultu coram sancto Pontifice pauimentum cædens præceps collabitur, adeo vt discipuli illum in frusta discerptum existimarent. Et illi quidem diu mansere attoniti; at eximius Christi sacerdos diuina in hostem tela vibrans, in canticis spiritalibus perpetim immorabatur: obiurgauitq; postea discipulos, quod omissis sacris hymnis phantasticis inimici terroribus cessissent. Optabat sane diabolus extinctum virum Dei: & quia sine intermissione malitia bellum gerit aduersus virtutem, & seruos Christi totius boni æmulus Satan persequitur, non sat habuit iniquus ille sanctum Sulpitium infestasse, sed etiam gregem ipsius curæ commissum, atroci furore sibi sumpsit oppugnandum & diuexandum: Idque tam multis modis, vt illis commemorandis sufficere non possimus.

III. *Lapidum imbre à dæmonibus petiti Sancti Dei fixi manent in oratione.*

Greg. Turon. de vita eorū apud Lipp. tom. 8.

Non est absimile quod narrat Gregorius Turonensis in vita sanctorum Lupicini, & Romani, fratrum: ii enim intra Lorensis deserti eremum viram degebant austeriorem, herbarum solis victitantes radicibus. Id dæmonibus miris modis erat exosum: Lapidibus lapidibus etenim vrgere hos Dei seruos per singulos dies perseuerabant: quin quotiescunque pro more suo genua ad orandum Deum deflexissent, statim in ostatim imber lapidum proiicientib⁹ s dæmoniis in ratione.

eos decidebat, adeo vt sæpe vulnerati immensis dolorum cruciatibus torquerentur: at ii perseuerantia orationum hostilem impetum deuicerunt; eiectis inde dæmonibus reliquum vitæ sanctæ peregerunt.

IV. *In oratione à dæmonibus cæsus Franciscus Xauerius in ea constans perseuerat.*

Horat. Tursell. l. 2. de vitacius cap. 15.

His adiungere oportunum est & illud de Francisco Xauerio, cui apud Meliaporensem Vicarium diuersanti quiddam in hoc genere sine memoria dignum accidit. Erant ædes Vicarii templo diui Thomæ Apostoli proximæ, vndè ille, ianua facta, aditū sibi patefecerat in templum. Et Xauerius ex consuetudine, vt Vicarium, cuius in cubiculo pariter dormiebat, sopore oppressum animaduerterat; sensim ac sine vllo strepitu surgebat è lectulo, atque in ædem Apostoli suspenso subrepebat gradu. Non tamen fallebat omnino Vicarium, qui subito expergefactus, sæpius illum surgere è lecto persenserat. Verum is, re primo dissimulata, demum illi pro amicitia denunciauit, ne de nocte iret ad templum, neve se viæ committeret, quam cōstaret esse diabolis infestam, occursuras ei horribiles illorum facies, cum minime crederet. Ad hæc arrisit Xauerius ea sui deterrendi causa dici ratus; & denunciatione Vicarii per dissimulationem iocumq; clausa, nihilominus nocte intempesta, vbi somno illum sopitum senserat, ad sacram ædem silentio obrepebat. Enimuero id tempiterni humani generis hostes grauiter ferre: Francisci securitatem ipsorum contemptum interpretari. Ergo ira odioque furentes, vt illum ab instituto absterreāt, nocte concubia ante aram B. Virginis supplicanti ex composito superueniunt, truci fremitu, clamoribus variis horrendoque cuncta complentes sono. Mox virum ad minas intrepidum quam tumultuosissime adorti, verberibus atrocissime cædunt, factis dictisque odium explentes suum. Ille inter verba crepitusque plagarum magis de constantia quam de tergo suo solicitus, Dei parentem sui certaminis spectatricem implorare: Domina, opitulare: Domina, non mihi opitulaberis? vanos dæmonum tumultus magnitudine animi eludere, orationem institutam non fortiter solum, sed etiam constanter vrgere. Quocirca molestos illos & importunos interpellatores fortis atque inuicta perseuerantia, acerrimum aduersus infestos dæmones telum, facile abegit. Et Franciscus quidem ferendo spernendoque eorum impetus adeo fregit, nunquam vt posthac in eum sustinuerint aliquid tale conari.

Templum Xauerio sedes orationis.

Xauerium orantem frustra verberant dæmones.

B. Virginem inuocat Xauerius à dæmonibus cæsus.

V. *De Zebinæ perseuerantia in oratione.*

Theod. in hist. SS. Pat. c. 24.

Theodoretus in historia religiosa, in qua multorum sui temporis clarissimorum Monachorum mores, certamina, ac præcipue studium orationis describit, de Zebinæ viri sanctissimi oratione sic ait: Stupebant autem, vt dixerunt, omnes sui temporis homines assiduitate orationis. In ea enim diu noctuque versans non solum non satiabatur, sed etiam desiderium efficiebat vehemētius. Quin etiam cum iis qui ad ipsum veniebant, paucis differens, non poterat in animum inducere, vt cogitationem à cœlis deduceret; sed statim ab illis liberatus, & nec tantillum quidem ab eis quæ diuina sunt, separatus, offerebat rursus deprecationem. Huius vero discipulus, Polychronius adeo magistrum moribus referebat, vt qui hunc & illum viderent, vnam in duobus corporibus animam se videre arbitrarentur, &c. Est enim similiter diuino incensus desiderio, & est terrenis omnibus superior; & corpori alligatus mē tem habet alatam, & quæ fertur sublime, aëremque traiicit & ætherem, & cœlis fit sublimior, & perpetuo diuinam visionem apprehendit contemplatione, nec potest illinc vmquam detrahere. Quin etiā cum iis qui aduenium colloquens, superna mente peragrat. Eius autem per totam noctem vigiliam & stationem hinc didici. Cum eum viderem simul & cum senio conflictantem, & cum imbecillitate, & nullam omnino habentem curam corporis, sæpius precatus ei persuasi, vt duos assumeret, qui simul habitarent, & aliquam consolationem ab eis acciperet. Quoniam autem petiit viros virtute claros, qui per se in alio degebant monasterio, illis quoque viris admirandis persuasi, vt diuini hominis curam omnibus præponerent. Ii autem cum paruo tempore cum eo habitassent, conati sunt fugere, per noctem illam non ferentes stationem. Cum autem virum diuinum obsecrarem, vt imbecillitate corporis meriretur laborem: Non solum, inquit, eos non cogo stare mecum assidue, sed etiam sæpe præcipio vt decumbant. Illi autem, & quo modo possemus aiebant, eo qui in laboribus consenuit stante, & imbecillitatem corporis despicientes decumbere, cum simus sani, & in media positi ætate? Sed venerandi quidem mihi capitis nocturnos labores sic didici.

Perseuerantia Zebinæ in oratione.

Polycronij Zebinæ discipulus imitatur magistrum.

Nocturni labores Polycronii.

VI. *De tabula cauata ex genu flexione assidua oratione.*

Sophron. prat. spirit. cap. 184.

Abbas Ioannes Eunuchus enarrauit nobis, dicens: Cum essem in Thebaide, ingressus sum cellulam senis cuiusdam in cœnobio Abbatis Apollo; vidique, quia vbi stare ad orationem solebat, tabula erat supposita. Vbi autem genua figebat, & manus, concauum erat plus quam digitorum quatuor. Ex frequentia quippe, & vsu continuæ orationis cauauerat tabulam.

Assiduæ orationis exemplum.

VII. *Singulis noctibus Psalterium percurrit Stephanus presbyter, monetúrq; à B. Petro, ante somnum id esse, ac endam.*

Marc. Maiul. lib. 2. c. 3.

Ne vero, vt vsu venire solet, inter orandum sopore correpti dimidiatas relinquamus preces, Stephani presbyteri Constantinopolitani exemplum nos hortatur. Qui cum totum Psalterium singulis noctibus

Oratio ante somnum facienda.

noctibus perlegere moris haberet, atque aliquando citius, quam consueuerat, consopitus ipsam semilectum dimisisset, monitus est à Petro Apostolo in somnis, vti surgeret, & cœptum opus intetius perficere curaret. Quæ res argumento est, non nisi peractis finitisq; orationibus dandum esse quieti locum.

VIII. *Paulus Libycus trecentas quotidie Domino Deo flexis genibus fundebat orationes.*

Trip. hist. li. 8. c. 1. Pallad. in hist. SS. PP. c. 23. Frequens oratio Pauli Libyci.

Paulus Libycus in finibus Aphricæ, quingentorum monachorum quondam Abbas, nullo vitæ suæ die quicquam prius egit aut percepit, quam tributum quoddam velut sibi impositum, trecentas nimirum orationes genib. prouolutus, Domino reddidisset. Et ne numero forte delinqueret, trecentos lapides ponebat, & singulis orationibus lapidem mittebat in sinum. Expensis vero lapidibus orationes sciebat esse completas. Atque hi multo felicius in sinum iactati sunt, quam illi in sitellam, quibus in Senatu decerni magistratus solent: Alteris terrenus honor quæritur; alteris Paulus cælestem gloriam est adeptus.

IX. *Centum orationes constituta homini rebus publicis occupato non minoris pretii sunt, quam 300. nihil aliud agenti.*

Palladius in hist. Lausiaca c. 24.

Paulus iste, monachus optimus, graui molestia afflictus Macarium Abbatem adiit. Coactus vero afflictionis causam dicere ait: In quodam vico habitat virgo, quæ iam à triginta annis exercetur: præter Sabbathum & Dominicam, nullo alio die vescitur, sed toto tempore trahens hebdomadas facit septingentas orationes. Quod cum intellexisset Paulus seipsum reprobauit, quod vir creatus his viribus corporis, non potuerit facere plus quam trecentas orationes. Ad hæc respondet Macarius: Sexagesimus annus agitur, ex quo centum constituras facio orationes & laborans manibus, ea quæ sunt ad alimentum necessaria, & fratribus vtilia referens, nec me iudicat ratio, quod fuerim negligens. Si tu autem, cum trecentas facias orationes iudicaris à conscientia; aperte ostendis te non pure orare, vel posse plures orationes facere, quam facias.

X. *De frequenti oratione B. Marthæ.*

Marc. Maul li. c. 1.

Martham centies per diem, & centies per noctem submittere genua solitam ferunt, dum illum supra cœlos regnantem adorat, quem in terris morantem susceperisse hospitio beneficii loco habuit, non iam minus in supplicando solicita, quam olim fuerat in ministrando.

TIT. XIV. De distractionibus & impedimentis tam internis, quam externis orationis.

EXEMP. I. *Theodora Imp. ob occultam Seueri hæresim cui addicta erat, ad S. Sabæ preces denegatur proles.*

CVm S. Sabas aliquando venisset ad suburbia Constantinopolis, Iustiniano Imperatori eius aduentus significatur. Et ipse statim mittit vnum ex iuuenibus Imperatoris, & quosdam ex suis satellitibus, aduentum eius maxime honorans. Deinde eo, quo par erat, comitatu stipatus Sabas, ad ipsum deducitur. Deinde Patriarcham quoque Epiphanium, & quidquid erat apud se clarum & illustre, emittit, vt ei procederet obuiam. Neque enim terrenum aut mundanum aliquem, sed tanquam vnum ex Angelis, & ciuem supernæ Hierusalem se censebat accipere. Quem postquam adhuc procul procedentem agnouit Imperator, ille quoque cernebat aliquid simile ei, quod viderat Anastasius Imperator. Videbat enim quandam coronam eius capiti impositam eleganti quodam splendore decoratam, & micantem luce omnis generis gratiarum Visione ergo Rex obstupefactus è cathedra surrexit, & sacrum illud caput reuerenter ac iucunde est complexus. Deinde cum ab eo accepisset benedictionem, orauit vt sua quoq; coniux esset eius particeps. Cum ea autem affuisset, adorauit, & rogauit vt solueretur vitium eius matricis (erat enim petra sterilior) & vt ex se natum posset videre filium; quod quidem illa pluris faciebat, quam ipsum Imperium. Ille autem adhuc tacens solum illi precabatur, vt sospes & salua esset eius potentia. Illa vero rursum instabat, petens preces liberorum procreationis. Ille autem pergebat easdem rursus preces dicere; & aperte præseferebat, se recusare petere, vt ipsa fieret mater filiorum. Vbi vero, cum illa hoc sæpe petiisset, ipse nihilo magis annuit orationi, neque edidit preces conuenientes eius desiderio: tandem abiit Imperatrix magna affecta tristitia, quod id, quod volebat, non esset assecuta. Deinde cũ qui in preces incidissent, & maxime quicunque solent Principum gratificari cupiditati, etiamsi sint inutiles, & nihil iusti haberent, cum criminarentur, quod preces recusasset dicere, & quod Imperatricem maiori molestia afficeret: ille ægre ferens, causam aperte protulit: Sinite, dicens, ô beati. Non enim sinet Deus aliquem fructum ex ea edi, ne ipse quoque gustet Seueri dogmata, & deteriores quam prius sub Anastasio tumultus conturbent Ecclesiam Dei.

Gyrill. in vita eius ad 5. Iun. Sur. die 5. Decemb. & Bar. to. 7. Ann. an. 39. 23. 24.

Theodora Imperatrix S. Sabam sæpius interpellat pro sobole.

Proles cur aliquando denegetur à Deo.

II. *De insidiis dæmonis tempore orationis, vt vel ab ea abstrahat, vel saltem interturbet.*

Quantum nocumenti etiam adferant noxiæ cogitationes orationis tempore, notum fit ex historia, quam describit Martinus Delrio ex vetusto scriptore in vita Sancti Roberti Abbatis; Nocte quadam vir sanctus vidit malignum ad chori aditum consistere, & conari quidem sæpius ingredi, sed frustra tamen. Habebat formam rustici præcincti, nudis longisque tibiis ferentis à tergo sportulam, & ad pectus lignum funibus innexum. Cœpit porro producto collo circuire chorum

Martin. Delrio Disquisit. Magic. t. 1. q. 2. sect. 3.

Dæmonis insidiæ tempore orationis.

rum, oculos in fratres attente coniicere: si quid posset forsitan gratum sibi in aliquo cernere. At viro Dei instantius orante, & fratres à torpore excitante, improbus explorator diu frustra exspectans cum nihil se proficere videret, indignabundus ad chorum fratrum conuersorum se contulit: illic quoque cunctos curiose cõemplans, si quos videret somnolentos, cachinnans spreuit, si noxiis cogitationibus occupatos, mirum in modum tripudians applausit.

Adolescentem vagabundum tempore orationis aufert dæmon

Tandem inter nouicios reperit iuuenem quendam animo ad illicita euagantem, nec nisi solo corpore illic præsentem, imo etiam clandestinam fugam meditantem: Animaduertens igitur illum suæ sortis esse, fuscinula apprehensum, in fiscellam suam proiecit, & celeriter inde se proripuit. Cernens id vir sanctus, multum pro salute ipsius anxius & sollicitus, mane diligenter iussit illum inquiri. Sed ille, ante auroram vagus & profugus, excusso suauijugo Christi secutus erat inimicum. Adiunxit autem se hominibus sceleratis, dedituſque latrociniis non diu post captus est, & capite plexus miserrime è vita excessit.

III. *De vltione diuina in Episcopum interturbantem B. Franciscum tempore orationis.*

D Bonauentura in Vita eius cap. 10.

Orante aliquando viro Dei B. Francisco Assisinate in loco de Portiuncula, contigit eius loci Episcopum venire ad eum, vt erat solitus, visitandum. Qui mox vt locum fuit ingressus, ad cellam, in qua seruus Christi orabat, plus debito fidenter accessit: pulsoque ostiolo, intraturum se ingerens, dum caput immisit, sanctumque orantem conspexit, repentino timore concussus, obrigescentibus membris, etiam loquelam amisit. Subitoque voluntate diuina per vim foras propulsus, retrogrado pede procul abductus est. Stupefactus Episcopus ad fratres festinauit, vt potuit, Deoq; sibi restituente linguam, primo verbo confessus est culpam.

Orans non facile interturbandus.

IV. *B. Franciscus Assisias à dæmone in oratione interpellatus, ab ea auelli non potuit.*

Idem cap. 5.

Serpens ille antiquus, qui fraudulentis perniciosisque persuasionibus mortales decipere conatur, nequaquam ab oratione B. Franciscum auertere potuit: Cum enim nocte quadam orationi vacaret, vocauit eum hostis tertio, dicens: Francisce, Francisce. Cui, cum quid quæreret, respondisset, fallaciter ille subiungit: Nullus est in mundo peccator, cui, si conuersus fuerit, non indulgeat Deus: sed quicunque pœnitentia duriore se necauerit, misericordiam non inueniet in æternum. Agnouit vir sanctus in verbis dolos, & sicut cœperat progressus est, atq; etiam inde ad perferendos pro Christo labores magis exarsit: Sciebat enim inimici consilium semper exspectare, vt ad tepida reuocet.

V. *S. Hilarion in Oratione distractus quantis se periculis exposuerit.*

D. Hier. in vita eius. Dæmonum ludibria.

De Hilarione inter orandum distracto ita S. Hieronymus: Multæ sunt tentationes eius, & die noctuque variæ dæmonum insidiæ: quas si omnes narrare velim, modum excedam voluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti, quoties esurienti largissimæ apparuere dapes? Interdum orantem lupus vlulans, & vulpecula ganniens transiliuit, psallentique gladiatorum pugna spectaculum præbuit, & vnus quasi interfectus, & ante pedes eius corruens sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in terram capite, & vt natura fert hominum, abducta ab oratione mens nescio quid aliud cogitabat; Insiliit dorso eius festinus gladiator, & latera eius calcibus, ceruicem flagello verberans: Eia, inquit, cur dormitas? cachinnansque desuper, cum defecisset, an hordeum vellet accipere, sciscitabatur.

Distractionis in oratione periculum.

VI. *Cur orantes plus vexet dæmon, quam quiduis aliud agentes, aut cum hominibus tractantes.*

Apud Sur. in eius vita cap. de orat. 23. April.

B. Ægidius, vnus è Francisci Seraphici primis sociis, cui oranti infensissimus erat dæmon, rogatus, cur dæmones plus aduersarentur homini oranti, quam aliud opus pium exercenti, respondit: Si quis litem alicui intendat coram iudice, is cui lis infertur, omni studio laborat, ne contra ipsum sententia feratur: Ita & dæmon facit, nam quando pius homo Deum orat pro sua aliorumue salute, litem intendit dæmoni tanquam animarum prædoni.

VII. *Orantes grauius impugnat dæmon, quam aliud agentes.*

Ludo. Blos. Monilis spir. cap. 3. §. 5.

Quum sancta Brigitta orans tentationibus fatigaretur, dixit ei Deipara virgo Maria: Diabolus explorator inuidus quærit impedire bonos dum orãt. Tu vero filia, quacunque tentatione pulseris inter orandum, persiste in desiderio vel bona voluntate, & conatu sancto, sicut commode potes: quia desiderium & conatus tuus pius reputabitur pro effectu orationis. Etiamsi prauas ac sordidas cogitationes quæ cordi tuo incidunt, eiicere non poteris, tamen pro illo conatu coronam in cœlo recipies: ita tibi proderit illa molestia, modo non consentias tentationi, & tibi displiceat quod indecens est.

VIII. *Vt Christus emendet & perficiat defectus qui in oratione committuntur.*

Idem ibid. §. 11.

Virgo Gertrudis diuinum officium cum cæteris monasterii sui virginibus aliquando peragens singula verba attente pronũciare studebat: sed cum ex infirmitate humana sæpius mente distraheretur, mœsta dixit intra se: Et quis fructus prouenire poterit ex hoc studio, cui tanta instabilitas coniuncta est? Dominus igitur volens eam consolari, præsentauit ei dignissimum illud totius boni totiusque beatitudinis gazophylacium, nempe cor suum, & dixit: Ecce cor meum dulcissimum oculis mentis tuæ prætendo, cui omnia quæ per te minus perfecte potes, fiducialiter pro te perficienda commendã-

Cor Iesu perficit defectus in oratione.

bis

bis, ita enim omnia coram oculis meis apparebunt valde perfecta. Certe ipsum cor meum diuinum humanam fragilitatem instabilitatemque cognoscens, semper cum desiderio expectat, vt tu, si non verbis, saltem cogitatione committas ei pro te supplēdum, emendandum ac perficiendum, quicquid minus per te perficere vales. Igitur quilibet post horas expletas (quæ quidem non mente tantum legi, sed etiam ore pronunciari debent) potest hoc aut consimili modo orare: *Bone* IESV, *propitius esto mihi peccatori: Ego tepidum & districtum seruitium meum commendo mellifluo cordi tuo emendandum ac perficiendum, tibique ipsum offero ad salutem omnium, in vnione illius perfectissimæ attentionis, qua tu Patrem orasti, & laudasti in terris. Responde, quæso, satisfac & supple pro me plenissime. Amen.*

Oratio pulchra post diuinum officium.

IX. *Orantem Franciscum Borgiam variis formis apparens dæmon conatur interpellare.*

Franciscum Borgiam interpellare orantem dæmon studium sæpe fuit, nunc simii specie subsannādo, nunc gigantis instar, forma supra humanā maiore, spectrisque territando. Pintiæ cubiculo digressus, Crucis signo se muniens: Videsne, inquit, Marce frater nigrum & aspectu formidandum cacodæmonem, passim obambulantem? Quo dicto acquieuit Franciscus, animoque nonnihil sedato, erubuit; quod metum eius præ se tulisset spiritus, qui ne capillo quidem capitis detracto, nocere homini, nisi Deo concedente, queat. Interrogatus aliquando à socio, num metuisset, obambulare viso dæmone noctu per conclaue, membrumque domus; demissis ille oculis modeste respondit: Illud frater certe cōstat, Deo permittente, apparere interdum dæmones; improbis quidem, vt à flagitiis territi abstineant, vel puniantur; bonis vero, vt ad pietatem exerceantur, & merita meritis cumulent.

Pet. Ribadeneira de vita eius lib. 4. c. 4

Dæmones cur appareant.

De Oratione Dominica.

TIT. XV. De oratione Dominica in genere.

Luc. 11. 12. Matth. 6. v. 10. 11. 12. 13

Cum Christus Dominus esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite; Pater noster qui es in cœlis. &c.

Luc. 15.

Et ite prodigus in se reuersus, apud se dixit: Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei; Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

Isa. 63.

Isaias Propheta in persona peccatorum, quos adhuc reconciliandos sperabat; sic orabat: Tu Domine pater noster & redemptor noster à sæculo nomen tuum: quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis? induraſti cor nostrum, ne timeremus te: Conuerte propter seruos tuos.

EXEMP. I. [*Orationem Dominicam cur aliis anteponendam duxerit S. Iacobus Alemannus.*

Io. Ant. Flamin. in vita eius c. 9. apud Sur. 11. Octob. to. 5.

MARIA Dei mater & sancti omnes frequenter inuocandi.

S Iacobus Alemannus Ordinis S. Dominici Religiosus, orationi & contemplationi continue addictus, persoluto nocturno officio, in locum secretiorem sese subtrahebat, vbi mente & corpore Deo vacabat. Nullus præteribat dies, in quo Christi Domini gesta non recoleret, & multis cum lacrymis diros eius cruciatus acerbissimamque mortem repeteret. Cum vero iam multum orasset, & finem faceret, illud denique dicere solebat: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: succurre mihi hodie, cum Patre & sancto Spiritu in sempiternā sæcula*, Amen. Et ad gloriosam Virginem, quam præcipuo cultu venerabatur, conuersus aiebat: Aue Regina cœlorum, pro salute mea & omnium fidelium, Deinde ad sanctos omnes se conuertens, dicere solebat Sancti Dei omnes &c. Postea vero ad omnes Ecclesiæ aras accedebat, ibique à beata Virgine incipiens orabat: & vbi sacris altaris, quam Missam dicimus, semel aut sæpius, prout ocium dabatur, interfuerat ad opera manuum, quorum pæne in omni genere monasterio erat vtilissimus, reuertebatur, vt sic diuinis functus, paratior esset ac expeditior, si quid sibi agendum mandaretur. Sed nullam orationem suauiorem sibi ac iucundiorem promebat, quam Dominicam. Tunc enim putabat sibi os melle ac omni nectare compleri.

Orationis Dominicæ excellentia.

II. *Quanti momenti sit oratio Dominica pie recitata, ostendit S Iordanus Ordinis S. Dominici Generalis.*

Leander Alber. Bononien. c. 40. vita eius apud Sur. 13. Februar.

Alius eiusdem Ordinis Religiosus, subuerens, ne orationibus & deprecationibus factis à fratribus, possent eleemosynæ, vnde viuebant, persolui, suam mentem B Iordano eius Ordinis Generali exponens, petiit de ea re instrui. Cui sanctus vir respondit: Cum sint spiritualia pretii inæstimabilis respectu temporalium, constat illa in infinitum hæc præcellere, & esse incomparabiliter meliora. Vnde te scire volo, & hoc inconcusse tenere, quod si pro omnibus eleemosynis, quas comedisti, dixisti semel orationem Dominicam deuote, ad plenum persoluisti.

III. *Oratione Dominica discernuntur spiritus boni à malignis.*

In vita Alex. Pap. martyr. 3. Maii apud Sur. to. 3.

Cum S. Alexander Papa carcere angustissimo apud Quirinum Tribunum detineretur; hanc orationem ad Dominum fudit: Domine IESV CHRISTE, qui me in Cathedra Apostoli tui Petri sedere voluisti, præsta, vt salua passione, veniat ad me Angelus tuus, qui me hodie vespertino tempore perducat ad famulum tuum Hermem, & iterum matutino tempore huc reuocet, nemine sciente, donec ego huc reuersus sim. Primo igitur noctis silentio adfuit puer faculam ardentem ferens in carcerem, dixitque S. Alexandro: Sequere me. At ille respon-

dit : Viuit Dominus meus IESVS CHRISTVS, nisi flexeris mecum genua, & orationem Domini IESV dixeris: non sequar te. Puer autem, qui videbatur, non amplius, quam quinque annorum, flexis genibus orauit dimidia fere hora, surgensque dixit orationem Dominicam. Deinde apprehensa manu dextera S. Alexandri duxit eum ad fenestram, quæ erat clausa, eamque ceu ostium aperiens, cum illo exit ad Hermem in ædibus Quirini intra clausum cubiculum manentem. Postea autem eo aduenies Quirinus, eosque inueniens simul extensis manibus orantes, facemque ardentem conspiciens, terrore correptus est. Cum vero illi viderent eum prope amentem, dixerunt ei : Quandoquidem ita apud te constituerat, vt si nos, qui corporibus quidem separati, animis autem coniuncti eramus, etiam corporibus coniunctos cerneres, fidem amplecteris, iam crede, quia vides nos. Sed ne forte putes, ea causa nos tibi vinculis absoluros ostendisse, vt possimus euadere, mane rursus nos vinctos inuenies. Tuæ enim liberationis causa id fecimus, vt credas Christum Dei filium verum esse Deum, qui etiam exaudiuit in se credentes, & tibi quoque præstabit, quicquid ab eo precatus eris.

IV. *S. Caluppa à dæmonib. in serpentum specie, orationis Dominicæ virtute liberatur.*

Greg. Tur. Archiep. lib. de vit. SS. PP in vita S. Caluppæ Reclausi. Dæmones in draconũ specie apparent.

Dum oraret S. Caluppa Reclausus, serpentes super caput eius sæpius decidebant, vt ipse nobis cum lacrymis referre solitus erat : & inuoluentes se circa colium eius non minimum ei inferebant horrorem: sed quia diabolus ad speciem callidi serpentis habetur, non ambigitur eius has fuisse immissionis insidias: Nam cum ille ad hæc perstaret immobilis: nec moueretur minorum anguium ictibus, quadam die duo draconcs immensæ magnitudinis ad eum ingressi adstiterunt procul, quorum vnus, ipse dux tẽtationis, validior altero erat, qui erecto pectore suum contra os beati, quasi aliquid mussitaturus, erexit. At ille timore perterritus tanquam aheneus valde diriguit, nullumque penitus membrum mouere potens, neque manum eleuare, vt signum beatæ crucis opponeret. Cumque ambo diutissime in silentio constitissent, venit in mentem sancto, per spiritum, vt orationem Dominicam, etsi labia mouere non poterat ; vel corde clamaret : quam dum tacitus loquitur, cœperunt paulatim membra eius, quæ inimici fuerant arte deuincta, dissolui: & sentiens se manum dexteram habere iam liberam, ori signum beatæ crucis imponit: rursumque conuersus ad hydrum, pingit iterum crucem Christi aduersus eum, dicens: *Tune es ille, qui protoplastum de Paradisi habitaculo proiecisti ?* qui germani dexteram patricidio cruentasti ? *qui Pharaonem, vt populum Dei persequeretur, armasti* ? qui ad extremum ipsum Hebræum populum, vt inuidia succendente persequeretur Dominum, excitasti ? Discede à seruis Dei, à quibus sæpius superatus discessisti confusus. Tu es enim in Cain proiectus, in Esau supplantatus, in Golia prostratus, in Iuda traditore suspensus : & in illa ipsa Dominicæ crucis virtute cum potestatibus & dominationibus tuis triumphans, contritus es, Ab-de nunc, inimice, caput, & humiliare sub signaculo crucis diuinæ : quia non est tibi portio cum seruis Dei, quorum est hæreditas regnum Christi. Hæc & huiusmodi sancto dicente, Crucemque per singula faciente, draco huius vexilli virtute confusus, vicissim se humilians terræ subditur.

Vis signi S. Crucis.

Oratione Dominica & signo crucis dracones amouentur.

Ge. 4. & 4.

Exod. 5.

V. *Per orat. Dominicam cum symbolo pronunciatam concussionem membrorum hominis sanat S. Tiburtius martyr.*

Incidit aliquando S. Tiburtius Martyr in hominem de alto loco lapsum: cumque parentes cum circunfusa multitudine eum deplorantes cerneret, ipse concepta de Christi benignitate & virtute fiducia, orationem Dominicam cum symbolo super membra quassata legit, & protinus integram corporis sanitatem ei impetrauit.

Ex antiquiss. codicib. Sur. in vita S. Sebastiani 20. Ian. Petr. Ribad. in flor. SS. 11.

VI. *De puella dæmoniaca virtute orationis Dominicæ & salutationis Angelicæ liberata.*

Martin. Delrio Disquisit. Mag. to. 3. lib. 6. ca. 2. sect. 3. q. 3.

In litteris Ludouici Foris è Iaponia scriptis anno 1596. hæc narrationi extat : Nobilis quidam homo, olim magna auctoritate in hoc regno Fringano pollens habebat filiam matrimonio cum Gentili copulatam, cuius mater cum tota familia quoque erat Gentilis, nullus vero Christianus, nisi dictus nobilis, vir bonus & religiosus. Accidit filiam ex improuiso infirmari, & quidem intra sex dies vsq; ad mortem : quidam aiebant à dæmone obsessam, propterea quod tam furiosos & insolitos gestus ederet, vt ægre a duobus vel tribus hominibus teneri posset. Maritus & socer imploraruut opem Bonziorum, sed suis illi ritibus & nugis superstitiosis ne hilum quidem eam iuuare potuere. Verum quia feminæ impendebat mors, certiorem reddidere eius parentem, octodecim milliaribus inde disiunctum. Is celerrime aduolat, inuenit filiam quidem spirantem, sed mentis impotem, vt patrem suum non agnosceret. Pater illico mandat submoueri omnes Bonzios, aliosque Ethnicos lectum stipantes: ipse vero accepto rosario, ter Dominicam orationem & salutationem Angelicam aggreditur pronuntiare: femina interim nihil mutatur, sed horribiliores potius gestus, quam prius edit, vt à multis teneri vix posset. Pater redit ad præsidium rosarii, eo verberat tergum filiæ dicens : Tu videre mihi dæmon aliquis, excede ex hoc corpore, Et respondit dæmon: Non excedam, Pater, vt homo virtute præstans, rosarium incussit in eius collum, dicens : Velis nolis excedes. Tum dæmon; Tollite, inquit, rosarium, quia abscindit mihi collum, & tunc recessero. Respondit pater; Minime tollam, immo funes quosdam arripiens minatus est se eum diuerberaturum: & sic dæmon excessit.

Orationis Dominicæ & salutationis angelicæ virtute liberatur puella dæmoniaca.

VII. De

VII. *De vulnere incurabili virtute Orationis Dominicæ, Symboli, &c. sanato.*

Ex Formicario Ioan. Niderij lib. 5. cap. 4.

Noui veteranam quandam virginem, quæ Seriosa nomen habuit in diœcesis Constantiensis finibus. Hæc mater omnium in vicina existens virginum & speculum, ad viuificæ crucis signum, & ad Christi passionem summam gerebat fiduciam, manebat autem in tugurio villagii pauperculi, ipsa voluntate pauper in terra, vbi nonnunquam maleficia satis locum habere dignoscuntur. Huius amicus in pede graui læsus maleficio, à quo nulla arte sanari poterat. Post multa autem incassum adhibita remedia, visitauit prædicta virgo infirmum, qui ab ea petiuit, vt pedi benedictionem aliquam applicaret, annuit illa, & silenter tantummodo orationem Dominicã, & Apostolorum Symbolum cum geminatis viuificæ crucis signis applicuit. Tunc statim infirmus curatum se sentiens, scire voluit in remedium futurorum, quid carminationis virgo applicasset. Quæ respondit: Vos mala fide, vel debili diuinis & approbatis exercitiis Ecclesiæ non inhæretis, & carmina, ac remedia prohibita crebro vestris infirmitatibus applicatis; idcirco raro in corpore & semper in anima per talia lædimini. Sed si in oratione, & signorũ licitorum efficacia speraretis, faciliter sæpe curaremini. Nihil enim vobis applicati, nisi Dominicam orationem, & Apostolorum symbolum, & iam sanati estis.

Vis Orationis Dominicæ.

Seriosa virgo maleficium curat.

VIII. *De Oratione Dominica sæpius repetenda.*

Ex Guidone V. Priore I. Carthus. Sur. 1. April.

S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus litanias & orationes ecclesiasticas die noctuque incredibili instantia frequentabat, ita vt nocte vna licet infirmus & imbecillitate affectus, Dominicas orationes trecentas expleuerit: cumq; à seruientibus sibi coriperetur, quod hæc agendo non solum suo fatigationem corpori, sed etiam augmenta præberet, respondebat ille non solum non hinc suis incrementa miseriis, sed insuper magna prouenire remedia.

IX. *Inimicitias fouens orationem Dominicam recitare non potest.*

Ex litt. an. Societ. an. 1584. In colle Tolet. Prouinc. Aquitaniæ.

In Tolosana ciuitate quidam quamuis gereret inimicitias, à frequentandis tamen templis consuetisque precationibus non discedebat: sed vnam precationem Dominicam, cum cæteras posset, septem circiter mensium spatio recitare non poterat. Re cum sacerdote nostro communicata, de eius sententia conuenit inimicum, ab eoque non quidem ab offenso, sed ab eo, vnde ipse offensus esset, veniam postulat: factaque reconciliatione gratiæ, ad eam quoque precationem lingua soluta est.

TIT. XVI. De præsentia Dei.

Iudic. c. 7. *Gedeon dux belli de præsentia Dei multiplici signo confirmatus, Madianitas feliciter debellat.*

Præsentia Dei consideratio hominem ab impietatis studio vel sola auocare debere. *Psal. 15. 8.*

Quod de se fatetur Prophe a Regius, dicens: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Susanna eadem consideratione corroborata grauissimam lapsus carnis tentationem vicit. *Daniel. 13.*

Eadem quoq; cogitatione armatus glorioſus populi Iudaici Dux Iudas Machabæus, omni fiducia in Deum proiecta clarissimam de potentissimo hoste Nicanore retulit victoriam. *Mach. 15.*

S. Abel ideo gratissimus extitit, quod in omnibus actionibus suis Deum præsentem reputaret. *Ioseph. lib. 1. Antiquit.*

EXEMP. I. *Per recordationem præsentiæ Dei cuiusis peccato resistitur.*

In quæstionibus diffusè explicatus q. 20. & alibi.

D. Basilius interrogatus: Cuius animus temerè euagatur, otioque se dat? quis frequenter irascitur? quis humanas laudes auidè captat? quis ad opera spiritualia piger est? quis actiones suas ad Dei gloriam non refert? quis inter orandum mente semper distrahitur? ad hæc singula hoc vnum respondit: Qui non semper cogitat, Deum cogitationum & actionum suarum inspectorem esse. Hæc enim vna recordatio si assidua esset, contra omnia vitia sufficiens remedium esse posset.

Præsentiæ Dei recordatio quam vtilis.

II. *Vt per memoriam præsentiæ diuinæ publicam meretricem à peccato reuocauit S. Ephræm Syrus.*

In vita eius apud Metaph.

Cum S. Pater Ephræm Syrus diuersaretur in Epessa vrbe, casu iuxta eius hospitium mulier parum verecunda habitabat; quæ, cum ille per complures dies in vrbe commoraretur, dixit ad eum: Benedic, Domine Abba: Et fixis oculis fenestram intuens, vidit illam prospicientem: aitque ad eam. Deus benedicat tibi. Ad quem illa: Quid tuo deest septo, atque domicilio? Cui sanctus: Tres lapides, & argilla modica, vt fenestra obstruatur, per quam prospicis. Cui ipsa respondit, dicens: Cum primum te alloquor, reiicis me, egõ dormire tecum cupio, & tu vel à collocutione me excludis? Respondens autem illi seruus Dei Ephræm, ait: Si mecum dormire velis, veni quo dixero tibi, vt ibi simul dormiamus. Ad quem meretrix: Dic mihi, inquit, locum, & veniam. Et Sanctus ad illam: Si condormire mihi cupias, non poteris alio in loco, nisi in Vrbe media. Respondens autem illa dixit ad illum: Et non erubescimus conspectum hominum? Et respondens magnus Ephræm dixit ei: Si homines erubescimus, multo magis Deum erubescere, simul & timere oportebit, qui nouit etiam occulta hominum: quoniam ipse est, qui veniet iudicaturus mundum, & redditurus vnicuique secundum opera sua. Hæc audiens meretrix compuncta est ex verbis illius, & accedens procidit ante pedes eius plorans, dicensque: Serue Dei deduc me in viam salutis, vt à multis meis malis operibusque improbis liberer.

Memoria præsentiæ Dei fugiendum peccatum.

Præsentiæ Dei anti-

Sanctus

dotoscortũ publicum ad virtutis studium reuocatur.

Sanctus autem senex multis eam admonens ex Sacra Scriptura, confirmansque illius pœnitentiam, misit ipsam in monasterium, & saluauit eius animã ex cœno flagitiorum.

III. *Vt eadem arte & aliam meretricem ad fœditatem & iram eum prouocantem impediuerit.*

Ibidem.

Cum idem S. vir Ephræm alio se conferret, fraudulenter accessit ad eum, & alia meretrix, quę assentatorie eum ad turpẽ pertrahere nitebatur commistionem, sin minus, saltem vt ad indignationem ipsum commoueret, quod nemo vnquam illum vidisset iratum. Qui dixit ad illam: Sequere me. Cum autem iam appropinquaret ad locum à magna ciuitatis turba frequentatum, dixit ad eam: Isto in loco, veni, faciamus vti cupis. At illa videns turbam dicit ad eum: Quomodo poterimus istud hic agere; in tanta hominum præsentia, nonne nos pudet? Et ait ad illam: Si homines erubescis, quanto magis erubescere oportet Deum abscondita tenebrarum redarguente? At illa confusa re infecta abiit, nihil perficere cum illo valens, & ne adiram quidem eum concitare.

IV. *Sola Dei præsentia mœrorem propellit S. Gregorius Agrigentinus.*

Ex Simeo. Metaphr. Sur. tom. 6. 23. Novemb.

Cum S. Gregorius Agrigentinus Antistes adhuc adolescens Hierosolymam, sanctorum locorum venerandorum causa, profectus est, tempore Quadragesimæ in quoddam monasterium Palæstinæ diuertit; vbi & conspexit monachos eximia in Deum religione præditos, & alios quidem in cœlestium rerum meditatione à terra sursum attolli; alios lacrymarum quasi fontibus inter precandum perfundi; alios non aliam quam Angelicam traducere vitam, vehementi cœpit pudore suffundi, & de salutis suæ statu conturbari. Quod cum Præfectus monasterii animaduertisset, suspicatusque esset id euenisse, quod longius à patria amicisque abesset, in hęc verba eum allocutus est: Fili, ne animum nimio mœrore obruas, confide in Deo, breui patebit tibi reditus in natale solum. Verum, ita respondit Gregorius: Non ea causa mei mœroris est, quod longe à conspectu eorum absim, sola enim præsentis vbiq; Dei contemplatio ad illum repellendum mihi satis est; dum enim cogito me continenter in eius versari conspectu & tutela affatim solatii accipio: id vero vnum me angit, quod iam longe absim à vitæ veræ religiosæ perfectione. Hoc responso audito, Pater digressus est, intelligens non indigere suo solatio eum, qui ad perfectionis culmen iam peruenisset, & alios solari posset.

V. *Dositheum Dorothei Abbat. discipulus præsentia Dei exercitatione perfectionem assequitur.*

In vita Dosithei.

Refert S. Dorotheus Abbas, sic clarissimos discipulo suo Dositheo, cum vitam monasticam arripuisset, hoc præceptum dedisse aureis literis describendum: Nunquam cordi tuo Deus excidat; cogita semper Deum tibi præsentem, & te coram illo stare. Fecit hoc Dositheus sedulo, adeo vt nec in ægritudine quidem, licet grauissima & extrema cogitationem tam salutarem dimiserit. Atque hac exercitatione cõsecutus est, vt quinquennii spatio, ex milite nobili, adolescẽtulo dissoluto, vitiis ante cooperto & luxu seculi perdito, sanctissimus iuuenis & monachus perfectus euaserit; & post obitum quibusdam sanctitate claris per visum inter beatos anachoretas tum in cœlo regnantes conspectus fuerit.

Præsentia Dei mediũ efficax ad assequendã perfectionem.

VI. *Christi Domini præsentia munitur miles Christianus aduersus pericula impendentia.*

In vita eius.

Diuo Antonio Magno, Athanasio teste, in quodam spirituali conflictu, quo & ipse vapulando, & dæmones eum dirissime pæne ad necem vsque verberando pariter defatigati fuerunt, hoc vnum dolori erat, quod Deum sibi in certamine præsentem nõ fuisse existimaret. Nam mox vt Dominus visendum se præbuit, & duelli se spectatorem fuisse professus est, omnis mœror recessit, viresque animi cumulatiores redierunt; Idemque fratribus suis inculcare solebat, in auertendis omnibus Satanæ telis firmissimum esse in Deo præ oculis habendo præsidium.

VII. *De Thaide meretrice per præsentia Dei omnia videntis recordationem opera Pafnutii ab impuro scelere reuocata.*

Sabellic. lib. 5. exemp. c. 1. Marul. lib. 4. cap. 10.

Memorabili etiam exemplo Pafnutius Abbas Thaidem, nobile scortum, à meretricio quæstu ad pœnitentiam compulit, qui secreto ab ea impetrato metum & trepidationem simulans identidem ab ea quæreret an, si congrederentur eos visurus esset aliquis? Cum negaret illa ab vllo se videri, præterquam ab ipso Deo, qui omnia cerneret, omnia sciret: Ergo, inquit ille, credis Deum nihil latere, & coram ipso peccare non erubescis, qui tua puniet, & omnium scelera? Est enim iustissimus. Subiit meretricis animum tempestiua Pafnutii exprobratio, obortisque lacrymis illico ad pœnitentiam conuersa, omnia, quæ sibi meretricio quæstu parauerat, in foro congesta populo spectãte combussit, eiusdemque Abbatis consilio, fœminarum monasterium ingressa cellæ se inclusit, lugens peccatum suum, pane tantum & aqua vitam sustentans, ipsumq; Dei nomen proferre non ausa, orabat, dicens: Qui plasmasti me, miserere mei. In tali labore triennio exacto, Paulus Antonii discipulus in quiete vidit supra cœlum, positum cubile auro gemmisque refulgens arte ineffabili ac decore constructum; & cum rogasset, an illud Antonio esset paratum accepit, non Antonio, sed Thaidi meretrici. Educta ergo de cellæ carcere quintodecimo die migrauit ad Dominum, & cœlestem thalamum feliciter possedit, quę terrenum & impudicum aliquando possedisse dolenter tulit.

Thais meretrix quia à scelere abducta.

Thaidis pœnitẽtia.

Pauli Eremitæ de Thaide visio.

VIII. Ne

VIII. *Sanctorum hominum præsentiam quomodo interdum formidemus.*

In vita eius apud Sur. tom. 3.

De S. Romualdo Abbate scribit Petrus Damianus, Rainerum Tusciæ Marchionem vanitatibus mundi alioquin & potentia tumentem, solitum dicere, sibi non Imperatorem posse tantum metum incutere, non vllum mortalium, quantum se Romualdi terreret aspectus: ante eius quippe vultum, neque quid diceret scire: neque quibus se defenderet, excusationes inuenire. Habebat reuera vir sanctus hanc ex diuino munere gratiam, vt quicunque peccatores, præsertim potentes seculi in eius præsentiã veniissent, mox, vt ante Maiestatem Dei, territi formidarent. Sanctus nimirum Spiritus, qui pectori eius insidebat, hunc terrorem iniustis intentabat. Vbi ergo Deum habemus præsentem, si verè apprehendimus, docebit ipsa ratio, quid tanti Domini sapientia ac dignitas requirat, ni velimus confundi.

IX. *Ad præsentiam Cæsarij Ep. extimescit Theodoricus Gotthorum Rex ira commotus.*

Hier. Rub. lib. 3. hist. Rauennat. an. Dom. 510

Theodoricus Gotthorum Rex, in accersitum ad se Rauennis Cæsarium Antistitem Arelatensem, nescio ob quam impositam calumniam, non exclamauit, neque aspera verba effudit, quæ animo conceperat; sed eo viso, protinus commotus est totus; atque nudato capite reuerenter inclinatus ad se venientem comiter salutauit, tum ad suos conuersus; tantæ mutationis causam nõ esse aliam, quam quod in ipso vultum non humanum, sed Angelicum notasset, asseruit.

Videntes turba paralyticum à Domino curatum glorificauerunt Deum, qui dedisset potestatem talem hominibus. *Matth. 9.*

Claudus à Petro sanatus intrauit cum Apostolis in templum, ambulans & exiliens, & laudans Deum: & omnes glorificabant Deum. *Act. 3. & 4.*

Gratias agebat Paulus pro beneficiis sibi & aliis à Deo collatis: Gratias ago Deo meo, qui me confortauit in Christo, qui primus fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum. *1. Tim. 1.*

EXEMP. I. *Pro beneficiis in bello acceptis Deum esse laudandum.*

HEnricus tertius Imperator, difficili potitus de Abba Vngarorum tyranno victoria, vt meritas Deo gratias ageret, depositio paludamẽto, sumptoque cilicio, nudis pedibus, porrecto humi pectore, ac profusis coram legionibus lacrymis, ante sanctũ Crucis signum procidit, & immortalem diuinæ benignitati gloriam retulit. Eadem quoque religione vniuersus exercitus Deo laudes, ac sacros hymnos concinere visus est, vt Imperatoris exemplo diuinum beneficium recognosceret. *Ant. Bonfinius lib. 2. Dec. 2.*

Gratiarum actio pro beneficio accepto.

II. *Aliud pro re simili exemplum.*

Henricus quintus, Anglorum Rex, nobili illa ad Dagincurtum pugna, victis Gallis flexis genibus, multis orauit precibus, Deoque immortali egit gratias, & eam diem, quæ diuis Crispino & Crispiniano sacra est, solennem perpetuo habuit. Inde per totum regnum supplicationes multorum dierum ad omnia templa decretæ sunt. *Polyd lib. 22. hist. Anglor.*

Supplicationes in gratiarum actionem institutæ.

III. *Pro quibus beneficiis gratias agere maximè solitus sit Alphonsus Rex.*

Alphonsus Aragonũ Rex Deo optimo maximo pro omnibus semper beneficiis merito gratias cum ageret: ob tria tamen beneficia in primis sẽ gratum Deo animum exhibere dicere solebat: primũ, quod ipsum hominem, non bellua creasset: alterum, quod Christianum: tertium, quod tot & tantorum regnorum Regem & dominum. Testis est ipsemet in oratione contra Turcas. *In oratione eius contra Turcas.*

IV. *De nomine Domini à B. Wolfgango Ratispon. Epis. frequenter & sanctè vsurpato.*

Cum Otto Imperator secundus, ob illatam sibi à Lothario Francorum Rege iniuriam, Franciam hostili animo & manu ingressus Lutetiam vsque peruenisset, in reditu, ad fluuium quendam peruenere, cuius aquæ intumuerant, ita vt multi illic mergerentur. Vbi autem beatus Wolfgangus Antistes Ratisponensis cum suis eo peruenit, rũm præsenti periculo commotus suspexit in cœlum, & tum sibi, tuis suis benè precatus atque benedicens, iussit suos incunctanter transire flumen. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis interim à tergo acriter instan- *Ex Lamberto & Segeberto. Baron. tom. 10. an. 878. 3.*

PETITIO PRIMA.

Sanctificetur nomen tuum.

TIT. XVII. De sanctificando Dei nomine.

1. Esdr. 8. *Esdras sacerdos cum à Xerxe Rege impetrasset reditum cum Iudæis in patriam, Deo gratias submissè egit, quod eam sibi gratiam apud Regem conciliasset.*

Tob. 8. *Raguel cum Anna vxore Deo magna cum lætitia gratias egerunt, quod Tobiam cum Sara filia matrimonio iunctum incolumes seruasset.*

Daniel. 1. *Tres pueri in camino ignis magnificè Deum collaudarunt, & nomen eius sanctificarunt.*

1. Machab. 4. *Mundato templo sub Iuda Machabæo, adorauerunt Iudæi, & benedixerunt in cœlo huius prosperitatis auctorem.*

Luc. 1. *Beata virgo, audita salutatione Elisabethæ, in vocem laudis prorupit, pro beneficiis sibi & toti mundo collatis.*

Luc. 1. *Nato Ioanne Baptista, Zacharias pater recuperata voce Dominum prophetando laudauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israël.*

Nomen Domini semper in ore S. Wolfgangi.

tibus: ille primus in nomine Domini (quod semper in eius versabatur ore fluuium ingressus) suos armauit. Nec quisquam eorum vllum expertus est periculum. Tunc vero omnes id admirantes, præ gaudio in Dei laudes eruperunt. Sed vir humillimus, ne id in publicum efferrent, obnixe eos rogauit.

V. *De nomine* IESV *literis aureis in corde B. Ignatii martyris post mortem inuento.*

D. Th. Aquinas in Opusc. de exc. ecclesiast. erat. Dominica.

Beatus Ignatius in tantum nomen Christi dilexit, vt cum Traianus requireret ab eo, vt nomen Christi negaret, respondit: quod de ore eius remoueri non posset; & cura ille minaretur, sibi caput abscindere, & Christum de eius ore remouere, dixit: Etsi de ore abstuleris, nunquam tamen de corde eripere poteris. Hoc enim nomen cordi meo inscriptum habeo; & ideo ab eius inuocatione cessare nō valeo. Quod audiens Traianus, & probare cupiens, Dei seruū absciſſo capite, cor eius extrahi iussit, & inuentū est habens nomen Christi in se scriptum literis aureis. Posuerat enim super cor suum hoc nomen quasi signaculum.

VI. *Quanto honore ac reuerentia Dei nomen sit prosecutus B. Franciscus Assisius.*

S. Bonau. in vita eius c. 10.

Dei nomen B. Franciscū mire afficit.

Franciscus psalmos cum tanta mentis attentione, dicebat, quasi Deum præsentem haberet: & cum nomen Domini in eis occurreret, præ suauitatis dulcedine labia sua lingere videbatur. Ipsum quoque Domini nomen non solum cogitatum, verum etiam prolatum, & scriptum, reuerentia volens honorare præcipua, fratribus persuasit aliquando, vt omnes schedulas scriptas vbicunque repertas colligerent, mundoque loco reponerent, ne forte sacrū illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem IESV cum exprimeret, vel audiret; in bilo quodam repletus interius, totus videbatur exterius alterari ac si mellifluus sapor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum.

PETITIO SECVNDA.

Adueniat regnum tuum.

TIT. XVII. De desiderio patriæ cœlestis.

Matth. 3. *Regnum cœleste illud est, ad quod refertur ac terminatur omnis Euangelii prædicatio: inde enim D. Ioan. Baptista exortari cœpit ad pœnitentiam: Pœnitentiam agite, approp. quabit enim regnum cœlorum.*

Saluator humani generis inde quoque fecit sua prædicationis exordium.

Luc. 4. 43. *Præterea cum quidam eum retinere cuperent, attulit illam causam necessariæ projectionis: Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum.*

Phil. 1. 23. *Sitiens admodum erat regni cœlestis D. Paulus, cum diceret. Cupio dissolui, & esse cum Christo: & rursum, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.*

EXEMP. I. *Quanta cum voluptate cœlestia contemplatus sit, ac simul optarit S. Osualdus Wigornienſis Episcopus migraturus.*

Apud Sur. d. 29. Oct. c. 15. to. 5. & Bar. to. 10. ad an. 992.

ANNO Domini 992. magnus ille Osualdus Wigornienſis in Anglia Episcopus vbi sedisset annis triginta, ex hac vita sic migrauit in cœlum: Die quadam (ait fidelissimus scriptor vitæ illius) egressus cum suis ex oratorio, sub dio stans, in cœlum intentissime oculorum aciem defixit, Christum, quem suspirabat, pio corde & ore attentius orans. Nec vero oculos, vt fit, cito retraxit, sed perinde ac si noui quidpiam cum summa animi voluptate contemplaretur, diutissime in eo, quod intuebatur, defixus fuit: rogatus, ecquidnam videret, ita respondit: Contemplor id quo tendo, idque craſtino die, etiam me tacente, res ipsa vobis declarabit. Æterna namque beatitudo, cuius causa in terris hucusque laboraui, nunc instat. Nec ante craſtina occumbet lux, quam me in eam Dominus meus, sicuti est pollicitus, introducat. Reuersusq; in oratorium, conuocatis fratribus, hortatur eos, vt impendant ipsi ministerium sacræ vnctionis cum viatico Dominici corporis. Nocte sequente oblitus aduersæ valetudinis suæ, in templum se contulit, officium diuinum expleuit, & reliqua noctis spatia in Dei laudib. expendit. Mane, soluto more linteo præcinctus pedes pauperum lauit, atque extergens, quindecim psalmis, quos in illo ministerio dicere solebat, persolutis, subiunxit *Gloria Patri & Filio.* Cumq; pauperes pro more gratias agentes surgerent, ille autem diceret, *Spiritui sancto*, ante illorum pedes in manus Christi spiritum reddit. Cum autem corpus eius ad ecclesiam, quam construxerat, deferretur, niu a columba è cœlo descendens, expansis alis, lento volatu illud protegere visa est. Igneaque quoque sphæra cælitus lapsa super ferretrum apparuit, depositoque ante altare sacro corpore, visio illa tanquam locum sepulturæ eius designatura ad australem ecclesiæ plagam iuxta altare diuertit; sicque ab oculis intuentium subducta est, &c.

Extremæ vnctionis sacramentum.

Ad Gloriam Patri furgendum.

Columba niuea S. Osualdi defuncti corpus protegit.

II. *Quanto vitæ æternæ desiderio arserit S. Nicolaus Tollentinas Ordinis Fratr. Eremitarum S. Augustini.*

In vita apud Sur. d. 10. Sept.

S. Nicolaus Tollentinas sex totis ante obitum mensibus paulo ante nocturnas preces, singulis noctibus suauissimum Angelorum concentum audiuit, quibus quasi prægustationem futuræ vitæ præbebat. Itaque quo illum eius vitæ desiderio afflisse credimus, ad cuius iucunditatem tam iucunde inuitabatur? Declarauit ipse, qui frequenter illud Apostoli dictum in ore habebat: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Quin idem etiam, cum reiolutionis tempus

Angelorum melodias audit moriturus S. Nicolaus. *Phil. 1.*

tempus instaret, in extremo spiritu voces fundere cœpit lætantis atque gestientis: cuius inusitati gaudii cum fratres, qui aderant, causam quæsissent; attonitus ille, vixque sui compos præ magnitudine rei, Dominus meus IESVS CHRISTVS, inquit sanctissimæ Matri suæ, & Augustino Patri nostro innixus mihi dicit: *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* In quibus verbis expirauit.

S. Nicolao morienti præsto est Christus cum B. Virgine, & B. Augustino.

III. *S. Monica D. Augustini mater migratura de regno cœlesti cum filio agit, ingenti illius desiderio flagrans.*

D. Aug. li. 9. Confess. c. 10. & 11. 1. Cor. 2.

Imminente die, quo ex hac vita exitura erat Monica D. Augustini mater, apud ostia Tiberina, vbi tunc erat, diu collocuta est cum filio de regno cælesti, qualis nimirum futura esset vita æterna Sanctorum, *quam ne oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.* Inhiantes ore cordis in superna fluenta fontis vitæ æternæ perambulabant gradatim cuncta corporalia, & ipsum cœlum, vnde sol & luna & stellæ lucent super terram, attingentes regionem vbertatis indeficientis, vbi Deus pascit Israel in æternum veritatis pabulo, vbi vita sapientia est, per quam fiant omnia ista, & quæ fuerũt, & quæ futura sunt, &c. His itaque, & aliis inter se dictis, & mundo ipsis inter verba vilescente cum omnibus delectationibus suis, tum illa ait: Fili, quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic sim, nescio, iam consumpta spe huius sæculi. Vnum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, vt te Christiani Catholicum viderem prius quam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, vt te, etiam contempta felicitate terrena, seruum eius videam. Quid hic facio? Et cum illa, absente filio, ibi ageret cum quibusdam amicis de contemptu vitæ huius & bono mortis: illis stupentibus virtutem fœminæ, quærentibusque, vtrum non formidaret tam longe a sua ciuitate corpus relinquere? *Nihil*, inquit, *longe est Deo, neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine sæculi, vnde me resuscitet.* Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est.

Colloquiũ B. Augustini cũ matre de regno cœlorum.

Regni cœlestis desiderium in Monica.

Præclarum S. Monicæ responsum.

IV. *Cum lacrymis cœlestis regni desiderio vehementer afficitur B. P. Ignatius Loiola.*

Petr. Ribaden. lib. 5. de vita eius c. 1. Philip. 1.

Ignatius Loiola Societatis Iesu Institutor, tam ardenti desiderio tenebatur ex hoc carcere & vinculis euolandi ad Christum, vt quoties de morte sua cogitaret, temperare sibi à lacrymis præ lætitia non posset: *Dissoiui enim, & esse cum Christo*, multo magis melius sibi existimabat. Neque vero, vt summum suum bonum consequeretur tantum, & in beatissima illa visione conquiesceret, Christi videndi desiderio flagrabat, sed (quemadmodum amici experere præsentiam amicus solet) vt iucundissimo, multoque felicissimo illius perfrueretur aspectu.

PETITIO TERTIA.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

TIT. XIX. De voluntate nostra diuinæ accommodanda, siue de obedientia legi Dei exhibenda.

Noe diuinum sequutus oraculum arcam iuxta Domini mandatum fecit, fabrefactam rexit, cataclysmo omnia obtinente. Ideoq; & ipse cum tota domo seruatus, seruataque cum eo animalia omnia cœli & terræ. Gen. 6. & 7.

Abram filius Thare, præcipiente Domino, ex patria Hur Chaldæorum in terram Chanaam ingreditur. Gen. 12.

Israelitæ per desertum ambulantes, ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium eius deponebant, & bene illis erat. Num. 9.

Cum Heli ex Samuele cognouisset, quod Dominus ei dixerat, respondit; Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. 1. Reg. 3. 18.

Christus Dominus cœlesti patri obsequendum esse declarauit, cum dixit Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Ioan. c. 4.

Idem mortem oppetiturus, positis genibus orauit, dicens: Pater si vis, transfer calicem istum à me: verumtamen non mea, sed voluntas tua fiat. Luc. 22. 42.

Saulus persecutor Ecclesiæ Damascum profisiscens, fulgure afflatus, & in terram prostratus, audiens verba Iesu Nazareni, ait: Domine quid me vis facere? Act. 9.

Cœcus illuminatus superbos Iudæorum cauillos aduersus Christum Dominum iactates grauiter refellens, dicebat: Scimus Deum peccatores non audire, sed si quis Dei cultor est, voluntatem eius exequitur, hunc exaudit. Ioan. c. 9.

Cum Apostoli Pauli vincula Agabus Propheta prædixisset, & discipuli rogarent, ne ascenderet in Ierusalem, respondisset q; Paulus: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Nam ego non solum vinciri, sed & mori paratus sum in Ierusalem pro nomine Domini Iesu. Lucas & alii discipuli acquiescentes dixerunt: Domini voluntas fiat. Act. c. 21.

EXEMP. I. *Voluntatem Dei agnoscit S. Polycarpus, vt in persecutione comprehenderetur.*

CVm S. Polycarpus Smyrnensis Episcopus à fidei Christianæ persecutoribus quæreretur, affectu & amore fratrum coactus est in alium locũ migrare: quo tamen, paulo post, persecutores venerunt, ac duobus eius loci pueris comprehensis, vnum ex illis, verberibus eo adegerunt, vt illius indicio ad diuersorium Polycarpi duct. sint. Huc itaque illi sero ingressi, illum in superiore loco domus iacentem repererunt; vnde illi possibile erat in alias ædes transmigrare, sed hoc cum facere noluisse, dixisseq;: Domini voluntas fiat. Euseb. lib. 4. Eccl. hist. c. 15

II. *Augusta Theophili Imp. vxor, mulier impia, omnia à Dei voluntate pendere fatetur.*

Niceph. Call. lib. 13 hist. eccl. c. 13.

Accidit aliquando, vt Imperatoris Theophili filius graui morbo corriperetur: & Augusta de puero ne quid humanitus ei accideret, cum timore solicita Epiphanium Salaminis in Cypro Episcopum accitum, vt pro salute eius oraret, petiit. Et ille puerum conualiturum esse pollicitus est, si Dioscorus

Hæretici vrbe arcendi.

hæreticus cum suis vrbe exigeretur. Eudoxia autē: Filius quidem, inquit, meus, si Deus volet; viuet. Sin eum, qui dedit, auferre constituit, eius voluntas fiat.

III. *Vt voluntati diuinæ se submiserit S. Aldegundis.*

Hucbaldus Elnonensis in vita eius c. 2. apud Sur. 11. Nouemb.

S. Aldegundis cum adhuc in ædibus parentum moraretur, variis illustrationibus diuinis non mediocriter consolata, de die in diem in amore virtutum proficiebat, & vt perseuerando magis proficeret quotidie, maiora videbat. Siquidem apparet ei puella, quasi de itinere veniens, & à Dei genitrice se missam affirmans, vt quod vellet, postularet: at illa mox alacriter respondit, id se desiderare, quod Dominus vellet, Christique voluntatem in se fieri præoptare.

IV. *In re aduersa vt se Dei voluntati resignarit Franciscus Borgia Dux Candiæ.*

Petr. Ribadeneir. lib. 1. de vita eius c. 12

Cum Franciscus Borgia & Leonora eius vxor annos duodeuiginti sine querela simul vixissent, prior illa diuturno morbo confecta tandem decessit. Lēto nimirum dolore expiari crimina, si quæ forte contraxisset, voluit Deus. Afflixit igitur & ille casus Francisci, quamuis constantem animum: quod altera sui parte spoliari se videret liberorum matre, & dolorum, curarumque socia. Ægrotante illa, orare frequentius, piorum etiam hominum precibus adhibitis eleemosynis, atque ieiuniis. Solus aliquando conclaue, remotis arbitris, ingressus, obnixe, lacrymis fusis, obtestabatur Deum, saluam coniugem superstitemque vellet: cum ecce tibi vocem quandam interiorem clare audire visus est, vt post ipse retulit, quæ diceret: Vxorem si diutius superesse vis, arbitratu tuo fiat: at tibi non expedit. Quare turbatus minime dubitauit Dei vocem esse. Parendum itaque: tacite enim redargui, quod, quid peteret, ignoraret. Rursus vero in lacrymas iit hisce admistis vocibus: Domine Deus, vnde hoc mihi, vt arbitratui committas meo, quod in tua solius est potestate? Mea permagni refert tuam sequi in omnibus voluntatem. Quis enim te nouit rectius, quid è re mea sit? tua itaque voluntas fiat: nec de vxore solum sed de liberis etiam statuas supplex oro.

Dei voluntati se submittit Fr. Borgia.

TIT. XX. Deum facere voluntatem timentium.

Idem. c. 9. 31. *Cæcus illuminatus superbos Iudæorum cauillos aduersus Christum Dominum iactatos grauiter refellens, dicebat: Scimus Deum peccatores non audire; sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius exequitur, hunc exaudit.*

EXEMP. I. *De Abbate sene cupienterem sacram facere & sumere, mirabiliter translato, vt eius satisfieret desiderio.*

Sophron. Prat. spir. cap. 127.

NArrauit nobis Abbatissa Damiana solitaria mater Abbatis Athenogenis Episcopi Petrensis dicens: Erat quidam Abbas in sancto monte Sina nomine Georgius miræ virtutis & abstinentiæ vir. Huic Abbati Georgio magno sabbati die in cellula sua venit desiderium faciendi sacrum diem Resurrectionis in sancta ciuitate, & sumere veneranda mysteria in sancta Christi Dei nostri Resurrectione. Per totum ergo diem senior huiusmodi cogitatione solicitabatur & orabat. Cum itaque sero factum esset, venit discipulus eius dicens ei: Iube, Pater, vt eamus synaxim. Senex autem respondit ei: Vade, & tempore sanctæ communionis veni ad me, & pergam. Manfit itaque senex in cellula. Cum autem aduenisset tempus sanctæ communionis in sancta Resurrectione, inuentus est senex prope Archiepiscopum beatum Petrum qui præbuit tum illi, tum presbyteris sanctam communionem. Videns igitur eum Patriarcha, dixit Mennæ assessori suo: Quando venit Abbas montis Sinai? Respondit ille: Per orationes vestras, Domine non vidi illum, nisi nunc solummodo. Tunc ait Patriarcha. Dic illi vt non recedat: volo enim vt mecum sumat cibum. Ille vero profectus id dixi seni. Qui ait: Voluntas Dei fiat. Cum ergo salutasset synaxes, adorato sancto monumento, inuentus est in cellula sua. Ecce discipulus eius pulsauit, & dixit: Pater veni vt communices. Senex vero profectus in Ecclesiam cum discipulo suo, iterum sumpsit veneranda mysteria.

Sacram Eucharistiam appellat veneranda mysteria. Communio paschalis.

II. *De fonte ad lacrymas orantis diuinitus erumpente.*

Theodoret. in hist. Religiosa SS. PP. c. 22.

Theodoretus in historia Religiosa, beatissimi Anachoretæ Iuliani vitam describens hoc ad rem nostram memorat exemplum: Adolescēs quidam nobili loco natus, sed molliter educatus maiorem autem ostendens promptitudinem & animi alacritatem, quam vires ferre possent, supplex petiit à sene, vt esset illi viæ comes eunti in solitudinē, non eius quidem, quam omnes obibant quotidie, sed longissimæ, & qua sæpe eratocto & decem diebus peregrinandū. Is autem erat celebertimus ille Asterius. Cum autem diuinus senex prohiberet iuuenem, & vitæ instaridam, aquaque carentem diceret esse solitudinem, instabat adolescens obsecrans, vt hoc ei donum concederet. Victus autem precibus cessit senex, ille vero sequebatur, primo quidem alacriter. Cum autem primus & secundus & tertius dies præteriissent, & à radiis solis exureretur; erat enim æstas: vrgente autem æstate est vtique flamma solis arden-

Probatur Asterius in tuto.

ardentior siti perpetuo laborabat: Et primum quidem eum morbum aperire pudebat, memoria reputans ea, quæ sibi prædicta fuerant à magistro. Tandem autem victus, & plane omnino deficiens orauit senem, vt sui misereretur. Is autem cum quæ ei prædixerat reuocasset in memoriam, iussit eum reuerti. Cum autem diceret adolescens, nec se scire viam, quæ ducit ad antrum, nec si sciret, ire posse, cum sint vires siti consumptæ: misertus homo diuinus casus adolescentis, & ignoscens imbecillitati corporis, genibus flexis orauit Dominum, & calidis lacrymis solum irrigauit, & viam salutis petiit adolescenti. Qui autem facit voluntatem eorum, qui ipsum timent, & eorum exaudit orationem stillas lacrymarum, quæ puluerem attigerant effecit fontem aquarum: & sic fluento repleto adolescentem iussit abire protinus. fons autem manfit vsque in hodiernum diem Mosaicæ diuinæ senis orationi ferens testimonium. Quomodo enim ille olim cum sterilem illam petram virga percussisset, effecit vt produceret exundantes aquas fluuiales, vt satiaret multa illa hominum millia siti confecta: ita hic cum arenam illam aridissimam irrigasset lacrymis, fecit vt fontana emanarent fluenta: non vt multarum myriadum, sed vt vnius adolescentis afferret sitiremedium.

Voluntas orantis diuinitus cõposita.

III. *De piscina miraculose à S. Odone Abbate Cluniac. confecta, cessatione duorum inter se montium.*

Anno Domini 938. Albericus Princeps contulit nobis monasterium sancti Eliæ, cuius beatus Gregorius in Dialogo meminit. Cum sit autem durum (vt idem beatus Gregorius ait) in mente veteri noua meditari, monachus, quos illic inuenimus, ab esu carnium retrahere non potuimus. Cõstituit autem ibidem Pater noster Præpositum vnum è fratribus nostris Theodoardum nomine. Is vt vidit se virtute & sanctitate ab eo vitio eos retrahere non posse, cœpit in finitimis regionibus pisces emere, vt vel sitorum satisfaceret voluntati. Iam enim penitus defecerant equi, quos ei pater Odo reliquerat huc illucque discurrentes. Eam vero illorum improbitatem, suumque laborem Præpositus Patri nostro identidem significauit. Illo igitur Dominum deprecante, vallis, cui monasterium præeminet, non ita procul coniunctis inter se collibus ita concluſa est, vt exiguo torrenti per eam mananti aditus præcluderetur. Inde igitur paulatim magna aquarum collecta vis lacum effecit, nec deinceps opus fuit Præposito pisces emere, lacu illo eos suppeditante. Cui vero hoc tribuendum esset, quidam imperiti homines minime aduerterunt eo, quod eius preces, quas eadem causa beatus Odo ad Dominum fuderat, auribus suis non percepissent. Non attendentes illud Psalmographi: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus præparationem cordis illius audiuit auris tua.* Itemq; illud: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.*

Baro. to. 10. Annal. ad An. Christi 938. 6.

Miraculum de moru montium.

Psal. 10.

Ibidem.

IV. *De tonitru à Deo cœlo sereno misso ad implenda seruorum suorum desideria.*

Gregorius Magnus libro Dialogorũ tertio narrat Deum ad suorum implenda desideria tonitru sereno cœlo misisse iis verbis. Dum Florentii magna opinio longe lateq; crebesceret, quidam Diaconus longe positus ad eum pergere studuit, vt eius se orationibus commendaret: qui ad eius cellulam veniens (non procul à Nursia) omnem locum per circuitum inuenit innumeris serpentibus plenũ: cũq; vehementer expauisset clamauit dicens; Serue Dei ora: erat autem mira serenitas. Egressus vero Florentius ad cœlũ oculos & palmas tetendit, vt illam pestem: sicut sciret Dominus auferret. Ad cuius vocem subito cœlum intonuit; atque idem tonitru omnes illos qui eundem locum occupauerant serpentes interemit: quos cum vir Dei Florentius interemptos aspiceret, dixit; Ecce illos occidisti Domine, quis eos hinc leuabit? Mox ad eius vocem tãtæ aues venerunt, quanti serpentes occisi fuerant, eosque mundato loco extulerunt.

Greg. lib. 3. Dial. c. 15.

Florentius orando serpentes expellit.

Aues auferunt serpẽtes.

V. *Ad votum seruorum Dei erumpit fons aquarum pro consolatione infirmorum.*

Non absimile legitur apud Metaphrastem in vita S. Abercii Hierapolitani 22. Octobris. Cum etenim locus egeret balneis ad ægrotorum solatium, apud fluuium constitutus Abercius flexis DEO genibus humi procidit. Et ecce erumpit quidem tonitru cælo sereno: emittit autem terra fontes aquarum calidarum, & per omnia laudabatur Deus, qui iustos sic exaudiuit.

In vita eius 22. Octobr.

VI. *Dispatus carcere detentus à Deo liberari petit, & eius desiderio satisfit.*

Cum Andronicus Commenus Imperator tyrannorum moribus imbutus in Christianos sæuiret Constantinopoli, Dispatum Georgium magni tẽpli lectorem in carcerem quoque coniecit, propterea quod de eius fæuitia liberius questus esset, habebatque subinde in animo verubus transfixum, & pinguem hominem instar porcelli supra carbones assatum vxori eius mittere: ac omnino feciſſet, nisi Monasteriora Leo socer eius, qui ob dicendæ sententiæ prudentiam, Senatus os ab Andronico vocabatur tyranni furorem auctoritate sua repressisset. Dispatus igitur in carcere manus ad Deum extendebat & cum Dauide precabatur: *Educ è custodia animam meam, vt nomen tuum prædicem.* Et Ionæ verba sæpe repetebat: *Nunquid amplius sanctum tuum templum respiciam?* Quid vero precabatur? Deleto me domine ex Andronici memoria: fim ignotus apud eum omni tẽpore; ne recordetur nominis mei, donec ex libro viuentium deletus fuerit. Itaque numen non cunctatum est, nec preces eius aspernatum; sed illæsum eduxit è carcere Andronico paucis diebus post extincto.

Nicetas Choniates in Annal. de Imperio Andronici Comneni.

Psal. 141 8.

Ionæ 2. 5.

Dispati desiderium diuinitus impletum.

TIT. XXI. Deum impiorum voluntatem, quia diuinæ aduersatur, sæpenumero impedire.

EXEMP. I. *Aurelian imp. persecutionem erga Dei Ecclesias meditans morte subita corripitur.*

Euseb. Cæsar. l. 7. c. 14. hist. eccl. recen. edit. 26.

AVrelianus Imperator in initio sui imperii se benigne animatum erga Christianos ostendit, verum quibusdam consiliis impulsus persecutionem mouit contra illos anno Christi centesimo septuagesimo octauo. Sed cum literas contra eos compositas manu subscriberet, subito diuina vltio occupauit, quæ cum brachiorum commissuris eneruatis illum ab instituto repressit; tum clare ostendit, quomodo Principibus ne minima quidē data sit facultas aliquid contra Christi Ecclesias moliendi, nisi præpotēs Dei manus, suo diuino & cœlesti iudicio, temporibus, quibus Ecclesiam probare decreuerit, istud disciplinæ & castigationis causa perfici & expleri permiserit.

Non cum voluerit tyrannus, cruciamur sed cum voluerit Deus corripimur

II. *Valens Imperator qua ratione præditus, ne Basilium Magnum in exilium relegaret.*

Theod. lib. 4. eccl. hist. c. 17

Theodoretus simile quid de Valente Imperatore subscribere conante decreto exilii Basilio Episcopo Cæsariensi irrogandi scribit in hæc verba: Iubet, inquit ille, edictum de illo in exilium mittendo conscribi. Quod cum sua manu rarum facere conaretur ne apicem quidem vnum alicuius litteræ facere potuit: siquidem ruptus est calamus, neque id semel, sed iterum ac tertio accidit. Ac cum impium illud edictum confirmare impensius laboraret, concussa est dextera, tremorque eam occupauit: atque cum animo esset præ metu prope attonito, chartam manibus laceravit.

Valentis calamus frangitur, & dextera obrigescit.

III. *De Iustiniano Imp. Dei vindicta ex hac vita repente abrepto.*

Baro. tom. 7. Annal. ann. Christi 56. l. 2. ex Euag. l. 4. c. 40. & Niceph. 17. cap. 31.

Iustinianus Imperator vbi absoluisset sui Imperii annum trigesimum octauum, atque nonum fere complesset, media nocte clamor factus est, cum ex improuiso instar furis ianuam effringētis mors eum rapuit improuisa & importuna; opportuna vero ipsi Romano Imperio sub Imperatore hæretico titubanti, & interiora labenti, vindicante Deo illatas sanctis Episcopis contumelias, pariterq; prohibente, ne accensum ab eo semel incendiū vniuersam depasceretur Ecclesiam. Vt enim Dei iudicium fieret manifestius, tunc subitanea est morte subreptus, cum iam indixisset exilium Anastasio Episcopo Antiocheno, atque cæteris illi inhærentibus ecclesiæ sacerdotibus. Tulerat diu consueta patientia Deus, quæ aduersus Eutychium Patriarcham anno superiore Imperator contra fas iusque sacrilege perpetrarat; cum è sede eum violentus abstraxit: verum qui non relinquit virgam peccatorum super sortem iustorum, haud siuit vlterius progredi, qui non solum non emendaret perperam facta, sed audaciora tentaret, repentina eum morte subducens. De quo Euagrius: Verum, inquit, Iustiniani edictum diuina prouidentia, qua melius nobis prospectum fuit, minime vulgatum est. Nam Iustinianus, qui Anastasio & suis sacerdotibus exilium indixerat, ex improuiso perculsus, cum triginta octo annos & menses octo regnasset, ex hac luce migrauit. Cum igitur omnia omnino turba ac tumultu compleuisset, mercedemque his debitam in extremo vitæ suæ tempore reportasset, ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est.

Iustin. Imp. cur repentina morte abreptus.

Euag. lib. 4. cap. 40.

IV. *De Rhoila vbi Constantinopoli ruinas minante, cælesti igne cum exercitu absumpto.*

Cum Rhoilas, quem Socrates Cugham appellat, dux Scytharum, qui Nomadæ dicuntur, traiecto Istro, cum ingentibus copiis Thraciam populari & prædas agere inciperet; ac Cōstantinopolim vrbem primariam obsessurum, & momento temporis capturum, atque adeo solo æquaturum minaretur: De illum combussit, tum vniuersum exercitum penitus absumpsit.

Theodor. li. 5. hist. eccles. c. 36. Niceph. l. 14 c. 4.

Rhoilas cum exercitus fulminum iactu & facibus cælitus dimissis cum tu combustus.

PETITIO QVARTA.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

TIT. XXII. De famis angustia, qua premuntur diuinitus interdum peccatores.

Doda Syria Rege Ioram in Iudæa obsidente, matres inedia adacta filios necauere, traxeruntque vitam illorum visceribus, qui omni vita solent esse parentibus chariores. 4. Reg. 6.

Sortita est eadem obsidio, si non eiusmodi diritatis, inedia tamen miserabilis exēplum: Nam venit ibi asini caput octogenus nummis argenteis, quanti fortasse nemo meliori tempore adduci potuisset, vt ex eo portiunculam gustaret. *Ibidem.*

EXEMP. I. *De Maria muliere diuite qua famis tempore filium coxit, & vorauit.*

Ioseph. de bello Iudaico li. 7. c. 6. & 8. Hegesipp. de excidio Hierosol. l. 5 c. 40 Niceph. l. 7. Baro tom. 1. Annal. ann. 72.

ANno Domini septuagesimo secundo, cum Titus Imperator, Hierosolymorum vrbem obsedisset, vallisque arctissime muniuisset, sic septi Iudæi adeo fame vexati sunt, vt innumera hominum multitudo sit morte consumpta. Porro cum populum tanta inuasisset fames, vt nec essent herbæ, quibus vesci possent; ex stabulo fimum quærebant in cibum, collectoque stercore vescebantur. Sed ea magis in

gis in dies inualescente, eos nec ab humanis carnibus temperasse Iosephus testatur. Iam enim calceamentis, cingulisque, ac insuper coriis, quibus scuta tegebantur, detractis, insumptis, vteriisque fœni laceramentis magno pretio venditis; quæ his careret, eo immanitatis redacta est, fame improba compellente, nobilis ac prædiues mulier, Maria nomine, filia Eleazari, à seditiosis iam exuta vitæ substantiis, vt quo sibi consuleret, fame rabida impulsa, lactantem filium occidit, quem comestura mox coxit; cuius nidoris odore illecti milites qui sibi victum, qua cunque possent, raptu quærebant, cum eius peruasissent domum; partem assati filii, quæ superarat, inuiti, detestati facinus, abiere. Moxq; repleta est ei⁹ sceleris fama tota ciuitas, & vnusquisque (inquit auctor) ante oculos sibi cladem illam proponens, tanquam hoc ipse admisisset, horrescebat.

Iudæa mulier in obsidione Hierosol. famis angustia filium comedens consumpsit.

II. *Ad quas angustias adegerit homines alia fames in Italia.*

Ex Procop. de bello Goth. li. 2. Baro. to. 7. Annal. ann. 539.

Rursum anno Christi quingentesimo trigesimo nono, qui quartus Belli Gothici à Procopio ponitur inchoatus, dira fames vexauit Italiam de qua ista idem auctor habet. Cum, inquit, iam se verteret annus, & messis tempus adesset, in campis frumentum sua sponte maturescebat, non tamen qua prius in copia fuit, sed longe minori, vt quod nec hominum manibus, nec boum labore satum humoque tectum fuisset, sed temere in agri superficiem iactum: vnde eius pars quædam terræ vi fœta emerserat; ipsum id tamen cum demeteret nemo, præ nimia sui maturitate in terram iterato excidens renascebatur. Quæ res cum eundem in modum in Æmilia accidisset, eius regionis homines propriis sedibus ac bonis relictis, in agrum Picenum profugerant, haudquaquam existimantes, eius Prouinciæ loca, quia maritima essent, eadem omnino rei frumentariæ inopia premi. Tuscos præterea haud secus, ac pari de causa fames attigerat. Ex his tamen qui montes incolerent, frumenti in modum è glandibus cõmolitis confectum panem edebant. Vnde vulgatis velut in pecua morbis, vti parerat, multi mortales capiebantur, & paucis superstitibus interibant. Inter Picentes autem traduntur nõ minus quinquaginta millia hominum præ inedia interiisse, & longe plures extra Ionicum sinum. Qua autem morbi specie, & quemadmodum hi morerentur, mox explicabo. Cum enim nihil iis esset, quo vescerentur, extenuati nimirum omnes patientesque reddebantur caroque, vt cibo diutius carens in se ipsa retracta, cohæserat: fel item cum nimium abundaret, atque adeo corpora ipsa vi sua oppressa iam infecisset, haudquaquã sinebat huo è pristino cursu in his venas defluere. Malo itaque perunciente, nihil prorsus succi corporibus relinquebatur. Cutis præterea obdurata corio persimilis erat, præ se maxime ferens quod impacta ossibus inhæsisset, huore iam in nigredinem commutato: vnde & homines exustis facibus nihil absimiles videbantur, eorumque facies stupidior erat, toruusque & furentis aspectus. Mortem itaque passim obibant, cibi partim inopia nimia partim saturitate. Nam postquam in his fuerat calor omnis extinctus, quem natura introrsum excussserat: Si quis forte eos ad satietatem, & non paulatim ciba sset (vt recens nati lactari solent) cum ingestos minus digererent cibos, celerius lõge moriebantur. Fuere, qui fame cogente alterni se esitarent. Fœminas enim duas fuisse tunc tradunt, quæ viros septemdecim interfectos absumpserint. Hæ namque (vt ferunt) cum solæ & reliquæ domi, cæteris mortuis superfuissent; diuertentibus ad se peregrinis, noctuq; dormitantibus interfectis diuescebantur: septem itaque & decem diuersis temporum spatiis in cibum ablumptis, octauus ac decimus, qui ad has forte diuerterat, somno tunc subito experrectus, cum in se eadem, quæ & in cæteros fecerant, molirentur, cognita primum facti ab his ratione, vtrasque obtruncat.

Fames dira Italiam vexat.

Famis tempore quæ mala acciderint.

Fame cogente duæ fœminæ 17 viros absumũt.

III. *De aliis magnis casibus, qui in Germania propter famem acciderũt.*

Postea anno Christi 850. grauissima fames Germaniæ populos oppressit, maxime circa Rhenum habitantes, nam vnus modius frumenti Moguntiaci vendebatur decem siclis argenti. Morabatur autem eo tempore Rabanus Archiepiscopus in quadam villa parochiæ suæ, cui vocabulum est Winkeila, & pauperes de diuersis locis venientes suscipiens, quotidie plusquam trecentos alimento sustentabat, exceptis his, qui in præsentia illius vescebantur assidue. Venit autem & mulier quædam pœne consumpta inedia cum puerulo paruulo inter cæteros refocillari desiderans; quæ priusquam limen portæ transcenderet, præ nimia imbecillitate corruens spiritum exhalauit; puer vero mammillam matris mortuæ quasi viuendis de ipsa prætrahens, & sugere tentans multos intuentes gemere & fiere cogebat. Quidam etiam in illis diebus de Grabfeldam cum vxore sua & filio tenero in Thuringiam proficiscens; vt malum inopiæ temperare posset, vxorem in itinere in quadam sylua sic affatus est: Nonne, inquit, melius est, vt puerum istum occidamus, & manducemus carnes eius, quam omnes inedia consumantur? Illa vero contradicente, ne tantum scelus committeret: tandem vrgente fame, filium de brachiis maternis per vim rapuit; & voluntatem opere complesset, nisi Deus illum sua misetatione præuenisset. Nam sicut idem postea in Thuringia positus plurimis retulit, cum euaginasset gladium, vt macta ret filium, & in ancipiti positus necem distulisset: vidit eminus duos lupos super vnam ceruam stantes, & lacerates carnes eius. Statimq; parcens filio, ad cadauer ceruæ cucurrit: & lupos inde abigens tulit de carnibus prægustatis, & cum incolumi filio ad vxorem reuersus,

Ex Pithœo in Annal. Fræc. Baro. tom. 10. 850. 15.

Fames ingens Germaniam vexat.

Parer filiũ interfecturus & ob famem comesturus è brachiis matris euellit.

Mira Dei prouidẽtia.

uersus est. Prius enim, quãdo filium tulerat de manibus matris, paululũ ab ea declinauerat: nec illa morientem puerum videret & audiret. At illa veniente marito, videns recentes carnes & cruore perfusas, putabat filium occisum, & cecidit retrorsum pene exanimis. Ille autem accedens consolatus est eam, & erigens illam, ostendit puerum viuentem. Tunc illa resumpto spiritu, Deo gratias egit, quia filium sanum recipere meruit: nec minus ille, quia eum Deus à filii interfectione innocuum dignatus est conseruare. Ambo tamen carnibus lege prohibitis necessitate coacti se recrearunt.

IV. *Quomodo Basiliscus Imp. hæreticus cum suis fame perire coactus sit.*

Procop. de bello Vuandal lib. 1. & Suid. in Basilisc. apud Baron. tom. 6. an. 477.

Cum Basiliscus Imperator octo menses super annum tyrannidem exercuisset, omnibusque ob eius auaritiam & aulicis & militibus infensus esset: a Zenonis tãdem exercitu peritus est. Vbi amborum copiæ in conspectu fuere, Armatus (sic enim nomẽ duci erat qui ab eo missus fuerat) Zenonis ducibus se cum toto tradit exercitu. Igitur Constantinopoli Basiliscus acceptæ cladis & proditionis nuncio, protinus in templum confugit: vbi captus ab Acacio Præsule Constantinopolitano ob eius impietatem, ac Zenoni traditus est: Nam ab Orthodoxa fide deficiens in Eutychianam sectam inclinauerat, omnemque vitam pessimis moribus inquinauerat, ex quo odio cunctis erat. Zeno rursum Imperium reperens, Armati officium ante omnia probauit. Verum paulò post eum in suspicionem venientem de medio sustulit: Basiliscum autem tyrannum simul cum vxore & filiis in Cappadociam mittens hyemis tempore, iussit neque veste, neq; cibariis iuuari. Ex quo breuiter vna se complexi corporibus, collacrymantes misere perierunt: vnde tyrannidis pœnam breui tempore dedit. Tali fine clausit vitam impius Basiliscus, vti fame periret, qui (inquit Suidas) pecuniam exegit ab ecclesiarum Episcopis, & Acacium Constantinopoli Episcopatu propemodum pepulisset, nisi à multitudine eorum, qui monachi dicebantur, reprehensus fuisset, homo insigni auaritia, vt ne cerdonibus quidem & contemptis opificibus parceret, omniaque essent plena lacrymarum inter illas exactiones.

Fame cogit Deus impios perire.

Basiliscus Imp. cum suis fame perire cogitur.

Exactiones & auaritia Basilisci.

V. *Tempore famis quid agendum in pauperes exemplo D. Basilii Magni.*

Greg. Nyssen. orat. in laud. Basil. Magni

Famis tempore charitas exercenda.

Cum fames aliquando grauis & sæua, tam ipsam vrbem Cæsareæ, in qua habitabat Basilius adhuc presbyter, quam omnem vrbi subditam regionem affligeret, venditis suis prædiis & possessionibus, atque pecuniis in alimenta conuersis; cum etiam ratum esset, vt illi, qui valde sibi prouidissent & instructi essent, ea quæ ad mensam & victum pertinent, sibi conficere & suppeditare possent: ille per omne tempus famis, cum eos, qui vndique confluerent, tum iuuentutem totius vrbanæ plebis alere perseuerauit, adeo vt etiam Iudæorum liberos huius benignitatis & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil enim prorsus interest, vtrum per vas olearum quis, an per aliam aliquam materiam & occasionem diuinum mandatum exequatur. Vide plura in ipsa orat. ad laudem ipsius.

VI. *Famis tempore peregrinos non esse vrbibus excludendos.*

D. Ambr. Officiorũ l. 2.

Famis tempore peregrinos vrbe non esse arcendos.

Qui tempore necessitatis peregrinos vrbe prohibent, aut expellunt subsidia partiri denegantes, cum deberent iuuare, nequaquam probandi: feræ enim non expellunt feras, & homo hominem excludit? Feræ ac bestiæ communem putant omnibus victũ, quem terra ministrat. Illæ etiam conformem sui generis adiuuant: homo impugnat, qui nihil alienum à se debet credere, quicquid humani est. Quanto ille rectius, qui cũ iam prouecta processisset ætate, & famem toleraret ciuitas; atque (vt in talibus solet) peterent vulgo, vt peregrini vrbe prohiberentur, præfecturæ vrbanæ curam cæteris, maiorem sustinens, conuocauit honoratos, & locupletiores viros popposcit, vt in medium consulerent, dicens: Quam immane esset peregrinos eiici? quam hominẽ exueret, qui cibum morienti negaret? Canes ante mensam impastos esse non patimur, & homines extrudimus? quam inutile & oque tot populos mundo perire, qui solerent adiumento esse, vel in conferendis subsidiis, vel in celebrandis commerciis: neminem fame aliena iuuari: protrahere vt plurimum diem posse, non inopiam repellere: immo tot cultoribus extinctis, tot agricolis occidẽtibus, occasura in perpetuum subsidia frumentaria. Hos igitur excludimus, qui victum nobis inferre consueuerunt? Hos nolimus in tempore necessitatis pascere, qui nos omni ætate pauerunt? quanta sunt quæ ab ipsis hoc ipso tempore ministrantur? *Non in solo pane viuit homo.* Nostra illic familia, plerique etiam nostri parentes sunt. Reddamus quod accipimus.

Deut. 8. Matt. 4.

TIT. XXIII. De prouidentia Dei quoad victum & vestitum.

Filiis Israel 40. annis in deserto coturnices & Manna ad manducandum misit Deus, & aquam de petra abundantem ad bibendum eduxit. *Exod. 16.*

Eorundem vestimenta toto illo tempore non sunt attrita, neque calceamenta vetustate consumpta. *Deut. 29.*

Elias in magna illa fame, cum cœlum ad eius orationem tribus annis & mensibus sex sic clausum esset, vt ne gutta quidem aquæ decideret, à coruis Dei iussu pastus fuit. *3. Reg. 17.*

Eidem postea Angelus Domini panem & aquam offerebat. *2 Reg. 18.*

Eliseus centum homines viginti panibus hordeaceis (quos primitias quidam attulerat) pauit, & multum superfuit, obstupescente Giezi eius famulo. *4. Reg. 4.*

Salomon

Prou. 30. *Salomon certum huius vitæ subsidium petens, illud precabatur: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria.*

Dan. 14. *Danieli ob deiecta Babyloniorum idola ibi in lacum leonum coniecto, misit Dominus ex Iudæa prandium per Abacuc Prophetam per aëra vectum.*

Luc. 15. *Cum filius ille prodigus in regione longinqua cœpisset egere, nec esset cum esuriret, qui ei siliquas daret, aliquando ad se rediens, intellexit malorum, quibus premebatur, nusquam nisi à patre esse expetendum remedium.*

EXEMP. I. *De duplicata annona B. Pauli ad aduentum S. Antonii Abbatis.*

Hier. in vita S. Pauli Eremita. S. Paulus primus Eremitarum sexaginta annis à corno etiam dimidiatum panem afferente pastus fuit: vtque certior in hoc Dei prouidentia eluceret; accidit, vt superuenïēte S. Antonio nouo hospite, integrū coruus ille panem administraret; Paulo tum dicente cū gratulatione condigna: Eia! Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta iam anni sunt, cum accipio quotidie dimidii panis fragmentum; nunc ad aduēntum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam.

II. *De admirabili Dei prouidentia tempore famis demonstrata.*

Niceph. Callist lib. 15. c. 10. hist. Eccl. Circa annum Domini quadringēteſimum quinquageſimum quintum, quo tempore fuit seditio in Palæstina à Theodosio monacho excitata, ingens fuit siccitas, famesq; simul & pestis in Phrygia, Gallacia, & Cappadocia. Quæ calamitas etiam ad Ciliciam vsq; progressa est, & earum, quas diximus, regionum incolæ in summa penuria ad eas angustias peruenerunt, rebus necessariis deficientibus, vt prohibitis, insolitis & exitiosis alimentis vterentur. Et fame tantopere inualescente, homines victus ratione mutata in ęgritudines inciderunt. Corpora namque propter maximas inflammationes tumore concepto, oculos primum amittebant: deinde tussi accedente, die tertio moriebātur. Contra pestem eam nullum vsquam fuit auxilium. Qui autem ex ea perrari superfuere, eis opem seruatrix omnium Prouidentia attulit, & fami subuenit. Eo enim anno, quo fruges non prouenerunt, alimento aërio eos fouit, sicuti olim veteribus Israëlitis fecisse memoratur, manna illis, quod dicitur, cœlitus demittens. Proximo autem anno vt fruges sua sponte excrescerent, effecit: Hæc mala Palæstinam etiam, plurimas alias regiones peruaserunt. Et calamitates eiusmodi Orientalem orbis partem omnem peragrarunt.

Fames grauis.

Manna è cœlo datū.

III. *De sacerdote tempore famis modo mirabili refocillato.*

Ex Fischero Roffensi Narratur de sacerdote quodam res multum mirāda: sed sic narratur ac tanta fide refertur; vt ne-

minem vllus scrupus tenere debeat, quin res vera ac gesta fuerit. Ait enim Wesselus Groenienſis, sacerdotem quendam necessitate niuis & algoris adactum, dum in alpibus à via deerrasset, & mitioretn à sentis & niuibus vallem inuenire speraus desiliisset, neque reductæ quaquauersum exitum reperisset, neq; vnde desilierat propter altitudinem reascendere posset, sub exesam & propendentem rupem sese fame moriturum plane desperabundus coniecit. Sed vt erat luna plena, vidit nocte serpentum diuersa genera contendere ad lapidem quendam, & illic linguis suis eundem lingere, ac post horam quoq; in antra sua reuerti. Et incidit ei cogitatus, quidnam illic ita lingerent. Sequenti idem nocte factum est simile; & miratus est intra se amplius quod ita fierent. Tertia demum nocte iam pæne viribus destitutus, ante omnes ipse accessit & linxit, & inter lingendum ita restitutus atq; refocillatus fuit, quasi cibo refectus. Et sic per totam illic hyemem sub rupe latitauit, donec in fine Aprilis niue solata, peruiis iam factis Alpibus, quosdam audiret in vicinia colloquentes, quorum ope adiutus & extractus est.

lib. 4. contra Oecolampad. Fr. Petrus Ponetus Carmelit. de veritate Eucharist. p. 2. c. 2. P. Richeome in suo peregrino. Factum mirabile.

Prouidentia admirabilis.

IV. *Aqua viua miraculose ebulliente pascitur exercitus Caroli Magni.*

E veteri Chronica rerum Franc. Baron. tom. 9. Annal. an. Domin. 772. Circa annum Domini 772. dum Carolus cognomento Magnus, Francorum Rex, aduersus Saxones bellum gerebat, ad eos debellandos diuinum ei adfuit auxilium. Sed quomodo id acciderit, in eius vita Caroli annis singulis per periodos dierum festorum Natalis & Paschatis distincta hæc leguntur: Rex Carolus celebrauit Natale in villa Actiniaco, & Pascha in Aristallio, deinde Synodum tenuit ad Wormatiam, & inde perrexit Saxoniam, & Eresburgum castrum cepit, peruenitque vsque ad Ermensul, & ipsum fanum destruxit, & aurum & argentum, quod ibi reperit, abstulit: fuitque siccitas magna, ita vt aqua deficeret in supradicto loco, vbi Ermensul stabat. Et dum vellet ibi starc res dies gloriosus Rex ad destruendum fanum ipsum, & valde homines & iumenta sitirent; subita Christi gratia, media die, cuncto exercitu quiescente, apparuit eis torrens ebulliens salubres aquas, & cunctus exercitus & iumenta eorum sufficienter recreati sunt: & tamdiu ebullitit aqua viua, donec fanum destructum est. Tunc Magnus Rex Carolus super fluuium Vniforam veniens, ibi habuit placitum cum Saxonibus, & receptis obsidibus duodecim reuersus est in Franciam.

Carolus M. vincit Saxones, & idoli templum demolitur. Aqua miraculosa reficitur exercitus.

V. *De annona S. Benedicto, eiusque monasterio diuinitus suppeditata.*

Gregor. Dialog lib. 2. c. 21. apud Baron tom. 7. an 539. De prouidentia Dei monasterio S Benedicti demonstrata hoc narrat miraculum D. Gregorius: Alio quoque tempore in eadem Campaniæ regione fames increbuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamque in Benedicti monasterio triticum deerat: panes vero pæne om-

nes consumpti fuerant, vt non plus quam quinque ad refectionis horam fratribus inueniri potuissent. Cumque eos venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione subleuare, dicens: Quare panis inopia vestet animus contristatur? Hodie quidem minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modii ante fores cellæ in saccis inuenti sunt, quos omnipotens Deus quibus deferentibus transmisisset, nunc vsque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare.

Annona diuinitus suppeditata.

VI. *De pane & vino religiosis S. Dominici Romæ cœlitus ministratis.*

Theodori de Apoldia in vita S. Dom. lib 3. cap. 4. Apud Sur. Augusti. 5.

Viciniora nostris temporibus narremus: Cum Romæ apud S. Sixtum cœnum fratres cum S. Dominico sub Euangelica degerent paupertate, die quodam missi sunt ab eo duo fratres, Ioannes Calaber, & Albertus Romanus, vt eleemosynam peterent. Illis à mane vsque ad tertiam frustra laborantibus, & iam reuertentibus occurrit quædam mulier, deditque eis vnum panem, dicens: Nolim vos prorsus vacuos redire. Eo accepto, vir quidam pauper rogauit obnixe, vt darent ipsi eleemosynam. Cum se illi excusarent, illeque instaret, dederunt ei panem. Redeuntibus factus obuius Dominicus, per reuelationem actorum gnarus, iucundo dixit vultu: Iam nihil habetis filii? Narrant ei vt euenerant omnia. Aitque vir sanctus ad eos: Angelus Domini is fuit, & Dominus pascet seruos suos. Eamus oratum. Egressus inde ab ecclesia iussit fratres ad prandium adesse. Post quorundam hæsitationem, quod deesse scirent alimoniam, tandem omnibus signo dato aggregatis sanctus vir mensæ benedixit. Cunctis sedentibus ad mensam, legi cœptū est, & vir Dei Dominicus, iunctis manibus, orationi se dedit. Et ecce duo formosissimi adolescētes panes candidissimos, singulis singulos, ab infimis incipientes apposuerunt: statimque se omnium conspectui subtraxere. Dixit autem vir Dei: Comedite panem vobis missum à Domino. Deinde ait iis qui mensæ ministrabat, vt vinum adferrent: illis dicentibus, se nihil vini habere, vir Dei plenus Spiritu sancto: Ite, inquit, ad dolium, & de vino in illud à Domino infuso, nobis haurite. Eunt illi, & inuenerunt dolium vino optimo redundans, quod haustum fratribus attulerunt. Comederunt itaque, & bibetunt, singulari Dei munificentia recreati.

Religiosi egentes dant eleemosynam.

Panes fratribus diuinitus ministrantur.

VII. *De panibus B. Dominico, eiusq; Fratribus diuinitus etiam allatis.*

Idem ibidē.

Aliud accommodatius exemplum eidem Dominico alio accidit tempore. Procurator domus indicauit aliquando sancto viro deesse panes. Ille iucundo spiritu benedixit Deum, & exiguum illud, quod supererat, iussit frustatim mensis apponi. Erāt tum in monasterio fratres plus minus quadraginta. Ingressi itaq; in refectorium, post benedictionem, singuli bucellas sibi appositas cum gaudio frāgunt; moxque duo iuuenes, eiusdem & formæ & habitus, multos inferunt panes, quibus tacite beato viro oblatis, subito recedunt. Dum vir sanctus ad omnes manus extendens: Iam nunc, inquit, fratres, comedite. O miram benignitatem! talem se timentibus escam præparantis.

Panes diuinitus allati.

VIII. *Diuo Francisco, & eius sociis Romam proficiscentibus panis diuinitus præbetur.*

In vita eius per D. Bonauent. cap. 4.

Dum Beatus Franciscus Romam proficisceretur cum sociis, instituendæ ac confirmandæ suæ regulæ causa, contigit eos ex diuturno labore fatigari, & in quodam loco solitudinis versus vallem Spoletanam subsistere: vbi cum non possent de victu sibi necessario prouidere, statim adfuit prouidentia Dei. Nam subito apparuit, incognitus vnde venerit, aut quo iret. Cognoscentes autem per hoc pauperes fratres supernum sibi in comitatu viri Dei adesse præsidiū, magis dono liberalitatis diuinæ, quam cibo carnis propriæ sunt refecti.

Prouidentia Dei erga B. Franciscum.

IX. *De annona religiosis B. Francisci diuinitus subministrata.*

Franciscus Gonzaga 3. p. de Origine Seraphicæ relig. in Prouerb. S. Ioseph. Con. 2.

Anno à Christo nato 1560. hoc diuinę misericordiæ & prouidentiæ patentissimum signum in Conuentu Conceptionis S. Mariæ Petrensi ordinis sancti Francisci eluxit. Cum enim in eo loco vnicus tantū paruus panis esset, quo duodecim fratres per integros duos dies refici possent, illumque in vndecim partes diuisum Pater loci Guardianus, nulla sibi penitus portione relicta, distribuisset, eisq; sumpto libello patientiam atque hilarem paupertatem congratularetur, adfuit ex insperato præ foribus ex populo cui Serradulla Hispanice nomen est, vnde rarissime fratribus, tum ob loci distātiam, tum quoque ob eius pauperiem, eleemosynæ subministrabantur, rusticus quidam panibus, piscibus, olco atque asparagis onustus, qui suo aduentu eorum necessitatibus occurrit.

Annona diuinitus emissa.

X. *De alia prouisione iisdem magna inopia pressis miro modo suppeditata.*

Idem ibidē.

Nec absimile est illud, quod anno Domini 1581. hoc in eodem loco contigit: riuulis siquidem ob continuam pluuiam inundantibus, fratribus ea propter se necessario continentibus, quicquid edulii atque panis erat, absumptum omnino fuit. Et ecce dum illi orationi feruentius instant, nihilq; minus quā de humana ope cogitant, prohibentibus omnino imbribus fluuiorum trauationem, alius præter spem rusticus præmemorati parui pagi incola aduentauit, qui superatis, licet non absque patentissimo vitę discrimine, veloci equo torrentibus, panes, vinum, piscículos, atque alia nonnulla ductus liberalissima-

Prouisio mirabilis modo suppeditata.

me

me miniſtrauit, quibus extenuata ieiuniis corpora reficerent, famemque propulſarent, & Deo Optimo Maximo omnium bonorum largitori debitas, vt par erat, reddiderunt gratias.

XI. *Quomodo Deus ſeruorum ſuorum neceſſitatibus prouidentiſſime conſulat.*

Pet. Ribad. l. 5 de vita Ignatii c. 9. an. Do. 1555.

Illud præterea, quod fuit maxime inſigne, & Romæ noſtris omnibus vulgatiſſimum, addendum puto. Anno ſalutis noſtræ 1555. 16. Septembris, Ioannes Polancus pecuniam ad ſumptus Collegii Romani neceſſarios, neque mutuam, neque fœneraticiam, neque vlla alia ratione diligentiſſime conquiſitam inuenerat. Rem ad Ignatium placidiſſime detulit. Ille vero ſe in cubiculum abdidit, orationi ſe dedit, Deum precatus eſt, vt præſenti ſubueniret neceſſitati. Poſt orationem, Iacobum Lainem, Chriſtophorum Madridium, ipſum denique Polancum ad ſe vocat: ipſis quid à Polanco acceperit, exponit; ſeque rem totam Deo commendaſſe ait, & ſe quidem neque Prophetam eſſe, neq; filium Prophetarum: ſed tamē pro certo habere, Deum rebus prouidentiſſime conſulturum. Et ad Polancum conuerſus; Tu, inquit, Polance, in ſex proximos menſes Collegii res curato, & illi ſumptus neceſſarios ſuppeditato; egō te iſtarum rerum cura poſtea liberabo. Permirum fuit; eo ipſo die, qui tamen iam vergebat in occaſum, duobus ex locis, ab hominibus noſtræ inopiæ atque difficultatis ignaris, ſponte pecunia miſſa eſt, qua ex illis tunc anguſtiis exire licuit.

Prouidentia Dei magna erga ſuos.

XII. *Panis operariis deficiens ad eorum ſatietatem diuinitus accreſcit.*

Dhal. lib. 3. cap. 37.

Aliud inſigne de hac re miraculum refert D. Gregorius à Sanctulo editum, cum eccleſiam S. Laurentii à Longobardis incenſam reſtituere conaretur. Ait enim: Alio quoque tempore vehementius, vbique fames increbuerat, & Beati Laurentii martyris eccleſia fuerat à Longobardis incenſa: quam vir Dei reſtaurare cupiens, artifices multos ac piures ſubminiſtrantes operarios adhibuit; quibus neceſſe erat, vt quotidianos ſumptus laborantibus ſine dilatione præberet. Sed exigente eiuſdem famis neceſſitate panis defuit: cœperuntque laborantes inſtanter victum quærere, quia vires ad laborem per inopiam non haberent. Quod vir Dei audiens, eos verbis conſolabatur, foris promittendo quod deerat: ſed ipſe grauiter anxiebatur intus, exhibere cibum non valens quem promittebat. Cum vero huc illucque anxius pergeret, deuenit ad clibanum, in quo vicinæ mulieres pridie panes coxerant: ibique incuruatus aſpexit, ſi forte panis à coquentibus remanſiſſet. Tunc repente panem mitæ magnitudinis atque inſoliti candoris inuenit: quem quidem tulit, ſed deferre artificibus noluit, ne fortaſſe alienus eſſet, & culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaque hunc mulieres detulit, eumq; omnibus oſtendit: ac ne cui earum remanſiſſet, inquiſiuit. Omnes autem quæ pridie panem coxerant, ſuum eſſe panē negarunt, atque panes ſuos numero integros retuliſſe profeſſæ ſunt. Tunc lætus vir Domini perrexit ad multos artifices cum vno pane: & vt omnipotenti Deo gratias agerent, admonuit; & quia eis annonam præbuerat, indicauit. Eiſque ad refectionem protinus inuitatis, inuentum panem appoſuit. Quibus ſufficienter pleneque ſatiatis, plura ex eo quam ipſe panis erat, fragmenta collegit: quæ die quoque altero eis ad refectionem intulit. Sed id quod ex fragmentis ſupererat, ipſa quoque quæ appoſita fuerant fragmenta ſuperabat. Factumque, vt per dies decem omnes illi artifices & operarii ex illo pane ſatiati, hunc & quotidie ederent, & ex eo quotidie quod edi poſſet in craſtinum ſupereſſet, & ſic fragmenta panis illius per eſum creſcerent, & cibum comedentium ora repararent.

Ecclesiam incenſam Sanctulus inſtaurat.

Panis operariis ſuppeditatur in deficiens.

XIII. *Quinque panibus & totidem vini menſuris ſatiat S. Arnulphus plus quam ſeptingentos homines.*

Io Liſiara. in vita eius c. 33 apud Sur. 15. Aug.

S. Arnulphus Sueſſionenſis Epiſcopus quodam tempore cuiuſdam pagi eccleſiam dedicaturus, ait ad famulos ſuos: Tali, quæſo, itinere ad eam eccleſiam nos perducatis, vt populus neſciat, qua venturi ſimus. Nonnihil quoque alimentorum vobiſcum feratis, vt feſſa ex itinere corpora poſſimus vel paulum recreare. Itaque iter longinquum & deuium arripitur, nec tamen poterat ardor populi compeſci. Breui igitur temporis ſpatio grandis ad eum multitudo confluxit. Id cernens vir Dei, in Dei laudes erumpens, ait familiaribus ſuis: Quicquid eſcarum habetis, proferte, vt poſt laborem vires reparemus. Confeſtim exhibentur quinque panes monaſtici, quos vulgo crudas micas vocat, & totidē vini menſuræ, vt habet menſura monaſtica: ſtratiſq; in herba tapetibus, vir Domini reſidet, profuſa illum turba vndiq; ambiente; benedicit panes illos, paucos quidem numero, ſed numeri myſterio multos; iubet omnibus præſentib. ex illis diſtribui, vinum quoque ad ſatietatem porrigi. Accidit tum res admiratione digna. Nam panes illi, & vinum tam abunde ſuffecere, vt ſe bene refectos, & abunde ſatiatos faterentur. Et tamen præter Epiſcopum eiuſq; comites, ii, qui manducarunt, amplius ſeptingenti fuere.

Panis & vini multiplicatio mira.

XIV. *De pane miraculoſe per preces S. Catharinæ Senenſis multiplicato.*

Raimund. à Capua in vita S. Catha. Sen. apud Sur. 29. Apr.

Vrbanus VI. Romanus Pontifex iuſſit quandoq; vt ſancta Virgo Catharina Senenſis Romam veniret. Multi autem vtriuſque ſexus, quos ipſa in Chriſto genuerat, è Tuſcia ſequebantur eam euntem ad Vrbem, ſed ipſa propeinuita. Erant autem apud illam viri ſedecim & octo fœminæ; ad quem numerum ſæpe fiebat acceſſio, & tamen illa ex meris eleemoſynis quotidie emendicatis victitans, omnes hilariter in ſuum hoſpitium admittebat, nihil dubitans, quin Chriſtus & poſſet, & vellet illis victum

Cum ſuis mendicato viuit.

suppeditare. Accidit interim, vt quodam die vix tantum panis superesset quantum vel quatuor hominibus sufficeret, & hora tardior non sinebat emendicare panes necessarios. Iussit autem sancta virgo apponi singulis exiguis panis eius particulas, donec Dominus prouideret; ac deinde se ad preces solitas recipit. Mirares. Sumunt tam multi auide exiguas illis particulas, & semper supererat quod ederent: nec id poterant absumere. Non immerito stupent omnes, panem non solum non minui, sed augeri etiam. Sedecim viris abunde suffecerat & reliquiæ fœminis cunctis adeo fuere satis, vt etiam largæ eleemosynæ inde præstitæ sint egenis. Eiusdē modi miraculum fecit per sanctā virginem Christus eodem anno etiam in Quadragesima. Scribit etiam Pater Raimundus, post obitum sanctæ virginis, eius meritis quodam die pauciſſimos panes, qui quinque hominib. non suffecissent, adeo fuisse multiplicatos, vt amplius quinquaginta suffecerint, & reliquiæ in penuriam deportatę sint. Addit etiam crebro eam, cum adhuc viueret, eiusmodi miracula fecisse.

Panis miro miraculo diuinitus auctus.

TIT. XXIV. De prouidentia Dei quoad alia necessaria.

EXEMP. I. *Quomodo prouiderit Deus rebus cultui diuino necessariis.*

ANno Domini 513. contigit monachis in Laura sub Saba degentibus ita necessaria deficere, vt ne quidem sufficeret panis ad Deo sacrificandum & offerendum. Accedit ergo, is cui commissum fuerat ministerium significans ei calamitatem, & simul appropinquare diem Dominicum ei in memoriam reuocans, & quod non posset vtique celebrari diuinum mysterium, cum neque panis sit in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus necessariis. Sed hæc quidem ille. Magna autem illa reuera & admirabilis anima nec sic quidem desperauit de Dei curatione, & arcanis & ineffabilibus viis prouidentiæ: Sed ego, inquit, nequaquam prohibebo sacrum Dei ministerium. Tanta verorum necessariarum indigentia præbebit nobis aliquem rerum sacrarum thesaurum ad sacrum celebrandum ministerium: sed est fidelis, inquit, qui iubet crastinum manere liberum à solicitudine, quod attinet ad vsum corporis. Et cum nondum aduenisset dies Dominicus, veniunt ad ipsum quidam tanquam consulto missi à prouidentia, simul ferentes onus triginta iumentorum: onus autem erat frumentum, & vinum, & oleum, & alia monachis apta ad alimentum, adeo vt Laura propemodum esset angusta ad capiendas res esculentas. Statim ergo diuinus Sabas ei qui indigentiam parce & forte ei obiecerat: Quid ais, inquit, sacrumne dimittemus ministerium? Ille autem intelligens, interrogationem esse reprehensionem cogitationum, quæ non satis erant validæ ad sperandum in Deo, procidit ad pedes eius, petens veniam, &c.

Cyrill. in Vita Sabæ apud Sur. 5. Decemb. & Baron. to. 6. an. 513.

Matth. 6.

Prouidentia diuina de rebus inopinate ad sacrum necessariis.

II. *Geisca Vngarorum Dux ad fidem conuersus, & laborantis de perducendis ad Christianismum rebellibus diuinitus punitur.*

Anno Domini nongentesimo octogesimo nono, quo tempore Vngarorū gens Dei ecclesiam populabatur, fuit Princeps quidam, quartus ab eo qui Vngaris in Pannoniam ingressuris ducem se præbuit. Is Geisca dicebatur, seuerus sane & crudelis homo in suos, potenter eis imperans, erga alios vero præsertim Christianos, humanus, misericors & liberalis: etsi paganismi sui erroribus esset implicitus, attamen cœlestis gratiæ luce spirituali appropinquante, cum omnibus vicinis circumquaque prouinciis de pace cœpit accurate tractare, vt iam in illo liceret animaduerti, cuius optaret esse filius, dicente in euangelio Domino Saluatore: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Edicto namque proposito, iussit, Christianis omnibus in ipsius ditionum siue ducatum ingredi volentibus hospitalitatis & publicæ fidei studium & curam impendi. Porro Clericis & Monachis fecit potestatem in ipsius quoque conspectum veniendi, eosque propenso animo audiuit. Atque ita factum est, vt Orthodoxæ fidei semen in pectoris eius horto satum in fruges erumpere gestiret. Quid multa? Adest tempus cælitus dispositum. Credidit ipse cum familiaribus suis. Vndis salutaribus expiatus, omnes ditionis suæ homines pollicetur se ad Christianissimum perducturum. Cum autem multum esset solicitus de edomandis rebellibus, ritibus sacrilegis aboleudis, ad sanctæ Ecclesiæ profectum pro sua æstimatione statuendis Episcopatibus, mira quadam præuisione, nocte eum Dominus consolatus est. Misit enim ad eum iuuenem speciosissimum, qui diceret ei: Pax tibi, Christe electe, facessat cura hæc & solicitudo. Non fiet per te quod meditaris. Habes enim manus humano sanguine polluras: nascetur autem tibi filius, qui diuino prouidentiæ consilio id efficiet, quod tu animo concepisti. Eritis Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dominus elegit, coronam Regni temporarii æterna commuraturus. Tu vero hominem spiritali legatione apud te functurum honorifice excipito, exceptum reuerenter habeto, eius exhortationibus sincerum pii pectoris affectum adhibeto. Expergefactus Princeps, stupens id visione, prius secum, deinde cum Christianis & suis hominibus pertractans, humi totus prostratus, expansis manibus, humiliter gratias egit Deo; seque principatumque suum cum filio nasciturō, curæ illius qui non dormit, neque dormitat, lacrymabundus commendat. Admirante autem eo de viro diuinitus ipsi prædicto: nuntiatur illi, beatum Adalbertum Boemensis ecclesiæ Antistitem ad ipsum venire, ad Christianam religionem, fidemque nō fictam eum traducere, & ob fidei profectum

Cartuit. Epis. in vita Stephani Vngarorum Regis c. 1. 2. 3. apud Sur. 25. Aug. Bar. to. 10. an. 989.

Matth. 5.

Geisca primus Princeps Vngarorum Christianus.

Adalbertus Vngarorum Apostolus beniguè à Geisca susceptus.

Domi-

Domino laudis hostiam immolare cupientem. Is nuntius nouis Christi tyronibus ineffabilem attulit lætitiam. Dux procedit obuiam seruo Christi cum fidelibus quibusdam, honorifice eum excepit, & vt in visione erat admonitus, modis omnibus se obedientiæ filium fore demonstrat. Deinde iubente ipso sic vbique congregatio indomitæ gentis, per sanctum Episcopum fiunt conciones, eius exhortationibus mox illi conuertuntur & baptizantur, multis in locis ecclesiæ conduntur. Luce enim illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, profligatis tenebris, cœpit Vngaria enitere. Et completum est in ea, quod Propheta ait: *Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam.* Lux lucis inuisibilis Christus est, quem tunc Gentiles videre meruerunt, quando è tenebris reuocati, illum esse & verum Deum & hominem verum perfecte crediderunt.

Isaiæ 9.

III. *Quomodo Deus prouiderit Clodouæo cuique exercitui bellum contra Alaricum mouenti.*

Greg. Tur. lib. 2. cap. 37. hist. Franc

Clodouæus primus Galliarum rex Christianus, signum sibi in bonum, quasi à Deo datum & optatum accepit, illudque secutus est confidenter. Cum enim Arianos ex Gallia profligaturus exercitum comparasset; nuncios ad Basti Martini basilicam direxit, dicens: Ite, & forsitan aliquod victoriæ auspicium ab æde sancta suscipieris. Tunc datis muneribus, quæ loco sancto exhiberent, ait: Si tu, Domine, adiutor mihi es; & gentem hanc incredulam semperque æmulam tibi, meis manibus tradere decreuisti, in ingressu basilicæ S. Martini dignare propitius reuelare: vt cognoscam, quia propitius dignaberis esse famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus, iuxta imperium Regis dum sanctam ingrederentur basilicam, hanc antiphonam, ex improuiso, primicerius qui erat incepit: *Præcinxisti me, Domine, virtute ad bellū: supplantasti insurgentes in me subtus me: & inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.* Quod satellites audientes, & Domino gratias agentes, & voto beato Confessori promittentes, læti nunciauerunt Regi. Porro ille cum ad fluuium Vigennam cum exercitu aduenisset, per quem locum transire deberet, penitus ignorabat; intumuerat enim ab inundatione pluuiarum. Cumque illa nocte Dominum deprecatus fuisset, vt ei vadum, quo transire posset, dignaretur ostendere, mane facto cerua miræ magnitudinis ante eos nutu Dei flumen ingreditur, illaque vadante, populus quo transire posset agnouit. Veniente autem rege apud Pictauos, dum eminus in tentoriis commoraretur, pharus ignea de basilica S. Hilarii egressa, visa est ei tanquam super se aduenire, scilicet vt lumine beati confessoris adiutus Hilarii, liberius hæreticas acies, contra quas sæpe idem sacerdos pro fide conflixerat, debellaret.

Victoriæ auspicium ab ecclesia petitum.

Psal. 17.

Cerua duce & S. Hilarii ope dirigitur Clodouæi exercitus contra Alaricum.

IV. *Quomodo ex sacris codicibus Moroueus intellexerit mala sibi imminentia.*

Moroueus Chilperici Regis filius, regnandi ambitione imbutus de patre atq; nouerca multa crimina loquebatur; quæ cum ex parte vera essent, credo tamen acceptum non fuisse Deo, vt hæc per filium vulgarentur. Quadam enim die ad conuiuium eius accitus cum pariter sederemus, suppliciter expetiit aliqua ad institutionem animæ legi. Ego vero reserato Salomonis libro versiculum: qui prius occurrit, arripui, qui hæc continebat: *Oculus, qui aduersus respexerit patrem, effodiant eum corui de conuallibus.* Illo quoque non intelligente, consideraui hunc versiculum à Domino præparatum. Tunc direxit Guntheramnum puerum ad mulierem quandam habentem spiritum Pythonis, vt ei quæ erant euentura narraret. Asserebat præterea, ipsam sibi ante hoc tempus non solum annum, sed diem & horam in qua Rex Charibertus obiret denunciasse. Quæ hæc ei per pueros mandata remisit: Futurum est enim, vt Rex Chilpericus hoc anno deficiat; & Moroueus, inclusis fratribus, omne capiat regnum. Tu vero ducatum totius regni eius annis quinque tenebis, sexto vero anno in vna ciuitate, quæ super Ligeris alueum sita est, in dextera eius parte fauente populo, Episcopatus gratiam adipiscēris, ac senex plenus dierum ab hoc mundo migrabis. Cumque hæc pueri redeuntes omnino nunciassent, statim ille vanitate elatus, tanquam si iam in cathedra Turonicæ ecclesiæ residerem, ad me hæc detulit verba: Cuius ego irridens stultitiam, dixi: A Deo hæc poscenda sunt: nam credi non debent quæ diabolus repromittit: ille autem ab initio mendax est, & in veritate numquam stetit. Illoque cum confusione discedente, valde irridebam hominem, qui talia credi debere putabat. Sic Moroueus à Gregorio correptus, & à sacrilega illa Pythonice eiusus, tres libros super sancti Martini sepulcrum posuit, id est, Psalterii, Regum Euangeliorum: & vigilans tota nocte, petiit, vt sibi beatus confessor, quid eueniret, ostenderet; & vtrum posset regnum sapere, an non, vt Domino iudicante, cognosceret. Post hæc continuato triduo in ieiuniis, vigiliis, atque orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens reuoluit librum, qui erat Regum. Versus autem primus paginæ quam reserauit, hic erat: *Pro eo quod reliquistis Dominum Deum vestrum & ambulastis post deos alienos nec fecistis rectum ante conspectum eius ideo tradidit vos Dominus Deus vester in manibus inimicorum vestrorum.* Psalterii autem versus hic est inuentus: *Verumtamen propter dolos posuisti eis mala: deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitates suas.* In Euangeliis autem hoc est repertum: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.* In his responsionibus ille confusus, flens diutissime ad sepulchrum beati Antistitis assumptio secum Guntheramno Duce, cum quingentis aut eo amplius viris discessit.

Greg. Tur. l. 5. c. 14. hist. Franc. Bar. to. 7. an. Do. 580.

Prou. 30.

Pythonissam consulit Moroueus regnādi cupidus.

Moroueus à Greg. Ep. monetur ne credat Pythonissæ.

Moroueus quærit ventura ex sacris codicibus.

2. Par. 7. Hier. 2.

Psal. 72.

Matth. 16.

V. *De futura Leudastæ prætentione frustranda, per S. Greg. ex libris sacris cognita.*

Greg. Tur. hist. Fran. li. 5. ca. 49.

Sabbatho in ipso Pascha venit Leudastes calumniator potens & impudens, in vrbem Turonicam: adsimulansque aliud negotium agere apprehensos Platonem Archidiaconum & Gallenum in vincula connectit; catenatosque & exutos veste iubet ad Reginam deduci. Hæc ego audiens, dum in domo ecclesiæ residerem mœstus turbatusque ingressus orationem, Dauidici carminis sumo librum, in quo ita repertum est. *Eduxit eos in spe, & non timuerunt & inimico eorum operuit mare.* Interea ingressi in fluuium, super pontem, qui duabus lintribus tenebatur; nauis illa quæ Leudastem vehebat demergitur. Et, nisi nandi fuisset adminiculo liberatus, cum sociis forsitan interiisset. Nauis vero alia, quæ huic innexa erat, quæ & vinctos habebat, superaquas Dei auxilio vehebatur.

Psal 77. Auspicium ex litteris sacris.

VI. *Vt singulari Dei prouidentia B. Martinus in Episcopum fuerit electus.*

Eius vita per Seuerum Sulpitium eius discipulum script. a. Sur. li. Nouembr. 6.

Singulare extat exemplum de prouidentia apud Surium in vita diui Martini, de eo eligendo in Episcopum. Vna omnium erat voluntas eademque sententia, Martinum Episcopatu Turonensi dignissimum, fœlicemque fore ecclesiam tali tantoque Sacerdote. Non multi ex Episcopis, qui conuenerant, impie pertinaciterque repugnabant, quod vilis esset minusque scientia præditus. Inter eos quidam Defensor nomine, vir doctus & magnæ auctoritatis, cuius extat opus Locorum communium, pertinaciter resistebat: qui tamen prophetica lectione eodē die mirabiliter, Deo ita prouidente, repressus est: Cum enim sumpto psalterio Lector vnus sacras litteras de morte consuleret, aperto volumine, prima sorte in eum incidit versum; *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem vt destruas inimicum & defensorum* (sic enim habebat antiqua Gallorū lectio.) Quo lecto clamor populi tollitur, & pars aduersa confunditur. Atque ita persuasum omnibus est, diuina prouidentia hunc psalmi versiculum lectum fuisse, vt aduersarii conticescerent, & D. Martinus cathedram, infantium & lactentium oraculo Spiritus sancti loquentium confirmatam accepit.

Psal. 8.

VII. *Prouidentia diuina Ex S. Ephræm Syrus in carcerem sit coniectus, & à mortis periculo liberatus.*

Ex confessione S. Ephræm & suipsius reprehensione.

Cum adhuc versarer in sæculo, inimicus expugnauit me in iuuentute, dum procellarum errore agitarer, nec pericula imminentia præsentirem: at diuina benignitas me in interiore Mesopotamiæ regione peragrantem, fecit in pastorem ouium indere: qui me, quoniam ad vesperum inclinabat dies, apud se manere rogauit. Media autem nocte lupi gregem adorti oues dissiparunt, cum pastor graui somno oppressus iaceret; at Domini superuenientes me quoque tanquam reum in iudicium abripuerunt. Constitutus postea ante iudicem, me defendebam, & rem vti acciderat, enarrabam. Interim adducitur quidam in adulterio (vt aiebant) deprehensus, sed mulier profugerat, Iudex autem re dilata, vtrumque nostrum in eundem detrudi iussit carcerem: in quo agricolam quendam propter homicidium detentum reperimus. Sed neque qui mecum ducebatur, adulter erat, neque hic agricola homicida, sicut neque ego ouium fur. Cadauer autem propter agricolam, & pastor propter me, & maritus propter adulterium in alia seruabantur custodia. Peractis igitur septem illic diebus, aspexi octauo die quemdam secundum quietem sic me compellantem: Expende tecum quæ cogitaueris, ac feceris; & ex teipso cognosces, nihil vos iniuste pati; sed neq; ipsi scelerum auctores impune euadent. Cogitant, & fatentur tres capti quid feciſſet, fatentur se merito vinculis puniri. Sequenti nocte eundem inspicit & audit dicentem: Cras conspicietis & illos, qui à vobis iniuria affecti sunt, & calumniæ falsæque accusationis vestræ remunerationem. Experrectus, cogitabundus hærebam. Socii vero ad eum: Quid, inquiunt, ita tristis es? Causam explicat, omnes anguntur, sistuntur Iudici, & subito adducuntur quinque vincti coram eo. Itaque qui mecum erant, multis excepti verberibus iterum in custodiam retrusi sunt, me illic relicto. Deinde duo in primis in iudicium adducti sunt; atque isti fratres illius erant viduæ, quæ per calumniam ab iis paterna hæreditate fuerat spoliata. Vnus autem eorum in homicidio, alter in adulterio deprehensus erat. Quæ dum ipsi crimina confessi essent, per tormenta coacti sunt & alia, quæ patrarant, scelera confiteri. Homicida ergo confessus est, se quodam tempore, dum negociaretur in ciuitate, cum muliere quadam consuetudinem habuisse. Hæc vero illa erat, cuius causa vnus ex illis, qui mecum detinebantur, in custodia seruabatur, interrogatusque quo pacto effugisset, rem omnem aperuit. Alter vero præter adulterium, cuius damnatus fuerat, etiam se hominem interfecisse confessus est, illum scilicet, quem agricola, qui mecum detinebatur, occidisse accusabatur. Aiebat autem maritum morruum illius esse fœminæ, quæ ipsius amore capta fuerat. Nam cum, inquit, pomeridiano tempore agrum suum inuiserit, fictæ salutationis prætextu propius accedens, confestim occidi, & aufugi. Quem affines mulieris comprehendunt tanquam homicidā, & in carcerē mox coniectus est. Adducti sunt & tres reliqui, quorum vnus, quod segetes cōbussisset, accusabatur, alii vero duo quod conscii & socii cædis fuissent. Sed paucis excepti verberibus, quia nihil fatebantur, in carcerē retrusi sunt, propter nouum Iudicis successorem. Post multos iterum dies vidi Angelum, me sic compellantem: Ecce hi tres, aliorum etiam scelerum rei, nunc iustas pœnas luent. Quod ipsis cum dixissem, confessi sunt duo ex eis se flagitii cuiusdam furis conscios fuisse; qui cum quendam interfecisset, propter vineam adiacentem suæ possessioni, ei nos testi-

Angelus S. Ephræm monet vt conscientiam examinet.

Angeli apparitio altera.

testimonium dedimus, hanc ipsius fuisse veniam, eumq; non ab illo necatum, sed è rupe præcipitem corruisse mortuum. Tertius autem retulit, se ita cõcitatum è tecto quendam præter voluntatem deturbasse; quo ex casu ille interiisset. Postea rursus conspexi in somnis Angelum hæc mihi referentem: Tu cras liberaberis; reliqui autem iustum subituri sunt iudicium. Fidelis igitur esto, & diuinam prouidentiam enarrato.

Eiusdem apparitio.

PETITIO QVINTA.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

TIT. XXV. De dimittenda proximo iniuria nobis facta.

Luc.18. *Publicanus longe consistens præ pudore ac dolore, & oculis humi defixis cum tunsione pectoris hac oratione veniam petens: Deus propitius esto mih peccatori, rediit domum iustificatus.*

Luc.7. *Mulier illa peccatrix, quæ Christo Domino retro stans, lacrymis rigatos à se eius pedes, capillis etiã abstersos osculabatur, meruit audire: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

Matth.18. *Seruus autem ille nequam, cui Dominus debitum remiserat, quod conseruo suo remittere noluerit, tortoribus ab eodem Domino fuit traditus.*

EXEMP. I. *S Martius Christi Domini verbo edoctus libenter iniuriam remittebat.*

Greg. Turon. de vit. Patrũ cap.8. apud Sur. 13. Apr. Bibl. oth. SS. PP. tom.7.

MAgnum nobis diuina pietas largita est beneficium, cum delictis nostris fieri præcepit de remissione refugium, si negligentibus ignoscamus, si indulgeamus lædentibus, si odientibus nos è contrario commodum benedictionis impertiamus, dicente Domino Iesu Christo: *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, &c.* Ecce remissio iniuriarum filium te Dei Patris facit, cohæredem Christi adscribit, cœlestibus regnis habitatorem statuit. Vnde manifestũ est oblita delicta eius in cœlo, qui delinquenti beneficium veniæ impertitur in sæculo, testante Domino: *Si, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, &c.* Cum vero supplices famulos docet orare, ait: *Sic dicetis ad patrem. Dimitte nobis peccata nostra, &c.* Cuius sententiæ S. Martius Abbas sanctitate præclarus, ac diuinis eruditus litteris, vim corde retinuit, vt libenter dimitteret delinquenti, nec solum ignouit noxam, verum etiam munere præbuit gratiam.

Matth.6.

Ibidem.

II. *Quam vtile sit iniuriarum illatarum non meminisse.*

Ex Anast. Baron tom. 8. Ann.599.

Anastasius Episcopus Antiochenus, cognomẽto Sinaita, in oratione de sacra Synaxi, quam Achilles Statius Lusitanus in Latinum à se conuersam obtulit Gregorio XIII. Pontifici Maximo, anno Redemptoris 1579. post alia de dimittendis acceptis à proximo iniuriis elegantem huiusmodi historiam perbreuem quidem exempli causa adducit in medium: Vir, inquit, vnus ex iis qui monachali insigniti sunt schemate, cum negligentissime per summum otium vitam suam omnem egisset; ea, quæ esset ad mortẽ, infirmitate cœpit infirmari. Cumque iam vltimum spiritum duceret, suam ipsius mortem nequaquam perhorrescens, summa voluntate, magnaque cum gratiarum actione exolutis vinculis excedebat. Ad quem assidentium Patrum vnus: Frater, inquit, persuasum tibi habeto, & putasse nos & vidisse, summa negligentia, animique remissione vixisse te vtique ad hoc vsque tempus; & vnde hæc tibi nunc tanta securitas, id vero omnes nescimus. Cui respondit frater: Est ita omnino, Patres, vitam per summam negligentiam duxi; sed Angeli Dei eadem hac ipsa hora peccatorum meorum ad me chirographon attulerunt, cumque ea quæ fecissem, postquam sæculo renunciassem, peccata legissent, numquid agnoscerem, rogauerunt. Quibus ego: Maxime vero, inquam, agnosco: sed idem ex quo renunciaui sæculo, vitamque institui monasticam, nec iudicaui quemquam, nec ab vllo mihi factam iniuriam meminisse volui. Igitur Domini verba ad me quoq; pertinere opto & oro, qui dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini; &, Dimittite, & dimittetur vobis. Quæ postquam Angelis dixi, chirographon peccatorum meorum conciderunt; & inde nunc summa cum lætitia & securitate proficiscor ad Dominum. Hæc vbi frater ille narrauit Patribus, Domino in pace spiritum reddidit, magnæque astantibus ædificationis vtilitatisque causa & auctor extitit.

De dimittendis iniuriis historia.

Iudicium alienum cauendum.

Iniuriarum remissio aditum ad gloriam parat.

III. *De Crucifixi imagine se Ioanni Gualberto condonanti inclinante.*

In vita eius à Blasio Meranesio conscripta apud Sur. 12. Iul. & Baron. tom. 11. ad ann. Dom. 1051.

Aliud exemplum adfero Ioannis Gualberti, tunc adhuc in sæculo constituti, & inimicitiarum irarumque parentis non minus quam facultatum hæredis: postea vero Abbatis Sanctissimi Patris monachorum Vmbrosæ vallis. Incidit is semel in hostem & interfectorem propinqui sui, cuius diu exoptauerat interitum, loco tam angusto, vt neuter posset de via deflectere. Cum vero hostis, quod inermis esset, nihil nisi mortem præsentem expectans, conceptа tamen repente fiducia de Ioannis clementia desiliit ab equo, humique prostratus veniam iunctis manibus sibi dari pro Crucifixi amore suppliciter petiit. Audito crucifixi nomine compunctus Ioannes amore crucifixi pacem illi obtulit, sustulumque è terra surgere liberum hominem dimisit. Ingressus post Ioannes in Ecclesiam S. Miniati, quæ nunc arce Florentinæ ciuitatis obducitur, cum coram crucifixi imagine flexisset genua, vidit à cruce pendentis caput ad se inclinari, tanquam ipsi gratias agentis, quod pro eius amore ac in eum pietate

pietate hosti capitali pepercisset. Hodieque, hoc est post annos quingentos adhuc visitur, & pie colitur sacra illa Christi Crucifixi statua: cerniturque ad facti memoriam sempiternam etiam nunc caput eius exporrecta fronte motum longius à ligno cui suffixa illa est, non in grauati morem demissum, sed eius potius qui amicum benigne salutet, illique præstitum officium gratuletur.

IV. *Nicephoro condonanti martyrij palma conceditur, qua Sapricio deneganti veniam præcipitur.*

In vita S. Nicephor. apud Sur. 9. Febr tom. 1. & Lipp. ex Metaph.

In tempore illo erat presbyter quidam Antiochię Sapricius nomine, cui summa & fraterna quædam familiaritas intercedebat cum homine quodã laico Nicephoro, adeo vt nunquam contracta à teneris vnguiculis amicitia interrumpi posse videretur. Verum enimuero sceleratissimus humani generis hostis, cum suprema inter eos pax maxime agere videretur, tam acerbo alterum in alterius perniciẽ odio concitauit, se vt mutuo colloquio vterque indignũ reputaret. Cumque longo tempore hoc modo capitali inimicitia disiuncti essent Nicephorus salutari dolore compunctus amicos quosdam subornauit, qui ei à Sapricio veniam impetrarent: sed Sapricius mente prorsus in scelere obdurata, precantes à se repulit, neque vlla ratione cum Nicephoro in gratiam redire voluit. Vnde non mediocriter turbatus Nicephorus alios atque alios secundo & tertio viros prudentiæ & pietatis opinione præstantes ad eum destinauit, vt aliqua saltem ratione viderent, qui odium extingueret, & animos disiunctos ad pacem & pristinam amicitiam reuocarent. At vero cum neque amicorum preces, neque Nicephori per eos obtestationes Sapricium vllo modo inflectere possent, Nicephorus amore diuino vehementius inflammatus supplex ad eum properauit, & magna humilitate se ad pedes eius abiiciens per Christi sanguinem eum rogauit, vt illatam iniuriam condonaret, & tam graues inimicitias aliquando tandem deponeret. At Sapricius summa cum indignatione supplicem à se repulit, & in eadem animi peste pertinaciter perseuerauit. Hæc cum fierent, repente sæua tempestas Antiochiæ exorta res Christianorum in summas angustias adduxit: fuitque inter alios Sapricius in vincula coniectus, & Præsidi oblatus, à quo de nomine & conditione interrogatus: voce constanti & præclaro etiam martyre digna, se Sapricium dici & non modo Christianum, sed Christianorum sacerdotem esse respondit. Cui præses. Nosti, inquit, Augustos nostros, & finium Romanorũ Dominos, Valerianum & Gallum præcepisse, vt qui diis immortalibus sacrificare renuit, acerbissimis suppliciis afficiatur? Cui intrepide Sapricius respõdit: Nos Christo Deo cœli terræque Domino iugiter sacrificamus: omnes autem dii vestri gentium dæmonia, opera sunt manuum hominum, neque vllam in calamitate refugium præstare possunt. Præses, his auditis, ira vehemẽter commotus, iussit eum in cochleam proiectum immaniter torqueri. Quod tormenti genus acerbum sane & crudele Sapricius tam inuicto animo pertulit, vt Præsidi etiam insultaret, dicens: Corpus tu quidem hoc excarnificare potes, animæ autem meæ quæ in manu CHRISTI IESV est, potestatem nullam habes. Tum improbus iudex cum videret eum suppliciis superari non posse, capitis eum condemnauit. Accepta itaque martyrii sententia Sapricius lætus ad palmam egressus est. Quod cum audisset Nicephorus, iterum ei supplex obuiam properauit, orans atque obsecrans, vt pristinæ consuetudinis memor, sibi, si quid peccasset in eum, ignosceret. Sed Sapricius cordis sui malitia obcæcatus vultu eum auersatus est; At Nicephorus de salute proximi sui magis magisque solicitus, alia iterum via obuiam ei processit, cum lacrymis eum obtestans, per sacrosanctum nomẽ Domini nostri IESV CHRISTI, pro quo vitam & sanguinem profundere non dubitabat, vt amicum supplicem & peccatum suum agnoscentem in gratiam reciperet. Sed Sapricius nullis lacrymis & precibus conceptum odium deponere voluit, neq; vnquam Nicephorum supplicantem & lacrymantem verbulo vno dignatus est. Interea cum hoc modo ventum esset ad certaminis locum in quo propter confessionem nominis Christi cœlesti corona donandus erat, lictores eum genua flectere iusserunt, vt iam latam capitis sententiam exciperet. Tum Sapricius conturbatus: Quare, inquit, capite plectar? Respondent lictores: Quare spreto Imperatorum inuictissimorum mandato, diis nostris sacrificare noluisti. Hæc cum audisset miser ille, supplex ipsis lictoribus factus est, qui tanta fortitudine acerbissima iam ante supplicia contempserat: & se paratissimum ad diis sacrificandum esse dixit. Hic fuit odii illius inueterati fructus hæc merces iniquitatis. Hoc iustum Dei iudicium, vt ei fores regni cœlorum clauderentur, qui viscera sua supplicanti fratri dũrus & immisericors clauserat. At non is animus Nicephori, cernens fratrem suum in barathrum perditionis æternæ iam præcipitatum, ingentem lacrymarum vim pro eo ad Dominum fudit: orans atque obsecrans Sapricium, ne tanta se perfidia inquinaret. O frater, inquit, quid facis? Vbi mens, vbi ratio, vbi inuictum illud animi tui robur quo tyrannum, eiusque minas iam ante vicisti? Quid? Tu illam coronam cœlestem, illam victoriæ palmam, quam tot tantisq; tormentis hactenus acquisiuisti, vno momento perdere decreuisti? Cum hæc nullum apud Sapricii animum fraudibus dæmonis & propria malitia deuictum, pondus haberent, Nicephorus facib' diuini amoris inflammatus magna voce in medium prosiliens exclamauit: Ego sum Christianus, credo in Dominum nostrum Iesum Christum, quẽ ille negauit. Me ergo iam pro ipso ferite. Lictores tantam audaciam admirati, obstupuerunt, missoque confestim ad præsidem nuncio, significauerunt, Sapricium quidẽ mortis metu perter-

Summus amor in summum mutatus odiũ.

Sapricii duities.

Persecutio in Christianos Antiochiæ.

Sapricius constanter Christum confitetur.

Sapricius damnatur capitis.

Pertinacia in odio etiã post immanes cruciatus pro Christo.

Odii fructꝰ.

Nicephori obtestationes ad Sapricium.

perterritum Christum negasse, atque ad diis sacrificandum paratum esse, sed aliū quendam, Nicephorum nomine, maioris constantiæ & virtutis virum vltro se ad mortem pro Christi gloria offerre. His auditis præses eum Sapricii supplicium subire iussit. Lictores ergo audita præsidis sententia Nicephorū libere & constanter Christum Iesum profitentem, & summo gaudio exultantem capite truncarunt.

Nicephor. palmam eripit Sapricio.

V. *De reconciliatione obeunda etiam cum parte ladente, priusquam offeratur sacrificium.*

Cum aliquando S. Ioannes Eleemosynarius incruentum offerret sacrificium, ea ipsa hora in qua sacrum velum aufertur, à sanctis donis, recordatus eius, qui odiū in eum conceperat, & memor præcepti Dominici, quod iubet quidem: *Dimittere donum ante altare, procedere autem prius ad fratris reconciliationem, & tunc demum offerre:* significat Diacono, vt cōnexam resumat petitionem, & sæpe dicat, donec ipse redierit. Ipse autem ventrem prætexens, egressus est ab altari & mittit magna celeritate, ad se vocans illum clericum; qui mox aderat: Sanctus vero procidit ad eius pedes, nihil omnino auersans oculos eorum qui aderant, veniam postulans. Deinde ille, qui prius fuerat insipiens, videns hoc sacrosanctum caput proiectum ad suos pedes, fuit statim fractus animo, timens ignem de cœlo, & quę illinc mittuntur fulmina. Ipse quoque pronus cadens, petiit ab eo veniam. Beatus autem Ioannes, Deus ambobus, inquit, ignoscat, fili mi. Deinde eum quoque secum assumit, & cum gaudio, & cum quanta dici non potest voluptate aram ingressus, tunc ausus est Deo dicere cum fiducia: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* abhinc ergo fuit hic Clericus adeo modestus & moderatus, vt visus sit dignus, qui ordinaretur presbyter.

Ex Leontio Metaphr. Sur. tom. 1. 22. Ianuar. Matth. 5.

Summa Io. Eleemosynarii humilitas.

Matth. 6. 12.

VI. *De iniuriis acceptis, eo ipso die, quo acceptæ sunt, dimittendis.*

Huic non absimile est, quod sequitur. Est Angelorum, ait quidam ex Patribus, nequaquam depugnare, sed esse in pace perpetua: dæmonū autem irreuocabiles per totam vitam exercere inimicitias; hominum vero sapientum breuiter quidem fortasse irasci, cito autem & paulo post currere ad reconciliationes. Cum ergo prædicto Ioanni Patriarchæ accidisset: vt nonnihil propter iustitiæ zelum aduersus Patricium quendam commotus fuisset, aduesperascente iam die, per vnum ex suis presbyteris ei mandauit, dicens: Sol est iam in occasu, vir maxime venerande. Ille autem compunctus statim ad Sanctum se contulit, quem Sanctus amice excepit, & complexus est.

Sur tom. 1. ex Simeone Metaphr.

Discrimen Angelorū & hominū quoad parcendum. Iniuriæ statim compescendæ.

VII. *Io. Patriarcha non vult Diaconum sacrorum mysteriorum fieri participem nisi reconciliatum.*

Cum idem Patriarcha resciuisset quendam ex

Idem ibid.

Diaconis, Damianum nomine, odio persequi propinquum, vt qui recordaretur iniuriæ acceptæ denunciauit Archidiacono, vt tempore participationis sacramentorum ei ostenderet illum, qui memor erat iniuriæ. Cum ergo cognouisset, eum manu accipiens: *Vade* dicit ei, *& fratri primum reconciliare*, vt vult præceptum, & tunc sumes sacramenta Christi, qui non est memor acceptæ iniuriæ. Ille autem pudore affectus, præsentibus omnibus promisit se hoc facturum, & tunc eum impertit sanctificatis. Deinceps ergo timor inuasit non solū clericos, sed & laicos: & cauebant ne vllum odio haberent, & essent acceptæ iniuriæ memores, metuentes ne multis præsentibus sic pudore afficerentur.

Matth. 5.

VIII. *Quomodo Robertus Burgundionum Dux filii interfectoribus condonauit.*

Mirandis plus miranda subiungo, quæ referentibus viris authenticis probata cognosco. Hæc sane referunt Gaufredus de monte Sancti Vincentii, & Rainaldus Heduensis, qui adhuc præsentes sunt. Dux Burgundiæ Robertus, Haganonem Heduorū Episcopum nimia infestatione grauabat, de variisque prædonum incursibus passim Burgundia laborabat. Eapropter Gaufredus Lugdunensis, Hugo Bisuntinensis, Aihardus Labilonensis, & Drogo Masticansis Heduam conuenerunt, magnique Patrem consilii prædictum Hugonem Cluniacensem Abbatem venire rogarunt. Aderat illustrium multitudo virorum, populus confluebat infinitus, pro pace supplicans indefessis clamoribus. Aduenienssipse Dux, imo tyrannus Heduam intrauit, sed fastu maligno interesse conuentui recusauit. At Abbas feruore charitatis permotus adiit tyrannum, eumque vehementer increpans, cunctis mirantibus, tanquā ouem mitissimam secum adduxit. Episcopus autem supplicantibus, vt pater Hugo pro pace componenda loqueretur, turbis vtique reticentibus, & ab eius ore pendentibus, sic ait: Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, non abeant, nobiscum agant: Qui vero filius pacis non est qui non ex Deo, sed aduersarius est, huic ex parte omnipotentis Dei præcipio, vt à nobis exeat, & operi diuino non noceat. Vix dicta compleuerat, cum ecce quidam statura procerus, facie truculentus, multis eum sequentibus, egressus disparuit. Non fuit in tanta multitudine hominum, qui aliquem nosset ex iis, qui egrediebantur. Mirabantur singuli, stupebant vniuersi. His ita depulsis, tantam mox efficaciam prædicatio Sancti habuit, vt eo iubente Dux ipse sui necem filii interfectoribus condonarit, & Ecclesia pacem receperit. Res equidem mira, sed altiori miraculo cumulata. Quamdiu enim in Concilio illo vir Sanctus perdocuit, sicut columba candida super caput eius apparuit. Quibus id videre datum est, Deum glorificauerunt; non enim omnes hanc videre gloriam meruerunt.

Ex Hugone in S. Hugonis actu. Baron. tom. 21. Annal. ann. Dom. 1055. §. 22.

S. Hugonis Abbas concione commotus Robertus ignoscit.

Columba candida super caput Hug. Abbas Cluniacens. dum perorat in Concilio Heduensi.

IX. *De mirabili duorum Comitum post longa eaq; intestina odia per Thom. Cantuar. conciliatione.*

Thom. Stapleton. de miraculis Thomæ Cantuar. lib. 2.

Duo Alemaniæ Comites, quorum vni Otho, alteri Hermes nomen erat, inueterato odio & graui bello inter se dissentiebant. Nihilominus vtrique summa erga D. Thomam Archiepiscopum deuotio erat: eum & mane & vesperi hac salutabant antiphona: Opem nobis, ô Thoma, porrige, tege stantes, iacentes erige, mores actus, & vitam corrige, & in pacis nos viam dirige. Vers. Corona aurea super caput eius. Resp. Expressio signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis. Oremus. Deus pro cuius Ecclesia gloriosus Archipontifex Thomas gladiis impiorum occubuit; præsta quæsumus, vt omnes qui eius implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequátur effectum. Per Christum, &c. Hinc accidit quinto Festo Pentecostes (quod D. Thomæ dicatum est) amicus Dei D. Thomas, sanctissimæ memoriæ Archiepiscopus quondam Cantuariensis nocturna visione supradicto Othoni apparuit, ita inquiens: Cur, quæso, eos odio prosequeris, quos amore prosequor? Nunquid tibi in mentem venit, quoties te bellantem contra paganos intuerim? (sicuti etiam eius aduersario Hermeri adfuerat) hæc obsecro non solum ad mentem reuoca, sed & memineris me Thomam esse Archiepiscopum Cantuariensem, qui tibi serio iniungit, vt hoc die Iulii 7. infra annum coram me compareas in Ecclesia Domini Martini, in finibus Artheſiæ (quo sæpe venisti dum ex monasterio S. Iudoci ad mare redires) eoque deduceres filium tuum Gossonũ, vt melius ei sit. Hæc si non feceris, quam grauiter Deum offendant, qui iniusta bella gerunt, statim experieris. Eadem verba in somno Hermeti Comiti fecit sanctus Thomas, præcipiens etiam vt filium suum Almaricum (quem Amoulti vulgo dicimus) conduceret. His autem Comitibus erant duntaxat duo filii, & totidem filiæ. Iamque supradictus Gossonus vsum videndi perderat, dum aprum in syluis venatur, ramo quodam in oculum irrumpente, vixque annum decimum & sextum attigerat. Vt igitur ad dictum diem in cœnobium Domini Martini appellerent ambo Comites, inscii tamen mutuæ visionis, itineri se accingunt. Prior Hermes illuc cum peruenisset sacrum in D. Thomæ sacello audiebat: & ecce alter Otho etiam intrat ecclesiam, certiorq; factus de aduentu Hermeris aduersarii, statim cingulum cum ense humi in templo deponit, nec vult sacellum D. Thomæ ingredi, ne Hermetis oratio interturbetur, famulis quoq; suis interdicens, ne quis eorum illum attingeret. Interim quidam ex famulis Hermetis adesse Othonem nunciat, quidque de suo ense fecisset. Tum Hermes erectis in cœlum oculis: Gratias, inquit, tibi ago Domine Deus, ac sancto Martyri. Hic Otho nobis est gratissimus; pariterq; deposito eius vlo gladium ad pedes imaginis sancti martyris deposuit: atque Missæ sacrificium ad finem vsque deuote audiuit vna cum Othone, qui è sacello prodeuntem Hermetem pileo deposito honorifice salutauit, tanquam & Dei, & sancti Thomæ amicum ac famulum. Hunc cum humanissime resalutasset Hermes eodem modo, eorundem filii eandem salutationem præstiterunt. Postea ambo duos ensis in manu sancti martyris collocarunt in signum pacis compositæ ac fœderis perpetui, etiamsi parui non essent precii. Deinde idem Otho cum Hermete alteri sacro interfuit, & ambo pariter cum filiis oblationem sacerdoti fecerunt, manibus se complectentes cum summa deuotione.

Sancti Dei, reconciliationis humanæ studiosi.

Belli iniusti grauis culpa.

Comitum Othonis & Hermetis reconciliatio.

Pacis vitæ signum.

X. *De horrenda Dei vindicta in hominem ignoscere nolentem.*

Ex Bran. monacho de vita eius. Sur. tom. 1. 19. Ianuar. Matth. 5.

Dum tempore quodam sanctus Wolstanus Wigornien sis Episcopus sermonem de pace faceret, & multi ad concordiam rediret, vnus inter eos nullo suasu, nec etiam Episcopi rogatu, pro fratris nece homicidæ veniam petenti indulgere voluit. Huic in medium adducto dixit Episcopus: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Constat ergo quod pacifici, sunt filii Dei & beati: & discordantes, sunt miseri & filii diaboli. Illi igitur, cuius es, te committo, & trado carnem tuam Satanæ. Statim ille mancipium hostile effectus, dentibus stridere, spumas iacere, caput rotare cœpit. A Wolstano demum sanatus, cum pacem adhuc repudiaret, iterum, & tertio arreptus est, quousque ex corde iniuriam & offensam remitteret.

Vltio terribilis in pertinacem.

XI. *De alia vltione diuina in negantem ignoscere veniam petenti.*

In translat. S. Donatini Rhemens. archiepis. Burga. Sur. 14. Octob.

Cum inclytus Flandriæ Marchio Balduinus, cultor iustitiæ, pacis amans inter cætera bonorum operum studia, monasterium in castro Hasnonien si fundatum extruxisset, eius dedicandi causa mirifi cos immensis opibus suis adhibuit apparatus, tantæque solennitati omnes Flandriæ optimates cum suis iussit interesse. Inter quos etiam nobilis quidam ad sancti Donatiani corpus venit, per tantum patronum peccatorum suorum remedia expetens. Ecce autem post affixa loculo eius oscula surgente illo, quidam, cuius magno ardebat odio, cuique iampridem necem moliebatur, ad genua eius procidit, propter Deum, & sanctum Donatianum sibi ab illo veniam dari petit: In te, inquiens, peccaui: miserere mei, vt etiam Deus misereatur tui. At ille stomachabundus minatur, ni quamprimum se dimittat, in sancti corporis præsentia se illum trucidaturum: quantoque alter in petenda venia erat constantior, tanto ille pertinacius eum repellebat. Mouit ea res clerum & populum, qui aderat: simulque cum homine supplice abiiciunt se ad pedes eius, orant multis modis, eum flectere cupiẽtes. Sed ille nec precibus nec lacrymis mouetur; immo maioris furoris œstro percitus, obstinato animo à sancti corpore recedit. Non dormitat autem vltio præpotentis Dei: repente vtroque lumine orbatur. Crescente dolore & timore, an-

Vltio diuina in nolentem.

sui

proximo ignoscere.

sui angores horrendo eiulatu prodere compellitur: Heu me miserum, inquit, qui Deum & sanctum Donatainum grauiter offendi: parensque aliorum consiliis, humiliter petiit ad sancti corpus se adduci. Coram illo se prosternens diu cum lacrymis & gemitibus deprecabatur. Inde surgit à precibus, oculatur hominem cui erat infensus, & redit missum lumen. Clamor populi in sublime tollitur, Deus in sancto suo ab omnibus collaudatur: Marchio Balduinus hæc audiens mirifice exhilaratur, maiori diuini cultus inflammatur desiderio, piissimum patronum sanctum Donatianum maiori veneratione complectitur.

S. Donatiani precibus sanatur.

XII. *Quant sit apud Deum meriti & lucri spiritualis iniuriam inimico remittere.*

Seraphin. Raius in suo hortulo Exc. Tit posteriore de dilectione inimicorum.

Magister Simon Berti Ordinis Prædicatorum narrat in suis sermonibus, qui manu scripti in Bibliotheca S. Mauri Florentiæ habentur; quendam hominem occidisse fratrem nobilis alicuius ciuis; & cum non posset effugere manus quærentis ipsum ad vindictam cum omni diligentia, pœnituit ipsum facti sui, & confessus patratum homicidium, commendauit se Deo cum prudenti deliberatione, & sponte ex improuiso illi se præsentauit die veneris sancto; & prouolutus ad pedes eius func, tũc & cingulo è collo suspenso, veniam rogauit mortis, quam fratri eius intulerat: & præterea vt vitam sibi donaret amore Dei, & Filii sui Domini nostri IESV CHRISTI, qui eo die passus erat pro nobis. Visa tanta humilitate, securus de ipsius clementia nobilis ille compunctus est, & illi condonauit pro amore Christi, viramque largitus est, & ipsum amplexatus & osculatus, dixit: Vade in pace, frater, Deus tibi remittat in cœlis, sicut remitto tibi in terris. Sed audite magnam mercedem, quam Deus intulit pro tam heroico facto ipsius amore designato. Sequenti nocte apparuit Christus in visione, & ait: Quoniam heri amore mei condonasti inimico tuo, noueris me animam fratris occisi hac hora è purgatorio liberasse: & insuper animam patris tui prius mortui ex eadem pœna exemisse, & ambos mecum duxisse in gloriam cœlestem: Quin etiam hæc superaddidit. Te inuito in octauum diem, vt relicta huius mundi miseria, possis gloria mea frui. Et sic factum est, nam octauo post die bene præparatus requieuit sancte in Domino. Ecce grandis fructus, qui colligitur condonando inimicis. Quare non remittendo credi potest animas diutius cruciari in purgatorio.

Iniuriam condonantis merces.

XIII. *Res est maximi apud Deum momenti pro persecutoribus orare.*

Auila in epist. 6.

Refert Magister Auila: Elisabeth Vngariæ Regis filiam semel orasse Deum, vt singulos, qui eam iniuria afficissent, afficeret Deus singulari aliquo beneficio, vt iniuriæ beneficium responderet diuinumque ad eam factum responsum; Nunquam orationibus suis Deo sic placuisse, ac tunc, pro eaque oratione vniuersorum peccatorum remissionem ei concedi.

XIV. *Adolescens occisus flammis purgatoriis eripitur, quod eius mater occisori lubens pepercerit.*

Io. Osorius to. 1. Concionum. ser. 6. post cineres.

Nostra hac tempestate à viris fide dignis accepi mirum hoc: Vidua erat vnicum habens filium illustrem, & heredem multorum bonorum. Hunc occidit inimicus eius, & continuo se abscondit: Cumque à Prætore inquireretur ad necem, nouit mater filii mortui eo Prætorem ire velle, vbi se abdiderat occisor filii sui, & in corde etiam materno valuit tãtum dilectio Dei, vt decreuerit filio occisorem liberare, quod & fecit, mittens occisori filii sui equum & pecunias, monensque fugam. Quod cum fecisset, ingressa est Oratorium suum, & pro filii anima orauit. Cui oranti adstitit filius luce ornatus, matremque sic affatus est: Cum inimico pepercisti, & pro me orasti, mater mea vere effecta es, plus quam cum me genuisti: insigni enim tua charitate & oratione à Deo obtinuisti veniam omnium meorum peccatorum, & indulgentiam consequutus sum multorum annorum, qui mihi restabant in purgatorio exoluendi: sicque in matris oculis cœlum ascendit: tantum valet apud Deum oratio post dimissas iniurias. Nulla est dicendi vis, nullum orationis flumen, nulla exornatio & varietas sermonis, nulla denique alia re sic diuina captari potest beneuolentia, vt à Deo exaudiamur in oratione, ac inimicorum dilectione, & pro eis effusa oratione.

Oratio diligentis inimicum omnia impetrat.

PETITIO SEXTA.

Et ne nos inducas in tentationem.

TIT. XXVI. De variis dæmonum apparitionibus, eorundemque illusionibus.

EXEMP. I. *De apparitione dæmonis in ficta specie Trinitatis.*

In vita eius apud Sur. die 6. Iunii c. 19.

CVm B. Norbertus in Christo Domino Ordinis sui fundamenta poneret, & iam de viuis & politis lapidibus Domus Dei ampliaretur, non defuere tentationes inimici, & aduersantis hostis insidiæ, qui plantata eradicare, fundata euellere, congregata dispergere, dispersa morti tradere multiformi dolo laboraret. Nam in singulis singulas & proprias considerans affectiones, modis omnibus se opponebat, & ad decipiendos nouos tyrones Dei, sese in Angelum lucis transformare non metuebat. Itaq; contigit quadam nocte cuidam ad matutinas stanti & contemplanti, & de illa gloriosa & ineffabili Trinitate cogitanti, vt ille antiquus hostis visibiliter adstaret & diceret: O quam felix es: ô quam

Dæmonis apparitio in specie Trinitatis.

in tuo proposito laudabilis, qui & bene cœpisti, & te persequeratutum in tanta afflictione deliberas: idcirco sanctam Trinitatem, ad quam toto mentis affectu suspiras, videre mereberis. Et his dictis, apparuit tria gestans capita, Trinitatem se esse contestans. At ille expauescens, & plurimum admirans, paululum tamen præmeditatus, cum non sibilum aurę lenis, sed ventum turbinis fœtidum sentiret, dixit: O miser & infelix, & omnibus creaturis deterior, tu, inquam, qui signaculum similitudinis Dei fuisti, quomodo arrogas tibi non tantum te scire Trinitatem, sed illam ipsam te esse? Recede, recede, & me tuis fraudibus non obedientem, non præsumas vlterius inquietare. Statim ille recessit.

Diaboli fraus dissipatur.

XI. *Dæmon Christum se dicens B. Martino Turonensi Episcopo apparet.*

Hic occurrit illud de S. Martino Sulpitio. Quodam die præmissa prece, & circumtectus ipse luce purpurea, quo facilius claritate assumpti fulgoris illuderet, vestę etiam regia indutus, diademate ex gemmis auroque redimitus, calceis auro illitis, sereno ore, lætaque facie, vt nihil minus, quam diabolus putaretur, oranti in cellula astitit; cumque Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multumque ambo silentium tenuerunt, tum prior diabolus: Agnosce, inquit, Martine, quem cernis, Christus ego sum, descensurus ad terram, prius me tibi manifestare volui. Ad hæc cum Martinus taceret, nec quicquam responsi referret, iterare ausus est diabolus professionis audaciam: Martine quid dubitas credere, cum vides? Christus ego sum. Tum ille reuelante sibi Spiritu, vt intelligeret diabolum esse, non Dominum: Non se, inquit, Dominus purpuratum & diademate renitentem venturum esse prædixit: Ego Christum, nisi in eo habitu formaque, qua passus est, nisi Crucis stigmata præferentem venisse non credam. Ad hanc ille vocem statim vt fumus euanuit, cellulamque tanto fœtore compleuit, vt indubia indicia relinqueret, diabolum se fuisse.

Seuer. Sulpit. in eius vita c. 25. Dial. 1.

Dæmon Christum se dicens à B. Martino reiicitur.

III. *De alia dæmonis apparitione in specie Christi Domini.*

Alter sanctorum Patrum, dum sibi dæmon transfiguratus in Christum diceret, Ego sum Christus te personaliter visitans, quia dignus es, confestim clausit oculos vtraque manu, vociferans; Nolo hic Christum videre, satis est ipsum in gloria si videro: statimque disparuit. Alter sub aliis verbis similem seruauit in huiusmodi illusione humilitatem. Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego certe talis non sum, quod dignus sim hic videre Christum. Subdit idem reuerenter quoque, cum Apostolorum Principe, dicatur; Exi à me Domine, quia peccator sum, quia vilis sum, quia visionibus tuis indignus sum; quas hic neque quæro neque accepto, sed repello. Sit in alio, non in hoc sæculo visio tua rota merces mea Domine Deus, & sufficit. Quid ad me de visionibus tuis in hac vita? quid de Superiorum meorum monitionibus? mitte potius alium, quem missurus es: & me meus spiritus humilis tegat obscuroque loco.

Io Gerson. D. Bonau. lib. de profectu religiosorum c. 19.

IV. *De Secundello Diacono è cellula Dæmonis illusione extracto, postea resipiscente.*

His conforme est quod Gregorius Turonensis scribit de S. Friardo eiusque socio Secundello Diacono: hi enim patria parentibusque relictis, eremũ petierunt, vbi steterunt immobiles: habebat vterq; propriam cellulam sed procul inter se positam: cumque strenue in oratione persisterent, nocte Secundello Diacono apparuit tentator in specie Domini, dicens: Ego sum Christus quem continue deprecaris: iam enim sanctus es, & nomen tuum in libro vitæ cum reliquis sanctis meis adscripsi: egredere nũc ab hac insula, & vadens fac sanitates in populis. His & ille illectus deceptionibus discessit ab insula, nec socio nuntiauit: tamẽ cum infirmis in nomine Christi manus imponeret, sanabantur. Reuersus autem post multum tempus ad insulam, venit ad socium cum vana gloria, dicens Abii extra insulam, & virtutes multas in populis feci. Cumque conterritus ille interrogaret; quid hoc sibi vellet, cuncta, quæ gesserat, simpliciter pandit. At senior obstupescens, suspiransque ac lacrymans, ait: Væ nobis, in quantum audio, à tentatore delusus es: Vade: age pœnitentiam ne vltra tibi prævaleant eius doli. Quod ille intelligens, & periisse se timens, cum fletu ad pedes eius prosternitur, rogans vt pro se Dominum deprecaretur. Cui, Veni, inquit, & pariter eius omnipotentiam pro salute animæ tuæ poscamus, non est enim difficilis Dominus se confitentibus misereri, cum ipse per prophetam dicat: *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.* Orantibus autem illis aduenit iterum tentator in simili specie ad Secundellum Diaconum, dicens: Nonne præceperam tibi, eo quod oues meæ morbidæ essent, & pastore indigerent vt egredereris & visitares, atque opem sanitatis eis tribueres? Et ille. In veritate comperi, quod seductor sis, neque te Deum credo cuius te speciem mentiris habere. Tamen si Christus es, crucem tuam, quam reliquisti, ipsam ostende, & credam tibi. Cumque non ostenderet, Diacono Crucem Domini in os eius faciente, confusus euanuit. Rursum vero ad eum veniens cum multitudine dæmonum, tanta illum cæde afflixit, vt vix putaretur euadere posse; & discedens, nusquam comparuit. Idem postea Diaconus in summa sanctitate perdurans die debito defunctus est.

Secundellus Diaconus à dæmone illusus resipiscit.

Ezech. 18.

Ad signum Crucis fugit dæmon.

V. *De transfiguratione dæmonis in Angelum lucis, vt suasione blandi hominem fallat.*

B. Simeon Monachus Treuirensis, in verticem montis Sinai iussu superiorem cum missus fuisset, ibi habitaturus, nocturnis horis illi specie Angelica dæmon apparuit, & vt missam celebret hortatur, ipse nec plane dormiens, nec perfecte vigilans co-

Euerard. in Abbat. in hist. vitæ eius ad. Surium. 1. Iunii c. 4.

tradi-

traderet, non debere sine presbyterii ordine aliquem hoc ministerium implere: contra inimicus instat, se Dei legatum esse, Christum hoc velle, nec decere sanctum locum ministerio tali diutius priuari. Renitentem ergo & contradicentem adiuncto sibi cõsortio alterius dæmonis, de lectulo educunt, ante altare iam vigilantem statuunt, alba induunt, de stola vtrimque altercantur: hostis more presbyteri, Simeon more diaconi contendebat sibi imponi debere. Tandem Dei famulus ad se reuersus, virtute orationis, & signo Crucis inimicum repellit, seque delusum ingemiscit.

Ordine Sacerdotali carens non potest celebrare.

VI. *De alia transfiguratione dæmonis in Angelum lucis.*

Iacob. à Vitriaco Card. lib. 1. Vitæ Mariæ Oegniacensis c. 9.

Quidam ex amicis B. Mariæ Oegniacenæ præcipuis a dæmonio meridiano perambulante in tenebris aliquando tanto periculosius, quanto subtilius infestabatur. Callidus enim hostis, transfigurans se in Angelum lucis, sub specie pietatis ei familiariter in somnis apparebat, nonnunquam eius quædam vitia reprehendens, ad quædam etiam facienda bona eum fraudulenter adhortans, vt prius tanquam antidoti cuiusdam falsa specie oblata, postea occultius venenum instillaret, & mellita lingua blanditer exerta, postmodum dentem infigeret, & ad extremum caudam suam quasi cedrum stringeret. Cum enim iam illi fides ceu veraci haberetur; tum instar sophistæ & impostoris, veris quibusdam proditor ille falsa permiscebat, bonorum intermixtione falsis quandã vmbram insidiose prætexens. Tandẽ suis machinis eo perduxit fratrem illum, vt res eius pessimum exitum fuerint habituræ; si non ancilla Christi, reuelante Spiritu sancto, callidi veneratoris fraudes didicisset. Cum autem diceret homini, reuelationes illas non esse à Deo, sed maligni dæmonis illusiones esse; & ille è diuerso, non sancto, sed suo spiritu obiiceret; Cum tot beneficia præstiterit mihi spiritus ille, tot vera & futura prædixerit, nullo pacto mihi vult imponere: illa ad solita orationis arma confugiens pedes Domini rigat lacrymis, cœlum precibus instanter pulsat, nec facit finem, donec impius ille impostor cum multo gemitu & pudore ipsi nocte in cellula sua oranti adstaret: quem illa commentitio præditũ splendore intuens: Quisnam es tu, inquit, aut qui vocaris? Ille superbo vt erat vultu illam toruis oculis vicissim aspiciens; Ego sum ait, quem tu maledicta precibus tuis compulisti venire ad te, quæ meum mihi amicum per vim auferre conaris. Somnium aũt ego vocor: Multis enim, præsertim religiosis, in somnis, instar Luciferi appareo, mihique obediunt illi, & ex meis consolationibus animis efferuntur, dignosq; se putant, qui diuinis & Angelicis fruantur colloquiis. Amicũ illum meum, quem pro tua voluntate mihi abstuliſti, iam eram à bono proposito retracturus. Et id sane euentus rei docuit, sed oua aspidum rupta sunt, & maligni illius fraudulenta consilia in lucem prolata.

Angelus Satanæ in Angelum lucis se transfigurat.

Dæmon cur dictus somnium.

VII. *Dæmonem citiosis nostris actionibus præsentem esse & cooperari.*

Cassianus Collat. 9. c. 6.

Quidam debita obedientiæ paupertatisque sorte non contentus, magno labore desudabat, vt tuguriũm suum laxius paulo ornatiusque redderet quã communis consodalium ratio ferebat: dumque aliquando ferueret opus superueniens Senior inuenit illum ingenti malleo saxum grande diuerberantem volentem illud minuere, & vsui suo aptum reddere: viditque diabolum, in forma Æthiopis, manus manibus applicantem, ictus singulos dirigentem, & adiuuantem, quique totis viribus, atque consilio opus curiosa mente strenue promouebat. Accedens vir sanctus propius rogauit, ecquidnam ageret: Lapis hic inquit) nobis multum facessit negotii; & vix illum confringere valemus. Recte, inquit Superior, dicis (nobis) & (valemus) nam solus non es in hoc opere: sed cooperatorem habes, qui tibi non tam seruit & opitulatur; quam imperat, & dominatur: teq; facere compellit quidquid voluerit, iuxta proprii tamen sensus tui peruersam cupiditatem. Dum visibili fraus illa specie detegitur, simul innuitur quid quotidie latenter peragatur, quando diaboli iussis per peccatum obtemperatur.

Dæmon in forma Æthiopis apparet.

Male agentes dæmon iuuat.

VIII. *Vt varias dæmon formas virginibus quibusdam apparuerit, & ab iisdem repulsus sit.*

Ex litter. annuis Soc. ann. 1590. Prouincia Mediolanensis.

Aliud efficacius verbis Francisci Bentii ex annuis litteris proferimus Prouinciæ Mediolanæ anni 1590. In oppido quodam suburbano prope Aronam ad triginta mulieres malo dæmone agitantur, omnes fere virgines, infirmæq; conditionis, eæ præsertim quæ sunt voto virginitatis obstrictæ. Mirum, has, quibus dolis circumueniat, quibus oppugnet. Varias inducit formas vt alliciat ad infanda, vt deterreat ab honestis. Assimilat modo personam, & pietatem monachi, & quod audire aures horrent, ipsiusmet Christi crucifixi hortantis ad impia: quin & vrsum, leonem, serpentem impetum facturus in puellas hianti ore, deuoraturus vno hausturi: minacem etiam militem, cum scloppo parato & instructo, iamiamque extrusuro pernicialem glandem cum flamma tonitruque, nisi exorqueat assensum. Sed simplicitas virginum vicit omnem astutiam. Deo nixa. Magna omnino earum fides! eoque clypeo ignea nequissimi tela extinxere. E plurimis narrationes duæ reponentur. Ex earum numero quædam nobilibus orta parentibus, & molliter educata, cum haberet aliquando noctem infestam à diabolo insidiante, stratum deserit, & hieme licet media, ac tempestate perfrigida in nudo pauimento nuda cubat. Cum creſceret nihilõ secius flamma (vt magnum incendium aqua ingesta) clam cubiculo egressa in hortũ secedit ibique magni æmulatione Francisci, quem eadem factitasse acceperat, corpus proiecit in aggerem ninium tamdiuque peruoluta-uit, obstrepente licet dæmone (qui ab ea visebatur) & dentibus frendente, vt internum ignem externo

frigore restrinxerit. Alteri idem dæmon noctu se ostendit imagine B. Vrsulæ, & crucis vexillum præferens cum multarum virginum comitatu, atq; ita locutus est. Videt Deus, amatque tuum istud studium tuendæ pudicitiæ: sed quoniam difficile admodum est in paterna domo in tanto strepitu occursantium; & periculorum obiectu non contaminari mentem aliqua ex parte, nos ablegauit, vt te duceremus in cœnobium sacrarum virginum omissis curis omnibus ipsius numine studiose famulantium. Hic virguncula, Deo aspirante, cum videns diaboli insidias, dexteram duxisset manum à capite in pectus, moxque à sinistra produxisset in dexteram, vt efformaret Crucem; se talibus visis, tantoque honore indignissimam esse profiteretur. Neque vero vobis habeo magnam fidem. Timeo & in speciosis consiliis fictos dolos: quod si Dei legatione fungimini, has Sanctorum reliquias (habebat reliquias adalligatas ad collum) humiliter veneramini. Mirum dictu, procubuerunt in genua larvæ venerabundæ. Et tanto magis vrgent, vt maturet profectionem. At illa, Mihi non licet quicquam grauius statuere mei patris spiritualis inuisu, neque ad eum adire licet nocte intempesta: conuenite vos illum, & exponite mandata Dei, vbi diluxerit, ego accedam, & vtar consilio illius. Hoc responso, dæmones abiecta omni simulatione, in suas se tenebras abdiderunt, cum fremitu in irridentem puellam, quod lingua solum bellarent: grateque agentem suppliciter Deo, contumelias & probra certatim ingerentes.

TIT. XXVI. De tentationibus, quibus impedimur à dæmone, & de modis iis obsistendi.

Genes. 25. *Minimo pretio tentat & subuertit homines dæmon: sic suasit misero Esau, vt pro lenticulæ edulio sua primogenita venderet: qui ideo benedictione Dei & etiam paterna excidit.*

Exod. 16. *Si filiis Israel in deserto, illas tantum & carnes Ægyptiacas in memoriam reuocat, vt ees Deo rebelles, & reuertendi in Ægyptum cupidos redderet.*

Num. 15. *Sub necessitatis specie induxit Iudæum, vt colligeret ligna in Sabbatho: propter quod vitam perdidit lapidibus obrutus.*

1. Paral. 21. *Consurrexit Satan contra Israel, & incitauit Dauid vt numeraret Israel.*

Io. 13. 27. *Iudas Simonis Iscariotes, in tentationem se abire permisit, dum Satanas in eum intrauit.*

Matt. 11. *Tentat homines non vnus modo Satan, sed gregatim interdum impetum faciunt: quod ille confessus est dæmon, qui rogatus à Christo Domino, quod sibi nomen esset, respondit: Legio mihi nomen est, nempe dæmonium multitudo, quæ miserum illum diuexarat.*

EXEMP. I. *Contra dæmones necessario esse pugnandum monet Angelus Domini, promittens auxilium.*

ABbas Antonius dux monasterii Arsenoitarum, qui etiam illud ædificauit, narrauit nobis de Abbate Theodosio quod senex ipse hæc de seipso narrabat: Priusquã ad vitam solitariam transissem, factus in extasi aspexi virum quendam, cuius species claritatem solis vinceret. Hic tenens manum meam: Veni, ait, quia pugnare, & luctari te conuenit, & induxit me in theatrum plenum viris ex vna parte candido amictu; ex alia vero nigro vestitis. Cum ergo iniecissem me in theatrum, aspicio virum miræ magnitudinis Æthiopem, cuius caput turpissimum penetrabat nubes. Tunc ait ad me iuuenis ille, qui mihi apparuerat: Cum hoc luctari oportet. Ego, qui aspectu viri illius proceri territus eram, tremere ac pauere cœpi, orabamque iuuenem illum splendidum, qui me induxerat in theatrum dicens: Quis hominum mortali conditione, & infirmitate circundatus cum hoc luctari posset: Non ipsum vniuersum genus hominum, si in vnum confluat, huic resistere præualet. Ait autem ad me iuuenis ille præclarus; Prorsus cum illo te luctari opus est. Ingrédere igitur cum omni alacritate, & fiducia: mox enim vt tu illum adorsus fueris, ego adiutor ero, tibique victoriæ coronam reponam. Vt ergo ad certamen sum ingressus, luctarique inuicem cœpimus, continuo præclarus ille iudex nostri certaminis adfuit, mihique coronam dedit. Atque plebs illa obscura, Æthiopumque multitudo ingens eiulantes euanuerunt: pars vero reliqua candidatorum gratias illi & laudes referebant, qui me iuuerat, ac præclara victoria donauerat.

Sophron. Prat. Spirit. cap. 66.

Contra dæmones pugnandum.

Angelus Dei iuuat nos contra dæmones.

Victoria contra dæmones obtenta.

II. *Vt Abramius Satanæ fallacias fortiter restiterit, eumque à se repulerit.*

Cum B. Abramius Barbarorum atrocitatem & furorem diu multumq; sustinuisset, nec ob id alios conuertere & instituti sui gratiam seruare deterretur, videns Satanas, qui ab initio honestatis ac virtutis hostis fuit, quod in tantis afflictionibus, quas aduersus eum excitauerat, non valuisset virum Dei lædere, neq; in segnitiem atque pigritiam eum trahere; neque in aliquo mentem eius à bono proposito abducere; at sicut aurum in fornace, ita ipse inter pressuras magis resplendesceret, ampliusque ad multorum salutem in patientia, & in Christum charitate atque alacritate proficeret: vehementer honestatis inimicus aduersus Beatum Abramium exacerbatus; acriterque efferatus, venit ad eum magno cum phantasmate; vt saltem sic terrorem ipsi incutiens, facilius fallere atque decipere eum posset. Cum igitur media nocte Sanctus staret ac psalleret, repente lux magna in cella eius refulsit, & vox quasi multitudinis cuiusdam audita est, dicens: Beatus es domine Abrami vere, inquam, beatus es: quoniam nullus in cunctis rectè factis inuentus est, sicut tu; nullusque ita omnes voluntates meas perfecit, vt tu. Subito autem vir beatus dolum maligni cognoscens, exaltauit vocem suam, & dixit Tene-

S. Ephræm Syrus in eius vita.

Tentationes dæmonis aduersus S. Abramium.

bræ tuæ tecum sint in perditionem, ô plene dolo atque fallacia: homo enim peccator sum ego; quia tamen charitatem Dei mei habeo, & spem in ipsum atque auxilium, in nullo ego te, tuasq; insidias pertimesco, neque plurima tua phantasmata ac spectra terrorem mihi incutiunt. Pro muro siquidem munitissimo atque turissimo, est mihi nomen Domini mei & Saluatoris Iesu Christi, quem dilexi ac diligo: in quo te nomine increpo, immundissime canis, ac miserabilissime. Quæ cum ipse diceret, illico instar fumi à conspectu eius euanuit. Beatus autem Dei famulus multa cum alacritate tranquillo animo benedicebat Deo, tanquam qui nullum prorsus phantasma conspexisset.

Nomen Iesu murus æneus contra diaboli insidias.

III. *Scripturæ sacræ verbis armatus dæmonem illudentem iterum vincit S. Abramius.*

Idem ibidē. Dum idem Abramius aliquando noctu oraret, tenens securim Satanas cœpit cellam eius euertere: cumque iam eam videretur perforasse, magna exclamauit voce, dicens: Festinate celeriter, ô amici mei, festinate, introeuntes cito eum suffocate. Beatus autem vir Dei, contra ad illum: *Omnes* (inquit) *gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vltus sum eos.* Ille vero protinus hac voce audita euanuit; cella interim sancti viri integra atque illæsa permanente. Iterumque paucis interlabentibus diebus aliis, dum media nocte Psalmodiæ vacaret, conspiciens thoracem super quam psallens consistebat, vehementer flamma comburi, ignem intrepidus conculcans, aiebat: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*: omnemque potentiam inimici in nomine Domini nostri Iesu Christi mihi auxiliantis superabo; Diffugiens autem Satanas exclamauit ac dixit: Ego te deuincam, improbe, artesque inueniam, quibus te conteram, qui me iam despectui habes, &c.

Psal. 117.

Psal. 90.

VI. *Dæmon prauum consilium suggerens à B. Vincentio per signum Crucis fugatur.*

Pet. Rauzan. Panormit. in vita eius lib. 1. cap. 9. apud Sur. 5. April. die.

Cum B. Vincentius Ferrarius Dominicanus Valentiæ animas Christi lucrifaceret, ibi varias & dæmonum & hominum pertulit insidias. Quadam nocte, cum finito matutinali officio ante B. MARIÆ Virginis oraret imaginem, & inter cætera virtutem perseuerantiæ à Domino IESV CHRISTO sibi concedi peteret: visus est ei adstare ante oculos diabolus in specie senis valde venerabilis, cuius erat barba vsque ad genua prolixa, nigerrima. Qui ei dixit: Ego sum vnus ex illis veteribus patribus, qui multis annis magna cum corporis continentia, ac incredibili potus cibique parcitate Ægypti solitudinem incolui. Et cum essem iuuenis, omnem corporis voluptatem experiri volui. Postquam vero tempora iuuentutis meæ in variis delicijs consumpsi, in me reuersus pœnitentiam egi: & sic clementissimus Deus veniam dedit peccatorum. Nunc igitur, si mihi seni credendum est, qui habeo multarum rerum vsum, tibi suadeo, vt floridæ ætati tuæ compatiaris, & hanc corporis macerationem nunc omittas, & vsque ad senectam reserues. Nec dubites: paratus est enim Deus semper suscipere pœnitentiam. Sanctus autem Vincentius, vbi primo rem huiusce modi vidit, fuit vehementi timore commotus. Sed postquam verba loquentis aduertit esse venenifera, diabolum esse suspicatus est. Vnde se se Deo & beatæ Virgini commendans nihil ad verba diaboli respondit; sed se signo crucis muniens: Abi, inquit, pestifer serpens; namque ex subdolis verbis & dictis tuis non vnus ex Ægypti patribus, sed ex inferni dæmonibus vnus esse conuinceris. Credidisti nouum militem Christi tuis insidiis posse superari. Sed licet nouus sim in hac militia, tamen gratia Christi, cuius amore laboribus me tentationibusque expono, me sic vndique armatum reddet, vt contra te dimicare nō metuam. Dæmon se cognitum videns, emisso eiulatu magno, ac tetro fœtore relicto protinus euanuit.

Prauum impostoris consilium.

Crucis signo dæmō fugatus.

V. *Idem Vincentius dæmonis illusione à virginitate amplectenda deterritus in ea per* B. MARIAM *confortatur.*

Idem ibidem cap. 11. Aduersus Heluidiū.

Idem alio tempore, dum circa quartā noctis horam in cella legeret librum illum, quem edidit diuus Hieronymus de virginitate Beatæ MARIÆ, & inter suauitatem lectionis ipsam Virginem obsecraret, vt eius virginitatem custodiret, facta est ad eum vox huiusce modi: Non omnes possumus esse virgines, namque tametsi vsque nunc te virginem appellare potuisti, non tamen vltra patiar, vt tam honorato nomine gaudeas. Vir Dei ad hæc verba plurimum attendens intra se tacitus voluebat, quid sibi vellet sermo, quem audierat. Non enim induci poterat, vt verba illa ore B. Mariæ emanasse crederet, quippe quę virginitatis custodes virgo ipsa semper amauit, confortauit, adiuuit, magnificauit. Genua igitur flectens ab ipsa Virgine petiit, vt quid significare vellent verba illa terrifica, dignaretur ostendere. Nec multo post ei beata Virgo multa cum luce visibiliter apparuit. Et postquam sui eum ostensione confortauit, lætumque reddidit, hoc pacto locuta est: Verba illa ad te paulo ante facta diaboli fuerunt, qui tibi proponit bonorum operum difficultatē, vt territus ab incepta virtute desistas. Tu autem cautus esto, & constanti animo perseueres. Et quanquam tibi crebras parabit insidias, ac frequenter conabitur, vt perclitetur virginitas tua, vtque cæteræ virtutes, quæ in te sunt, corruant; tamen ne diffidas; spera semper in Domino, quoniam ipse erit clypeus tuus, quo nō solum arma diaboli poteris facile contemnere, sed & ipsum, cunctasque artes & versutias eius magno animo superabis. Hæc vbi à Virgine gloriosa dicta sunt, ei à Vincentio gratiæ referuntur, & illa disparuit. Ex quo tempore tantum feruoris Christi militi accessit, vt non terrestris homo, sed cœlestis Angelus esse videretur.

Virginitati inuidet dæmon.

Virginitas B. Mariæ grata.

VI. *Igna-*

VI. *Ignatius Loiola vt falsas à dæmone immissas illustrationes, quibus illum à studiis auertere conabatur, repulerit.*

Petr. Ribad. lib. 1. de vita Ignatij cap. 3.

Ignatius Loiola cœpit anno nostræ Salutis 1524. grandis iam natu (annum enim agebat 33.) studia non ætati, sed spiritui suo conuenientia exercere, primaque grammatices rudimenta deuorare. Sed cum neque exilium, spinosarumque rerum subtilitas, neque inusitati studii labor vlla eius animum molestia afficeret: perturbabat tamen illustrationū, quas inter ea ipsa studia percipiebat, tum magnitudo, tum crebritas. Nam cum nōminū, & verborum memoriæ mandare inflexiones vellet, tanto splendore animus illustrabatur ad res diuinas intelligendas, vt noui ediscere nihil posset: & si quid antea esset memoriæ traditum, id totum facile effluereret. Neque omni studio, animiq; contentione poterat aut arcere appropinquantes, aut ingressas huiusmodi cogitationes abigere. Cuius rei nouitate perculsus: Quid hoc, inquit, rei? cum oramus, cum cōfitemur, & supersubstantialem panem accipimus, cum vigilamus, cum nos verberibus cædimus, cum spiritualia omnia ac diuina munera obimus, neque tam frequentes, neque tam magnæ, neque tam vehementes se nobis illustrationes offerunt: cum puerilia agimus, & de Deo propter Deum non cogitamus, tū speciosę nostrę menti imagines, & cœlestes illustrationes occurrunt. Agnosco, agnosco importunissimi hostis calliditatem: agnosco veteratoris dolos, & astutiam. Cuius conatibus vt occurreret, & consilium diaboli se à studiis malitiose auocantis eluderet, præceptorem suum, in templum, cui sanctæ Mariæ à mari cognomen est, vt veniat, rogat. Illi dæmonis tentamenta narrat: suam in duos proximos annos assiduitatem pollicetur, se à lectionibus non abfuturum (panis modo sibi & aqua ad victum suppetat) fidem suam obstringit. Et simul sese ad pedes abiit, ab eo etiam atque etiam petit, vt se pro puero habeat, verberibus grauiter accipiat, sicubi minus attentum, aut diligentem esse deprehenderit: atque hac tam vehementi eius animi contentione diaboli fraus repulsa est, & pax tū illi diuinitus reddita. Eidem præterea Philosophiæ curriculum ingredienti, eadem illi impedimenta ex cogitationum spiritualium importuna copia intulit, quæ Barcinone obiecerat in rudimentis Grammatices versanti. Sed fallaces illas imagines facile depulit, & callidi hostis impetum, & eadem ratione qua superiorem illum, refutauit ac fregit.

Dæmon fallas illustrationes Ignatio immittit.

Tentationes superioribus aperiendæ.

VII. *Euagrius Diaconus tres dæmones de fide tentantes spiritu sapientiæ superat.*

Pallad. in hist. Lauf. cap. 86.

De Euagrio claro Christi Diacono, qui vixit instar Apostolorum, nō est æquum tacere. Huic enim tres aliquando apparuerunt dæmones in habitu clericorum, de fide cum eo inquirentes. Et vnus quidem dicebat, cum esse Arianum: alter vero Eunomianum: tertius autem Apollinaristam. Et eos paucis superauit spiritu sapientiæ.

VIII. *Graues tentationes, vtpote blasphemiæ, Patri spirituali seu directori esse patefaciendas.*

Id hoc exemplo confirmat Ioan. Climacus Monachus quidam studiosus cum à dæmone perturbaretur cogitatione blasphemiæ ad viginti annos, carnem suam ieiuniis & vigiliis macerare non destitit; cum vero inde nullam vtilitatem se cepisse sentiret, profectus conscriptam in charta perturbationem ac tentationem suam sancto cuidam ac probatissimo seni obtulit in faciem prostratus, nec illum intueri valens. Vt autem legit senior, subrisit, fratremque erigens, dixit: Pone fili, manum tuam super oculum meum. Quod cum fecisset, ait illi senior. Super collum meum sit, frater, hoc peccatum, quotquot annis te oppugnarit, vel oppugnaturum sit. Tu autem id obserua, vt hoc iam floccipēdas, & nihil æstimes. Quibus verbis ita roboratus est frater, vt non ante cellā senis excederet, quam huiusmodi morbus euanesceret. Hoc autem is, qui expertus est, mihi postea narrauit, Deo gratias referens.

Io. Clim. grad. 23.

Remedium optimum contra tentationē blasphemiæ.

IX. *Abstinentiam Philiberto monacho arte dissuadere contendens diabolus qua ratione deuictus.*

Philibertus cum esset bonæ indolis adolescens, Dagoberto Gallorum Regi commendatus in palatium eius aduocatur, ac inter nobiles constituitur. Vbi vero vigesimum ætatis expleuit annum, diuina præcepta audiens, apud se deliberauit, Christi fieri discipulus, facultatibus omnibus derelictis, sub Aglio primo Abbate monasterii cœnobii Rasbacensis: vbi in omni religione & sanctitate adeo excreuit, vt etiam perfecti viri in eo cernerent, quod merito imitarentur. A mensa nunquam satur abibat; eius proinde abstinentiæ antiquus hostis inuidens, animum eius pulsauit vt largioribus epulis indulgeret, volente Deo fraus eius detecta est, nequissimo dæmone illi in somnis ostenso: cū enim nocte quadam cibo refectus esset, improbus ille ventrem eius palpans: Modo, inquit, hic bene, modo hic bene. Tum vero Christi miles agnoscens ignita hostis iacula, Cruce se consignat, statuitque repetere pristinum, abstinendi rigorem, & diuinum aduersus fallacis dæmonis machinas auxilium implorare. Nocturnis horis illo ad ecclesiam abeunte, tortuosus coluber tribus modis eum voluit impedire. Prima nocte, sumpta vrsi specie, intra ecclesiam eum terrere cum vellet, & alia nocte candelabri ferro confodere niteretur, atque tertia nocte transuersim in ecclesiæ foribus stans, eum aditu arcere conaretur, cūcta hæc machinamenta virtute Christi Philibertus dissoluit, Crucis expresso signo.

D. Anton. 2. p. Chron. tit. 13. c. 6. §. 18. & Sur. Aug. 20. c 3.

Abstinentiā Philiberti caute euertere nititur diabolus.

Virtus signi Crucis.

X. *De admonitione pulcra viri sancti super verbis orationis Dominicæ: Et ne nos, &c.*

Sophron. cap. 209.

Dixit quidam sanctorum: Cum oramus ad Dominum

minum dicentes: Ne nos inducas in tentationem non vt non tentemur oramus, hoc enim possibile non est, sed ne à tentatione absorbeamur, si aliquid agamus quod displiceat Christo: hoc enim est non intrare in tentationem. Sancti enim martyres tentati per supplicia, nec superati, non intrarunt in tentationem: sicuti neque qui pugnat cum bestia quousq; non deuoratur ab ea. Cum vero deuoratus fuerit, tunc intrauit in tentationem. Ita & in omni passione fit. Neque enim intramus in tentationem, nisi à passione superemur.

TIT. XXVIII. De pugna & modo vincendi mundum.

Iob. 1. *Insignis est laus & gloria Iob qui de mundo, de carne & de Satana triumphauit.*

Ioan. 16. *Christus Dominus victoriam etiam de mundo reportauit: Confidite ait, ego vici mundum.*

EXEMP. I. *Seuerus haereticus tentat Alamundarum Saracenorum Regem, sed egregie illuditur.*

Theod. Lector. Collect. l. 2 apud Baron tom. 6. 513. 42.

CVm Alamundarus Saracenorū Philarch⁹ Christianissimum amplecteretur, misit ad illum Seuerus duos Episcopos, vt eum malitia sua inficeret. Verum huius conatus præuenit Deus, effecitque vt ab illis baptizaretur, qui Synodum Chalcedonensem approbant. Cum qui à Seuero missi erant Philarchum ea docere conarentur, quæ veræ doctrinæ contraria erant, fabulam ad redargutionem eorum quæ ab illis dicebantur, commentus est. Ea erat, q videretur literas accepisse, quæ Michaelem Archãgelum mortuum esse significarent. Respondentibus illis. Hoc est impossibile. Quomodo (inquit igitur Philarchus) si duas naturas Christus non habet, nudam crucem Deus pertulit, cum ne Angelus quidem pati quicquam, vel mori queat? Adhunc itaque modum confusi qui à Seuero missi fuerant, & pudefacti discesserunt.

Alamandarus Rex illudit legatis Seueri.

II. *Tentantem auertere viros sanctos à recta via absorbet terra.*

Cyrill. Monac. in Metaphr. apud Sur. tom. 6.

Cum S. Sabas cum monacho quodam virtutis amantissimo coniunctim viuere decreuisset, mox eos tentarunt quidam Agareni homines corruptissimi, qui nolentes quidem, prius inferre iniuriam, mittunt ad sanctos viros vnum è suis veluti quandam escam, vt si illi vel minimum impetum fecissent in eum, qui missus fuerat, ipsi ambos inuaderent & interficerent. Non enim ex animo illorum sed ex seipsis vniuersum iudicabant, similiter esse moribus barbaris sanctos existimantes. Illi vero cum periculum protinus præuidissent, nulla re alia quam ea, in qua sola poterant confidere, nempe precatione, aduersus eos armabantur: & cum simul inclinassent & genua & animos Deum rogabant ardentissime, vt liberarentur ab illorum insidiis: *Hi in curribus, Do-*

mine, dicentes, *& hi in equis: nos autem in nomine tuo magnificabimur.* Quoniam non in fortitudine equorum, nec in tibiis virorum delectaris: sed in contritione cordis & humilitate nomen tuum inuocantibus. Sic finem acceperunt eorum preces, & terra dehiscens, quomodo olim *Dathan*, ita etiam tentatorem illum, qui ad eos missus fuerat, in aliorum conspectu deuorauit. Cum autem illud nouum vidissent miraculum, statim magno timore afficiuntur, & se coniicientes in pedes longe recedunt. Ab illo vero tempore diuina à superis ad Sabam adueniens gratia ita eum affecit, vt deinceps nihili faceret barbarorum insidias: & non solum ab eis non vinceretur, sed ne terreretur quidem penitus. *Psal. 19.* *Psal. 146.* *Num. 16.* Terribile Dei iudicium.

III. *De insigni mundi per Aichardum duodennem victoria.*

Egregia sane fuit in Aichardo puero de mundo victoria: hunc enim puer militarib. negociis assuescere præmonebat: mater vero è diuerso mariti cõsilium alio inflectere conabatur, protestata se pro filio votis insolubilibus esse obligatam: nam eo tempore, quo ipsa partu imminente crebris doloribus quatiebatur, affirmabat, si saluo partu, Dei adiutorio mortis periculum euasisset, affirmabat, inquam, se quicquid peperisset, diuinis cultibus deuouisse. Hanc igitur sibi præstari à marito indulgentiã postulabat, ne retractata promissione voti ream efficeret, neue filius pro hac re aliquando iudicio Dei periclitaretur. Verum dum pater multa obstinatione votum mulieris improbaret, nec ipse à proposito emolliri potuisset, ecce ad dirimendam litem inter eos medius illis filius interuenit, dicens patri, nulla se rerum mortalium ambitione teneri, & ideo nulla inanis militiæ pompa delectari Christi, inquit, pater, miles esse decreui: me, nisi mors, à militia Christi nemo auellere præualebit: durs tamẽ, quo id implere valeam, me interim à Catholicis auctoribus diceat addiscere. Videns pater filium immutabilis propositi tenere constantiam, noluit eum vltra turbare: quin potius se & filium voluntati Dei attribuit, vt quo illum superna inspiratio euocasset, eo & libenter pater annueret. *Fulbertus in vita eius c. 1. apud Sur 15. Septembr.* Mundi contemptus in Aichardo puero.

TIT. XXIX. De modo obsistendi tentationibus.

Per hanc carnis infatuationem in tantam caecitatem delapsus est Salomon Rex vt se dæmoniorum cultui dediderit, ipsq; publice iuxta: templis etiam & aris idolorum catui erectis. *3. Reg c. 2.*

Ioseph Patriarcha, formosus adolescens, ab hora Putiphare ad turpitudinem allectus, fuga, relicto in eius manibus pallio, tentationem fortiter repellit & vincit. *Gen. c. 39.*

EXEMP. I. *Quomodo Iosaphat adolescens ad preces confugerit, vt libidinosam tentationem superaret.*

Io. Damascenus de vita eius, c. 30.

IOsaphat adolescentem Auennir Regis Indiæ filiũ prudẽter ad fidem adduxerat S. Eremita Barlaam, homo doctrina & sanctitate admirabili, iamque illum sacra vnda ablutum in Christianos retulerat, & de vita Christiana instituerat, cum & suo, & adolescentis periculo coactus est discedere, relicto adolescente inter medios idololatras, in palatio parentis diis falsis mire dediti, vt qui nonnisi cum magis & necromantis consilia de religione iniret; prorsus vt ipsius castitas in magno discrimine versaretur. Post discessum igitur Barlaam, pater filii mentem ad idololatriam reducere conatur; initio blanditiis, tum minis: vbi autem videt omnia in cassum fieri, consilium init cum suis magis. Ex his vnus suadet, vt remoto consueto ministerio, omnique alia familia, solæ ad ministrandum ei mitterentur puellæ, specie, ornatu, & moribus ad amorem excitandum factæ. Dubium non esse, quin ab his animus adolescentis in quamcumque vellet partem inclinari & flecti possit. Dum hoc consilium procedit, & mulieres ad eum missæ illi assident, amplexantur, adblandiuntur; ecce tibi alterum periculum: Magus ille, impurissimi consilii auctor, vnum ex nequissimis spiritibus, vt pollicitus erat, magicis carminib⁹ cogit tentare adolescentem. Is coniunctis viribus, cum præsentibus fœminarum illecebris, tantum libidinis incendium in pectore adolescentis accendit, vt ille periculum persentiscens, cum cogitationes de sua in Deum fide, de debita illi obedientia, de præmiis cœlestibus, de inferorum pœnis menti nequicquã obiectaret, ad extremum nullum præsentius remedium inuenerit, quam vt se daret in preces. Ergo confugiens ad Deum in has voces erupit: Domine Deus omnipotens, qui solus potens es: & misericors, Domine, inquam, spes desperatorum & carentium adiutorio, mei, quæso, serui tui inutilis in præsentia recordare, & benigno ac propitio vultu me respice, nec me in hostium meorum manum incidere permittas: non supergaudeant mihi qui oderunt me, inique, nec me in iniquitatibus corrumpi sinas, corpusque meum, quod tibi castum exhibere promitto, probro & contumelia afficere: Te enim concupisco, te adoro, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum in sæcula, Amen. Cum dixisset Amen, statim adfuit diuina consolatio, cuius lumine omnium turpium cogitationum nebula euanuit. Ipse vero ab eo tempore (inclinabat iam dies) ad solem vsque orientem in precibus perstitit.

Fœminarũ conuersatio adolescentum corruptio.

Tentatur Iosaphat à diabolo per fœminam.

Oratio Iosaphat.

Oratione vincit tentationem.

II. *Vt S. Edmundus adolescens, postea Cantuariensis Episcopus, carnis tentationes egregie superauit.*

Ex vita eius cap. 8 apud Sur. 16. Nou.

S. Edmundus adhuc adolescens carnis fœdas voluptates & delicias non modo fugiebat, sed & prorsus horrebat, & abominatus erat; & cum virtutum omnium valde studiosus esset, castitati tamen singularem nauauit operam, sciens illud Sapientiæ, incorruptionem hominem Deo proximum facere: cum autem dæmon cerneret eum sic castitati studere, magis etiam pectoris eius tranquillitatem perturbare nitebatur. Itaque puellam quandam, hospitæ eius filiam, illius amore inflammauit, ita vt illa impudicis in eum coniectis oculis, itemque signis & nutibus eum ad turpem concubitum prouocare conaretur. Sed cum hac ratione nihil proficeret, apertis cum eo verbis cæpit agere, & multis modis ad nefarios amplexus inuitare. Ille vero haud secus atque pestem quandam illam fugiens, sæpe obiurgabat & verbis castigabat eam. Sed cum neq; sic vellet ab illo improbo conatu reuocare sese, sed pergeret esse importuna, tandem apud se deliberans, qua illa posset via reduci ad sanitatem, tempus ei certũ præfigit, ad quod adesse debeat. Illa se sperans voti compotem fore; statuto tempore confidenter venit. Postquam autem ad eum ingressa est, & illo iubente superioribus vestibus nudata, apprehensam virgis egregie in tergo verberauit, *vt stultitiam quæ erat colligata in corde eius virga disciplinæ fugaret.* Tum illa tam male & duriter accepta fugit eum, quẽ antea tam perdite erat persecuta: tantumq; apud eam illi virgarum ictus profecerunt, vt quemadmodum ipsa postea fassa est, deinceps nunquam eiusmodi tentatione pulsata sit. Cernens autem impurissimus dæmon se tam aperta mali specie eum euertere non posse, per matronam quandam satis, vt videbatur, honestam, eum in turpitudinis foueam pertrahere conatus est. Ea enim sub officii prætextu quædam ei munera obtulit, vt iis eum illiceret & emolliret ad consentiendum suæ malæ voluntati. Quod cum ille animaduerteret, perquisiuit ex ea, num conscio marito suo his ipsum muneribus afficeret. Respondit illa: Nihil huius nouit vir meus, quẽ nolim scire hunc me tibi peramanter habere honorem. Tum vir sanctus: Ego vero, inquit, nesciente marito tuo dona tua non recipiam. Abiit illa cum muneribus suis, voto suo frustrata; & vir Dei ab eius infestationibus liberatus est.

Sap. 6. Incorruptio proximum facit esse Deo.

Adolescentis pudicitiæ insidiatur spurcissimus dæmon.

Impudica puella verberibus sanata.

Prou. 22.

S. Edmundus vt matronam impudicam à se repulerit.

III. *De fœmina libidinosa fœde Bernardinum amante, ab eo insigniter castigata.*

Simile prorsus est quod de Bernardino Senensi legitur: Amabat ille summopere corporis castimoniam & integritatem, id quod insano liuore serpens tortuosus ferre non potuit. Erant autem Senis duo honesti coniuges, qui illum mire diligebant. Sensit hoc tartareus impostor, & alterius, id est, fœminæ amorẽ corrupit, vt sanctum virum libidinose diligeret. Ait enim S. Bernardinus, nullum in hac vita reperiri, etiamsi eximia sit sanctitate & perfectione, cui non impuræ quædam cogitationes incidãt: sed nostri arbitrii est, vel respuere, vel assentiri. Cum ergo Bernardinus, quandoque panis emendi causa exisset, fœmina hæc illum ad se accersiuit: eoque

Sur. in vita eius cap. 23. Maij 20.

oratio contra tentationes carnis necessaria.

...ecto fores clausit, & ait: Nisi te accommodes iam voluntati meæ, equidem insigni te ignominia afficiam, dicamq; te mihi vim afferre voluisse. Tum Bernardinus in eas se angustias coniectũ cernens, tota animi deuotione intra se rogabat Dominum, vt in tam præsenti periculo ipsi non deesset. Faciaus enim illud valde execrabatur. Non neglexit Deus preces serui sui: suggessit mox consilium, vt diceret mulieri, si vellet ita fieri, vt se vestibus nudaret. Dixit hoc ille, nec mulier distulit. Interim profert ille flagellum, quod apud se habebat, apprehensamque fortiter fœminam egregie cædere cœpit, nec destitit, donec ardor libidinis in ea extinctꝰ est. Ea causa impensius mulier deinceps amauit sanctũ virum, itemq; maritus eius, vbi is comperit rem ab eo gestam.

Fœminã libidinosam coercet flagro Bernardinus.

IV. *Martinianus à flagitiosa fœmina tentatus, & fere victus eam fortissime vincit.*

Ex Simeone Metaph. Sur. 1. Febr.

His iungenda quoque de Martiniano olim viro sanctissimo historia. Is florente ætate, cum in eremum non ita procul Cæsarea Palestinæ secessisset, tentatus est à muliere quadam perdita. Quæ cum primum miserabilem mendicitatis habitum, quo necessitatis obtentu admitteretur, sibi sumpsisset: deinde admissa, occultæ formæ venustatem splendore vestium exornasset; tacta verborum blanditia obrepsit adolescentis animo, vt iam flagitium non recusaret, fecissetque, ni subito diuina illum gratia respexisset. Itaque reuersus ad se, cum acerbissimum de cogitato facinore dolorẽ concepisset, adstante atque adspectante muliere, raptim in media casa sarmentitiam excitat flammam. Tum nudis pedibus, semel, iterumque saltu se in ignem dat; vsque eo, dum doloris acerbitas ambustum illum, nec iam pedibus consistentem humo affigeret. Septem ipsos deinde mẽses (tam diu enim corpus è plagis ægrum eidem loco illum affixit) tantum habuit ex hac victoria gaudii, quantum mulieri primum admirationis, deinde pudoris attulerat. Nam & ipsa mox diuino spiritu ad dolorem permota, in monasterio Bethleemitico; quo illam vir sanctus mittebat, admirabili pœnitentiæ seueritate prioris vitæ turpitudinem ad felicem vsque mortem in se vindicauit.

Martinianus à perdita muliere tentatur.

Blanditiis Satanæ eneruatur virile pectꝰ.

Carnis victoria per ignem.

Procacis mulieris pœnitentia.

V. *Fugiendo libidinosæ voluptatis periculum euasit D. Bernardus.*

Guil. Abb. S. Theod. l. 1. de vita S. Bernar. c. 3. D. Antonin. 2. p. hist. tit. 17. c. 5. & alii.

D. Bernardo, eleganti corpore adolescenti, & iam sæculum ingredienti plures se viæ sæculi ipsius offerre cœperunt, & omnes assurgere prosperitates vitæ huius, & magnæ spes vndique arridere. Obsidebant autem benignum iuuenis animum sodalium dissimiles mores, & amicitiæ procellosæ, similem sibi facere gestientes: quæ si ei dulcescere perstitissent, necesse erat amaresceere illi, quod in hac vita dulcius cordi eius insederat, castitatis amorem. Cui præcipue inuidens tortuosus coluber, spargebat laqueos tentationum, ac variis occursibus calcaneo eius insidiabatur. Vnde cum aliquando matrona quædam pulchritudine, diuitiis, cultu & aliis huiusmodi irritamentis concupiscentiæ, & peccati præcellens, in secretiori domus cubiculo eum aggressa pertraheret ad peccatum, ille eam lenibus verbis demulcens, donec è manibus eius & amplexibus elaberetur, fugit & euasit, & in medio ignis non est æstuatus. Altera autem vice, cum curiosius aspiciendo defixos in quandam oculos aliquandiu tenuisset, continuo ad se reuersus, & de semetipso erubescens apud semetipsum, in seipsum vltor seueriſſimus exarsit. Stagno siquidem gelidarum, quod in proximo erat, collo tenus insiliens, tandiu ibi permãsit, donec pene exanguis effectus, per virtutem gratiæ cooperantis, etiam à calore carnalis concupiscentiæ totus refriguit, inducens illum castitatis effectum, quem induerat, qui dicebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.*

Fuga carnem vicit D. Bern.

Affectum incautum fœminarũ seuere in se punit D. Bernardus.

Iob 23.

VI. *Clamando eiusdem tentationis periculum elabitur idem Bernardus.*

Guil. Abb. S. Theod. l. 1. de vita S. Bernard. c. 3.

Contigit aliquando, vt cum sociis aliquot apud Matronam aliquam Bernardus hospitaretur. Considerans autem mulier adolescentem decorum adspectu, capta est laqueo oculorum suorum, & in concupiscentiam eius exarsit. Cumq; tanquam honoratioti omnium seorsum fecisset ei lectulum præparari, surgens ipsa de nocte impudenter accessit ad eum. Quam Bernardus sentiens, nec consilii inops, clamare cœpit: Latrones, latrones. Ad quam vocem fugit mulier, familia omnis exurgit, lucerna accenditur, latro quæritur, sed minime inuenitur. Ad lectulos singuli redeunt, & fit silẽtium, fiunt tenebræ sicut prius: pausant cæteri, sed non illa misera requiescit. Exurgit denuo, & Bernardi lectulum petit: sed denuo ille proclamat: Latrones, latrones. Quæritur iterum latro, latet iterum, nec ab eo, qui solus nouerat, publicatur. Vsque tertio improba mulier sic repulsa, vix tandem, siue metu, siue desperatione victa, cessauit. Mane autem die sequenti iter agerent, arguentes Bernardum socii, cur nam toties vna voce latrones somniauerit, perquirebant. Quibus ille: Veraciter, inquit, latro aderat: quia quo nihil preciosius est in hac vita, castitatem videlicet, hospita nitebatur mihi auferre, * incomparabilem vtique thesaurum.

Clamore castitatem saluat D. Bernard.

* irreparabilem.

VIII. *Quaratione carnis incendium extinxerit vir sanctus Io. Bonus Mantuanus.*

D. Anton. 3 p. hist. tit. 4. c. 13.

Circa annum Domini milleſimum ducenteſimum: tempore Innocentii Papæ III. vixit magnæ sanctitatis vir, nomine Ioannes Bonus, ciuitate Mantua oriundus. Eum in eremo viuentem luxuriæ inquinamento impugnare cœpit aduersarius mulieris formam ei obiiciendo quam aliquando conspexerat. Cum autem sic vehementius incenderetur,

deretur, doloris incendio carnis extinxit incendium: nam accipiens arundinem, & in multas partes acutissimas diuidens, eas sub vnguibus posuit, eleuansque manus super lapidem ita percussit, vt ad extremam digitorum partem penetrarent. Vnde præ nimio dolore in terram lapsus tribus diebus ac noctibus semiuiuus permansit. Nō deseruit seruum suum pius Dominus, pro quo ne tanto cruciatu offenderetur, se dedit: in somnis enim apparens dixit; quia bene cœpisti bene perseuerabis; & optime tuā consummabis vitam. Quia vero ita viriliter contra tentationes dimicasti, de cætero nō tentaberis. Qui statim excitatus sanum se conspiciens gratias retulit Saluatori.

Miro cruciatu tentationē carnis extinguit vir sanctus.

VIII. *Carnis petulantia grauius tentata Sara ad Christum Dominum confugiens opem ac victoriam consequitur.*

Pet. de Natal. in Catal. SS. l. 11 c. 46.

Huc etiam commode adferri potest Saræ Abbatissæ Thebaidis victoria, quā Christi gratia de carne ac satana glorioſe, per humilitatem & spem in Christo firmam, reportauit. Cum cogitationes eius ad libidinem incitare soleret diabolicæ malignitatis suggestio, nunquam vt recederet tentatio, orauerat, sed vtilla assidue oppugnaret, & ipsa semper vinceret. In hoc carnalis laiciuiæ bello per annos tredecim fortiter contendit; sed tandem, aliquanto acrius impugnata, quam vt sustinere posset, clamauit ad Dominum IESVM CHRISTVM, & superauit inimicum: ita vt oranti apparens dæmon diceret: Vicisti me, Sara, vicisti. Illa nihil sibi ex hoc laudis vendicans; Non ego, inquit, vicit te: sed Dominus meus IESVS. Exquo discimus, in omni tentatione, ad Dei gratiam, atque opem confugere; & præ humilitate debita, omnem ei victoriam acceptam ferre: sic Ioab Dauidi, expugnata ciuitate Rabbath: *Veni obside ciuitatem, & cape eam: ne forte in me adscribatur victoria.* 2. *Reg.* 12.

Sara inuocato Domino carnem superat.

TIT. XXIX. De vtilitate Tentationum.

EXEMP. I. *Tentationes dari ad pugnam maius meritum.*

Sophron. in Prat. Sp. c. 3

CVm essem (inquit Athanasius Abbas) in monasterio Penthucula, presbyter quidam erat ad baptismi ministerium, Canonensis nomine, Alexandrinus genere, quem pro vitæ merito fratres iusserant, vt baptizaret accedentes. Ipse igitur sancto Chrismate vngebat, & baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, scandalizabatur, atque ideo ex monasterio abscedere volebat. Cum autem ea cogitatione pulsabatur, assistebat ei sanctus Ioannes Baptista, dicens: Tolera, & perseuera, & ego te ab hoc bello liberabo. Quadam vero die venit puella ex Perside vt baptizaretur, quæ ita spectata erat, ac tanta pulchritudine, vt nō posset presbyter nudam eam sancto oleo inungere. Cū sic vero puella illic mansisset duos dies, audiens hoc Archiepiscopus Petrus, obstupuit de sene vehementer, voluitque ad hoc opus delegare Diaconissam mulierem; sed id non fecit, ne contra Canones fecisse videretur. Conon vero presbyter, sumpto melore suo, recessit, dicens: Iam non amplius in hoc loco manebo. Cum ergo exisset ad colles, ecce sanctus Ioannes Baptista obuius illi factus est, & tranquilla voce affatus est illum, dicens: Reuertere ad monasterium tuum, & hoc te bello leuabo. Abbas vero Conon ait illi cum indignatione: Vere non reuertar. Ecce enim iam toties pollicitus es mihi istud, nec fecisti, Tunc sanctus Ioannes eum fedare fecit, amotisque vestimentis eius signauit eum ter signo Crucis sub vmbilico; dixitque ei: Crede mihi, presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari, sed quia non vis, ecce abstuli à te hoc bellum: mercede autem huius operis carebis. Reuersus presbyter in cœnobium, vbi baptizare consueuerat, in crastinum vnctam puellam baptizauit, neque penitus animaduertit eam esse mulierem.

Canones ecclesiastici olim Patribus obseruati.

D. Ioannes Baptista etiam viuit post mortem.

S. Crucis vis contra intempestiuas tentationes.

PETITIO SEPTIMA.

Sed libera nos à malo, Amē.

TIT. XXX. De nequitia & turpitudine dæmonum.

EXEMP. I. *Quomodo dæmones vbique insidiantur viris sanctis.*

Theodoric. de Appol. in vita eius lib. 3. c. 12.

QVodam tempore B. Dominicus nocte vigilans, & muros Hierusalem custodiens, vidit eum, *Qui circuit, tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret*, per omnia monasterii loca peruagantem, dixitque ad eum: Quid ita hinc circumis cruenta bestia? Ille respondit: Propter lucrum, quod hic facio. Ait ei vir sanctus: Equid lucratis in dormitorio? Respondit dæmon: Somnum necessarium eis aufero, quietem interpellando: efficioq; vt cunctabundi surgant, pigritia eos retinente: horrorq; vt à diuinis officiis se subducant. Præterea vero si mihi id permitteretur, nocturnas corporis inquinationes & libidinosos motus in dormientibus excito. Inde vir Dei de templo interrogauit, quid in tam sancto lucraretur loco. Respondit ille: Id ago, vt tarde huc veniant, cito hinc recedant, suique immemores sint. De refectorio scisciranti Viro B. ait: Hic locus totus est meus. Hic existit risus, hic vana referuntur rumores, & verba inania proferuntur. Postremo ad locum Capitularem a beato patre ductus, cum horrore refugit: Iste, inquiens, locus mihi tartareus est. Si quid enim alibi lucri feci, eius hic facio iacturam. Hic namque admonentur fratres, hic confitentur, hic accusantur, hic verberantur, hic absoluuntur.

1. Pet. 5.

Dæmonis malitia.

Capitulare locum odit dæmon.

Quia

Quæ causa locum hunc præ cæteris abominor, planeque detestor. Ita miser ille, cogente illum sancto viro altissimi virtute, malitiæ suæ detexit fraudes, vt videant iusti, & illum irrideant, sibique à laqueis eius caueant, ne irretiti capiantur.

II *De ingenti diaboli ad decipiendum hominem versutia.*

Ex actis SS. Cosmæ & Damiani. c. 11. Sur. 27. Septemb.

Malignus spiritus nequitia hoc exemplo magis eluceſcit: Quidam, Malchus nomine, cultui sanctorum admodum addictus, in regionem longinquam profecturus, vxorem Deo & sanctis Cosmæ & Damiano commendauit: eique pro signo dixit: Cum voluerit Deus, mittam & accersam te. Post hæc profectus est iter suum, & vxor eius domi resedit. Interiectis autem paucis diebus, sciens diabolus signum quod maritus dederat, transfigurauit se in hominem, & dixit vxori: Ecce maritus tuus ab illa ciuitate direxit me, vt adducam te ad illum. Cui illa, nolens ire, respondit: Signum quidem agnosco, sed non possum hoc facere, quoniam sanctis Cosmæ & Damiano commendauit me. Sed si vis vt veniam tecum, accede, & cornu altaris tene, & iura te nihil male facturum mihi, vt credam tibi. Tunc iurauit diabolus, dicens: Per virtutem sanctorum Cosmæ & Damiani, nihil mali faciam tibi, sed incolumem marito tuo re repræsentabo. His dictis secuta est eum. Et cum veniſſent in quendam locum secretū, voluit eam de iumento præcipitare, vt interficeret, Illa vero eleuatis ad cœlum oculis, voce magna clamauit. Deus sanctorum Cosmæ & Damiani adiuua me, vobis enim credidi, & secuta sum eum: Festinate in adiutorium meū, vt liberetis me de manu nequissimi diaboli. Statim apparuerunt ei sancti in habitu equitū cum multitudine albatorum. Princeps autem iniquitatis, hoc viso, præcipitem se dedit, & nusquam comparuit: Et impleta est scriptura, dicens: *Lacum aperuit, & effodit eum, & in verticem ipsius iniquitas eius descendit.* Sancti autem apprehendentes mulierem perduxerunt in domum suam, & dixerunt ei: Nos sumus Cosmas & Damianus, quorum sacramento credidisti, ideoque festinauimus venire ad auxilium tuum.

Fraudulentum dæmonis mendacium. Inuocatione SS. Cosmæ & Damiani liberatur mulier à laqueis diaboli.

Psalm. 7.

III. *De atroci improbi dæmonis in S. Nicolaum Tollentinum elisione.*

In eius vita apud Sur. c. 8 Septemb. 10. tom 5.

S. Nicolao Tollentino consuente aliquando tunicam, malignus hostis partem quandam clam abstulit, quam cum vir sanctus vellet suo loco assuere, & non inueniret, diu frustra quærens tandem ait: Ecquis bone IESV, ita mihi illudere potuit? Plane fecit hoc ille, qui nec nominari dignus est. Mox ad hæc sancti viri dicta satan respondit. Verum dicis, domine: sed ego rursus illudam: attamen quando sic te non possum superare, aliter tecum agam. Vir sanctus ait: Quisnam es tu? Ille respondit: Ego Belial, datus tibi in stimulum carnis tuæ. Vir beatus dixit; *Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo.* Cumque nollet nocturnas preces suas omittere, clauso ostio oratorii, (nam præuenerat fratrum vigilias) cogitauit ingredi in refectorium, vbi erat Crucifixi picta imago. Et ecce in ipso ostii limine ab illo Belial tam est atrociter elisus, & in terram prostratus, vt vix spiritus in ipso remaneret. Tamen cōfirmat sese, & in nomine crucifixi surgens vult cœptum iter prosequi. Sed rursus verberatur & prosternitur. Cogitur tandem inde recedere, & inter eundum ad quendam angulum dire alliditur. Deo autem sic volente, auditur strepitus dæmonum cum viro sancto confligentium, excitatique fratres accurrunt elisum erigunt, & cum pedibus consistere non posset, ad pauperculum cubile deportant. Vbi confortatus è Christo protinus surgit, & baculo se sustentans solitas absoluit preces, & Christo Saluatori gratias & laudes agit.

Psal. 117.

Nicol. Tollentin. atrociter elidit dæmon.

IV. *Domum diu inhabitabat dæmon, quam Datius Ephominibus facit habitabilem.*

Cum Datius Mediolanēsis vrbis Episcopus causa fidei exactus ad Constantinopolitanam vrbem pergeret, Coriphum deuenit. Qui dum largam domum ad hospitandum quæreret, quæ, comitatum illius ferre potuisset, & vix inueniret, aspexit, eminus domum congruentis magnitudinis, eamque sibi præparari ad hospitandum iussit. Cumque eiusdem loci incolæ dicerent, in ea hunc manere non posse, quia multis iam annis hanc diabolus inhabitaret; atque ideo vacua remansisset: vir venerabilis Datius respondit dicens, Immo ideo hospitari in eadem domo debemus, si hanc spiritus malignus inuasit, & ab ea hominum habitationem repulit. In ea sibi igitur præparari præcepit, securusque illa antiqui hostis certamina toleraturus intrauit. Itaque intempestæ noctis silentio, cum vir Dei quiesceret: antiquus hostis immensis vocibus, magnisque clamoribus cœpit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentum, porcorum stridores & soricum. Tunc repente Datius tot bestiarum vocibus excitatus surrexit vehementer iratus, & contra antiquum hostem magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Bene tibi contingit, miser; tu ille es qui dixisti: *Ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo.* Ecce per superbiam tuam porcis & soricibus similis factus es, & qui imitari Deum indigne voluisti, ecce, vt dignus es, bestias imitaris. Ad quam eius vocem (vt ita dicam) deiectionem suam malignus spiritus erubuit: an non erubuit, qui eandem domum ad exhibenda monstra quę consueuerat vlterius non intrauit? Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est: qui dum eam vnus veraciter fidelis ingressus est, ab ea protinus mendax spiritus atque infidelis abscessit.

Greg. lib. 3. c. 4. Dial.

Domus à dæmone inhabitatur.

Strepitus nocturni à dæmone excitati.

Esa. 14.

Datius ep. diabolum ædibus expellit.

V. *Dæmon, cum non potest agere in homines, agit in eorum pecora.*

D. Hieron. in vita S. Hilarionis.

Huius quoque generis est illud, quod scribit D. Hieronymus in vita Hilarionis: ad Hilarionem quoque, inquit, animalia pertrahebantur; in quibus Bactrum Camelum enormis magnitudinis, quidam multos obtriuerat, triginta & eo amplius viri solidissimis funibus ligatum cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgebat, & super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eum dimitti senex. Statim vero, & qui adduxerant, & qui cum sene erant vsque ad vnum omnes diffugere. Porro ille solus perrexit obuiam, & sermone Syro, Non me, inquit, terres diabole, tanta mole corporis: & in vulpecula, & in Camelo vnus atque idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, & quasi eum deuoratura belua peruenisset, statim corruit, summissumque caput terræ coequauit: miratibus cunctis, qui aderant, post tantam ferociam, tantam subito mansuetudinem. Docebat autem senex hominum causa diabolum etiam iumenta discerpere; & tanto eorum ardere odio; vt non solum ipsos, sed ea, quæ ipsorum essent cuperet interire.

Camelus à dæmone possidetur. Dæmon in camelo ferociente à S. Hilarione subiugatur.

IV. *De Leopoldo duce, qui viso dæmone territus non diu vitam egit.*

In additionibus Sigeberti ad Lambertum Schafnaburg. ann. Dom. 1325.

Leopoldus Dux Austriæ multa damna Ludouico Bauaro Regi Romanorum inferens propter fratrem suum, quē dictus Ludouicus in bello ceperat, tandem idē Leopoldus obiit tali modo, vt dicitur. Cum quidam Necromanticus sibi præsentat' fuisset, interrogauit eum, si posset sibi diabolū demonstrare propria persona. At ille, Possum, inquit: sed nullus homo sine periculo corporis potest eum videre. Quo contumaciter respondente, Volo eum vtique videre, & fideiussores statuit Necromántcio, ne in aliquo læderetur. Introductus est igitur in cœnaculum, ibi pariter residentes vident hominem adspectu nigrum, & deformem introeuntem: quo viso Dux dixit: Satis est, & statim ad lectum deductus mortuus est.

Dæmonis forma quā horrendā.

TIT. XXXI. De Dæmonis imbecillitate.

Iob cap. 1. *Petiuit Satan à Domino, vt Iob tangeretur, in rebus, liberis, & corpore.*

Matt. 8. Marc. 5. Luc. 22. 31. *Ita alligata est dæmonum vis, vt ne in porcos quidem, nisi permittente Deo inuadere potuerint.*

Ait Dominus Simoni Petro instante passione sua: Ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, &c.

EXEMP. I. *Dæmones ad B. Ambrosium perdendum missi eum adire non possunt.*

Paulin. in vita S.

AD Ambrosium Episcopum Mediolanensem inductos esse dæmones testatur Paulinus. Quod tamen non prius fuit cognitum, quam [illegible] Iustinæ Imperatricis mortem, Angelo extorquente à fonte ficario perpetrati delicti confessionem. Res gesta ita ab authore describitur. Mortua vero Iustina, quidam Aruspex, Innocentius nomine, non re, in causa maleficiorum cum à Iudice torqueretur: aliud quā interrogaretur fateri cœpit: Clamabat enim, ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi, eo qui custodiret Ambrosium: quoniam temporibus Iustinæ ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen tecti Ecclesiæ conscendens medio noctis sacrificauerit: sed quanto instantius & solicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicam, & Domini sacerdotem conualescebat. Misisse etiam se & dæmones, qui illum internecarent, fatebatur: sed dæmones renunciasse, se non solum ad ipsum appropinquare minime posse, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud ædificium consumeret, vt etiam longe positi vterentur: atque ita cessasse artes suas, quibus aduersus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.

Dæmones fatentur se nihil posse aduersus Ambrosiū.

II. *De dæmone, Iuliani Imp. speculatore à Publio monacho oratione præpedito.*

Cum Iulianus Imperator apud Persas cum exercitu ageret, dignum memoria facinus contigit: nam cum ex more ad discendas res absentes dæmone nuncio vteretur; quam imbecilles eius vires essent, vt ab homine vno Christiano idem detineri potuerit, fuit certo demonstratum experimento. Res enim ita se habuit: Cum ascenderet Iulianus in Persidē, ab eo missus est dæmon, vt velocius vadens in Occidētem, inde responsum aliquod de rebus, quæ illis agerentur in locis, afferret. Cum autem peruenisset dæmon ad locum quendam, vbi monachus nomine Publius habitabat: stetit ibidem per dies decem immobilis, & non poterat vltra progredi, quia monachus ille die noctuque oraret. Sicque re infecta, dæmon reuersus est ad Iulianum, qui eum miserat, Qui ei dixit: Quare tardasti? respondit ei dæmon, dicens: Et moram feci, & sine actione reuersus sum: sustinui decem dies monachum nomine Publium, si forte cessaret ab oratione, vt transirem; & non cessauit, sicque prohibitus sum transire, & redii nihil agens. Tunc impius Iulianus dixit: Cum regressus fuero, vindictam in eum exercebo; qui intra paucos dies interemptus est diuina prouidentia. Addit vero ad hæc Cedrenus ex iisdem Vitis SS. Patrum. Hoc cum quidam procerum eius audiuisset de legatione dæmonis reddita irrita, admiratione ductus, post reditum omnia sua pauperibus distribuit, atque ad senem istum Publium profectus præclarus monachus euasit, omnibus prædicans monachorum vim, qua aduersus tenebrosos dæmones sunt præditi] Equidem prædixit Apostolus: *Non esse nobis colluctationem ad-* *Ephes. 6.*

Ex vitis Patrum p. 2. cap. 15. Cedren. in Iuli. Glicas 4. p. annal. Niceph. li. 11. c. 41. & Baron. to. 4. an. 363.

Dæmonib' vrebatur Iulian. Imp. pronuncijs. Dæmon Iuliani nūcius Publii virtute præditus.

...apud Bar... om. 4. ann. ...

uersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quos posse detineri spirituali virtute, quæ scripta sunt à Daniele non obscure nos admonent verbis illis: *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & uno diebus, &c.* Porro virtute Christi aduersus apostatas Angelos magnam consecutos esse vim & potestatem sanctissimos viros, quis dubitat? Ecce enim dicebant Christi discipuli, *etiam dæmonia subijciuntur nobis.* Et fideles iudicaturos esse Angelos, Apostolus contestatur.

Dan. 10.

Luc. 10. 1. *Cor.* 10.

III. *De Virgine arte dæmonis dementata ad præsentiam B. Hilarionis liberata.*

D. Hieronymum iuuat audire rem stupendam in vita Hilarionis eremitæ sic describentem. Virginem Dei vicinus iuuenis deperibat: Qui cum frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, quæ solent morituræ virginitatis principia esse, nihil profecisset, vt amica potiretur, perrexit Memphim, vt magicis artibus rediret armatus ad virginem. Venit igitur post annum doctus ab Æsculapii vatibus, præsumptum animo stuprum gestiens & subter limen domus puellæ portentosas figuras sculptas in æris Cyprii lamina defodit. Illico insanire virgo, & inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo aparentibus ad monasterium Seni traditur (B. scilicet Hilarioni) vlulante statim & confitente dæmone: Vim sustinui. Quam bene Memphis somniis homines deludebam, O cruces, ô tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Tunc senex: grandis, ait fortitudo tua, qui licio & lamina strictus teneris. Deinde aliquot interiectis interrogationibus adiungitur: Noluit autem sanctus antequam purgaret virginem, signa iubere perquiri: ne aut solitis incantationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandum esse callidos: & magis reddita sanitate increpauit virginem cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset.

D. Hieron. to. 1. Epist. in vita Hilario.

S. Hilarion. sua præsentia dæmonē cruciat.

IV. *A Iustina virgine se victum fatetur diabolus à Cypriano missus.*

Sub Diocletiano Imperatore Iustina cum patre à S. Episcopo Optato baptizata Domino seruiens frequentabat Ecclesiam. Hanc Agladius scholasticus videns exarsit ob amorem eius. Et cum nullo modo posset pertingere ad illam, rogauit Cyprianum magum, pretium pollicens vt arte sua dæmones inuocaret, quo eam in amorem eius excitare posset. Cyprianus autem magus vocatis dæmonibus cœpit agere, vt virginem Christi ei adducerent. Qui semel, bis, & tertio venientes ad beatam Iustinam, nihil apud eam suis deceptionibus valuerunt: sed signo Crucis repulsi victi recesserunt. Cyprianus vero cū illorum virtutem aduersus virginem haud quaquam valuisse videret, dicit ad diabolum: Dic mihi, quēadmodum victi estis à virgine Iustina? Cui diabolus: Dicere tibi non possumus, nisi prius iures mihi. Cumque Cyprianus illi iurasset, ait diabolus: Vidi signum Crucifixi, & extimui. Cyprianus dixit: Ergo crucifixus maior te est? Dicit ei diabolus: Etiam, maior enim est omnibus. Quod audiens Cyprianus contemnens virtutem diaboli, & currens venit ad Episcopum Antimum, ceciditque ad pedes eius; rogans vt doceret eum & baptismo Christi consignaret. Beatus autem Episcopus gratias agens Deo, eatechizauit eum. Et reuertens Cyprianus in domum suam, omnia idola confregit.

Aldo in martyr. 6. Kal. Octobr.

Signum Crucis timet diabolus.

S. Cypriani conuersio vnde.

V. *Maligni spiritus à locis, vbi aliquando inhabitabant velut regnantes ad præsentiam S. viri recedunt.*

Dæmonum frequentia incolebatur Insula Lindis Farnintium in Oceano Britannico sita, ac præterea inculta, frugum, arborumq; omnium expers: & quod magis est, etiam ibi aquæ erat penuria. Eo profectus Cudbereth vti permodicam illam terram tanquam Anachoreta incoleret virtutis exercendæ causa, dæmones solum verterunt alio migrantes, Insulaque à Dei seruis obsequio diuino coli cœpit, & vbi malignorum spirituum copia, ne humana ibi habitatio vlla esset, omnes abterrebat, sancti huius aduentu orationeque maligni omnes illi spiritus recessere.

Venerab. Beda hist. Anglic. li. 4. c. 28

TIT. XXXII. De Fiducia in rebus aduersis ad Deum habenda.

Dauid sæpius ad Deum in periculis confugiens, toties ab eo consilium & auxilium accipit. 1. *Reg.* 23.

Dauid cum sociis suis, videns quod eo absente Siceleg incensa esset, omnesque vxores & paruuli cum tota substantia per latrones à Malechitis abducti, in re tam desperata, ceteri quidem leuauerunt voces suas, & planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ, sed statim confortatus Dauid in Domino Deo suo consuluit Dominum, persequitur latrunculos, comprehendit eos & excutit prædam. 1. *Reg.* 30.

Asa Rex Iuda initio pius & bonus quamdiu in Domino Deo spem suam ponebat, parua suorum manu Æthiopes vsque ad internecionem percussit: Quum autem Dominum derelinqueret, & à Benadad Rege Syriæ contra Baasan Regem Israel auxilium peteret, à Domino derelictus est. 2. *Par.* 14.

Aliud quoque egregium de Dauidis fiducia exemplum contra Goliat, cui Dauid dixit: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. 2. *Reg.* 17.

In hac fiducia Ionathas turbauit castra Philistinorum solus cum uno armigero, dicens, Non est Domino difficile saluare vel in multis vel in paucis. 1. *Reg.* 14.

Nehe-

Nehem. 1. *Nehemias videns tot imminere pericula & labores in reædificanda Ierusalem, dixit ædificantibus: Deus noster pugnabit pro populo & nos ipsi faciamus opus.*

Daniel. 13. *Et anna quod fiduciam haberet, salua facta est.*

1. Mach. 3. *Sic Iudas Machabæus ad suos milites: Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est.*

EXEMP. I. *Adrianus I. virtute diuina confisus Desiderium Longobardorum Regem terruit.*

Bapt. Ful. lib. 1. c. 1. ILlustre est huius in Deum fiduciæ exemplum in Adriano primo Pontifice Romano. Dum enim Desiderius Longobardorum Rex multas ditionis Romanæ vrbes iam cepisset, nouisset q; ab eo Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnum vocari cupiens astu ante Carolum vrbem Romam inire simulauit voto se ad salutanda principis Apostolorum limina proficisci velle: quod cum prudens Pontifex animaduertisset, reseratis prius templi atque vrbis portis misit qui Desiderio sub anathematis pœna imperarent, ne propius ad vrbem accederet. Incredibile forsan videatur, & tamen vero ipso verius est barbarum Regem superbiæ atque immanitatis plenum, quem arma non mouerant, simplici anathematis denunciatione territum, sententia mutata, retro exercitum conuertisse.

II. *Episcopus Christianorum in Domino confidens è castro Cabadu Regis Persarum dæmones expellit.*

Georg. Cedren. apud Zon. t. 3. Annal. in Anastas. Non minus illustre est exemplum quod commemorat Cedrenus apud Zonaram, cuius historiæ Cedreni additiones interseruntur, his verbis: Castrum est in Persarum atque Indorum confinio, nomine Tzudader, in quo multum pecuniæ, margaritarum, & lapidum pretiosorum repositum à dæmonibus asseruabatur. Cabades Rex Persarum, ea re percepta, castrum occupare est enixus. Cumque ei a dæmonibus obsisteretur, omnibus & Magorum & mox Iudæorum tentatis artibus impos propositi fuit. Ergo quum ei persuasum esset, Christianorum ad Deum precibus eo se potiri posse: hoc à quodam Episcopo Christianorum in Persida agentium contendit. Is synaxi coacta, cum diuinis mysteriis communicasset, ad locum accedens, dæmonas ibi morantes exegit, castrumque Cabadæ nullo labore occupandum tradidit. Quo miraculo Cabades attonitus, primum in consessu locum Episcopo ei tribuit, quem hactenus Manichæi & Iudæi tenuerant: liberam quoque potestatem fecit eis qui baptizari vellent.

III. *D. Martinus Dei fiducia fretus, ac signo Crucis munitus cuneos hostium penetrat.*

Seuerus Sulpit. in vita S. Mart. lib. cap. 5. Beatus Martinus, postquam baptismo fuit initiatus, solo nomine fere per biennium militiam exercuit. Interea irruentibus intra Gallias barbaris, Iulianus Cæsar coacto in vnum exercitu, apud Vangionum ciuitatem donatiuum cœpit erogare militibus. Et (vt est consuetudinis) singuli citra[illegible] donec ad Martinum ventum est. Tum vero opportunum tempus existimans, quo peteret missionem, (neque enim integrum sibi forte arbitrabatur, si donatiuum, non militaturus, acciperet:) Hactenus, inquit ad Cæsarem, militaui tibi: nunc patere, vt militem Deo: donatiuum tuum pugnaturus accipiat alter: Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet. Tum vero aduersus hanc vocem. Tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnæ, quę postera die erat futura, non religionis gratia detrectare militiam. At Martinus intrepidus, immo illato sibi errore constantior: Si hoc, inquit, ignauiæ adscribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis adstabo, & in nomine Domini IESV CHRISTI, signo Crucis, non clypeo, protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. Retrudi ergo in custodiam iubetur, facturus fidem dictis vt inermis barbaris obiiceretur. Postera die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia, seque dedentes. Vnde quis dubitet hanc vere beati viri victoriam, cui præstitum sit, ne inermis ad prælium mitteretur? Et quamuis pius Dominus seruare militem suum inter hostium gladios & tela potuisset: tamen ne vel aliorum morte sancti violaretur obtutus, exemit pugnæ necessitatem. Neque enim alium pro milite suo Christus debuit præstare victoriam, quam vt subactus sine sanguine hostibus, nemo moreretur.

D. Martinus in Christi scriptus

IV. *Pœnitentiam agit Hugo Ep. Lincolnienſis, quod nimium sibi fiderit.*

Ex Anony. in vita eius cap. 2. Sur. Nouem. 17. Tanta etiam S. Hugoni Episcopo Lincolnienſi fiducia semper erat erga Dominum, vt non parum se peccasse fateretur, si vel tenuiter eas res formidasset, propter quas trepidare & angi solet humana infirmitas. Nocte quadam cum graues curæ & solicitudines præter morem animum eius distraherent & infestarent, easque præ tumultu earum & importunitate excutere non valeret, admodum cœpit animo perturbari. Sed illico ad se reuersus pectus percutit, grauiter ingemiscit, primo mane confessarium accersit, valde peccasse pronunciat, quod non ita, vt decet hominem Christianum, omnem curam suam iactasset in Dominum, sed perinde ac si propriis adinuentionibus fidendum ipsi foret discruciari & angi inaniter cœpisset. Reuera tamen in tam periculoso tum erat itinere, vt si præ curis canuisset, mirum videri non debuerit.

V. *S. Columbani in anxietate constituti fiducia miraculo confirmata.*

In Vita eius cap. 8. apud Sur. tom. 6. Cum S. Columbanus multorum monasteriorum Pater celeberrimus in eremo versaretur, incidit ei cogitatio, vtrum potius eligeret hominū iniuriam perpeti, an ferarum sæuitiam sustinere. Quæ cogitatio quum illi importuna esset, eumq; vehementer vrgeret, crebro frontē signo crucis armans, atque orans, intra se ait, præstare bestiarum ferocitatem absq;

absque aliquo peccato, quam hominum rabiem cum damno animarum perpeti. Cum hæc animo volueret, conspicit duodecim aduentare lupos, & dextra lævaque medium ipsum cingere. Attamen manet immotus, aitque, Deus in adiutorium meum intende, &c. Accedunt lupi propius, oraque sua ad eius vestimenta adiungunt. Sed quum ille constans permaneret, interritum relinquunt, & per saltum peruagantur.

VI. Vt B. Sulpitius Clotarij Regis milites ob commeatus penuriam trepidantes ad fiduciam in Dei prouidentiam animauerit.

In vita eius ab æquali scripta Ianuar. 7.

Clotarius Gallorum Rex, suggerentibus quibusdam amicis, petiit ab Austregisilo Bituricensium Antistite, vt pro sua & exercitus sui salute permitteret Sulpicium, virum insignem, tum Leuitam, ac postea eiusdem loci Episcopum, in suis castris Abbatis fungi officio: cumque in eius & omnium, qui cum illo erant, sumptus, ea essent collata, quæ in triduũ sufficerent, illis duntaxat seruatis, quæ ad vnius diei expensas essent satis, reliqua egenis elargitus est. Quæ res male habuit ipsius familiares quod metuerẽt victum necessarium defuturum. Ad quos vir sanctus: Oculos, inquit, vestros, filioli, ad Deum referte.

Matth. 6. *eius quæ regnum & iustitiam primam quærite, & omnia apponentur vobis.* Recordamini illius propheticæ sententiæ:

Psal. 33. *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Et ecce subito ad virum Dei tanta annonæ copia à fidelibus hominibus transmissa est, vt non absurde ea, quæ erogarat, centuplo fœnore,

Matth. 10. quemadmodum Dominus suis promisit discipulis, se recepisse citra jactantiam gloriaretur.

VII. S. Fronto Ep. Petragoricensis diuina fretus fiducia tremum petit, eique diuinitus prouisum.

Pet de Natal. libr. 9. cap. 109.

S. Fronto Romæ à B. Petro baptizatus ad ciuitatem Petragoricam, & vnde oriundus erat, rediens, verbo & exemplo multos ad Christi fidem conuertit; & ibidem septuaginta clericos ad seruiendum Domino congregauit: sed à Præfecto ciuitatis, Squirio nomine, persecutionem passus est: quia quos iste baptizabat, ille decollabat: vnde ipse sumptis feminibus olerum, monachos suos assumpsit, & eremum desertissimam petit. Veniens autem ad locum

Fiducia S. Frontonis. super fluuium Dordonem, draconem ingentem & serpentum multitudinem ibidem habitantem Christi virtute fugauit: ibique cum fratribus Deo seruire cœpit, & olerum semina seminauit. Deficientibus vero eis cibis, Angelus Domini Squirio Præsidi per noctem apparuit, & ei diuinam vltionẽ comminatur, nisi sanctis viris subueniat pereuntibus fame.

Squirio ethnico Angelus apparet. Angeli mãdatum negligens cæditur. Ille vero territus amicos consulit, sed quo sancti Dei abiissent, penitus inuenire non valuit. Post dies tres, nocte iterum angelo eidem apparente, plagis percussus est. Qui amicis iterum consultis, septuaginta camelos cibis monachorum onerat, & Deo Frontonis, eos commendat: Qui duce Domino ad eremum sancti viri recto itinere peruenerunt. Sanctus autem Episcopus onerum medietatem deposuit, & cum reliquo camelos remisit. Qui eadem via qua venerant reuersi sunt ad dominum suum. Quod cernens Præses in Christũ credidit, & Frontonem inuestigarum abiit, atque Gregorius ab eo vocatus sacrum baptisma suscepit, eique in eremo de cetero ministrauit.

TIT. XXXIII. De rerum aduersarum vtilitate.

Deus Israelitis Palæstinam dedit, non totam, quia gentes ferocissimas in circuitu reliquit, quæ erudirent Israelem, ne rebus secundis insolescentes pietatis obliuiscerentur.

Ioseph plus creuit & prosperatus est in exilio, quam si fuisset inter fratres suos in domo. *Genes. 41.*

Quanto magis Pharaonis filios Israel affligebat, tanto magis multiplicabantur. *Exod. 1.*

S. Iob à Deo castigatus sensit & cognouit eam Dei visitationem ad animæ suæ salutem, dicens: Visitatio tua, &c. *Iob. 10. 12.*

Ezechiel in medio captiuorum vidit mirabiles Dei visiones, vbi fuit Caries latatus. *Ezech. 1.*

Pueri in camino ignis receperunt Angelicam consolationem, cum quibus Nabuchodonosor vidit similem filio Dei: & appareret Deum esse cum tribulatis. *Daniel. 6.*

Nabuchodonosor per septem annos in bestiam commutatus, recuperat sensum, & laudat Deum, quem antea blasphemauerat. *Daniel. 4.*

Ab aduentu Spiritus sancti vsque ad persecutionem B. Ioannis Euangelistæ sub Domitiano Imperatore, fluxerunt anni circiter quinquaginta, & toto illo tempore non habuit ille Apostolus tot & tantas reuelationes, nec tantum Ecclesiæ profuit, quantum eo tempore, quo fuit in exilio. *Ireneus lib. 5.*

EXEMP. I. *De B. Martini fortitudine & constantia in rebus aduersis probata.*

S. Martinus diuinitus admonitus, vt patriam parentesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa solicitudine visitaret, ex voluntate sancti Hilarij profectus est, multisq; ab eo obstrictus precibus & lacrymis, vt rediret, mœstus, vt ferunt, peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres multa se aduersa passurum: quod postea probauit euentus. Ac primum inter alpes deuia secutus, incidit in latrones. Cumque vnus securim eleuatam in caput eius libraret, ictum ferientis dextræ sustinuit alter. Vinctis tamen post tergum manibus vni seruandus & custodiendus traditus. Qui cum eum ad remotiora duxisset, percontari ab eo cœpit, quisnam esset: Respondit, Christianum se esse. Quærebat etiam ab eo, an timeret. Tunc vero constantissime profitebatur, nunquam se tam fuisse securum

Sener. Sulpit. in vita Martin. c. 4.

B. Martinus à latronibus captus fortem se præbet.

quia sciret misericordiam Domini maxime in tentationib. affuturam se magis illi dolere, qui Christi misericordia, vtpote latrocinia exercens, esset indignus. Ingressusque Euangelicam disputationem, verbum Dei latroni prædicabat. Quid longius morer? Latro credidit, prosecutusque Martinum viæ reddidit, orans vt pro se Dominum precaretur.

II. *S. Audomarus cæcus recepto lumine ad reliquias S. Vedasti, eo iterum priuari petiit.*

Alcuinus in vita S. Vedasti apud Sur. 6. Februarij. S. Audomar. Taruenensis Ep. cæcitatem eligit.

B. Autbertus septimus à S. Vedasto Atrebatensis Episcopus, mirifica quadam visione admonitus, vt sacrum B. Vedasti corpus ad locum quendam alium non longe ab vrbe situm transferret, protinus ad facti illius societatem B. Audomarum Taruennę Morinorum ea tempestate Episcopum inuitauit: qui licet affecta senectute debilior esset, & cæcitate laboraret, prompto tamen alacriq; animo eo properauit, & in ipsa sacrarum translatione reliquiarum amissum lumen Vedasti meritis recepit: quod tamen ille, præ lumine mentis, quo mirabiliter vigebat, parui pendens iterum amittere voluit: atq; pristinam oculorum cæcitatem à Deo impetrauit.

III. *Quibusdam vtilius esse oculorum lumine priuari, quam eorundem beneficio vti.*

Eugippus Abbas in eius vita apud Sur. 8. Ianuar.

Sanitas quibusdam pernicioſa.

Cum S. Seuerinus multos varijs languoribus & calamitatibus oppressos liberaret, Bonosus eius monachus oculorum imbecillitate plurimum prægrauatus, medelam sibi præstari eius orationibus poscebat, dicens: Aduentitios & externos gratiæ salutaris sentire præsidia, sibi vero nullam opem aliquatenus exhiberi. Cui vir Dei: Fili mi, non tibi expedit ab hac oculorum molestia liberari, & aciem corporei luminis habere perspicuam, quin potius ora, vt obtutus vegetetur interior. Quid enim? An non magis grata & jucunda luxilla interna esse debet, qua per amplissima cæli spatia mente vagaris, quam corporeum hoc lumen, quod tibi cum brutis commune est, & ea tantum, quæ ante pedes sunt, cernere vales?

IV. *Quomodo res aduersæ ad Deum nos ire compellant.*

Aspenzius in historia Bohemorum.

Res aduersæ ad Deum pellunt.

Wenceslaus Bohemiæ Rex, quum toto exercitu profligato, & viribus fractis, captiuus teneretur, rogatus quo animo esset, respondit: Nunquam melior. Quum enim, inquit, omnibus humanis præsidiis vallatus essem, vix de Deo cogitandi spacium dabatur: nunc illis omnibus exutus Deum solum cogito, & in eo spem meam omnem collocо, qui me, sat scio, non deseret, sed inuocantem exaudiet.

V. *Aduersam corporis valetudinem ad sanandam mentem diuinitus immitti.*

Ex alijs SS. Petri & Achillei cap. 9. 3. Maij.

Cum aliquando B. Petri Apostoli discipuli in ædibus eius simul ederent, vnus ex iis Titus nomine Petrum interrogauit: Cum permulti à te curentur, cur Petronillam filiam tuam pateris ex paralysi decumbere? Cui tum Petrus respondit: Sic enim ei expedit. Ne quis tamen putet me his verbis indicare voluisse, fieri non posse, vt sanetur, volo vt surgat, & ministret nobis. Et mox illa surrexit, incolumis: expleto autem ministerio iussit eam Apostolus redire ad lectum suum. Postquam autem in Dei timore cœpit esse perfecta, non modo ipsa curata est; sed etiam permultis aliis suis precibus obtinuit sanitatem.

VI. *Felicem corporis valetudinem animæ nostræ aliquando officere.*

In vita eius cap. 21. apud Sur. 23. Iulij.

Calculi vtilitas.

S. Brigitta Regis Suediæ filia, cum pro Algotio Dominicano sacræ Theologiæ Doctore, qui iam senex orbitate oculorum, & calculi doloribus cruciabatur, Deum precaretur, responsum accepit: Ille stella micans est, nec expedit sanitate corporis obscurari animam eius. Certauit, & cursum consummauit, nihil iam superest, nisi vt à me coronetur. Et hoc tibi signum erit, quod ab hac hora mitescent dolores corporis eius. Iam enim anima eius prorsus ardet igne diuini amoris. Non diu post Theologus ille è vita decessit.

VII. *Indifferentem valetudo siue prospera, siue aduersa, prout animæ conducit, exspectenda.*

E Breuiario ecclesiæ Amsterdam.

In historia miraculi de venerabili Sacramento ciuitatis Amsterdamensis in Hollandia, quæ tam authentica est, vt per octauas festi in secundo nocturno per lectiones diuisa sit, approbate Episcopo Harlemiensi, habetur ad hanc rem eiusmodi exemplum: Matrona quædam eius vrbis multo tempore decumbens ex infirmitate votum Sacramento fecit pro liberatione ab infirmitate sua. Deducta igitur, absente marito, ad Sacrum locum (id enim est nomen templo in quo miracula fiebant) sanitatem, quam simpliciter petebat, obtinuit; & sana domum rediit. Marito vero suo domum reuertenti rem gestam narrauit. Ille mox petiit, num postulasset, cum conditione, si animæ suæ saluti prodesset, respondit illa, simpliciter se sanitatem petiisse. Redire eam ad sacrum locum iussit, & hoc à Deo petere, quod suæ saluti magis conueniret, & ecce mox eadem quæ prius infirmitate correpta est.

De salutatione Angelica.

Salutatio Angelica ea dici solet, quę sanctissimæ Virgini Deique matri his verbis defertur.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui IESVS. *Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.* Luc. 1.

TIE-

TIT. XXXIV. De salutationis Angelicæ vsu & iteratione.

Angelus Gabriel ad Virginem Mariam ingressus dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

Elizabeth, cum audisset cognatam suam B. Mariam repleta est Spiritu sancto, exclamauit voce magna & dixit Benedicta inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

EXEM. I. *Vt* MARIA *Mater Dei vbique & ab omnibus Catholicis semper prædicetur.*

ANno Domini 431. cum per Cælestinum Romanum Pontificem omnes Orientales Ecclesiæ gemina peste, inquit D. Prosper. purgatæ essent, execranda nimirum Nestorii impietate, qui volebat B. Virginem dici Christotocon, non item Theotocon siue Deiparam, & etiam Pelagii, id minime ignoranter Cyrillus Alexandrinæ vrbis Antistes, aliiq; Patres, qui Ephesi conuenerant, atq; etiam ipse Theodosius Imperator, legationē miserunt ad ipsum summum Pontificem, ipsi gratulantes de prostrata cum suo auctore hæresi Nestoriana. Et quia omne datum optimum, & omne donum perfectū descendere à Patre luminum sancta Dei Ecclesia nouit, eidem ipsi Deo gratias immortales egit, quod vindex extitisset Filii Deitatis, & matris eius honoris, vtriusq; præconia illis vocibus celebrans, quas à Sanctis sciret frequentatas esse patribus, vbiq; locorum Matrem Dei Mariam omnium ore cantans, laudans atq; prædicans. Tunc & additamentū illud accepisse creditur Angelica salutatio: *Sanctæ* MARIA *Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, &c.* Quod omniū Fideliū ore dici, ac frequentius repeti, & tanquam prima elementa à piis parentibus vna ferme cum lacte infantibus propinari cōsuenit, vt fieret secundum illud Propheticū *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem tuam*: Illuderentq; superbo draconi pueruli. Sanctorū itaque Patrum vestigiis insistentes, ait Canisius, non modo laudabilem & admirabilem illam virginem, quæ sicut lilium est inter spinas, salutamus, sed & eā virtute Dei auctam esse tanta credimus atq; profitemur, vt possit prodesse, fauere, annuere miseris mortalibus, dum hi præsertim se suaque vota illi commendant, ac diuinam gratiam matris intercessione supplices expetunt.

D. Prosper. contra Collatorem prope finem Baro. tom. 5. Annal. ad ann. 451.

B. Maria Deipara ab antiquis Patribus semper dicta.

II. *Vt in mysteriis Diuinis* B. MARIAM *salutauerit D. Ioannes Chrysostomus.*

D. Ioannes Chrysostomus sic B. Virginem salutando honorauit. Vt vere dignū & iniustum est glorificare te Deiparam & semper beatissimam & penitus incontaminatam matrem Dei nostri honoratiorem Cherubim, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionē Deum peperisti: vere Deiparam te magnificamus: *Aue gratia plena* MARIA, *Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*; quoniam saluatorem animarum nostrarum peperisti.

In Liturg. eius.

III. *Liturgia D. Iacobi Apost. veteribus probata* MARIÆ *salutationem & cultum astruit.*

Ante hunc D. Iacobus Apostolus & frater Domini in Liturgia siue missa tua, eandem sic salutat: *Aue* MARIA *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* quia saluatorem peperisti animarum nostrarum. Dignū est, vt te vere beatam dicamus Deiparam semper beatam, & omnibus modis irreprehensam, & matrem Dei nostri, honorabiliorem quam Cherubim, & gloriosiorem quam Seraphim, quæ sine corruptione Deum Verbum peperisti, te reuera Deiparam magnificamus. Tibi, ô plena gratiæ vniuersa creatura gratulatur, Angelorum cœtus, & hominū genus, quæ es templum sanctificatum, paradisus spiritualis, virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, qui est ante secula: tuum enim vterum thronum fecit, & dum ventrem latiorem & ampliorem cælis ipsis reddidit, tibi ô gratię plena, vniuersa creatura gratulatur: tibi gloria.

In Liturgia D. Iacobi apud Pet. Canis. de Deipara Virg. lib. 5. cap. 31.

Maria præ cæteris creaturis & in cælo & in terra honoranda.

IV. *Vt D. Athanasius doctor insignis Virginem* MARIAM *eximie laudauerit, salutauerit, atque etiam inuocauerit.*

Eandem sic quoque salutat B. Athanasius. Quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex Virgine, idemque Dominus & Deus: ea propter & Mater, quę eum genuit, & Regina & Domina, & Deipara proprie & vere censetur. Ista noua Eua mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterum, atque iterum, & semper, & vndequaque beatissimam. Ad te clamamus, recordare nostri, sanctissima Virgo, quæ etiam à partu Virgo permansisti, *Aue gratia plena, Dominus tecum, beatam te prædicant omnium Angelorum & terrestrium hierarchiæ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Intercede hera, & Domina, & Regina, & Mater Dei pro nobis.

In Euangelio de sanctiss. Deipara apud Pet. Canis. lib. 5. cap. 30.

V. *Campanæ signo cur excitentur Catholici ad* B. MARIAM *vespertino tempore salutandam.*

Gloriosissimæ Virginis IESV CHRISTI Dei atque hominis verissimæ sanctissimæque parentis & pius & ardens cultor Bonauentura, Romani concessu Pontificis egit, vt fratres ac monachi populum publice priuatimque hortarentur ad Virginem flexis genibus salutandam verbis illis: *Aue Maria*, signo campani æris audito, post vltimas diei preces; postque diuinorum officiorum complementum Ita iubendi, & accinendi causa illa fuit, quod plerique fideliū sibi persuaserint, illa ipsa hora lucis desinentis Mariā Virginē à paranympho Gabriele Aue

Odauian de Martinis Franciscan. in Orat. quā habuit corā Xisto quarto in laudem Bonauent[ura] Vide Pet. Canis. de Deipar. Virg. cap.

illud audiuisse. Qui profecto mos paulatim inter Christianos corroborari cœpit, sonanteque cymbalo in ipso aditu noctis atque vestibulo, Maria virgo trina salutatione Angelica vbique iam locorum ac gentium à syncteris fidei cultoribus honoratur.

Deiparam Virginem cur vesperi ter salutêt Catholici.

VI. *Margareta Vngara Dominicana quam fuerit in salutanda B. Virgine sedula.*

Margareta Dominicana, ex illustrissimis Regibus Vngariæ nata virgo, multis miraculis ob vitæ sanctitatem exornata, in Mariæ cultu tam feruens ac sedula fuit, vt quoties Deiparæ sacram imaginẽ præteriret, genu flecteret, & Angelicam salutationem recitaret. Quem morem nulla vnquam vel eundi celeritas, vel conficiendi negotii necessitas impediuit. Quod si solennes Virginis feriæ celebrarentur, illa eandem salutationem proximis octo diebus vt millies recitabat, ac in ipsa salutatione simul humi sese prosternebat.

Garinus S. Theol. Doctor in vita eius apud Sur. 28. Ian. Pet. Canis. lib. 5. de Deipara, cap. 27. Margareta Vngara in Mariæ cultu sedula. *Raymund. Capuan in vita eius.*

VII. *A primis annis frequenter salutat B. Virginem Dei matrem Catharina Senensis.*

Catharina Senensis annos nata quinque, Gabrielis illud Aue, & quæ præterea dicuntur, assidue repetebat. Perq; domus suæ gradus frequenter accedens atque discedens, morabatur in singulis, dum flexis genibus misericordiæ Matri salutationem proferret, & offerret Angelicam. Intel exerunt non quidem ex hominum sermone, sed ex diuino colloquio, Mariam Dei omnipotentis Matrem, omnium primam se voto virginitatis obligasse. Illam imitata cum septennis esset, atque in secreto domus angulo supernæ parentis patrocinium fidenter implorasset, castitatis sponsione perpetuæ se Christo coniunxit suamque virginitatem immortali sponso inuocata, Mariæ virginis ope voto arctissimo dedicauit.

Septennis vouet Catharina Senensis.

VIII. *Maria Ogniacensis quam frequenti salutatione Angelica honorabat Deiparam Virginem.*

Beata Maria Ogniacensis per diem & noctem millies & centies flectens genua salutabat B. Virginem atque admirandum hoc & inauditum salutandi genus & officium ad quadraginta dies continuabat. Primo autem in spiritu vehementi sine intermissione, sexcenties flectebat genua, deinde integrum psalterium stans legebat, ad singulos psalmos beatissimæ Virgini flexis genibus Angelicam salutationem offerens, tertio, austro stante vehementius trecentis vicibus ad singulos genu flexiones virga sepercutiens Deo & beatissimæ Virgini prolixo martyrio se immolabat. Tribus autem vltimis ictibus tanquam ad aliorum condimentum copiosum è suo corpore extrahebat sanguinem. Tandem quinquagies flexis simpliciter genibus sacrificium consummabat.

In vita eius lib. 1. cap. 9. apud Sur. tom. 3. 23.

IX. *Salutatione Angelica Syri addebant olim Mariæ inuocationem, vt nunc fit.*

Salutationem Angelicam Syri ab ipsis Apostolis primum instituti non sine inuocatione solebant ad-

Cani cap. 3

soluere hunc in modum: Pax tibi. Maria, gratia plena, Dominus noster tecum: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus, qui est in vtero tuo, IESVS CHRISTVS. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis, pro nobis inquam, peccatoribus, Amen. Id ita S. Seueri Patriarchæ Alexandrini precationes non ita pridem conuersæ demonstrant. Hęc autem salutatio Angelica additamentũ hoc, S. Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ, amen, accepisse dicitur, anno Christi quadringentesimo trigesimo primo, & Cœlestini Papæ octauo, postquam hæresis Nestorii, qui fuit magnus B. Mariæ hostis, ex sacris diuinæ scripturæ oraculis Ephesi fuit prostrata & condemnata, inquit Baron. tom. 5. an. 43.

Sancta Maria Mater Dei à quo tempore præcipue in vsu.

X. *Deipara Virgini salutationem Angelicam placere, etiam media ex parte ab infirma Gertrude lectam.*

S. Gertrudis aliquando ægrotans & lecto decũbens, cum horas suas legere, non posset, neque etiã iuxta desiderium suum ad honorem beatissimæ virginis Mariæ valeret dicere ex integro salutationem Angelicam, conata est tamen, sæpius iterare saltem hæc verba, *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum.* Huic virgo Deipara apparuit, induta pallio aureis floribus mirè exornato, quibus designabantur salutationes ad ista cum labore lectæ, & in his excellentissimè relucebat pius affectus, quo ipsam gloriosam Virginem salutare desiderauerat, relucebat etiam sacra discretio, qua illa tantum verba legerat, cum sentiret se alia legere non posse: relucebat item integra fiducia qua confidebat matrem Domini benigne suscipere hoc ipsum exiguum seruitium suum.

Lud Blos. Monil. spirit. c. 3. §. 6.

TIT. XXXV. De salutationis Angelicæ vtilitate.

EXEM. I. *De Euphemia à tentatione dæmonis per salutationem Angelicam liberata.*

EVphemia bene morata virgo ad religionem aspirabat, diabolus tenerrimam puellam à sancto monachorum susciendæ vitæ proposito deducere conatus, humana specie se illi identidem ingerebat, viræque illius qua asperitatem, qua miserias, de sermone fallacissimo proponebat, rursus coniugalis vitæ felicitatem, ac delicias orationis vanitate amplificare pergebat. Cui Euphemia; Quid mihi, inquit, proderunt oblectamenta ista post mortem? Hoc dæmon responso quasi aliquo telo ictus puellã nihil redarguens, & ad cubiculi, in quo erat, trahens fenestram, omnibus viribus adnitebatur, vtreã inde deiiceret, præcipitaretq; sæuissime. Territa Euphemia salutationẽ pronũciat, qua Angelus Gabriel est vsus, cuius auditione hostis ille hominum pol-

Ex Cæsario Monacho Cisterc. li. 5. Dialog c. 44. Io Boni. de hist. virg. lib. 2.

lam

iam perijt è manibus, neq; voci atque iræ parcens; Sic te, inquit, ad monasterium contuleris, ero tibi, semper infestus, & nunc quidem sine dubio periisses, nisi mulierem illam mihi inimicissimam inuocasses, quæ mea frangit tam sæpe consilia.

II. *Per salutationem Angelicam sexagies quotidie recitatam impeditur Dei vindicta in Theodoricum Comitem Ecclesiæ vastatorem.*

Ex tertio volum. Annal. Hannon. cap. 19. Eandem hist. refert Chro. monasterii S. Martini Torn. m. s. per D. Herimanum eiusdem Cœnobij à reparatione Abb. tertiũ.

Eremita quidam in sylua proxima, quæ Brucherota vocatur, commanens solitarius vidit, sicut ipse referebat, non dormiendo, sed vigilando media die sanctam Dei genitricem Mariam in Cœlo instar Reginæ præcelso throno residentem; & duas sanctas Waldetrudem videlicet, & Aldegundem, pedibus eius se prosternens, & de Theodorico Anesnensi, qui ecclesiam earum combusserat, vltionem postulantes cumque vehementer conquerentes acrius iustitiam expeterent, sancta virgo sic eis respondebat: Parcite: quæso, mihique nolite esse molestæ, quia nolo ad præsens eum grauare: Vxor enim eius Domina Ada quoddam seruitium mihi facit; quo me sibi sic familiarem astringit, vt nec ipsi, nec marito eius pati possim aliquid inferri grauaminis. Cumque sanctæ illæ requirerent, quod esset illud seruitium, respondebat. Angelicam illam salutationem, quæ in terris principium mihi lætitiæ exstitit, singulis diebus mihi sexagies replicat; & vicies quidem prostrata, vicies genibus flexis, vicies autem stando, aut in ecclesia aut in cubiculo, aut in aliquo loco secreto. Cum vero adhuc illæ sanctæ instantius multa replicantes sese vindicari importune exigerent, tandem S. Virgo sic eis respondit: Rogo, vt mihi ad præsens de hac vltione inducias datis, & ego promitto vobis, quod veniet tempus, quando de eo iustitiam vobis faciam, & contra D. Adam nihil delinquam. Consanguinei vero eiusdem Theodorici contristari, quod de coniuge sua prolem non haberet, consanguinitatis linea quarta eos propinquos esse coram Odone Episcopo Cameracensi, qui Abbas fuerat S. Martini Tortanaci, accusauerunt, & die statuta iureiurando confirmarunt. Sicque ecclesiastico iudicio, cum iam plusquam viginti annis simul mansissent, coniugium illud dissolui fecerunt. Vix autem dimidius annus transierat; & ecce præfatus Theodoricus in syluam venatum pergens, ab Isaac de Barlemonte insidiis circumuentus occiditur, & ad cœnobium Lessiense, quod ædificauerat, relatus, in Capitolio ante sedem Abbatis sepelitur. Tumque vulgatum est, verum fuisse quod solitarius se audiuisse dixerat, B. Mariam promittentem, quia eas vindicaret; & contra Dominam Adam iam ab eo separatam nihil delinqueret. Eadem vero Domina à marito disiuncta, continuo relicta seculari pompa, ad cœnobium quod cũ viro suo construxerat, abiit, nec tamen ex toto proprietatẽ dimisit, sed ædificata iuxta ecclesiã suã domo lapidea, nolens grauare monasterium; de reditibus suis vsque ad finem vitæ vixit. In tantum vero id quod diximus eliminatum est, vt etiam Gosceguinus, qui Theodorico successit; easdem salutationes S. Mariæ quotidie replicaret, militibusque suis eas dicere suaderet. Quamobrem & ipse, licet multa mala fecerit, tamen bono fine vitam terminauit: Nam sentiens se valida ægritudine laborare, in eodem cœnobio monachus factus, sicque defunctus, iuxta auunculum suum in Capitulo est sepultus.

Salutatione Anglica sexagies indies recitata impeditur vltio.

Coniugiũ in 4. gradu nullum.

Theodoricus venando occisus.

Ada Theodorici vxor mundo valedicit.

III. *De quinque rosis inuentis in facie Ioscionis religiosi S. Bertini ob psalmos cum salutatione Angelica quotidie repetitos.*

Ex Archiuis Monast. Bertinieni Audomar. Vincent. in hist. & B. Antonin. in Chron. Io. Molan. in Natalib. SS. Belgij 30. Nouem. 2. Georg. Coluener. S. Theolog. Doctor eum vocat Ioseph. Bertum ad Notas lib. Apum Tho. Cantipr.

Quidam venerabilis Archiepiscopus Cantuariensis ecclesiæ, reuertens olim à curia Romana, Abbatia S. Benedicti, quę est apud S. Audomarum, hospitatus est, & die crastina ductus in Capitulũ, sermonem ædificationis cum fratribus habuit. Functo autem sermone, indicauit eis quod cum esset apud Beneuentium, audisset à quodam viro religioso, qui de partibus Hierosolymitanis oriundus erat, quod in illa terra quinque psalmos incipientes à singulis literis nominis beatæ semper virginis Mariæ, in honore & memoria ipsius frequentare consueuerat. Hi ergo sunt psalmi: Magnificat, Ad Dominũ, Retribue, Inclina, Ad te leuaui, & singulis psalmis salutationem Angelicam, scilicet AVE MARIA, præmittebat. Erat autem ibidẽ in Conuentu S. Bertini monachus quidam, Ioscio nomine, qui hoc vigilanter audiuit, & quotidie post matutinum prædictos psalmos in honorem beatæ Mariæ virginis decantare cœpit. Accidit igitur (vt quadã nocte circa festũ S. Andreę Apostoli, surgentibus fratribus ad vigilias, ille frater, Ioscio choro psallentiũ non interesset. Superior vero chorum circumiens cum lucerna, ibi eũ non inuenit, ad lectũ eius citius perrexit, & defunctum reperit. Conuocati itaque fratres accurrunt stupentes, & lugentes vultumque eius discooperientes inuenerunt quinque flores rosarũ in vultu ipsius: Vnus egrediebatur ex ore & lingua eius: duo de oculis: & duo de auribus. Lætantes autem pro tali miraculo detulerunt eum in chorum, & facie discooperta, cum recentibus rosis diligentius intuentes, in rosa, quæ de ore egrediebatur, inuenerunt scriptum Maria. Tenuerunt igitur illum per septem dies; donec tres Episcopi cõ uenerint, quorum vnus fuit Attrebatensis Episcopus, qui fuerat Abbas Cisterciensis, & multi alii Clerici & laici, qui viderunt magnalia Dei. Id vero accidit circa annum Domini 1162. circa finem regiminis Leonis Abbatis & Theodorici Comitis.

Salutatio Angelica cum quinque Psalmis in dies à Ioscione reperita. Ioscionis monachi Bertiniani mors. Rosæ in facie Ioscionis post obitum inuentæ.

IV. *De monacho Cisterciensi, è cuius ore arbor post mortem exercuit eum, Aue* MARIA *literis aureis inscripta.*

Tho. Cantipr. lib. 2. de vniuers. ca. 29. n. 9.

Illud addam ad eius honorem, quam Paranymphus Gabriel decentissime honorauit, à Cisterciensibus desumptum. Erat emeritæ militiæ veteranus,

qui sæculo, etsi tarde, renuncians, sanctum Cisterciensium ordinem introiuit. Quæsitus autem à magistro nouitiorum, si sciret orationem dominicam, scilicet Pater noster, negauit, nunquam se discere potuisse contestans. Quid plura? Fit labor inanis, vt discat; & cum non posset, præcepit Abbas, vt saltem breuem illi Angelicæ salutationis versiculum inculcarent. Quod, etsi multo & diuturno labore factum est tamen. Cum enim ad exhortationem magistri sui ipsum versiculū inter prandendum ad vnamquamq; bucellam fere, ne obliuioni traderet, ruminaret, ex frequenti & longo vsu, tantam in ipsa salutatione mentis concepit dulcedinē, vt cordi eius & ori sola memoria matris Christi, quanquam alias àuocatus, indelebiliter adhæreret. Contigit ergo vt post aliquanta annorum curricula veteranus ille deuotissime moreretur, & inter fratres in cœmiterio speliretur. Mira res, de tumulo eius non multo post, à parte capitis arbor nasci ignoti generis visa est, cuius folia literis aureis insignita, *Aue Maria gratia plena*, notabiliter singula continebant. Quod vbi notum fit Diœcesano Pontifici ad locū venit ipse miraculi, radicē arboris per effossionem diligenter scrutatus est, & eam de ore venerani illius ortum habere probauit. Nec mora, vbi diuinæ ostensionis arbuscula debitum officium executa est, in oculis omnium aruit & defecit. Quicunq; igitur matri Christi cupis esse deuotus, salutationē istam frequens & deuotus ingemines: nec credo quicquam illi gratius vocalis laudis offerri.

Litteræ aureæ in foliis arboris crescentis ex ore monachi mortui M. S. addit. Dominus recum.

V. *De homine mire confracto, à Catharina Suedica salutationis Angelicæ virtute sanato.*

In vita eius apud Sur. c. 17. Martii. 22.

Cum quidam è familia B. Catharinæ Suedicæ virginis & viduæ, somno correptus, è curru decidisset inter equorum pedes succedentes mox rotæ adeo eius costas attriuerunt, vt vix anhelitum ducere videretur. In currum autem subleuatus, animū Catharinæ multo dolore affecit. Itaque suo more dicebat salutationem Angelicam, & leuiter hominis quassatum latus contrectabat: Mox adeo ille restiturus est, vt qui præ dolōris accerbitate spirare vix poterat, eodem die lætus discurreret, Christum laudans, & S. Catharinam, cuius meritis esset salutem tam celeriter adeptus.

Vis Salutationis Angelicæ.

TIT. XXXIV. De cultu & honore Deiparæ virgini Mariæ debito.

EXEM. I. *De Friderici Imp. eiusque vxoris erga Deiparam pietate singulari.*

Petr. Canisius lib. 5. de Deip. Virg. c. 27.

IN Mariæ cultu retinendo eadem prorsus confessio & consuetudo in Græca & Latina Ecclesia apud omnes in vnum ritum conspirantes semper viguit. Etapud Latinos quidem Fridericus tertius Princeps Austriacus, & Romanorum Imperator, festum assumptæ in cœlum Virginis religione admodum venerabatur, vt omni fere cibo & vino in profesto abstineret: idemque fundator multorum monasteriorum fuit, quæ censibus etiam annuis liberaliter dotari curauit. Eius vero mater Cimburga Mossouiæ Ducissa tam erat cultui diuino dedita, vt ieiuniis & orationibus macerareret corpus, & de more loca sancta religiosissime inuiseret, ideoque sub mortem etiam Cellas MARIÆ, vt Austriaci vocant, religionis ergo petiuit. Tum Albertus quartus, qui & ipse Austriæ Princeps fuit, Mariam coluit reuerenter, Christianæ religioni & Ecclesiasticis cæremoniis adeo deditus, vt in Sanctorum templis vna cum Sacerdotibus psallere & cantare, solenniaque sacra quam deuotissime celebrare non erubesceret.

Principum Austriacorum pietas erga B. Virginem.

II. *De singulari in B. Mariam religione Henrici II. Imp.*

Idem ibidem cap. 28.

Henricus eius nominis II. Imperator Bauariæ Dux, qui Claudi, imo & sancti cognomentum accepit, vt florem sanctæ Virginitatis integrum conseruaret singulari Mariæ ope fuit adiutus, sicut & Nauclerus fusius explicat & in colenda Virgine tam sedulus perseuerauit, vt in mediis etiam peregrinationibus, si aliquando vrbem aliquam ingrederetur, primam quidē noctem precandi gratia in illa æde consumeret, quam B. Virgini sacram forte reperisset. Eidem calicem aureū immensæ magnitudinis, ac duabus ansis insignem fabricari atque dicari curauit.

III. *De campana pulsu instituto à Lud. XI. ad salutandam Virginem Mariam circa meridiem.*

Robert. Gaguin. lib. 10. de Gest. Regum Franc. & Genebrar. in Chronico, an. 1472.

Ludouicus Francorum Rex eius nominis vndecimus non contentus instituto veteri, quo ad pulsum campanæ homines sacrosanctam Virginem Angelica oratione vesperi salutare consueuerunt, etiam hora meridiana id fieri voluit, publicæ pacis obtinendæ causa, vt Gaguinus asseuerat. Id primum fieri cœptum est anno Domini 1472. primo die Maii, inquit Genebrardus.

IV. *De cultu & pietate Stephani Regis Vngariæ erga Deigenitricem Mariam.*

Chartuit. Epist. in vita eius cap. 12. apud Baro. to. 11. 1002. 12. Antonius Bonfin. de Regib. Hungar. lib. 2. decad. 2.

Stephanus Hungariæ Rex, fidelis & integer in omnibus factis suis Deo toto pectore deditus & addictus; seipsum quoque & regnum suū per votum & oblationem in perpetuæ Virginis Mariæ tutelam assiduis precibus contulit. Cuius sacratissimæ Virginis honor & gloria tā est celebris apud Hungaros, vt festū Assumptionis eius, tacito proprio nomine, sua lingua diē Dominæ appellent. Atq; vt Rex piissimus propensiorem tantæ Virginis defensionem & patrocinium posset promereri, in ipsa regiæ sedis ciuitate, quam Albam vocant, in eiusdem perpetuæ Virginis laudem & honorem grandem & insignem, atque in primis celebrem Basilicam condidit, opere sane mirifico, cælatis chori parietibus & pauī-

Stephani pietas erga Diuam Virginem.

& pauimento marmore strato. Quam Basilicam qui vidit, testimonium perhibet dictis nostris, innumera illic haberi palliorum, & eorum quæ paramenta vocant, generat; tabulas altarium non paucas ex auro purissimo, pretiosissimorum lapidum ordinibus conspicuas: Eucharistiæ ædiculam, quam Ciborium dicunt, arte mirabili supra Christi mensam extructam: conclaue omni genere vasorum chrystallinorum, onychinorum, aurcorum, & argenteorum abunde refertum.

lesia à phano ege donis priuilegiis ornata.

V. *Stephanus Vngariæ Rex se suumque regnum in singularem Mariæ Virginis tutelam offert.*

Antonius Bonfin. lib. 1. Dec. 2. de rebus Hungaricis.

De eodem Rege Stephano hęc subiiçit Bonfinius: Assiduis diuam Virginem precibus exorauit, vt se, suumque regnum perpetuo magna Mater patrocinio tueretur, cuius tutelæ ac potestati se Hungarosque omnes addixerat, omniaque suorum studia fortunasque dicauerat. Quin etiam illud solenne promulgauit edictum, vt omnes diem B. Virginis, quo inter Diuos relata fuit, inter celebratissimos haberent, Dominæque diem appellarent, ac cætera eius festa ieiuniis, & singulari solennitate transigerent: hanc demum peculiarem sibi pientissimamque Patronam in cælo tertisque ducerent. Quadam nocte idem Rex cælesti percitus instinctu, clam sine comite è regia prodit, distentos nummorum loculos ferens, quos miserrimo Christi popello distribueret. Quo quum venisset, stipemque viritim daret, inter petulantes rogatores mox orta seditio regi per contumeliam ab auidioribus plerisque barba distracta, & ne parua quidem ex parte conuulsa. At is nequaquam ex hoc succensus, imo solido quodam gaudio agitatus, in genitricis ædem properauit, ac mox antea ram in terram procidens, ingentes Diuæ gratias egit, Regina, inquit, cæli, ac Diuum magna parens, vnica Hungaricæ patrona gentis, immortales tibi gratias ago, quod me, quem Regem esse voluisti, milites tui hoc modo tractarunt coluerunteque: Si has ab hostibus iniurias accepissem, tuo auxilio vlciscerer. Proinde hinc futuræ felicitatis auspicia capto, neque irrita Filij tui verba scio fore: quum suis Apostolis *ne minimum quidem è capite capillum perituru esse recepit.*

Pietas Stephan. Regis erga egenos. Rex à mendicis indigne tractatus Mariæ Virgini se commendat.

Matth. 10.

VI. *Quanta pietate ac reuerentia S. Gerardus Ep. vna cum populo Dei matrem coluerit.*

In vita eius cap. 3. apud Surium 24. Septembr.

S. Gerardus martyr, Episcopus Canadiensis in Pannonia, laudibus & veneration sacratissimę Virginis tantæ humilitatis obsequio se subdere nouerat, vt si quis reus clam à sancti viri familiaribus edoctus, veniam ab ipso peteret per nomen matris Christi, mox audito nomine matris misericordiæ pater sanctus lacrymis perfunderetur, & perinde ac si ipse reus esset, à reo veniam peteret. Filium quoque suum illum fore affirmaret, si eam sincere Dei crederet genitricem. Ipso authore, ab Hungarica gente non pronunciatur nomen ipsum matris Dei, sed Dominam eam vocant. Si sit autem pronunciatum illius nomen, statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus, sese inclinant. Atque adeo Pannonia à sancto Rege suo Stephano familia S. Mariæ appellata est.

Hungari quam reuerenter Dei matrē coluerint.

VII. *De Elzeario Comite, qui Deiparam Virginem in singularem sibi delegit Patronam.*

In vita Elzearij comitis cap. 14. apud Sur. Sept. 27.

Nobilis domina Garsenda Elzearij Comitis nutrix, cum aliquando Dominum pro eo in ecclesia noctu deprecaretur, hanc vocem audiuit: Iuueni huic, pro quo tam multum oras, noueris me matrē meam dedisse magistram: nihil igitur de illo dubites. Ad vos voces illa nimium obstupefacta, vbi ad se rediit, rogauit Dominum, vt si illusio esset, abscederet: sin autem res vera se certiorem inde redderet. Altera die cum Missæ sacrificio pie ac deuote interesset, post consecrationem corporeis auribus vocem eiusmodi ad se dirigi sensit: Quæ superiori nocte de iuuene Elezario tibi dixi, ea non ambigas vera & certa esse. Illa vero confessario suo, viro valde religioso, fratri Ioanni Iuliani ea indicauit. Is porro secreto ex Elzeario percontatus est, quem in precibus suis modum formamq; sibi præfigeret, & quem è sanctis sibi præcipue patronum delegisset. Respondit ille: Equidem Virginem sanctissimam mihi patronam & aduocatam elegi: cumque ad orandum me præparare volo, indignitatem & vilitatem meā prius consido: atque ita Matri gratiæ me commendans, eam precor humiliter, vt ea, quæ ipsi & eius benedicto filio grata sint, ponat in corde & ore meo: simulque quanta possum animi pietate semel ei offero Angelicam salutationem. Ea dicta, nunquam mihi deest rerum diuinarum mater. His dictis abunde comperit confessarius ille, verissima esse, quæ à Garsenda acceperat.

Elzearius Comes B. Virginem in patronā assumit.

VIII. *S. Hedwigis Ducissa, ob amorem, quo ferebatur in Dei Matrem, semper gestabat eius imaginem.*

In vita eius apud Sur. ta. 5. Octob.

Sanctissimam Christi matrem inter alios sanctos, ita vt par erat, ardentius amabat Hedwigis Ducissa Poloniæ, beatæ Elizabeth, quæ nupsit Lantgrauio Turingiæ, materrera, atque ea causa illius apud se paruam imaginem semper ferebat, eamque sæpius gestabat manibus, vt ex amore crebro eam posset intueri, & inspiciendo ad eius amorem se posset amplius excitare. Ea imagine cum interdum benediceret languidis, illico curabantur, vti etiam miraculo rum virtute cunctis innotesceret, ad quantam meritorum celsitudinem illa jam peruenisset, quæ feruenti amore incitata hanc matris Dei imaginem sedulo circumferret.

Miracula per imaginem B. Virginem.

IX. *De castro Comitum Scheyerensium in monasterium ad Deiparæ honorem commutato.*

Ex Trithemio de Origine Princ. pum.

Huc occurrunt Scheyerenses Domini: & Comites, tam insigni olim nobilitate commendati,

Bauarorum Pet. Canis. lib. 5. de Deip. cap. 27.

vt ex illis Bauariæ Duces complures extiterint: qui tanta pietatis laude scribuntur, vt suum præcipuum castrum in Scheyerense monasterium quod etiamnum apud Bauaros extat, tandem conuerterint, suæque familiæ perpetuam illic delegerint sepulturam. Cum enim in vnum locum conueniissent, sicut Trithemius indicat, quibus in Scheyerense castrum ius competebat, multi autem hæredes supererant, hi suo iuri sponte cesserunt, & quicquid hic bonorum esset, beatæ semper Virgini prompte obtulerunt atq; consecrarunt, illo vno duntaxat excepto, quem infelicem Ducem, Arnoldum vocant, qui cum dæmonem sibi familiarem haberet, illique suam partem deuouere maller, hoc demum præmij consecutus est, vt hospes à dæmone abreptus, ac prorsus è medio sublatus, & in lacum monasterio vicinum misere tandem proiectus esse scribatur.

Castrum B. Virgini à Comitibus consecratum.

X. *De peculiari cultu Lutgardis Virginis erga B. Virginem Dei matrem.*

Tho. Cantipr. lib. 2. Lutgard. virg. c. 24. apud Sur. 16. Iunij.

Lutgardis virgo admodum pia è celeberrima Tungrorum ciuitate oriunda, quadam nocte, cum in cantico Te Deum laudamus, versum illum; Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum, diceretur ei beatissima Virgo Maria gratulabunda apparuit, intellexitque Lutgardis versum hunc illi gratissimum esse, quo commemoraretur, ipsam Dei filium concepisse. Atque hoc illa mihi tanquam filio dilecto reuelans, admonuit, vt quoties versum illum dicerem, toto me corpore ad laudem sacratissimæ Virginis inclinarem. Quod etiam diu feci, hodieque facio, & vt idem faciant, lectores meos omnes adhortor.

Genu flexio ad versum. Tu ad liberandũ, &c.

XI. *Quam pie addictus fuerit Deiparæ S. Odilo Abbas Cluniacensis.*

Pet. Damian. Cardinal. in vita eius.

S. Odilo Abbas Cluniacensis, inter cæteros sanctos erga beatam Dei Genetricem tam ardenti pietate flagrabat, vt quotiescunque *Mariæ* nomen proferri audiret, profunde sese inclinaret: & constitutus in choro psallentium, cum ad illum veniretur ex modulantium alternatione versiculum: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum*, in terram se prosterneret, sicque per corpus ostenderet, quibus desiderij cælestis in mente facibus æstuaret.

MARIÆ nomen quam ho-

XII. *S. Franciscus B. Mariam impense dilexit & coluit, eamque vt aduocatam fratribus colendam commendauit.*

In vita S. Francisci, cap. 9.

Laudat Franciscum suum Bonauentura, & virum plane Apostolicum, diuinaq; charitate flagrantem merito laudat, quod Matrem Domini nostri IESV CHRISTI ineffabili complecteretur amore, vt quæ Dominum maiestatis fratrem nostrum effecerit, & per quam simus nos misericordiam consecuti: In ipsa, inquit, per Christum præcipue fidens, eam sui ac suorum aduocatam constituit, & ad honorem ipsius, à festo Apostolorum Petri & Pauli vsque ad festum Assumptionis deuotissime ieiunauit. Eam vero his verbis deprecabatur: Sancta Maria virgo, inquit, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus filia & ancilla altissimi Regis patris cælestis Mater sanctissima Domini nostri IESV CHRISTI: Sponsa Spiritus sancti: ora pro nobis cum S. Michaele Archangelo, & omnibus Virtutibus cælorum, & omnibus sanctis, tuum sanctissimum filium dilectissimum dominum nostrum & magistrum, Amẽ. Et rursus eandem Deiparam sic inuocat vir integerrimus. Sancta Dei genitrix dulcis & decora, Regem morti traditum filium tuum dulcissimum Dominum nostrum IESVM Christum pro nobis exora, vt ipse per suam piissimam misericordiam & clementiam, & virtutem sanctissimæ incarnationis & mortis ipsius acerbissimæ nobis indulgeat peccata nostra, Amen.

S. Fi... ad M... RIAM ... catio.

Alia eiusdẽ ad eandem precatio.

XIII. *De muliere sterili, quæ suscepto in honorem B. Mariæ sabbathino ieiunio, mox prolem geminam edit.*

Ex Annal. lib. Francisci Bencij Prouin. Austr. Io. Bonif. hist. Virginal. lib 3.

Excurrit vnus sub Epiphaniorum festum in oppidum toparchę cuiusdam excellenti pietate, qui olim educatus inter conuictores Viennæ vxorem hic habebat sterilem, nec satis firmam in fide, cum vesceretur cibis illicitis. Persuadet mulieri noster, vt si liberos velit, habeat hunc saltem honorem virgini, vt à carnibus sabbatho abstineat, diuinam illi opem sub tanto patrocinio affuturam. Fidei respondet euentus, vno partu geminos marem & fœminam enixa, & agnoscens diuinum beneficium vterq; coniux aureæ casulæ, calicisque donum miro artificio Deiparæ, quæ colitur in nostro templo, ex voto dedit. Hæc ille de muliere, cui profuit diei abstinentia septimi, non quidem Iudaico ritu, sed Ecclesiastica propter Virginem pietate.

Ieiunij sabbathini vtilitas.

XIV. *Quanto erga Dei Matrem arserit amore Alfonsus Salmeron Societatis* IESV *religiosus.*

Pet. Ribad. de eius vita.

Alfonsus Salmeron vnus ex illis Societatis nostrę Patriarchis, qui se ad Ignatium eiusdem Societatis fundamentum, & ducem Parisiis aggregarunt, tanta erga Virginem charitate fuit, vt de ea singulis quadragesimæ sabbathis, etiamsi aliud feriæ illæ deposcerent, concionaretur, populo, optimatibusque obstupescentibus, & in sanctissimæ Dei Matris amore, & pietate crescentibus.

TIT. XXXVIII. De B. Virgine ab infidelibus etiam honorata.

EXEMP. I. *Sibylla, etiam ante Christum, non multo aliter quam Angelus, Mariæ gratulata est.*

P. Petrus Canis. lib 3. de Deipara Virg. c. 3.

NOn sine certa numinis prouidentia factum arbitror, vt multo ante MARIAM natam Sibylla

sit

fit ex oraculis vaticinata, de nostra Virgine canens, & salutationis Angelicæ initio perbellæ consonans:

Εὐφραίνθητι νῦν ἀγαλλιάσου γλῆδιξ
Εὐφροσύνη αἰῶνος, ὃς ἐφανέν τε καὶ γῆν.
Ἐν σοὶ δ' οἰκήσει, σοι δίδοι τὸ ἀθάνατον φᾶς, hoc est, si simpliciter interpretari velimus:

Lætare & exulta puella: tibi enim gaudium donauit æternum, qui cælum & terram condidit. Is vero in te habitabit, tibique erit immortale & indeficiens lumen.

II. *Quid de B. Dei matre prædixerit Albumazar Astrologus Ethnicus.*

Albumazar insignis Astrologus, etsi alienus à fide, tamen præclarum Virgini testimonium dedit; cuius in scriptis hæc verba leguntur. In prima facie signi virginis oritur in terra virgo munda, puella immaculata corpore, decora, ore venusta, cultu moderato, crine prolixa. Et vero, ne qua in hominum animis suspicio relinqueretur, ipse prouidit, & quam Virginem describeret digito ipse monstrauit, nempe hanc esse illam Virginem, quæ puerum in Iudæa nutriat, & pascat, eumque puerum à quibusdam IESVM vocari, quem nos, inquit, Græce Christum nominamus.

III. *Vt Mahometani de* MARIA *Deipara præclare sentiant ac loquantur.*

C. 5. & 74. *Alchorani apud Canisium libr. 3. de Deipar. Virg. l. 20.*

Iam vero quemadmodum Christum Mariæ filium, vt diuinum hominem agnoscunt Mahometani, mirisque laudibus extollunt, ita de ipsa etiam Maria licet eam Dei genitricem pernegent, tamen, vt hoc etiam adiiciam, honorifice admodum ac reuerenter loquuntur. Nec mirum, quando in sue Alchorano, quo nihil habent antiquius, illam frequēter laudari, & ab ipsis etiam ornari Angelis certissime deprehendunt. Etenim Angelorum hæ voces illic recitantur: O MARIA *cunctis viris fœminisque præclarior, soli Deo perseueranter studens.* Ac rursus ab eodem dicitur: *O Maria, Deus vtique elegit te, & purificauit te: elegit te claram super mulieres æculorum. O Maria, Deus annunciat tibi verbum ex ipso: nomen eius* IESVS *Filius* MARIÆ, *& erit honorabilis in hoc sæculo & in futuro.* Quid autem eo luculentius? MARIA *se dirigendo, nullitia aut prauitatis operata est: vnde nostram ei animam insufflauimus.* Adeo enim Mariam Alchoranus extollit, vt inter fœminas omnes illam sanctissimam & lectissimam, sed & Virginem, simulque Christi matrem esse confirmet, multaque de illa recitet, quæ cum literis Euangelicis quadrare videantur. Certe non obscura & illa Mahometis vox est: *E viris multi perfecti fuerunt: nulla autem ex mulieribus vnquam perfecta fuit, nisi* MARIA *mater* IESV. Et quoniam non solum Alchoranus, sed etiam liber Alioran magnæ apud istos auctoritatis est, audiant ex eo etiam, qui nos non audiunt, Dei vocem ita sonantem: *Nullus de filiis Adam nascitur, quem non tangat Satan: & ideo plorat vociferans ex eius tactu, præter* MARIAM *& filium eius.*

MARIA sola perfecta inter oēs fœminas iuxta Mahometem, MARIAM non tetigit Satan nec eius filium vt Turcæ fatentur.

IV. *De lege à Petro Gnapheo homine improbo in honorem Virginis* MARIÆ *lata.*

Antiochenæ Præsul Ecclesiæ Petrus Gnaphæus, homo audax, & turbulentus, & in fide claudus, tamen legem tulit de Maria Deipara suppliciter inuocanda, & in sacris precationibus nominanda: nihil ille nouum inusitatumq; sanciuit, quandoquidem ab Ecclesia condita Christiani Deiparam semper implorarunt, religiosissimisque & animis, & vocibus appellitarunt, sed quod in sua prouincia vel iniuria hominum, vel iniuria temporum, vel insania hæreticorum fieri desierat, veritate impellente, qui impius erat, reuocauit. *Niceph. Call. lib. libr. 15. hist eccl. cap. 28. Io. Damasc. l. 3. cap. 10. Canis. li. 5. de Deip. cap. 17.*

V. *Pietatis affectum erga B. Virginem retinens hæreticus ad saniorem mentem facile reuertitur.*

Oeniponti complures per confessionis sacramentum, alij à morbis, alij à perspicuis periculis, alij etiam ab inferni monstris, spectrisque liberati sunt. Hic quoque multos ab hæresi ad Catholicam religionem nostri traducunt. Erat in numero sacerdos magna apud quosdam hæreticorum duces auctoritate. Hic tū, cum in hæresi versabatur, eximio quodam pietatis studio erga beatam Virginem tenebatur, vt minime mirum videri debeat, si è fœcibus demum emersit, qui tantæ patrocinio Virginis nitebatur. Is postea grati animi causa ad ædem Lauretanam nullo viatico, nullo itineris subsidio profectus est. *Ex Annalibus Nicolai Orlandini de hist. Coll. Oenipontani Io. Bonif. lib. 2. hist. Virg. cap. 16. Hæretici etiam B. Virginem colunt.*

TIT. XXXVIII. De Inuocatione Deiparæ Virginis MARIÆ.

EXEMP. I. *B. Virginem vnicam esse spem desperatorum, & profugium præsentissimum ad quiduis à Deo impetrandum.*

In Orationē de laudibus sanctissimæ Dei Matris.

D. Ephræm Syrus in oratione ad sanctissimam Dei genitricem ait: Immaculata, impolluta, incorrupta, pudica virgo, Dei sponsa, domina nostra, vnica spes desperatorum, oppressorum subsidium, & ad te currentium auxilium præsentissimum, omnium denique Christianorum profugium: meam sordidissimam, indignisq; labiis expressam orationem admitte, nec non tuum quidem filium, meum autem herum & Deum, materna tua liberalitate volens exora, vt mihi quoq; mitissima illa suæ pietatis viscera referet, & posthabitis innumerabilibus peccatis meis, ad pœnitentiam me conuertat, probeque sua complere mandata concedat. Adsis mihi semper virgo misericors clemens, & benigna, in præsenti quidem vita ferues protectrix, & auxiliatrix, hostiles impetus repellens, & me deducens ad salutem; ac in supremo vitæ momento miseram meam animam conseruans, & tenebrosos malorum dæmonum aspectus ab ea procul abigens; in terribili autem die iudi-

B. MARIA protectrix nostra in hora mortis & iudicii

Iudicij ab æterna damnatione me liberans, postremo inaccessæ tui filij & Dei gloriæ me hæredem efficiens. Quam per intercessionem fauoremq; tuum domina mea sanctissima, Dei mater, te etiam atque etiam oro assequi valeam gratia, miseratione, & humilitate vnigeniti tui filij, &c.

II. *Quomodo ad B. Virginem confugerit diuus Augustinus, & cum eo Ecclesia Cath. in officio diuino.*

Serm. de Assumpt. Virginis: Et serm. 2. de Annunciatione Domini.

D. Augustinus inter cætera sic reuerenter B. Mariam affatur ac inuocat: Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis, persoluat, quæ solo tuo commerico recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunq; meritis tuis impares gratiarum actiones, & quam susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Accipe quod offerimus; impetra quod rogamus, excusa quod timemus; qui nec potiorem meritis inuenimus, quam te ad placandam iram iudicis, quæ meruisti esse Mater Redemptoris & Iudicis. Succurre ergo miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo interueni pro Clero, intercede pro Monachorum Choro, exora pro deuoto fœmineo sexu sentiant omnes tuum leuamen, quicunque deuote celebrant tuum nomen. Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super cælorum peregrinis: Et quum te lętantem semper aspicis, fletus nostros, quæsumus, ipsa ad Deum perferas, eumque vt proprium filium pro nobis interpelles.

Ad MARIAM inuocatio Augustini & Ecclesiæ.

III. *Quomodo D. Anselmus Cantuariensis Episcopus, illustrisque Theologus B. Mariam inuocauerit.*

D. Anselm. lib. de Excellentia B. Virg. cap. vlt.

Huc præterea spectat Archiepiscopus Cantuariensis Anselmus, magnum sui sæculi decus, ac tunc fere Princeps Theologorum, singulari vitæ sanctitate præcellens. Is cum sedulus cultor Virginis esset, de illius excellentia librum scripsit, in quo sic eam inuocat: Subueni nobis, inquit, Domina piissima: non considerata peccatorum nostrorum multitudine, velle tuum ad miserendum nobis inflecte. Eia succurre oramus, vt laus, quam per tot secula digne possedisti, continua tibi duret in gratia ipsa, qua mundo perdito subueniisti. Tibi ergo nos commendamus, tu procura ne pereamus: & alibi: Pie Domine parce seruo matris tuæ. Pia Domina parce seruo filij mi. O tu illa pie potens & potenter pia Maria, de qua fons est ortus misericordiæ, ne contineas, precor, tam veram misericordiam, vbi tam veram agnoscis miseriam.

Inuocatio B. Virginis per Anselmum Ep.

IV. *De oratione D. Bernardi ad Deiparam, tanquam ad Dominam, mortalium mediatricem & aduocatam.*

D. Bernard. serm. 2. in Missus est Angelus Gabriel &c. de B. Virg.

D. quoque Bernardus hanc sacram virginem hac oratione inuocauit, ac inuocandam docuit. Domina nostra, inquit, Mediatrix nostra, Aduocata nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo nos filio repræsenta. Fac, ô benedicta, per gratiam quam inuenisti, per prærogatiuam quam meruisti, per misericordiam quam peperisti: vt qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes nos faciat gloriæ & beatitudinis suæ. Et rursus: Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellã, voca Mariam: In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum.

D. orat. Ma...

V. *S. Iustina virgo Christiana ad impudicitiam solicitata, MARIAM inuocando demonis tentationem, & incontinentiæ periculum euitauit.*

Accedat & totius Africæ lumen, & fortissimus ille Christi Martyr Cyprianus, de quo pręclara scribit Gregorius Nazianzenus, atque inter cętera sequentem historiam refert: Cum hic Cyprianus à fide Christi adhuc alienus, ac rebus magicis omnino deditus esset, amore Christianæ virginis exarsit, & in illius expugnanda pudicitia plurimum laborans, vt cœcus & insanus est amor, etiam dæmonem sibi adiutorem asciuit. Virgo etsi turpem eiusmodi amorem detestaretur Christo enim sponsa se totam cõsecrarat) tamen præsentes Satanæ technas & ardentes libidinis faces non potuit nõ persentiscere, multum his ac grauiter exagitata. Proinde, vt par erat, ad pudicitiæ suæ custodem & tutorem Deum se cõuertit, simulq; Mariam castissimum & clarissimum virginum decus supplex obsecrauit, vt sibi periclitanti auxilium ferret, corpus interim ieiunio atque humi cubitatione, quæ sunt continentiæ arma, castigans, vt in hoc certamine hostem impurum vinceret potius quam vinceretur. Quid multis: non irrita fuit Mariæ inuocatio, per quam propitius afflictæ virgini adfuit Deus, vt & hostis deiectus abscederet, & Cyprianus è stulto amatore Christianæ sapientiæ nonmodo discipulus, sed etiam, sicut Augustinus vocat, Doctor suauissimus, & martyr beatissimus efficeretur.

Orat. in laudem Cypriani martyris.

Iustina virgo B. MARIAM inuocauit, & exaudita fuit.

VI. *Inuocatione nominis MARIÆ Matris Dei, & per signum Crucis infestum pellit dæmonem S. Antonius.*

In vita eius apud Sur. cap. 14. (mihi 13.)

B. Antonius Lusitanus Seraphicæ diui Francisci familiæ decus & lumen, cum quadragenarij ieiunij nocte quadam diurnis occupationibus fessus somno se paulisper dedere voluisset, à diabolo compressis faucibus nihil propius factum est, quam vt strangulatus animam ageret. At Antonius beatissimæ Dei matris nomine inuocato, signoq; crucis fronti impresso, atque eo illo hymno pronunciato, *O gloriosa Domina*, torrorem dæmona vertit in fugam. Cumque se propitientem humani hostem generis videre cupiens sanus jam ac liber oculos sustulisset, totam illam cellulam, vbi cubabat augustissimi luminis vidit splendore fulgentem. Morte propi...

Nominis MARIÆ virtus.

eundem

eundem hymnum, *O gloriosa Domina*, cecinit, & pernecessario tempore patrocinium virginis imploravit.

VII. *De muliere Laudunensi per* B. MARIAM *in mediis flammis ab incendio conseruata.*

Vixit circa annum Domini 1094. non procul ab vrbe Laudunensi quædam mulier, quæ arcanum homicidii crimen a se commissum in exomologesi detexerat sacerdoti, ac proinde post acceptam mortis sententiam, vt flammis ardentibus traderetur, ad supplicii locum ducebatur. Et quoniam per Deiparæ templum iter habuit, vbi toti populo peccatum suum confessa est, Virgini matri magna etiam fiducia supplicauit, seque totam eius patrocinio commendauit. Hinc digressa est, & iam in ignem semel atque iterum coniecta, tantum Dei & Virginis beneficium sensit, nihil vt ab igne quamuis copioso & vehementi caperet detrimenti, imo non modo carnem, sed vestem etiã ab omni flammarum iniuria seruauit semper illæsam. Cum hinc admiratio ingens animos populi occuparet, ad dictum Mariæ templũ cursitatum est, vt vna cũ bona muliere Deo & Virgini gratiæ agerentur, tantumq; miraculum ad Virginis inuocationem gestum communi omnium lætitia celebraretur.

Sigebert. in Chron. an. 1094. Petrus Canis. The. log. de B. Virg. li. 5. c. 10. & Baro. eodem an. 24.

Miraculum

TIT. XXXIX. De intercessione & patrocinio B. MARIÆ.

EXEMP. I. *De Christo Domino humano generi irato* B. MARIÆ *precibus mitigato.*

Ex D. Anton. Archiep. Florent p. 3. Cir. vet. 13. Thom. Bozius de signis l. 9. c. 10. Gu. ll. Baldesan. li. 2. Stem. c. 33.

B. Virginis intercessione mundus conseruatur.

BD Dominicus ordinis fratrum Prædicatorum institutor, cum, more suo, precationi intentus, mentem aliquando defixisset in cælo, vidit sublimem in aere Christum Dominum, cum admirabili splendore maiestatis & magnitudinis suæ, Regali solio confidentem. Erat illi in vultu horrenda seueritas; ira ex oculis emicabat: manu tres, vt apparebat lanceas vibrabat, quibus orbem vniuersum erat interempturus. Cũ autem inueniretur nemo, qui furori iusto se opponeret: gloriosa Virgo Mater aduoluta genibus, & arctissime amplexa filium, rogat, vt hominum, quos suo sanguine redemisset, caperetur misericordia; Christo contra infinitas causas iustissimæ vindictæ, in perditissimam gentem mortalium summatim recensente; subiicit amantissima filiorũ mater: duos se etiam habere seruos, quorum laboribus & industria flagitiosi reuocari possint ad pœnitentiam, & simul cũ dicto vtrũq; offert; alterũ Dominicum, Franciscum alterum. Placatus est maternis precibus Dominus, & ad eam rem accipere se ostendit insigne illud per bellatorem.

II. *De dilata ira diuina contra peccatores sententia ope Diuæ Virginis mitigata.*

Aliud narrat haud absimile D. Antonius. Cum alio tempore percensuisset Deus hominum facta, inuentis bonis paucis, sceleratorũ immani numero: comprehensum, velut manu, totum orbem instar leuissimæ paleæ concussisse, ipsus est, quasi in barathrum præcipitaturus, simulque vocem il am terribilem misisse: *Cum iudicatur, exeat condemnatus.* Qua voce conterritus ille qui spectabat velut emersus è somno clamat ad B. virginem: *Sancta* MARIA *succurre miseris*: Hanc igitur vidit impetra e filio tam grauis sententiæ dilationem, dum concionatores, quos illa per orbem dimiserat, suum officium explessent. Quam sæpe alias accidisse putamus, vt mundus iam ab iræ diuinæ turbine in scopulos iustissimæ vindictæ impingendus, ab illa sit liberatus.

Ex eod. Anton. cap. 6. §. 3. Bald. san. ibidem.

Ira Dei contra peccatores.

Ps. 108.

Intercessio B. Virginis.

III. *Quomodo D. Virginis intercessione Theophilus Archidiaconus ecclesiæ sit reconciliatus.*

Cum Cæsar Iustinianus rerum potiretur, Theophilus quidam in oppido Ciliciæ Adana Oeconomus siue, vt alii vertunt Archidiaconus ecclesiæ fuit, multis quidem ille gratus, & Episcopali munere, quod tamen constanter detrectauit, dignus existimatus. Qui ab æmulis immerito accusatus, de officio Oeconomiæ deiectus, in eam animi impotentiam, adeoq; impietatem deuenit, vt hortatori Mago Iudæo morem gerens, Christum Dei filium ac matrem eius Mariam data syngrapha turpissime abnegaret seque totum imperio Satanæ, qui se videndum obtulerat, traderet atq; manciparet. Quid hic faceret miser tam nefarii criminis iam sibi conscius? Totus animo perturbatus, vt nusquam fere posset consistere, quum irato Deo se dæmonis esse mancipium cogitaret, mutato cõsilio, tandem ad sanctissimam Dei Matrem sibi confugiendum duxit, ac templum ei sacrum petiit, in quo suas preces ac supplicationes cũ multa ieiunatione cõiunctas, noctes ac dies indefesse consumpsit, magnumq; veræ pœnitentiæ specimen edere cœpit. Quod si Theophilum ipsum Mariæ supplicantem libet audire, his quidem verbis, vt legimus illam compellauit: Domina mea benedicta, & defensio generis humani, portus & protectio eorum, qui ad te confugiunt: Scio ô Domina mea Deiparens, quod te valde offenderim & ex te natum Deum nostrum, nec sum dignus cõsequi misericordiam. [Ac rursus: Quomodo audebo domina mea benedicta, ego, qui sum indignus & miser, aperire labra, quum os habeam sordidum & luto inquinatum? [Nec multo post: Cũ hac intensa, & quæ ex tota fit anima confessione rogo sanctissima Domina, offer me Christo, qui natus est ex te sancta, & mundo desiderata Dei parente, & ne abomineris me infelicem, & ne despicias preces meas peccatoris, qui fuit correptus à maligno inimico. [Pergit interim anxius homo preces tristissimas fundere, faciem suã verberare, solo adhærere, templum Virginis, in quo ista hæc fiebant rigare lacrymis, in ieunio perseuerare, tum in pro-

Ex Eutychiano Patriarcha Constantinopolit. oculato huius hist. teste Simeon Metaph. & Petr. Canis. l. 5. de Depara c. 10. Eandem hist agnoscit. Petr. Damian scriptor grauiss. serm. 1. de Nat. B. Virg.

Theophilus abnegata fide dæmoni se obstringit, & cum

Deiparæ Virginis inuocatio.

Theophili pœnitentia erga B. MARIAM.

positam imaginem, quæ se illic offerebat venerandæ Virginis, æstuans intueri: Te, inquit, habeo post Deum protectionem & defensionem, Domina mea benedicta; ad tuum intuens auxilium & gubernationem, non facia irrita ea quæ tibi sum pollicitus. Scio enim, scio, ô benedicta, post Deum non esse aliam hominum defensionem, nisi te solam, ô Deipara. Quis enim, ô Domina mea sperauit in te, & pudore est affectus? Aut quis hominum fideliter omnipotentem tuam requisiuit opē, & fuit vnquam derelictus? Reuera nullus vnquam: [Quid multis?

Pœnitentiæ opera per 40 dies.

Theophilus quadraginta dies in hoc Matiæ templo perdurans, nullumque orandi & plorandi lamentandique finem faciens (tantus in illo feruor erat pœnitentiæ) demū opitulante sacra Virgine suā scriptam & consignatam diabolo syngraphā, qua Christianismum abiurauerat, (mirabile dictu) recepit, in Dei gratiam rediit, peccatum est vltro cōfessus, & post pœnitentiæ fructus dignos editos etiam Ecclesiæ per Episcopum publice reconciliatus, eo demum peruenit, vt ob vitam sancte actam Catalogo Sanctorum sit ascriptus, ac solennis eius memoria quarto Februarii quotannis in Ecclesia celebretur. Tantum valuit Mariæ apud Deum petita & obtenta interceſſio.

B. MARIÆ ope syngrapha Theophilo restituitur in signum peccatorum sibi remissorum.

IV. *De Cyrillo Alexandrino Archiepiscopo B. Virginis intercessione Ioanni Chrysostomo Patriarchæ Constantinopolitano reconciliato.*

Cedrenus apud Ioan. Zonaram tom. 3. Annal. sub imperio Arcadij & Honorij. Niceph. lib. 14 c. 28. apud Baron. tom. 5. an. 412.

Tempore Arcadii & Honorii Imp. Cyrillus sanctissimus Alexandræ Archiepiscopus, consobrinus Theophili, & aliquandiu præsumptioni seruiens, vt homo, ac Theophilum auunculum sequens de Chrysostomo male & sentiebat, & loquebatur. Quia autem feruens hoc erat studium pugnandi, non à notitia veri, neque tamen ab inuidia aut diabolica peruicacia, ortum, dignus est habitus qui in viam reuocaretur, mystica quadam patefactione. Imaginatus enim est Cyrillus, se esse quodam terribili ac pulcherrimo in loco, vbi multitudo Angelorum Genitrici Dei adstaret, propeque eam Chrysostomus. Se, cum accedere conaretur, ab eo repelli. Matrem autem Dei intercedere pro se, & poscere vt admittatur: quia non parum propter ipsam laborisperti sisset, dum nomen Dei Genitricis vindicaret. Postquam ad se rediit Cyrillus, suiipsius pœnitentia ductus, in omnibus Chrysostomum exinde est sequutus.

Cyrillus Chrysostomo B. Virginis ope conciliatus.

TIT. XL. De beneficiis B. Virginis spiritualibus.

EXEMP. I. *Quomodo B. Virgo pro sua pietate fideles Christi seruos ad cœcum admittat.*

Ex annalibus Franciscanis.

IN Franciscanis annalibus legimus Leoni, qui vnus fuit ex S. Francisci familiaribus, & quidē intimus huiusmodi aliquando visionem obiectam. Erat magna planities, & in ea species quædam iudicii mox futuri. Magna aderat hominum multitudo, Angelorum turbæ personabant; deniq; binæ scalæ è summo cælo vsq; ad terram demissæ, altera candido colore, altera purpureo. Huic autem purpureæ imminens visebatur ex alto Christus, vultus habitu sereno, ac subirato. At Franciscus paulo infra ipsum fratres suos euocabat, vt ascenderent fidenter. Dominum ita velle, eosq; inuitare. Cū autē illi se per scalas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto, vel de decimo, alii de superioribus, ac penè iam vltimis gradibus procidebant. Quasuorum clade magnopere commotus B. Franciscus, eos voce magna admonuit, vt ad scalam alteram candidam accurrerent, illic nihil fore periculi. Itaq; cum ad eā accessissent, Mariam ei incumbentē vident, quæ eos blandissime intuens studiose etiam iuuaret, exciperetque singulos, ita vt nullo negotio ad vnum omnes in cælum euaserint.

Hier. Plat. lib. 1. de bon. stat. relig. c. 34. Visio Leonis Franciscani.

B. Virginis misericordia & potestas.

II. *De Hermanno Contracto per beatam Virginem miraculose erudito.*

Plat. lib. 2. de bon. stat. relig. c. 32.

Hermanni cognomento Contracti doctrina eo mirabilior fuit, quod eam insigni miraculo adeptus sit. Ita enim scriptum est, hunc in Suevia ex nobili Comite ortū, ab ineunte ætate omnibus membris captum fuisse, atque ob eam causam nomen illud, quod diximus, Contracti accepisse. Quare cum monachus factus esset, multis precibus beatam Virginem rogare instituit, vt ipsum eo morbo liberaret. Illa vero clara luce se ei visendam præbens, optionem obtulit, vtrum è duobus mallet, sanus ne fieri, sed vt erat rudis, & indoctus permanere; an perseuerare in morbo, & omnibus scientiis insignis euadere. Cum autem Hermannus, vt debebat, hoc posterius prætulisset, ab eo tempore mirabiles progressus in omni genere literarum facere cœpit, adeo vt neminem in his superiorem, vix etiam æqualem habere crederetur, ac nominatim tres linguas, Latinam, Græcam, Hebraicam ita calleret, ac si in iis natus esset.

Herman. Contractus miro modo eruditus. *Ex Ioan. Trithem. in Chronic. Hirsaugien. sub an. 1124. Hier. Plat. lib. 2. de bon. stat. relig. c. 28. Pet. Canis. lib. 5. de* MARIA *Virg. c. 20.*

III. *De Ruperto Abb. Tuitiensi, qui precibus à B. Virgine docile ingenium, diuinorumque intelligentiam impetrauit.*

Nec prætermittam Rupertum Germanum, eumque Abbatem Tuitiensem, qui cum primum ingenio se tardum, & ad sacra discenda parum idoneum cerneret, opem sacræ Virginis singulari studio implorauit, vt hanc naturæ difficultatem superare; ac felices in sacris literis progressus facere posset. Cui Virgo Mater nocte apparens promittit, & præstat, quod ille tantopere cupiebat, tam excellenti deinde gratia scientiaque illustratus, vt inter Germanos Theologos eminuerit, ac similem ætas illa non tulerit, qui & vivus & mortuus multis claruit miraculis, sicut Trithemius aperte testatur. Nec ingratus ille

Rupertus à B. Virgine docile ingenium suis precibus impetrat.

illè fuiſſe videtur Virgini, quam in ſuis monumentis libenter extollit; præſertim ſi commentarios eius in Cantica, & opus de diuinis officiis conſulamus.

IV. *De Vdone Magdeburgenſi Ep. qui per* MARIAM *ſcientia donum obtinuit, ſed eius monitis reſiſtens ſeuere punitur.*

Petr. Cam. li. 5. de MARIA *Virg. cap. 20.*

Multo igitur ille prudentior cautiorque fuit, quam Vdo Magdeburgenſis, qui & ipſe rudis & indocilis in ſchola puer MARIAM admodum beneficam ſenſerat ita vt ſuis precibus ad illam anxie fuſis magnam ingenii lucem, ac doctrinæ laudem fuerit conſecutus. Prædixerat autem illi Virgo Mater, quod non ſolum ad eruditionem, ſed etiam ad Epiſcopale munus progreſſurus eſſet, ſeduloque monuerat, ne huiuſmodi donis acceptis ingratus abuteretur, fore alioquin, vt irato numine graues pœnas lueret ſuæ improbitatis. Ille porro ſuos commilitones ingenio & doctrina ſuperare cœpit, eamq; nominis auctoritatem paulatim ſibi comparauit, vt ad Magdeburgenſem Epiſcopatum poſtea eueheretur. Qui tamen honor illi non profuit, ſed obfuit ac vitæ auxit licentiam, vt etiam nefariis voluptatibus ſe dederet, vitamque prorſus obſcœnam & infamem duceret, immemor videlicet eorum, quæ mater Domini iam pridem præmonuiſſet. Igitur cũ peccandi finem non faceret, in grauiſſimum Dei iudicium incidit, & inaudito modo, horrendaque prorſus morte turpiſſimam vitam concluſit. Henrico ſecundo, vel, vt alii volunt tertio Cæſare rerum potiente.

Vdo per MARIAM obtinet ſcientiæ donum.

Vdonis horrenda mors.

V. *De* MARIA *Ægyptiaca, quæ per* B. MARIAM *adiuta, & ad meliorem vitam conuerſa, pœnitentiæ ſpeculam impudicis omnibus præbuit.*

Petr. Cam. li. 5. de Deip. c. 20. citans Paulum Diac. & Conc. Nican. II. & Cẽturiatores Magdeburgenſes.

Maria Ægyptiaca multis annis velut Veneris victima, impudicitiæ frena laxaret, ſuumque corpus vagæ multorum libidini fœdiſſime proſtituerat, priuſquam ad templum Hieroſolymitanum, quod ob Dominicæ crucis reuerentiam ſacrum ac celebre, religionis ergo proficiſceretur. Quũ vero cerneret, ſe ab huius templi ingreſſu non ſemel nec obſcure, ac omnino diuinitus prohiberi; prioris vitæ turpitudinẽ agnoſcere & deplorare cœpit, ſeque ad Deiparæ imaginem, quæ templum ingreſſuris occurrebat, non ſine pudore conuertit, atque ita cum lacrymis dixit: Domina virgo, quæ Deum verũ genuiſti, corpus habens & animam mundam & immaculatã, adiuua me ſolitariã, & nullũ habentẽ adiutorium] In Synodo Nicæna ſic eadem eſſe precata legitur: Quandoquidem, vt audiui, propter hoc Deus, quem genuiſti, homo factus eſt, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret, auxiliare mihi ſoli, & non habenti, qui mihi ſuppetias ferat. Vt reliquã orationis partem prætermittam. Adiecit deinde promiſſionẽ, ſe poſt hac omnibus mundi illecebris carniſque deliciis renunciaturã, ac totius vitæ curſum in melius cõmutaturam eſſe modo templum

MARIÆ corpus & anima expers omnis maculæ. *Act. 4.* Inuocatio B. Virginis. Votũ Mariæ Ægyptiacæ de vita corrigenda.

hoc ingredi ac offenſo Deo reconciliari poſſet. Quę poſtquam ſine impedimento in templum ingreſſa, opemq; virginis ſibi præſentem experta eſt, iterum atq; iterum Mariæ ſeſe commendauit, vt ad votum explendum propitia porro & cuſtos ſibi adeſſe vellet. Inde vero digreſſa ad veteris vitæ ſordes nunquam rediit; ſed mundi & carnis blandimentis ac voluptatibus animo repudiatis, in vaſtam eremum contendit, vbi vitæ prioris labes contractas, magna vitæ ſeueritate ſuſcepta, & dignis pœnitentiæ fructibus editis diluit, frequenter ſolita Virginem inuocare: Tibi quidem, inquit, ô bonarum rerum amatrix Domina, quæ tantam mihi prætermeritum humanitatem exhibuiſti, preces meas nec reiecisti, gloria. Tu vero me, quo placuerit, ducito, eſto mihi ſalutis magiſtra, mihi viam, quæ ad pœnitentiam ducit indica: Domina Deipara, ne me derelinquas: ac ſub huius quidem Patrocinio eum vitæ curſum ſolitaria tenuit, & ad annos vſque quadraginta ſeptem abſoluit, omnium fere tentationũ, & diabolicarum infeſtationum acerrimis vexata ſpinis, vt impudicis & viris & fœminis, ſi ad emendatiorem viuendi diſciplinam aſpirent, pœnitentię ſpeculum & exemplar illuſtre præbeat, digna etiam, quæ cum Magdalena Euangelica peccatrice, ab omni eccleſia quotannis feſto proprio decoretur.

MARIÆ Ægyptiacæ pœnitentia in eremo.

Eiuſdem ad Deiparã precatio.

VI. *De milite deſperata ſalutis, qui per B.* MARIAM *obtinuit veniam.*

Ex Annal. Soc. et. An. 1583.

In ora Trauancoris magna eſt noſtrorum ſeduLitas in excolendis erudienſque Chriſtianis. In huius oræ pago, res accidit digna litteris. Miles ex myoparone deſiliens omni ſpe ſalutis abiecta, quoniam diabolo ſeipſum addixerat, ingreſſus eſt templum, & coram ſanctiſſima Dei Matris imagine proſtratus in genua auxiliũ ab ea multis lacrymis implorabat. Cũ ecce tibi ex amplexu virginis puer IESVS viſus eſt cum milite lacrymari, è matris autẽ manibus emicare fons aquæ, quæ totam perfudit aram: vt intelligeret, miles quanta ſibi veniæ ſpes eſſet ab ea, quæ totius miſericordiæ fons eſt, & quã non difficilis ſit filius ad matris preces, qui cum lacrymis perditum hominem ad ſe redeuntem excepit. Admoniti de re tota comites accurrerunt, vt quoplures ſoculi conſpexiſſent, eo maior prodigii fides foret. Qui quidem imbutum aqua ſudariolũ qua aram diximus madefactam, partiti ſunt inter ſe: miles vero cum veniſſet ad nos, vniuerſæ vitæ flagitia confeſſus Religionem vouit, vt quanto iniquius ſe deuinxerat dæmoni, tanto arctius ſe aſtringeret Deo.

Peccatorum remiſſio militi per B. Virg. obtenta.

VII. *De homine furibundo opedius Virginis manſuefacto.*

Ex Ann. Societ. an. 1592. in Prouincia Rom.

Vir quidam Romanus honeſtus, ac diues, filium quem vnicum habebat, vicinæ mulieri tradiderat alendum ſumma cura, indulgentiaque. Erat infans quippe ante nonum menſem natus, valetudine

imbecilla, quocirca graui morbo correptus subito interiit: ibi tum metu exanimata nutrix confestim relicta patria ad B. Mariam Lauretanam sola confugit, & ad genua nostri sacerdotis accidens se confessione muniuit; quippe prouidebat fore, vt puer, homo natura ferox, amissi repente filii dolore furetet in pestem suam, neque eam opinio, aut spes fefellit: simul ac ille se vnico orbatum filio cognouit furore amens arma corripit, & fugientem mulierem propere sequitur. Lauretum ingressus, recte contendit in templum, sclopetis duobus instructus; nutricem cõquirit ea mente, vt vel in ipsa Lauretana domo deprehensam B. Mariæ confoderet. Vbi ad sacram Virginis ædem venit in medio templo sitam; (in ibi tum forte mulier ignara quantum sibi periculum impenderet, à Deo supplex petebat opem) homo furens repente iter vertit alio; veritus scilicet, ne si sanctissimum illud limen intraret loci sanctitas iratum leniter pectus, & ad mansuetudinem flecteret. Quid multa? tum toto templo fanatici instar discurrit, vt iram, atque odiũ expleat suum, ante aram Sanctissimæ domui extrinsecus adiunctam forte prætericns nescio quomodo genu summisit. Repente sacro quodam horrore perfusus adeo mentem mutauit, vt statim vnum è nostris sacerdotem adiret, & abiectis armis cum muliere rediit in gratiam, quam haud vanã fuisse ostendit euentus; quippe mulier vna cũ viro suo domum ab illo recepti, & domesticis, rusticisq; operibus præpositi, B. Virgine periculum vertente in auxilium.

Mansuetudinem furenti obtinet Deipara.

Bentius in Anna. Col. leg. Monach. an. 1588. Bonifacius lib. 4. c. 3.

VIII. *Vt B. Virgo peccatum pœnitenti in memoriam reuocet.*

Monachii sodalis quidam, cum in se inquirens, quid cogitasset, dixisset, egisset, omisisset, adhibito studio recognosceret, obsecraretque Reginam Angelorum, vt omnia sibi fas esset peccata confiteri, nè vno quidem prætermisso, ecce tibi è sublimi ante faciem orantis pagella decidit candore eximio quæ minutis quidẽ litteris, sed elaboratis, quoddam illius peccatum expressérat, hoc addito si illud aperiret, pieque Rosarium recitaret in honorẽ Deiparæ benè secum actum iri. Auxit miraculum, quod cum sodalis alter eius æqualis, parens, parochus, aliique cõnarentur, nunquam chirographum illud intelligere potuerunt.

Cutius

TIT. XLI. De beneficiis Deiparæ Virginis corporalibus.

EXEM. I. *Vt Sancta Dei Genitrix custodiat sibi commendatos.*

Sõbron. part. spirit. tit. 27. c. 6.

ALexandrinus quidam ciuis, vir fidelis, religiosus valde, & misericors, & hospitio suscipiens monachos, habebat vxorẽ, & ipsam humilem valde, & ieiunantem quotidie. Erat autem illis & filiola quasi annorum sex. Quadam vero die Vir ille pius profectus est Constantinopolim: erat enim negotiator. Relictis ergo domi vxore, & puella, & vnico seruo, abiit vt nauigaret. Cum vero iret ad nauem, ait ad illum vxor. Cui nos cõmendatos relinquis. Domine? Respondit vir eius: Dominæ nostræ sanctæ Dei Genitrici. Die vero quadam cum sederet vxor & operaretur, habens & puellam secũ, seruus ille ex suggestione diabolica voluit necare dominam, & eius filiam, & diripere quicquid haberẽt, & fugere. Sumpto igitur ex coquina cultro perrexit in triclinium, vbi erant ambæ. Cum vero veniisset ante ianuam, comprehensus est cœcitate, ita vt neq; triclinium ingredi, neq; ad coquinã reuerti, posset. Cum a vna ferme hora perstitisset, frustraq; conaretur ingredi, cœpit vocare dominam suam dicens: Veni huc usque. Illa admirans, quod in medio ianuæ persistens, ad illam non ingrederetur, sed clamaret, ait illi, Tu magis huc veni: ignorans quod cœcitate teneretur: puer autem cœpit illam adiurare, vt iret prope illum. Illa vero iurauit, se non ituram. Tunc ait ille: Mitte vel puellam. Quæ noluit, sed ait: Si quid vis, ipse potius veni. Videns autem seruus, quod nihil potuisset agere, se ipsum gladio percussit, & cecidit. Domina vero illius cũ vidisset quid egerat, exclamauit, continuoque vicini accurrerunt. Ingressi sunt autem, & ex officio Prætori nonnulli, puerumque reperientes adhuc viuum, didicerunt ab ipso omnia, & glorificauerunt Dominum, qui ostenderat miracula, & matrem saluauerat cum filia.

Ieiunii dignitas.

Miracula.

II. *De Fulberto Abb. cui vt cultori suo studiosissimo ægrotanti vbera dedit sugenda B. Dei Mater.*

Baro. to. 11. annal. eccles. 1028. 5. Fulberto vbera beneficii loco sugenda præbet B. Virgo.

In Fulberto Abbate Ferrariensi præter scientiam, & vitæ integritatem maxime commendatur inquit Baronius) quod erga sanctissimam Dei genitricem MARIAM addictissimus, & promptissimus eius amator fuerit, in cuius laudem librum conscripserit Basilicamque construxerit, laudesque cecinerit: ab ea autem singulari remuneratum dono, dum ipsi ægrotanti per visum appareins sugenda aperuerit sacra vbera.

III. *B. Virgo Indæ cuidam infirmæ cibum præbet, ex quo statim conualuit.*

Ex Annal. Societ.

Inda in valetudinario graui affecta morbo omni humana ope destituta, amissa omni cupiditate cibi, vidisse dicitur admirabili splendore mulierem, quæ cibos præberet ægris duabus comitatam eximia venustate virginibus, quæ lances prandiumque suis manibus sustinebant. Cumque ea propius accessisset, tum vehementius mulieris pulcritudinem admirata indignumque sibi esse visum, tali dignitate fœminã tali in loco versari, monitaq; à duabus esset virginibus, ne quid timeret, eam enim esse cæli Reginam, quæ suos ægros inuiseret: Se a. eius esse comites & ancillas, alteram Catharinam, alteram

S. Catharmartyr & S. Magdalena apparent cum Deip. Virg.

Magda-

Magdalenam quæ cum eis animum confirmasset, postea mundissimam prætendisse mappam velut ad mensam, accessisseque MARIAM Virginem, & cibum in os inseruisse, quo illa mirabiliter recreata ad sanitatem est repente perducta. Hæc eadem visa tam multis euenisse cognouimus, vt ob hanc causam magna sit Nosocomij religio: est enim hęc vbique fama, sedem in eo suam betam sibi Virginem delegisse.

n cæ-
pascit
irgo.

IV. *Laborantes consolatur interdum beatissima Dei mater.*

Ex hist. Cisterc. Hieronym. Plat. lib. 1. de bonstat relig. cap. 34.

In historiis Ordinis Cistercienſis scriptum est, Reinaldum vita plane & moribus sanctissimum, cum reliquis fratribus in messorio opere occupatis, ipse, vt erat jussus, propter ætatis grauitatem secessisset, ob eamque causam sederet mœstus, vidisse chorum fœminarum de proximo colle descendentium, omnes vestimentis candidis, vna præeunte, quæ reliquas omnes & proceritate, & pulcritudine longe superaret. Hęc igitur cum suo comitatu vt ad Dei famulos propinquauit, singulos perhumane, & peramanter complexata atq; etiam osculo dignata, insuper linteolis, quæ duæ comites deferebant, de illorum frontibus sudorem, puluerem que absterge re cœpit; quin etiam conte ius laborantes, suauius, & largius recreare. Cum autem Reinaldus secum ipse inquireret, quænã illæ essent, & miraretur tantum audere fœminas aduersus religiosum morem, astitit ei quidam aspecto venerabili, a quo edoctus est, illam quam videret, esse Dei matrem, reliquas vero virgines in cælo degentes: venisse autem eum ad suos illos messores (hoc enim verbo vsus est) visirandos. Hoc vidit Reinaldus ille; cæteri autem, illi ipsi quibus hoc contigit, non oculis quidem viderunt, sed animis procul dubio perſenserunt, dum corporis ipsius vires instauratas dum patientiam adauctam, dum dulcedinis gustum quendam in illa molestia instillatum perceperunt. x quo nobis quoque intelligendum est, etiamsi sanctissimæ huius virginis beneficia sub aspectum non cadant; ea tamen & frequẽtissima, & maxima, omni loco, & tempore, maxime in iis laboribus, quos Christi eius filij causa toleramus, in animos nostros prouenire.

Operatiis solatium ac refrigerium adfert Dei mater.

V. *De Adelberto puero infirmo, qui ex voto matri Dei genitrici* MARIÆ *nuncupato prorsus sanitati restituitur.*

In vita eius apud Sur. 2. April. Petr. Canis. lib. 5. de Deipar. cap. 28.

Adelbertus Martyr illustris cum adhuc puer graui morbo, eoq; periculoso afficeretur, ipsum ita laborantem parentes Deiparę commendarunt, dicentes: Non nobis Domine, non nobis viuat puer iste, sed clericus in Dei matris honorem porter jugum tuum. Recessit itaque in ictu oculi vis doloris, & infantulus ad se rediit sospes in omnibus membris, & ad vitam monasticam se tulit. Sic bona Angelorum Imperatrix Augusta, virgo perpetua, splendida stella maris ad Deum portat hominum vota. Hic primus fere Bohemis, ac deinde Polonis Euangelicam lucem ostendit.

VI. *Perpetuo cælibatu B. Virgini Lauretanæ nuncupato conualescit Andreas Trapezuntius.*

Petrus Beuz. Ep. Lauretan. libr 1. dis. 1. q. 1.

Andreas Trapezuntius insignis itidem Christi Martyr cum grauibus febribus laboraret, voto Virgini facto perpetui cælibatus; è mortis foribus ad vitæ mox limina rediit, qui postea albis se induit vestibus, vt voti facti memor semper existeret. Hic postea cum pro Christo multa tormenta subiisset, flagellisque, pectinibus, ferreis vngulis ac scorpionibus sic esset dilaniatus, vt pedibus consistere nequiret: cumque maiora ei tormenta die altera pararentur ad carcerem ductus, ferreisq; catenis ligatus, virginis inuocato nomine, mox stupentibus omnibus sanatus est. Et quod mirandum est, cum carnifex accensus rabie, die sequenti ex vno ictu maxillam martyris denudasset, & fideles carnem maxillæ è terra, in qua jacebat reuerenter sumpsissent, eamque in templo D. Francisci refertam odoribus conseruassent: cumque interim martyr rursus maiora passurus in Tullianum carcerem mitteretur, altera illucescente die, stupentibus omnibus, lætus cunctis apparuit.

Febricitans voto B. Virgini nuncupato mox conualuit.

VII. *De Io. Damasceno insigni sacratissimæ Dei, Matris cultore, cui ob iniquam prodi. ionis suspicionem manus dextera abscissa ab eadem Deipara fuit restituta.*

Ex Io Patriarcha Hierosolymitano qui hæc hist. græce scripsit, & illam Oecolampad. in signia Eccles. Cathol. hostis interpretatus est. Petr. Canis. lib. 1. cap. 19. Bar. tom. 9. Ann. Eccles. ad an. 717. 4. 5. Bredenb. 2.

Leo Isaurus Iconoclastarum patronus imperabat, & ad tuendam sectam pseudosynodum celebrari iusserat ingentes motus excitans, vt sacras imagines ferro, & igne deleret, prorsusque aboleret in ecclesia. His rugientis leonis furoribus, si quis alius, certe Damascenus se se fortiter opposuit, & in patria degens tres libros pro sacrarum imaginum defensione conscriptos edidit, eoque opere animos Iconomachorum vehementer offendit. Qui cum dolerent, suas artes & fraudes tanti viri industria detegi atque labefactari, falso illum apud Saracenum in Arabia principem proditionis accusarunt, quod ad rumpenda principum fœdera litteras manu sua consignatas subdole misisset, ac pacem publicam perturbare aggrederetur. His Princeps Barbarus accusatorum querelis nimium credens, Damascenum quamlibet innocentẽ de proditione suspectum habet, eumque in judicio damnat, pœna illi in amputatione manus dexteræ constituta. Quæ res à Saraceno Principe perpetrata, sed absentium Iconomachorum dolo nequissimo procurata, fœliciorem, quam illi sperabant, exitum habuit, & Maria quidẽ duce Catholicis lætam victoriam impetrauit. Itaq; dextera ea, quæ scriptis suis virtutem Orthodoxis in Deo fecerat, excisa est dextera, inquam, ea excisa est, quæ homines Domini odio percitos refutabat, atque pro atramento, quo, cũ imaginum adorationem

Io. Damasc. sacrarum imaginum defensor acer.

Accusatio falsa contra Io. Damasc.

Io. Damasc. dextera amputatur.

nem literis mandaret, prius tingi solebat, suo cruore perfunditur. Deinde excisa hæc manus à Domino (vt sic loquar) in foro suspensa est. Cum autem adueſperascceret, ac Ioannes Tyranni indignationem sedatam atque compressam esse coniiceret, & legationem ad eum misit, supplex rogans & obsecrans, atq; huiusmodi verbis vtens: Dolor mihi ingraueſcit, meq; intolerandum quendam in modum excruciat, neque acerbitatis aculeo leuari possum quamdiu præcisa mihi manus in aere pendet. Hanc igitur, quæso, donari mihi iubeas, vt ea humo condita, doloris acrimonia relaxetur. His precibus statim cessit tyrannus; redditaq; est viro iusta manus. Qua accepta, ille ad oratorium, quod domi habebat, ingreditur, pronoque omnino corpore ante diuinam imaginem, quę Dei genitricis effigiem gerebat, prouolutus, excisamque manum, pristinæ suæ commissurę admouens, intimo pectore ingemiscit, ac cum lacrymis exclamãs, illam ad miseri cordiam propensissimam hunc in modum obsecrare cœpit: Domina & castissima Mater, quæ Deum meum peperit, diuinarum imaginum causa dextera mihi manus amputata est: neq, enim te fugit, quid Leonem in furorem coniecerit. Quare quam celerrime accurre, & manui meæ medicinam adhibe. Dextera Excelsi, quæ ex te incarnata est, per tuam intercessionem virtutes multas efficit. Tuo itaque rogatu meam quoque dexteram obsecro sanet, vt tuas, quemadmodum conceſseris, Filiique ex te incarnati laudes modulo ac concentu, ô Dei genitrix, litteris consignet, atque Orthodoxo cultui adiumento sit. Potes enim quicquid lubet, vt Dei Mater. Hæc Ioannes lacrymis dicens obdormiuit, atq; in somnis Dei genitricis imaginem videt, placidis & lętis oculis ipsum intuentem, & dicentem: Ecce sanitati es restituta manus tua. Iam ergo sine vlla cunctatione quemadmodum nunc pollicitus es, eam scribæ velociter scribentis calamum effice. Experrectus igitur ille, qui sanus fuerat, cum excisam manum contemplaretur, eamque sanatam conspexisset, *spiritu exultauit in Deo salutari suo*, atque ipsius Matre: *quoniam fecit ipse Magna, qui potens est*; pedibusq; stans, manus in altum extulit, carmenque, quod tempori maxime conueniret cecinit: totaque nocte vna cum vniuersa familia lætabatur; ad grati animi significationem canticum nouum Deo cantans, ac dicens: *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine*: Dextera tua manum meam amputatam sanauit, ac per eam hostes, qui venerandam tuam ac genitricis tuæ imaginem honore minime prosequuntur, conscindet; atque in multitudine gloriæ tuæ aduersarios imaginum fractores per manum meam confringet. Erat itaque nox ea dies, & non nox, ac lumen, & non tenebræ (licet autem hoc loco Prophetæ vocem cum alia immutatione vsurpate) erat illi nox pure epulantium, *& sonus exultationis in iusti viri tabernaculo*. Hæc porro non occulte in silentio peragebantur, verum admirandus ille sonus, atque continua illa iubilatio ad vicinos, & eos, qui orbem habitabant, sese diffundebant. Ex quo factum est, vt confestim quidam ex Christi inimicis Saracenis Principem suum adirent: Ioannis dexteram minime abscissam esse affirmantes, verum alij cuipiam, seruo puta, aut alioqui ipsi ministranti, qui beneuolentia erga eum ductus seipsum domini loco huic supplicio exposuisset, eos autem, quibus huiusmodi sectio imperata fuisset, pecunia corruptos pœnam in alium transtulisse. En enim Ioannes (inquiebant) domi desidens canit, ac perinde oblectatur, ac si nuptiale festum celebraret, epithalamiumq; aliquod tantum ederet; immo & huiusmodi lætitiam ipsius exultatio superat. Hoc nuncio allato statim Ioannes accersitur: At cum venisset, exectam dexteram extendere iubetur. Qua demonstrata, certo Dei matris consilio ac prouidentia, linea quædam in ea elucebat verissimam excisionem esse ostendens. Tunc igitur ex eo Barbarus quæsiuit, quisnam medicus ipsum in sanitatem asseruisset, ac quænam medicamenta imposuisset? Ille clara & ingenti voce miraculum prędicat. Dominus meus, inquit, omnipotens medicus, cuius vis ac potentia orationem pari pede comitatur, in sanitatem me vendicauit. Ad hæc Barbarus: Quantum coniectura assequor, ô homo, id quod passus es, insons passus es. Ac velim illud nobis ignoscas, quod præcipiti & inconsiderata sententia supplicium tibi intulimus. Tu vero pristinum munus ministrabis, principemque inter consiliarios nostros locum obtinebis. Neque enim post hæc nisi de tuo consilio ac sententia quicquam facturi sumus. Ille autem humi prostratus adorauit, pronusque iacens eum perdiu rogauit, vt id sibi remitteret, aliamq; viam multo jucundiorem & optabiliorem ingredi permitteret, eius, qui ait: *Ego sum via*, vestigiis inhærere. At Barbarus potestatem minime faciebat; eratque cernere tanquam gladiatores quosdam, Barbarum & virum iustum inter se pugnantes, &c.

Manus Io. Damasc. suspenditur.

Miraculũ diuulgatur.

Rex Saracenorum propensior erga Ioannem.

Ioannis preces ad Deiparam.

Manus Ioanni Damasceno diuinitus restituta.

Psal. 44. *Luc.* 1.

Exod. 15.

Psal. 41.

Ioan. 14.

Io. Damasc. fit monachus.

VIII. *De B. Bernardo grauiter infirmante per B. Virginem sanato.*

Cum aliquando infirmaretur S. Bernardus Abbas Clarauallensis. Contigit adueſperascente die, vt ceteris fratribus juxta consuetudinem accedentibus ad lectionem collationum, vt solus cum duobus fratribus sibi assistentibus remaneret in diuersorio, in quo iacebat. Cumque vehementius affligeretur, vt supra vires dolor accresceret aduocans alterum è duobus, jùber citius oratum ire. Excusantem denique & dicentem, Non sum ego talis orator, obedientiæ auctoritate compellit. Itum est & oratum ad altaria, quæ in eadem basilica erant tria: primum in honore beatæ Dei genitricis: duo circumposita in honore beati Laurentij martyris, & beati Benedicti Abbatis. Eadem hora adfuit viro Dei prędicta beata virgo, duobus istis stipata ministris, beato scilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderant autem in ea suauitate & serenitate, quæ eos decebant: & ma-

Wilhelm. Abb. in vita eius libr. 1. *cap.* 12.

Apparet B. Virgo cum SS. Laurentio & Benedicto, & sanat eum.

nifc-

miserit, vt ex ipso introitu cellulæ personas discerneret singulorum. Imponentesque ei manus, & loca doloris attactu piissimo lenientes, omnem protinus ægritudinem depulerunt. Siccatus est enim illico phlegmatis riuus, & dolor omnis abscessit.

IX. *De contracto & muto Anconæ per Deiparam mirabiliter & integre restitutis.*

Petr. Canis. lib. 5. de Deipar. cap. 20.

Illud certe multis hominum millibus, qui & viderunt & adhuc viuunt, manifestissimum, quod Anconæ anno Domini 1470. factum à multis fide dignis accepimus. Puella quædam propter pessimã quandam nernorum contractionem à primis incunabulis gradiendo natibus pro cruribus vtebatur. Præterea Bidellus Florentinus propter faucium pectorisque contusionem multos annos loqui nihil potuit. Ambo cum D. Mariæ eodem in loco supplicitersecommendassent, sani prorsus euaserunt. Omnipopulo multis annis noti erant infirmi, & postea iam quatuor continue omni populo sani.

Contractus & mutus ope diuæ Virg. curantur.

X. *De lingua impedimento in Thomæ Sanchez ad religionem aspiranti per B. Virginem sublato.*

Exlit. R.P. Lud. Ponte Rectoris Colleg. Cranat. Conimbricam ad P. Franc. Suarez de morte Tho. Sanchez 19. Maij 160.

Thomas Sanchez, quo tempore solicite instabat apud Prouincialem de ingredienda Societate, adeo lingua erat impedita, vt ob defectum hunc insignem nulla ei spes daretur admissionis. Quamobrem adolescens grauem animi mœrorem concepit, seseque Cordubam patriam suam contulit: ibique inuisit B. Virginem Dominam nostram, dictam sacri fontis, summæ pietatis ac deuotionis locum: ac flexis inibi genibus copioso lacrymarum imbre perfusus, obnixe à Deipara petiit, auferri sibi votorum suorum obicem ac remoram, linguæ videlicet impedimentum. Tanta autem animi constantia hoc à pientissima omnium Matre petiit, vt se affirmaret ex loco illo non abiturum, donec per eam voti sui compos fieret: neque in irritum preces eius cecidерunt. Supplices famuli sui preces exaudiuit Virgo benigna, ab eoque ita quidem linguę vinculum abstulit, vt ingressum eius in Societatem minime retardaret. Ex hoc tempore post admissionem quoties Cordubam iter equo vectus institueret, beneficij tanti memor, antequam ad Collegium diuerteret, sanctam Deiparę Virginis imaginem inuisebat, atq; insequentem diem totum orationi ac deuotioni tribuebat, summusque ex eo tempore B. Virginis cultor extitit.

Linguæ infirmitas per B. Virginem moderata.

XI. *De quedam Romæ podagra laborante B. Virg. ope à morbo prorsus liberato.*

M. Anton. Marsil. Archiep. Sarnit. sect. 2. Hydragiologia cap. 6. num. 12.

Illud vero recentissimum est, quod Romæ nuper contigit, vbi ob miraculorum ingentium frequentiam colitur precipue virgo ipsa Deipara in Ecclesia B. Mariæ quam de Montibus appellant. Cum enim podagræ morbo, qui quidem misere torquere plerumque solet nobiles viros ad exitium fere laboraret vir omni officio & humanitate præditus Ferdinandus de Tories, nullumq; ad id remedium (quod & omnibus fere accidit, qui ægritudine illa vexantur) ex humanorum medicorum consiliis comparare posset ad misericordiæ, pietatisque matrem intima deuotione conuersus, impetrauit ex eius precibus à Deo Optimo Maximo dolorum ac morbi vis leuamen maximum, membrorumque vsum à multo quidem tempore fere deperditum ex eiusdem virginis intercessione recuperauit. Cuius beneficij magnitudinem pie testatus est, & picta, quod & illi solent, tabella, & carmine elegantissimo.

B. Virgo omnibus humiliter rogantibus præsentissimum est subsidium.

XII. *B. Virginis Lauretanæ ope reseritur chirographum, quo dæmoni sese obstrinxerat adolescens.*

P. Horat. Tursell. in hist. Lauret. lib. 4. c. 33.

In historia Lauretana cum Horatius Tursellinus de adolescente quodã perdito narrasset, quemadmodum chirographo suo Satanæ fidem obstrinxisset, si eius ope potiri posset congressu mulieris, quam deperibat, ac tandem pœnitudine sceleris ductus Lauretum appulisset, ad omnem pœnam subeundam paratus, si spes salutis foret, tandem subijcit: Itaque sacerdos adolescentem monet, vt per triduum inedia, cilicio, flagris corpus afflictet, B. Virginis opem implorans; se eodem triduo rem diuinam pro ipsius incolumitate facturum. Triduo exacto sacerdos optimum ratus est ante absolutionem chirographum à dæmone extorqueri, ne quid omnino iuris in illum haberet. Monet vt augustissimum B. V. Laureranæ sacellum ingressus precibus lacrymisque Deiparam eousque fatigaret, dum chirographum à diabolo extortum reciperet. Morem gerit ille, suæ salutis securitatisque auidus, haud dubia spe id se impetrare posse. Ergo prostrato ante Virginem corpore, lacrymans obnixe eam precatur, vt recepto nefario illo chirographo saluti suæ consultum vidit; versiculos illos ex animo iterabat: *Monstra te esse Matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus, tulit esse tuus.* Talia precatus subito chirographũ in manus suas dilapsum conspicit. Itaque vix sibi fidet ex inopinato gaudio credens, integrato fletu grates Virgini enixius agit. Inde sacello egressus, lætitia exultans ad sacerdotem accurrit, receptum Deiparæ beneficio scriptum ostendit. Id erat tot tantisque in Christum, atque in eum, quis scripserat, diris, atque execrationibus refertum, vt facile appareret à sempiterno humani generis hoste dictatum.

Ingenti miraculo voti compos fit.

XIII. *De S. Birgitta partus difficultate pressa per B.* MARIAM *liberata.*

In vita eius apud Sur. ca. 8. Iulij die 23

Laborante in partu Birgitta illa, cui tam multa sunt ostensa diuinitus, matrona quædam serica veste albi coloris induta ad eam venit, parturientisq; & fœtum educere connitentis blandissime membra tractauit, corpusque omne flexibile reddidit, vt nullo negotio venturis fructus exiret. Abeunte matrona facilis sequutus est partus, prolesque in lucem cum gaudio & gratulatione susceptа, quæ in aluo tam diu conclusa latuisset, & puerperæ negotium,

Parienti mulieri adest B. MARIA.

doloremque feciſſet. Neque vero eſt dubitandum quin Beatiſſima Dei mater illa fuerit, cuius & beneficio & aduentu pariendi eſt ſublata difficultas. Id enim Brigitta ipſa Deipara patefaciente cognouit. Et quidem miſericordiæ matrē religioſiſſimè Brigitta coluerat, coluitque dum vixit: Suumque maritum virum ſane præclarum ſanctiſſimæ Dei genitricis preces horarias recitare docuit, & omni officio & ſanctitate venerati.

XIV. *De horrenda tempeſtate diuæ Virginis auxilio ſedata.*

In vita S. Liobæ Abbatiſſæ à Rudolpho Rabani diſcipulo conſcripta cap. 17. apud Sur. 22. Sept.

Horrida tempeſtas præſentem mortem omnibus intentat.

Cum die quadam tempeſtas ſæua, atque aëris nimia perturbatio fuiſſet exorta, fulgura facta, ventique vehementer vndiq; ferrentur, & tenebrarum caligo cælum diemque nubium nocte ſubduxiſſet, coruſcationes quoque valde terribiles, & fulgura crebro demiſſa, terrorem nimium mortalibus inferrent: populus omnis pauore concutitur, ac primum pecora, ne pereant, intra tuta domorum cogunt. Deinde ingraueſcente diſcrimine, mortiſque ſæuitiam minitante, cuncti deſperatione viuendi in eccleſiam confugiunt, & obſeratis vndique foribus, terribile judicium Dei, quod imminere putabant, pauidi præſtolabantur. Quibus turbatis, & voce confuſa concrepantibus, ſancta Virgo occurrens, indicit patientiam, pollicetur ſecuritatem, ſecumque eos orationi incumbere adhortatur, & ſine moro tota corpore ante altare ipſa proſternitur. Interea ſeuit tempeſtas, & ventorum furorem domorum tecta non ſuſtinent crebriſq; fulminum ictibus terra tremiſcit, tenebrarum quoque denſitas, & continua coruſcationum per feneſtras irruptio maximū timidis horrorem ingeminat. Tum populus omnis tanti terroris immanitatem non ferens ad altare cucurrit, & beatam Virginem ab oratione excitat periculis opponendam, primaque eam Tecla conſanguinea eius, his verbis adorſa eſt: O dilecta, dilecta, in te ſpes populi huius, in te votorum ſumma conſiſtit. Surge ergo, & pro nobis Dominam tuam ſanctam Dei genitricem inuoca, vt eius interceſſione ab huius tempeſtatis diſcrimine liberemur. Ad hāc vocem illa ab oratione ſurrexit, & quaſi ad colluctationem vocaretur, Cappam, qua erat indita, abiiciens, fores eccleſiæ confidenter aperuit, atque in limine conſiſtens, ſigno ſanctæ Crucis edito, furenti tempeſtati nomen ſummæ maieſtatis oppoſuit: extenſiſque manibus in cælum, terno clamore Chriſti clementiam inuocauit, & per interceſſionem ac merita ſanctæ Mariæ virginis, propitium eum populo ſuo velociter adeſſe precabatur. Confeſtim igitur adeſt diuinitas, tonitrua conquieſcunt, venti contrarij ad diſſipandam nubium dēſitatem miniſteria conuertunt, omniſque illa aërum tenebroſitas mox in duas partes diuiſa, & in ſemetipſam relapſa, tranquillitatem & ſerenitatem, apparente ſole, reduxit.

MARIA tēpeſtatis tēpore inuocanda.

B. Virginis interceſſio potens.

TIT. XLII. De patrocinio B. MARIÆ in bello vel obſidione.

EXEMP. I. *Diua Virginis ope Heraclius Imp. vincit Perſas, ac Coſrhoën eorum Regem fugat.*

Theophanes Anaſtaſius & Cedrenus in Annal. apud Baron. to. 8. ad an. Chriſti 625. 2. 3. 5. 6.

ANno Chriſti 625. & imperij Heraclij decimo-ſexto, Coſrhoës Perſarum Rex nouam fecit militiam, peregrinos, ciues, & ſeruos, ex omni natione facta electione, coaceruans, hos cum Ducibus aduerſus Imperatorem direxit. Sain primarius Dux pollens ſelectiſſimis copiis, iiſdemque præ excellentia aureis nominibus nominatis, perueniens ad fratrem Imperatoris Theodorum, bellauit contra eum, Deo autem per interceſſionem ſemper laudabilis Dei genitricis opitulante, bello commiſſo, gtādo mirę magnitudinis contra Barbaros cecidit, eorumque plurimos perculit: at vero Romana acies tranquillitate aëris potita eſt. Vertunt autem Romani Perſas, & interficiunt multitudinem copioſam. Hoc comperto, Coſrhoës iraſcitur contra Sain: qui ex multo animi mœrore ægrotans mortuus eſt. Cuius corpus ſale conditum Coſrhoës ad ſe iuſſit afferri, quod pluribus reddit conſolatum vulneribus. At vero Sarbaras alius Dux Coſrois, Chalcedonem properans, Auareſque Thraces vrbi appropinquantes hanc depopulari parant, multis machinis aduerſus eam commotis: iidemq; & nauium ſculptarum ex Iſtro flumine multitudine infinita delata ſinum repleuerunt matis. Decem ſane dies vrbem obſidentes, bellum terra marique gerentes, Domini virtute pariter & cooperatione, necnon & intemeratæ Dei genitricis & virginis Mariæ interceſſionibus ſuperati ſunt: amiſſis vero terra mariq; ingenti numero ſuis magno cum dedecore diſceſſerunt. Vigebatt tunc quidem Conſtantinopoli, poſt omnipotētis Dei primarium honorem, cultus Deiparæ virginis, cui ab ipſis Conſtantini temporibus eadem vrbs dedicata, eiuſque nomine appellata eſt ciuitas Virginis. Quamobrem & Conſtantinopolitani ciues omnes ipſam Dei genitricem enixius inuocare ſoliti erant, ſicut & Heraclium feciſſe apparet, eiuſque ope tam grandia confeciſſe quæ diximus, atque hoc eodem anno à Theodoro ſuperatum robuſtiſſimum Perſarum exercitum, pariterq; à tot leonibus faucibus inhiantibus vrbem ereptā. Ex quibus ſingulis diſcant duces exercitus, quibus debeant niti è ſuperis petitis auxiliis, & pollere viribus, nimirum conciliare ſibi obtinentem cuncta ſemper à Deo precibus ſuis Dei genitricem Mariam. Ne autem inanis hæc fiducia videretur de ope Mariæ virginis; diuinitus factum eſt, vt non ſolum obſeſſi id perſpicuo intelligerent, ſed etiam hoſtes ipſi ſuo experirentur damno: Qua de re ſic Cedrenus. Tale enim, inquit, quippiam hoſtib. accidit. Viderunt barbari prima luce, cum Sol oriretur, mulierem quan-

Conſtantinopolis diuinitus obſidione liberata.

Dei genitrix bis liberatrix ab hostibus barbaris.

quandam illustrem eunuchis comitatam, porta Blachernarum exeuntem (erat namque à Blachernis Deiparæ templum à Constantinopolitanis frequentari solitum) quam cum Heraclii opinarentur vxorem esse, & ad suum Principem ob mariti absentiam ire pacis petendæ causa, transitum ei concesserunt, subsequentem ex vrbe hominum turbam ipsi adorturi. Vt vero fossæ ambitum egressum non ire ad Regem viderunt, insecuti sunt eam vsq; ad locum, cui Veteris saxi nomen est; vbi cum fere iam essent assecuti, illa cum suis ex oculis & cõspectu eorũ euanuit. Ipsi autem tumultu concitato inter se congressi, ad vesperam vsq; mutuo strages ediderunt. Mane insequentis diei dux causam inquirens quod maiorẽ suorum partem intestino conflictu periisse videret, turpiter domũ rediit: statimq; classis ab obsidione recessit; quam domum reuertentẽ in Euxino mari oborta tempestas ita afflixit, vt perpauci ad suos redierint. Barbaras, tametsi hęc ei molesta acciderant, tamen obsidionem Chalcedonis non soluit: sed hiemauit ibi populans transmarina, & vrbes euertens. Heraclius porro anno

an. 626.

sequenti hieme in Persidem cum Turcis ingressus, improuiso Cosrhoën perterruit. Sed Turci hiemem ac crebras Persarum excursiones ægreferentes, neque tolerandis ærumnis socios se Imperatori præbere sustinẽtes, paulatim ex castris dilabi, tandemque vniuersi, desertis Romanis, domum reuerti cœperunt. Tum Imperator suos ita est allocutus: Videtis fratres, neminem nobis adesse velle præter vnum Deũ, & quæ eum sine semine peperit Virginem. Ideo fit, vt cœlitus nobis misso auxilio in nobis ac omnibus istis suam demonstret potentiam, &c. Pridie siquidem idus Decembris gestum est bellum, & ante omnes prosiliens Heraclius Principi Persarum occurrens, diuina virtute, Deique Genetricis opitulatione Cosrhoën deiecit, & in angustum valde redegit cum Razate eius Duce.

Heraclius vincit Persas, & fugat Cosrhoën.

II. *De Basilio Imp. qui Saracenorum Princ pem fidei Christianæ exprobratorem D. Virginis ope in bello superauit.*

Anno Domini 886. retulit à Deo Basilius Imperator benefactorum operum multiplicia præmia siquidem tam terra quam mari sæpe deuicit hostes. Inter alias vero victorias Dei beneficio acceptas illa magis proficua & memorabilis, qua magna gloria atque potentia claros hæreticos Manichæos sub Theophrices eorum ciuitatis Principe Chrysocire militantes sic prostrauit, vt eorum innumera tunc multitudo collata vt fumus euanuerit. Sed & in eo prælio magnopere est demonstrata diuina potentia quod gestũ est ab ipso per Andream Ducem pium valde virum aduersus Saracenos, Tarsi regnã, tes, ad quem cum eorum Princeps litteras misisset superbiæ & maledictorum plenas, & hæc indicantes. Nunc videbo an Mariæ filius: eiusq; parens tibi prodesit, cũ contrate cũ meo exercitu progrediar.

Io. Curopalat & alii apud Baron. to. 10. Annal. eccl. anno Christi 886.

Fidei Christianæ blasphemus exprobrator bello vincitur.

Quas litteras conuicii plenas acceptas ipsi imagini Dei genitricis appendit, hæc locutus: Vide, ô Mater Dei, tuque ipsius filius & Deus, qualia exprobrauit, & superbe dixit contra tuum superstitem populum barbarus iste arrogans. Quibus dictis, assumptis Romanis copiis contra Tarsum proficiscebatur, & cum ad Podandum peruenisset, ibi cum hostibus congressus multa cæde fundit & fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum dominus occubuisset; pauci vero vix se Tarsum incolumes recipiunt. Sepultis autem suis, & hostibus in vnum locum coactis, magnaque erecta ad posterorum memoriam columna, in patriam rediit cum spoliis, &c.

III. *Ioanni Zemisce Imperatori victoriam obtinet Deipara Virgo contra Rossos, &c.*

Ioannes Zemiscas Græcorum Imperator, ope diuæ Virginis, martyrum Georgii & Theodori ingenti gloria Rossos & Bulgalos, Scythas, Turcas & alios Barbaros aduersus Romanos simul fœdere iunctos, numero trecentorum triginta millium militum, iteratis summo labore, atque periculis sæpe præliis superauit, atque summa religione, qua vicerat triumphũ parauit. Primũ Bulgarorum ciuitatẽ, vbi Regia erat, Parastlabam nominatam expugnauit, mutato postea nomine ab Imperatore Iannopolim nuncupatam; cepitque Regem Bulgarorum Borisem cum vxore & liberis, & Bulgarorum regnum extinctum, superatis ingenti prælio postea barbaris die sancti Georgii martyris, cui tanta victoria accepta lata fuit. Conuerso post hæc bello aduersus reliquos, qui se Drostoli munierant, ancipiti periculo & certamine diu multumque pugnatum, donec diuinum auxilium certis signis Romanis adfuit, quibus adiuti vicere penitus barbaros. Quænam autem fuerint diuina subsidia ea refert Curopalates: Fertur, inquit, diuinam opem tum Romanos esse consequutos, turbo enim quidam à Noto vento in ora Scytharum cõstitit, haud permittens eos captis vti in bello consiliis. Et quidam vir conspectus est ab omni Romanorum exercitu equo albo vectus in antesignanis pugnare, hostiũque cõmouere ac perturbare phalanges, nulli prius aut postea cognitus, quem aiebant vnum esse ex glorioſis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus cõtra hostes vtebatur sæpe Imperator. Etenim forte accidit, vt hoc præliũ ea die cõmitteretur, qua celebrare memoriã Militis consueuimus. Cum & mulier quædam nobis Byzantii, supremæ potestatis, per visum illud ita esse confirmabat vna ante congressum die, in somnis sibi visum Dei genitricem præsto esse, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore meus ac tuus Ioannes in periculo versatur: ad eius auxilium propera. Otto sole eadẽ mulier vicinis rẽ patefecit. Et quæ visa sunt, hæc fuerunt. Funduntur rursus Scythæ, qui clausas vrbis portas comperiẽtes à Scleto Duce per planitiẽ dissipati, mutuoq; con-

Ioan. Curopalat. in hist. Grec. apud Baron. to. 10. an. 971.

Io. Zemisce expeditio in barbaros.

Botises Bulgarorum Rex bello captus cum suis.

Theodorus martyr pugnat pro Ro[illegible]

D. Virginis ope vincuntur hostes.

Gratitudo I. Zemiscæ Imp. pro victoria.

culcati interfecti sunt, & à Romanis cæsi numero infiniti vulnerati autem fere omnes. Martyri autem debitum reddens honorem Imperator, & auxilii præmia rependens, templum illud, vbi sanctum eius corpus conditum est, à fundamentis euersum, maius, pulcherrimumque ædificauit, attributis ei magnificis possessionibus, quod etiam pro Euchanen. Theodoropolim appellauit.

IV. *Pelagius Princeps ope Genitricis Dei* MARIÆ *victoriam contra Alchamanum reportat.*

Ex Luca Tudensi & Roder. li. 4. c. 2. Baron. to. 9. annal. ad annum Christi 718.

Omissis Orientalibus ad Occidentales venia-mus, quibus æque atq; aliis in bello fauit beatissima mundi imperatrix. Erat enim septingentesima quinquagesima sexta, inquit Tudensis, hoc est, anno Domini 718. Astures omnes in vnum collecti super se Principem erexerunt Pelagium. Fuit iste Regis Theodorici Spatarius, qui fugiens impressionem Saracenorum, cum suis in Asturios se cõtulit montes. Cum autem auditum esset à Saracenis Hispaniam occupantibus, id magna audacia esse præsumptum, in eum acies mouent, sed primũ insidiis ipsum appetendum putarunt, misso ad ipsum Oppa Archiepiscopo Toletano Witicæ Regis filio, qui magnis pollicitationibus deditionem ei suaderet. Ad quem Pelagius ita respõdit: Tu, inquit, & Christi Ecclesiam deiecisti, & propter scelera patris vestri, qui peccare coegit totam gentem Gothorum, reliquit Dominus Ecclesiam suam. Et quia Deo facile est saluare siue in paucis, siue in multis, nos de misericordia Dei confidentes, cõmittimus ad Dominum Deum nostrum, vt fidem Catholicam conseruemus, quem vos spreuistis, & pater vester. Est enim Ecclesia Dei, sicut luna, quæ aliquando appa-ret plena, aliquando valde diminuta, & iterum reuertitur ad plenitudinem primam. Ecce in ista tinaba (spelunca loci natura munita illic erat, vbi cum suis Pelagius degebat) hodie inclusa est maxima pars militiæ Gothorum; sed egredietur ex illa, dante Domino semen, quo genus Gothorum, vt erat, Christo in tota Hispania restauretur. Vt quia deuotam eam habemus, apud Deum Patrem & Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM totam spem nostram ponentes, hanc multitudinem paganorum, quibus ducatum præbes, despiciemus. Confidimus enim per intercessionem gloriosæ Virginis genetricis eiusdem Domini IESV CHRISTI saluari; & ipsa adiuuante, quæ mater misericordiarum est, gentem Gothorum de paucis, qui sunt in ipsa spelunca, restaurari, sicut ex paucis granis infinitæ segetes germinantur. Quibus dictis Pelagius, & qui eũ eo erant, tanto hoste perterriti incluserunt se in spelunca, beatæ Mariæ suffragia experentes, eius ibi memoriam venerabantur, & pro recuperatione Christianorum orationibus insistebant. Videns autem Oppa, quam Pelagius cõfidentiam in Domino posuerunt, reuersus ad Ismaelitas dixit: Properate ad spelunCam, & pugnate fortiter, quia vt ex verbis eius comperi, nisi per gladium pacem cum eo habere non possumus, Alchaman illico fundibularis & sagittariis & iacientibus iaculà portam speluncæ ferire præcepit. Tunc cerneres intermixtis iaculis sicut densissimas pluuias euolare contra beatam speluncam. Sed in hoc turbine iaculorum & lapidum, qualiter diuina manus, quæ percutit & sanat, pro Christianis pugnauerit, exemplo poterit aduerti, quod lapides & iacula & sagittæ à Saracenis emissa contra eos retorquebantur, & maximam Saracenorum multitudinem prostrauerunt. Barbari autem vbi non solum ad peragendum negotium quod volebant, se nihil proficere, sed maximam suorũ partem vident prostratam armis, confusi & turbati retrocedendo, speluncam oppugnare destiterunt. Pelagius ad prælium Dei gratia & fortitudine roboratus, cum tantam multitudinem hostium prostratam aspiceret, reliquos superaturus Saracenos aggressus de spelunca stricto ense inuadit vbique. Statim Oppa captus est & Alchaman cum viginti millibus Saracenorum interfectus. Sed nec sexaginta millia quæ remanserant, Domini vindictam euadere potuerunt: siquidem cum per verticem montis Anisenæ fugam arriperent, atq; per concaua petrarũ & deuia loca aduenirent, & venire vellent ad supercilium montis, cum graderentur secus flumen Deuæ, diuinum numen oppressit eos: vnde cum idem flumen inundatione aquarũ propriũ alueum excedit, multos ex eis occidisse, signa armorum & ossium euidenter ostendunt. Vere Deus impleuit tunc fusius illud quod Paulus dixit: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari super id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Tam gloriose egit Deus tum cũ populo Christiano, vt in primo Israelitico, cui Deus cum paucis de multis dedit semper triumphare, talis victoria inuenitur: sicque Pelagius Regulus tenuit regnum decem & octo annis. Porro spelunca illa Dei genitricis memoriæ dicata est, eius quoque nomine nuncupari cœpta, dictaq; sancta Maria de Couadonga.

Miraculũ.

1. Cor. 10.

Ecclesia lunæ comparata.

B. MARIAE auxilio Pelagius Regulus Gothos superat.

V. *Narsetis victoria insignes auxilio B.* MARIAE *habita.*

Procop. de bello Goth. lib. 3. Euagr. 4. c. 23. Niceph. 17. cap. 13. in fine. Agath. li. 1. Baronius to. 7. 12. Apparitio B. MARIAE.

Narsetem electum à Cæsare Iustiniano militum Ducem, virum pietatis omnis genere præstantem, consilio manuque promptum, minime præteribo, quem ob insignem eius pietatem de Totila Gothorum Rege plenam meruisse, desperatis iam planè rebus, victoriam scribit Procopius; idipsum attestante Euagrio atque Nicephoro, istis repetitis verbis: De Narsete, qui familiariter cũ eo vixere illud perhibent, ita ipsum ex diuino numine pependisse, atque id omnis generis pietate coluisse, & Virginem eandemque Dei genitricem ita veneratum esse, vt illa manifesto ei apparens, quando prælium committendum esset, præciperet; neque illum facile prius in aciem descendisse, quam tempus opportunum ab ea cognouisset. Eiusdem elogiũ id profert Paulus,

De Gest. Longobar. l. 2. 3. Nauctis pictas.

Paulus Diaconus: Erat, inquit, vir piissimus, in religione Catholicus, in pauperes munificus, in reparandis basilicis multum studiosus, vigiliis & orationibus in tantum studens, vt plus supplicationibus, quam armis bellicis victoriam obtineret.

VI. *Stephanus Vngar. Rex initio belli sese B. MARIÆ commendat diuinum auxilium implorans.*

Anton. Bonfin. de re. Vngar. l. 10. Dec. 2.

Stephanus Vngarorum Rex cum aliquando hostium iniuria lacessitus, bellum ad suos tuendos necessarium pararet, in primis operam dedit, diuinam vt opem manibus & corde sursum erectis imploraret, simulque Mariæ, tanquam Matri & Dominæ suæ, vim ab hostibus illatam suppliciter ac religiose commendaret: Precatio Stephani Regis ad B. Virginem. Si placet tibi, inquit Domina mundi, tuæ partem hæreditatis ab inimicis deuastari, & nouellam Christianismi plantationem dissipari, ne, quæso, sinas illud imputari diffidentiæ meæ; sed potius dispositioni voluntatis tuæ: Si quid commisit culpa pastoris, ipse luat: Oues, quæso, insontes ne patiaris affligi.

VII. *De ciuitate Tornacensi ab obsidione hostium per intercessionem B. Virginis liberata.*

Ex Archiuis Eccl. Cathedr. Tornac. an. 1340.

Tornaci olim in Ecclesia B. Mariæ quam plurima fuerunt per intercessionem B. Virginis facta miracula. In cæteris illud memoria dignissimum est, quod Ciuitate obsessa contigit. Anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo, graui obsidione compressum est Tornacum, & ad vltimas angustias redactum. Eapropter Clerus populusq; suis viribus diffidentes, lacrymarum imbre perfusi, ac precibus insistentes, claues vrbis ad ædē sacram Deiparæ Virginis detulerunt, seque ipsos, suæque Neruiæ defensionem pientissimæ ac potentissimæ Matri commiserunt. Suscipit illa preces pro sua in Neruios pietate. Nocte enim insequenti tantus timor hostes inuasit, vt spoliis dimissis fugam dederint omnes: sicque reddita vrbi libertas est. Hostes porro obsessæ ciuitatis sceleris sui pœnas haud diu post dederunt, pestilenti quodam & ardenti igne inflammati: Sed deducti ad ædem Deiparæ, subsidium ab ea visibiliter receperunt; redditi nimirum pristinę valetudini pallio virginis extinguēte ignes.

Neruii obsessi B. Virgin. ope liberati.

Miraculum

VII. *Seruorum suorum partes in certamine tuetur beata Dei Mater.*

Tho. Boz. de signis Eccl. Dei, lib. 9. c. 10.

Inter recentiora illud in Indiis Occidentalibus vbi religio Christiana propagatur, adiutrice Deipara contigit. Insula Cuba est è maioribus, quas Oceanus in iis oris circumdat. In hac regulas quidam victorias multas est consecutus aduersus finitimos populos, non alia ratione, quam quod vsus est Christiano quodam Duce copiarum suarum. Is autem pergebat in hostes gestans in pectore imaginem Virginis; ac protinus illos in fugam versos superabat. Cumque dissensione orta inter Indos, præstantiore foret imago Mariæ, an vero Indicorum deorum, idcirco ad arma veniretur, cōuenere, vtin

Imago pectore portata tempore belli.

lata quadam planitie duo iuuenes hinc inde brachiis ad terga ligarentur arctissime, & duo quidem nomine Mariæ ab aduersaria parte vinculis obstringerentur, duo vero Indicorum Deorum nomine similiter ab alia parte: quorum vero manus sponte soluerentur, ii victores essent, ac pro veritate crederentur pugnare. Rex ita acta & continuo innumeris videntibus inclamante Regulo, *Aue Maria*; adstitit Matrona mirabili maiestate, quę ad suos appropinquans, & virga manus tangens, illos exsoluit, vinculaq; se ad alios duos ex aduerso positos deuinciendos continuo cōtulerunt. Quo peracto, visum est idem certamen renouari: ac rursus idem mirabiliter euenit. Hoc passim diuulgatum plurimos ad Christum traduxit.

B. Mariæ præclarum miraculum in Indiis Occidentalibus.

TIT. XLIII. B. Virginem Deiparam seruis suis ex hac vita migrantibus præsto esse.

Filio suo, IESV CHRISTO, *Domino, ac Redemptori nostro in cruce pendenti & animam agenti adfuit benignissima Virgo* MARIA. *Io. c. 19. 24.*

EXEM. I. S. *Arnulphum Suessionensem moribundum certiorem facit de vitæ futuræ felicitate B. Deipara.*

I. Liesard. Episcop. in vita S. Arnulphi cap. 49. apud Sur. Aug. 5.

MOrti vicinus Arnulphus Suessionen. Episcopus, beatum Petrum Apostolorū principem vidit, affirmantemque audiuit, quæ peccasset, esse remissa, & ianuam vitæ patere. Petrum lætissimi nuntii auctorem comitabatur ingens beatorū modulantium cœtus. Eundē Arnulphum signifer sanctus Michael Angelico exercitu constipatus inuisit, seque Arnulpho in cœlum ducem futurum spopondit. Denique felicissimum Episcopum beatissima Deimater sua præsentia recreauit cum agmine virginum glorioso, Arnolphi animam ad Superos abituram prædicens, & eorum gaudiorum fore participem, quibus exultans, cæli ciues, ipso die Virginis in cœlum assumptæ.

Arnulpho morituro apparet B. Maria, aliique Sancti.

II. *S. Radbodum Traiectensem grauiter laborantem beatissima Dei Mater confortat, animatque ad bonum.*

In vita eius c. 12. apud Sur. Nouem. die 29.

Huic affine est, quod de Radbodo Episcopo Traiectensi legitur. Cum aliquando grauiter decumberet, ita vt omnem viuendi spem abiiceret, beatissima Dei genitrix semperque Virgo Maria, subsequentibus ipsam sanctis virginibus, Telca & Agnete, multa luce coruscus ei apparuit totum cubiculum splendore perfundens. At ille tanta visione valde perterritus, loqui præ timore nihil potuit, & propemodum exanimatus est. Tū vero Porta salutis, Domina mundi consolationis medicinam ei adhibens, omnemq; non modo timorem sed etiam languorem depellens: Ne timeas, inquit, Radbode, certus eam te intueri, cui crebro supplices offers

Beatissima Virgo Dei mater S. Radbodo apparet.

Salutiferum crebro inuocare B. MARIAM.

Preces. Non ego te mea dedignor cõsolari præsentia, qui in tuis ad Deum precibus mei semper memoriam vsurpa. Noueris autẽ, nihil ex hoc morbo tibi imminere periculi, sed curatum te iri, nec tamen diu postea in carne victurum. Securus esto tui: vigilate & operari ne cesses, sed perge vt cœpisti. Sub his verbis repente splendor ille disparuit; sed permansit diu odor gratissimus: & morbus omnis plane ablatus est. Hæc cum ille clam quibusdam è suis exposuisset, (neque enim, se viuo, cuiquam voluit ea innotescere) simul etiam formam, habitũ ornatum sanctissimæ Virginis illis explicauit, addens pulchritudinem eius neminem satis posse admirari: sanctas autẽ virgines Teclam & Agnetem, tam ex vultu, quam vestitu potuisse dignosci.

III. *Adulpho, Franciscani Ordinis religioso moribundo adstat Christi Domini Mater.*

Hieron. Plat. l. 1. de bono stat. relig. c. 31.

Simile etiam quoddam eiusdem Virginis beneficium extitit in Adulphum Franciscanum, qui cum relicto Alsatiæ principatu sanctam & humilem in illa familia vitam egisset, moribundo denique astitit hæc communis omnium religiosorum patrona, ac mater, innumerabilium Angelorum comitatu stipata, eumque trepidantem ita confirmauit. Quid times fili? aut cur ob imminentem mortem angeris? Veni securus, quoniam filius meus, cui fideliter seruiuisti, dabit tibi coronã gloriæ. Quibus ille Virginis verbis, & aspectu adeo recreatus est, vt omnis horror mortis in ingentẽ lætitiã versus sit.

IV. *Quomodo S. Stephanus Vngarorum Rex iam moriturus se Regnumque suum B.* MARIÆ *commendauit.*

Cartuit. in vita eius c. 21. Sur. 20. Ang. to. 4. & Baron. tom. 11. an. 2038. n. 18.

S. Stephanus Vngarorum Rex, cuius eximiam sanctitatem frequentibus post mortem miraculis Deus commendauit, sentiens adesse migrationis tempus, accersitis Episcopis, & primoribus palatii, Christiano nomine gloriantibus, primũ tractauit. cum eis de substituendo Rege; deinde paterne admonuit eos seruare Catholicam fidem, quam accepissent, amare iustitiam, fraternæ charitati studere, humiliter dare operam; ante vero omnia nouellæ Christianismi plantationi curam & solicitudinem adhibere. His dictis manus & oculos ad cœlum erigens, Regina cælorum, inquit, mundi inclyta Reparatrix, tuo patrocinio sanctam Ecclesiam cũ Clero & Episcopis, regnumque cum Primatibus & populo, tuis precibus commendo. Quibus nunc vltimum vale dicens, animam quoque meam tuis manibus committo. Instabat tunc præcipua solennitas & lætus Angelis & hominibus Assumptionis beatissimæ Mariæ dies, in cuius audiis, vt sui corporis fieret dissolutio, precibus à Domino contendit lacrymis & gemitibus impetrauit, sperans cumulatioris misericordiæ se spem habiturum. Aderat ergo felix ille dies eius obitus mox felicitatis aliquã accessionẽ habiturus, circumstant cũ Clero Episcopi, cum ministris Principes & Comites. Rex in medio iacens sacram percepit vnctionem, sanctamque animam corporis & sanguinis Christi recreatam viatico, anno Dominicæ incarnationis * MXXXIV. in manus perpetuæ Virginis & sanctorum Angelorum, æternæ quietis beatitudini inferendã tradidit.

*xxx

B. MARIÆ se commendandum in morte.

V. *Quomodo B. Virgo Carolo S. Brigitta filio in hora mortis sit opitulata.*

Ex Reuelat. S. Brigit. examinatis in Concil. Constant. per Card. Turrec. iussu Concilij, ab eoque approbatis, Ioan. Osor. to. 4. conc.

Contigit aliquando eos deuiare, qui ad Mariam Deiparam singulariter sunt affecti, quos tamen illa sic reducere solet, vt præclare vitam finiant. Cuius rei memorabile admodum exemplum nobis scripto reliquit beatissima Brigitta in suis reuelationibus in hæc verba: Fuit B. Brigittæ filius, cui nomen Carolus, iuuenis ætate & moribus, militiæ deditus qui ea in ætate mortuus est. Anxia erat Brigitta de filii æterna salute, quam hac visione Christus Dominus consolatus est. Vidit tribunal iudicis; & in eo Christum sedentem, ad cuius dexteram Maria mater erat. Accessit dæmon ad iudicium, & ait: Iuste iudex adeo iustus es, vt sperem me à te obtenturum, quod iuste petiero, etiam si contra matrem tuam petam ego inimicus tuus, iniuste illa mecum egit in morte Caroli in duobus, quorum illud primum fuit, quod die vltima vitæ illius illa cubiculum eius ingressa est, eique adfuit in extremis laboranti, meq; illa die inde expulit, nec vllo modo passa est eo me ingredi, vt tentare Carolum possem. Qua in re manifeste vim intulit mihi, ius n. mihi à te concessum est homines tentandi, maxime tamen postrema die, qua vniuersum hominis negotium conficitur. Iube ergo animam illius in corpus redire, & per diem mihi cõcedatur, vt tentem eum, Quod si euaserit, mihique viriliter restiterit, saluus sit: nunc vero iure salutem consequutus non est, sed iniuria. Secũdo vero mihi à matre tua irrogata iniuria hæc fuit, quod cum ego tanquam apparitor debeam animas in iudicio præsentare, ac accusare, mater tua animam Caroli corpus exutam inter brachia recepit, ad iudicium tuum detulit, meque iudicium intrare prohibuit, & eum accusare iudiciũque sine parte actum est, quod contra omne ius est. Respõdit Maria licet dæmon pater esset mendacii, ibi tamen vera dixisse, quia coram veritate prima ageret, eamque præstitisse ea animę Caroli beneficia præclara, eo quod ille in vita eam summe dilexisset, omnique fide se illi commendasset, & insuper summe eum lætatum de bonis Mariæ, & pro ea vitam fundere paratissimum; in eumq ille tanto erga eam affectu fuisset, debuit illa in morte illi adesse, & hæc in eum beneficia conferre. Respondit iustissimus Mariæ filius: Mater mea in regno meo principatur, non vt alii electi: sed tanquam Mater, Regina ac Domina, & proinde potest dispensare in legibus à me latis, cũ iusta intercesserit causa; iustissima vero fuit causa, vt cum anima Caroli dispensaret, sic enim honorandus erat, qui matrem meã tanto dilexisset

B. MARIA peccatores defendit in hora mortis.

lexisset affectu, & ea erat morte donandus: quare super hac causa perpetuum silentium dæmoni indictum est. Qua reuelatione intellexit beata Brigitta, filium suum in cælesti regno commorari, adiutrice Maria, prepter ipsius in illam eximiam deuotionem. Eam ergo nos imitemur, vt simili beneficio perfruamur.

VI. *De quodam milite cæso in bello, qui cum fuisset addictus cultui B. Virginis, mori non potuit nisi confessus.*

Ant. Bonfin. rerum Vngaric. Deca 3. l. 3. Pet. Thyr. de locis infest. part. 1. cap. 14.

Referri huc etiam potest incredibile illud miraculum, quod mediatrice beatissima Virgine in Valachiæ campo quodam obseruatum est, post cruentam admodum pugnam inter Dean & Merchen eodem genere natos, & de Valachiæ dominatu contendentes Principes. Verba auctoris ascribimus: Secundo, inquit, tertio ve anno, cum plerique in eum campum descendissent, vbi patratam stragem fuisse memorat, editissimumque cadauerum aceruum spectarent, emissam inter ossa vocem subinde exaudiuere, suauissima IESV CHRISTI Saluatoris, & diuę Mariæ virginis nomina resonantem Admiratio simul & pauor hos incessit. Cum ad verba subticuissent eadem paulo post, quasi difficulter expressa, accepere. Dum vocem inter ossa disquirerent, portenti, desiderio succensi loc[illegible]ax inter cadauera caput inueniunt. Quod vbi homines sibi adesse agnouit: Quid tam, inquit, stupidi hic statis viri? Christianus ego sum, & magnæ Matri D. Mariæ semper addictus, inexpiatus, inconfessusque in hoc bello occubui. Magna Dea, in cuius tutela vitam degi, me æterni supplicij reum esse non patitur. Hæc me adhuc linguæ compotem seruauit, vt & delicta fateri, & animam sacris rite Apostolicis lustrare queam: proinde sacerdotem, qui confessionem exaudiat, & me expiatum reddat, accersite, quæso. Rogatus, quo tantum à Dea beneficium promeruisset, respondit: Peculiare sibi id in vita fuisse numen, se septena quotannis in vita sua festa reuerendissime celebrasse, religiosissimisque ieiuniis ex pane duntaxat & aqua decorasse: sacris fuisse quam studiosissime operatum: illi tantum numini cunctas animi vires dedicasse. Accersito è pago proximo sacerdote, confessionem rite transegit, & impetrata erratorum omnium remissione, acceptaque nouissima lustratione, id defuncti caput repente conticuit, perpetuoque quieuit.

Miles addictus B. Virginini confessus mori nequit.

Ieiunia in honorem festorum B. Virgin. seruare frugiferum.

VII. *Vt sanctissima Virgo Deipara cultori suo diuo Dominico morienti adfuerit, eumque in cælum receperit.*

S. Anton. 3. part. Chron. tit. 23. cap. 4. §. 14.

Sanctissimam Virginem Deiparam suo cultori Dominico morienti adfuisse, eiusque felicem animam in cælum recepisse, diuina quædam visio eiusdem gregis fratri Gnalæ viro optimo, qui Brixiense cœnobium eo tempore gubernabat, facta demonstrauit. Nam qua hora animam agebat Dominicus, Gnala dulci somno consopitus cæli quendam quasi hiatum aspexit, per quem candidissimæ scalæ submittebantur, quas hinc Christus, inde Christi Mater sanctissima, summa earundem apprehensa parte, manibus fulciebant: per has admotas scalas descendebant, ascendebant, ibant vt per Iacobæas olim cælestes Angeli. Erat in imo sedes, & in ea quidam Prædicatorum habitu facie velata. Scalæ sensim ac leniter à Christo & eius Matre sanctissima sursum trahebantur: eodem pariter nutu sedes illa ferebatur in cælum, illeque simul qui in ea velatus atque contectus requiescebat, comitantibus Angelis & triumphum agentibus, vbi & scalas & eum, qui solio collocatus erat, Christi, Deiparæque manus in cælum prorsus intulerunt: illa cæli quasi discessio coiuit, clausumque omnino est, quod esse apertum videbatur. Dilapsa visione Gnala Bononiam properat, illaque eadem, qua rem tantam hora viderat, sanctum Dominicum Patrem suum comperit ex hac nostra mortalitate ad cælum migrasse.

VIII. *Vt B. Virgo adolescenti Sodalitatis in morte subuenerit, dæmonesque abegerit.*

Fr. Bencius in an. Societ. in hist. colleg. Germ. Romæ, 1586. & Io. Bonifac. in hist. Belg. l. 4. c. 18.

Romæ Henricus ab Halden Canonicus Treuirensis pari morũ elegantia & nobilitate adolescens, cum ab extrema pueritia septem annos in Collegio Germanico egisset, instanter requisitus à suis reditum parabat in patriam, sed veram illi patriam Deo destinante incidit in febrim, quæ octauo die attulit mortem. Monitus à sacerdote de necessitate vltima (iam ante se generali confessione præmunierat) ad Apostoli Andreæ corpus quod Malphi colitur, pro valetudine peregrinationem vouet, certam dein pecuniam ad crucem argenteam ponendam in æde sancti Apollinaris (is est Collegij patronus) itemque ad pallium, quo altare operiretur Deiparæ Virginis, in cuius erat sodalitio, reliquit. His rebus ita dispositis, eum somnus multis præsentibus oppressit. Post paulo euigilans accersito sacerdote, qui erat ei à confessionibus. O pater, pater, inquit, quæ ego vidi? Quæ interrogat ille. Quæ nec oculis, nec auribus, sed nec vllo sensu percipi possunt. Tum, cum mouisset expectationem, & jungerentur omnium preces, subiecit; inter attonitum, lætumque, sed læto propior: Salus mea fuit in angusto, at benignitas B. MARIÆ Virginis, sanctorum Andreę & Apollinaris & martyrum nostrorum tutelarium in tempore mihi succurrit. A dæmone sum ductus ad judicem: magna vis, cum solus essem, circumstitit accusantium turba varia crimina obiectantium, jam jamque exactor supplicij me pertrahebat ad gehennam, & cum abesset prope nihil, quin essem miserrimus, astitit misericordiæ parens, adillos conuersa: Quo vos istum, aut quid vobis cum illo, qui tot annos mihi in mea Congregatione seruiuit? Confecutus deinde S. Andreas, eũdem indignans titulum obtendebat mei patrocinij, quum voueram ad eius tumulum peregrinationem;

nem : ſanctus poſtremo Apollinaris, cum cæteris Martyribus, quorum ſacroſanctæ reliquiæ ſunt in æde noſtra, vim inhibuit aduerſatiorum, memorans crucem, quam proximè mandaui faciendam. Ita quæ Deo eſt gratia, periculo ſimul ſomnoque ſolutus ſum. Hæc cum dixiſſet exultans, quarta fere poſt hora animam reddit.

TIT. XLIV. De ſodalitate Deiparæ Virginis.

EXEMP. I. *De Sodalitate Roſarij in honorem beatæ Virginis à S. Dominico contra Albigenſes hæreticos inſtituta.*

P. Franciſc. Veron. cap. 2. Manual. Sodalit. p. 4.

NObiliſſima illa Roſarij Sodalitas à B. Dominico Ordinis Prædicatorum fundatore contra Albigenſes circa partes Toloſanas primum inſtituta fuit circa annum Domini milleſimum ducenteſimum decimum ſextum, ac deinceps per Europam vniuerſam egregie propagata. Cuius id initium fuiſſe refertur. Cum Italiæ, & Galliarum finitimæ partes hæreſum nebulis, & Albigenſium maxime, in ditionibus Toloſanis, & circumcirca poſitis Prouinciis miſere corrumperẽtur, ad eas excidendas B. Dominicus Spiritu ſancto afflatus, ad eam, quę cunctas hereſes (vt canit Eccleſia) ſola interemit, mentibus, animiſq; confugiendum credidit. Itaque pium per calculos aut orbiculos orandi modum, quod Roſarium dicimus, omnibus etiam ignaris ac rudibus peruium inſtituit, quo noua hac precandi forma, pulſatis hęreſum tenebris, noua lux Catholicæ fidei aperiretur, ipſiq; fideles in alios quaſi viros euaderent. Nec eum fefellit opinio: ita enim obuiis omnium vlnis exceptus eſt hic precandi ritus, ita eo contriti Albigenſes, vt excitata quamprimum vtriuſq; ſexus pia ſodalitia ſint, & maximo Chriſtianæ religionis bono, quod ſanctus vir intenderat, & quidem multo opinione ſua amplius, conſecutus ſit. Quo factum, vt Roſarij ritum & inſtitutas ſub Roſarij nomine Sodalitates, Summi Pontifices, magno ſane numero, approbauerint, & Indulgentiis maximis ditauerint.

Sodalitas Roſarij à B. Dominico inſtituta.

II. *Quanto honore & amore Sodales beatiſſimæ Virginis proſecutus ſit S. Anno Arch. Colon.*

Io. Bonfacius libr. 2. hiſt. Virg. cap. 14. ex hiſt cuiuſdã cœnobit. Sigebergenſi l. 1. cap 29.

In ſancto illo Iouis die, qui vltimæ Domini cœnæ ſacer eſt, diuus Anno Archiepiſcopus Colonienſis maximo febris ardore atq; æſtu jactabatur, neq; tam dolori morbus erat, quam quod ſuorum pedes Chriſti exemplo abluere ſe poſſe deſperabat. Itaque ſe totum dedit in preces, viteſque ab immortali Deo ad illud obeundum munus gratum ſibi & ſolenne poſtulauit: quarum ſe compotem fore certiſſime ſperans puerum ad ſuos canonicos miſit, qui celerem ſuum aduentum nunciaret; proinde ſe pauliſper expectarent. Tardante Pontifice Canonici per nuncium de mora conqueruntur. Antiſtites Canonicorum querelis auditis charitatis igne febris ardorem ſuperante ſurgit è lecto, ac ſe veſtibus quam citiſſime induens ad eccleſiam properauit. Linteo de more præcinctus præter omnem ſpem & opinionem pedes lauare inſtitit, tum illa aqua, quã in peluim infuderat, cum lacrymis, quas ex oculis vberes effundebat, pedes lotos & lino terſit, & venerandi capitis capillis exſiccauit; Chriſtum enim & Chriſti diſcipulam Magdalenam imitari cupiebat. Oſculũ tandem ſingulorum pedibus infigens atque imprimens, humilitatis, charitatis, fortitudinis præclara dedit documenta. Cumque ſingulis ordinibus ſuus eſſet attributus locus, tamen eos, qui erant ex immaculatæ Virginis Congregatione, & quadã quaſi familia, quam ipſe fundarat, & Mariæ Dei matris ardentiſſimo ſtudio coegerat, in certa quadam & maximè inſigni ſede collocauit. Hanc Marię Societatẽ intimo amoris ſenſu diligebat, amabat, ferebat in oculis, qui ex Virginis hoc ſodalitio eſſent, illis potiſſimum oblectatus. Neq; illud ſolum Coloniæ, ſed alia alibi à ſe conſtituta cum ſumma recordabatur, recenſebat, ac recolebat lætitia & voluptate: duxq; eorum videtur fuiſſe, qui huiuſmodi coitiones honorandæ Virgini variis in locis erexerunt.

Lotio pedum per S. Annonem Arch. no. tanda.

Sodales Congreg. B. MARIÆ quanti æſtimandi.

III. *Nihil honorificentius eſſe in Iaponia, quam Sodalitio B. Virginis aſcribi.*

Aloyſ. Frœs Relat. hiſt. de Statu Iaponiæ ann. 159

Circa annum Domini 1505. cœpit doctrina Chriſtiana aliquamdiu intermiſſa in Iaponia reſtitui. Vt autem illa maiores haberet progreſſus, illud inter cætera præcipuum ad iſtius vineę Dominicæ culturam quoddam attulit adiumentum, quod multis in locis, iiſque primariis inſtituta ſit Conceptionis ſereniſſimæ Angelorum Reginæ Sodalitas, quæ ſic Iaponiorum animos commouit, tantoque ſenſu & affectu illam complexi ſunt, vt nobiliſſimi quique & omnium principes honorificum reputent, ſi nomen illi dare poſſint. Quocirca ſtudioſe laborant, non ſolum in eam inſcribi, ſed ita quoque vitam inſtituere ſuam legibus & exhortationibus conſentaneam, vt in diuini ſeruitij via quotidie proficientes, ſe digniſſimos fideliſſima Imperatricis cæleſtis protectione præſtent.

Sodalitas Concept. B. Virginis honoratur à Iaponibus.

IV. *Sodales adoleſcentes ob bellum & peſtem in patriam dilapſi ope D. Virginis conſeruantur.*

Exſlit. Annus an. 1. 91 Lugdun. ſub Coll. Dolano.

Adoleſcentes, qui in Sodalicium B. Virginis erant aſcripti in Collegio Dolano, belli peſtilentiæque tempore dilapſi, poſt quam rediere, narrarunt ſe diuinam ſanctiſſimæ Matris tutelam ſuis quiſq; in periculis expertos eſſe, quibus plane periiſſet, niſi præſentiſſimum eius auxilium præſto fuiſſet. Et nunc eo maiore ſtudio ad ſanctiſſimum eiuſdem Virginis cultum pietatemq; quam maximo affectu retinendum excitantur: neque id verbo ſolum leuique ſignificatione, ſed toto vitæ genere, atq; in ſuſcepta religione conſtantia ſæpe declarant.

Beneficium B. MARIÆ in Sodales

V. *Pro-*

V. *Procraſtinans ingreſſum Sodalitatis punitur; agneſcens culpam ſpondit ſe ingreſſurum, & conualeſcit.*

Ex iiſdem lit. Germ. ſuperior. e Coll. Oenip.

Ciuis Oenipontanus grandis nati conſtituerat aliquot annis ante ad beatæ Virginis Sodalitatem ſe adiungere: ſed aduerſis maledicorum hominum rumoribus retardatus procraſtinabat. Is iter faciens cœnoſa & lubrica via prolapſus lætus grauiter offendit; tum negligentiæ atque errati memor ſponderet B. Virgini, ſe cum primum conualuerit, curaturum, vt in eius Sodalitium adſcribatur. Vnde confeſtim ſenſit benignæ matris opem: nam & dolore leuari cœpit, & non ita multo poſt plane conualuit. Alteri eius jam Sodali familiares aperte denunciarunt, ni ab ea Sodalitate ſe abduceret, ſe neq; ipſum, neq; ipſius liberos amicorum numero eſſe habituros; neque ſi quid ipſi aduerſi accidat, vllam opem laturos. Tanto ergo, inquit ille, ſtudioſius in ſanctiſſimæ Virginis, quæ neminem deſerit, patrocinium me dedam.

Negligentis ingreſſum Sodalitij pœna.

Sodalis conſtantia.

VI. *Sodalis rerum angustia valde preſſus, à dæmone tentatus manuali ſic in Sodalitio permanere, quam pecunia liberari.*

Ex iiſdem lit. ibidem.

Alius ibidem è Sodalium contubernio rei familiaris angustia magnis difficultatibus jactatus eſt: nam à creditoribus quod ſoluendo non eſſet, bonis omnibus exutus in carcerem coniectus eſt. Ei nocte intempeſta dæmon humana ſpecie ſe viſendum præbet, plenum pecuniæ marſupium oſtentans pollicetur. Tantum quæ ſecum geſtaret perit vt abiiciat: & Chriſti, matriſque eius cultum deteſtetur: percontanti quænam illa eſſent, quæ juberet abiici, non auſus plura. Ad collum, inquit, & in caligis quæ habes. Habebat ille ad collum agnum, cereum & roſarium in pera caligarum. Negat conſtanter ſodalis ſe vnquam illi obtemperaturum; quin contentius B. Virginis, præſidiſque Angeli opem in poſterum imploraturum. Denique poſt longum horarum altercationem infernus hoſtis victus abſceſſit.

Sodalitij ac rerum ſacrarum oſor eſt dæmon.

VII. *De mirabili animaduerſione in adoleſcentem Congregationis beatiſſimæ Virginis deſertorem.*

Ex iiſdem lit. Germ. ſuperior. ſub Coll. Ingolſt. Franciſcus Veron. cap. 1. Manualis Sodalitatis B. Virg. p. 1. §. 4. an. 1596.

Ingolſtadij adoleſcens nobilis, ingenij & corporis doribus probandus Sodalium B. MARIÆ Virginis albo aliquando fuit aſcriptus. Is cum ætatis lubricæ ſpatia inoffenſo pede aliquamdiu decurriſſet, iniecta ſenſim animo rerum illecebra habenas paulatim cœpit cupiditatibus remittere. Inde prauorum incitamentis illectus liberioris vitæ curſum iniit. Eoque vſq; conſuetudine prouectus eſt, vt quę antea magna veneratione coleret ſtudia pietatis ea demum riſui contemptuiq; haberet, nec quicquam illi magis cordi eſſet, quam vt per ſummam laſciuiam compotationibus, ac pergræcationibus tempus conſumeret, iiſq; genialiter indulgeret, quę illiã vitam comitari ſolent, & vt miſer humanæ prauitatis venenum alius imbiberet, in alium Sodalium genio deditorum familiaritatem ſe penitus immerſit. Hi ad cæteram laſciuientis ætatis licentiam etiam illud addiderunt, vt ardentibus tedis aut ſarmentis accenſis, tanquam Oreſtem furiæ, modo hunc, modo illum ex ſuo numero eximptoniſo adorirentur, flammis circumſiſterent, corpus amburerent, ni propere cœnam expediret. Cumque multos jam furioſa illa alea in orbem percurriſſet, die, qui Purificationis Virginis feſtum inſequitur, hunc miſerum nihil minus cogitantem ebrioſa illa turba tedatorum derepente opprimit, homini flammas admouet: cœnam exigit: paratur, expediuntur pocula, poratur in multam noctem. Poſtquam poculis indultum eſt ſatis, onuſti vino ad ſuos quiſque lares reuertuntur. Hic in ſuum ſe recipit cubiculum: & vt quieti ſe daret, veſtes detrahit, ad linteum induſium inde vino, ſomnoque victus, vt erat ſeminudus, in menſam, quæ poſita erat in cubiculo dormitabundus ſe acclinat, innixus cubito. Interim miſero alto ſopore preſſo ardens candela cauſa admota induſium inflammat, idque peruadit totum non ſentienti. Concepta flamma expergiſcitur, ſtridem ſemiuſtulatus. Exclamat amens, horrendis vocibus familiam conciet. Cumq; ſe è flammis exuere non poſſet, humi prouoluitur, ſi forte preſſu corporis flammas opprimeret. Nihil proficitur. Flamma jam valida magis ſæuiebat, accurrunt familiares; miſerum adoleſcentem, quas fruſtra male vitarat ante cœnam, poſt cœnam flammis vident abſumi. Perculſi pauore, periculo tamen audaciam faciente, licet ſeram, aliquam tamen opem ferunt pertinaceſq; flammas qua poſſunt ratione reſtinguunt, conſumpta ſindone, cute corporis jam penitus ambuſta. Et eſt quidem ille præſenti periculo ereptus, ſed incendij vis tam alte viſceribus inſederat, vt nullis remediis coerceri potuerit, quo minus affatæ cutis tabes intus ſerpens, acerbiſſimo cum ipſius cruciatu etiam vitalia depaſceret. Itaque octauo die, eadem pæne hora, qua in eandem calamitatem inciderat, conſumptus eſt. Sed nec ea quidem vitæ licentia, totque ac tantis offenſionibus ſanctiſſima Mater irritata, eum, qui ſe aliquando in ſuam tradiderat clientelam, deſeruit. Tanti refert prima ætatis initia illius ſanctiſſimo cultui addicere. Quin tam acerbo oppreſſum caſu alumnum ſuum, quondam ſibi carum licet in præſens æſtu quodam abductum, ita ſua diuina luce illuſtrauit, vt ille ad reſipiſcendum eam ſe amicitiam, ſolutiſſimæ, quam duxerat, vitæ aſtigandæ diuinitus immiſſam fatereretur. Ita ſummam dolorum acerbitatem, quibus vndiq; e membra omnia continenter vrebantur, magna ſignificatione pietatis non patienti ſolum, & æquo animo, ſed etiã libenti pertulit, & cum in rebus omnibus toto illo tempore tum maxime, cum ad ſacramenta ex ipienda ſe pararet, magna ſig a dedit pietatis. Speramus eius animam, diuinæ ſinu matris exceptam,

Adoleſcens relicto Sodalitio vitam illud addiderunt, vt ardentibus tedis aut ſarmentis accenſis, tanquam Oreſtem furiæ, modo hunc, modo illum ex ſuo numero eximptoniſo adorirentur, flammis circumſiſterent, corpus amburerent, ni propere cœnam expediret. Cumque multos jam furioſa illa alea in orbem percurriſſet, die, qui Purificationis Virginis feſtum inſequitur, hunc miſerum nihil minus cogitantem ebrioſa illa turba tedatorum derepente opprimit, homini flammas admouet: cœnam exigit: paratur, expediuntur pocula, poratur in multam noctem. Poſtquam poculis indultum eſt ſatis, onuſti vino ad ſuos quiſque lares reuertuntur. Hic in ſuum ſe recipit cubiculum: & vt quieti ſe daret, veſtes detrahit, ad linteum induſium inde vino, ſomnoque victus, vt erat ſeminudus, in menſam, quæ poſita erat in cubiculo dormitabundus ſe acclinat, innixus cubito. Interim miſero alto ſopore preſſo ardens candela cauſa admota induſium inflammat, idque peruadit totum non ſentienti. Concepta flamma expergiſcitur, ſtridem ſemiuſtulatus. Exclamat amens, horrendis vocibus familiam conciet. Cumq; ſe è flammis exuere non poſſet, humi prouoluitur, ſi forte preſſu corporis flammas opprimeret. Nihil proficitur. Flamma jam valida magis ſæuiebat, accurrunt familiares; miſerum adoleſcentem, quas fruſtra male vitarat ante cœnam, poſt cœnam flammis vident abſumi. Perculſi pauore, periculo tamen audaciam faciente, licet ſeram, aliquam tamen opem ferunt pertinaceſq; flammas qua poſſunt ratione reſtinguunt, conſumpta ſindone, cute corporis jam penitus ambuſta. Et eſt quidem ille præſenti periculo ereptus, ſed incendij vis tam alte viſceribus inſederat, vt nullis remediis coerceri potuerit, quo minus affatæ cutis tabes intus ſerpens, acerbiſſimo cum ipſius cruciatu etiam vitalia depaſceret. Itaque octauo die, eadem pæne hora, qua in eandem calamitatem inciderat, conſumptus eſt. Sed nec ea quidem vitæ licentia, totque ac tantis offenſionibus ſanctiſſima Mater irritata, eum, qui ſe aliquando in ſuam tradiderat clientelam, deſeruit. Tanti refert prima ætatis initia illius ſanctiſſimo cultui addicere. Quin tam acerbo oppreſſum caſu alumnum ſuum, quondam ſibi carum licet in præſens æſtu quodam abductum, ita ſua diuina luce illuſtrauit, vt ille ad reſipiſcendum eam ſe amicitiam, ſolutiſſimæ, quam duxerat, vitæ aſtigandæ diuinitus immiſſam fatereretur. Ita ſummam dolorum acerbitatem, quibus vndiq; e membra omnia continenter vrebantur, magna ſignificatione pietatis non patienti ſolum, & æquo animo, ſed etiã libenti pertulit, & cum in rebus omnibus toto illo tempore tum maxime, cum ad ſacramenta ex ipienda ſe pararet, magna ſig a dedit pietatis. Speramus eius animam, diuinæ ſinu matris exceptam, relicto Sodalitio vitam illud addiderunt, vt ardentibus tedis aut ſarmentis accenſis, tanquam Oreſtem furiæ, modo hunc, modo illum ex ſuo numero eximptoniſo adorirentur, flammis circumſiſterent, corpus amburerent, ni propere cœnam expediret. Cumque multos jam furioſa illa alea in orbem percurriſſet, die, qui Purificationis Virginis feſtum inſequitur, hunc miſerum nihil minus cogitantem ebrioſa illa turba tedatorum derepente opprimit, homini flammas admouet: cœnam exigit: paratur, expediuntur pocula, poratur in multam noctem. Poſtquam poculis indultum eſt ſatis, onuſti vino ad ſuos quiſque lares reuertuntur. Hic in ſuum ſe recipit cubiculum: & vt quieti ſe daret, veſtes detrahit, ad linteum induſium inde vino, ſomnoque victus, vt erat ſeminudus, in menſam, quæ poſita erat in cubiculo dormitabundus ſe acclinat, innixus cubito. Interim miſero alto ſopore preſſo ardens candela cauſa admota induſium inflammat, idque peruadit totum non ſentienti. Concepta flamma expergiſcitur, ſtridem ſemiuſtulatus. Exclamat amens, horrendis vocibus familiam conciet. Cumq; ſe è flammis exuere non poſſet, humi prouoluitur, ſi forte preſſu corporis flammas opprimeret. Nihil proficitur. Flamma jam valida magis ſæuiebat, accurrunt familiares; miſerum adoleſcentem, quas fruſtra male vitarat ante cœnam, poſt cœnam flammis vident abſumi. Perculſi pauore, periculo tamen audaciam faciente, licet ſeram, aliquam tamen opem ferunt pertinaceſq; flammas qua poſſunt ratione reſtinguunt, conſumpta ſindone, cute corporis jam penitus ambuſta. Et eſt quidem ille præſenti periculo ereptus, ſed incendij vis tam alte viſceribus inſederat, vt nullis remediis coerceri potuerit, quo minus affatæ cutis tabes intus ſerpens, acerbiſſimo cum ipſius cruciatu etiam vitalia depaſceret. Itaque octauo die, eadem pæne hora, qua in eandem calamitatem inciderat, conſumptus eſt. Sed nec ea quidem vitæ licentia, totque ac tantis offenſionibus ſanctiſſima Mater irritata, eum, qui ſe aliquando in ſuam tradiderat clientelam, deſeruit. Tanti refert prima ætatis initia illius ſanctiſſimo cultui addicere. Quin tam acerbo oppreſſum caſu alumnum ſuum, quondam ſibi carum licet in præſens æſtu quodam abductum, ita ſua diuina luce illuſtrauit, vt ille ad reſipiſcendum eam ſe amicitiam, ſolutiſſimæ, quam duxerat, vitæ aſtigandæ diuinitus immiſſam fatereretur. Ita ſummam dolorum acerbitatem, quibus vndiq; e membra omnia continenter vrebantur, magna ſignificatione pietatis non patienti ſolum, & æquo animo, ſed etiã libenti pertulit, & cum in rebus omnibus toto illo tempore tum maxime, cum ad ſacramenta ex ipienda ſe pararet, magna ſig a dedit pietatis. Speramus eius animam, diuinæ ſinu matris exceptam,* relicto Sodalitio vitam illud addiderunt, vt ardentibus tedis aut ſarmentis accenſis, tanquam Oreſtem furiæ, modo hunc, modo illum ex ſuo numero eximptoniſo adorirentur, flammis circumſiſterent, corpus amburerent, ni propere cœnam expediret. Cumque multos jam furioſa illa alea in orbem percurriſſet, die, qui Purificationis Virginis feſtum inſequitur, hunc miſerum nihil minus cogitantem ebrioſa illa turba tedatorum derepente opprimit, homini flammas admouet: cœnam exigit: paratur, expediuntur pocula, poratur in multam noctem. Poſtquam poculis indultum eſt ſatis, onuſti vino ad ſuos quiſque lares reuertuntur. Hic in ſuum ſe recipit cubiculum: & vt quieti ſe daret, veſtes detrahit, ad linteum induſium inde vino, ſomnoque victus, vt erat ſeminudus, in menſam, quæ poſita erat in cubiculo dormitabundus ſe acclinat, innixus cubito. Interim miſero alto ſopore preſſo ardens candela cauſa admota induſium inflammat, idque peruadit totum non ſentienti. Concepta flamma expergiſcitur, ſtridem ſemiuſtulatus. Exclamat amens, horrendis vocibus familiam conciet. Cumq; ſe è flammis exuere non poſſet, humi prouoluitur, ſi forte preſſu corporis flammas opprimeret. Nihil proficitur. Flamma jam valida magis ſæuiebat, accurrunt familiares; miſerum adoleſcentem, quas fruſtra male vitarat ante cœnam, poſt cœnam flammis vident abſumi. Perculſi pauore, periculo tamen audaciam faciente, licet ſeram, aliquam tamen opem ferunt pertinaceſq; flammas qua poſſunt ratione reſtinguunt, conſumpta ſindone, cute corporis jam penitus ambuſta. Et eſt quidem ille præſenti periculo ereptus, ſed incendij vis tam alte viſceribus inſederat, vt nullis remediis coerceri potuerit, quo minus affatæ cutis tabes intus ſerpens, acerbiſſimo cum ipſius cruciatu etiam vitalia depaſceret. Itaque octauo die, eadem pæne hora, qua in eandem calamitatem inciderat, conſumptus eſt. Sed nec ea quidem vitæ licentia, totque ac tantis offenſionibus ſanctiſſima Mater irritata, eum, qui ſe aliquando in ſuam tradiderat clientelam, deſeruit. Tanti refert prima ætatis initia illius ſanctiſſimo cultui addicere. Quin tam acerbo oppreſſum caſu alumnum ſuum, quondam ſibi carum licet in præſens æſtu quodam abductum, ita ſua diuina luce illuſtrauit, vt ille ad reſipiſcendum eam ſe amicitiam, ſolutiſſimæ, quam duxerat, vitæ aſtigandæ diuinitus immiſſam fatereretur. Ita ſummam dolorum acerbitatem, quibus vndiq; e membra omnia continenter vrebantur, magna ſignificatione pietatis non patienti ſolum, & æquo animo, ſed etiã libenti pertulit, & cum in rebus omnibus toto illo tempore tum maxime, cum ad ſacramenta ex ipienda ſe pararet, magna ſig a dedit pietatis. Speramus eius animam, diuinæ ſinu matris exceptam,*

Flammis ambuſtus moritur Sodalitatis deſertor.

Pietas Dei matris in Sodales etiã delicios.

non alio fortaſſe, quam quo illi depaſta vita eſt, incendio ad ſui expurgationem eguiſſe.

TIT. XLV. De roſarij pietate admiranda.

EXEMP. I. *S. Clara orationes Dominicas lapillorum congeriem Domino annumerabat.*

In vita eius cap. 2. apud Sur. 12. Aug.

S. Clara virgo clariſſima in Sanctorum album ab Alexandro IV relata, poſtquam rerum piarum odore aſperſa vitam cœlibem agere cœpit, ſtudium orationis illi amicum fuit. Quia vero ſignacula quę nos roſaria vocamus, ad manum non habebat, quorum euolutione orationes Dominicas recitaret, eas lapillorum congeriei Domino annumerabat.

II. *B. Mariæ gratiſſimam eſſe recita. di Roſarij conſuetudinem, & eiitanti utiliſſimam, ſi puro corde fiat.*

Ex Alberto Caſtellano lib. de Roſario Guitrel. Baldeſan. li. 3. de virt. adoleſc. c. 12. Exemplum notatu dignum.

Laudatiſſima eſt inter Catholicos quotidiana recitandi roſarij conſuetudo. Oſtendit autem B. Virgo certiſſimis, plurimiſque indicijs, quam ſibi grata eſſet iſta pietatis exercendæ ratio: frequenter enim in periculis aut calamitatibus preſentem eius opem experti ſunt, qui conſuetudinem hanc vſurparunt: In primis vero adoleſcens quidam, cui ſic aliquando B. Virgo apparuit, vt potionem illi ſuauiſſimam calice immundo bibere dare videretur. Admiratur adoleſcens, quid hoc rei ſit. At Virgo cui gratior puritas & ſalus animi eſſet, quam quod ab illo quotidie percurrebatur Roſarium: Vide, inquit, fili: preces roſarij tui ſunt mihi gratiſſimæ, ſed calix quo porrigis, eo quod tu minus puriter viuas, auerſioni mihi atque horrori eſt. Quibus verbis permotus ita eſt adoleſcens, vt continuo nouam & meliorem viuendi rationem iniuerit.

III. *Alanus Rupenſis annulo à Deipara Virgine donato ad roſarium prædicandum inuitatur.*

Ex Alano Rupenſi lib. quem compoſuit de Roſar. 10. Boniſ. lib. 2. de hiſt. virginal. cap. 15.

Cum Roſarij roſæ defluerent, ac feruor intepeſceret, quem quondam Eloyſius Carthuſianus acceſſerat, quo ſæuiſſimam Germaniæ peſtem Roſarij medicina fugaret, quemque Diuus Dominicus olim maxime inflammauerat, Deipara Virgo animorum medicinæ inuentrix, expulſtixque morborum, Alano mandauit, vt Roſarij ſodalitates rurſus aggregaret; quo autē ad id muneris paratior & promptior redderetur, concionib. adiutricem ſe fore Virgo promiſit, edituramq; miracula: Quorum vnum annuli fuit, quem ex digito virginali detractum, deque ſanctiſſimi ſui capitis crinibus capilliſque contextum Alano dedit induendum. Quo ille dono erectus, ac recreatus annos quindecim Roſarij concionator fuit, diuinoſque flores variis mundi locis ſparſit, qui odorem ſuauiſſimum exhalarunt.

II. *De prole virtute Roſarij Blanchæ Reginæ à B. Dominico impetrata.*

Ex eodem Alano S. raph. Razium in hortulo exempl. tit. de B. MARIA. §. 26.

Cum concionaretur Patriarcha D. Dominicus cum magno feruore in Regno Franciæ, Chriſtianiſſima Regina nomine Blancha rogauit ipſum, vt vellet ſibi orationibus à Deo impetrare filiolum: S. vero Dominicus reſpondit: Regina, te exhortor, vt recites Roſarium B. Virginis Mariæ, & compares tibi multa Roſaria, deſque iis, qui volent legere, promittens ipſi his verbis: Regina ſpera in Deo, quod ſi hoc feceris, & fueris deuota B. Virgini, Deus per ipſius preces, & aliorum, qui legent hoc Roſarium, dabit tibi filium ſibi carum virumq; Sanctum. Hoc facto deuota Regina tempore ſtatuto peperit filium qui fuit Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus, inter ſanctos relatus, ob ſuam virtutem, opera, & miracula. Blanchæ Reginæ prolem impetrat B. Dominicus.

V. *De Alano milite Sodali B. Virginis, qui cum paucis Catholicis ingentem hæreticorum numerum eiuſdem B. Virginis auxilio fugauit.*

Ex eodem Alano Guil. lib. Pipinus tractatu de Roſario B. Virg.

Eodem tempore, quo idem B. Dominicus pugnaret contra hæreticos Albigenſes: & Rex Francorum Ludouicus nomine, pater ſancti Ludouici, armis eoſdem impugnaret, fuit in exercitu ſuo quidam miles de Britania oriundus, prope oppidum Dinauenſe, Alanus nomine, qui audita prædicatione beati Dominici mirum in modum commendantis confraternitatem Roſarij B. Virginis, in animo ſuo concepit effici Sodalis illius. Quod & impleuit: Nam per ſingulos dies dicebat deuote, & genibus flexis tria Roſaria, meditando quæ prius dicta ſunt: & illis ſimilia. Huic itaque militi Chriſto, & B. Virginis mirabilia contigerunt virtute huiuſmodi Roſarij ſeu pſalterij: Nam cum ſemel eſſet in bello cum valde paucis fidelibus, effetque à maxima multitudine hæreticorum concuſſus, ita vt jam fugatus reſiſtere ſuis opitulari non valeret, illi adfuit Mater miſericordiæ, Virgo ſanctiſſima Maria cum centum & quinquaginta lapidibus; quos, vt ſibi videbatur, contra hoſtes mirabili cum impetu coniecit, & ſic eos in fugam conuertit; nonnullos tamen in terram proſtrauit, & ſic cum tali victoria dictus miles cum ſuis liberatus eſt. Tandem ergo ad patriam ſuam reuerſus, cum valde potens eſſet, fundauit conuentum Dinauenſe Ordinis fratrum Prædicatorum, viuente adhuc beato Dominico: ibique receptus eſt ad habitum Ordinis, qui demum factus eſt Prædicator deuotiſſimus: Et tandem poſtquam variis in locis Pſalterium prædicaſſet, obiit in conuentu Aurelianenſi. Poſt cuius mortem, os, & manus inſtar cryſtalli claruerunt. Sodalibus ſodalitatis latur beata Dei mater.

VI. *De litis ſententia in fauorem viduæ virtute Roſarij à Iudice prolata.*

Io. Boniſ. hiſt. Virgin. mal. lib. 2. cap. 15.

Mulier quædam inops, atque egens cum aduerſario potentiſſimo litigabat, cui pro opibus & gratia & litem prorogare, & leuiſſimi judicis animum donis corrumpere licuit. Cum vero egentiſſima fœmina communi tenuiorum ſorte deprecatore ac pa-

tronq

mono careret, ad eam Reginam confugere statuit, cui orborum, ac viduarum solitudo curæ est. Orataque virgine & recitato Rosario breui causam obtinuit, non tamen sine diuinę virtutis auxilio, & miraculo præclaro præpotentis Dei. Ter enim iudex iniquus sententiam ex scripto pronunciare aggressus, ter à Virgine reuocatur, & contra atque ipse vellet conuersa lingua secundum inopem mulierculam coactus est proferre sententiam.

VII. *De dæmone rosarii præsidio à corpore puellæ expulso.*

Ex lit. Ludouici Frois de rebus Iap. an. 1596. Martin. Delrio de Magia.

Nobilis quidam homo, olim magna auctoritate in hoc regno Fungano pollens, habebat filiam matrimonio cũ Gentili copulatã, cuius mater cũ tota familia quoq; erat Gentilis, nullus vero Christianus, nisi dictus nobilis, vir bonus & religiosus. Accidit filiam ex improuiso infirmari, & quidem intra sex dies vsque ad mortem: quidam aiebant à dæmone obsessam, propterea quod tam furiosos & insolitos gestus ederet vt ægre à duobus vel tribus hominibus teneri posset. Maritus & socer imploratum opem Bonziorum, sed suis illi ritibus & nugis superstitiosis ne hilum quidem eam iuuare potuere. Verum quia fœminæ impendebat mors, certiorem reddidere eius parentem octodecim milliaribus inde disiunctum. Is celerrime aduolat, inuenit filiam quidem spirantem, sed mentis impotem, vt patrem suum non agnosceret. Pater illico mandat submoueri omnes Bonzios, aliosque Ethnicos lectum stipantes: ipse vero accepto Rosario ter Dominicam orationem & salutationem Angelicam aggreditur pronunciare: fœmina interim nihil mutauit, sed horribiliores potius gestus, quam prius, edidit, vt à multis teneri vix posset. Pater redit ad præsidium Rosarii: eo verberat tergum filiæ, dicens: Tu desere mihi dæmon aliquis, excede ex hoc corpore: & respondit dæmon: Non excedam Pater, vt erat homo virtute præstans, Rosarium iniicit in eius collum, dicens: Velis nolis, excedes. Tũ dæmon: Tollite, inquit, Rosarium, quia abscindit mihi collum, & nunc excessero. Respondit Pater: Minime tollam imo funes quosdam arripiens minatus est sic cum diuerberaturum, & sic excessit.

Rosarii vis cum oratione.

VIII. *Dæmoni coronam beatissimæ Virginis displicere.*

Ex Annal. Societ. an. in 1593. de Prouincia Mexicana.

Adolescenti cuipiam, quem diabolus omni ope irretire conabatur, confessio saluti fuit. Hunc dæmon primo oblata eximia mulieris specie illexit, blandissimisque captum extra Vrbem in remotissimum ab arbitris locum multa iam nocte seduxit. Ibi hominem magnopere monere, orare, postremo imperare, vt B. Mariæ coronam, quam circumferebat, statim abiiceret, si sua forma frui vellet; mirari adolescens, qui corona in veste abdita illi suboluisset cur tantopere B. Virginis cultus inuisus esset. Ad extremũ suspicatus id quod erat, illũ diabolũ esse, omnino negat se id esse facturum. His Satan vbi nihil impetrat, ira furens, abiecta mulieris forma, sese in horribilem beluam conuertit, & vnguibus, cornibusque attonito rei nouitate adolescenti exitiũ minatur. Sed furor vltra minas progressus non est, B. Maria belluæ impetum prohibente; ille autẽ metu quidem exanguis sed tamen incolumis, sese inde proripuit. Nihilo secius illi dæmon alias alius specie insidias struere instituit, ac modo aurum, modo voluptatum illecebras obiiciens, incautum subinde captabat. At ille vt se aliquando his molestiis, ac periculis liberaret, nostrum sacerdotem adire constituit: Huius suasu sacramentis armatus omnes importunissimi aduersarii conatus elusit. Ita adolescens B. Virgini deditus eius secundum Deum opo præsens periculum vitauit.

Dæmoni odiosum.

Adolescens qua ratione vincit dæmonem.

IX. *De facillima & vtilissima Rosarii orandi ratione.*

Martin. Nauarr. Miscellaneo. 24.

Doctissimus vir Martinus Nauarrus, cum sexaginta amplius annos consuetudinẽ habuisset quotidie recitandi rosarii, negat se melius quicquam hac exercitatione reperisse: vt antequam decadem aliquam inchoes, mysterium, quod in ea meditandum est, breuiter in memoriam reuoces; retinendũ postea, dum decadem absoluas. Deinde sub initium orationis Dominicæ, Deum velut præsentem animo subiicias, vt Patrem subinitium salutationis Angelicæ, B. Virginem, vt matrem absoluta decade, quasi animi recreandi causa, hisce verbis ad gratulationem te excites, *Decies millies te benedicant*; Virgo Mater gloriosa Maria, omnes Angeli, & Archangeli, &c. cum quibus speramus te aliquando cernere, colereque in cœlo, Amen. Deinde post secundam decadem, *Vicies millies te benedicant*, Virgo Mater gloriosa, omnes sancti Patriarchæ, Innocentes, & S. Ioannes Baptista, & omnes Sancti antiqui Testamenti. Post tertiam. *Tricies millies te benedicant* Virgo Mater gloriosa, omnes sancti Apostoli, Discipuli Domini, Euangelistæ, omnes Martyres glorioſi, &c. Post quartam: *Quadragies millies te benedicant* Virgo Mater gloriosa, S. Anna mater tua, & Mariæ sorores tuæ amicissimæ tibi Magdalena, Martha, & omnes sanctæ Martyres, Virgines, Viduæ, cõiugatæ, cum quibus speramus te aliquando cernere, colereque in cælo, Amen. Atque hæ gratulationes repetendæ, tum in prima Rosarii parte, quæ læta mysteria B. Virginis continet: tum secunda, quæ luctuosa; tum tertia, quæ gloriosa, in singulis decades suis laudib. distributis.

X. *Impugnantes Rosarii pietatem horrendis modis puniuntur.*

Ioannes Lopesius l. 1. c. de Rosario c. 15. Anno Do. 1472.

Anno Dominicæ incarnationis millesimo quadringesimo septuagesimo secundo, senescentem Rosarii pietatem D. Dominici sectatores, iubente Deipara, Coloniæ renouandam curarunt. Procedẽte eorum industria, & Sodalium augescẽte numero prospera Rosarii principia duob. illius vrbis cõcionatori-

natoribus ingrata & iniucunda fuerunt. Honorabat concionatorum hoc par, & celebrabat maxime populus ob eloquendi artem, &c. ideoque ad horum vtriusque concionem audiendam innumera multitudo confluebat. Igitur Rosarii crescentis inuidia tacti, piũ illum ita precandi morem vituperare adorti, seque versute ac veteratorie in auditorũ animos insinuantes, Rosarii religionẽ & sanctitatem perfidiose impieque vexarunt. Alter enim eorum incredibili audacia cum Sodalitatis pernicie & sacri iniuria Rosarii è superiore loco multa iactauit, multa impudenter effutiuit, quibus retardati quam plurimi & ab ea pietate deterriti, partim Sodalitatem, quam iam coierant, deseruerunt, partim ineundæ consilia prorsus abiecerunt: Sodalitas ergo, quæ multos numerabat, ad paucos redacta, solitudinem deplorabat. Cũ vero nugator ille quosdam animaduertisset, Rosarii adhuc tenaces esse, & Sodalitia frequentare ad eam religionem funditus euertendã & eius exinanienda Collegia, cõcionem in proximum Dominicum diem applausu auditorum indixit, in ea se monstraturum, quam esset inani & futilis ea religio. Aduenerat dies, populusque in maximam concionis expectationem adductus, templum omne compleuerat; cum eundi tempus esset neque tamen Orator appareret, quæsitus à suis inuentus est mortuus. Nam proximi sabbathi nocte, cum sanus & valens decubuisset, & minacem illam concionem habiturus esset, Dei iudicio omnia contentis ac regentis repente obiit nullo teste, nullo adiutore, nemine, qui salutifera IESV & Mariæ nomina identidem inuocaret, assistente. Alter ille Orator erroris concors & socius. Rosarii exagitator impius, illud humanitus euenisse censens, mortui consiliorum se professus hæredem, Rosarii reliquias delere constituit, & in eum finem concione aduocauit; dumque is suggestum parat ascendere, tota vrbe inspectante, paralysi repentina correptus in terram subito concidit, integra tamen Dei beneficio mente. Quo infantique relinquitur. Cum igitur intellexisset improbari Rosarii se pœnas meritas dare & supplicii causam agnoscere esse iustissimam, cæli Reginã, cũ voce non posset animo & corde compellat, lenissim æque Matris opẽ moratus implorat, & linguam Deipara postulat quæ prædicet, dissuadetque Rosarium, quod furiis agitatus impugnasset. Impias ac nefarias conciones, commendandi pro dignitate. Rosarii tum assiduitate, tum alacritate & studiose correcturum esse promittit, diligentioremque fe ad restituendã Sodalitia fore, quam fuisset ad euertenda furiosus. Vix sponsionem votumq; finierat, cum vox illi linguaq; redditur, & valetudo priſtina reparatur. Inde ad suggestum lætus ascendit, & illa maxima frequentia Rosarii laudes suauissime verissimeque prosequitur, taleque ei pietatis testimonium dedit qualis eius esse oportebat, qui beneficio tanto & tam grauiter tum tuo periculo, tum supplicio incolumis euasisset.

Rosarii impugnator subito morte corripitur.

Paralysim incurrit alter.

Miraculum.

TIT. XLVI. De Cantico, Salue Regina.

EXEM. I. *De Cantico, Salue Regina, tempore D. Bernardi Spiræ decantato.*

HErmannus ille, qui propter membrorum ſtuporem contractus est dictus, ad eam nobilitatem, quã generis dederat claritudo (quippe Veringensis Comes) doctrinæ, & sanctitatis decus adiunxit. Ex huius namq; illustris, religiosisq; viri scriptis celebre illud Canticum, Salue Regina, iustissimis de causis memoratur. Nam præter Virginis præconia ipsã etiam antiquitate commendatũ est. Siquidem anni plus quingenti numerantur, ex quo hic Cantus prodiuit in lucem: quem à doctis examinatum, à sapientibus explanatũ, ab vtriſq; approbatum mater vsurpat Ecclesia. Fauentibus superis hoc carmen decantari constat. Nota illa historia, diuum Bernardum Abbatem Clarauallensem, Apostolicæ sedis legarum, cum Spiram venisset, quæ Germaniæ imperialis est ciuitas, à clero & populo cum triumpho exceptũ & ad primariã ædẽ Deiparæ sacrã deductũ, & in ipso aditu, Salue Regina, esse cantarum Bernardo ter tribus in locis genua esse deflexa, & in primo quidẽ, O clemens, in altero, O pia, in tertio, O dulcis Virgo Maria, voce clara responsum. In cuius rei memoriam hodie cereæ laminæ ternæ visuntur, in quibus quo ordine Bernardus cecinit inscripta sunt verba. Quin & quotidie in Spirensi hoc tẽplo canatũ Salue Regina cũ melodia cõcinitur, ipsique hæretici, quorum magnus est numerus, ad huius sacri hymni modulatum canticum audiendum Costero teste, libenter accedunt.

Guilhelmus Eisengrenius in Chron. Spir. Petr. Canis. de B. Virg. lib. 5. c. 13. Io. Naucler. vol. 2. Chronog. Gener. 89. an Dom. 1142.

D. Virginẽ salutat D. Bernardus.

II. *De mulier pene per septem dies puerperio laborante per Salue Regina liberata.*

D. Bona. in vita B. Francisci ci. ca. 20 liberatis à periculo partus.

MUlier quædam de partibus Aretinis iam dies septem grauissime cruciata, cum præ tormento nigrum induta colorem desperaretur à medicis, diuũ Franciscum, qui iam diem suum obierat, confidenter inuocauit, votiq; promissione facta dormiuit. In quiete beatum pauperum Patriarcham vidit, se humanissime consolantem, deoque illa percontantem: Agnoscis me? & canticum, Salue Regina ad implorandum Deiparæ tenens auxilium? cum illa se vtrumque nosse respondisset, (nam Franciscum vel de facie nouerat, si eius vixit ætate, vel vulnera prodidunt ea se forma ostendentẽ, qua pingitur) Exordire igitur Antiphona Salua, Franciscus ait, qua necdũ perfecta salua & incolumis partũ effundes. Ad hanc vocem experrecta mulier, & admonitionis memor cel. bem Ecclesiæ cantũ, Salue Regina, pronunciat, inque verbis illis, & IESVM benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, puerum enixa illum dolóribus liberata peperit, ac Reginæ misericordiæ gratias egit, quæ Diuum interuenientem Francisci pietatisque virgineæ vim post mortem magistro manum sibi porrexit salutarem.

III. *Soror*

III. *Soror Clementis P. IV. vidit B. Virginem in capite processionis, offerentem filium, dum cantaretur Salue Regina.*

Ex D. Antonino 3. p. Chron. tit. 2. cap. 1. in f. Antonius Sen. in f. in Chron. Prædicat. decad 5. in fine.

Pia quædam matrona & venerabilis, soror summi Pontificis Clementis IV. dum aliquando Fratres nostri post completorium antiphonam illam, Salue Regina, cantarent, & ad illius partem peruenissent, qua dicitur, & IESVM benedictum fructum, &c. vidit beatam Virginem in capite processionis supereleuatam, offerentem filium, vt paruulum quem gerebat, Fratribus ipsis. Cum etiam ad finem antiphonæ eiusdem, dicendo, Maria, fese inclinarent Fratres, vidit etiam eandem B. Virginem inclinantẽ & resalutantem eos, vt testatur D. Antoninus.

IV. *Crocodilus Indum irridentem euntes ad templum, vt audirent cantari Salue Regina, interimit.*

Ex Annal. Insularum Philippin. per P. Franc. Varez. an. 1601. in Residentia Antipolana.

Referunt Insularum Philippinarum literæ annuæ, in residentia Antipolana inductum fuisse alicubi vsum toto anno cantandi in honorem Deiparæ Virginis canticum Salue Regina, & feria sexta Quadragesimæ post lectionem spiritualem faciendi disciplinam in ecclesia. Cum igitur Indi quidam more in calidis regionibus consueto, in flumine se abluentes exaudirent campanæ signum dari ad Salue & disciplinam, mox se amnis tu resumpto in viam dederunt. Vnus solus resistit, & irridens socios idiomate suo dixit: Acoiouan, id est, Afferte mihi inde aliquid: quæ formula est apud ipsos irridendi: digressis aliis, ecce solum Crocodilus (quod animal in his regionibus est admodum ferox, & carnis humanæ percupidum) inuadit & interimit, antequam illi subsidium corporale vel spirituale suppeditari posset. Id vero admiratione non parua dignum fuit, cũ bellua hæc admodum voracis sit, hominesque occisos vel totos deuoret, vel pedem aut manum saltem auellat, hunc tamen integrum & illæsum reliquerit, quod Indi attribuere virtuti decantati Salue & factæ disciplinæ.

Irridentis res sanctas vltio.

Crocodili natura.

TIT. XLVII. Recte in honorem Deiparæ Virginis templa erigi.

EXEMPLA I. *D. Petrus Apostolus in Oriente templum, in honorem B. Virginis erigit.*

Guill. Tyrius lib. 2. de bello sacro cap. 3.

ARADO insulæ, quam Aradius filius Chanaan, nepos Noë primus inhabitasse, & in ea vrbem munitissimam sui nominis ædificasse dicitur, ab Oriente vicina est ciuitas olim valde nobilis, quæ ex eo quod prædictæ ciuitati è regione opposita est, Antiadon, hodie vero corrupta nuncupatione Tortosa dicitur: vbi Apostolus Petrus Phœnicem circumiens in honorem Dei genitricis dicitur Basilicam fundasse modicã, quæ multo populorum vsq; hodie frequentatur accessu: & vbi diuinitus per eiusdem semper Virginis intercessionem multa dicitur indigentibus fidelibus præstari beneficia.

II. *D. Iacobus Apostolus templũ Dei genitrici dedicauit.*

Ex Ep. Calixti Pap. de transl. ipsius. Petr. Anton. Beuter. in Chro. Hisp. c. 33. Io. Vasæus & alii.

D. Iacobus Apostolus filius Zebedæi in Hispania prædicauit Euangelium Christi, & in tota prouincia nouem duntaxat ad fidem nostram conuertisse dicitur. Cuius prædicationis tempore in ciuitate Cæsaraugustana templum Virgini matri dedicauit, ipsius admonitu, quod vulgo dicitur Neustra Senora del pilar, etiam hodie plurimis nobilitatum miraculis. Atque hæc fuit prima Christianorum toto orbe ecclesia, vt est constans à multis retro seculis ac perpetua fama & memoria. Causam autem huius templi à diuo Iacobo in honorẽ B. MARIAE erecti altius repetemus. S. Iacobus Maior Cæsaraugustæ agens, cum angeretur, quod septennio degisset in Hispania & nouem duntaxat conuertisset, vrbe sub vesperam egressus ad ripam Ebri fluminis, ibi videt Deiparam columnæ marmoreæ insistentem, multis constipatam Angelis, hymnos suauissime cantantibus (qui eam columnam Hierosolymis apportarant) D. Iacobum his verbis consolantem: Quod viuens multos non feceris discipulos, post mortem efficies. Iussit ibi extrui sacellum, addens se illius loci tutelam susceperisse. Ita P. Franciscus Arias refert lib. de Imitatione B. Virginis c. 20. & P. Pet. Ribadeneira de Vitis Sanctorum, ita S. Iacobi Apostoli, 25. Iul.

B. Virg. adhuc viuens D. Iacobo in Hispania apparet.

III. *De templo à Cyro Smyrnensi Episcopo in honorem beatissimæ Virginis.*

Nicephor. lib. 14. hist. eccle. c. 16. apud Bzov. tom. 6. an. 446.

Cyrus vbi Constantinopolitanæ Præfectus, postea in sedem Smyrnensem promotus, templum Dei genitrici dicauit, quod Cyri dicitur: in quo fama est, Romanum illum cantorem eximium propter carmina dicantata, honorem & præmium virturis à Deigenitrice recepisse: Templum a id huiusmodi occasione isthic est erectum. Cupressus in eo loco ingens & procera fuit, in qua superioribus temporibus, nescio quomodo, imaginem Dei genitricis quidam occultauit. Cum autem multum præteriisset temporis, & imago lateret, ipsa seipsam indicauit. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atq; fax vna ardere visa est, & ingens etiam miraculorum vis obscura & latenti efficacia manauit. Vbi autem quidam curiositate laudata arborem conscendit, imago, ea, vnde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ei honorem habens, pulcherrimum & maximum Dei Genitrici construxit templum.

Templum curã Cyro B. Virgini dicatum.

IV. *Ob qua beneficia Ecclesia Dei genitrici sit à Iustino Iun. Imper. ædificata.*

Ex vetus. Annal. Baron. to. 7. ad an. Christi 577. 5.

Cum Iustinus Imperator vastari à Persis audiret Imperium, ad conciliandum sibi diuinum numen Dei Genitrici Mariæ templum erigendum curauit, de quo ita hoc anno eiusdem Imperii duodecimo in Miscellan. Iustinus Imperator synagogam Iudæorum, quæ erat Constantinopoli in Chalco, pretiis ablatam, ab eis, fecit ecclesiam Dominæ nostræ sanctæ Dei Genitricis, quæ est proxima magnæ ecclesiæ. Quænam autem sit Iustinus à Deo ob pie factum beneficia consecutus, idem auctor mox ad-

Ecclesia B. Virginia Iustino ædificata.

dit: mirum, quod cum deliquio mentis laboraret, ob idque res Imperii in summo essent discrimine positæ, tantum Dei genitrix præstitit sanitatis, vt dilucido intervallo potitus, cunctis recte dispositis, statum Reipublicæ in tuto collocaret, accito sibi Tiberio in collegam.

V. *Stephan. Rex ecclesiam luculentissimam in B. Virginis honorem construit, dotat, priuilegiisque maximis donat.*

Chartuisius in vita eius, apud Baron. tom 11. an. 1001. 12.

Stephanus Vngarorum Rex fidelis & integer in omnibus factis suis, Deo toto pectore deditus & addictus, seipsum quoque & regnū suū per votum & oblationem in perpetuæ Virginis Mariæ tutelam assiduis precibus contulit. Cuius sanctissimæ Virginis honor & gloria tam est celebris apud Vngaros, vt festum Assumptionis eius, tacito proprio nomine, sua lingua diem Dominæ appellent. Atq; vt Rex piissimus propensiorem tantæ Virginis defensionē & patrocinium posset promereri, in ipsa Regiæ sedis ciuitate, quam Albam vocant, in eiusdem perpetuæ Virginis laudem & honorem, grandem & insignem atq; in primis celebrem Basilicam condidit, opere sane mirifico, cælatis chori parietibus, & pauimento marmore strato. Quam Basilicam qui vidit, testimoniū perhibet dictis nostris, innumera illic haberi palliorū, & eorū quę parameta vocāt, genera; tabulas altarium non paucas ex auro purissimo, pretiosissimorum lapidum ordinibus conspicuas: Eucharistiæ ædiculam, quam ciboriū dicunt, arte mirabili supra Christi mensam extructā: conclaue omni genere vasorum crystallinorum, onychinorum, aureorum, & argenteorum abunde refertum. Tantæ vero elegantiæ ecclesiam vsq; adeo Rex sibi vni vindicauit, adeoque immunem esse voluit, vt nullus Episcopus quidquam in ea iuris haberet. Quibus autem diebus absolutio est pœnitentibus impendenda, aut sacrum chrisma conficiendum, cum Episcopum voluit in ea absoluere pœnitentes, & chrisma conficere, quem ipse vel præsens id facere iuberet, vel quem absens eo mitteret. Diuina quoque Missarum solemnia, Rege illic præsente eum duntaxat Episcopum celebrare, cui Rex consentiente cum Fratribus Præposito, id demandaret: absente autem Rege absq; Præpositi & Fratrum bona venia, nullum Episcopum illic sibi vel Missas celebrandi, vel cuiuslibet pontificialis ministerii exercendi licentiam vsurpare. Præterea eius ecclesiæ populum tanta libertate & immunitate gaudere voluit, vt nulli omnino Episcopo decimas penderet, sed soli Præposito & Fratribus, prout ipse instituisset seruitium exhiberet.

Dei Genitrici dicata à Stephano Rege eccle-

Priuilegia ecclesiæ B. Virg. in Alba regali à Stephano Rege concessa.

VI. *De* MARIÆ *Dei Genitricis basilica in Gallia à Constantino Imperatore miraculose erecta.*

Greg. Tur de Gloria martyr. ca. 9. apud Baron. to 3. An 324. 125.

In pluribus Italię ciuitatibus viget adhuc memoria ecclesiarum à Constantino Imperatore summa impensa constructarum, vt & in aliis etiam Prouinciis itidem factum esse constat: & inter ceteras nobiles ab eo iussas ædificari basilicas, meminit Gregorius Turonensis de ea sanctissimæ Dei genitricis Mariæ ab eodē in Gallia excitata; in cuius erectione eiusmodi insigne miraculum accidisse testatur: Maria vero (inquit) gloriosa genetrix Christi, vt ante partum, ita virgo creditur & post partum. Quę Angelicis choris canentibus, in paradisum; Domino præcedente, translata est. Cuius basilica ab Imperatore Constantino admirabili opere fabricata Basilica in Gallia à Constantino erecta. reniderat: ad quam adductæ columnæ cum præ magnitudine leuari non possent, eo quod esset circuitus earum sex decim pedum; ac diebus singulis cassolabore fatigarentur: apparuit artifici sancta Virgo per visum dicens: Noli mœstus esse: ego enim tibi ostendā qualiter hæ queant eleuari columnæ. Et ei ostendit, quæ aptarentur machinæ, qualiter suspenderentur trochleæ, atq; funes extenderentur, illud addens: Coniunge tecū tres pueros de scholis, quorum hoc adiutorio possis explere. Quod cum ille vigilans, quæ præcepta fuerant, coaptasset, vocatis tribus pueris ab scholis, erexit summa velocitate columnas. Præstitum est populis spectare miraculum admirandum, vt quod multitudo virorū fortium leuare nequiuerat, tres pueruli absque virtute perfecti operis subleuarent.

Miraculum in basilica B. Virginis erigenda.

VII. *Genouefa Palatina ob beneficium à B. Virgine acceptum, ipsi templum consecratum curat.*

Ex Matr. Emmich, Doctore Theo. Carmelita, Io. Molano in Natalib. SS. Belgii. 2. Ap an. 1478.

In Diœcesi Trevirensi obiit Genouefa Palatina, hæc ducis Brabantiæ filia, velut altera Susanna suis temporibus emicuit pudicitia, & patientia, nec non deuotione erga Dei Genitricem. Cuius interuentu à Sifrido Romani Imperii Palatino masculam prolem concepit, antequam is ad barbaras nationes cum magno belli apparatu abiret. Abiens coniugem cum omni dominio defendendam tradidit militi forrissim, Golonoi: Sed miles primū blandiis, & fictis de morte mariti literis, deinde variis molestiis eius pudicitiam exagitauit nouissime redeunti viro omnia prospera esse dixit, præter thorum adulterio maculatum. Quare eam cum prole submergendam suggessit. Quod mox maritus ira percitus fieri decreuit. Sed famuli eam in nemore deseruerunt, & pro lingua eius ad Golonem attulerunt linguam alicuius canis. Interim velut altera Agar, cum prole per solitudinem vagatur, & antra inhabitat, lympha & herbis se sustentans: ab aduocata autem sua Deipara Virgine multiplicem consolationem capiens, per eius patrocinium etiam cerua quædam filiolo turgidas mammas exhibuit. Elapsis tandem annis sex, & mensibus tribus, maritus inter venandum in die Epiphaniarum vxorem cum prole reperit, & ex ei auricè vulneris in Brabantia accepti aliisque signis & verbis eam cum rugitu cognouit. Noluit autem illa cum marito congredi, nisi prius spopondisset ecclesiam eo loco ædificare Dei genitrici, quæ eam in tot aduersitatibus conseruauerat. Quod celerrime factum est, & constructam Hidulphus Episcopus consecrauit: appellaturque Vrouwekercke.

Golonis calumnia in B. Genouefam Palatinam.

Prudentia famulorum.

Puer lacte cerue educatus.

Templum à Genouefa ecclesia erectum.

TIT.

TIT. XLVIII. De imaginibus Deiparæ Virginis.

EXEMP. I. *De Ludouici Pij pietate erga imaginem B. Virginis.*

CAroli Magni filius Ludouicus non Imperij solum, sed multo etiã magis paternæ pietatis hæres, venerandam Deiparæ Virginis imaginem tanti fecit, vt eam, quocunq; iret, religiosissime circumferret: in venationibus ad arborem collocare juberet, vt eam è regione positam inter venandum crebrò videret, à tergo relictam subinde respectaret, ad eandem precaturus sæpe recurreret. Idem diuina monitus visione ad arboris truncum noui templi fundamenta jecit, opusq; illud sanctissimæ Virgini nuncupauit. Hicidem Ludouicus, qui Pij cognomen est assequutus, in Wormatiensi sub urbio monasterium condidit, & Deiparæ Virgini, quam incredibiliter adamabat, synceris affectibus oblatum Mariæ matris cœnobium appellauit.

Albert. Crantzius lib. 10. Metropol.

Ludou. Pij pietas erga imaginem Deip. Virginis.

II. *Ludouicus Bauarus Imp. Deiparæ imaginem suus brachiis ex Italia deportat, & in monasterio à se constructo reponit.*

Bauarus ille Ludouicus, iis, qui ita appellati sunt, numero quartus & ordine, Mariæ Virgini vsq; adeo deditus fuisse traditur, vt eius pulchram, quæ adhuc extat effigiem, ex Italia in Bauariam suis ipse manibus deportarit, & in monasterio Etalensi quod in assumptę Virginis laudem in mediis syluis extruxerat, pie ac religiosè collocarit.

Cum ibid.

III. *Constantinopolitani in obsidione Vrbis imaginem D. Virginis venerantes à Saracenis liberantur eiusdem Virginis patrocinio.*

Constat Imperatores Byzantinos in extruendis ornãdis, ac venerandis Mariæ templis, nullis peperciisse sumptibus, curamque diligentem adhibuisse. Vnde cum Bizantini suã vrbem à Saracenis aliquando grauiter obsessam cernerent, & hostes magnopere formidarent, non sine jeiunio & oratione, Virginisque Matris patrocinio felicem belli successum & exitum sibi ausi sunt polliceri. Itum igitur est ad sacram ædem, quæ prope S. Sophiam extabat: illinc Deiparæ imago, quam Lucas depinxerat reuerenter accepta, & in publicam supplicationem siue processionem adducta, sed & hebdomatim per totam vrbem feria tertia religiosè admodum circumgestata est. Ita demum optata de Saracenis hostibus victoria, qui misere perierunt, sicut Vincentius refert, lætè successit; haud dubiè Maria hisce suis ciuibus, totique vrbi patrocinante.

Nicet. Carisf. lib. 5. de Deip. Virg. ca. 24. Bredemb. lib. 2. Coll. cap. 6. 24.

IV. *De Ioanne Comneno Imp. qui ad imaginem Dei genitricis* MARIÆ *confugiens victorias multas est consequutus contra Barbaros:*

Anno Christi 1123. cum Ioannes Commenus Imp. ageret annum quartum in imperio, ope Dei genitricis Mariæ de barbaris Scythis trans Istrũ habitantibus ingenti agmine, Thraciam inuadentibus victoriam obtinuit, de quo post alia, quæ in prælio dura & ardua Romanorum exercitui contigerunt, ista Niceras: Cum Romanæ phalanges, vrgentibus hostibus, & audacius se inferentibus laborarent: imaginem Dei genitricis cum gemitu & miserabilibus gestibus Imp. intuens, lacrymas bellicis subdoribus calidiores fundebat, neque id frustra. Statim cælesti robore armatus Scythicam aciem profligat, quemadmodum olim Moyses extensione manuum Amalechitarum turmas dissipauit. Assumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis, & prominentibus galeis instar muri inexpugnabilis muniuntur, cum Scythis congreditur. Qui cum dissoluta illa currũ serie ad manus venirent, in turpẽ versi fugam, à Romanis alacriter persequentibus magno numero cæduntur Hamaxobii illi, castrisq; direptis, innumerabiles capiuntur. Sed & transfugæ desiderio captiuorum popularium confluebant, adeo vt in Occidentali quadã prouincia Romana pagi ab eis cõderentur, quorum adhuc reliquiæ supersunt, nec pauci in sociorum cohortes referrentur, & maior turba ab exercitu capta videretur. Hac de Scythis parta victoria, & illustri edito facinore, Ioannes vota Deo persoluit, hoc festũ Pazzinacarum nostro tempore dicitur, in rei gestę monumentum, & grati animi testimonium. Non multo post contra Triballos, &c. Ibi & alias subiicit historias ope sanctissimæ Dei genitricis Mariæ obtẽtas, cui vt vnice victrici religiosum parauit triumphum, qui ab eodem Niceta ita describitur: Bizantium reuersus triumphum indicit, & currum argento interpunctum cõpingi jubet, opus admirabile, & gemmis pretiosissimis ornatum. Cum dies supplicationis adesset, omnis generis tapetes auro & purpura intexti vicos exornabant, nec deerant Christi & Sanctorum effigies in iis ad viuũ expressæ. Erant & tabulata vtrimq; propter spectatores structa digna admiratione. Fuit autem locus vrbis sic instructus, qui ab Orientali porta vsq; ad magnum palatiũ pertinet. Quadrigæ à quatuor equis niue candidioribus trahebantur. Imperator vero non conscendit, sed Dei genitricis imaginem in eo collocauit, ob quã lætitia exultabat, & animo pænè delinquebatur: cui victorias vt collegæ Imperij inuictæ acceptas ferebat. Habenas viris potentissimis moderandas, & cognatis suis currũ curando dedit. Ipse crucem manu gestans pedes antecessit: & Dei Sapientiæ templũ ingressus, atq; in conspectu omnis populi ob successũ gratiis Deo actis, in palatiũ abiit.

Imago D. Virginis in Supplicationib. gestata. Libr. 23. Spec. hist. cap. 47.

Nicetus Choniata apud Bzo. tom. 2. an. 1123. 6. 7. Bredemb. lib. 2. Coll. cap. 24. circa medium.

Victoria Io. Comneni contra Scythas ope Dei genitricis.

Io. Comneni obseruãs victoriam gratitudo.

Triũphus De genitricis vincentis.

V. *Andronicus senior Deiparæ imaginem amplexus à furore Andronici iunioris nepotis, qui conseruatur.*

Cum Andronicus junior Byzantium vrbem proditione cepisset, & ad palatij fores cum militibus amplius octingẽtis peruenisset, Andronicus senior imperator tumultu & clamore audito, delecto surrexit, perturbatissimus, & omni spe destitutus ducũ atque militum (palatium enim, cubiculi ministris adolescentibus exceptis, desertum prorsus erat) ad sacram imaginem Dei genitricis Hodogetriæ confu-

Nicephor. Greg. lib. 9. hist. Rom.

confugit, ante multos dies in palatium translatam, quæ ei firmo solatio erat. Hac igitur fretus, & humi prostratus ardenter cum lacrymis obtestatur, ne periclitantem deserat, & sicariorum ensib. obiiciat. Exaudiuit preces eius, & festinum tulit auxilium, quæ quiduis potest castissima Dei genitrix. Nam dum ille in palatio Deiparam ad hunc modum deprecatur iunior Imperator foris, omnib. ducibus & tribunis suis conuocatis grauiter edicit ne auũ Imperatorẽ vel manu vel vllo contumelioso dicto violarent, nec quenquam prorsus omniũ. Hanc enim, inquit, victoriã Deus nobis dedit, non ipsi parauimus. Dei voluntas omnia mouet, cui parent omnia, stellę, aer, mare, terra, homines, fulmina, fulgura, pestilentiæ, terræmotus, imbres, sterilitates, & alia cõsimilia, partim ad felicitatẽ, partim ad infelicitatẽ ac potius castigationẽ. Nobis igitur instrumẽtis castigationis vsus victorias & trophęa largitur. Fortassis aũt eras aliis contra nos vtetur: & quales nos in victos etimus, tales vtique & illi se nobis præbebunt. Quare si nos neq; cognato, neq; eiusdẽ gentis necessitudo mouet, nostri ipsorũ saltẽ respectu humanitate vtendũ negrauiorem Dei indignationẽ experiamur. Interea quidã è palatio iuniori Imp. portam aperit, & ab auo hunc nunciũ affert: Quoniam hodie Deus, mi fili, sceptrũ Imp. mihi ademptum, tibi donauit, vnum hoc beneficium à te peto, pro multis quæ ab ipso ortu tuo in te contuli (omitto enim hoc rerum mearũ statu, me tibi ipsius natiuitatis & progressionis in vitam, post Deum auctorem fuisse) dona mihi vitam meam, parce paterno capiti, nec violento ferro eum sanguinem hauri à quo tu vitę foutem accepisti. Homo quidem cælum & terrã intuetur, humanas vero actiones cælũ & terra intuentur. Ne velis igitur nefãdi facinoris, quale ab omni æuo nemo vnquã ausus est, inspectores habere cælos, & terram. Quod si fraternus sanguis olim ad Dominũ contra Cainum clamabat, quanto magis paternus sanguis ad Dominum clamabit, & terræ, & soli, & astris tantum facinus annunciabat, & apud omnes gentium Reges detestabitur? Reuerere senium miserabile, quod mihi paulo post obitũ, tibi vero longarum curarum requiẽ pollicetur. Reuerere manus quæ te læpe in cunis adhuc vagientẽ sunt amplexæ. Reuerere labia, quæ te sæpe summa charitate deosculata sunt, & alteram animã appellarunt. Calami à fortuna proiecti miserere, nec tu eum denuo conterere velis. Ne tu cum homo sis præsenti fortuna efferaris, sed rerum inconstantiam & varietatem, à me sumpto indicio, considerato. Respice longę vitę finem. Admirare, vt vna nox, quæ me multorũ annorum imperatorem, accepit alieno imperio subiectum reliquit. His verbis iunior Andronicus delinitus, auiq; salutis diligenti cura suscepta, vix etiam à lacrymis temperans, palatium ingreditur ac primũ venerabili Dei genitricis imagine, vt decet, adorata: deinde auum illi inhærentem abductum, salutauit, amplexus est, & blandis verbis recreauit.

Andronicus ad imaginem B. Marię confugiens ab hoste liberatur.

Andronici iunioris molestia.

Andronici senioris supplicatio.

Nepotis humanitas.

VI. *De nefando scelere Iudæi baptizati contra imaginem beatæ Virginis Cambron ysi.*

Anno Domini 132. Guilhelmo III. Comite Hannoniæ Verpa quidã se finxerat sincero animo Christianis sacris baptismo initiari: suscepit ex fonte Comes, & Guilhelmũ filiolum nominauit, & Apparitorem curiæ Montensis esse iussit. Non diu post, homo impius ingressus ædem monasterij Cambronensis, actus furiis, blasphemas in Deiparæ imaginem multas effudit, & (horrendũ) venabulo quinq; plagas inflixit, vnde sanguinis statim riui manarunt. Videre faber asciarius quidam, & Monachus laicus, Matthæus Lobius Faber ascia caput findere Iudæo parabat, sed à monacho prohibitus. Rem detulere igitur ad Abbatem Ioannem de Montibus: is ad Comitem: Iudæus pertinaciter tormenta eluſit. Sic dimissus, quadriennio postea ab Angelo apparente quidam senex nomine Ioannes Flander, Estinnensis & septennio iam ex paralysi clinicus iubetur Iudæũ accusare, & duello prouocare. Bis monitus Parochi iussu senex rem adhuc differebat. Tertium illi ipsa Virgo quinque illis plagis consauciata se videndam præbuit, & imperat monomachiam. Plenus spe ac fide senex adit Cambronem, cernit in imagine vulnera, quæ in viso erant: accedit Comitem, accusat recutitum, dies pugnæ dicitur. Arma, rudes, fustes, & scuta lingnea superfuere etiam hodie. Iudęus vasto corpore, ferox viribus, tibiales fascias tintinnabulis cinxerat, & sic senẽ ridebat. Sed iuuit Athletam suũ Deus: tam impar commissus, ęger sanum, debilis fortem senex iuuenem prostrauit, & horrendè blasphemantem, conuictum, sed non pœnitentem; Comes iussit caudæ equinæ alligatum trahi ad patibulum, & capite deorsum, duobus ad latera molossis eum rabidè lanientibus, appensum subdito igne fœdo interire. Narrat fuse Robertus Hauportius duobus ea de re libris carmine conscriptis.

Robertus Hauport. duobus libris carmine de re continuata Mart. Delr. tom. 2. Disq. Magic. lib. 4. Io. Trithem. in Chron. Hirsaug. an. 1132 & ex Archiuis Monast. Cambron.

Iudęi scelus contra imaginem B. Virginis. Miraculũ.

Duello Christianus Iudæi impium superat.

VII. *De cruore profluente ex vulnerata imagine B. Virginis, & de horrenda percussoris vltione.*

His accedit miraculum aliud mirabilius multoq; magis stupendum: Anno Domini 1383. 26. die Septẽbris Carolus Francorũ Rex eius nominis quintus, post partam in agro Rosebecano pro Comitis Flandriæ defensione contra Anglos & Flandros rebelles victoriam, mox electis fugatisque Burburgo Anglis omnibus, ciuitatem cum suis Principibus & Baronib ingressus edictum fecit, vt omnia ciuium bona diriperentur, exceptis tamen ecclesiæ bonis. Vidisses mox ab edicto diuulgato miserandam rerũ faciem, milites ædibus insultantes, rapientes, tumultuantes, pugnantes, vendentes, ementes, pro se quemque quantum prædæ posset auferentem. Porro vt sunt semper plures mali, iuxta verbum Sapientis: quanquam quis dicat bonum militem inueniri? cum optimis omniũ prædæ animũ intendat, contra edictum Principum; aliquot sceleratissimi nebulones, sacrilegi, filij Belial, Britones natione, non contenti sua sorte prophanas ædes deuastando, & templum

Ex ipsis monumentis Ecclesiæ Burburg. an. Dom. 1383. Pugn. Rosebecana quando.

Templi Burburgensis præda sacrilega.

plum sanctum Dei, quod diuo Ioanni Baptistæ dicatum est, irruerunt, impetumque fecerunt, non sine magno incommodo; vbi erat (ac etiamnum est) imago quædam ex ligno fabrefacta ad honorem & venerationem beatæ Mariæ Virginis in puerperio decumbentis, ipso aspectu venerabilis, & nescio quid gratiæ præ se ferens. At eam quidam eiusdem farinæ & feritatis & malitiæ vir, cuius erant præfati nebulones sacrilegi, spe prædæ accedit ad altare, conscendit ratus auream esse imaginem, quam bracteis quibusdam incrustatam videbat, pugionem exemit, & illam magno impetu veluti carneā transuerberauit. Mirabile visu, illa accepto vulnere, roseo cruore perfusa est, totaq; commaduit, nec aliter sanguinis guttæ ex ligno dimanare visæ sunt, quam ex corpore humano plagis affecto. Impius ille parricida, vt primum statuæ Mariæ virginis vulnus pugione incussisset, in humum furibundus deorsum cecidit, & crepuit, hoc est, factis suis dignam mercedem accepit. Cadauer eius mox templo extractū est, & in medio fori vt à canibus discerpererur, positum est. At illi præter naturam suam intactum reliquerunt, tanquam indignum, quod dilaceraretur ipsorum vngulis aut dentibus. Prædictum cadauer manum, qua tantum facinus perpetratum fuerat, semper porrectā habebat, & quomodocunq; illa vesperi vel fimo, vel stercore, vel terra tegeretur, mane discooperta videbatur: non poterat frangi, neque à canibus vorari, & hoc in testimonium perpetrati sceleris. Vbi duos treiue dies omnium oculis expositum in foro jacuisset, tandem ad equinā caudā alligatū extra vrbis mœnia perractū est, & in veterē cisternam proiectum, quæ adiacuit horto, qui pertinebat tunc ad sodalitatē siue ad confratres S. Georgij nunc vero ad Matthęū Bers ceroferarium ciuem Burburgensem. Ferunt illud aquis obrutum manēre alteram, nimirum illam, qua scelus perpetrauerat semper exeruisse & omnibus spectandam prębuisse, & tempore hyberno ferunt eius cisternæ aquam in glaciem minime coaluisse, & sicut vaporis cuiusdā fumū continuo exhalasse. Tandem prodiit quispiā sciolus, qui cisternā ruderibus oppleuit vt nulla eius vestigia relicta cernantur. Dum hoc crudele facinus in templo perageretur, muliercula quædā pia & Deo deuota, Marięq; cultui multum addicta, quę exemplo Annæ filię Phanuel nocte sępe, & die in tēplo versabatur, forte superuenit ad sacellum Mariæ, vt pro more orationes faceret: vbi imaginem Virginis puerperæ perfusam sanguine conspiciens obstupuit, accessit propius, & peplum seu linteum capitis sui detrahens eo vulnus extersit, nec illud ita extergere potuit, quin cruoris vestigia vsq; in hodiernam diem vulneri adhærere videantur. Muliercula vero linteum lauatura domum adiit, at quantumcunque lauit, cruorem linteo eluere non potuit, citius ac facilius æthiopem quam linteum dealbasset. Illud etiamnum in thesauro ecclesiæ inter sacras reliquias conseruatur & honoratur.

Vltio horribilis in perfossorem imaginis B. Virginis.

Militis sacrilegi cadauer canibus & feris expositum.

Luc. 2. 36.

Miraculū.

Catechis. Hist. Pars I.

VIII. *De Rege ethnico per aspectum imaginis Deiparæ Virginis ad fidem conuerso.*

P. Gonzalus de Siluera Lusitanus, Societ. Iesv religiosus, cuidam Regi Monomotapæ adhuc infideli ditissimā pulcherrimamq; Deiparæ Virginis imaginem dono dedit; quam Rex summa animi demissione veneratus jussit in cubiculo poni; quod propterea ornari, ac ibidem altare, vt oratorij loco esset, erigi jussit. Ex quo vero habuit Rex imaginem; Angelorum Regina summa luce circumfusa, & odorē suauissimum emittens, quinque noctibus sequentibus ipsi dormienti in ea forma quam referebat imago, apparuit. Quod cum Rex Gonxalo exposuisset, Apparitio subiunxit, se valde tristari ex eo quod nihil eorum B. Virginis. caperet, quæ dicebat. Cui Gonzalus: Non miretur, inquit, Altitudo sua; quod enim loquitur, idioma de cœlo est, quod capere nequeunt, qui præceptis filij almę istius Reginæ, qui Deus & homo, ac totius humanæ naturæ Redemptor est, non obediunt.

Petr. Ribadeneira lib. 2. vitæ P. Iacobi Laineſi c. 11. ex Maff. lib. 2. select. epist. ex Indic. p. 64.

TIT. XLIX. De blasphemorum in sanctissimam Dei Matrem pœnis.

EXEMP. I. *De funesto Copronymi Cæsaris interitu ob illatam sanctissimæ Dei Matri iniuriam.*

DE Blasphemia Constantini Copronymi agens Theosteristus illius temporis scriptor in Nicę, hęc in detestationem illius ait: Habitu erat Christianus, mente Iudæus. Quam enim Christus sibi in domicilium delegit, glorioſissimam, inquam, suam Matrem omnibus aliis rebus creatis superiorem, omnium hominum salutem, mundi patrocinium, quæ propter virginitatis suæ præstantiam prope Deum versatur, huius, inquam, venerandum nomen multis modis ab Ecclesia expellere studuit: eius vero intercessiones, per quas mundus consistit, illa ne nominare quidem voluit, cum diceret, nemini eam posse oppiulari. Conabatur autē, quod dicebat hoc exemplo confirmare. Cum enim aliquando marsupium aureis nummis plenum in manum sumpsisset, & iis qui cum ipso versabantur, illud ostendisset, ab eis quærens: Quantinam, inquit, marsupium hoc valet? Multum, inquiunt illi. Cum vero aurum cisset, rursum quæsiuit: Quantinam marsupium esset? Cumque illi respondissent, nihil valere: Ita, inquit miser ille, & Deiparens Maria (nēque enim sanctam dignabatur nominare eam indignus ille) quo tempore Christum in se habebat, valde honoranda erat illa; ex quo autem tempore illum peperit, nihil differebat à reliquis, ô blasphemiam, ô superbiam, ô immensam Dei tolerantiam, ô summam patientiā! quomodo ipsius lingua non obmuruit, quæ aduersus Christi Matrem tam superbè iniquitatem loquuta est. Quidnam à blasphemis Iudæis nouus hic Pharisæus, & Deo inuisus differebat? Ita quidē Theosteristus. Quem attendant nostri temporis Noua-

Theosteristus scriptor Græcus apud Sur. 3. Apr. & Baron. tom. 9. an. 767.

Blasphemia horrenda in Dei Genitricē.

tores, qui eius discipulos impietatis se esse factis, dictisque in omnibus profitentur. Sed vide hominis impurissimi exitum à Glyca descriptum. Hic tyrannus, ait, carbunci morbum in pedibus sensit, sicque vitam finiuit, dicens: Propter insaniam meam viuus inextincto igni trador. Et Cedrenus de eodem sic refert: Carbunci pedes eius inuaserunt, & febris ardentissima: sicque animæ & corporis mortem obiit, vociferans atq; dicens: viuum se inextinguibili igni traditum esse, propter Mariam Deiparam, iubensq; eam exinde honorati ac celebrari vt Deiparam.

Constantini Copronymi funesta mors.

II. *De imagine B. Mariæ se ab Anatolio homine impio mirabiliter auersante.*

Anatolius quidam, vir primum quidem plebeius & mollis, postea vero ad magistratus & alia munera obeunda subdole (nescio quo modo) arrepsit, & Antiochiæ ætatem traduxit: quo in loco res, quas habebat in manibus, sedulo executus est. Vnde cum Gregorio eius vrbis Antistite maximam conflauit familiaritatem, persæpeq; illum adiit, partim gratia de negotiis suis colloquendi, partim vt maiorem auctoritatem ex crebra eius consuetudine sibi conciliaret. Hinc Anatolius hostias simulacris immolasse forte deprehensus est, qui cum vocaretur in quæstionem, homo impius præstigiator; & infinitis inuolutus sceleribus repertus fuit. Et tamen parum aberat, quin & ipse & sui omnes (habuit namq; alios sui similes, qui idolis itidem sacrificasse manifesto tenebantur) liberi dimissi fuissent, nisi populus, excitato tumultu, omnia turba ita miscuisset, vt consilium de illis impiis initum eo pacto diremptum esset. Quin etiam contra Gregorium Episcopum clamores tolluntur, eum consilij Anatolij participem fuisse palam prædicatum. Porro autem execrabilis dæmon humanæ vitæ perturbator, nonnullos induxerat vt victimis immolandis cum Anatolio se socios adiungerent. Hinc Gregorius in maximum venit discrimen, populo eum grauissime exagitante, insectanteque: hinc etiam in illum tam vehemens mouebatur suspicio, vt Imperator ipse Tiberius coram ex ore Anatolij veritatem expiscari laboraret. Mandatum igitur dat, vti Anatolius & sui omnes quàm celerrime aduentarent. Quibus rebus cognitis Anatolius imaginem quandã ad Mariæ Deiparæ funus spectare sublimem appensam accurrens, manibus à tergo complicatis se ei supplicare, precesq; adhibere ostendit. Illa autem veluti sacrilegum detestata, & vt Deo inuisum coarguens, penitus ab se auertit: spectaculũ plane horribile & memoriæ sempiternæ prodendum: quod quidem à præsidiariis militibus & ab his, quibus illius custodia commissa fuit, visum est, & ab his omnibus aliis diuulgatum. Apparuit item Deipara ipsa non nullis aliis fidelibus, eosque contra scelestum illum incitauit, inquiens, Anatolium filium suũ contumeliis afficere. Vbi vero Anatolius ad vrbem Constantinopolitanã ductus fuit, & ibi verberibus supra modum cæsus, nihil contra Episcopum potuit dicere, ipse cum suis maioris tumultus & seditionis plane popularis ciuitati auctor & causa extitit. Nam cum quidã illorum sententiam haberent de se pronunciatã, vt non morte, sed exilio dumtaxat mulctarentur: populus diuino quodam zelo succensus, omnia turbare, bile & iracundia exardescere, exilioque damnatos rapere cœpit: qui in nauem piscatoriam impositi, totius populi suffragiis viui ignis tradebantur incendio. Contra Imperatorem porro & Eutychium Episcopum suum tanquam fidei proditores grauiter vociferari. Nec dubium, quin Eutychium, & eos, quibus potestas in Anatolium cum suis inquirendi permissa fuit (istos namq; in singulis locis inquirere & vndiq; circumsidere cœperunt) prorsus è medio sustulisset nisi Dei prouidentia, quæ omniũ saluti prospicit, illos è quærentium manibus, eripuisset, & tam ingentis multitudinis furorem pedetentim sedauisset. Siquidem ita factum est, vt neq; vllum atrox facinus eorum manibus ederetur, & Anatolius primũ in amphitheatro bestiis expositus ab iisdem dilaniaretur, deinde ageretur in crucem. Neq; tamen ita finem suppliciorum sibi inflictorum reperit. Nam lupi corpus eius in terram disturbantes (quod ante numquam visum fuisset) pastu crudeli membratim deuorarunt. Erant autem quidam è nostris hominibus, priusquam res illæ confectæ essent, qui dixerant, se secundum quietem vidisse sententiã contra Anatolium, ac suos à populo latam. Quinetiam vir illustris, qui Imperatoris Palatio præfuit, quiq; Anatolij causam acriter admodũ tuebatur, dixerat, se quoque vidisse Deiparam Mariam, eamq; sic ipsi locutam. Quousq; defendis causam Anatolij, qui tam me dum filium meum tantis onerat contumeliis?

Ex Euagr. li. 5. hist. eccl. cap. 17. & 18. Niceph. li. 18. ca. 4. Bar. to. 7. Annal. ad an. 580. & Petr. Cani. libr. cap. 20.

Anatolij impietas & idololatria.

Anatolius bestiis expositus ab iisdem dilaniatur.

Præfectus Tiberij Cesaris à B. Virg. corripitur quod blasphemo faueret.

III. *Compotatores B. Mariam impie proscindentes vna cum hospite grauiter puniuntur.*

Pergamus & ad alios Mariæ hostes quorum malefica licentiam diuina seueritas non sine miraculo publice castigauit, nimirum vt & mali, propositis exemplis, ne quid simile designent, prouide terreantur, & boni in hoc grande Virginis officio magis cõfirmentur. Cum Cæsar Mauritius imperaret, Christiani quidam, vt fieri cauponæ suauiter comparabant, & lepidi, scilicet, esse non poterant, nisi inter compotandum ter conuiciis in Mariam jactis impune certarent. En vero tibi æquum in Mariana causa vindicem Deum, qui præcipuos huius nefariæ concertationis auctores, vt ne vnus quidem saluus euaserit, potenter arripuit, prostrauit, oppressit, deleuit, rectaque ad inferos misit perpetuo excruciandos. Hospes autem & dominus ædium, in quibus blasphemi conuenerant, ab hac diuina punitione vix manfit immunis, præsertim quod is conniuentia potius, quã vt cæteri, ex destinata malitia deliquisset. Cui non multo post nocte dormienti Dei mater astare visa est, illiq; in memoriam reuocauit, quod blasphemos illos conuiuas in suis ædibus indigne toleraſſet. Tum ille miser supplex illi esse, venia-que delicti petere: & ne tã cito me tremulctaretur,

Diua Virgo preces Anatolij supplicantis despicit.

Zelus populi Constantinop. aduersus impios.

Blasphemorum in Dei Matrem pœna.

Hospes blasphe-

sed

nos domi
ustinens
B. Virg.
rauiter pu-
nitur.

sed vt tempus ipsi pœnitentiæ relinqueretur orare. Virgo daturum se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum promittere: vimine autem quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca velut exarans circumscribere. Id vbi factum, sacra Virgo quidem non apparuit amplius, sed ille somno discusso, membra ea quæ vimine notata fuerant, à reliquo corpore disrupta statim inuenit, & recentem inde sanguinem sensit profluere. Igitur in publicum productus miser, fœdo & miserando habitu corporis non minus quam oris sui testimonio veritatem publice confirmauit, hocque iustum Dei iudicium omnibus promulgauit.

IV. *De Caiano Mimo, qui ob suas in Deiparam Virginem blasphemias semel & iterum monitus grauiter punitur.*

Cap. 4. Prat. spir. Petr. Canis. li. 5. de Deipara. cap. 20.

Huic plane congruit, quod Moschus Euiratus in suo Prato, Heliopoli, quæ Phœnicis est ciuitas, refert accidisse. In hac, inquit, Mimus quidam erat, Gaianus nomine, qui in theatro sanctam Dei genitricem blasphemans populo blasphemiæ spectaculum præbebat. Apparuit autem illi sancta Dei genitrix, dicens: Quid tibi mali feci? quia coram tanta multitudine mihi detrahis, & blasphemas me? Ille vero surgens, non solum non se correxit, verum etiam plus blasphemabat. Rursus ergo apparuit ei sancta Dei genitrix corripiens eum, ac dicens? Noli quæso, noli ita lædere animam tuam. Ille vero rursum deterius illam blasphemabat. Vnde ipsa tertio eidem apparens, eadem reperebat. Cũ a. se ille non corrigeret, sed plus quoq; blasphemiis addiceret, meridie dormienti sibi apparuit, nihilque dicens, digito solo signauit eius manus & pedes. Euigilans autem inuenit se truncatum manibus & pedibus. Atque ita infelix, vt truncus & inutilis iacens, cõfitebatur omnibus, cuius rei gratia, & quomodo hoc passus esset, vtque propter blasphemias suas clementer cruciatus fuisset.

Diua Virgo apparens loquitur & tangit, non est ergo mortua. Vltio diuina adest Blasphemanti Genitricem.

V. *De quodam Constantino imaginem Dei Genitricis violante, eiusque diuina vltione.*

Eutropius li. 11. rerum Romanarũ.

Vir sceleratus atqui impius, cui nomen Constantini fuit, cum Dei genitricis imaginẽ aspexisset, lapidis eum iactu deiecit, deiectamq; insultum dedit, deinde somno sopitus cæli Reginam vidit astantem atq; ita loquentẽ: Scisne qualem te mihi præstiteris, & quam de me valenter triumphaueris? sed tamen haud erit impunita audacia. Sequutum breuicum Saracenis bellum, quos muro subeuntes dum miser Constantinus, qui se volebat haberi forticulũ, repellere conatur, proiectu lapidis comminutus ac contusus interiit, infandumq; lapidem lapide, quẽ magno direxerat, iustissima vltione persoluit.

Constantini imaginem violantis pœna.

VI. *Impius adolescens blasphemia verba in Dei matrem proferens mox impietatis suæ pœnas luit.*

Lib. 3. c. 27.

Guilhelmus Baldesanus in stimulis virtutũ adolescentiæ ad hanc rem hoc adfert exemplum: Narrauit, inquit, mihi, vir religiosus & grauis, superioribus annis in Mediolanensi Prouincia fuisse adolescentem vt nobilitate, sic facta & arrogantia insignem. Hic cum aliquando in contentionem veniisset cum alio quodam, inter pugnandũ, impium aliquid dicit in Matrem Dei. Atq; ecce iustissimus iudex permisit, vt os illud apertum contra maiestatem tantæ Reginæ, ipso temporis articulo aduersarii telo interciperetur, tam ad punctum vibrato ictu, vt ipsis linguæ radicibus succisis, & transfixo palato repente conciderit mortuus.

VII. *De quadam puerpera hæretica in D. Virginem blasphemante, & mox vltionem persentiente.*

Ex. D. Wilhelm Lindano in Apologetico pro rel. Cathol. cap. 12. Bredemb. l. 2. Collat. sacr. cap. 20.

Motibus illis eo Goesiorum anno vix dum exortis, muliercula quædam oppido Hollandiæ Aspera parturire cœpit: cõuenere vicinæ atq; cognatæ: vbi illa eniteretur difficilius, & grauissime non minus quam periculosissime laboraret, vna circumstantium pio ex more puerperam admonet, vt D. Virginem Mariam inuocaret auxiliatricem. Cui illa. Quid mihi istã, inquis, dicis serosam? Erat namque infelix Anabaptistarum delitiis capta, qui supra omnes fere diuos vnam illam sanctorum sanctam Deiparam virginem Mariam execrantur, oderuntque infensius. Verum quidnã acciderit, accipe. Pro maledicti blasphemia, fuit & Dei plaga, qua nefariam suæ matris vindicauit contumeliam. Actutum enim illa misera, quæ sacrosanctam virginem Dei genitricẽ Mariã impure suis nomine blasphemarat, nigellas aliquot in lucem edidit, sed emortuas ruculas. Vnum hoc exemplum, vt Catholicam nostram de pia sanctorum inuocatione doctrinam solide iuxta ac liquido confirmat: ita infamanam istorũ sacrilegorum iconoclastarum & hagiomachorum euertit Theomachiam. Quod aduersarii cũ probe haberent perspectum, collecta his super gestis informatione, productaque testium, quam vocant iuperiti, turba, rem longe verissimam, & in vulgus notissimam, suo percallido frustra conabantur obruere mendacio. Illos enim testes audire nõ dignabantur, qui de paradoxi huius puerperii monstro comperta, visaque dicere potuissent, vti ex ore Notarii N. fide dignissimus nobis narrauit, aliis plurimis audientibus. Lepidũ vero illud, nec minus falsum; quod in istos veritatis hostes dictitauit Notarius. Cũ n. varios conuocarẽt, vereq; exquirent testes; ad rei tã memorabilis fidem semel obruendã: Vos illis videmini persimiles, inquit, qui de fure ad ostiarios percũctãtur, quẽ per posticũ sciũt elapsũ.

Hæreticæ mulieris in in B. Virginem blasphemiæ pœna.

VIII. *Ex Regum ordinationibus & constitutionib. quæ pœnæ sint plectendi blasphematores perpetuæ Virginis & Genitricis Dei* MARIÆ.

Tit. de Malef. & blasphem. c. 1. Nico. Borrius Burdegal. Præses decis. 301.

Volunt Regũ Franciæ ordinationes, vt blasphematores Dei, & virginis Mariæ puniantur. Et primũ ex ordinatione Philippi sexti Valesii, cuius tenor talis est: Volumus & ordinamus, quod ille, vel illa, quæ Deo & beatæ Mariæ virgini maledicere præsumpserit, aut turpe, seu vile iuramentũ fecerit, pro p. in a. vice ponatur in pilorio, inibi ab hora prima; usque

vsque ad nonam, per mensem, ad cuius oculos prolici valeant lutum, & aliæ immunditiæ, absque lapidibus, vel aliis rebus eum lædentibus, deinde vero ad panem & aquam absq; alio cibo, per mensem morabitur. Sin autem ipsum secundo recidere contigerit, vult quod in die mercati solennis rursus in pilario constituatur, ipsiusque labium superius cũ ferro calido taliter scindatur, quod dentes eius apparerant: pro tertia vice, totum labium inferius, & quarta vice, totum bilabium: quod si per miseriam eius id sibi contigerit, vult quod in totũ lingua sibi præscindatur, quod in tota quasi Alemania seruatur, & præcipue in mulieribus. Idem statuit diuus Carolus VII. Francorum Rex: excepto quod pro prima vice solũ ponitur in carcere, per mensem, ad panem & aquã, & cõdemnatur in viginti solidis, quorũ pars fabricæ ecclesiæ parochialis, & alia pars media domino loci applicabitur, & pro aliis vicibus, vt supra. Si vero contra beatam Virginem Mariam, vel sanctos & sanctas Dei blasphemiam dixerint, pro prima vice arbitrio iudicis, pro quantitate, potentia & facultate delinquentium, pecuniariter puniantur, pœnã ipsam, vt dictũ est, applicando. Etsi amplius in id reciderint, tanquam blasphematores Dei & sanctorum puniantur. Vbi vero aliter Deum & virginẽ Mariam piissimã Dominã nostrã iurauerint, scilicet iurando mortẽ, sanguinẽ, ventrẽ, caput plagas, & alia illicita & reprobata iuramenta, in emendam pecuniariam cõdemnabuntur, pro prima vice in duodecim denariis, sicut ante dictũ est, applicandis: Pro secunda vice, in duobus solidis Turon. Pro tertia vice in quadruplũ, videlicet in quatuor solidis Turon. Pro quarta vice in triplũ, videlicet in octo solidis Turonẽ. Etsi quinto reciderint, in prisione ad panem & aquã per tempus à locorũ iudicibus arbitrandũ teneantur. Et si pœnis supradictis castigari noluerint, neq; malas eorum deserere voluerint consuetudines, publice die mercati, vel solenni pilorizentur, vt cæteris transeuntibus exemplum. Et quasi idem per Carolum VIII. sancitũ ac statutum fuit, excepto quod in maiori emenda, si facultates bonorũ suppetãt, cõdemnari debent. Sed per aliam Ludouici XII. constitutionem blasphematores tam pro 1. 2. 3. & 4. vicibus, in pecunia, ad iudicis arbitrium condemnantur: in secunda, tertia & reliqua duplicantur, triplicantur, & quadruplicantur, quæ in eas diuiduntur partes, vna scilicet Regi, alia fabricæ parochialis ecclesiæ, & alia denunciatori adiudicatur. Et pro quinta vice ad carcanum & pilorium die mercati, vel alia solenni demorentur, ab hora mane octaua vsq; ad horã primã post meridiem, etiam cum omnibus iniuriis & opprobriis à transeuntibus inferendis. Et nihilominus ad iudicis arbitrium mulctabuntur. Etsi soluendo non fuerint, ad carcerẽ cũ pane & aqua per tempus, ad idem iudicis arbitriũ moderandũ, habito ad emendam pecuniariã respectu ponãtur. Et pro sexta vice labiũ superius, & pro septima labium inferius cum ferro calido scindatur, taliter quod dentes eorum apparentes ab omnibus videantur. Et pro octaua vice, quod lingua in totum sibi præscindatur.

Blasphematorum B. Virginis pœna ciuilis.

Iurans per membra Dei qua pœna plectendus.

Blasphematores qua pœna multandi ex ordinatione Lud. XII.

IX. *De horrendo interitu blasphemi potentiam beatissimæ Virginis* MARIAE *irridentis.*

Ex Annal. Fr. Bencii an. 1588. de rebus Coll. Pacensis in Prouerb. Persana, Io. Bonifacius lib. 5. hist. Virgin. c. 2.

Audite nunc exemplum memorabile, quod propter rei atrocitatem per totum regnum fama vulgauit. Quidam ad turpem concubinatum Indam fœminam pellexerat, quam cum aliquando ad infaustum torum vi, ministrisque compulisset, profecta nocte cælum tonitru concuti, tremescere terra, densasque inter tenebras micare ignes, & per fenestrarum rimas effundi, vt ferirent oculos animosq; adulteroru̇m. Cadit interea scissis nubibus largifluus imber cũ grandi grandine crepitante super tectũ. Hic mulier subito pauore correpta; Virgo, inquit, Maria fer opem tuere me, obsecro. At vir ferox & impius mediam complexus; tace, sis stulta, scilicet auxiliũ vllum ferre potest Maria; abscidit extremam vocẽ fulmen subito, quod intonuit, & adhuc loquentem auellit ab amplexu mulierculæ, quatuorque aut quinque passus trecit extra lectum, & flamma corripit arida nutrimenta: surgit mulier perterrita, miserum inclamat, excitat, percellit: nempe metu exanimatum, non exanimam putabat. Trahit digitos pedum, corruunt pedes ipsi, diuelluntur, conantem domo egredi, & mortuum extrahere, impedebat, nisi introrsum repellens. Ad extremum vociferata horrendum conciuit vicinos, & ægre prætacto infortuni cadauere, reperiunt hominẽ mirum dictu, hiantibus ore, sine vllis dentibus, sine lingua omnia præterea membra ita soluta & fluxa, vt vel leuiter contrectata manum sequerentur. Hic finis impuri, impudicique hominis fuit: at mulier alieno malo edocta, quamquam extra periculum, non extra metum, cum inde quadraginta millia passuum confeciſſet, ad nostrum templum se contulit meliori vitæ instituti.

Potentiam B. Virginis Mariæ irridens fulmine interit.

Infaustus impuri hominis interitus.

X. *Miles minus gratus B. Virgini Hallensi iniuriam inferre, ipse met ipsum poenam incurrit.*

Iustus Lipsius in miraculis D. Virginis Hallensis prope Bruxellam cap. 9. an 1580.

Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, cum Oliuerius Tempelius Hallas obsideret, erat inter milites quidam Ioannes Zuuichius, quæ iactabat palam se suis manibus Hallensi muliercula (Dei parentem intelligebat) nasum abscisurum. Sed hæc mox procurat glande plumbea excussa scurræ illi ipsi nasum auferri. Pœnam habuit, & irrisum inter ipsos commilitones perpetuum meruit, qui itentidem hominem ad nasum recipiendum Hallas mittebant.

FINIS.

Ad maiorem Dei, & beatissimæ Deiparæ Virginis gloriam.

FLORVM EXEMPLORVM,

SIVE

CATECHISMI HISTORIALIS,

AVCTORE

R. P. ANTONIO DAVROVLTIO,
E SOCIETATE IESV,

PARS II.

IN QVA

CAPVT III.

De Charitate & Decalogo.

CAPVT IV.

De Quinque Præceptis Ecclesiæ.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus IOANNIS KINCKII, sub Monocerote.
ANNO M. DC. XXIX.



BENEVOLO LECTORI
TYPOGRAPHVS S.

EN tibi, Christiane Lector, alterum Exemplorum Catechisticorum Tomum, qui cum geminis primariis Capitibus; vno, de Charitate & Decalogo: altero, de Quinque Ecclesiæ præceptis, pertexatur: & illud quidē in centenos & tricenos; hoc autem in duo-tricenos Titulos, diffundatur: tum certe nusquam vberior Exemplorum, in omnem vitæ bene & religiose instituendæ partem vtilissimorum, copia, sese vltro offerre merito censeatur. Quid enim vniuersa prope sacrarum litterarum series? quid Hagiographi, quid Vates sacro numine instigati, scriptis suis, aliud: quid Historiarum omnis generis monimenta proponunt: quam vel eos homines, qui Dei eiusque legum seruantes, & humanæ societatis amantissimi, certissima suæ pietatis præmia reportarunt: vel refractarios, & à Dei hominumque charitate alienos, debita impietati suæ supplicia luerunt? Quimo quidem docendi rationem, pius & industrius pater, huius Florilegii Auctor passim obseruasse facile deprehendatur: vt contraria, & exempla, & euenta pro re nata, contrariis opponantur: & consectaria adfiniaue subiungantur. [illegible]

Hinc soli Deo adorationis cultus tribuendus præcipitur, & exemplis comprobatur: inde, abhominibus & rebus creatis remouetur: præterea, Idololatræ, Magi, Diuini, Deo aduersarii & inuisi, & maligni spiritus clientelæ adcensi, traducuntur. Atque adeo, καὶ τὴν ἀκολουθίαν Hæretici, qui in fide pertinaciter errant: & Apostatæ, qui nuntium contestatæ religioni remittunt: & schismatici, qui ab Ecclesiæ concordia deficiunt, suis per apta exempla coloribus depinguntur.

Hinc Dei nomen temere vsurpari vetatur, & admirabilem inesse vim in nomine Iesu demonstratur: item de multa de iureiurando, qua fas, qua nefas: de periurio, de fide seruata, aut fucus: de blasphemia & exsecratione: de votis Deo soluēdis, & quandoq; retractādis, præclarè & historica serie disseritur.

Et quia ſecundum Deum Opt. Max. Angelis, fidis eius in cælo miniſtris, & hominum cuſtodibus: & Sanctis eius amicis, in Cœlitum numerum è terra receptis, veneratio quædam & inferioris notæ cultus debetur: omnia pænè, quæ eodem, vtramque in partem, pertinent, copioſe pertractantur.

Hinc dies Sabbati cum pietate & ſanctimonia tranſigendus præſcribitur: inde, eiuſdem profane violati pœnæ recenſentur.

Et ne ſingulis immorer, atque in ipſo limine, tibi, Lector, faſtidium iſtiuſmodi prolixitate procreem: hanc dirigendorum Exemplorum rationem & Antitheſin ceu digito demonſtraſſe ſuffecerit. Tu fruere, & vale.

FLORVM

FLORVM EXEMPLORVM, SIVE CATECHISMI HISTORIALIS

CAPVT TERTIVM, DE CHARITATE ET DECALOGO.

Charitas virtus est diuinitus infusa, qua Deus propter se diligitur, proximus propter Deum, vel in Deo.

TIT. I. De ingenti Christi Domini charitate erga suos, & quam studiose vigilet, vt succurrat omni tempore.

Ioan.13.1. IESVS *iam transiturus ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

OMNIVM exemplorum [illegible] dinem superat eiusdem Christi Domini affectus pientissimus, qui deo genus humanum dilexit, (erat enim & ipse homo, licet Θεανθρωπος) vt famem sitim, æstus, frigora, pernoctinandi, docendi, prædicandi labores tulerit; conuicia adhæc & probra; & demum necem quidē patibulum expauit, acerbissimum genus mortis, vt per hæc infelix homo, qui culpa sua ruerat, in integrū restitueretur. Benigni, & munifici Principis est aurum & argētum spargere populo: sed pro suis vitam fundere, non solum munifici est, sed beneuolentissimi.

EXEMP. I. *De Christi Domini in homines amore & beneuolentia.*

Dionys. epis. ad Demophilum, apud Bar. to. 1. an. 59. 16. 17. Carpi Cretensis imprecatio.

HVIVS ineffabilis Christi dilectionis illustre documentum esse potest, quod sanctus Dionysius Areopagita suo tempore accidisse scribit: Carpus vir sanctus infideli cuidam, qui alium à fide abduxerat, dira precatus fuerat, vt amborum vitam Deus turbine aliquo & fulmine aliquo prorsus extingueret. Hæc precatus, repente se vidisse referebat, domum, in qua consistebat, primum vehementer agitari, ac demū à summo culmine per medium diuidi, & quendam ante se ingentis luminis rogum, eumque (videbatur enim iam sub dio esse locus) à cœlo ad se vsque deferri. Cœlum vero istud patere conspiciebat, eiusque cardini Iesum insidere, innumeris illi humana specie adstantibus Angelis: Et ista quidem vidisse, cum supernè aspiceret, & se esse admiratum memorabat: Vbi vero ad inferiora deflexit obtutus Carpus, ipsum quoque solum instar vasti ac tenebrosi cuiusdam profundi discissum se vidisse ait, atque viros illos, quibus mala imprecatus fuerat, ante se ad os illius profundæ voraginis stare tremētes ac miserabiles, & qui ipsa pedum suorum labilitate iam mergendi viderentur. Porro ab inferiori parte voraginis serpentes cernebat emergere; qui circa illorum pedes ita instabiles ac nutantes, interdum quidem in globum coīligi & grauari vna atque pertrahere; interdum vero dentibus, & caudis, ore, gutture, linguis, ac toto corporis motu immensi pauoris viderentur incutere, vt quamodis omnibus deorsum illos præcipitare molirētur. Fuisse autem & viros quosdam in medio, qui contra eos vna cum serpentibus impetum facerent, exagitantes vna & impellentes atque ferientes. Videbantur autem illi lapsui proximi, partim vi, partim etiam inuiti, partim etiam sponte, cum à malo sensim & cogerentur simul & inducerentur. Referebat autem Carpus, dum inferiora aspiceret, se fuisse delectatū, atque superiora neglexisse, grauiter autem & indigne ferentem, quod illi nondum ecciderent; & cum sæpius eo desiderii ferretur impetu, eosq; ipse interetur impellere, semperque frustra moliretur [illegible] sollicitissime:

Visio ad arguendam nimiam Carpi, seueritatem demonstrata.

ſtiſſime tuliſſe, & contra eos imprecatum eſſe. Cum ecce vix tandem reuocatis ad ſuprema luminibus vidit cœlum ſicut prius aſpexerat, IESVMQVE miſeratum quod fiebat, de cœleſti illa ſede conſurgentem ad eos vſque deſcendere, & porrigere clementiſſimam manum, Angelosque vna opem ferentes aliunde alium tenuiſſe viros; ac dixiſſe IESVM Carpo ſtanti porrecta adhuc manu; Iam percute aduerſum me: paratus enim ſum etiam iterum pro ſaluandis hominibus pati; gratum mihi iſtud eſt, dum non alii homines peccent. Tu autem inſpice, an tibi vtile ſit, hanc iſtius profundi & cum ſerpentibus manſionem, Dei ac bonorum clementiumque Angelorum præferre conſortio. Hæc ſunt quæ audita vera eſſe credo.

Chriſti Dominiamor & clementia in peccatores.

II. *Chriſtum Dominum pro ſua erga peccatores charitate, paratum eſſe denuo pro iis mori.*

Lud. Bloſius Monil ſpirit. c.1.

Sanctiſſima, Deoque chariſſima virgo Gertrudis ſiue Trutha, aliquando diuinitus edocta fuit, quod homo attendens imaginem Crucifixi, in corde ſuo æſtimare debeat ipſum [illegible] ſibi blanda voce dicere: En vides, quomodo cau[illegible]ui amoris pependerim in cruce nudus, deſpectus, [illegible]q; corpore vulneratus, ac per ſingula membra diſtentus. Et adhuc tanto charitatis dulcore cor meum erga [illegible]afficitur, vt ſi ſaluti tuæ expediret, aliterque æternam fœlicitatem conſequi non poſſes, vellem pro te ſolo tolerare omnia, quæ toleraui pro toto mundo.

III. *Quanto amore proſequatur Chriſtus Dominus animam rationalem, S. Brigitta declarat.*

Idem ibid.

Chriſtus, audiente in ſpiritu ſancta Brigitta, ait: Ego ſum charitas ſumma: Nam omnia quæ ab æterno feci, ex charitate feci, & quæcumque facio atque in futurum faciam, ſimiliter ex mea charitate procedunt, procedentque. Dilectio mea erga hominem modo æque grandis atque incomprehenſibilis eſt, ſicut erat tempore paſſionis, quando per mortem meam ex nimia charitate liberaui omnes electos. Si fieri poſſet, vt toties morerer quot [illegible] animæ in inferno, ego promptiſſima voluntate & perfectiſſima charitate corpus meum traderem, eandemque paſſionem & mortem pro qualibet anima ſuſtinerē, quam ſuſtinui pro omnibus. Hæc Chriſtus. Ecce quam [illegible]tenere atque ardenter diligit Deus animā rationalem, & quam vehementer deſiderat quemlibet hominem peruenire ad cæleſtem beatitudinem. Sed ipſe Dominus creauit hominē nobiliter ad imaginem ac ſimilitudinē ſuam, dans ei rationem, & arbitrii voluntatiſq; libertatem, vt ſi vellet Deo obedire & ſeruire, reciperet in cœlo præmium æternū: ſi vero nollet, reciperet in inferno ſupplicium nunquam finiendum. Et hæc eſt iuſtitia. Qui autē peccando Deum contempſit, eique non obediuit, ſi ex charitate per veram pœnitentiam reuertatur ad Deum, quantumcunq; multa & grauia ſint peccata eius, ſuſcipietur à Domino, & non peribit, modo perſeueret in bono, & hæc eſt miſericordia.

IV. *Vt Chriſtus Dei filius pro ſua in nos dilectione non ceſſet pro peccatoribus apud Patrem ſuum interpellare.*

Idem ibid.

Quum aliquando ſancta virgo Gertrudis recogitaret apud ſe, quidnam inter illa quæ à Domino dicerat, poſſet vtilius manifeſtari hominibus, Dominus ſeſe cogitationibus eius ingerens, reſpondit: Vtiliſſimum foret homines ſcire, & in memoria ſemper habere, quod ego virginis filius pro ſalute eorū aſſto ante Deum Patrem: & quandocunque ipſi ex humana fragilitate delinquunt corde ſuo, offero pro eis Deo Patri cor meum immaculatum in emēdationem: quando vero offendunt opere, exhibeo manus meas perforatas; & ita in quibuſcunque delinquunt, ſtatim innocentia mea placo Patrem, vt illi pœnitentes facilem ſemper obtineant veniam peccatorum.

Charitas Chriſti Domini erga peccatores.

V. *Chriſtus pro ſui diuini amoris erga nos affluentia, totum ſe cordibus noſtris effundit.*

Raimund. Capuan. in vita eius apud Sur. 29. Apr.

Catharina Senenſis die quadam vehementiſſimi amoris Chriſti Domini ſponſi ſui vulnere ſauciata, inſtanter ab eo petiit, vt à ſe cor ſuum & propriam voluntatem radicitus euelleret, quo omnibus in rebus ſine vlla [illegible]iuerſatione ſe illi obſequentem atque morigeram præberet. Videbatur autem illic ſic oranti in viſione veni[illegible] Chriſtus, & latus ſiniſtrum aperire, ablatoque corde recedere. Quod cum eius confeſſarius parui faceret, eamq; parum ſanæ mentis eſſe crederet, ecce illi quadam die è ſacello eccleſiæ exire volenti, cum multa luce Chriſtus apparuit [illegible]in ma[illegible] ferens cor quoddam rubicundum & illuſtre, [illegible]que accedens, illud in ſiniſtrum virginis la[illegible]s imp[illegible]ſuit, dicens: Ecce filia mea, habes pro cor[illegible] tuo cor [illegible]eum, clauſoque latere receſſit. Sed ne [illegible]aretur ho[illegible]oane phantaſma, illo in loco cicatrix [illegible]ermanſit, q[illegible]e à ſociis eius frequenter viſa eſt. Q[illegible]d autem ex ha[illegible] deo ſtupenda cordis mutatio- [illegible]uerit conſecutu[illegible], facile quiſque poterit diuina- [illegible] Non enim rerum [illegible]omnium conditor hac mirabili ratione tamdiu [illegible]ud ſe cor illius retinere voluit, niſi vt illud ardentiſſimo amore, & gratiarum omnium affluentia [illegible]pleret. Cuius rei eadem ſancta virgo certiſſima [illegible] redibilem charitatis ardorem [illegible]orde ſuo ſentiebat, prorſus vt diceret, tantam [illegible]anima ſua puritatis & humilitatis renouationem [illegible]xiſtere, vt ad ætatem quatuor vel quinque annorum ſe rediiſſe putaret.

Catharinæ Senenſi cor ſuum dedit Chriſtus.

VI. *Vt Deus ab amicis ſuis impendentia mala per ſe repellat.*

Nicephor. hiſt. Eccl. lib. 14. cap. 4. & 38.

Amoris quoq; diuini indicium non exiguum eſt, cum Deus amicos ſuos in periculis defendit. Theodoſius Imperator Chriſtianiſſimus, Deo charus, cū multi atque [illegible]deo innumerabiles barbari excurrerent, & Imperatori atque Romanis negotium faceſſerent, ipſe [illegible]ſecuri facere ſolebat, ad Deum confugiebat, diuinum muſicumque Dauidem æmulatus, quod in illius [illegible]luti promi cōdi poteſtate bella eſſe ſciret:

Theodoſius Deo charus.

sciret: & quod illum certum haberet curatorem, cõ dignos spe bona percepit fructus. Roilas siquidem Scytharum Dux, ingenti Nomadum exercitu coacto, & Istro transito. Thraciam vastauit, & ad vrbẽ quoq; imperantem venit, subito primo clamore atque impetu, sicuti ipse putabat, eam direpturus atq; excisurus. Verum Deus cœlitus Imperatorem pro-

Roilas Scytha cum copiis fulmine cœlesti extinctus.

pugnans, violento tonitru & fulmine demisso, non modo ipsum vstulatum in cineres redegit, sed innumeras quoq; copias eius concidit. Et post quã sæua pestis exercitum eius inuasit, crudeliter est eum depasta. Quidquid vero ex eo superfuit, id cœlesti igne concrematum. Atq; ita in timorem magnũ barbari deciderunt; non tam quod contra generosam & fortem gentem Romanorum ad manus conserẽdas ire ausi essent, quam quod Deo adiuuante, illos trophæa statuere, victoriamq; reportare deprehendissent. Idem etiam aduersus Persas fecit. Quum enim prædatoria illorum manus, pace repudiata, de repente finitimos aggrederetur populos, neq; auxilia aliqua, quæ oppressis opem ferrent, adessent, ducibus copiisq; militaribus aliis bellis occupatis, imbre vehementissimo & grandine maxima Deus illos persequens, progredi vltra passus non est; equosq; eorum ita pedicis cohibuit, vt diebus viginti totidẽ stadia cursu perficere non possent, quoad vsq; exercitus congregatus fortiter hostibus restitit.

Persarum in fines Romanan. excursio imbrib⁹ & grandine inhibita.

VII. *Deum addere vires & robur principibus pro sui nominis gloria pugnantibus.*

Bernard. Rosignol. lib. 1. de actionibus virt. cap. 16.

Alfonsus primus Lusitanorum Rex sanctissimus cum in castris esset aduersus innumeram, m[illi]tudinem Saracenorũ, audiuit à viro religios[o] [ex]ta ginta sex annorum probatæ solitudini [de]um nostrum Iesum Christum certa qua[dam] [hor]a pridie sese in eius conspectum daturu[m] [se]q; alturum ipsum de victoris ac potes[tate] [ma]gratissima nuncia, præsto tantum esset, cum [ap]pararetur. Parat Rex, & quę secuta sunt, ipse post[ea] ac manu sua scripsit: Egressus extra castra vidi à [pa]rte dextera versus orientem micantem radium, & [pa]ulatim splendor crescebat in maius, & dum oculi [ad] illam partem efficaciter pono, ecce in ipso radi[ante] iore Sole, signum crucis aspicio [de] ligno [cla]rum in eo crucifixum, & ex vna, & ex altera parte [mul]titudinem inuenum candidissimorum, quos sa[nctos] Angelos esse credo. Quam visionem dum video, [de]posito ense & scuto, & depositis vestibus, & cal[ceamẽtis], pronus in terram me proiicio, lacrymisq; [in]unde missis, cœpi rogare pro confortatione meo[rum] vasallorum; dixique nihil turbatus: Quid tu [a]me Domine? credenti enim fidem vis augere? m[agis] est vt te videant infideles, & credant quam ego [qui] à fonte baptismatis te Deum verũ, filium Virgi[nis] & Patris æterni agnoui, & agnosco. Erat autem crux miræ magnitudinis, & eleuata à terra quasi [de]cem cubitis. Dominus suaui vocis sono, quam in[signiæ] aures meæ susceperunt, dixit mihi: Nõ vt fid[em] tuam au-

Christi in cruce apparitio.

gerem, hoc modo apparui tibi, sed vt roboratem cor tuum in hoc conflictu, & initia regni tui supra firmã petram stabilirem. Confide, Alfonse, non solum hoc certamen vinces, sed omnia alia, in quibus contra inimicos Crucis pugnaueris. Quæ felicissimo exitu confirmata sunt omnia. Scripta autem sunt hæc anno Domini 1152. 3. Cal. Nou. & adhuc in celeberrimo monasterio Cistercienssium à S. Bernardo instituto, & ab ipso Alfonso Rege liberalissime fundato (monasterium de Aleobaz dicitur) asseruatur diploma regium, sigillo Regis, Episcoporũ & Principum Regni præclare obsignatum. Ex qua historia illud perspicuum est, Christum Dominum roborasse Regis animum contra Saracenos, eiusq; fidem ac pietatem approbasse.

Regna diuinitus stabiliuntur.

VIII. *Christum Dominum seruorum suorum necessitatibus & periculis adesse.*

Robert. Monach. de Christian. Princip bello contra Turcas, lib. 7.

In bello Christianorũ Principum contra Turcas, nisi superna pietas humano auxilio destitutis prouidisset, de ciuibus Antiochenis nullus superfuisset. Cum tam de vita dissiderent, omniaq; eis mortem intentarent, placuit Deo saluatori Regi regum Iesu Christo, vt o[mn]ia sacerdo[ti] suo, Podiensi Episcopo, aperi[re]t dum quadã nocte in ecclesia suæ castræ Genitr[ix] dormiret. Erant autem cum eo ipsa virgo & M[ate]r mater, & B. Petrus Apostolus, cui primatũ ou[m]ium suarum dedit ipse Dominus. Cui ait: Agnoscis me? Cui sacerdos. Non, tu quis es, Domine? Tũc in capite Saluatoris crux cœpit apparere. Cui iterum Dominus: Iam-ne agnoscis me: Iterum sacerdos respondit: Non aliter agnosco te, nisi quia crucem in capite tuo video, sicut in imaginibus, quæ sunt in honore Domini nostri Iesu Christi, videre soleo. Et Dominus ad eum: Ecce ego ipse sum. Sacerdos vero vt audiuit, quod Dominus est, statim prosternebat se ad pedes eius, suppliciter obsecrans, vt suis Christianis subueniret, fame & hostium oppressione laborantibus. Cui ait: Non tibi videtur, ꝙ bene eos iuuerim hucusq; quia illis & Nicææ tradidi ciuitatem, & omnia quæ eis superuenere bella, vincere feci. [An]tiochię obsidione eorum miseriæ condolui: nunc vero ad extremum, ciuitatis ingressum tribui: omnes tribulationes & impedimenta, quæ passi sunt, ideo euenire permisi, quoniam multa nefanda sunt operati cum Christianis mulieribus & Paganis, quæ valde displicent in oculis meis. Ad hæc mater misericordiæ Dei piissima virgo [&] B. Petrus, ceciderunt ad pedes eius, rogantes, vt populi sui misereretur. Adiecit autem B. Apostolus precationi suæ, & ait: Domine, gratias tibi ago, quoniam Ecclesiam meam in potestate seruorum tuorum dedisti, cum propter malitiam inhabitantium in ea tot annorum curriculis eam ingenuorum immunditiis sordidari permiseris. Inde cum incolis lætantur sancti Angeli & cõsortes mei Apostoli tui. Tunc Dominus ait sacerdoti suo: Vade, & dic populo meo, vt reuertatur ad me, & ego reuertar ad eum; & infra quinque dies mittam eis sufficientes auxi[lium]:

Apparitio B. Virgine & B. Petro.

Tribulationes seruorũ Dei vnde aliquando.

Sancti intercedunt pro nobis.

Benignitas Christi in suos

auxilium: Interim quotidie cantet hoc responsoriũ; Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute tua, totum cum versu. Hac ita visione completa, venerabilis presbyter somno excitatus surrexit, expansisque manibus orauit prout Spiritus sanctus dabat eloqui illi. Inde eadem die, hora tertia immediate, ad Principes exercitus perrexit; inuenitq; eos sursum ante castellum præliantes contra inimicos & mouentes inuicem bellum. Quibus conuocatis, læto & hilari vultu dixit: O belligeratores Regis æterni, annũcio vobis ex parte Saluatoris nostri gaudium & exultationem: suam enim per me transmittit benedictionem, & si ei obedientis, consequemini & gratiam. Tunc omnibus attente audientibus & vndique confluentibus, omnem seriatim exposuit visionem. Qua exposita, subiecit & ait: Si huic non creditis visioni, falsamque suspicamini, faciam vobis quod libuerit experimentum quod vera est: & si mendax inueniar, omni iniuria afficite corpus meum. Tunc Episcopus Podiensis iussit afferri crucem, & sanctum Euangelium, vt coram cunctis iuraret hoc verum esse. Q[illegible]um est.

TIT. II. De charitate in Deum.

Matth.2. *Legisperito interroganti de mandato magno legis, respondit Dominus: Diliges Dominum Deum tuum, &c.*

Luc.7. *Magdalena remittuntur peccata multa, quoniam dilexit multum.*

Ioan.21. *Petrus respondit Domino sæpius roganti, Amas me? Domine, tu scis, quia amo te.*

Actor. 11. *Paulus Tarsensis prophetico oraculo edoctus fore, vt si Hierosolymam proficisceretur, multo infensius exciperetur, ob Christi amorem, ire non dubitauit, dignus vel hoc charitatis exemplo, qui plus viderit, quam fas sit homini loqui.*

EXEMP. I. *Vt D. Augustinus Deum Opt. Max. præ rebus omnibus creatis amauerit.*

D. August. in Psal. 145. & in Meditatio.

DIuus Augustinus rebus diuinis post conuersionem totus in hæres, ita ad animam suam loquitur, vt ad Dei amorem illam excitet: Quid tibi, inquit, placet in sæculo? Quid est ꝙ vis amare? Quocunque corporis sensibus conuerteris, occurrit tibi cœlum, occurrit tibi terra. Quod amas in terra, terrenũ est: Quod amas & in cœlo isto visibili corporeũ est. Vtrobiq; amas, & vtrobiq; laudas? Quomodo laudandus est ille, qui fecit ista quæ laudas? Iam ergo diu occupata vixisti, & desideriorum diuersitate verberata, portas plagas sauciata, diuisa per amores multos, vbique inquieta, nusquam secura. Collige te ad teipsum; quicquid tibi foris placebat, quære quem habet authorem. Nihil melius in terra verbi gratia, quam hoc & illud, aurum, argentum, animalia, arbores, amœnitates; totam terram cogita. Quid melius in cœlo, sole, luna, syderibus? Totum cœlum cogita: Omnia ista simul bona valde, quia fecit Deus omnia bona valde. Vndiq; pulchritudo operis tibi commendat artificem. Miraris fabricam, ama fabricatorem. Non ita occuperis in eo quod factum est, vt recedas ab illo qui fecit. Hæc enim, quibus occuparis, sub te fecit, quia sub seipso te fecit. Si hærebis superiori, calcabis inferiora: si autem recedas à superiore, ista tibi in supplicium conuertentur. Scis ergo occultorum cognitor Deus, (ait idem Augustin. in Meditat.) quoniam cœlo, terra, & omnibus, quæ in ea sunt, tu mihi acceptior, tu mihi amabilior es: diligo enim te super cœlum & terram, &c. omnia, quæ in eis sunt: imo amore nominis tui, quæ transitoria sunt, procul dubio amanda non sunt. Amo te, Deus meus, amore magno, magisq; te amare cupio. Da mihi, vt amem te semper quantum volo, quantum debeo, vt tu solus sis tota & omnis meditatio mea. Te mediter per dies sine cessatione: te sentiat per soporem in nocte: te alloquatur spiritus meus, tecum fabuletur mens mea. Felices, qui nihil aliud diligunt, nihil quærunt, nihil etiam cogitare didicerunt. Felices, quorum spes tu solus es, & omne opus eorum oratio. Et alibi: Immensus es, Domine, & laudeo sine mensura debes amari & laudari ab iis, quos [illegible]o pretioso sanguine redemisti. Amator hominum benignissime, clementissime Domine, & æquissime Iudex, cui omne iudicium dedit Pater; discernis hoc rectum & iustum esse, vt filii huius sæculi, noctis & tenebrarum, præstantiori desiderio, virtute atque studio diligant, & quærant peritaras diuitias, & fugitiuos honores, quã nos serui tui diligamus te Deum nostrum, per quem facti & re[illegible]sumus? Si enim homo hominem tanta dilig[illegible] dilectione, vt alter alterum vix patiatur abesse: [illegible]bonsa spo[illegible]o tanto mentis conglutinatur ardore, [illegible]pra magni[illegible]dine amoris nulla perfrui valeat re[illegible]ie, chari iui a[illegible]entiam non sine magno mœrore fe[illegible]ns: qua dilecti[illegible]e, quo studio, quo feruore animi, quam sponsast[illegible]bi fide & miserationibus, debet diligere te Deum [illegible]rum, & pulchrum sponsum, qui nos sic amasti & [illegible]iasti? qui pro nobis tot, tanta & talia feci[illegible]sti?

Deus quantopere amandus.

D. Augustini amor in Deum.

II. *Vt Iosaphat Indorum Rex, regnum, purpuram & cætera præ Christi amore deseruerit.*

D. Ioan. Damascenus in hist. de SS. Barlaam & Iosaphat cap. 37.

Generosus [illegible]e vir Iosaphat, Auennir Regis Indorum filius, p[illegible] patris obitum ex aula egressus, exterius veste reg[illegible], interius cilicio, quod Barlaam ipsi dono dederat ornatus, prima nocte in pauperis cuiusdam domi[illegible]aculam diuertẽs, vestem regiam, qua indutus erat, [illegible]iicit, postremumq; illud beneficium egenti tribui[illegible]cumque ad hunc modum, tum illius, tum multor[illegible]n aliorum pauperum precibus Dei auxilium sibi [illegible]cciuisset, eiusque gratia & præsidio, tanquam sal[illegible]is vestimẽto ac lætitiæ pallio sese induisset, ad [illegible]ariam vitam excessit, nõ panem, non aquam, non [illegible]uidquam aliud gerens indumentum præter illud [illegible]licium. Etenim singulari quodam desiderio, ac [illegible]ino immortalis Regis Christi amore

Iosaphat pro Dei amore omnia abiicit.

saucius,

saucius, toto animo in id quod amabat, incumbebat, totus extra se raptus, ac diuinitus immutatus,
Cant. 8. Deique charitate omni ex parte correptus. *Fortis enim*, inquit ille, *sicut mors dilectio*. Tantam videlicet ipse ex diuino amore temulentiam contraxerat, tantaque siti æstuabat, instar videlicet illius, qui dicebat:
Psal. 41. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem viuum.* & vt anima illa, quæ dicebat:
Cant. 2. *Charitate vulnerata sum.* Ac rursum: *Ostende mihi faciem tuam, & fac me audire vocem tuam: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Hunc ignem cum præclarus etiam, ac corpore quidem nobilis, cæterum longe nobiliore ac magis regio animo præditus vir in
Christi amor difficilia quæque superat. seipso accepisset, terrena omnia prorsus aspernatur, omnes corporis voluptates proculcat, opes & gloriam, atq; humanos honores pro nihilo ducit, diadema & purpuram abiicit, aranearum telis viliora existimans, atq; ad omnia dura & acerba me asticę vitæ studia prompto animo se tradit, illud Psalmistę
Psal. 61. clamans: *Adhæsit anima mea post te*, ô Christe, *suscipiat me dextera tua.* Cumq; ad hunc modum oculis à tergo minime contortis in intimam solitudinem se contulisset, atq; caducarum rerum confusionem, tanquam molestissimam quandam tricinam, & catenam excussisset, spiritu lætatur, coniectisque in Christum, cuius desiderio ardebat, oculis, ad eum tanquam ad præsentem, atq; ipsius vocem audientem clamabat, eumq; alloquebatur his verbis: Ne iam, quæso, ô Domine, oculus meus huiusce vitæ bona videat; nec præsens vanitas mentem meam à suscepto itinere abstrahat. Verum, Domine, oculos meos spiritualibus lachrymis imple, gressusque meos dirige, famulumq; tuum Barlaam, & eius monstra, eum, inquam, per quem tibi rogatum erta est, ostende: vt solitariæ ac monasticam patrem charitatem per ipsum addiscam, &c. Nobiscum, nobili, donec ad Barlaam pertingeret. Dei: Da aurum

III. *De puella ab amore carnali ad Christo mediante illecta.*

Thom. Cantipr. lib. 2. Apum, cap. 57. p. 24. Erat puella quædam in Brabantia, audiens inter proceres generosa, quæ in amorem cuiusdam iuuenis per multos annos miro dæmonum furore labatur in furtu. Hæc enim cum mihi frequenter cum multis lacrymis in confessione diabolicas insidias aperiret, consului vt summopere caueret, ne cui aut verbo iuueni tentationis occasio præberetur. & paruit illa diligenter, vt monui. Cumq; adeo grauiter tentaretur, vt somni cibiq; perderet appetitum, accidit nocte quadam, vt tanto dæmonum agitaretur impulsu, quod superueniente aurora surgere cogitaret, & clam adire iuuenem, qui in vicinia morabatur. Nec mora, vbi surgens oculos aperuit, vidit Christum quasi plagis recentibus crucifixum, lenem sermone dicentem sibi lingua patria: *Tu me doibs aymer, ie suis tres-beau; bon & doux, noble & loyal.* Quod nos Latine coloratis verbis exponimus: Me diligis, qui sum formosus, bonus, dulcis & generosus. Unde versus:

Dilige formosum, dulcemq; bonum generosum. Hæc vt dixit, repente disparuit, & puellam in omni pace & gaudio & gratiarum actione, ab omni tentatione liberrimam dereliquit. Bene & veridice de se Christus asseruit. Diligendus est enim præ omnib⁹; quia *speciosus forma præ filiis hominum*; & sicut *splendore gloriæ & figura substantiæ patris.* Contra de homine dicitur: *Omnis caro fœnum.* Diligendus est, quia bonus, à quo omne bonum; Contra de hominibus: *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Diligendus est etiam quia dulcis, cuius labia fauus distillans. *Misericordia enim eius super omnia opera eius.* Contra, de homine Salomon quærit: *Nequius oculo quid creatum est?* qui tamē est lucerna corporis nostri. Diligendus est etiam, quia generosus, quem *Deus Pater constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.* Contra de hominibus Malachias dicit: *Nunquid non Pater vnus omnium nostrum?* Quare despicit vnusquisq; proximum suum? merito ergo puellæ iuuenem diligenti Christus per hæc verba concluſit, & se potius diligendum formosum, bonum, dulcem & generosum comprobauit. Christus cur diligendus.
Isai. 40. Luc. 18. Cantic. 4. Psal. 144. Eccles. 31. Matth. 6. Hebr. 1. Malach. 2.

IV. *Pœnam acerbitate non præuisse à Dei charitate separari verum eius seruum.*

Simeon Metaphrastes narrat, glorioſum martyrē Sebastianum, contemptis omnibus mundi opibus & ingenos erogatis, tanto in Deum amore exarsisse, in flagrante graui persecutione sponte se obtulerit Ethnicis iudicibus, qui in Christianos sæuiebant, existimans id diuinæ voluntati magis esse consentaneum. Quare & crudis neruis mox corpus eius dilacerarunt, deinde trahi appensum ferreis laniarunt vngulis, os saxis contudere, dentes euulsere. Hinc ē ligno depositum deducunt in altum murū, duobusque lapidibus maximis collo & pedibus eius alligatis fune cinctum è muro demittunt, vt lapidū pondere diuulsis membris violenter abrumperet animā. Verum sanctus ille mentē sic habebat in Deo fixam, vt hæc aliaque tormenta, quibus per aliquot dies crucificatus, ne puncto quidē temporis eum à voluntate diuina separarint: imo gaudebat & exultabat in illis, quia sciebat id diuinæ placere maiestati. Vnde & in acerbissimis cruciatibus fatebatur nullum se malum reformidare, nisi solum peccatum; tormenta autē se summopere amare, eo quod coniunctissimum ipsum redderent Christo. Agnoscens quoq; hanc voluntatis suæ rectitudinē esse à Christo, gratias ei agebat dicens cum Psalmista: Gratias ago Domine, quod *docuisti me ad prælium, & posuisti vt arcum brachia mea.* *In vita eius apud Sur. tom. 5. ex Metaphr.* *Psal. 17.*

V. *Esse lacrymandum videre huius sæculi homines plus affici ad vanitates, quam pios ad cultum Dei.*

Pampo, homo illiteratus, adhortante Athanasio Episcopo, ex eremo Alexandriam venit. Cum autē ibi mulierem theatricam vidisset, illacrymabatur. Rogantibus qui aderant, quam ob rem lacrymatus esset? Duo, inquit, me mouerunt; vnum mulieris huius perditio; alterum, quod tantum ego dilectiæ *Socr. lib. 4. hist. Eccles. c. 23. Trip. 8 cap. 1.*

non impendo, vt Deo placeam, quantum illa vt hominibus obscœnis placeat.

VI. *Amorem Dei sine cunctatione esse complectendum.*

Ioan. Iun. Dominic. in Scala cœli.

Ioannes Iunior in libro, qui inscribitur Scala cœli, scribit, quod Parisiis fuit scholaris quidam, qui de terra longinqua veniēs, ingressus est scholas Theologiæ cuiusdam Magistri, qui legebat Matthæum. Cumque prima die, qua eius scholas intrauit, legeretur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. ille subito surrexit: & dum inciperet recedere, cunctis admirantibus, & interrogaretur à Magistro, quid esset sibi dictum vel factum, quare dimitteret scholas, Nihil, respondit ille: sed antequā plus audiam, istud volo opere complere. Et egressus religionem intrauit.

VII. *B. Mechtildis ob amorem quo Iesum Christum prosequebatur, ad vitam beatam moriens euocatur.*

Lud. Blosius in Append. ad Monile spirit.

Mechtildis virgo, Comitis cuiusdam in Germania filia, Christi sponsa ab ineunte ætate, cum iam in mortis agone constitu[illegible] aliud dicebat, quam hæc verba: [illegible] bone, Iesu bon[illegible] quæ assidue [illegible] reuera [illegible]ata, perillime demonstrans, i[illegible] inter cordi suo intime esse impressum, cuius no[illegible], & acerbos mortis dolores tam suauiter rumina[illegible] tam crebro pronunciabat. Instante autem hora migraturā erat ex hoc mundo, Dominus summ[illegible] maiestatis Iesus eam lumine diuinitatis suæ totam illustrans, suaui blandaq; voce inuitauit his verbis: *Matth. 25.* *Veni benedicta Patris mei, posside paratum tibi regnum constitutione mundi.* Tunc nimirum ipse Dominus commonefecit eam doni illius excellentissimi, quo ante aliquos annos (cum eadem verba ad Missam cantarētur) donauerat illi cor suum in pignus amoris. Igitur beata anima in ipsum cor Iesu suauissimū admissa, sempiternæ gloriæ gaudiisque cœlestibus fœliciter fuit sociata.

TIT. III. De charitate erga proximum.

Genes. 18. *Magna dilectionis indicium in proximum ostendit Abraham, dum solicite orauit Dominum, vt Sodomitis parceret & Loth liberaret.*

Exod. 32. *Tantam dilectionem erga proximos sibi subditos habebat Moyses, vt orans Dominum, diceret: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti.*

1. Reg. 18. *Anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, & dilexit eum quasi animam suam.*

Tob. 1. *Tobias senior multis opera charitatis exhibebat, ideo multi diligebant eum. Vnde cum iussus esset occidi à Rege, latuit & inuentus non fuit.*

Rom. 9. *Incredibili prorsus erga proximos Paulus afficiebatur charitate, quando pro ipsis anathema fieri optabat.*

EXEMP. I. *Quantopere D. Io. Euangelista charitatem proximi suis discipulis commendarit.*

BEatus Ioannes Euangelista, cum Ephesi moraretur vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nisi aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioli, diligite alterutrum. Tandem discipuli & fratres qui aderant, tædio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit. *D. Hieron. lib. 3. comm. in ep. ad Gal. cap. 6. sub finem.* Charitatis fraternæ obseruatio sufficit ad salutem.

II. *De charitate D. Ioan. Chrysostomi in proximum.*

D. Io. Chrysostomus de seipso sic scribit: Vellem, si fieri posset, vestris oculis ostendere, quam in vos habeo charitatē. Nihil est enim mihi vobis iucundius, & desiderabilius, nē hæc ipsa quidem lux: Millies enim optarem *ipse esse cæcus*, si per hoc liceret vestras animas conuertere, adeo ipsa luce mihi est vestr[illegible]lus iucundior. Quid enim me iuuant solares ra[illegible]i, quando quæ propter vos accipitur animi ægrit[illegible]do oculis meis magnas offundit tenebras? Lux [illegible]im tunc est bona, quando apparet in lætitia. Et pau[illegible] post: Implete gaudium meum, liceat vobis salutem a[illegible]qui, me autem propter vos reddere rationem: vob[illegible]ari salutem, me vero accusari, quod meum munus no[illegible]mpleuerim. Non enim curo, vt per me salui fiatis, sed [illegible]salui fitis quacunq; ratione. *Homilia in Acta.*

III. *De ardente Pachomij Abbatis charitate erga proximum.*

Tanta fuit Pachomii erga proximum charitas, vt [illegible] vidisset meliores homines in vicinis locis, dum [illegible]nt pecora, non adire Ecclesiam, & commu-[illegible]octrina, quæ dabatur Sabbatho & Domi-[illegible]iniit consilium Picerii Teutyrorum E-[illegible]co eorū iam pene deserto erigeretur [illegible]n conuenirent, & mysteria diuina [illegible]constructa, cum non esset presby-[illegible]ua peragere[illegible], interim Pachomius [illegible]ad horam conuentus Ecclesiæ [illegible]ipsis prælecturus scripturas: In [illegible]m præ se ferebat pietatem & re-[illegible]s quoq; tam mentis quam corpo-[illegible]positos, vt videntes eum populi, [illegible]crederent. Vnde [illegible]ratione ab errore conuersi sunt: Tā-ro enim pro[illegible]ni tenebatur amore, vt, si quando vi-disset aliqu[illegible] diaboli fraude deceptos, eosque non verum Deu[illegible]colere, sed vanis simulachris inseruire, super eo[illegible]m perditione valde ingemisceret, & vberes pro [illegible]orum salute lachrymas funderet. *Ex Sim. Metaphr. Sur. in eius vita 14. Maij.* Pachomii charitas in proximum.

IV. *De zelo animarum S. Cæsarii Episcopi Arelatensis.*

Cum die [illegible]quadā S. Cæsarius esset ad altare, anim-aduertit qu[illegible]quidam, lecto Euangelio, ex Ecclesia e-gredi; quo[illegible]sanctī viri conciones auscultare initio detrectaret. Mox igitur aduolat, appellat his voci-bus popul[illegible]: Quid facitis filii? Quid ita foras abscē-ditis mala [illegible]suasione subuersi? State pro animab ve-stris ad acc[illegible]ienda verba adhortationis nostræ, eq[illegible] *Apud Sur. 27. Aug. & Baron. tom. 6. an. 505.* Cæsarii charitas in gens erga [illegible]os.

[illegible]ulo-

auſcultate ſoliciti. Non licebit id vobis in illo tremendo iudicii die, moneo, clamo, atque conteſtor. Ne ſitis, obſecro, vel ſurdi, vel profugi: Auditis oris mei buccinã, perinde ac animas veſtras ſuo mucrone Satan iugulariť. Non ego taciturnitatis arguar. Hac de cauſa ſæpiſſime oſtia, lectis Euangeliis, occludi iuſſit; donec propitio Deo ipſi gratularentur, ea coercitione ſe profeciſſe, qui ſolebant eſſe fugitiui.

V. *Serapion ſe vendidit mimis vt eos Chriſto lucrifaceret.*

Theodoret in hiſt. SS. PP. c 83.

Serapion Sindonites, qui præter ſindonem nihil vnquam induebat, cum quendam accepiſſet exercitatorem, qui cum eo luderet, ſe in quadam vrbe gentilibus vendidit hiſtrionibus viginti nummis. Tamdiu autem permãſit & ſeruiuit Mimis, qui eum emerant, donec eos fecit Chriſtianos, & eos auulſit à theatro, præter panem & aquam nihil ſumens, neque præ meditatione ſcripturarum ore ſilere. Longo autem tempore primus compunctus eſt mimus; deinde mima: deinde vniuerſa eorum familia. Dictum eſt autem quòd quo tempore eum ioco orabãt, lauabat pedes amborum. Ambo ergo baptizati à theatro receſſerunt: & cum ad virum honeſtam & piam proceſſiſſent, virum valde reuerebantur. Ei itaque dicunt: Adeſdum frater; nos te liberabimus, quandoquidem ipſe nos liberaſti à turpi ſeruitute. Dicit ergo eis; Quandoquidem Deus eſt operatus, & ſalua facta eſt veſtra anima, vobis dicam myſterium actus: Ego animæ veſtræ miſertus, cum eſſem liber exercitator, genere Ægyptius, ea de cauſa meipſum vendidi, vt vos ſeruarem. Quod autem hoc fecit Deus, & per meam humilitationem ſalua fecit anima veſtra, accipite aurum veſtrum, & ego cum aliis opem feram. Illi aũt cum multum rogaſſent & affirmaſſent, dicendo; Te tanquam patrem & dominum habebimus, ſolum manebiſcum, nos coluerunt ei perſuadere. Tunc dixit ei: Da aurum imperib. nam id nobis fuit cauſa ſalutis. Sed ſaltem per annum nos inuiſas, & ſic ab iis abiit in Græciam; & cum veniſſet in loca Lacedæmoniorum, audiuit quendã ex primis ciuitatis eſſe Manichæum ſimul cum tota domo, alioqui virum bonum. Rurſus ſeipſum vẽdidit in primo actu. Et cum intra duos annos ipſum abduxiſſet ab hæreſi, & eius vxorem adduxit eos ad Eccleſiam. Tunc eum amantes, non amplius habebant tanquam ſeruum, ſed tanquam germanum fratrem & patrem, & Deum laudabant.

Serapionis charitas erga proximum.

Charitatis merces.

Iterum vendit ſe Manichæo vt ab errore reduceret.

VI. *De cura reducendi fratrem peccantem ab iniquitate per charitatem.*

In Prato ſpirit. c. 97.

Huius charitatis illuſtre admodum eſt exemplũ apud Sophronium: Duo, inquit, erant fratres iurauerant ſibi inuicem, ne altera ab altero vnquam ſepararetur. Vnus poſtea tentatus, in ſæculum redire voluit, & libidini indulgere. Sequitur alter, vt ſaltem perpetrato peccato ad eremum eum reduceret, & è lupanari prodeuntem complectitur, obſecrans vt ſecum in eremum redeat. Illo nihilominus in peccato perſiſtente, manet etiam in eadẽ ciuitate alter, quotidie manibus laborans, & luxurianti ſocio laboris ſui fructum quotidie largiens, ipſemet ieiunans, & pro ſalute fratris ſeipſum affligens. Hac tanta charitate compunctus tandem alter flagitioſam vitam deſerit, & ad eremum cum fratre reuertitur.

Charitas fratris reducentis fratrem è loco meretricio.

VII. *Quid ex charitate egerit B. P. Ignatius Societ. inſtitutor, vt hominem à peccato auerteret.*

Huic affine eſt quod de B. P. N. Ignatio ſcribit auctor vitæ eius: Lutetiæ, cum quidam pellicis amore nefario teneretur, neque ab illo Ignatius hominem poſſet vlla omnino ratione diuellere, aliquando reſciuit, illum extra oppidum iturum: eo fortaſſe, vbi turpes eius deliciæ erant. Ignatius igitur in lacum frigidiſſimum viæ, qua tranſitus erat, adiacentem, ſeſe coniicit: corporeque gelidis aquis immerſo, capite tantum extans, ad illum iam appropinquantem: Perge, inquit, miſer, perge ad tuas fœtidiſſimas voluptates; impendentem capiti tuo ruinam non vides? inſtantem peſtem non perhorreſcis? Hic ego pro te tam [illegible] macerabo, donec iuſtiſſimum Deum [illegible]rem in te [illegible]um auertam. Exterritus homo: & hoc tam infig[illegible] percuſſus, reſilit, pedem refert, familiaritatem illam ſcelere copulatam ſtatim diſcindit. Dicebat ſe, ſi quid ad animarum ſalutem pertineret, paratiſſimum fore, nudis pedibus, cornibuſque onuſtum, per plateas incedere; nullum denique recuſare habitum, aut ridiculum, ac probroſum veſtimenti genus, quod eſſe vtile hominibus poſſet.

Petr. Ribadeneira lib. 5. de vita eius c. 2.

Charitas B. P. N. Ignatii erga peccatores.

VIII. *Quo ratione B. Ignatius Loiola adhuc ſtudioſus virginum monaſterium ad frugem meliorem reduxerit.*

Idem Ignatius in Societate inſtituenda nihil ſpectauit aliud, niſi vt errantes animos ad rectum ſalutis iter omni ratione reduceret. Barcinone, cum in Grammaticæ ſtudio verſaretur, eodemque tempore, animorum quoque ſalutem acerrime procuraret, virginum quoddam collegium, cuius nomen cõſulto taceo, ſoluta admodum diſciplina, corruptiſque moribus, [illegible]terem ſanctimoniam ac ſobrietatem omni ſtudio reuocare [illegible]itebatur: ſuadebatque illis præcipue frequentem vſum ſacræ confeſſionis & Euchariſtiæ. Quam ad rem, temporibus illis inſolitã, quo facilius eas adduceret, præire ipſemet illis palam decreuit, adhibito ad id Moyſe Puialto ſacerdote, quo ipſe ad confeſſiones vtebatur ſpectatæ virtutis ac ſanctitatis viro. Igitur ex eius manu corpus Domini cum ſubinde ſumpſiſſet, fœminis ex odæo ſpectantibus, tam præclaro exemplo & aſſiduis hortationibus incitatæ, pleræque ad ſalutem pœnitentiam officiumq; traductæ ſunt. Quod nefarii quidam amatores vbi ſenſere, aditumque ſibi ad optata flagitia magis in dies obſeptum videre; in extremam efferati rabiem, Ignatium & Puialtum ex inſidiis adoriri conſtituunt: ac die quodam è templo redeuntem vtrumque fuſtibus ita male accepere, vt Puialtus paulo poſt è vulnerum dolore [illegible]mor-

Petr. Maff. lib. 3. c. 1.

ruus: Ignatius vero dies aliquot in lecto iacuerit, sed vix dum receptis viribus, nec alterius nece, nec suo malo perterritus, ad instituta charitatis officia rediit alacer. Cumque eum vulgo monerent, ac per Deum obtestarentur amici, ne denuo in capitis discrimen daret sese: Quid mihi optatius, inquit ille, quam pro Christo Domino, meisque proximis emori?

IX. *De admirabili Catharinæ Senensis charitate erga peccatores.*

Th. Boz. lib. 7. de signis Eccl. c. 5. ex Surio in Vita eius to. 2. Catharinæ Senensis, charitas in signis erga peccatores.

Sancta Catharina Senensis ita exarsit zelo salutis animarum, vt dixerit: Tanta est animarum dignitas & pulchritudo, vt ad eas lucrandas nullus par labor esse possit. Idque gloriosissimis factis à se in hunc finem gestis, maximisq; laboribus periculisq; susceptis ita esse vt dicebat ostendit: Cum videret illa maximam impendere Ecclesiæ calamitatē ob multorum peccata, ardentissime Deum rogauit, vt eorum scelerum pœnas in se transferret, reis ignosceret, imminentemque calamitatem auerteret. Addita ob id diris[illegible] cruciatibus [illegible] atrocissime per multum tempus est [illegible]ctata. [illegible]modi porro [illegible] quiuis millies mo[illegible]otius e[illegible] regniet, quam subiici illis.

X. *Quanta charitate fuerit inflammata Christina [illegible]rabilis tyro flagitiosis hominibus.*

Sur. to. 3. Iun. 23. & Boz. sup. Charitatis ardor S. Christinæ in proximum.

Eodem quoque charitatis ardore incensa fuit mirabilis illa Christina, cuius meminit Iacobus Vitriacensis in vita Mariæ Oegniacensis. Narrant vero ipsam pro flagitiosioribus quibusque adiisse vltro pœnas acerbissimas ac diris[illegible], in quibus nonnisi diuino miraculo persistebat: conticiebat enim se in ardentissimos clibanos ignem vomentes, & flammis candentes in iisque miris cruciatibus afflictata diutissime consistebat: per spinas acutissimas se conuolutabat, in niues glaciemque altissimam sese abdebat, & ibi longissimum tempus morabatur. In rotas, quæ aquis circumuoluerentur, se dabat contor[illegible] quendam, miserrimeque vexandam. Neque [illegible] pars vlla corpori decedebat refer[illegible]ores vsque pœnas.

XI. *Aliud simile de Catharina Raconisia.*

Th. Boz. supra ex Francisco Mirandula. Huiusmodi etiam fuit nostra fere ætate Catharina Raconisia, cuius gesta memoriæ mandauit Ioannes Franciscus Picus Mirandulæ Comes, vir magnę doctrinæ & iudicii. Habitauit autem virgo hæc in ædibus principis illius. Tradit itaque eam sibi vltro cruciamenta incredibilia à Deo poposcisse, quibus diuinæ iustitiæ per merita Christi satisfieret pro reis ac scelestis, quo conuerterentur ad Deum præ cunctis amandum.

XII. *De charitate Amonii, viri sanctissimi erga peccatores.*

Dorith. Abb. doctrina 5. tom. 2. Viri sancti cum patientia & charitate fratrem trahunt, neque ipsum calcibus impetunt, aut odio insectantur, sed veluti mater, quæ deformem filium pe[illegible]it, non eum spernit, quia deformis est, sed materno amore, beneuolentia & mansuetudine ornatum reddit, & quicquid gratum nouerit, facit: Sic illi peccatorem semper suscipiunt, ornant, tuentur, protegunt, vt tandem eum reuocent & erigant, neq; alius ab eo lædatur; ipsi vero magis in Christi charitate proficiant. Ita sane fecit Amon sanctissimus, cū ad eum venissent fratres, ira & furore pleni, quod mulierem in cella monachi deprehendissent: quantum enim mansuetudinis & charitatis in eo iudicio anima illa sancta præ se tulit? Nam vbi cognouit mulierem sub dolio latere, statim super illud sedit, iussitque fratres cellam vniuersam quærere. Qui cū nihil inuenissent, dixit ad eos: Parcat vobis Deus, illosque pene confusos præmonitosque, ne facile crederent aduersus proximum, dimisit: Fratrem autem illud ad tempus correxit erexitque: illis enim explosis omnibus, solius manum tenens, curam tui habe[illegible]ter, dixit. Qui statim oratione compunctus resipu[illegible], & benignitate & clementia patris sanatus est.

Amonis charitas erga peccatores.

Charitas operit peccata aliena.

XIII. *[illegible]puella Alexandrina, quæ ob charitatis beneficium [illegible]eruit fidei lumine donari.* vide sup. cap. 1. tit. 1. n. 5.

TIT. IV. De insi[illegible]i quorundam in proximum charitate.

Abdemelech Æthiops, vir eunuchus ex charitate soli[illegible] [illegible]ci[illegible] apud Regem Sedechiam, vt de carcere liberaretur: Ieremiæ Prophetæ. Ieremiæ c. 38.

EXE[illegible] P. I. [illegible] Symmachi Papæ charitate erga pauperes [illegible] Episcopo[illegible]rules.

ANno Dom[illegible] quingēteſimo quarto eluxit eximia Roman[illegible] Pontificis Symmachi 1. fraterna ch[illegible]itas: Pauper[illegible]s imprimis ad basilicas Petri & P[illegible]li habitacula e[illegible]truxit, curauitq; ne quid eis deesset quod ad victu[illegible] pertineret; amator enim pauperum fuit; & om[illegible]anno Episcopis ac ceteris Clericis in Africa vel S[illegible]dinia propter Catholicam fidem exulantibus, pecu[illegible]as & vestes subministrabat. *Anastas. & Platina in Symmacho an. 504.*

II. *De charitate [illegible]ppi Amidensis Episcopi, qui ex sacris ecclesiæ vas[illegible] summis factis, Persarum captiuos redemit.*

Summæ [illegible]it Persis admirationi insignis Acacii Amidensis E[illegible]copi charitas in captiuos; cuius factū sic describit N[illegible]icephorus: Erat, inquit, in ciuitate Amidensi Epi[illegible]opus Acacius nomine, quem tum facinus pulchr[illegible] illustriorem omnibus atque clariorem reddidit. Quum etenim exercitus Romanus Azazena regi[illegible]e vastata, supra septem millia Persarum cepisset[illegible], eosque nullo modo Persæ redimere vellent, atq[illegible] illi fame paulatim afflicti interirent, eaq; res non[illegible]arum molestię Regi adferret: Acacius ea re cognit[illegible] non ita prætermittendam censuit, sed qui sub eo er[illegible] clero coacto: Deus, inquit, n[illegible]er, filioli, *Niceph. Callist. eccl. hist. lib. 14. c. 23. Socr. l. 7. c. 21.*

c

filioli, neque diſcis indiget, neque pocula curat; egeſtati enim minime obnoxius, non edit, neque bibit. Cum igitur multa ſint eccleſiæ eius donaria, aurea quidem plurima, multa etiam argentea, quæ benignitate & liberalitate eorum, quæ ſe ad eam contulerunt, parauit, vtendum cenſeo ad Perſas captiuos redimendos, & famelicos alendos. Hæc atque alia hiſce ſimilia loquutus, ſtatim diuina illa donaria conflauit, atque ex eis æſtimationem militibus, quæ eis viſa fuerat, perſoluit & captiuos recepit: deinde alimentis eos abunde refectos, viatico etiam proſecutus, ad Regem ſuum miſit. Id Epiſcopi factum plurimum Perſarum Regem ad conſternationem adegit, quod Romanis vtrumque hoc ſtudio eſſet, vt ſimul & bello & benefactis egregie vincerent. Dicitur vero Perſam etiam deſiderium cepiſſe viri eius videndi, vt eius & conſpectu frueretur, & colloquio dignaretur. Idque ſic Imperatoris Theodoſii iuſſu factum eſſe fama obtinet.

Ornamenta Eccleſiæ diſtrahit Acacius, vt hoſtes captiuos redimeret.

III. *De Leonis Abbatis charitate, qui ſe in ſeruum vendidit, vt fratres ſuos monachos captiuos redimeret.*

Sophro. prat. ſpirit. c. 112. apud Bar. to. 7. an. 586.

Temporibus Imperii Tiberii fidelissimi Cæſaris, aſcendimus Oaſim, vidimuſque vnum illic in diuinis rebus monachum, genere quidem Cappadocē, nomine autem Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumq; experimentum capientes ſancti huius viri, magnopere ædificati ſumus, & maxime in humilitate eius, & ſilentio, & nuditate rerum omnium, & charitate quam ad omnes habuit. Dicebat ergo ſe venerabilis ſenex: Credite mihi filii, quia regnare habeo: Nos autem dicebamus ei; Crede nobis, Abba vere, quia nullus ex Capadocia vnquam regnauit; imperfectum ergo habes iſtam cogitationem. Ille vero rurſus dicebat. Veraciter, filii, regnare habeo. Nemo autem poterat eum ab hac cogitatione remouere. Cum autem veniſſet Mazizes (barbarorum Dux) & vniuerſam prouinciam illam deuaſtaſſet ac diripuiſſet; venerūt & in Oaſum, & monachos quidem plures occiderunt, plures duxerunt; inter quos acceperunt & Abbatem Leonem (fuerat autem hic lector magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ) & ad Abbatem Euſtachium Romanum, & Abbatem Theodorum Cilicem (erant autem tres infirmantes.) Cum ergo vincti fuiſſent, ait Abbas Ioannes barbaris: Ducite me in ciuitatem, & faciam vt Epiſcopus det pro nobis numiſmata viginti quatuor. Accepit ergo illum vnus ex barbaris, & duxit prope ciuitatem. Ingreſſuſque eſt Abbas Ioannes ad Epiſcopum: Inuentus eſt autem in via & Abbas Leo, & alii quidam Patrum, atque ideo tenti non fuerant. Ingreſſus igitur Abbas Ioannes cœpit orare Epiſcopum, vt barbaro numiſmata daret. Epiſcopus autem non plura quam octo numiſmata habere inuenire eſt. Voluerunt ergo dare barbaro octo numiſmata, & noluit accipere, dicens: Aut viginti quatuor numiſmata præbete mihi, aut monachum date. Coacti ſunt qui erant in ciuitate rurſum Abbatem Ioannem dare barbaro flentem & eiulantem. Adduxit autem illum in ſua tabernacula barbarus. Poſt tres autem dies ſumptis octo numiſmatib. Abbas Leo in eremum exiit, vbi erant barbari, orauitq; illos, dicens: Accipite me cum octo numiſmatibus, & tres illos dimittite, qui infirmi ſunt, neque pergere per eremum poſſunt: Nam interficietis eos, & detrimentum patiemini: ego vero ſanus ſum, ſeruiam vobis. Tunc barbari acceperunt Abbatem Leonem & octo numiſmata, & dimiſerunt illos tres. Abiit ergo Abbas Leo vſque ad quendam locum; & cum præ debilitate pergere vltra non poſſet, barbari decollauerunt eum: impleuitque Abbas Leo ſcripturam dicentem: *Vt ponat animam ſuam quis pro amicis ſuis, maiorem hac dilectionem nemo habet.* Tunc nos quoq; cognouimus quidnam eſſet, quod dixerat: Quia regnare habeo: Veraciter enim regnauit, quia poſuit animam ſuam pro amicis ſuis.

Barbarorū graſſatio in SS. Monachos.

Ingens charitas Leonis Abbatis.

Ioan. 15.

IV. *Seipſum periculo mortis expoſuit Ioannius Abbas, vt adoleſcentem e Saracenorum manibus liberaret.*

Huic opportune adiicimus, quæ itidem paulo *Id. ibid. cap. 155.* poſt imperante Mauritio, rurſum barbarum incurſionem contigiſſe idem auctor tradit his verbis: Dicebat & hoc nobis de Abbate Nicolao Abbas Ioannes: Narrauit, inquit, ſenex, quia imperante fideliſſimo Imperatore Mauritio, quando Namanes Saracenorum nationis Dux prædam egit; cum circumirem ego per Arnonem & Aidonem, aſpicio Saracenos tres habentes ſecum vnum adoleſcentem valde formoſum annorum ferme viginti vinctum atq; captiuum. Vt ergo vidit me adoleſcens, flere cœpit, & orare, vt ab eis illum acciperem. Ego autem Saracenos rogare cœpi, vt dimitterent eum. Vnus autem illorum ſermone reſpondit Græco, & ait: Non dimittemus eum. Et ego rurſum illis dixi: Accipite me & hunc dimittite, quia fatigationem non ſuſtinet. Ait mihi & ipſe rurſum: Non dimittemus eum. Dixit eis tertio: Vel pretium pro illo non accipitis? Date mihi illum, & quicquid perieritis, ego afferam vobis. Reſpondit: Non poſſumus tibi dare illum: ſacerdoti enim noſtro promiſimus, quia ſi quid nobis ceperimus, offeremus illud ei, vt ipſe pro nobis ſacrificium offerat; ſed vade iam; nam ſi moram feceris, caput tuum in terram proiiciam. Tunc proſtratus ego humi dixi: Saluator noſter Chriſte Deus, ſaluum fac ſeruum tuum. Et continuo tres Saraceni dæmonio repleti euaginatis gladiis ſeipſos concíderunt. Aſſumensq; ego adoleſcentem, in ſpelunca refoui illum: qui noluit diſcedere à me, ſed renuncians ſæculo, cum ſeptem annos impleſſet in habitu monaſtico, requieuit: erat enim genere Tyrius.

Ioannis Abbatis ſeruor erga proximum.

V. *De ingenti charitate Parochianorum erga ſuum Pa-ſtorem.*

Nicæph. Callist. Eccl. hist. lib.3.c.28.

Dionysium Ecclesiæ Alexandrinæ post Heraclam ad munus Episcopale prouectũ diuino nutu & prouidentia, multorum vtilitatis & ædificationis gratia, cœptis conatibusq; persecutorum superiorem ostẽdit Deus: Primum namque qui ad eum inquirendũ missi fuerant, cœcitate afflicti, quamuis domi is esset, aduentumq; eorum expectaret, studio tamen & conatu suo potiri non sunt. Deinde aũt cum sua spõte se illis, rebus omnibus domi suæ per eos direptis, vt se abducerent, obtulisset, & quinam id factum fratribus in nuptiis noctu peruigilantib. renuntiasset, illico confertim vno impetu omnes consurgentes celeri cursu cum iubilo & vociferatione cõtinua ad locum eum contenderunt. Atq; ibi custodibus in fugam versis, Dionysium crassiore linea veste indutum, & in lecto non strato repositum exurgere, & se quamprimum sequi coegerunt. At ille ad pedes eorũ prouolutus, obsecrat, vt vel abirent, seque ibi relinquerent, vel caput eius milites, qui eum captum abduxissent, auferre paterentur. Quem illi quamuis multa orantem atque obtestantem ne audire quidẽ sustinuerunt, sed ma[illegible] prottractum, & elitesarum [illegible] anno nudo imp[illegible]um in Epi[illegible] reparem domunculam reduxerunt.

Exemplum insignis oui um in Pastorem amoris.

VI. *Ex chari ate certant inter se de martyrio [illegible]les & Theodora puella Antiochena.*

D. Ambr. li.2.de Virginitate.

Charitate inter se contenderunt apud Ant[illegible]chiam Theodora virgo & quidam miles. Illa ob Christi confessionem ab infidelibus in prostibulum eruditur: miles vero eam primus adiens, persuadet mutatis secum indumentis virili habitu euadens, virginitatem intactam conseruet. Cumq; ipse cum muliebri veste deprehensus pro virgine ad supplicium traheretur, non sustinuit illa, vt cuius ope pudicitia tutata fuerat, ei necis causa fieret: palam proclamat se esse ei pœnæ addictam, non ipsum è contra ille, se iudicis sententia damnarum, non illam. Diu certarunt, vterq; alterum sua morte redimere cupientes. At vero quoniam Christum co[illegible] bus mori viuere erat, Deo dis[illegible] capitis obtruncatione gl[illegible]iosum martyrium peregerunt, ne eos tyranni gladius separaret, quos iunxerat amor Christi. *Vide Ambros. loco cit.*

Theodora & miles charitate certantes capite plectuntur.

TIT. V. De dilectione inimicorum.

Genes. 45.

Ioseph ostendit se diligere fratres suos, qui eum vendiderant, cum ipsis dixit: Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus, &c. osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos.

Iudic. 21.3.

Filii Israel licet à Beniaminitis læsi non desierunt propterea eorum excidium vlulatu magno deflere, dicentes: Quare Domine Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? & tribum illam extinctam instaurarunt.

Dauid Rex inimici seruo cibum præbet. 1.Reg.30.

Idem ostendit se diligere inimicum in planctu Saul. 2.Reg.1.

Eliseus Propheta inimicos ad capiendos se missos non tantum amauit, sed mensam eis apponi præcepit, refectosque abire illæsos permisit. 4.Reg.6.

Cum cepissent Israelitæ ducenta millia mulierum, & puerorum è Iudæa, vestitos atque refectos ad propria remiserunt. 2.Paral.28.

Tantam dilectionem vult Dominus ad proximos nos habere, vt dixerit: Diligite inimicos vestros, &c. Matth.5.

EXEMP. I. *De Guillelmo Pictauensi Episcopo, qui apud Greg. VII. orauit pro suis persecutoribus.*

IN Synodo Romana, quam celebrauit Gregorius VII. anno Domini 1074. Guillelmus Episcopus Bellouacensis dignum præbuit Christianæ charitatis & Episcopalis modestiæ specimen, vt qui grauissimis [illegible]assus à suis tam Clericis quam Laicis, quorum cau[illegible] iidem excommunicati fuissent, tantum abest, vt a[illegible]ersus eos conquestus sit, vt etiam pro eis Pontifice[illegible] rogarit, & absolutionem ab eodem Pontifice ab ex[illegible]mmunicatione impetrarit.

Apud Baron. tom. 11. Annal. ad ann. 1074.44.

II. *Vitam animi[illegible]tat Gregor. Nazianz. hæretico, qui vitam corporalem [illegible]i auferre conspirauerat.*

Adolescens quidam pedes beati Gregorii Nazianzeni aliquando manibus suis comprimens, cum lacrymis & lamentationib. sceleris sui veniam sup[illegible]x ab eo postulabat. Gregorio vero sciscitãte, quid [illegible]c sermone vellet, nihil responsi dabat, sed tan[illegible]ebat, ac veniam petebat. Tum quidam ex [illegible]bant, dixit: Hic est ille carnifex tuus, Pa[illegible]ullis subornatus, ferrum tibi in præ[illegible] erat, nisi Christus perspicue tibi [illegible]uod autem ad eorum voluntatem [illegible]perpetratum est: proinde nunc ad [illegible]bens clamat, suscepti sceleris pœ[illegible]Confestim ille, vt pater æquus, a[illegible]loquitur: Propitius tibi Christus [illegible]me, tibique ipse ignoscat, qui me [illegible] Hoc solum ad facinoris excusationem & pur[illegible]ero, vt hæresim execreris, meus[illegible]as, atque ad Deum accedas, ipsique sinceram & [illegible]oluntariam seruitutem seruias. Cuius tam lenis r[illegible]onsi cum certior facta esset ciuitas, ardentiori er[illegible]eum amore incensa est.

Greg. Presbyter in vita Greg. Ep. apud Sur. 9. Maij.

D. Gregorii Nazianzeni charitas erga inimicũ.

III. *De Sim[illegible]ne Anachoreta, qui accusatorem diuinitus à dæmone arreptum liberat.*

Cum in[illegible]gnis ille sanctitate vir genere Armenus nomine Sim[illegible]eon, vitæ anachoreticæ cunabula exercuisset in P[illegible]læstina, inde diuino monitu orationis studio Ro[illegible]am peregrinus expetiit. Cumque multa Sanctorum corpora circumeundo visitaret, quem nullus in q[illegible]ando labor vix aliquãdo superaret, tandẽ vnus ex[illegible]clero nequitiæ ac superbiæ furore plen⁹, Simeonem [illegible]irum sanctum & catholicum, o[illegible]nibus in Sy-

Adam historiograph. apud Baronium Cardinal. to.11 Annal. Eccl. ad. Dom. 1016. 6.7.8.

in Synodo residentibus, ore polluto infamauit hæreticum: & vt eum morti traderet, & ad necandum eum populum concitaret, talia aduersus virum Dei verba ore polluto declarabat, dicens: Nonne, inquit, omnes videtis, in visu, & in incessu, & totius corporis gestu hominem hunc praauum & impostorem hæretice agere? Peritus igitur ille Clericus zelo (vt præ se ferebat) Catholicæ fidei, in eum exclamans: Insurgamus ergo in eum, & vt cæteri contremiscant, aut lapidibus obruamus, aut viuum igne comburamus. Hæc flagitiosus aiebat, & eius flagitio plures adiuncti sunt, vnanimiter conspirantes, qui instigante diabolo, virum sanctum, iustum & pium toto conamine occidere moliebantur. Qua de re Romanus Pontifex cum vniuerso Episcoporum collegio turbatur, & quibus indiciis hoc vere cognosci potuisset, scisitabatur. Aderat tunc ibi quidam religiosus & reuerendus Episcopus, qui ab Armeniæ finibus peregre Romam petens consilio & sapientia præditus, reuerentia sanctitatis habebatur egregius, qui Dominum Papam humiliter adiens, his dulcedinis verbis illum exhortabatur: Tua, beate Pater iubente auctoritate furor populi conquiescat, & quis vir ille sit vel cuius professionis, seu qualiter Catholicam fidem colit, me percontante, tua paternitas recognoscat. Cuius sapienti consilio reuerendus Papa (Benedictus VIII.) credidit, eoq; iubente seditio populi conquieuit. Tum vero Episcopus Simeonem aggreditur, & lingua Armenica ita eum alloquitur: Quis es? vnde es? Dic ergo frater monache: & si Catholicæ fidei culmen tenes, per me his omnibus innotescat. Ad hæc vocem seruus Dei respondens, Catholicæ & apostolicæ fidei perfectionem in confitendo perdocuit. Quod cum Episcopus audisset, fauorem videret Dei plenum fide & sanctitate vera esse agnoscebat, magno repletus gaudio, pro reuerentia sanctitatis eius pedibus se prostrauit humiliter obsequio: protinus Papæ, ac omnibus qui aderant, virum Dei veræ fidei esse professorem, sanctum & iustum, æternæ Trinitatis cultorem, Dei omnipotentis adoratorem, palam omnibus declarat. Sed quia Deus omnipotens vltionum Dominus est, qui nihil, quod iniuste culpatur, abire permittit, impiorum nequitiam vlciscendo consumit, Clericum, qui ad necandum seruum Dei populum concitauerat, eadem hora spiritus malignus arripuit, ac prostratum seruo Dei contumelia diutissime volutando exauit. Videntes autem Rom. Pontifex, ac totus Clerus, vniuersusque populus tanta Dei magnalia & mirifica opera, eleuatis in cœlum manibus simul cum clamoribus, omnipotenti Deo laudes & gratias referebant, qui non permisisset suum seruum innocentem perimi sub iniquorum præiudicio, nec accusatorem eius abire sine vindictæ præmio. Tunc Christi seruus cernens persuasum Clericum ab vltore spiritu crudeliter tormentari, memor Euangelici dicti, quo aiebat: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos*; compatitur miserrimo Clerico. Eleuata itaque super eum manu, signum Crucis, increpando dæmonem, edidit: moxque malignus spiritus per os vexati turpiter exclamans, vlulando euanuit. Eadem vero hora liberatus ab hoste Clericus, pedibus viri Dei Simeonis prouolutus corruit, ac ingenti gemitu diutissime plorans, se reum, se culpabilem multum accusans, de perpetrato scelere veniam postulauit.

Secundum faciem non est iudicandum.

Simeonis fides explo-ratur.

Vltio in cõtumelio-sum diuinitus emissa.

Matth. 5.

Bonum pro malo redditum.

IV. *Quomodo S. Sabinus Venustianum Arianum persecutorem ex inimico amicum fecerit.*

Venustianus Tusciæ Præses, Sabinum Assisii Episcopum, cum duobus Diaconis, Exuperantio & Marcello, ob Christianitatem comprehendi iusserat, & in carcerem trudi. Hos ambos diuersis pœnis excruciatos interfecit; illi vero vtramque abscidit manum. Mox ipse graui oculorum dolore vexatus, ab eodem remedium popposcit, cui iam tot intulerat mala. Atque ille veluti beneficiis obstrictus, & nulla affectus iniuria accessit, diligenter orauit, efficaciter curauit, sanauit insuper hominem, ex infideli Christianũ fecit. Mat[illegible] reddere non potuit, quam vt inimicum suum diligendo, Deum amicum faceret, & eum pro Christo ad clementiam supplicium animaret, à quo ipse petierat supplicia.

Ex Metaphr. Sur. 3. Martij.

S. Sabinus persecutorem sanat & [illegible]

V. *Mela Episcopus Catholicus, inimicos suos hospitio atque etiam conuiuio excipit.*

De Mela Episcopo illud memoriæ proditum est. Cum de Ecclesiis ὁμοουσίοις consubstantialis fidei defensores exigerentur, atque eo qui ipsum quoq; eiicerent, aduenissent, repererunt eum veluti seruũ extremum Ecclesiæ lucernis adornandis hilariter incumbentem. Lucernarum enim lineos funiculos in manibus habebat, veste simul & cingulo sordidatus. Atq; cum illi Episcopum requirerent, indicatum se eis illum respondit, eosq; in domum Episco[illegible] atque vbi is de via sessis mensa apposita, pro rerum tunc adhuc copia cibum dedisset, atque edentibus ministrasset, sublata mensa manus lauit; & seipsum eis indicauit. Illi vero admirati, causam aduentus sui cum ostendissent, remittere ei se exilium, propter reuerentiã eius, dixerunt. Quod postea quam accepisset, eis respondit, non idem se, quod alii consentientes sibi Episcopi fecissent, committurum esse, vt inuitus solum exilii causa verteret, sed sua sponte in exilium iturum.

Nicephor. Callist. lib. 11. hist. Eccl. cap. 38.

Hospitalitatis Episcopalis exemplum.

VI. *De charitate Principum Christianorum erga hostes religionis Christianæ.*

Carolus Magnus Imper. qui innumeros populos bello sibi subigebat, non solum Saracenos versus Orientẽ, sed etiam Paganos idololatras in regionibus Occidentis, omnes diligebat, atq; ad fidẽ Christi trahere nitebatur. Sed conuerti nolentes occidebat; quia melius eis erat occidi, quam in infidelitate [illegible]

Dionys. Carthusiensis lib. 3. vita & reg. Princip. c. 42

manendo peccata augere. Simili modo fecit Ogerus nobilissimus Dux Danorum. Porro talis præcipue fuit optimus ille Theodosius Imperator, qui partes Orientis & Occidentis pacifice possidebat, clemens & misericors, hostibus à se victis tam benignus erat, vt pro virtutum suarum cumulo & perfectione, etiam à barbaris & incredulis amaretur: & multæ gentium nationes bonitatem eius cernentes, ipso hortante, ad Christum conuersæ sint.

Clementia Caroli Magni, & Theodosii Imperat.

VII. *De pietate & clementia Alexandri Patriarchæ Hierosolymitani in domesticum furem.*

Sophron. prat. spirit. cap. 34.

Alium habuit ciuitas ipsa Dei Patriarcham, Alexandrum nomine, adeo pium & misericordem, vt cum illi quidã ex notariis suis furatus esset aurum, & metu perterritus fugiens in Thebaidem Ægypti incidisset vagus, & erras in latrones, abductus fuisset ab eis captiuus ad extremas Ægypti partes, hoc comperto, diuus Alexander redemerit eum vinctũ ac captiuum octoginta quinq; numismatibus. Quo reuerso ita pie, misericorditerq; vsus est, vt quidam ex vrbis habitatoribus di[illegible]quando: Nihil esse vtilius, quam in Ale[illegible]rum pecca[illegible]

VIII. *De insigni [illegible]D. N. Ignatii charitate [illegible]contubernalem quendam suum.*

Petr. Ribad. lib. 5. de vita eius cap. 2. Petr. Maff. lib. 3. cap. 4.

Lutetiæ contubernalis quidam Ignatii L[illegible]læ fuit, qui commissa sibi pecunia Ignatium defrau[illegible] uit, & in eas angustias hominem coniecit, vt mag[illegible] studiorum suorum incommodo, quotidie mendicare cogeretur. Huic igitur pecuniæ fraudatori gratiam hunc in modum Ignatius retulit. In Hispania ille Lutetia decedẽs, dum opportunam Rhotomagi nauigationẽ expectat, in morbum periculosum incidit. Qui vsque adeo mitem Ignatium, ac singulari præditum charitate esse intelligebat, vt ad illum de sua aduersa valetudine amice scriberet, & quasi esset beneficio à se aliquo affectus, opem ab illo sibi, auxiliumq; postularet. Oblatam occasionem Ignatii charitas auide arripuit, vt libenter se impenderet, & superimpenderetur ipse pro anima illius. [illegible]nes ignis non quidem vindictæ, [illegible]æ charitatis in caput eius congereret. Rhotomagum quærendi, iuuandiq; hominis caussa confestim ire statuit, & magna spiritus alacritate, ac robore animi, tridui iter nudis pedibus, atq; ita ieiunus percurrit, vt ne aquam quidem gustaret. Rhotomagi debilitatum hominem offendit; iacentem erigit; confirmatumque iam, ad primos suos illos socios in Hispaniam cum litteris commendatitiis mittit, infidelitatem suam detestantem: admirantem Ignatii charitatem: gratias Deo agentem, quod in terris is vir esset, sibique eum ostendisset, qui beneficiis maleficia vlisceretur, officio cum offensa certaret.

Beneficium pro maleficio repẽdit Ignatius.

IX. *De eiusdem Ignatij charitate erga proximum insigni responso manifestata.*

Idem Ribad. ibid.

Romæ anno 1546. Religiosus quidam eruditus, ex [illegible]nico inimicus factus, inuidia extimulante gra-

uiter in Ignatium exarsit; qui etiam iactare cœpit omnes nostræ Societatis homines, à Perpiniano Hispalim vsque, igni se traditurum: idq; Ignatio, qui suis verbis renunciaret, misit. Cui Ignatius per eundem scripto ita respondit: Tu quidem, quotquot nostri in Hispania sunt, cremãdos te curaturum dicis: ego vero id dico, & opto, vt & tu charitate flagres, & amici tui, ac necessarii: non solum qui in Hispania, sed qui in vniuerso orbe terrarum sunt, Spiritus sancti igne inflammantur, & ardeant: vt perfectionis culmen adepti, diuinam gloriam augeant magis, & illustrent. Quod si quid contra me, bone pater, habes; iudices Romæ sunt, Gubernator, & Vicarius, qui nunc summi Pontificis imperio res nostras cognoscunt; vt sententiam de illis ferant; ad illos referas, quæso, antequam sententiam pronuncient, vt ego, si quid debeo, solus exoluam, & corpore meo [illegible]rus satisfaciam (quod mihi quidem erit iucun[illegible]imum) quam alii, qui in Hispania sunt, nulla sua[illegible]pa pœnas indebitas pendant.

Insigne charitatis responsum.

X. *[illegible] Christina martyr, in Italia venefico vitam, quam [illegible]ripere per serpentes moliebatur, precando restitu[illegible].*

In vita eius apud Surium, 4.

De S. Chri[illegible]a, quomodo amorem amore prouocarit, & hoc ex[illegible]lum pro coronide subiiciam. Virgo ista & martyr [illegible]o fide ac veritate horrendos admodum constanter perpessa est cruciatus. Cum autẽ etiam serpentes in eam missæ fuissent, sed mordere omnino nollent; veneficum, à quo ad mordendum irritabantur, inuadentes, rabidis ictibus multaq[illegible] veneni vi statim interimunt. At Christina sui [illegible]ficis vicem dolens, Christum precata, & [illegible]ntes [illegible]fugam conuertit, & ab eis peremptum ad[illegible]tam reu[illegible]auit: & eundem iam credentem ad [illegible]am beatitu[illegible]nis spem erexit. En quo lucrare[illegible] animas, qu[illegible] gloriosa quotidie comparare[illegible] [illegible]bis trophæa, [illegible]piritum Christi & Sanctorum se[illegible]ientes, qui vnu[illegible]est, de spiritu nostro sublimi remitteremus, & c[illegible]itati insudaremus.

Christinæ Italæ ingẽs charitas in proximum ipsi nocentem.

TIT. VI. De [illegible]re erga patriam & res externa[illegible]

Iosue heros [illegible]rtissimus pro populo suo dimicat, & necatis vno & tri[illegible]ta Regibus, vrbes eorum sorte diuisit. Iosue.

Gedeon [illegible]Chasæus, electis tantum trecentis viris, populum Israe[illegible]cum à Madianitis liberat. Iudic. c. 7.

Iudas, & [illegible]Machabæi omnes quanta virtute pro patria certarint, ex [illegible]Machabæorum libro, satis patet. 1. Machab.

EXEMP. I. *De Zenone Imp. qui patriæ quietem imperio præposuit.*

Bapt. Fulg. lib. 5. c. 6.

ZEno [illegible]perator Constantinopolitanus, cum apud [illegible]alcedonem bellum gereret, vt accepit à Verina soc[illegible], fratrem Basiliscum Imperatorem esse crea-

creatum, etsi permulti, vt Constantinopolim rediret, hortarentur, spe data armis in imperium redituru[m] (quia ea res permultis in vrbe molesta acciderat, qui sumpturos se pro eo arma pollicebantur) patriæ charitate motus, cuius quietem imperio potiorem ducebat, respondit, nolle, vt sui gratia inter ciues arma mouerentur, atque vt omnes suspicione liberaret, in Isauriam se recepit. Vnde haud multo post depulso Basilisco, populus eum reuocauit, atque imperio restituit. Rarum profecto exemplum, & cuius memoria celebretur dignum, pluris patriæ quietem quam imperium facere, quod à multis etiam vitæ præpositum fuit.

Zeno Imp. quietem patriæ imperio præfert.

II. *De gestis Francisci Danduli, vt patriam à summi Pontificis censura leuaret.*

Extat & in hoc genere Francisci Dãduli exemplum ad posteros memorabile; quippe qui, vt patriam ab ignominiosa Pontificis censura vindicaret, diu humiliter prostratus iacuit ad Clementis [illegible] om. Pontificis mensam catenis vinctus: sed patri[illegible] cum eo mutua pietate certauit, suumque ciuem [illegible]anto sublimius extulit, quanto ille abiectius se [illegible] contemptibilius gessit.

Sabell. lib. 8. exemplor. c. 1.

III. *De rara admodum quorundam Ca[illegible]nsium in suos concives charitate.*

His adiiciendam duxi hist[illegible]am de singulari Caletensium in suos pietate, quam referunt Flandrorum Annales. Anno Dom. M.CCC.XLVII. Eduardus Anglorum Rex ita anguste cõclusit Calesiam, vt præ fame, non modo equis, sed etiam canibus, felibus & arborum corticibus miseram vitam tolerarent. Eam autem frustra conan[illegible] liberare Philippus Francorum Rex. Non [illegible] facile adiri Eduardus nisi à mari, & [illegible]nte, q[illegible]em Millanum vocant, & vtrobiq; præsidium habe[illegible]at. A Flandria transitus clausus erat, [illegible]liqui aditus ipsos per paludes suas tutabantur. [illegible]olt Gallorum [illegible]cessum cum Eduardus perder[illegible]ferro & igni mi[illegible] retur obsessos ob longinquam [illegible]sidionem (cons[illegible]derat enim ibi fere per annum) & [illegible]aximos sumptus, flexus tandem procerum suorun[illegible]recibus, has illis imponebat conditiones. Sex præcipui totius oppidi ad supplici[illegible] reliquam multitudinem saluam vellent, alioquin [illegible]nnes ferro perituros. His in oppidum nunciatis, fl[illegible]us & eiulatus ortus incredibilis, adeo vt nec ipse Pr[illegible]fectus Ioannes lacrymas teneret. Conuocato Se[illegible]tu vt consuleretur qui forent producendi, cæte[illegible]cunctantibus, Eustachius à Fano Petri, oppid[illegible]totius facile princeps surgit, seque pro misera multitudine deuouit, ne tam multi pereant, dicens, se [illegible]erro scire inuenturum suam mercedem apud De[illegible]m. Huic se iungit Ioannes ab Ariaco. Surgit & Ia[illegible]obus à Wissanto vir locupletissimus dicitque se [illegible]elle adiungi suis duobus cognatis pro ciuium salut[illegible]. Idem facit Petrus à Wissanto Iacobi Germanus, [illegible]liique nonnulli. Hi laqueos collo, claues oppidi m[illegible]anu gestantes [illegible]mictu interiori, capita pedesq[illegible]e nudi ad pœnas producti necari à Rege iubentur. Intercedit vehementer nobilitas, ne victoriam crudelitate maculet, fœdum fore exemplum, & haud dubie in se aliquando versurum: dignos esse vita, qui tanta charitate ad liberandos communes ciues se offerrent, orare suppliciter pro illorum salute. At ille pertinaciter preces omnes reiicere. Tum Philippa Regina vterum gestans ac partui propinqua, patria Hannonensis, Belgarumque amans, honesta ac pia matrona cum lachrymis ad regis se proiicit pedes: *Domine*, inquit, *postquam huc domo euocata ad te veni, nihil abs te quicquam petii: nunc autem propter amorem Iesu Christi dona mihi istos sex homines.* Ad hæc Eduardus non retinens vltra lachrymas (vnice enim eam dilexit) Vellem, inquit, non adesses: habe eos, & hinc facessant ex meo conspectu. Regina acceptos ciues in ædes suas introduxit, ablatis laqueis prandio refecit, singulisque senos nobiles aureos donauit, & liberos dimisit.

Cives Calesienses in suos concives charitas.

Philippæ Reginæ Angliæ misericordia.

TIT. VII. De proximo [illegible]de ædificando, seu de bono exemplo aliis [illegible]

Cæ populus Israeliticus Iordanis alueum transire debebat, vt terram promissionis ingrederetur, omnium primi transierunt Sacerdotes, quos reliquus populus secutus est. Dei voluntate prudente osue: merito Sacerdotes terrorem populo excutere debuerunt, ne undis irruentibus suffocarentur. *Ioſ. c. 4.*

Ad prædicationem Ionæ Prophetæ primus pœnitentiam egit Rex Ninuæ, qui suo exemplo vniuersum populum ad pœnitentiam faciendam induxit, & ab ira Dei liberauit. *Ion. 3.*

Regulus Christi miraculo ac beneficio ad credendum inductus, non solum credidit ipse, sed & domus eius tota, eius auctoritate & exemplo commota. *Ion. 4.*

[illegible]AP. I. *Christianæ charitatis exemplo permotus Pacomius [illegible]m amplectitur Christianam.*

PAcomius cum gentilis adhuc in Cõstantini Magni exercitu militaret annum vigesimum agens, & deficiente victu, fame omnes enecti essent, cum suis appulit in quoddam Thebarum oppidum. Vesperc autem cum ciues vidissent eos in satis tuta esse custodia, & de eis audissent viri Christiani & misericordes, attulerunt eis omnia quæ erant ad vsum necessaria, & valde magnum eis præbuere solatium, cum essent in maxima afflictione. Cum Pacomius vidisset, quod ab eis factũ fuerat, & hoc valde esset miratus, didicit ab eis qui vna cum eo erant, Christianos erga omnes quidem, præcipue autem erga hospites esse benignos & misericordes. Rogante autem eo, quidnam esset appellatio Christianorum, dicebant: Sunt homines pii, & Deum colentes, credentes in nomen vnigeniti Filii Dei sui Iesu Chri[illegible]: & omnibus benefacientes, sperant ab eo mer[illegible]dem

Metaphr. 14. Mai: Apud Bar tom. 3. Annal. an. Do. 316. 18.

Christiani qui dicti.

remunerationis. Ipsis autem hæc ei dicentibus, mẽte illuminatus, fidem Christianorum admiratus, & metu Dei corde inflammatus, & spiritu exultans, cum parum secessisset, & apud se fuisset; manus suas in cœlum extendit, & dixit: Domine Deus, qui fecisti cœlum & terram, si respiciens respexeris humilitatem meam, & mihi tuæ diuinitatis dederis cognitionem, & me liberaueris ex hac afflictione; tibi seruiam omnes dies vitæ meæ, & conuenienter tuis præceptis vitam instituam. Cum ergo esset precatus, & sic Deo pollicitus, vno die postea egressus è custodia cum iis qui cum ipso erant, & nauem ingressus, nauigauit ex illo oppido. Interea autẽ dum in aliena regione versaretur, si quando eum carnis voluptates, aut rerum aliquarum mundanarum vexarent cupiditates, valde auersabatur, precum memor, per quas mente illuminatus Christum fuit professus, & eius, qui in ipsum exitit, diuinæ gratiæ aduentus.

Charitatis exemplo Christianus fit Pacomius.

II. *Albanus adhuc ethnicus, hospitis, quem secreto susceperat, exemplo Christ... martyr efficitur.*

Lib 1. Eccles. hist... Ann. c. 7. Albanus paganus in Anglia quo pacto Christianus euaserit.

Huic consonat... scribit ... de S. Albano, ... cum perfidorum ... principum mandata aduersus Christianos sæuirent, ... ericum quendam persecutores fugientem hospitio ... epit. Quem dum orationibus continuis ac vigili... diu noctuque studere conspiceret, subito diuina gr... a respectus exemplum fidei ac pietatis illius cœpit a... mulari, ac salutaribus eius exhortationib⁹ paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, Christianus integro ex corde factus est. Cumq; præfatus clericus aliquot diebus apud eum hospitaretur, peruenit ad aures nefandi Principis, confessorem Christi, cui necdum fuerat locus martyrii deputatus, penes Albanum latere. Qui cum ad tugurium martyris peruenisset, mox se Sanctus Albanus pro hospite ac magistro suo ipsius habitu, id est, caracalla, qua vestiebatur indutus, militibus exhibuit atque ad iudicem vinctus perductus est. Contigit autem in... cem ea hora, qua ad eum Alban... aturi, aris assistere. Cumque vidisset Albanum, mox ira succensus nimia, quod se illi vltro, pro hospite quem susceperat militibus offerre ac dilerminii dare præsumpsisset, ad simulacra dæmonum, quibus assistebat, eum iussit pertrahi: Quia rebellem, inquiens, ac sacrilegum celare, quam militibus reddere maluisti, vt contemptor Diuûm, meritam blasphemiæ suę pœnam lueret, quæcunq; illi debebantur supplicia, tu soluere habes, si à cultu nostræ religionis discedere tentas. At Sanctus Albanus, qui se vltro persecutoribus fidei Christianum esse prodiderat, nequaquam minas Principis metuit, sed accinctus armis militiæ spiritualis palam se iussis illius parere nolle pronunciauit, &c. Qui cum tormentis afficeretur acerrimis, patienter hæc pro Domino, imo gaudenter ferebat. At vbi iudex illum tormentis superari, ve... cultu Christianæ religionis reuocari non posse per... it, capite eum plecti iussit.

III. *De Constantino puero Iudæo alterius exemplo ad Christi fidem perducto.*

Ex Menæo Græcorum 26. Decemb. Iacob. Grets. lib. 5. de Cruce, cap. 43.

De puero Iudęo, qui postea baptizatus Constantini nomen tulit, hæc Græcorum Menæum: Cum matrem suam, nescio quo euntem sequeretur, vidit hominem Christianum, qui dum in terræ scrobem quandam prolaberetur, signum crucis ori imprimebat, cuius puer secutus exemplum, & ipse deinceps crucem subinde efformabat, sacraq; tandem Christiana amplexus, ardenti fide prosecutus est. Cum puella illum Hebræa (pudoris exoriendi causa) inuaderet, illam signo crucis repente exanimauit, rursumq; postea in vitam reuocauit. Hic cum præfecto monasterii statum vitæ suæ exponeret, iubet ille proferri crucem, & ab eo salutari: cuius cum beatus ipse pedem osculo libaret, tota fronte & brachiis venerãda crux sese in sancti pueri verticem submittens characterem crucis capiti indelebilem impressit, quem per omnem postea vitam seruauit. Dignus ergo baptismatis gratia iudicatus, sacris Christiani... initiatus, & Constantinus dictus.

Constantinus Iudæus diuinitus elementa Christiana discit. Cruce miraculo facta puer.

IV. *De Afra meretrice S. Narcissi Episcopi exemplo cum aliis tribus ... sa.*

Ex historia S. Afræ apud Laur. Sur. 5. Augusti. Zachar. Lip.

Narcissus Episcopus cum sæuiente in Christianos persecutione cum Felice Diacono sub Augustam Vindelicorum venisset profugus, & ad Afram meretricem forte diuertisset, illa existimans viros, ... ate conspicuos, nõnisi turpitudinis studio eo hos... deli... ilico cœna opipare instructa, fuco meretri... e ornata, ad flagitiosos actus sese compo... sit. Po... Antistes cum ad sumendum cibum ac... sisset & p... mum toto corpore, vultu, oculisq; ... orationem f... omponeret, illa, cuius omnis o... di consuetud... nõ modo ignota, sed ne visa quidem esset; insolit... viri pietate stupefacta, inquisiuit quis esset; Cum... Christianorum cum Episcopum esse cognouisset... ox salutari pudore suffusa, & pa... ritet timore cor... ta, ad eius se pedes abiecit: ac impudicitiæ suæ... ubem confessa est. Cui Narcissus verbis protinus... Iesu bonitatem explicuit, ho... tusq; vt impudico & flagitioso vitæ genere re... cto, cum Christo in gratiam rediret, haud diffic... ter effecit vt prioris vitæ pertæsa ad matrem sua... Hilariam nomine, abiret, eidemque & Narcissi ... monita, & animi sui propositum aperiret. Porro Hilaria, audita Narcissi Episcopi fama, ilico cum fi... a in Christi amorem exarsit, & se suaque omnia Antistiti permittens, sacro baptismate veteris vitæ relictis rite expiatis, Christiana sacra suscepit: & Afra cum tribus puellis, Digna, Eutropia & Eunomia ab infelici dæmonis seruitute ad Christi stipendia transiuit.

Afra meretrix Episcopi exemplo ad meliorem frugem ... uersa.

V. *Quam utile ac frugiferum sit alii bono exemplo esse.*

Grego-

Euseb. hist. eccl. lib. 11. cap. 9.

Gregorius apud Nazianzum oppidum in locum patris Episcopus subrogatus hæreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita vero pace, Cõstantinopolim ad Ecclesiam docendam venire exhortatus, non abnuit. Vbi breui tempore tantum ad emendandũ populum vetustis hæreticorum infectum venenis proficit, vt primum Christiani sibi fieri viderentur; & nouellam lucem aspicere, cum religionis Doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis: nec viderent ab eo discipulis aliquid imperari, quod non prius ipse feciſſet.

Exempli boni vtilitas.

TIT. VIII. De bonorum commercio & consuetudine.

Gen 30. *Laban propter præsentiam Iacob generi sui, cuius seruitio quatuordecim annis fuit vsus, mirum in modum ditatus fuit.*

Gen. 39. *Propter Ioseph, qui seruiebat Potiphari Ægyptio quitum magistro, benedixit Dominus eius domui.*

4. Reg. 3. *Propter Iosaphat Regem Iuda Deum colentem Eliseus Prophetа impetrauit dari aquas exercitui, cui pro erant duo alij mali Reges.*

Tob. 2. 4. *Homines Deum timentes solum decet habere Tobias in conuiuio: & id ipsum docuit filium suum.*

Matth. 26. *Quamdiu Petrus fuit cum Apostolis, fixus & securus mansit: at vbi fuit in atrio calefaciens se, Dominum negare cœpit.*

Act. 27. *In naufragio facto ad Melitam insulam in mari adriatico homines multi seruati sunt propter Paulum, qui vna, licet vinctus, vehebatur.*

EXEMP. I. *Diuus Martinus ex B. Hilarij commercio pius fit, & ad gradus sacerdotales idoneus.*

Seuer. Sulp. in vita eius. MArtinus, relicta militia, S. Hilarium Pictauensis ciuitatis Episcopum expetiit, & aliquandiu apud eum, spectata eruditione & ætate virum, commoratus est. Hilarius autem hominis ingenio & religione delectatus, vt arctius eum sibi implicaret, Diaconatus officio & diuino vinculo ministerio conatus est, sed cum ille indignum se tamitans sæpius resisteret, Episcopus intelligens eum infima quæq; præ humilitate sectari, & officia illa, in quibus iniuria quidam locus esse videretur, appetere, exorcistã eum ordinauit. Quam ille ordinationem minime repudiauit.

II. *Hilarion pauco admodum tempore cum B. Antonio Eremita commoratus; eius viuendi ritum insequitur.*

D. Hieron. in vita eius cap. 1. Hilarion ortus Tabathæ in Palæstina ex parentibus infidelibus, Alexandriam missus studiorũ causa, ibi morum & ingenii laude floruit: ac Iesu Christi suscepta religione, in fide & charitate mirabiliter profecit. Cum autem Antonii nomẽ in Ægypto celeberrimum esset, eius videndi studio in solitudinẽ contendit: apud quem duobus mensibus omnem eius vitæ rationem didicit. Domũ reuersus mortuis parentibus, facultates suas pauperib. dilargitus est, necdum quintumdecimum annum egressus rediit in solitudinem: vbi extructa exigua casa, quæ vix ipsum caperet, humi cubabat. Nec vero saccum, quo semel amictus est, vnquam aut lauit, aut mutauit, cum supernacaneum esse diceret, munditias in cilicio quærere.

III. *Ex congressu D. Bernardi aliquot adolescentes nobiles facti sunt monachi.*

In vita S. Bern. lib. 1. cap. 11. Diuertit aliquando nobilium cohors militũ Clarauallem, vt B. Bernardũ Abbatem viderent. Prope autem erat sacrum Quadragesimę tempus: Et illi omnes fere iuuenes, dediti militiæ sæculari, circumibant quærentes execrabiles illas nũdinas, quas vulgo tornetas, id est, altercationes & pugnas vocant. Cœpit itaque ab eis petere, paucos illos, qui ante Quadragesimam supererant, dies, ne armis interim vterentur. Quibus obstinato animo eius acquiescere monitis renuentibus, confido, ait, in Domino, quoniam ipse mihi dabit indutias, quas negaris. Et accersito fratre, iubet eis cereum [illegible] dicens, & dicens, vt [illegible] biberent animarum. Petrũ ergo pariter, quidam tamen inuiti præ amore sæculi, metuentes eum, quem postea experti sunt, diuinæ virtutis effectum: Vt enim egressi sunt fratres monasterii, mutuis sese cœperunt inflammare sermonibus, quia cor eorũ erat ardens in eis. Inspirante ergo Deo, & currete velociter verbo eius, eadem hora reuersi, & conuersi a vitiis suis, spirituali militiæ dextras dederunt. Quorum quidam adhuc militant Deo: quidam vero regnant cum eo, vinculis carnis absoluti.

D. Bernardi sociorum ad pietatẽ alliciuntur aliquot adolescentes

IV. *Adolescens improbus ex consuetudine cum viris religiosis ac Deum timentibus fit probus.*

Petr. Mass. lib. 2. Vitæ Ignatij, c. 23. Adolescens quidam egregiis naturæ adiumentis, [illegible] septentrionali plaga Romam aduenerat, non modo [illegible] tabe infectus ipse, verum etiam mire cupidus eiusmodi [illegible] lateque vulgandæ. Is cum ex occasione sese hominum in cœtus insereret, ve: bisque venenatis clericorum vitam ac mores summam in inuidiam vocaret primum, deinde abductis à sacerdotum reuerentia mentibus, praua dogmata sensim instillare quotidie pergeret; patefacta re, iussu magistratuum comprehenditur. Qui cum & ipsi per se, & sacræ Theologiæ magistris adhibitis, illum ab opinionum insania reuocare frustra conati essẽt; ne quid intentatum relinqueret, ætatem & ingenium miserati, prius quam in eum lege ageretur, accersito Ignatio rem totã exponũt: quoniam ipsorum neque adhortationes, neque minæ proficiant; habeat illum aliquandiu apud se, videat etiam atq; etiam, vt errantem oniculam ad Ecclesiæ caulas aliqua ratione traducat. Ille clementer acceptũ hæreticum domum adducit; neq; vero sapientes Iudi[illegible] frustrata spes est. Siquidẽ adolescens ab Ignatio [illegible]

Adolescentis peruicacia.

iisque amicissime habitus, eorum dictis & factis, institutis accurate obseruādis paulatim affici, atq; immutari Dei beneficio est cœptus: quam antea respuerat medicinam, libentius indies accipere: ac demum perseuerantibus Patrum officiis, & diligētissima curatione, eo processit res, vt euulsis letalium dogmatum fibris priorem pertinaciam gemebundus agnosceret: nec ante à salutari incœpto destitit, quam voluntaria abiuratione detestatus errores, ingenti bonorum tum admiratione, tum gaudio, cum Ecclesia sancta in gratiam rediit. Is deinde, quærentibus viris grauibus, cur qui antea tot machinis oppugnatus peruicacissime restitisset, Ignatii denique & Patrum hospitio & consuetudine vinci se passus esset; sine cunctatione respōdit, se illorum non tam disputationibus argumentisque (licet in eo quoque valerent plurimum) quam spectatæ sanctitati virtutique cessisse: quod ita apud se prope necessario statuisset, à tam incorruptis moribus, à tanta pace atq; concordia, à tam bonis operibus rectam in Deum fidem abesse nullo mo[illegible] documento esse potest hominibus nostris; licet [illegible] conuertentibus ad Christum [illegible] ingenii ac doctrinæ præsidia requirantur, tamen inspecta vitæ morumque innocentia, plus multo quam literis aut contentionibus profici.

Consortio bono adolescens peruicax ad frugem bonam redit.

TIT. IX. De perniciosæ societatis fuga.

Quamdiu Abraham cum peruersis hominibus, in Vr Chaldæorum vixit, non legitur Deus ei apparuisse: at postquam inde exiuit, diuinis apparitionibus sæpe fuit illustratus.

Gen 13. 15.17 18.

Noluit Iacob cum malo fratre Esau ambulare, licet placasset eum muneribus, & ille satis instaret, & signa dilectionis ostenderet.

Gen. 33.

Cum Samuel Propheta Regi Sauli regni amissionem propter inobedientiam prædixisset, ab eo discessit, indicans non esse versandum cum eo, quem Deus deseruisset.

1. Reg. 15.

Saul Rex inter Prophetas prophetauit: inter improbos vero improbe egit.

1. Reg 19.

Amasias Iudæorum Rex, centum argenti talentis centum millia Israelitarum conduxerat: sed Propheta eum monuit, vt eos dimitteret; impios enim esse, & infelices fore.

2. Paral. 25.

EXEMP. I. *Periculosum esse versari cum Iudæis.*

Sermone 17. de Cal. Ian.

DIuus Ambrosius sermone de Calēdis Ianuariis, Iudæorum consortia prohibens, sic ait: Nō solum gentilium, sed Iudæorum cōsortia vitare debemus, quorum etiam confabulatio est magna pollutio. Hi etenim arte insinuant se hominibus, domos penetrant, ingrediuntur prætoria, aures iudicum & publica inquietant, & ideo magis præualent quo magis sunt impudentes.

II. *Quam sint pernicioſa improborum consortia Augustinus ipse deterior aliquando factus declarat.*

Ex Augst. lib. 2. Confes. c. 3. 9. & 10.

Qui aperte noxii sunt, sua se sponte produnt: prima etenim fronte libertatē, imo licentiam, aut potius impudentiam flagitiorum ostendunt, seque & alios ad turpitudinem excitant. Huius generis erant, qui se Augustino adolescenti adiunxerant, quos ipse, de se loquens cōmemorat his verbis: Præceps ibam tāta cęcitate, vt inter coętaneos meos puderet me minoris dedecoris, quam audiebam eos iactātes flagitia sua, & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes essent, & libebat facere non solum libidine facti, verum etiam laudis. Quid dignum est vituperatione nisi vitium? Ego, ne vituperarer, vitiosior fiebam, & vbi non suberat quo admisso æquarer perditis, fingebam me fecisse quæ nō feceram, ne viderer abiectior quo eram innocentior, & ne vilior haberer quo [illegible]am castior. Ecce cum quibus comitibus iter age[illegible]m platearum Babyloniæ, & volutabar in cœno [illegible]s, tanquam in cinamomis & vnguentis pretiosis. Et in vmbilico eius quo tenacius hærerem, calcab[illegible]e inimicus inuisibilis, & seducebat me, quia ego [illegible]ctilis eram &c. O nimis inimica amicitia, seductio [illegible]entis inuestigabilis ex ludo & ioco nocēdi auiditas, & [illegible]eni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vlciscendi libidine: sed cum dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem. Quis aperit tortuosissimam istam & implicatissimā [illegible]dositatem? Fœda est, nolo in eam intendere, nolo [illegible] videre. Te volo iustitia & innocentia, pulchra & [illegible]ora honestis luminibus & insatiabili satietate. Q[illegible]es [illegible]apud te valde, & vita imperturbabilis. Qui in[illegible]at in te, [illegible]etrat in gaudium Domini sui, & non timebit, & ha[illegible]bit se optime in optimo. Defluxi abs te ego & errau[illegible] Deus meus, nimis deuius à stabilita-te tua in adoles[illegible]ntia, & factus sum mihi regio egestatis.

Augustinus improbo consortio improbus imo iis improbior fit.

II. *Prauorum societate Augustinus adhuc adolescens ad peccandum [illegible]allectum fatetur.*

D. Aug. lib. Confess. c. 8. & 9.

Idem Augustinus in eodem libro Confessionum fatetur se non [illegible]isse pellectum ad furtum pomorū, nisi vt placeret [illegible]um, inquit, habui miseram aliqua[illegible]o in iis, quæ nunc recolens erubesco, maxime in illo furto: in quo ipsum furtum amaui, nihil aliud [illegible] cum & ipsum esset nihil, & eo ipso ego miserior? Hi tamen solus id non feciſſem, sic recordor animum tunc meum, solus omnino id nō feciſſem. Ergo amaui ibi etiam consortium eorum, cum quibus id feci. *Et infra.* Ecce est coram te Deus meus vita recordatio animæ meæ. Solus non facerem furtum illud, in quo libebat id quod furabar, sed quia furabar, quod me solum facere prorsus non liberet, nec facerem. O nimis iniqua amicitia, seductio mentis inuestigabilis ex ludo & ioco nocēdi auiditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vlciscendi libidine. Sed cum dicitur: Eamus, faciamus, & pudet non esse impudentem. Quis aperit tor-

Augustinus prauorum societatem ad furtum allicitur.

rit tortuosissimam illam & implicatissimam nodositatem? Fœda est, nolo in eam intendere, nolo eam videre.

IV. *Nebridius nobilis adolescens inter aulicos non mutatus, ab aula tamen exit, ne mutaretur.*

D. Hieron. tom. 1. ep 9. quæ est ad Salvinam.

Mirũ dictũ est, quod de Nebridio scribit D. Hieronymus. Is in adolescentia nutritus in palatio, contubernalis, & condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrat orbis, & terræ ac maria seruiũt, inter rerum omnium abundãtiam, in primo ætatis flore tantæ verecundiæ fuit, vt virginalem pudorẽ vinceret, & leuẽ quidem in se obscœni rumoris fabulã daret. Deinde purpuratorum propinquus, socius, consobrinus; iisdemque cum Ambobus studiis eruditus, (quæ res etiam externorum mentes sibi cõciliat) non est inflatus superbia: nec cæteros homines adducta fronte contempsit: sed cunctis amabilis, ipsos principes amabat vt fratres: venerabatur vt dominos: & in illorum salute salutẽ suam positam fatebatur. Ministros autem eorum, & vniuersum ordinem palatii, quo regalis frequẽtatur ambitio, sic sibi charitate sociarat, vt qui merito inferiores erant, officiis se pares, arbitrarẽtur. Difficile tactu est gloriam virtute superare: & ab his vinci, quos præcedas. Oblitus itaq; dignitatis suæ, omne consortium cum Monachis & Clericis postea habuit. Quis enim fornacem Regis Babylonii sine adustione ingressus est? Cuius adolescentis Ægyptia domina pallium non tenuit? Quæ vxor Eunuchi nullos creat libidos voluptate transacta?

Nebridii nobilis adolescentis laudes.

V. *Quanta cautela quorundam nobilium familiæ illecebrosa sint vitanda consortia.*

Guilielm. Balde, an. lib. 1. de stimulo adolescentiæ c. 4.

Laudabilis est ac memoria digna & æterna hac nostra tempestate clarissimi Principis animus, qui cum adolescentiam militando exercuisset, à quodam ex suis, omnia prompta esse & parata ostendente, vitari se ad dedecus sensit. Quare tam vehementer exarsit zelo honoris Dei & proximi, vt verbum redderet nullum, tantum responsi loco, familiari illi suo, quæ proxima erat porta, extemplo ostendit: iussoque egredi, clausum illũ, & deinceps seuere cauit, ne inuitator ille in suum vnquam cõspectum admitteretur. Fuerunt & alii, qui ætate adhuc tenera, cum magis aliorum consuetudine, quam sua voluntate, in mediis se hostibus versari intelligerẽt, iamq; ipsum vitium pro oculis viderent, tanto repẽte huius infamiæ odio sunt inflammati, vt nulla mora, suis ipsi cupiditatibus fortiter restratis, conculcatisque in ipso periculi momento, perpetuæ castitatis votum Deo dicarent. Facieba scilicet bonus Deus vt ex terrimis spinis pulcherrimas colligerent rosas; & ex veneno turpitudinis, aduersus eandem antidotum sibi conficerent.

Consortia illecebrosa fugienda.

VI. *Christianorum vita praua quantum obsit Euangelio disseminando apud gentes barbaras.*

De Sinensium conuersione dum scribit Maffeius aiet: Nihil tam ipsis ad Christum conuertendis obstitit, quam Christianorum vita praua. Elato quidem supercilio Sinæ reliquas omnes gentes præ se contemnunt; rudes, inertes, barbaras putant. De suis tãtum ipsi rebus magnifice ac glorioſe non sentiunt modo, sed prædicant. Nostris tamen hominibus tribuere nonnihil videtur: quippe Sinas vtroque oculo præditos aiunt, Europæos altero, cæteros neutro. In hosce mores & institutа Christi disciplinam inferere, quantæ sit molis, quilibet non imperitus rerũ existimator facile iudicauerit. Obstant regia edicta & difficultas introitus. Obstat regionis ferocitas & cupidinum illecebræ, & cætera malorum irritamenta; & quo nihil cœlesti philosophiæ inimicius est, fastus & superbia, & suarum omnium rerum amor quidam infinitus. Accedit educatio puerilis, & fabulæ, & opinionum hausta cum ipso lacte peruersitas. Verum nihil plane maiori est impedimento, quam nostrarium Christianorũ, quos Ethnicis prælucere ad omnem iustitiam & castitatem oportuerat, tanto nostræ professioni minime cõsentanea quotidiana vitæ documenta. Non enim tantã spectata eorum innocentia virtus adiuuit Euangelii fidem, quantam stigmata multorum, & notissimæ cuiusque, auaritia & improbitas adimit.

Petr. Maffeius lib. 4. hist. Indic.

Christianorum vita mala obest Euangelio in Sina Indiæ prouincia.

II. *Aliud eiusdem argumenti exemplum apud Brasilienses.*

Idem Maffeius ibid. lib. 15.

Brasiliam nostri attigere ineunte Aprili mẽse, anno post Christum natum M. D. XLIX. cum ante duos circiter mẽses Olisipone soluissent. Erat laboriosa omnino Prouincia, & multis difficultatib implicata; obstabat inscitia linguæ, quanquam haud ita copiosæ nec variæ, ab omni tamen Europæo sermone plane abhorrentis. Obstabant etiam ingenia moresque incolarum; quod super quotidianas cædes, ac finitima bella, & inexpiabilis vlciscendi certamen, dapesque diras, in crapulam quoque ac Ve[illegible] projecti, magis in dies obtunderent aciem mentis, & [illegible]orum eœno quicquid erat indolis bonæ demergerent. Accedebat indomitum ac late patens malum, & quo valentius nihil adhuc atque iterum obsepserit Euangelio, veterum Christianorum, indigna tali nomine ac professione, licentia procaciaq;, cum auxia cupiditate sordibusque coniuncta, vt eorum aduentus in barbarorum vicos, viceq; consuetudo, cum grauiter cunctos offenderet, tum ingentem nomini Christiano inuidiam infamiamque conflaret.

Vitæ prauæ consuetudo veterum Christianorum Euangelii fructum impedit.

VIII. *In qua pericula vitæ sese conijciat, qui praua sequitur consortia.*

Ex Ann. Societ. anno 1592. sub Prouinc. Neapolit.

Adolescens, qui nostram colebat Societatem, malecautus iniit amicitiam cum Græculo Mago, & cum Clerico Apostata, qui non vnum, sed plures ordines deseruerat, curiositate potius, quam auaritia ductus, thesauri effodiendi causa, cum iis [illegible] Pu-

tes cryptam, aut verius cuniculos quosdam ingreditur. Vbi peruenerunt ad imum locum, momento temporis faces, laterna, atq; vniuersa lumina extinguuntur; & Apostata exclamans, Heu, concidit mortuus. Perterritus adolescens, perterritus Magus, studiis disparibus, ille confugit ad S. Barbaram, quã præcipuam patronam colebat, procidit in genua precibus, pœnitentia, promissis precatur propitios cœlites: hic ad incantationes conuertitur, aduocat dæmones, cum sæpius verberato silice, neque scintillam ignis eo tempore impetrare posset ab iis paulo post liberalissimis futuris, Deum diuosq; maledictis execrandis onerat. Ille foras euadit incolumis, animam confessione purgat, meliorem que vitam instituit; satis superque doctus quid ab improbis expectandum.

Pericula sequentium praua consortia.

IX. *Vt Gordiana puella pia, puellarum secularium commercio à pietate fuerit abstracta.*

Gordiana Gregorii Magni amita, vt ipse deplorat in libro Dialogorũ, licet sanctissimo sororũ suarum, Tharsillæ & Æmiliæ consolio frueretur, tamen quia plus æquo [illegible] debat puellarum, [illegible] rum consuetudine à morte sororum misere seducta est.

Greg. 4. Dial. c. 16. & hom. 38. in Euang.

De decem præceptis Decalogi, qui officia charitatis complectuntur.

PRIMVM PRÆCEPTVM.

Exod. 20. Leuit. 19. *Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile vt adores illud.*

TIT. X. De Deo colendo, adorando & inuocando.

1. Reg. 11. *Elcana pater Samuelis, ascendebat de ciuitate sua [illegible] tatis diebus, vt adoraret & sacrificaret Deo.*

1. Paral. 15. *Dauid Rex solicite cultum Dei in cantoribus & sacerdotibus auctum studuit.*

Tob. 1. *Cum filii Israel omnes conflluerent ad vitulos aureos, Tobias eorum consortium fugiens, ad templum Domini in Hierusalem ibat adoraturus Dominum Deum.*

Daniel. 3. *Nabuchodonosor Rex viso miraculo de tribus pueris illæsis è fornace ignis, Deum adorat.*

Daniel. 6. *Darius quoq; Babyloniorum Rex cum vidisset Danielem eductum è lacu leonum illæsum, Deum adorat, & adorandum decernit.*

Matth. 2. *Magi tres Bethlehem ab Oriente venientes, & Christum Dominum cum Maria matre inuenientes, eum humiliter adorauerunt, mysticas ei munerum species offerentes.*

Matth. 8. *Cum descendisset Iesus de monte, leprosus veniens, genu flexo adorauit eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare.*

EXEMP. *I. Vt Clodoueus Francorum Rex, dum sacro fonte tingeretur, ad Christum adorandum fuerit à B. Remigio instigatus.*

BRemigius Archiepiscop. Rhemensis, cum Clodoueum Francorum Regem, primum ex Regibus Franciæ conuersum ad Christum post superatos Alemannos baptizare deberet, coram procerum frequentia, deponenti ornamenta regalia, & ad sacrum se lauacrum humilianti, cunctis audientibus dixit: Mitis depone colla Sicamber; adora, quod incendisti; incende, quod adorasti: hoc est, Christum adora, cuius Ecclesias incendisti paganus; incende idola, quæ tunc adorasti.

Io. Trith. lib. 1. Compend. Annal. to. 8. & 41. Idem lib de origine Francorum.

II. *Solum verum Deum colendum & adorandum palam profitetur Chrysogonus.*

Chrysogonus, Diocletiano Imperatore, Romæ inclusus in carcere, ibi biennium S. Anastasiæ facultatibus vixit. Sed cum Imperator Diocletianus Dalmata, ignobili & obscuro loco natus, Romam scripsisset, vt reliquis Christianis, qui in vinculis essent, interfectis, Chrysogonus Aquileiam ad se mitteretur, eo perductus est. Cui Imperator: Accersiui, inquit, te, Chrysogone, vt hominibus augeam, si modo induxeris animum Deos colere. Et ille: Ego eum, qui vere est Deus, mente & oratione veneror, deos autem, qui nihil sunt nisi dæmonum simulacra, odi & execror. Quo responso excandescens Imperator, ad aquas [illegible] datas eum securi percuti iubet.

Ex gestis Anastasiæ Breuiar. Rom. 14. Nou.

Celebre & vere Christianum dictum.

III. *[illegible] eos ethnicorum, quia dæmonia sunt, non licet [illegible] are.*

[illegible] næ sub Adriano Imperatore, Seraphia, virgo Ant[illegible]ochena; cum in domo Sabinæ præclarissimæ fœmi[illegible] apud vrbem commaneret, rapta ab officio Pr[illegible]tidis exhibita est in conspectu ipsius. Cui ille Sacrata diis immortalibus, quibus sacrificant Domini Imperatores. Beata Seraphia respondit: Timeo & colo omnipotentem Deum, qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Nam dii, quos iubes adorare, non sunt dii, sed sunt dæmonia, & ideo non licet mihi eos adorare, quia Christiana sum. Rursum Præses; Sacrifica deis, inquit, ne morte plectaris: Cui Virgo: Non facio voluntatem patris tui Satanæ, quia Christiana sum.

Ado in Martyrol. 3. Sept.

Dii gentiũ dæmonia sunt.

TIT. XI. Adorationem Deo debitam non esse hominibus tribuendam.

Nabuchodonosor Rex Assyriorum pro Deo coli voluit. *Iudith. 3.*

Aman Amalechita apud Regem Persarum tanta fuit auctoritatis, vt à Rege secundus esset, eique omnes proceres assurgerent; solus Mardochæus adorationis honorem Deo conuenientem abnegauit, eum adorare noluit. *Esther. c. 3.*

Alius Nabuchodonosor etiam Rex statuam sibi aureã adorari iussit. *Dan. 3.*

Act. 14. *Sacerdos & populus de Lystris videntes Paulum & Barnabam deos eos esse credentes, vluerunt ipsis sacrificare: quod illi prohibuerunt.*

Act. c. 12. *Herodes Agrippa Rex Iudæorum, de quo in Actis Apostolorum, qui diuum Iacobum fratrem Ioannis occidit, sedens pro tribunali regio cultu vestitus, concionabatur ad populum: Quo acclamante, Dei voces & non hominis, statim percussus est ab Angelo, eo quod non dedisset honorem Deo sed sibi tribuerat; & consumptus à vermibus expirauit.*

EXEMP. I. *Simon Magus apud Romanos tanquam Deus haberi & coli voluit.*

Cyril. Hierosolym. Arch. de Monarchia Dei, Catech.

SImon Magus cum esset Romæ, posteaquam ab Apostolis reiectus est, & Græcam Selinen quandam meretricem circumducens, ore nefando primo ausus est dicere seipsum esse Deum, qui in monte Sina tanquam pater apparuit: ac deinde apud Iudæos non in carne, sed in imagine tanquam Christus Iesus visus est: atque postea tanquam Spiritum sanctum à Christo mittendum, se esse promissum. Et ita seduxerat ciuitatem Romanã, vt Claudio statuam illi erexerit cum ea inscriptione in lingua Romana; Simoni Deo sancto.

Seline, meretrix Simonis Magi.

II. *Diocletianus vt Deus vult adorari, & vt frater Solis & Lunæ haberi.*

Carol. Sigon. lib. 1. de Occidentali Imperio, an. Dom. 297. & Nauclerus lib. 1. cap. 20 & alii.

Diocletianus Imper. post triumphum de Persis actum, hanc tantam felicitatem, tamque prosperam fortunæ obsequium capere animo nõ potuit; sed eadem moderatione prorsus in superbiam versus vsque insolentiæ prodiit, vt se posthac, mortalitate obsolitus, tanquam Deum adorari voluerit. Nam procedere se homines humi venerabundos passus; osculum pedibus figere pati cœpit, & gemmis vestibus calceatus esse inseruit; cum ante ipsum omnes Imperatores consulari tantum salutatione cõtenti fuissent, & nullam chlamydẽ purpuream priuatis habitui adiecissent. Is autem, vt ait Nicephorus, diuinis expertus plagis, toto primum corpore, tumorem ingentem concepit: quo deinde varie disrupto, lente ita emarcuit, vt blasphema eius, & impia lingua, quæ iniquitatem in altum euomerat, intra fauces ipsas vermium vim proferret, qui ex ore illius prorepentes fœtore pessimo locum habitationis omnem replebant. Postremo autem more canis qui maxime latrans, sceleratam & nefariam cum violentia quadam exhalauit animam.

Insolentia mirabilis.

Mors Diocletiani horrenda.

III. *Iulianus Apostata moriens diuinos affectabat honores.*

Greg. Naz. or. 2. in Iulian. Nicephor. lib. 10 hist. Eccl. c. 15. Baron. ann. 363. tom. 3.

Quomodo Iulianus Imperator in extrema pugna cum Persis diuinitus percussus iam moriturus diuinos conatus sit sibi asciscere honores, Gregor. Nazianzen narrat, sic dicens: Sed ne hoc quidem prætereundum est, quod præter alia multa maximum perditæ illius amentiæ argumentũ habet. In fluminis ripa iacebat, grauiter ex vulnere ægrotans. Cum autem permultos eorũ, qui ante ipsius ætatem gloria floruerant, vt humana conditione maiores cõsererentur, artibus quibusdam ex hominum oculis sese sustulisse, eamque ob causam pro diis habitos fuisse sciret; eiusdem gloriæ cupiditate captus, simulq; tali mortis genere interire propter temeritatis ignominiam erubescens, quid molitur? quid facit? (neque enim simul cum vita improbitas extinguitur) in profluentem corpus proiicere conatur, ad eamque rem nonnullorum, quos maxime fidos, arcanorumque conscios habuerat, opera vtebatur. Quod nisi quispiam ex eunuchis Imperatoris hanc rem persentiens, sceleriq; odio & execratione aliis prodens, huic conanti obstitisset; nouus vtique alius ex calamitate Deus vecordibus hominibus extitisset.

Iulianus Imp. diuini honoris cupidus.

IV. *Cosrhoes Pers. Rex diuinitatem sibi arrogans ab Heraclio Imp. egregi humiliatur vt homo.*

Anno tertio Heraclii Imp. qui fuit LXI. à Cæsare Augusto, permittẽte Deo flagellari populum suum per sæuitiam paganorum, Cosrohes Persarum Rex, omnia ferro & igne [illegible] rum suo imperio subiugauit. Ierusalem veniens à [illegible]chro Domini territus rediit, sed tamen partem [illegible], quam Helena ibidem reliquerat, asportauit. Volẽs coli ab omnibus vt Deus, currum ex auro inter subtiles ignes & occultos ductus, quasi Deus, desuper aquam fundebat, & in specu subterraneo equi quadrigas trahentes in circuitu, vt quasi currum moueret & tonitru simularet. Filio igitur suo regno tradito, in eodem fano profanus residet, & iuxta se Crucem Domini collocans, appellari se ab omnibus Deum volebat, & sicut legitur in libro de naturali officio, ipse Cosrhoes in throno residens, tanquam pater lignum Crucis à dextris posuit loco Filii, & gallum a sinistris loco Spiritus sancti; se vero Patrem iussit nominari. Tunc Heraclius Imp. exercitum copiosum collegit, & contra filium Cosrhois iuxtà Danubium cum eo dimicaturus aduenit. Tandem vtrisque partibus placuit, vt ipsi super pontem lapideum configerent, victor exisset, ipse sine damno vtriusque exercitus imperium vsurparet. Decretum etiam exiit, vt quicunq; principẽ suum iuuare præsumeret, cruribus & brachiis abscissis, continuo in flumine mergeretur. Et Heraclius totũ se Deo obtulit, & sanctæ Cruci se deuotione, qua potuit, cõmendauit. Ambobus itaq; in conflictu duratis, Heraclio victoriam Deus tribuit, & cunctum exercitũ suo imperio subiugauit, adeo vt vniuersus populus Cosrhoæ fidei Christianæ se subdiderit, & sacrũ baptisma susceperit. Cosrhoes autem ignorabat exitum belli, quia cum omnibus odio esset, id à nemine ei intimabatur. Heraclius improuiso ad eum peruenit, & in throno aureo eum sedere reperiens, eidem dixit: Quia lignum sanctæ Crucis secundum modũ tuum honoraliti, si baptismum & fidem Christi susceperis, adhuc vitam & regnum à pacis obtinebis: sin vero implere contempseris, [illegible]dio

Siffrid. Presbyter lib. 1. Epitomes an. Domini 612. Baron. tom. 8. an. 614. Crux à Cosrhoe capta in Persiden ducitur.

Cosrhoes Persarum Rex vult coli vt Deus.

Duello Heraclius filiũ Cosrhois superat.

gladio meo te feriam, & caput tuum præcidam. Cũ ille acquiescere nollet, extracto gladio protinus eum decollauit.

TIT. XII. De obedientia Deo præstanda, ac de inobedientium pœna.

Gen.17. *Abraham iussus se circumcidere, eadem die & se, & Ismaelem filium suum & omnes vernaculos suos circumcidit.*

Gen.22. *Iussus Isaac filium suum immolare, filium vnicum quem diligebat statim ipsa nocte, inconsulta vxore nemini re communicata filium excitat, ignem accepit, & ligna filij humeris suis imponit.*

Gen.6 & 7. *Noe fecit omnia, quæ præcepit ei Deus, ideo à diluuio seruatus est.*

Gen.19. *Loth admonitus vt à subuersione vrbium cum suis fugeret ipse quidem dicto obediens discrimen euasit: at generi eius cum vxore obedire nolentes, cum Sodomitis perierunt.*

Num.21. *Moyses propter vnam [illegible] ad aquas contradictionis [illegible] cum obediuit Deo, postquam percutiens, ab ingressu terræ [illegible] sionis exclusus est.*

Exod.7. & seq. *Pharao Ægyptiorum Rex quoties Domino immorigerum se prabuit, toties nouo flagelli genere vapulauit.*

1.Reg.15. *Saul quoque Iudæorum Rex, quia maiorem sacrificio quam obedientiæ rationem habuit, factum est vt regno priuaretur.*

3.Reg.13. *Iadon Propheta, propterea quod Domino non obediuit & Pseudopropheta credidit, à leone interfectus est.*

4.Reg.23. *Iosias nolens acquiescere Regi Nechao Dei voluntatem nuncianti vulnera ibi interiit.*

2.Paral.17. & 18. *Iosaphat Rex quamdiu in viis Dauidis Regis ambulauit, & diuinam legem seruare obseruauit, magnis honoribus affectus, ampliſſimisq; facultatibus cumulatus est: at vbi Dei immemor fuit, tunc derelictus ab eo, multis bellorum difficultatibus implicatur.*

Ionæ 1.2.& 3 *Ionas Propheta à Domino missus ad prædicandum Niniuitis, eo quod inobediens fuerit, commotæ [illegible] proiectus est, & à pisce deuoratus.*

Matth.25. Ioan.10. *Petrus Apostolus, quia tantum renuebat à Christo Domino sibi lauari pedes suos, & quidem ex reuerentia; ob illam tam suam inobedientiam mox audiuit: Nisi lauero te, non habebis partem mecum.*

TIT. XIII. De Idololatria, Magia, & incantationibus primo Dei præcepto aduersantibus.

4 Reg.17. *Decem tribubus in Assyriam abductis, ab ipsis Assyriis terra filiorum Israel habitabatur. Quum autem illæ idola colerent, ritu gentis suæ, egressi de montibus leones interficiebant eos; nec prius illa cessauit internecio, quam misso Leuita Israelita, verus Deus cultu legitimo denuo ibi coleretur.*

Ezechias ob fractas statuas, & simulacra comminuta in magnum honoris gradum diuinitus elatus, & rebus secundis illustrem nominis gloriam ac ingentes opes consecutus legitur. 2.Paral.29.

Iosias vexore Prophetico nasciturus dicitur, qui idololatriam Ieroboam esset exterminaturus. 3.Reg.13.

EXEMP. I. *De horrenda pueri innocentis immolatione ad venerationem idoli Moloch.*

IDolum Moloch, quod ex ære, cupro vel orichalco conflabatur, intus concauũ erat; intra cuius cõcauitatem magnus accendebatur ignis: cumq; orichalcum penitus incanduisset, pater idolo immolaturus accedebat, ardentibusq; idoli manibus filium imponebat, qui in eandenti ære exurebatur ac totus liquefiebat. Interea sacerdotes campanis, cymbalis & cornibus ingentem edebant clangorem, ne parẽtes puerum offerentes eius clamorem audirent, & cõpatientur, sed magis gauderent credentes puerũ sine dolore ad feliciorem vitam pertransisse: quod ne fieret sub graui cõminatione Deus prohibuerat. *Nicolaus Lyran. in 3. lere. & 16. Ezechielis.*

II. *De Astarot idolo, quod olim colebant indi tanquam Deæ [illegible] obmutescente ad præsentiam Bartholomæi Apost.*

Bartholomæus [illegible] stolus, assumpto secum Euãgelii volumine, ad Indos profectus vt gentem profundissimis peccatorum & ignorantiæ tenebris involutam luce veritatis illustraret, & è diaboli seruitute in veram Christi libertatem vindicaret, templũ quoddam ingressus, inuenit ibi idolũ (incolæ Astarot nuncupabant) q̃ homines quouis morbo afflictati [illegible] seraturũ profitebatur. Sed ô fallaciam dæmonis, qui [illegible] cis mortalibus persuadebat se curationem adhibere [illegible] os à se in morbos & varias calamitates [illegible] genius agitabatur: quo facto miseri se ingẽti beneficio affectos putabant. Primo autem Bartholomæi aduentu, simulac [illegible] tum, aut potius dæmon, qui in eo latebat, nec responsa dare, nec afflictis vllo modo consulere poterat. Igitur cum indies maior ægrorũ multitudo in templum curationis causa confluxerat, neq; tamen eorum quisquam optatum remedium inueniret, nefarii sacerdotes pleni confusione ad proximũ inde oppidum abire [illegible] sunt, vt à Deo, qui ibi colebatur, tanti silentii causam quærerent. Respondit Beritus, hoc enim illi Deo nomen erat, eam ob causam Astarotum penitus silere, quod Bartholomæus Dei Apostolus præsens esset. Cumque illi, quisnã is esset, & qua ex re eũ internoscere possent, rogarent, respondit, eum verum Dei amicum esse, eamq; ob causam in eam venisse prouinciã, vt omnia deorũ nomina euerteret. Illi, his auditis, relicto idolo, magna diligẽtia Apostolum inquirere cœperũt. Cumq; hinc inde certis distincti manipulis discurrerent, forte quidam dæmonio obsessus magno cum eiulatu clamare cœpit, se Bartholomæi precibus mirum in modum cruciari. Quo audito, Apostolus dæmoni silentium verbo imposuit, & dicto citius ab homine

In vita ipsius

Dii gentiũ dæmonia

Beritus idolum.

homine expulit, & quod idola dæmonum essent simulacra edocuit.

III. *De virtute cœlesti astante D. Martino euertenti fanum dæmonum.*

In vita B. Martini lib. 1. cap. 12.

Sulpitius Seuerus Bituricensis Archiepisc. ad hanc rem huiusmodi refert miraculum. In vico, inquit, cui Leprosum nomẽ est, cum B. Martinus templum opulentissimum superstitione religionis voluisset euertere, restitit ei multitudo Gentilium, adeo vt non absq; iniuria sit repulsus. Itaq; secessit ad proxima loca, ibiq; per triduum cilicio tectus & cinere, ieiunans semper atq; orans, precabatur à Domino, vt quia templum illud euertere humana manu non potuisset, virtus illud diuina diueret. Tum subito ei duo Angeli hastati atq; scutati instar militiæ cœlestis se obtulerunt dicentes, missos se à Domino, vt rusticam multitudinem fugarẽt, præsidiumq; Martino ferrent, ne quis, dum templum diueret, obsisteret: rediret ergo, & opus cœptum deuotus impleret. Ita regressus ad vicum, inspectantibus Gentilium turbis, & quiescentibus, dum profanam ædem vsque ad fundamentum diueret, aras omnes atque simulacra redegit in puluerem. Quo viso rustici cũ se intelligerent diuino nutu obstupefactos atq; perterritos, ne Episcopo repugnarent, omnes fere in Iesum Dominum crediderunt, clamantes palam & confitentes, Deum Martinum colendum, & idola negligenda, quæ sibi adesse non possent.

Angeli iuuant B. Martin. ad diruendum fanum idolorum.

IV. *De idololatris, qui nolentes idolorum delubrum euerti, diuinam patiuntur vltionem.*

Ex Iona Abbate Baron. Annal. tom. 8. ann. 626. 35.

Tempore Honorii Papæ anno Domini 62[illegible] Monachus, Moroueus nomine, ad Terdonem [illegible]em à beato patre Attala directus, ad quandam villam supra Ypram fluuium sitam peruenit: vbi fanum inter arbores positum videns, allatum inde lignum suppeditauit, lignorumq; congeriem in modum pyræ coaceruauit. Quod videntes cultores fani, Moroueum apprehensum, diuq; fustibus cæsum, & ictibus collisum, in fluuium demergere conantur; sed Monachus vnda recipere nolebat, quanquam ille commode pro tali causa mori paratus esset. Cumq; cernerent non posse demergi quem Domini miseratio custodiret, prosternunt super vndas Moroueum, maceriamque lapidum desuper coaceruant, vt immane pondus corpus eius submitteret vndis; relictoq;, vt ipsi rebantur, cadauere, ad metatus reuerruntur. Quibus abeuntibus, Moroueus nihil mali sentiens, incolumis à fluuio surgit, ac disruptis nexibus Terdonam ingreditur: & peracto negotio suo ad monasterium repedat. Continuo diuina vltione prosequente, omnes, qui ad opus illud perrandum crudeles se exhibuerant, diuersis pœnis afflicti sunt. Alios namq; cæcitas, alios ignis vrit, alios contractio publica, alios omnium membrorum debilitas inuasit, diuersiq; diuersa percepere tormenta; quorum tamen aliqui ad Bobiense monasterium se deduci rogauerunt, & postulata iam venia, per pœnitentiæ medicamenta illas pœnas euaserunt, reliqui omnes in eadem vltione mortui sunt.

Moroueus incendit fanum idolorum.

Idololatræ rustici diuinam patiuntur vltionem.

V. *Quomodo fideles ab idololatris miraculo cereorum sint distincti.*

In vita S. Seuerini apud Sur. & Baron. tom. 6. 473.

Eugipius in vita S. Seuerini profert miraculum, quo apud Rugos Christiani ab idololatris distincti sunt: In castellum, inquit, cui vocabulum erat Cucullis, deuotionibus accolarum vir sanctus aduenerat aduocatus, vbi factum grãde miraculum nequeo reticere. Pars plebis in quodam loco nefandis sacrificiis inhærebat. Quo sacrilegio comperto vir Dei Seuerinus multis plebem sermonibus allocutus ieiunium triduanũ per presbyteros loci persuasit indici: ac per singulas domos cereos offerri præcepit; quos propria manu vniuscuiusq; parietibus affixit ecclesiæ. Tunc psalterio ex more decurso, ad horam sacrificii presbyteros ac diaconos vir Dei hortatus est, tota cordis alacritate communem Dominum deprecati, quatenus ad sacrilegos discernẽdos lumen suæ cognitionis ostenderet. Itaq; cum multa largissimis fletibus, cum eis fixis genibus deprecaretur, pars maxima cereorum, quos fideles attulerant, subito est accensa, reliqui vero eorum, qui prædictis sacrilegiis infecti [illegible] volentesque latere nequierant, inaccensi [illegible]. Tunc ergo qui eos posuerunt [illegible]mino declarati examine, præsbus acclamantes, secreta pectoris satisfactionibus prodiderunt, & suorum testimonio cereorum manifesta confessione conuicti propria sacrilegia testabantur. Quo declaratum est, qui fuerint filii lucis, quive tenebrarum: & illud Apostoli iis aptari potuerit: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

Cereis diuinitus accensis distinguuntur fideles ab infidelibus.

Ephes. 5.

VI. *De idololatria Honorij Imperatoris iussu penitus prostrata.*

D. August. lib. 18 de ciuit. Dei, cap. vlt.

Anno Christi Domini trecentesimo nonagesimo nono, sequẽti scilicet ab eo, qui Gentilium deorum responsis fatalis prædictus erat, vt Christiana religio penitus excisa deficeret, Dei prouidẽtia factum est, vt deorum templorum & in eis consistentium idolorum facta fuerit vbique prostratio ac demolitio, contra ve[illegible]anæ religionis res magna creuerit accessione. Idque [illegible]erris verbis Sanctus Augustinus affirmat, dum ait: Sequenti anno, Consule Manlio Theodoro, quando iam secundum illud oraculum dæmonum, aut figmẽtum hominum, nulla esse debuit Christiana religio; quid per alias terrarum partes factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim, quod scimus, in ciuitate notissima & eminentissima Carthagine Africæ, Gaudentius & Ionius Comites Imperatoris Honorii, quartodecimo Kalendas Aprilis, fallorum deorum templa euerterunt, & simulacra fregerunt. Ex quo vsque ad hoc tempus per triginta ferme annos, quis non videat quantum creuerit cultus nominis Christi, præsertim posteaquam multi eorum Christiani facti sunt, qui tanquam vera illa diuinatione reuocabantur à fide, eamq; completo eodem annorum numero inanem irridendamque viderunt.

Idololatria euersa.

VI. *De idololatria nouis Imp. Honorij legibus exagitata & prohibita.*

L.19.de Pagan.C.Th.ee. dos.an.Dom. 408.

Idem Honorius idolorum cultum hac sanctione prohibuit: Templorum, inquit, detrahantur annonæ, expensis deuotissimorum militum profuturæ. Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisq; consistunt, & quæ alicubi ritu vel acceperint vel accipiunt Paganorum, suis sedibus euellantur: cum hoc repetita sciamus sæpius sanctione decretum Ædificia ipsa templorum, quæ in ciuitatibus, vel in oppidis, vel extra oppida sunt, ad vsum publicum vindicentur. Aræ locis omnibus destruantur: omniaque templa in possessionibus nostris ad vsus accommodos transferantur; domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere conuiuia, vel quicquam solemnitatis agitare. Episcopis quoq; locorum hæc ipsa prohibendi Ecclesiasticæ manus tribuimus facultatem. Iudices autem viginti librarum auri pœna constringimus, & pari forma Officia eorum, si hæc eorum fuerint dissimulatione neglecta.

Idololatria restitura aboleri inbetur.

TIT. XIV. De diuinatoribus Deo inuisis.

4.Reg.1. *Ochozia Regi, ob consultum Beelzebub Accaronen Dei oraculum, mortem prædixit Elias.*

3.Reg 18. *Saul abstulit magos & ariolos de terra, & interfecit eos, qui pythones habebant in ventre. Verum coarctatus deinde ab hostibus, pythonissam consuluit, pestridieque eius diei in peccatis suis mortuus, seipsum gladio suo peremit.*

Actor. 19. *Multi ex iis, qui curiosa sectati sunt, super magica, attulerunt libros suos, & combusserunt coram omnibus.*

EXEMP. I. *Zeno Imp diuinatori fidem adhibens viros aliquot bones necari curat, successorem suum se sublaturum sperans.*

Niceph. Callist. lib. 16. hist. Eccles. c. 24.

ZEno Imperator finem vitæ sibi appropinquare videns, ex iis qui futura prædicere æstimantur, Maurianum quendam, quisnam post eum (liberos enim ex lumbis suis procreatos non habebat) imperaturus esset, consuluit. Qui respondisse dicitur, ex Silentiariis aliquem, non imperium modo, sed & vxorem eius recepturum esse. Zeno autem quod Pelagium designari putabat, eum, atque insuper alios etiam nihil commeritos necari curauit: & morbo comitiali correptus, quod vim eius non ferret, animam egit, Pelagii nomen in ore habens.

II. *Per necromantiam inquirit Valens Imp quis successor eius futurus sit.*

Socrat lib.4. Eccles hist. cor.

Valentis Imperatoris temporibus, anno videlicet trecentesimo septuagesimo, dæmon quidam pessimus exulsus est Imperatoris crudelitate: Persuasit enim (inquit Socrates) curiosis quibusdam, per necromantiam inquirere, quis post Valentem esset imperaturus; quibus magica vsis incantatione dæmon non manifesta, sed pro more suo obliqua respondit, quatuor illis literas ostendens θ, & ε, & ο, & δ, ac dicens, ex his fore initium nominis ei, qui post Valentem esset imperaturus. Esse autem illi coniunctionem. Rumor hac de re venit ad aures Imperatoris. Non enim Deo permisit, vt futura sciret, & quod videretur faceret is, qui omnia recte gubernat, sed rectis Christianismi mandatis, quorum se zelum habere putabat, multos perdidit, quos tyrannidem inuasurus suspicabatur. Occidebantur itaq; Theodori, & Theodoti, & Theodosii, & Theoduli, & quotquot consimilia istis habebant nomina; inter quos & Theodosiolus quidam vir generosus ex nobili Hispaniæ prosapia descendens occisus est. Multi item imminentis periculi metu nomina sua mutarunt, negatis illis quæ parentes imposuerant, eo quod periculis essent obnoxia, & ipse Valens miserè perijt.

c.19. Soz l.6. cap.15. apud Baron. tom.4 ann.370.

Necromantia multos perdit Valens Imperator.

III. *Per necromantiam seipsum regno priuat Muleasses Tunetanus rex.*

Laur. Surius in commentario rerum in orbe gestarum ad ann. 1544.

Muleasses Tunetanorum Rex fuit superstitioni Mahumetanæ addictus, & astrorum maximus obseruator. Quæ res ei certissimum attulit exitium. Visum enim ipsi fuit ex fatali, vt putabat, astrorum inexu, amittendi regni, & diræ mortis cladem sibi inferre. Eo primum nomine discessit ex Africa, sed eo ipso discessu cladem, quam euitare voluit, in suas ditiones acciuit. Atque vtinam Christiani tandem discerent, vanissimam eam esse, quæ ex astris peritur, rerum futurarum, imo & superstitiosam, atque adeo illicitam diuinationem. Scilicet liberū hominis arbitrium ipsius astris subiacere voluit, quæ in hominum ministeria condita sunt? Annon scriptura euidentissime dixit: *Iuxta vias gentium nolite discedere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* In hos superstitiosæ diuinationis obseruatores acriter inuehitur D Augustinus lib.2. de doctrina Christiana, cap. 21. 22. & 23.

Contra Astrologorū vanitatem.

Ierem. 10.

IV. *De Comitissa matre Ferrandi Flandri ab ariolis decepta.*

Robert. Gaguinus lib.6. de gestis Francorum, & fusius anonymus scriptor illius seculi in vita Philippi Pulchri.

Cum de Ferrandi Flandrensis fortuna mater eius, quæ Portugalliæ erat, ariolos & diuinatores consuleret, insequens responsum habuerat: Rex in prœlio cadet, pedibus hominum atque equorum calcatus, nec sepelietur; Ferrandus vero à Parisiensib⁹ iucundissime excipietur. Quo oraculo stolida mulier decepta, secus ac sperabat pro regni diademate filius carcerem accepit: Nam in bello contra Philippum Augustum Francorum Regem captus Parisios deducitur, & in turre, quam Luparam vocant, includitur, anno Dominicæ pietatis ducentesimo vndecimo supra millesimum.

Ferrandus pro diademate carcerem accepit.

V. Arso-

V. *Ariolum consulens vir Burdegalensis horrendis spectris à cœpto opere deterretur.*

Ex Annalib. Societ. an. 1583.

Recentius atque horribilius illud est, quod ante paucos annos in Aquitania contigit: Burdegalæ quadrima cuidam rustico filia erat, quam vnicam vnice diligebat. Ea cum in morbum incidisset, magisque in dies conficeretur, parens omnibus ante remediis frustra tentatis ariolum consulit. Is ad certam diem reuerti iubet: paret ille, & vt adsit ad conductum diem iter ingressus, ecce tibi inter syluam, & patentes campos tanto horrore perfunditur, vt suimet miraretur: sed salutari Crucis signo fit repente tranquillior. Cum longius progrederetur, ecce nouus horror antecedente maior, clamoresque ciere cum vellet, vocem amisit. Ergo institutum iter deserens, domum rediit: in reditu dum pontem transcit, ea denuo consecuta est animi corporisque turbatio, vt nec vocem vllam edere, nec signum Crucis sibi posset imprimere, humoque excitatus, suspensus sibi videbatur in aere. Cum ad se reuertisset, omnia quaque se verteret, formidabat: ac si vnde à sinistro latere, vnde ei spectra quædam obstrepebantur, retorquebat aspectum: nec ante horribus factus est finis, quam suum animum purgarit.

Ariolo minime consulendi.

VI. *Quod non sit facile standum Astrologorum pregnosticationi.*

Ex Annal. Niceta Choniata lib. 1. de imperio Isacii Imp.

Constantinus Stethatus, vir bonus & suauis, Astrologorum suæ ætatis facile princeps, ad Branam Alexii viri seditiosi castra vocatus, ex artis suæ observatione prædixisse fertur; vt quo die cum hoste Conrado Cæsare Montisferrati Marchione, qui Isacii partes sustinebat, congrederetur, vinceret, vrbem ingrederetur, & magno cum splendore triumpharet. At nec Branæ ipsi, vt sperabatur, commodauit; nec seipsum conseruauit, quominus ferro interiret: ipse enim occubuit hasta in inguine vulneratus; nimirum scrupulo aliquo minutissimo decepto in tentorio manserat hostem ingruentem non timens, Branas vero telo in Conradum hostem sine galea pugnantem directo, non lethalem ictum intulit, sed eius humero tantum perstricto, telum è manibus amisit. Conradus itaque hastam suam vtraq; manu prehensam ita in Branæ maxilla defigit, vt oborta vertigine equo præcipitaretur, à satellitibus Conradi confoderetur. Eo bello hunc exitum sortito Imperator conuiuio instructo, omnes aulæ portas aperuit, vt victor à quibusuis conspiceretur; & cum manus epulis admoturus esset, ferculum haud sane decorum, & ludicrum parum elegans, Branæ caput inferri iubet, quod hianti rictu & clausis oculis humi abiectum, huc atque illuc globi instar agitabatur, & iaculis traiiciebatur. Deinde coniugi quoque eius in palatio inclusæ oblatū est. Quæ rogata, num sciret cuius esset? Oculis in miserabile illud & inexpectatum spectaculum coniectis; Noui, inquit, & me miseram iudico, erat enim modesta mulier, & decoram matronis taciturnitatem maximi faciebat. Quare à patruo Manuele matronale decus, & familiæ suæ ornamentum appellabatur.

Branas vinctus Astrologo leuiter credens.

VII. *De quodam alio per astrologiam decepto ac de infelici eius interitu.*

Io. Picus Mirandula. aduersus Astrologos li. 2. c. 2

Mutauit vir quidam magnus mihi notus, inquit, Ioannes Mirandula, vitæ rationem factam ex hoc consilio prioris fortunæ iactura non mediocri, astrologica maxime spe commonitus, quod in noua professione magnas felicitates cœlesti fauore esset consecuturus. At vero in ea cum aduersam quotidie magis fortunam experiretur, solitus erat dicere à Mauorte se deceptum, nolens illud dicere, quod erat misere Astrologia deceptus, ab astrologica vanitate se deceptum. Idem obiit paulo post obiit morte etiam valde miserabili, quam nec à cœlo ipse præuiderat: parabat enim multa & magna moliebatur, vt qui sibi adhuc longos viuendi fines constituisset.

VIII. *De felici eorum successu qui astrologiam superstitiosam contemnunt.*

Idem ibi i.

Longe felicius, qui astrologiæ superstitione reiecta, vel sola electione & prudentia vtuntur, vel in Deo spem omnem figunt. Is enim noſtra ætate, scribit idem auctor, fortunatior Francisco Sfortiæ, qui militari felicitate amplum sibi & florentissimum Insubrium parauit imperium, & posteris auctum confirmatumque reliquit? Cui tamen semper Astrologi omnes, vel odio fuere, vel contemptui, nedum eos in suis rebus aut bellicis aut domesticis consiliarios adhiberet.

IX. *Solos Astrologos ab aula sua arcebat Alphonsus Rex Aragonum.*

Æn. Syluius li. 4. de Alphonso. c. 3.

Quæsitum est inter nonnullos me audiente, cum in omne hominum genus Alphonsus liberalem ac munificum se ostenderit, cur solos Astrologos præteriret? neque enim huius scientiæ præceptores, sicut aliarum disciplinarum magistros in eius curia versari videmus. Tunc vnus, qui magis scire videbatur, [illegible] ait, stultos regunt impelluntque: sapientes vero astris imperãt. Stultos ergo principes honorare astrologos consequens est, non sapientes, inter quos nomen suum Alphonsus obtinet.

TIT. XV. De maleficiis & incantationibus magicis.

Exod. 7. & 6.

Coram Moyse & Aarone confundebantur magi & maleficiin Ægypto: virga enim Aaron deuorauit virgas eorum. Quin & ipsi vlceribus percussi coram Moyse stare non poterant.

2. Paral. 33.

Manasses Rex obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficiis artibus in eruiebat, habebat secum magos & incantatores, idcirco vinctus catenis & compedibus Babylonem ductus est. Qui facta pœnitentia rediit in regnum.

EXEMP. I. *L. Valerianus Imp. per magos seductus, & ad nefanda sacra delapsus, fit acerrimus Christianorum persecutor*

Niceph. Call. hist. Eccl. li. 6 c. 10. Euseb. 7. c. 9 an. 207.

VAlerianus Imperator post Gallum imperio susceptro primum clemens & bonus visus est, atq; erga homines Dei beneuolus atque benignus. Neque enim alius quisquam, qui ante eum fuerant Imperatorum, in illos propensior humaniorque fuit, ne illi quidem qui manifesto Christianismum complexi: adeo se ab initio mitem & placidū nobis præbuit. Tota namque domus eius diuini numinis cultoribus plena erat, eaque prorsus nihil aliud quam Dei ecclesia esse videbatur. Sed magorum Ægyptiorum sectæ princeps & doctor, impostoras & præstigias magicas docens, ei persuadet, vt sanctos viros non tantum domo sua exigat, & quam longissime repellat, sed ferro quoque tollat, vt qui artibus incantationibusque illorum obstarent, & resisterent. Restabant enim adhuc, qui pernicioforum pestiferorumque dæmonum actionem ipsis tantum aut auditas reprimerent. Quibus igitur commilitoribus vsus Christum [illegible] crudelissime persequutus est; & ad sceleratissima [illegible] imum adiiciens impias obtulit victimas, pueros miseros occidens, infelicium parentum liberos inhumanissime sacrificans, recens edita viscera diuidens, & creaturas Dei minutissimas pattes concidens. Atque his rebus felicem se & beatum fore est opinatus. Quapropter & Ecclesiæ hostis factus est, & indignum se benignitate Dei effecit.

Niceph. Call. hist. Eccl. li. 6 c. 10. Euseb. 7. c. 9 an. 207.

L. Valerianus Christianorum fautor eximius.

A magis Ægyptius seductus fit Christianorum hostis.

II. *De magia & necromantia Iuliani Apostatæ post mortem eius in publicum productæ.*

Post cædem Iuliani Apostatæ impiæ eius patuere incantationum præstigiæ: nam Catræ vrbs etiam num retinet impietatis illius reliquias. Hac transiens stultus ille, Edessam enim ad sinistram ornatam pietate reliquerat, ingressus in templum impiæ religionis & peractis ibi quibusdam cum [illegible] nationis, feras & signum imposuit [illegible]ræ, reliquitque custodes fani milites aliquot, quibus mandatum erat, ne quem introire, antequam reuerteretur ipse, finerent: sed nuncia morte eius, & succedente pio regno impietati, introgressi admirandam Imperatoris fortitudinem & sapientiam conspiciunt: vident enim mulierculam suspensam capillis, amputatis manibus, cuius perfecto aluo fugitiuus ille fortasse de hepate Persicam cognouerat victoriam. Multa etiam capita & corpora hominum ingulatorum in cistis, in puteis & in locis secretioribus Imperatoriæ aulæ Antiochiæ sunt reperta. Antiocheni vero cognita illius cæde publicis epulis & festis indulgebãt: neque in ecclesiis solum, atque ad martyrum monumenta choreas agebant, sed in theatris præcinebant crucis victoriam, & vaticinia illius cachinnis prosequebantur. Ponam etiam eorum vocem admiratione dignam: Vbi sunt vaticinia tua ô stulte Maxime? Vicit Deus & Christus eius. Maximus enim erat illis temporibus professor quidem philosophiæ, reuera autem magus, & qui prædicere se futura posse gloriaretur.

Theod. li. 3. Eccl. hist. cap. vlt. & penult. Nicephor. l. 10. c. cap. 35.

Incantationes Iuliani Imp.

comma Antiocheno. min. Maximus magus.

III. *In rebus aduersis ad magos confugere non esse consultum.*

Pergamenses à Saracenis obsessi circa annum Domini septingentesimum trigesimum à magis persuadentur, vt mulierem grauidam inciderent, & ex fœtu eius octo dexteras manicas cruore tingerent. At propterea non sunt potiti victoria, sed iusto Dei iudicio victi interfectique sunt sub Theodosio.

Chron. Gimbrardi. 3. circa an. Christi 730.

IV. *Maleficia sanctis viris non posse nocere sancti Ambrosii Episcopi Mediolan. exemplo docetur.*

Mortua Iustina Imperatrice, quidam Aruspex Innocentius nomine, non opere, in causa maleficiorum cum à iudice torqueretur, aliud quam interrogabatur fateri cœpit. Clamabat enim, ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi, eo qui custodiret Ambrosium, quoniam temporibus Iustinæ ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen tecti Ecclesiæ cõscendens, medio noctis sacrificauerit: sed quanto instantius & solicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicam & Domini sacerdotem conualescebat. Misisse etiam se & dæmones, qui illum interneca-rent, fatebatur: sed dæmones renunciasse, se non so-lum ad ipsum appropinquare minime posse, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud ædificium circumuallet, vt etiam longe positi vererentur; atque ita cessasse a res suas, quibus aduersus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.

Paulin in vita S. Ambr.

Aruspicis nequitia in Ambrosii.

Dæmones sanctis nocere nequeunt.

V. *De muliere anile magia delusa à dæmonibus post dira tormenta ad aëra cum clamoribus horrendis rapta.*

Mulier quædam apud Bertheliam Angliæ villam auguratrix & malefica, cum quadam die cõsuiuaretur, cornicula, quam habebat in deliciis, vocalius solito nescio quid cornicata est. Quo audito, cultellus dominæ de manu excidit, [illegible]ultus expaluit: & ingemiscens diutissime ait: Hodie ad vltimũ sulcum peruenit aratrum meum: hodie audiam & accipiam grande incommodum. Adhuc ea loquente venit ad eam nuncius, dicens: Hodie mortuus est filius tuus, & tota familia tua subita morte interiit. Quo audito, continuo dolore saucia decubuit, vocarique præcepit superstites liberos, monachum & monacham; quibus singultiendo ait: Ego miserabili quodam fato meo dæmoniacis artibus semper inseruiui; ego vitiorum meorum sentina, & illi celebratũ magistra fui, & sperabam tãtum in religione vestra, & a meipsa desperau. Nunc ergo quia scio me dæmones habituram exactores in pœna, quos habui suasores in culpa; rogo vos per materna viscera, vt mea tentetis alleuiare tormenta; nam de ani[illegible] sententiam

Vincent. hist. li. 25. 26. Olaus Magnus Gothus, Vpsalens. Archiep. Suecia & Gothia primas lib. 3 hist. de Gentib. c. 20.

Maleficæ mulieris desperata confessio.

tentiam damnationis non reuocabitis. Corpus ergo meum insuite in corio ceruino, & includite in lapideo sarcophago, & operculum ferro & plumbo cõstringite; & lapidem ipsum tribus magnis catenis circundate. Si tribus noctibus ita secure iacuero, quarta die infodietis me in humo; quanquam verear ne terra nolit in me recipere pro maleficiis meis. Psalmicines quinquaginta sint noctibus; & Missæ cantentur pro me tot diebus. Factum igitur est vt præceperat, & nihil valuit. Primis enim duab. noctibus, cum chori Clericorum psalmos canerent circa corpus, singuli dæmones ostium ecclesiæ immani obice clausum leui negotio confringentes, duas extremas catenas diruperunt: media vero, quæ operosius elaborata erat, illibata durauit. Tertia nocte circa galli cantum, strepitu aduenientium hostium, omne monasterium visum est à fundamentis moueri: vnus nempe vultu cereris terribilis & statura celsior ianuas maiori vi concessas in fragmenta deiecit: & arroganti gestu accessit ad sarcophagum; inclamatoque nomine, vt surgeret, imperauit. Qua respondente, Nequeo, præ vinculis. Volueris, inquit, & malo tuo: statimque catena, cæterorum ferociam eluserat, nullo conamine vt stupam dirupit, operculumque tumbæ procul depulit, & apprehensa manu palam omnibus, ab ecclesia extraxit ad fores, vbi paratus stat equus niger superbe hinniens, vncis ferreis per totum prætuberantibus, super quem misera illa mulier imposita ab oculis inuentium cum toto sodalitio disparuit. Audiebantur tamen clamores per quatuor fere milliaria miserabiles suppetias deprecantis.

Dæmonum potentia.

Malefica à dæmonibus rapta.

VI. *De duobus maleficis horrendo mortis supplicio affectis.*

Carolus VII. Gallorum Rex, principem Ægidium de Raxa Gallici regni Mariscallum furcis appensum, atque igne assum, fœda morte afecit, quod magicæ arti deditus, centum ac viginti tum prægnantium mulierum, tum infantium corpora occiderat. Mulier quoque rusticana Abbatisuillensis viua combusta fuit, quia infantes peremerat, & sale conditos in cibum adhibuerat: omnes crudelitatis transgressa terminos, dum in eam sæuiret ætatem, quæ etiam feras interdum mites inuenit.

Bapt. Fulgos. li. 9. c. 2.

Magorum pœna ciuilis.

VII. *Iustinus Imperator magicas incantationes passus: diuino præsidio liberatur.*

De hac curatione Iustini minoris ita Gregorius narrat agens de clauis quibus Christus in Cruce crucifixus est, deque freno Constantini, in quo ex illis vnus connexus fuit: Magnam, inquit, asseruat virtutem esse huius freni: quod ex origine quaqua poterit. Quod Iustinus Imperator publice experimentum cepit, ac suis omnibus patefecit: illusus namque à quodã imago propter pecuniam, emissas sibi à dæmonis vmbra intolerabiles per duarum ebdomadum noctium sustinuit insidias: sed dum tertia nocte frenum capiti collocasset, hoc insidiandi inimicus vltra non habuit, repertumque auctorem insidiarum gladio percussit.

Turon. de Gloria martyr. li. 1. c. 6. in fine.

Contra magicas laruas remedium.

VIII. *De Friderico Duce Austriæ à magicis præstigiis per signum S. Crucis liberato.*

Narratio extat de Lupoldo Duce Austriæ apud Trithemium digna memoratu: Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, Fridericus Dux Austriæ, qui contra Ludouicum Bauarum Imperator delectus erat, inter Oetingam & Moludorfam magno prælio victus, & Ludouico traditus, qui in arcem munitam eum asseruandum misit. Magus interim quidam Lupoldo fratri eius in Austria promisit, se sua arte Fridericum incolumem educturum vnius horæ spatio, si digna sibi merces numeraretur. Dux liberaliter promisit. Ergo dæmon ad Friderici cubiculum ablegatus auolat in Bauariam, formaque pereguini assumpta, custodiam ingreditur, inquiens: Si ex captiuitate liberari vis, hunc equum ascende, & te in Austriam ad fratrem tuum Lupoldum incolumem perducam. Cui Dux: Quis es tu? Ad quem ille: Noli interrogare, quis sim? quia nihil ad rem: sed ascende hunc equum, quem tibi exhibeo. Hic, cum Ducem, alioquin audacissimum, horror inuasisset, & signo se sanctæ crucis muniuisset, spiritus cum nigro equo disparuit, & vacuo ad mittentem reuersus est. Quo increpatus, quod [illegible] noxisset captiuum, ordinem rei [illegible] narrauit.

In Chron. Hirsaug.

Magicis præstigiis quibus armis obsistendum.

IX. *Maleficiis non sanatur matrona à dæmonio vexata, sed à legione dæmonum possidetur.*

Matrona quædam nobilis in vicinis partibus Tusciæ ob carnis vitium à dæmone fuit correpta: cumque antiquus ille hostis eam vexatione continua vehementer attereret, propinqui eam carnaliter amantes, & amando prosequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, vt eius animam funditus extinguerent: cuius carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad fluuium, atque in aquam mersa, ibiq; diutius incantationibus agere malefici moliebantur, vt is qui eam inuaserat diabolus, exiret. Sed miro omnipotentis Dei iudicio dum arte peruersa vnus abeat repellitur, in eam subito legio intrauit. Cœpit ex hoc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribusq; perstrepere, quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio parentes eius suæ perfidiæ culpam fatentes, hanc ad venerabilem virum Fortunatum Tudertinæ ciuitatis Episcopum deduxerunt, eique reliquerunt. Qua ille suscepta multis se diebus ac noctibus in orationem dedit, tantoque ardore precibus incubuit, quanto & in vno corpore contra se assistere legionis aciem inuenit. Quam post non multos dies ita sanam atque incolumem reddidit, vt in ea ius proprium diabolus nunquam habuisset.

D. Greg. lib. 1. Dial. cap. 10.

Fortunatus matronam à legione dæmonum liberat.

X. *Miserere adolescens puellam perdite amans, & per necromantiam ea frui cupiens.*

Sifridus presbyter Misnensis adfert historiam quæ hue referri potest. Anno millesimo ducentesimo sexagesimo, studiosus quidam miserè depe[illegible]bat puel-

Lib. 2. suæ Epitomes an. Dom.

1160. *apud P. Pet. Thy. de locis infestis part. 1. c. 19. n. 16.*

puellam: cum alia ratione non posset, ipsius sibi copiam fieri per Necromanticum, data pecuniæ summa, cupit. Hic se adolescentemque circulo includit, seuerissime, ne eundem egrediatur, imperans. Mox ad coniurationes conuerso, plurima se species phantasmatum offert; tãdem ipsa quoque, quæ quærebatur, imago puellæ. Hic adolescens, libidine victus, præcepti immemor manũ extendit, amatam apprehensurus; sed maximo suo malo; siquidem à spiritu nequam parieti illisus miseram exhalauit animam.

TIT. XVI. Hæreticum hominem maligno spiritu subesse, contra primũ præceptum, per quod fideles Deo subsunt.

Hæresis est error quidam in fide cum pertinacia.

EXEMP. I. *Hereticum hominem defendit dæmon etiam post mortem.*

Gabriel Prateol. de vitis hæret. lib. 8. n. 16. ex Bern. Lutzenb. Vide quid hypocrisis efficiat.

IN historiis Fratrum Prædicatorum legitur (vt habet Bernardus Lutzenburgus in Catalogo hæreticorum) [illegible] Brixiensi virum quendam fuisse tanta sanctitate, [illegible] puritate, vt pluris quique videbatur, vt alter Ioannes Baptista ab illis haberetur, adeo quidẽ vt eius nominis fama & celebritate plerique omnes eius prouinciæ allecti, ad eum, velut ad sanctum Dei hominem gregatim confluerent; qui tamen hæretica prauitate infectus erat: sed qua hæresi, & quo tempore id acciderit, subticet Bernardus. Cum aũt ille vita functus, & honorificè sepulturæ demandatus esset, post aliquot tempus fidei inquisitor per testes fideles examine diligenti peracto, reperit illum fuisse hæreticum: ideoq; de consilio Episcopi & aliorum prudentium virorum sanctum est, vt eius cadauer effoderetur, & ossa igne cremarentur. Populo itaque circumstante, eius ossa in ignem iecta sunt, quæ mox dæmones ex eodem igne in aerem attollentes, ea suspensa super ignem tenebant, non tamen illi videbantur. Ex quo factum, vt populus exclamaret, Episcopum cum suis esse necandum, qui inuidiæ moti, sanctum Dei virum exurere præsumpsissent, id Deo nolente neque permittente. Qua re exterritum Episcopum, sui bono animo esse deprecati sunt, in hæc verba prorumpentes: Domine Episcope, ne vlla re frangaris, quęsumus, quandoquidem hic pro fidei tutione adsumus, sed ad sacrum peragendum te potius præpara: visuri experientia ipsa, num Deus aliquod miraculum super hac re exhibiturus sit, ne fides in discrimen veniat ac periclitetur. Missa ea fuit de beata Virgine: cumque corpus Dominicum sursum ab Episcopo leuaretur, dæmones in aere exclamare audiri sunt in hunc modum: O Guido de Lacha, te hucusque, quantum potuimus defendimus, sed amplius non possumus, quia maior nobis adest; mox quo ignem ossa ceciderunt & combusta sunt, & fides ab omnibus exaltata. Ex quo diaboli dolus facili negotio perpendi potest, qui hæreticum hominem etiam defunctum defendit, quo plures animas decipiat.

Hæretici ossa effossa & combusta.

Dæmonis fraus.

II. *De falso dæmonum apparatu Christi & Sanctorum confessum mentiente, quo hæretici deluduntur.*

Anno ab incarnatione Domini M.CC.XXXI. prædicante in Teuthonia Magistro Conrado contra hæreticos, & ab eisdem felici morte perempto, hæreticus quidam (vt ab eodem Conrado accepi) seductus à dæmonibus fratrem quendam ordinis Prædicatorum ad hæresim inuitabat. Quem cum videret instantissime renitentem, dixit Fratri: Pertinax es valde in fide tua, nec tamen de hac, nisi per scripta quædam, aliquid certius inspexisti: Credere autem si velles dictis meis, Christum tibi & matrem eius & sanctos oculata fide monstrarem. Mox ille illusionem dæmonum suspicatus, volens tamẽ probare quid esset: Non immerito, inquit, tibi tunc crederem, si promissa duceres ad effectum. Gauisus hæreticus diem fratri statuit. Frater vero pixidem cum Sacramento corporis Christi clam secum sub cappa portauit. Duxit ergo fratrem hereticus in specu cuiusdam montis in amplum valde palatium, quod claritate mirabili lucebat. Nec mora, vbi in inferiorem partem palatii peruenerunt, viderunt thronos positos quasi ex auro purissimo, in quibus sedebat rex fulgore coruſco circumdatus, & iuxta eum regina sereno vultu pulcherrima, & ex vtraque parte sedilia, in quibus seniores, quasi patriarchæ, velut Apostoli, astante permaxima multitudine angelorum, & hi omnes luce siderea coruſcantes, vt nihil minus quam dæmones putarentur. Hos mox vidit hæreticus, cadens in faciem adorauit. Dictus autem frater immotus stetit, sed tanto spectaculo vehementer obstupuit, & mox ad eum conuersus hæreticus: Quare, inquit, Dei Filium intuens, non adoras? Pronus accedens adora, quem vides; & ab ore meo fidei nostræ secreta suscipies. Tunc frater accedens propius, extraxit pixidem & obtulit reginæ in solio sedenti, dicens: Si regina es mater Christi, ecce filius tuus, quem si susceperis, te velut matrem Dei recognoscam. Cum hac protinus voce totum illud phantasticum euanescit, & annihilato fulgore tantæ tenebræ densuerunt, vt vix Frater cum doctore suo ad montis exitum regredi potuerint. Conuersus ergo hæreticus ad fidem rediit, & miram dæmonis astutiam stupefactus expauit.

Tho. Cantipr. lib. 2. Apum. cap. 57. p. 23. Idem refert S. Antonin. in Chron. p. 3. tit. 23. c. 10. lib. 1.

Confessus dæmonum ad præsentiam Sacramenti Eucharistiæ dispersus.

Sacramenti Eucharistię efficacia.

III. *Maximilian. I. Imp. videt dæmonem Martini Lutheri humeris insidentem, ac turbas se mortuo in imperio minitantem.*

Cum Maximilianus Imp. felicis recordationis eius nominis primus, Augustæ Vindelicorum Anno 1518. Imperialia Comitia, eademque vltima suæ Maiest. instituisset, ac parentibus valuis, vt moris est, prandaret, ingressus est cum multis aliis triclinium prandentis Imperat. Martinus Lutherus. Maximi-

Tilm. Brem. lib. 9. Colat. fas. 45.

lian. Imper. visum Lutherum cum exactius paulo & diutius intueretur, tandem Baronem ex familia Schenk de Erpach Maiest. suæ aulicum & pincernã alloquitur his verbis: Vade, & aspicias Monachum cucullo vestitum à vertice capitis, vsque ad plantam pedis, & à planta pedis vsque ad verticem capitis diligentissime, & quod videris referto. Baro Imperatori interroganti respondit, se Monachum cucullo vestitum vidisse, quid vero pectori & animo eius insedisset, videre non potuisse, imperator rursus iisdem, quibus antea, verbis mandat Baroni Monachũ denuo collustrare. Baro, etiamsi iterata vice adiret, refert, se nihilo plus quam antea videre posse. Imperator, phrasi sibi familiari regerebat: Amore boni Dei, fac quæ iubeo. Baro obtemperans, vadensq; & rediens, eundem sermonem Imperatori (vti fuerat dictum) interroganti repetiit. Subiungit præterea Imp. Si tu nihil vidisti, nec vides, dicã tibi quid ego videam. Video cacodæmonem forma corporea humeris istius Monachi incubantem; & te quidem superstite, me vero defuncto, iste Monachus turbas, calamitates & miserias grauissimas in imperio suscitabit. Hæc verba ex ore D. Maximiliani audiuit quidam præcipuus Germaniæ Princeps secularis, cuius nomen consulto præterimus, eodem ipso tempore mensæ Imperatoris cum aliis Principibus, Comitibus, Baronibus & nobilibus adstitit. Iste vero Princeps hæc veraciter contigisse filio suo retulit. Qui filius, Princeps & hæres hæc omnia & singula duobus Principum Electorum Consiliariis primariis de dignis recensuit, quem vtrumq; probe nouimus: alter vero illorum adhuc superstes hæc & voce & scripto nobis communicauit.

Maximil. Imp. videt dæmonem humeris Lutheri.

Dæmon Lutheri humeris incubat.

IV. *Quid Fulbertus Episcopus de discipulo suo Berengario Andegauensi moriturus senserit.*

Wilhelm. Malmesbur. lib. 3. de gest. Ang. reg. lib. 3. Bred. Hist. cap. 41. Baron. tom. 11. ann. 1028.

Non absimile est huic, quod refert Wilhelmus Malmesburiensis de Berengario, quod cum in extremis positum Episcopum Carnotensem Fulbertum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter oppositas cateruas oculo longe conspicatus Berengarium, nisu quo valuit expellendum indicauit, obtestatus, immanem dæmonem prope ipsum consistere, multosq; ad eum sequendũ blandiente manu, & illico anhelitu corrumpere.

Fulbert. Carnotens. Iste Berengarium moriturus illat. Rodoricus Apaldia in vita S. Vinici 9.

V. *Nouem matronis nobilibus hæreticis horrendo miraculo ostendit B. Dominicus, cui Domino seruiant.*

Cum beatissimus Pater Dominicus primus Ordinis Prædicatorii institutor, in Tolosæ partibus apud Castrum, quod fanum Iouis vocant, prædicaret, & aliquando fidem Catholicam egregie adstrueret, hæreticorum perfidiam multis rationibus confutasset, absoluta concione, more solito in Ecclesia precandi causa remansit. Et ecce nouem matronæ nobiles ex illo castro veniunt, intrant templum, & ad pedes eius procidentes dicunt: Serue Dei, adiua nos: si quæ sunt, quæ hodie pro concione dixisti, iampridem necesse est, vt spiritus erroris mentes nostras excæcarit: nam istis, quos tu hæreticos vocas, nos homines bonos appellamus, vsq; in præsens credidimus & adhæsimus toto corde: nunc vero prorsus animis fluctuamus. Serue Dei, adiua nos, & ora Deum tuum, vt notam nobis faciat fidem suam, in qua viuamus moriamur & saluæ fiamus. Tum vir Dei stans, & aliquãdiu intra se orans, paulo post dixit ad eas: Constantes estote, & expectate intrepidæ: Confido enim in Domino Deo meo, quod ille, qui neminem vult perire, iam declarabit vobis, cuiusmodi Domino hactenus adhæseritis. Moxq; viderunt è medio sui felem teterrimum prosilire, canis magnitudine, crassis oculis & igneis, lingua obtusa, lata, sanguinolenta, & vsq; ad vmbilicũ producta, cauda breui & in sublime erecta, ita vt loci eius turpitudinem, quocunq; se verteret, hominum oculis ostenderet, fœtore intolerabili inde exhalante. Cumq; apud matronas illas sese hora vna huc illucq; agitasset, ad restim, quæ à campana pendebat, insiliens, & per eam sursum scandens, tandem disparuit, fœda post se vestigia relinquens. Conuersus autem Dominicus ad matronas, territas consolabatur, dicens: Ecce quod coram oculis vestris, Deo volente apparuit, potestis animaduertere, qualis sit ille, cui hucusq; seruiistis. At illæ gratias Deo agentes ad fidem Catholicam integerrime sese receperunt, & quædam ex iis apud sorores de Pruliano religionis habitum induerunt.

Hæreticorum dæmonus est dæmon.

Matronæ ab hæresi resipiscunt.

VI. *Quod hæretici à spiritu mendacij suam Scripturæ sacræ interpretationem accipiant.*

De Huldrico Zuinglio refertur, quod cum Andreæ Carolstadii eius præceptoris insulsa interpretatio non placeret, quam super illis Domini verbis dabat: *Hoc est corpus meum*, quod scilicet hic assidet mensæ, ipse nouam de Eucharistia sectans sententiã, (quam se in Batauia cuiusdam Epistola reperisse fateatur) interpretabatur, hoc est, id est, hoc significat. Quod prodigiosum commentum exemplis è Scriptura petitis nec sibi, nec auditoribus persuadere posset, narrat sibi in somno visum adesse monitorem (ater fuerit an albus, inquit in subsidio de Eucharistia, nõ memini) qui diceret: Quin, ignaue, respondes quod scribitur Exod. cap. 12. Est enim phase, hoc est transitus; Sic spiritui nocturno erroris cum digna sui elusione inhærent, qui spiritui lucis veritatis & veræ fidei nuncium remiserunt.

Ex Titelmano Hesbusio contra Caluinum & Bezam. To. Dauid de occasione arrepta neglecta.

TIT. XVII. De fugiendis hæreticis.

EXEMP. I. *Ioannes Euangelista Ebionem & hæreticos omnes suo exemplo vitandos docuit.*

Epiphanius hær. 30. Baronius tom. 1. Christi ann. 74.

SAnctus Iohannes Apostolus prædicans in Asia mirabile opus fecisse narratur ad veritatis deli[illegible] Ebaneationem: Cum enim vitam degeret admirãdam

& dignitatem veritatis ipsius decentem, & penitus non lauaretur, coactus est à Spiritu sancto progredi vsque ad balneum: Et cum comites ipsum sequentes mirarentur, venit ad ipsum balneum: & vbi peruenisset ad eum qui lauantium vestes suscipere solet, interrogauit: Quis est intus in balneo? At olearius seruandis vestibus inseruiēs (in gymnasiis enim hoc officium est aliquorum, quotidiani alimenti acquirendi gratia) ad Iohannem dixit: Ebion intus est; Iohannes vero statim intelligens Spiritus sancti ductum, ob quam causam impulisset ipsum vsq; ad balneum venire, memoriæ videlicet gratia, vt relinqueret nobis veritatis argumentum, qui sint serui Christi, & Apostoli, ac filii eiusdē veritatis; qui vero vasa diaboli & portæ inferni, non valentes contra petram, & ædificatam super ipsam sanctam Dei Ecclesiam, statim vbi se turbasset, & leuiter fleuisset, vt omnes audirent in testimonium ac declarationem impollutæ veritatis doctrinæ: Festinate, inquit, egrediamur hinc, ne cadat balneum, & pereamus cū Ebione, qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem. Et nemo miretur de eo quod audit, Iohānem cum [illegible]oressum esse: Multo enim tempore beatus Iohannes [illegible]ra permansit, & vsque ad Traiani regnum durauit.

Fuga hæreticorū primum remedium contra hæresin.

Cerintho adscribunt Iren. Eusseb. & alii.

D. Ioan. Apostolus Ebionis hæretici præsentiā fugit.

II. *Ephesii quam fuerint ab hæreticis auersi.*

S. Ignatius martyr, S. Ioannis Apostoli discipulus plurimum Ephesios laudat, quod hæreticis quibusdam peregrinantibus, ac transitum per vrbem petentibus denegassent.

Euseb. ep. 14.

III. *S. Polycarpus Marcionis hæretici ceu diaboli præsentiam vitat.*

Sub ann. Domin. millesimum sexagesimum septimum, qui est primus Aniceti Rom. Ecclesiæ Pontificis, Polycarpus eiusdem diui Iohannis Apostoli etiam discipulus, & ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, adhuc in viuis existens Romā venit, vbi multos Marcionis & Valentini suasione hæretica pravitate deceptos ad Ecclesiam [illegible] reduxit, vnam ac solam eam veritatem, quam ab Apostolis acceperat, quam etiam Ecclesia tradidit, prædicauit. Marcioni vero in eius conspectum venienti, dicentique ac roganti; Nosce nos, amabo. Noui equidem, respondit Polycarpus, primogenitum satanæ. Tanta fuit Apostolis & eorum discipulis religio, illis vel verbo communicandi, qui veritatem corrumpebāt, sicut & Paulus dixit: Hæreticum hominem, &c.

Euseb. Cæsar. lib. 4. histor. Eccles. cap. 14 ann. Christi 167. ex Irenæo lib. 3 contra hæres.

Hæretici primogeniti diaboli.

IV. *Eunomium Episcop. hæreticum abhorrent Samosateni.*

Valens imperio suscepto, vxoris suę oratione delinitus Arianus factus, veritatis inimicus, administrationis splendorem nihil reueritus, Eusebium Episcopum Samosatenum in Thraciam exulatum misit. Ad quem venit Imperatoris minister exilii litteras adferens crepusculo vespertino. Tum ille & filere & dissimulare causam aduentus sui eum iubet: nam si cognouerit multitudo à prima institutione diuino furore prædita, in flumen te, inquit, demerget, & à me postea exigetur pœna mortis tuæ. Cum autē Ariana factio, spoliato grege optimo omnium pastore, Eunomium quendam in locum ipsius submisissent, nemo omnium, qui vrbem incolerent, nō in paupertate degentes, non superbi diuitiis, nō seruus, opifex, agricola, hortulanus; denique neq; vir, neq; mulier, iuuenis aut senex, in cœtum Ecclesiasticum conuenit. Itaq; ille solus erat, cum nemo eū vel aspiceret, vel alloqueretur: & sic tradunt eum magna vsum fuisse moderatione, cuius rei argumētum dicam. Voluerat aliquando lauare, & serui occluserant ostium balnei, neq; admittebant quenquam. Tum ille, multitudine foris astante visa, pan[illegible]res, & communi vti balneo audacter iubet. Idē & [illegible]essam illam ante oculos suos cum videret astantem, inuitabat vt calidis aquis secum frui vellent, ed illi cum silentio astabant. Quod cum venerati[illegible]e sui fieri crederet, surgēs statim abiit, ibi hæreticā abominatione aquas etiam cōtactas rati, ipsas quidē in cloacas emisere. Quo cognito Præsul relicta vr[illegible]scessit, infestam colere vrbem stolidi & admodum [illegible]entis esse existimans. Eo deserente Samosata, subm[illegible]t in locum eius Lucium lupum & insidiatorem gregis. Ipsæ interea oues quamuis pastore spoliatæ officiū tamen pastoris exequebantur: nam Apostolicam doctrinam seruabant incorruptam. De odio autem vniuersorum erga illum, alia hæc narratio facile edocebit. Ludebant pila in foro pueri delectationis gratia: per forum autē illo iter faciente, accidit vt vni elapsa pila per asini ipsius pedes volueretur: tum exclamauerunt pueri, contaminatam esse pilam arbitrantes. At ipse, re animaduersa, iubet vnum ex sequentium numero resistere & recognoscere quid facerēt; ibi pueri, igne accenso, traiecere per flammas pilam, ita credentes illam ministrari.

Theodoret. lib. 4. histor. Eccles. c. 12. & Baron. tom. 4. ann Dom. 370.

Pueri Samosateni etiam execrantur Lucium Episcopum Arianum.

V. *Vt D. Athanasius & Alexandrini hæreticos sint aversati.*

D. Athanasius sanctissimus Ecclesiæ Cathol. Doctor, & Dux inuictissimus, grauissima ab Arianis incommoda passus est, multisq; persecutionum procellis & tempestatibus agitatus, quod nunquam inducipoterit, vt cum illis societatem iniret. Idemque scribit, Alexandrinos maluisse acerbiorem vitam inter pericula traducere, & à peccatis non absolutos è viuis exire, quam in obeundis sacris mysteriis ministerio Arianorum Sacerdotum vti. Quorum etiam nonnullos, cum eadem causa verberibus cæderentur, hæc dixisse: Vos certe potestis nos pro vestro arbitratu flagris cædere, at immortalis Deus iudex erit.

D. Athan. in Epist. ad Solit.

VI. *In nulla re diuina cum hæreticis consentiendum.*

Marcellus quoque Ancyræ Episcopus grauissima quæque ab iisdem Arianis perpessus est, quod neque eorum decretis consentiret, neque [illegible] Ario in Eccle-

Sozom. hist. Eccles. lib. 2. cap. 33.

Ecclesiam admittendo concederet, neque consecrationi templi Hierosolymis à Constantino sumptuose ædificati interesse vellet; ne hac occasione cum eis communicasse videretur.

VII. *Eusebius Vercellensis Episc. mori malebat, quam ab hæretico cibum sumere.*

Ex Actis Eus. Vercell. Baron. to. 3. Annal. 356.

S. Eusebius Vercellensis Antistes durissima quæque ab Imperatore Constantio hæretico pertulit, tandemque exilio mulctatus est. Is statuit apud se fame potius perire, quam ab Ariano Episcopo cibum accipere; qui hac occasione cupiebat in vulgus spargere, sanctissimum illum ac Catholicum Episcopum eius fidei consensisse, vt hoc mendacio multos in fraudem erroremque impelleret.

VIII. *Hæretici non modo à Catholicis, sed ab ipsismet hæreticis, vtpote Macedoniani à Nouatianis, emendantur.*

Socrat. li. 2. hist. Eccl. c. 38.

Macedonius pneumatomachianorum princeps, Spiritus sancti hostis, quippe qui eius diuinitatem inficiabatur, in Catholicos execrabilia perpetrauit, quod de eius manu sacram communionem corporis Domini susciperc detrectarent, irritatus. Testatur enim Socrates, se à longæuissimo Auxanonte audiuisse, quod dum hic Macedonius Episcoparum apprehendisset, innumera mala illis inflixit, qui sibi consentire nolebant. Et non solum eos qui Ecclesiæ accersebantur, exagitauit, sed & Nouatianos, sciens & illos doctrinam homousianam approbare. Exagitabantur itaque & illi, intolerabilia passi. Episcopus quidem illorum nomine Agelius aufugit, multi vero religione insignes comprehensi contumelioſe tractabantur, eo quod cum illo communicare nolebant, & postquam contumelioſe tractati essent, violenter eos viros ad ministeriorum communionem cogebant. Ligno siquidem ora eorum aperiebant, & ministeria illis imponebant. Illi vero quum hoc paterentur, supplicium hoc aliis pœnis grauius esse putabant. Deinde mulieres ac paruulos simul raptos iniriari compellebat. Si quisquam detrectabat, vel alias contradicebat, mox plagæ, & post plagas vincula & carceres, & alia tormenta sequebantur. Ubera mulierum communicare nolentium cistæ iniecta absciderunt; aliis mulierculis partes eadem corporis partim ferro, partim admotis ouis extreme feruentibus combusserunt.

Macedonia & Nouatia os ad communionē compellūt.

Crudelitas hæreticorū in mulieres Christianas.

IX. *Cum hæreticis in suis Synodis nulla ratione Catholicis esse communicandum.*

Sozo. lib. 2. hist. Eccl. cap. 25. Hæreticorum Synodus Catholicis haud adeunda.

Cum vir Dei Paphnutius ex Ægypti partibus Episcopus, Maximum Hierosolymitanum Episcopum simplicitate quadam animi ignarum quid ageret, inter hæreticos versari & considere vidisset, ad eum accessit, & manu apprehensum his verbis admonuit: Non patiar Episcopum adeo venerandum, in cathedra pestilentiæ sedere; & cum impuris hæreticis ne verbo quidem communicare.

X. *Abstinendum esse à colloquio, & consuetudine hæreticorum diuus Antonius Eremita.*

De S. Antonio eremita quoad fugam hæreticorum, ita scribit Athanasius: Manichæis, aut aliis hæreticis nunquam saltem amicabilia verba largitus est, denuncians talium amicitiam atque sermones perditionem esse animarum. Sic etiam detestabatur Arianos, vt omnibus diceret, ne quidem iuxta eos esse accedendum. Et ipse Antonius iam moriturus; Hæreticorum, inquit, & Schismaticorum venena D. Antonius hæreticorum omnium maximus.

D. Athanas. in vita eius.

XI. *Ladislaus Vngarorum Rex Catho. hæreticum hominem salutare vix dignatur.*

Ladislaus Vngariæ ac Bohemiæ Rex, cum ei in Pragensis vrbis introitu Magister Rokiczanus Hussitarum antesignanus Archiepiscopatum Pragensem ambiens, cum alios officii gratia in conspectum prodiret, Regemque salutaret, eum valde frigide resalutauit: At occurrente postea ex arce Pragensi Sacerdotum cœtu cum sanctis reliquiis, ipsos Sacerdotes hilari ore affatus est, eas vero etiam veneratus & osculatus.

Dubrau. lib. 29.

XII. *De infirmo qui multis hæreticis ipsum conuenientibus, solius pastoris Cath. vocem & verba capere potuit.*

Prope Delphos pastor Catholicus sacræ Theol. Licentiatus, vocatus ad quendam ægrotum inuenit isthic congregatos complures hæreticos, rogatur vt ægrotum suo colloquio recreet & consoletur. Ille ad decumbentem propius accedens monet vt in fide ac religione parentum & maiorum suorum perseueret, ab ea non deflectat, sed in eius confessione moriatur; serioque proponat, si per DEI gratiam eousque conualescat, Catholico ritu peccatorum suorum exomologesin facere. Paulo post infirmus nonnihil releuatus, & ad se reuersus, rogat, quisnam eo omnibus circumstantibus ille situs qui ad se eiusmodi verba loquutus esset: solam enim illius vocem & verba se intellexisse, cæterorum vero neminem quid vellent, vel dicerent, capere potuisse.

Bredemb. C. ant sat. dib. 7 c. 49.

XIII. *Quomodo mortui cum hæreticis communicare refugiant.*

Quod non solum viui, sed mortui quoque Catholici hæreticorum consortium fugiant, simili exemplo constat: Narrauit nobis Abbas Basilius *spirit. c. 4.* presbyter Bicatiorum, dicens: Cum essem Theopoli apud Patriarcham Antiochenum Gregorium, venit ab Hierosolymis Abbas Cosmas eunuchus Lauræ Pharan, vir singularis religionis & fidei, rectorumque dogmatum valde tenax & zelator, ac diuinarum scripturarum scientia non mediocriter instructus. Cum ergo fuisset ibi senex dies non pl[ur]imos defunctus est. Et iussit Patriarcha pretiosas vestes reli-

Io. Mosch. Euir prat.

reliquias in monasterio suo sepeliri, vbi & positus erat quidam Episcopus. Die igitur quadam profectus sum vt salutarem sepulchrum senis. Erat autem supra sepulchrum eius iacens homo quidam pauper eleemosynam petens ab ingredientibus in templum. Cum ergo me conspexisset pauper tertio prostratum, & seni orationem facientem, dicit mihi: Abba, magnus profecto erat senex ille, quem sepelistis hic ante duos menses. Tunc ego ad illum: Vnde hoc tu nosti? Qui respondit: Vere, domine Abba, ego paralyticus fui annis duodecim, & per ipsum curauit me Deus; & quoties in tribulatione sum, venit ad me consolationem afferens, mihiq; refrigerium præstat. Ex qua die illum sepelistis, vsque ad hodiernum hanc, audio illum singulis noctibus clamantem, dicentem ad Episcopum: Noli me tangere, hæretice, & ne appropinques mihi, inimice sanctæ Dei Catholicæ Ecclesiæ. Hoc ego audiens ab eo qui sanatus fuerat, perrexi, & omnia ex ordine Patriarchæ retuli, orabamq; ipsum sanctissimum Patriarcham, vt sumptum ex eo loco corpus senis in sepulchro alio conderemus. Tunc ait Abbas Patriarcha: Mihi crede, fili, nihil hæretico læditur Abbas Cosmas, sed hoc tantum factum est, vt senis virtus, zelusque fidei nobis innotesceret, qualis semper fuerit qualisve etiam sit post carnis occubitum, vtque Episcopi nobis proderetur opinio, ne illum arbitraremur Orthodoxum fuisse atque Catholicum.

Miraculū.

Nec in vita nec in morte cum hæreticis cōmunicandum.

Abbas moriuus hæreticū fugit.

TIT. XVIII. De hæreticorum pœnis.

Exod.32. *Moyses triginta millia hominum, qui ab vnius Dei fide recesserant per vituli adorationem, vno die occidit.*

3.Reg.18. *Elias Dei Propheta omnes Prophetas Baal etiam interfecit.*

Ex libro Dan.c.6. D. Augustī. epist.146. ad Donatist. *Nabuchodonosor Rex Babylonis miraculo salutis trium puerorum commotus atq; mutatus pro veritate contra errorem edictum proposuit, quicunq; blasphemarent Deum Sidrac, Misac & Abdenago, in interitum trent, & domus eorum in dispersionem: & non vult [illegible] aliquid contra vos iubeam Imperatore: O Christiani?*

3.Machab.2. *Mathathias Iudæum quendam idolis sacrificantem morte mulctauit.*

Actor.13. *D. Paulus Magum quendam, qui Proconsulem à fide impedire conabatur, cæcitate percussit.*

EXEMP. I. *Arius excommunicatur, & à Constantino Imperatore in exilium mittitur.*

Socrat. lib.1. hist. Eccles. c. 2. anno 315. POstquam Concilium Nicænū rum Arium, tum suæ opinionis fautores pariter abdicasset, decreuit ne Alexādriam rediret; quin etiam & verba, quibus eius explicabatur opinio, & librum, quem de ea ediderat, inscripseratque Thalian, lege vetuit. At ver Constantinus Imperator non Arium solum, ac ipsi hæretes exilio mulctauit, & si quod syngramma illorum inueniretur, igni tradi iussit, ne vel ipsi vel dogmatis quod introduxerat, monumentum aliquod superesset. Quod si quis tale quid abscondisse deprehenderetur, & non confestim productum combureret, mortem ac capitis supplicium mulctæ loco statuit. Quin etiam Epistolas ad ciuitates singulatim scriptas misit, quibus Arium, eiusque fautores damnabat.

Arius excommunicatus & proscriptus.

Arii scripta iure igne damnata.

II. *De hæretico tempore S. Eligii erroris condemnato, & in exilium ablegato.*

Temporibus Martini Papæ II. & Constantii Imper. anno videlicet Christi Domini 650. quidam hæreticus pulsus à partibus transmarinis in Gallias venit, moxque se conferens ad ciuitatem, quæ olim Iedua, nunc Augustodunum vocatur, cœpit tam callide quam fraudulenter sua nefanda dogmata prodere. Quod cum in palatio ad aures Eligii Nouiocomensis Episcopi peruenisset, cœpit vigilanter (vti semper in eiusmodi rebus solicitus erat) cum Audomo & cæteris Catholicis viris tractare, quem admodum hanc pestem palam omnibus manifestam deberent: nec destitit Episcopos commonere & optimates, quousq; iussu Principis Sacerdotale Concilium ad vrbem Aurelianensem congregaretur. Vbi eo, quem diximus, hæretico in medium deducto, conabatur eum docti quiq; diuersis modis interpellare, sed nullo poterant genere concludere: tanta quippe dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur cōstrictus teneri, ibi ceu anguis lubricus quibusdam foraminibus dilapsus, eorum se fronti opponeret. Cumque nullo modo à quoque posset concludi aut superari, exitit quidam è nostris pia Dei prouidentia doctissimus Episcopus nomine Saluius, qui ita ei in omnibus obuiauit, vt ingens ea causa nostris fieret gaudium & expectatio: omnes enim eius versutias & artes, quas ille nunc occulere, nunc etiam dissimulare conabatur, frequenti disputatione palam funditus detexit, sicque aduersus eum omnium Episcoporum sententia prolata, & per singulas ciuitates super eius nomine decretis constitutis, cum ea qua par erat ignominia & dedecore [illegible] Galliæ damnatus est.

Audoen. in vita S. Eligij cap.34. Surius 1. Decemb. & Bar. tom.8. ann.650.

Hæreticus victus & condemnatus.

Hæreticorum pœna exilium.

III. *Ex vibus Catholicorum pellendos esse hæreticos ipso facto declarat Arcadius Imp.*

D. Ioannes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus hac ratione hæreticos Arianos ex vrbe Arcadii Imper. mandato pelli curauit. Opportunum enim ipse tempus nactus, quando Imperator venit ad sacrum, festo eum ad id vocante, (erat enim dies Epiphaniorum) cum sic ipsum compellauit: Dic mihi, ô Imperator, si quis huic pulchræ & pretiosæ (ostendens coronam quam habebat in capite) quosdam abiectos & obscuros lapides inseruisset, videretur hoc tibi esse tolerandum, & non tanquam vniuersa per illos afficeretur contumelia,

Metaphr. in vita eius, & tom.1. operū eius ann.400.

agre

Hæretici ex vrbibus Cath. pellendi.

ægre tulisses ? Cum is autem veritatis sermoni annuisset; Quid vero, inquit, non existimas vniuersorum Regem irasci, si in pia ciuitate, quæ omnino recte se habet, pars quæ male sentit, sinatur habitare; cum oporteat vel ab illis exigere, vt conuertantur, vel si perseuerant, protinus expellere? Hæc cum audisset Imperator, non distulit, nec est cunctatus, sed primos eorum statim accersiit; & ex iis scire voluit, num in animum inducerent à fugienda desistere opinione, minatus exilium & bonorum suorum priuationem iis, qui non parerent. Cum autem vidisset eos esse immedicabiles, minas deduxit ad effectum & iussit eos expelli è ciuitate. Hoc effecit, vt nonnulli errorem dediscentes se rectæ adiungerent opinioni. Addit autem ad hæc Marcus Diaconus, Arcadium Imperatorem, cum intellexisset comp[illegible] suorum vel in aula militantium, vel magistratibus fungentium esse hæreticos, sed eosdem magistratibus pulsos, pecuniaque mulctatos penitus reiecisse.

Mar. Diacon. in Actis Porphyrii Ep. Gazens.

IV. *Septingentæ virgines Ariana labe conspersæ urbe Alexandrina eiiciuntur.*

Epiphan. hæresi 69.

Arius in vrbe Alexandrina [illegible] vestitudine contubernii & ficta pietatis simulatione septingentas virgines voto castitatis Deo dictas circumuenit & hæreticæ impietatis veneno infecit; quæ ne puellas alias societate sua contaminarent, cum Ario, vt testis est Epiphanius, è ciuitate sunt eiectæ.

V. *Robertus Gallorum Rex tredecim hæreticos ad messem perductos confestim iubet eradicari & exuri, ne, si diutius viuisset illæsos, regnum vna cum religione perdidissent.*

Glaber li. 3. cap. 8. apud Bar. to. 11. 1017. 4.

Anno Domini millesimo decimo septimo cum à pluribus omni sagacitate elaboratum fuisset, qualiter duo hæretici Manichæi deposita mentis perfidia, veram & vniuersalem reciperent fidem, atq; illi omnimodis se facere denegarẽt; dictum est eis, quoniam nisi celerius ad sanam fidei mentem redeant, Roberti Regis Francorum iussu, & vniuersæ plebis consensu [illegible] essent protinus cremãdi. At illi male in sua confisi vesania, nihil pertimescere se iactantes, seque euasuros abigne illæsos promittentes, quin potius meliora sibi suadentib. spernendo illudebãt. Cernens quoque Rex & vniuersi, qui aderant, minus posse illos reuocari ab insania, iussit accendi nõ longe à ciuitate ignem permaximum, vt vel eo forte territi, à sua malignitate desinerent. Ad quem cum ducerentur, rabida adacti dementia se omnimodis hoc velle proclamabant, ac sese vltro ad ignem trahentibus inferebant. Quibus ad vltimum numero tredecim igni traditis, cũ iam cœpissent acrius aduri, cœperunt voce qua poterant ex eodem igne clamare, se pessime deceptos arte diabolica, nuper de vniuersorum Deo ac Domino male sensisse, & ob hanc ab eisdem illatam ei blasphemiam, illos temporali, atque æterna vltione torqueri. His vero plures è circumstantibus auditis, humanitatis pietate permoti accedentes, vt vel semiuiuos abigne eriperent, minime valuerunt, quoniam vindice flamma consumente illos, continuo in * puluerem fuerunt redacti. Si qui vero postmodum huius peruersitatis sectatores fuerunt reperti, simili vltionis vindicta vbique fuerunt perditi. Propterea venerabilis Catholicæ fidei cultus, extirpata insanientium pessimorum vesania, vbique terrarum clarior emicuit.

* Cinerem.

Ignis alia hæreticorum pœna.

Zizania ad messem perducta seliguntur & exuruntur.

VI. *De quodam hæretico à fele in partes discerpto, & ab eo ad tumulum vsque vexato.*

Luc. Tuden. Episc. li. 3. ad uers. Albi-genses c. 14. m. s.

Quia diuersimode hæretici impugnare non cessant Ecclesiam, & misericors Dominus eandem clementer de illorum insidiis dignatur eripere, & ad pugnandum contra eos pro fide Catholica etiam muta prouocat elementa: & inimicis suis reddit etiam in præsenti terribilem vltionem ad laudem Christi nominis, & hæreticorum exterminium, quædam quæ narrante Helia, [illegible]ore beatissimi patris Francisci, didici [illegible] dignum duxi. In ciuitate Lombardiæ, [illegible] vulgo Lode dicitur, quidam ignotus hæreticus in quodam hospitali chronica ægritudine grauiter laborabat. Cumque videret eum custos ipsius hospitalis quasi in vltimis laborare, cœpit eum blande monere, vt vocato presbytero loqueretur cum eo more pœnitentium, & corporis & sanguinis DOMINI sanctissimum acciperet sacramentum. Cui respondens hæreticus cum quibusdam quasi suspiriis, dixit: Et quis dabit mihi corpus CHRISTI, vt adorem & accipiam? Hospitalis dixit ei: Vocabo presbyterum sacellanum, & deferet corpus Domini. Respondens hæreticus dixit: Hu, presbyter non deferet corpus Dominicum, sed panem tostum. Post hæc cœpit hæreticus idem quasi furere, & blasphemare ineffabile sanctissimum Sacramentum. Et ecce quidam catus mansuetissimus & domesticus subito prosiliit in hæreticum, & guttur & [illegible]ia blasphemi hæretici cœpit dentibus & vnguibus lacerare, ita quod vix Hospitalis potuit catum ab hæretico remouere. Tunc cuncti qui aderant intelligentes quod miraculose catus propter blasphemias in hæreticum insurgebat, dixerunt illi: Agnosce, miser, iudicium Dei, & Ecclesiæ veritatem, & noli blasphemare Sacramentum, in quo salus nostra consistit. Vide, quoniam catus pugnat propter veritatem. Qui respondit: Catus ille rabie fertur, & non potest quiescere. Dixerunt ei; Nihil in se mali patitur catus, & nisi tu blasphemaueris, in quiete solita permanebit. Tacuit hæreticus, & catus, vt consueuerat, erat quietus. Transactis tandem aliquantis horis, adfuit presbyter, & hortabatur eum accipere pœnitentiam, & Sacramentum corporis Christi in remissionem peccatorum. Hæreticus autem cœpit

Horrenda Sacramentarii blasphemia.

Felis insurgit in hæreticum.

Felis discerpit hæreticum.

blasphemare, & in presbyterum spuere. Sed catus in eum prosiliens in virtute qua poterat, hæreticum laniabat, & in tantum illi molestiam intulit, quod fere perueniret vsq; ad articulum mortis. Volebat presbyter amouere catum, sed ciues qui conuenerant, vt viderent miraculum, minime permittebant. Tamen amotus fuit catus, & in quadam area inclusus, ne ipsum penitus interficeret. Hæreticus autem persistens in blasphemia sua funditus expirauit; & extra ciuitatem longè à cœmiterio fidelium sepultus. Post

Hæreticum persequitur felis ad tumulum vsque.

hæc extrahentes catum de area, cum ad locum accederet, vbi iacuerat ægrotus hæreticus, & eum nõ inueniret, cœpit voces emittere, & huc illucque diuertere ad quærendum ipsum: cumque ad locum veniret, vbi sepultus erat, cœpit suis vnguibus terram fodere, & tamdiu, multis videntibus, in cœpto labore perstitit, donec mortuus est. Quid agis rationabilis creatura? Quare pigritaris religio Christiana? Ecce brutum animal ob vindicãdas iniurias Catholicæ fidei, se opponit vsque ad mortem, pro quo non est mortuus Christus, nec ab eo remunerari sperat in patria beatorum; & homo ad similitudinẽ Dei factus, cui Deus subiecit omnia sub pedib⁹ eius, qui est pretio magno sanguinis eius redemptus; & credit in cœlesti patria cum ipsis Angelicis sociari, audit conuicia, quibus nomen filii Dei & fides Catholica blasphematur, & tolerat patienter: sponsa Christi, scilicet sancta Ecclesia turpiter denudatur, & non est filius de tot millibus, qui vindicet iniuriam matris? Redarguit catus segnitiem filiorum, & desidiam nobilium reprehendit. Ite ad catum pigri & desides Christiani, & considerate vias eius, qualiter vsque ad mortem suo seruiat Creatori; qui mãsuetus est & lenis fidelibus, asper est & quasi rabidus contra hæreticum, & etiam ei mortuo nõ indulget.

Sap.16. v.24 Videtur congruere huic facto quod diuina scriptura dicit Deo. Creatura, inquit, tibi factori deseruiẽs exardescit in tormẽtum aduersus iniustos, & leuior fiat ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

VII. *De hæreticis in Burgundia combustis, & eorundem cineribus in bufones conuersis.*

Idem ibidem cap.15. Narrante quoque eodem prædicto fratre Helia venerabili viro, didici, quod cum quidam hæretici in Burgundiæ partibus sui erroris semina spargerent virulenta, & S. prædicationis, fratres Prædicatores, & fratres Minores contra eosdem hæreticos viriliter decertarent gladio ancipiti verbi Dei, eorũ prauа dogmata infatigabiliter concidentes, tandem à iudice regionis capti sunt, & vt digni erant, flammarum ignib⁹ traditi, vt maligni auctores cum suo scelere, ad terrorem cæterorum hominum, finirentur. Cumq; suppositis lignorum copiis vehementer æstuarent incendia, subito miræ magnitudinis bufo, qui alio nomine vocatur crapaldus, adfuit, & nullo cõsente, se vltro mediis flammis contulit. Corruerat in cinerem vnus hæreticorum, qui eorum Episcopus dicebatur, resupinus, & dictus bufo super faciem eius sedit, & videntibus cunctis qui aderant, linguã eius comedit. Sequenti autem die totum eiusdem hæretici corpus, ossibus exceptis, versum est in fœtidos bufones, ita vt non possent præ multitudine numia numerari. Videntes itaque indigenæ miraculum glorificabant Deum, & laudabant eum in Prædicatoribus suis, qui de horrore tam immundæ pollutionis eos dignatus est misericorditer liberare.

Corpus cõbusti hæretici in bufones conuersum.

Recte omnipotens Deus per immundissima & turpissima animalia, quam turpissima & immundissima hæreticorum sint dogmata, voluit demonstrare, vt omnes homines hæreticum tanquam crapaldum toxicum studeant euitare. Sicut enim inter omnia quadrupedia bufo turpior iudicatur, ita hæretica pr[illegible]itas omnibus aliis sectis est deterior & sordidior. Iustificauit hæretica cæcitas Iudaicam perfidiam, mundificauit pollutione sua insaniam Mahometi, & luxuria sua abluit Sodomã & Gomorrham. Quid enim pessimum est in enormitate scelerum, inuentum est habito respectu ad turpitudinem & abominiam hæreticæ prauitatis. Proinde Christianus quam indicibile malum effugiat, quod cunctorum scelerum crimen transcendit.

Hæretici per bufones designati.

VIII. *Filium Catholicum pro patre hæretico morte digne non esse supplicio afficiendum.*

Idem ibidem cap.16. Eodem quoque tempore in partibus Tolosanis quidam senex rebus mundi locuples, & Catholicæ fidei bonis pauperrimus, cũ iam grauatus senio, & corporis ægritudine mortem sibi propinquam cerneret, cuidã viro Catholico filio suo contulit omnia quæ habebat, & se miserrime hæreticis tradidit abrenuncians Catholicam fidem, quam promiserat in baptismo, & se per ministrum Satanæ hæreticæ subdidit prauitati. Perlatum est hoc Catholicis iudicibus, qui ad domum senis perditissimi accesserunt, monentes vt dictus senex regrederetur ad cultum Catholicæ veritatis. Sed, dicto sene in sua nequitia persistente, & in religione fidei Christianæ blasphemias congerente, iudices eum flammis tradere censuerunt. Quæ vt prædictus filius eius vidit, turbatus est valde, & cœpit vehementer condolere patri, & instare penes iudices, vt omnem substantiam eius acciperent, & insuper, eum loco patris comburerent, & indulgerent seni, fortassis illico morituro senio & ægritudine compellente. Mirabantur valde iudices, & non credebant his, quæ à filio dicebantur, obiicientes, quod Catholicus pro hæretico, & adolescens pulcherrimus pro sene morbido se morti exponere non deberet. Qui respondens dicebat illis: Valde doleo, quia senex prorui in errorem, sed pater meus esse non desiit; & quia Dominus patrem honorare præcepit, non pro hæretico, sed pro patre volo mori. Adiudicatum est igitur illius petitioni animi: & adolescens ad locum incendii ducebatur, qui omnẽ publica voce anathematizabat hæresim, & idem

Hæreticus flammis destinatur.

Filius pro patre mori paratus.

Matth.15. v.4.

& fidem Catholicam fatebatur, & Dominum Iesum Christum atque Dei genetricem Mariam Virginem cum omnibus Sanctis adesse sibi in auxilium precabatur. Aderant tunc quidam de Minoribus fratribus, qui vehementer redarguebant iudices, dicentes: non debere catholicum filium taliter pro hæretico patre mori, & detinebant adolescentem, ne mitteretur in ignem. Cum hæc agerentur, subito de ipsa flamma, videntibus cunctis, qui aderant, quasi ignea sagitta prosiliit, & vsque ad lectum hæretici senis peruenit, & execrabilis senis carnes adurendo visibilis flamma combussit. Insonuit clamor cunctorum concurrentium, & simul cum iudicibus glorificabant Dominum Iesum Christum, qui tam euidenti miraculo liberauit adolescentem Catholicum, & digna pœna percussit senem nefandissimum. Pugnat pro fide Catholica ignis insensibilis, & ignitiem redarguit hominum, qui totis viribus ad defensionem veritatis Catholicæ non consurgunt.

gnis pro fide Catholica pugnat.

IX. *Sectarii sectarios extremo supplicio etiam sæpe afficiunt.*

Laurentius Surius Carthusianus, vir pius, breui suo Commentario rerum in orbe gestarum de Seruero ita refert: Genevæ Caluinus Seruetum Hispanum, valde impie de sacrosancta Trinitate sentientem, extremo curat affici supplicio. Mirum hoc erat, non solum quod Caluinus nihilo esset eo melior, sed etiam quod isti Euangelici nolunt mori affici hæreticos. Porro vero Caluinus suum hoc factum vsque adeo illustre esse voluit, vt quamuis ea de causa ab aliis sectariis fuisset reprehensus, totam historiam scripto euulgato comprehenderit, quo ostendit licitum esse hæreticos mortis supplicio afficere.

Surius in breui Commentario rerum in orbe gestarum. Ann. Dom. 1553.

Caluinus Seruetum supplicio afficit.

X. *Seuero hæretico multi diffidii auctori linguam exscindi iubet Iustinus Imper.*

Antiochiæ Seuerus hæreticus, Flauiani successor, qui thronum per tyrannidem occupabat, plurimum in Chalcedonensem synodum inuehebatur. Is cum ita animatus esset, quotidie (vt ita dicam) anathemati synodum eam subiecit; potissimum vero in eis, quæ Enthronisticæ siue Synodales dicuntur, epistolis, quas ad loci cuiuslibet Patriarchas mittebat. Vnde per eos, qui eas recipiebant, nugamenta multa aduersus Ecclesiam sunt inducta, & populus in innumerabiles opiniones diuisus. Sed enim Iustinus, Imperator fidelissimus, primo imperii sui anno Seuerum commeritas petulantis verborum lubricitatis pœnas pendere, linguamque eius radicitus exscindere iussit. Ei rei, sicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit militarium ordinum Antiochiæ Dux. Quod sane verum esse litteris suis Seuerus ipse confirmat, Irenæum videlicet pœnam sibi eam tumultus concitati gratia molitum esse: ad amicos enim quosdam Antiochenos scribens, exilium suum fugamque commemorat, & quampluribus in Irenæum scommata & conuicia iacit, propterea quod diligentius ille custodibus dispositis hominem, ne ex vrbe Antiochena profugeret, seruarit.

Niceph. Call. lib. 17. histor. Eccles. c. 2.

Seuero lingua Iustino iubente exscinditur.

TIT. XIX. De pœnis communicantium, commorantium, aut etiam fauentium hæreticis.

Prohibuerat Deus sæpe per Moysen, ne Israëlitæ cum gentibus & idololatris communicarent, aut connubia inirent, ne eorum commercio corrumperentur. *Exod 34. Leuit 18. Deut. 7.*

Salomon sapientissimus communicans alienigenis factus est in reprobum sensum. *3. Reg. 11.*

Cum Samaritæ Dominum, simul & vanos ac inanes Deos coluissent, statim Deus immisit in eos leones, & occe interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei cœli & terræ. *4. Reg. 17.*

EXEMP. I. *S. Martini gemitus, quod cum aliquot Episcopis Ithaciana[illegible] sæpe eorum salutis communicasset, ab Angelo approbantur.*

D. Martinus Turonensis Episcopus Treuiros, vbi Maximus Imperator tunc agebat, profectus cum aliquot Episcopis, qui Ithacio Episcopo hæretico & excommunicato adhærebant, communionem iniit, satius existimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminebat. Verumtamen summa vi Episcopis nitentibus, vt communionem subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die inde se proripiens, cum reuertens in via mœstus ingemisceret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum, haud longe à vico, cui nomen est Audethanna, qua vastas solitudines syluarum secreta patiuntur, progressus paululum co[illegible], ille subsedit, causam doloris facti accusante ac defelente inuicem cogitatione peruoluens. Astitit ei repente Angelus: Merito, inquit, Martine, compungeris; sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam, ne iam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab isto tempore satis cauit cum illo Ithaciano partis communione misceri. Cæterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat & gratia minore curaret, subinde nobis cum lacrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis.

Seuer. Sulp. lib. 3. dialog. B. Mart. c. 15. An. Dom. 386.

II. *De funesta mors Florentii Episcop. Cathol. ob iniuriam cum Arianis communicationem.*

Anno Domini 359. habitum est Arimini Concilium Ariminense, cui interfuit Florentius Episcop[illegible] Catho-

Ex Marcell. Baron.

to. 3. Annal. an. Dom. 359.

Catholicus. Cuius impietati licet minime subscripsisset, inquit Marcellinus, tamen quia Arianis communicasset, cum in conuentu plebis sederet in throno suo, repente diuina virtute in terram elisus est, ac palpitans foras sublatus; at cum vires iterum resumpsisset, in thronum regressus eadem quoque passus est, & rursus foras ductus, ac tertio denique idipsum obstinare perrentans, tertio elisus, ora distorquens, miserè animam exhalauit.

Florentii Episc. diru supplicium.

III. *De Natalio egregio Christi confessore, qui pecunia persuasus, & Theodotianorum hæresi præesset, in somnis ea de causa egregie vapulat.*

Eusseb. lib 5. hist. Eccl. c. 28. Niceph. 4. c. 21.

Tempore Zepherini summi Pontificis, circa decimum annum imperii Seueri, Natalius quidam confessor factus seductus fuit ab Asclepiodoto, & alio quodam Theodoro mensario, qui ambo discipuli fuerunt Theodori coriarii, qui quoniam sententiæ huius, imo potius dementiæ, auctor erat primus, quod Christus nudus esset homo, à Victore tunc Romano Episcopo à communione separatus fuit. Persuasus autem erat Natalius, vt accepto salario hæresis huius vocaretur Episcopus, ita vt denarios centum quinquaginta menstruo tempore acciperet. Illis itaque coniunctus per visiones commonefiebat à Domino. Misericors enim Deus ac Dominus noster Iesus Christus nolebat passionum suarum martyrem extra Ecclesiam cõstitutum perire. Quoniam vero negligentius visionibus attendebat, irrisus videlicet primatus apud eos honore & turpi quæstu, quo plurimi pereunt, tandem ab Angelis flagellatus est, ac tota nocte haud modice verberatus, ita vt cum mane surrexisset, induto sacco ac lacrymis ante Zepherinum Episcopum procideret, & pedibus aduolueretur, non clericorum modo, sed & plebis, & ipsam ecclesiam ad commiserandum proclium lacrymis defluentib. per misericordem Christum obtestaretur, ac multis precibus vsus, ostensis etiam plagarum, quas passus fuerat, vibicibus, vix tandem ad communionem reciperetur.

Natalius confessor cur ab Angelis flagellatus.

Insigne resipiscentiæ exemplum.

IV. *De mala morte Monachi habitare volentis in cella Euagrii hæretici.*

Io Mosch. Euir. Prati spir. c. 177.

Dicebat Abba Ioannes Cilix: Commorantibus nobis in Noua Alexandriæ, venit ad nos Ægyptius monachus, nomine Euagrius, dixitque nobis dicens: Ad monasterium cellularum frater ex loginqua regione peruenit, volens ibi habitare, prostratusq; presbytero, orabat vt in Euagrii cella moraretur. Presbyter autẽ dicebat, non posse eum illic habitare recedensque Presbyter ait fratri: Fili, dæmon acerrimus illic habitat: qui enim seduxit Euagrium & à vera fide remouit, immisitq; illi scelerata dogmata, ille non permittit aliquem ibi morari. Frater autem persistebat, dicens: Profecto, si hic maneo, in illa moraturus sum. Tunc Presbyter coactus dixit ei: Iudicio tuo vade, & eam accipe. Sedit igitur frater in cellula vna hebdomata; veniẽte Dominico die perrexit ad sanctam ecclesiam. Videns autem illum Presbyter, cõsolatus est: solicitus enim pro illo erat. Veniente autem alio die Dominico nõ venit ad ecclesiam: Cumque illum non videret Presbyter, misit duos fratres, vt viderent cur non venisset ad ecclesiam. Qui venientes ad cellulam inuenerunt fratrem iniecto fune seipsum suffocasse.

Hæreticis cohabitare valde periculosum.

V. *Valentinianus Iunior suasu matris ad Arianismum declinans à Maximo monetur, sed non acquiescens bello terretur & fugatur.*

Theodor. Ecclesiast. hist. lib. 5. c. 14. 15. Carol. Sigon. li. 9. de Occid. imp.

Valentinianus Iunior à Iustina matre deceptus Arianis fauit. Quod vbi resciuit Maximus tyrannus, per litteras hortatus est, vt bellum aduersus pietatem omitteret, neue proderet paternam pietatem, addidit & billi minas, nisi pareret. Quin etiam orationem re ipsa confirmauit, coactumque exercitum Mediolanum versus duxit, vbi degebat Valentinianus: Qui cognito aduentu illius in Illyricum fuga se contulit, doctus experientia, quem sibi fructum mala consilia attulissent. Theodosius vero laudatissimus, vbi didicisset, quæ Imperator fecisset, & quæ scripsisset tyrannus, misit litteras fugato adolescenti, quibus illi mirum esse negabat oportere, si cum Imperatore amiditas, vires vero cum tyranno copularentur: Pietati enim Legislatorem pietatis fauere.

VI. *Leo Imper. etsi religiosus & maxime pius visus fuerit, quia tamen hæreticis adhæsit, ideo minoris fit.*

Baro. to. 6. Annal. an. 474. 2.

Leo Imperator inter optimos plane fuisset adnumerandus Principes, nisi suorum propinquorum sordibus aspersus fuisset, eosque in aulam introduxisset. Tametsi enim omni prorsus caruisset hæreticæ prauitatis contagio, tamen quod haud prudens ipsos non cauit hæreticos, quibuscum indulgentius egit, dum Basilisco Verinæ coniugis germano pepercit, & Zenonem inexploratum adhuc sibi hominem haud probe de Catholica religione sentientem cooptauit sibi generum & administrum imperii, propterea à posteris minus laudari meruit, quod nequissimis adeo hominibus strauerit ad capessendum imperium viam, nempe Zenoni, qui sublato è medio Leonis filio creatus Augustus successit: & Basilisco, qui & ipse hæreticus, post multa scelera in tyrannum tandem erupit.

Leonis Imp. laus vnde minuta.

VII. *Wenceslaus Bohemorum Rex ob concessam hæreticis libertatem vitæ, noque priuatur.*

Æn. Sylu. hist. Bohem. li. 35. 36. 37.

Cum Wenceslaus duodecimus Bohemiæ Rex, falsa politici status ratione delusus, hæreticis potestatem agendi quę vellent concessisset, regnum eius tantis dissensionibus perturbatum est, fuerit vt necessario ad arma, etiamsi tarde, recurrendum, vt se regnumque tueretur. Verum ab omnibus suis desertus vitam simul atque regnum amisit.

VIII. Bo-

VIII. *Boleslaus Rex Poloniæ politicam libertatem Prussis suo suorumq; damno concedit.*

Martin. Cromer lib. 6. Histor. Polon.

Boleslaus Poloniæ Princeps Prussis permisit, vt à Christiana fide, quam admiserant, deficientes, ad pristinam idololatriam rediret: idque fecit tũ pretiosis muneribus, quæ ab eis accepit, delinitus: tum, quia Prussi pollicebantur se in fide eius permansuros. Sed quam parum feliciter illi cesserit hæc politica permissio, diligenter notatum ab iis, qui Poloniam historiam scripserunt. Nam Prussi sublatis animis in illum arma sumpserunt, eius exercitum fuderunt atq; profligarunt, magna strage facta præcipuæ Poloniæ nobilitatis. Multis præterea aliis calamitatibus in suo regno afflictatus est Boleslaus, vt illius peccati pœnas persolueret.

IX. *De Agilulpho Duce, qui propter pacis stabilitatem liberam Arianis & Orthodoxis concedens, meritas luit pœnas.*

Carol. Sigon. de Regn. Ital. l. 2. Genebrard. in Chron. ann. 597.

Agilulphus siue Gisulphus Longobardorum Dux quod causa cõseruandæ pacis in sua ditione Catholicos & Arianos quemque suis legibus ac ritibus viuere permisisset, cum suis prælio superatus ac cæsus est à Caiano Auarorum Rege, & Forum Iulium vastauit; & Romildam Gisulphi coniugem, quæ spe coniugii secuta vrbem hosti tradiderat, probro affectam ac constupratam palo per pudenda adacta defixit: Deus enim, qui fidele ac sincerum obsequium sibi à Regibus exhiberi vult, Principes hoc tam certo verbo Gisulphi supplicio cautiores effici voluit. Non enim sine causa per Moysen ita suos alloquitur: *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum.*

Romilda mulier interimens.

Num. 16.

X. *De Memelino Aphrorum Rege, qui Albigensibus auxilium præbens bello periit.*

D. Antoni. 3. part. Chron. tit. 22. cap 1. & Vinc. 30. lib. 25. histor. Sabr. Præt. lib. 1. Eleuth. Christ.

Cum Albigenses hæretici bello à Catholicis sub ductu Comitis à Monteforti premerẽtur anno Domini 1213. præter Tarraconensium Regem, qui in eo bello corum [illegible] ad suppetias sibi ferẽdas Memelinum potentissimum Aphrorum Regem de Marioch inuitauerant; qui sane cum tam incredibili tamque inaudita copiarum multitudine ex Aphrica in Hispanias appulit, vt totam Europam se obtinere posse speraret. Adeo quidem, vt Innocentio Papæ se suos equos in porticu Ecclesiæ D. Petri stabulaturum, & in eius fastigio vexillum suum fixurum minitabundus mandaret. Quod profecto maxima ex parte impletum tradunt historici; sed tandem eius exercitu pene omnino à Catholicis profligato, cum ipse in Siciliam transisset, ex dolore deperditæ victoriæ mortuus est, & præcipuum ipsius vexillum in bello captum Innocentio transmissum est, & in prædicta Ecclesia ad Christi gloriam erectum.

Simon à Monteforti Comes Canol. contra Albigenses victoria potitur.

TIT. XX. Libros hæreticorum iure esse prohibendos, & omnino abolendos.

EXEMP. I. *Sub pœna mortis Constantinus Imper. iubet exuri hæreticorum libros.*

CONstantinus, Maximus Augustus, in Epistola de Ario & scriptis eius ad Episcopos & populũ sic habet: Malignos & impios Arius imitatus, dignũ est, vt illorum quoq; suscipiat vltionem: Sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniqua volumina contra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem & talem, per quam in posterum esset opprobrium; & plurima compleretur infamia: & nunc placuit Arium & cõsectatores eius vocari Porphyrianos, vt quorũ mores imitati sunt, eorum vocabulo perfruantur. Super hæc autem, si qua conscriptio ab Ario facta reperitur, igni tradatur, vt non solum praua eius doctrina depereat, sed neque vlla eius possint remanere commenta. Hoc etiam præcipio: Si quis conscriptiones Arii celasse comperitur, & non repente proferens igne cõsumpserit, supplicio subiacebit. Qui enim vt in hoc fuerit captus, capitalem suscipiet vltionem.

Tripartit. hist. lib. 1. c. 15.

Librorum hæreticorũ abolitio alterum remedium contra hæresim.

Constantini edictum de libris hæret. exurendis.

II. *Theodosius Imp. quam seuere Eunomianorum hæreticorum libros cremari iusserit.*

Pari seueritate prohibiti sunt libri Eunomiani: Codices sane eorum scelerum omnium doctrinam ac materiam continẽtes, inquit Theodosius Imper. summa sagacitate mox quæri ac prodi exserta auctoritate mandamus, sub aspectibus indicantium mox cremandos. Ex quibus, si qui forte aliquid, qualibet occasione vel fraude, occultasse, nec prodidisse conuincitur, sciat se velut noxiorum codicum, & maleficii crimine conscriptorum retentorem capite esse plectendum.

Lib. 16. C. Theod. leg. 16

Lex Theodosii de cremandis hær. libris.

III. *Manichæorum libros prohibet, flammisq; addicit Leo Magnus Pontifex.*

De libris Manichæorum interdictis & proscriptis, hæc D. Prosper: Hoc tempore, inquit, plurimos Manichæos intra vrbem latere diligẽtia Papæ Leonis inuotuit, qui eos de secretis suis eruens, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnem dogmatis sui turpitudinem & damnare fecit & proscribere, incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerunt interceptæ. Quæ cura viro sancto diuinitus, vt apparet, inspirata, non solum Romanæ vrbi, sed etiam vniuerso orbi plurimum profuit: siquidem confessionibus in Vrbe captorum, qui Doctores eorum, qui Episcopi, quive Presbyteri, in quibus Prouinciis vel ciuitatibus degerent patefactum est; multique Orientalium partium Sacerdotes industria Apostolici Rectoris imitati sunt.

D. Prosper. in Chronico.

Manichæorum libri flammis addicti.

IV. *Val.*

IV. *Thalmud Iudæorum incendi iubent summi Pontifices Romani.*

Sixt. Senens. li. 2. Biblio. & Iac. Gret. ser. lib. 1. de iure prohibendi lib. mal. c. 16.

Cum libri Thalmudici, non solum contumelias & blasphemias in Christum multas & execrabiles, verumetiam sanctiones & præcepta plurima, contra ipsam, quam Iudæi proficentur, legem Moysis, & contra omne ius gentium, atque omnia naturæ decreta, contineant, visum est summis Pontificibus, aliisque Christianæ Reipub. Principibus, inquit Sixtus Senensis, vt tam nefariæ doctrinæ lectio atque vsus omnibus Iudæis, qui sub ditione Christianorum viuunt, interdiceretur, & omnes libri Thalmudici toto Christianorum orbe ignibus traderentur: quod etiam sæpe factum esse nonnulli de dignis scriptores testantur: inter quos Bernardus Lutzemburgius in Catalogo hæreticorum, lib. 2. refert, Gregorium Pontificem eius nominis nonum, anno Domini M. CC. XXX. omnia Thalmudica volumina flammis adiudicasse: atque idem iterum fecisse Innocentium Papam eius nominis quartum anno salutis nostræ M. CC. XLIV. Rursus cum eadem volumina à Iudæis instaurata fuissent, & auxilio artis impressoriæ in infinitum pene numerum propagata, Iulius Papa eius nouo edicto promulgato inquiri iussit, & anno [illegible] p. LII. cum festa Tabernaculorum à Iudæis Septembri mense celebrarentur, per omnes Italiæ vrbes exuri. Paulus Papa IV. vna cum sacrosancto Romanæ inquisitionis senatu, M. D. LIX. rursum idem fieri iussit, & Thalmudicos libros inter scripta ab Ecclesia Catholica damnata annumerari voluit.

Iudæorum Thalmud flammis adiudicatum.

V. *De repentina morte Archiep. qui contra decretum Regis combustionem malorum librorum impediuerat.*

Tho. Brabant. Apum lib. 1. c. 3. p. 7.

Vidi ipse Archiepiscoporum in Galliæ partibus, virum litteratum & nobilem, circa quem talis vindicta nutu Dei contigit. Deuotissimus in Principibus Rex Franciæ Ludouicus, anno circiter ab incarnatione Domini M. CC. XXXIX. instigante Fratre Henrico dicto de Colonia ordinis Prædicatorum, prædicatore peroptimo, sub pœna mortis congregari fecit Parisiis nefandissimum librum Iudæorum, qui Thalmud dicitur, in quo inaudita hæreses, & blasphemiæ contra Christum, & matrem eius locis plurimis erant conscriptæ. Huius itaque libri diuersa exemplaria ad comburendum Parisios allata sunt. Flentes ergo Iudæi adierunt Archipræsulem, qui Regis consiliarius summus erat, & pecuniam ei pro cessatione librorum innumerabilem obtulerunt. Qua corruptus Regem adiit, & ad voluntatem suam iuuenilem animum mox inuertit. Redditis ergo libris, Iudæi solennem diem agi constituunt omni anno, sed in vanum, aliud spiritu Dei ordinante. Reuoluto enim anno, die certo & ipso loco, quo libri execrabiles reddiri sunt Iudæis, hoc est, in Vincennis prope Parisios, dictus Archiepiscopus ad consultationem Regis veniens diro visceru dolore correptus est, & eadem die cum eiu-

Archiep. pecunia corrumpitur.

Mors repentina Archiep.

latu maximo vitæ finem accepit. Fugit autem Rex de loco cum tota familia, nimium veritus, ne cum Archiepiscopo diuinitus ferretur. Nec multo post, vt prius, instigante dicto Fratre Henrico, Iudæorum libri congregati sunt sub mortis pœna, & in maxima multitudine sunt combusti. Nota autem lector, quod omnes Orientales Iudæi hæreticos & excõmunicatos reputant hos Iudæos qui contra legem Moysi & Prophetas, hunc librum, qui Thalmud dicitur, recipiunt & conscribunt, & tamen Archipræsul legis Christi talem defendebat, quod illi cessit in malum.

Thalmud Iudæorum comburitur.

VI. *Alcoranum, aliosque Mahumetanæ superstitionis flammis tradit Franciscus Ximenes.*

Aluarus Gomecius lib. 1. de Rebus gestis Fr. Ximen. apud Gretser. lib. 1. c. 16.

Nec silentio prætereundum insigne factum Francisci Ximenis Archiepiscopi Toletani; qui Mahometanæ perfidiæ exstirpandæ in regno Granatensi, aliisque Hispaniæ locis intentus, in id quoque diligenter incubuit, vt libri, quibus superstitio illa tradebatur, abolerentur. Alfaquinis ergo (sic Mauri sacrorum Antistites nominant) ad omnia obsequia eo tempore exhibenda promptis, inquit Aluarus Gomecius, Alchoranos, id est, suæ superstitionis grauissimos libros, & omnes cuiuscumque auctoris & generis essent, Mahumetanæ impietatis codices facile sine edicto, ac vi, vt in publicum adducerentur, impetrauit. Quinque millia voluminum sunt ferme congregata, quæ variis vmbilicis, Punicarte & opere distincta, auro etiam & argento exornata, non oculos modo, sed animos quoque spectantium rapiebant. Multi eis se donari à Ximenio petierunt, sed nemini quidquam concessum est: ignibus omnia, publica in pyra, ad vnum exusta præterquam aliquot ad rem medicam pertinentia, cuius gens illa non sine magno profectu studiosissima semper fuit, quæ propter salubrimæ artis dignitatem ex incendio illo liberata in Bibliotheca Complutensi nunc seruantur.

Mahumetanæ impietatis libri Vulcano traditi.

VII. *Alibris Wiclephi hæretici florentissimo Bohemiæ regno ipsiem & exitium venisse.*

Æneas Syl. lib. de Origine Bohemorum c. 37. Gab. Prateol. to. 2. hist. & in Elencho hær. lib. 8. Conc. Constantiens.

Sub Wenceslao Bohemiæ Rege [illegible] Hussitarum insania ortum habuit. Rexerant scholam Pragensem vsque in ea tempora Teutones, id molestissimum Bohemis fuit, &c. Ex quibus vir quidam nobilis ex domo, quam Putridipiscis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem studens cum Ioannis Wiclephi libros offendisset, quibus de realibus vniuersalibus titulus inscribitur, re cognopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit; inter quæ de iure ciuili, deque diuino, de Ecclesia, de diuersis quæstionibus contra clerum, pleraque volumina, veluti pretiosum thesaurum patriæ suæ intulit imbutus iam ipse Wiclephitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum quod erat familiæ suæ cognomen, putidum piscem, id est fœtidum virus in ciues suos euomuit. Commodauit autem & ipsa

Librorum hæreticorũ pernicies.

Hussitarum origo vnde.

quæ attulerat, his potissime, qui Teutonicorũ odio tenebantur. Inter quos omnes Ioannes eminuit obscuro loco natus, ex villa Hus, quod anserem significat, cognomentum mutuatus. Hic auide admodum doctrinam Wiclephitarum arripuit. Et in concionibus suis multa de libris Wiclephi in mediũ attulit, asserens in eis omnem veritatem contineri, adiiciensq; crebro inter prædicandum, se postquã ex hac luce migraret, in ea loca proficiscí cupere, ad quæ Wiclephi anima peruenisset.

VIII. *Doctrinam hæreticorum fœtorem reddere intolerabilem.*

Simeon Metaphrast. in vita S. Pachomij apud Surium 14. die Maij.

Lectione librorum hæreticorum tetrum fœtorẽ animo afflari, adeo verum est, vt sancti viri hãc grauedinem aliquando ipsis etiam corporeis sensibus perceperint. Illustre huius rei exemplum nobis vita S. Pachomii, qui cum Anachoretas quosdam Origenis hæresi infectos hospitio accepisset, & vna cum illis de diuinis literis sermocinari cepisset, fœtor intolerabilis exstitit. Illis digressis, Pachomius volẽs scire causam tetri illius odoris, Deũ orauit, & statim cognouit, quod erãt dogmata impuritatis, quæ ex eorum anima emissa tantam adferebant molestiam; & non cunctatus, viros est persecutus. Quos cum esset assecutus, dixit eis: Volo vnum verbum ex vobis scire tam. Illi vero dixerũt: Dic. Origenis, qui dicitur, vos opera legitis? Illi vero cum hoc audissent, negarunt, dicentes: Nequaquam. Sanctus autem dixit: Ecce testor vobis coram Deo, quod omnis homo, qui legit Origenem, & suscipit eius dogmata, descendet in profundum inferorum, & eius hæreditas erunt tenebræ exteriores. Ego autem sum vobis protestatus id, quod est, à Domino mihi significatum, & sum innocens, vos videbitis. Ecce audiuistis veritatem. Si autem mihi credideritis, volentes vere Deum esse vobis propitium, accipite omnes libros Origenis, & proiicite in fluuium.

Libri hæreticorum fugiendi vitandi.

IX. *B. Virginem Deiparam non consistere vbi libri hæreticorum sunt.*

Ioannes Moschus Euir. Pratispiri. c. 46. apud Baron. tom. 5. Annal. ad ann. Do. 429. 23. Visio Cyriaci Abbatis.

Quanam damni sibi procreet, qui libros hæreticos domi suæ retinet, hoc exemplo elucescit. Itaigitur Ioan. Moschus in prato spirituali: Accessimus ad Abbatem Cyriacum presbyterum Lauræ Calamonis iuxta Sanctam Iordanem, narrauitque nobis, dicens: Die quadam vidi per somnium mulierem honesta facie, purpura indutam; & cum ea viros duos, & ipsos venerando habitu, & aspectu præclaro. Arbitratus autem sum mulierem illam esse Dominam nostram sanctam Dei genitricem, eosque qui cum ea erant, duos viros, sanctum Ioannem Baptistam, & Sanctum Iohannem Theologum & Euangelistam. Egressusque de cellula orabam illam, vt ingrederetur. Quæ non consensit. Permansi ergo diutius orans, & obsecrans, ac dicens: Ne, quæso, auertatur humilis factus confusus, & alia plurima huiusmodi. Illa igitur, vt me vidit instare precibus, eamdemque postulationem iterare, seuerius mihi respondit, dicens: Habes intra cellam tuam inimicum meum, & vis vt ingrediar? Et his dictis abscessit. Euigilans autem ego affligi cœpi, & cogitabam, num aliquod in mente peccatum contra illam admisissem, neque enim erat alius aliquis in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur meipsum discutiens, nihil inueni, quod in illam peccassem. Cum vero vidissem me nimio mœrore absorberi, surgens accepi librum, vt legerem, quo per huiusmodi lectionem dolorem vna cogitationesque repellerem. Librum autem ipsum acceperam mutuo à beato Hesychio presbytero Hierosolymitanæ Ecclesiæ, euoluensque librum, inueni duos impii Nestorii libros in fine voluminis scriptos. Mox que agnoui hunc esse sanctæ Dominę nostræ Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ inimicum. Tunc surgens abii, librumq; illi qui mihi eum accõmodauerat, reddidi, dicẽs illi, Accipe librum tuum, frater, neque enim ex eo tantum vtilitatis cepi, quãtum detrimenti. Cum vero ille detrimẽti ipsius causam scisciteretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo Dei succensus, præcisis duos illos Nestorii libros ex volumine excidit eosque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominæ nostræ, sanctæ Dei genitricis semperq; virginis Mariæ inimicus.

Libros hæreticorum domi retinẽs magnũ sibi creat damnum.

B. Maria Nestorii libros detestatur.

Hæreticorum libri cõburendi.

X. *Ab hæreticorum librorum lectione omnibus præcipue adolescentibus abstinendum.*

Memorabile huius rei exemplum scribit Stanislaus Resciusin vita Magni Hosii Cardinalis adhuc adolescentis, & in Academia Cracouiensi studiorum gratia tum agentis: si quos ipse pestilentes eius generis libros, qui per Lutheranæ factionis administros, ad perniciem hominum comparandam spargebantur, conquirere & habere potuisset, Vulcano omnes illico corrigendos offerebat. Cum igitur Hosius, etiam adolescentulus Cracouiæ literis operam daret, Fabianus Cema adolescentibili loco & familia in Prussia natus, & Hosio domestica familiaritate coniunctissimus, qui non æque, vt ille, à rebus nouis abhorrebat, & blasphemos Lutheranæ factionis libellos, Germanica præsertim lingua scriptos, non grauatim lectitabat, in acutam aliquando febrim incidit. Cui vicem cum Hosius doleret, officium consolantis & libenter & studiose præstabat, ac sæpe ad lectum decumbentis assidebat. Quodam ergo die sub capite iacentis quendam libellum aspicit, quem cum in manu accepisset, & hæreticum esse cognouisset; Hęc est, inquit, ista febris, quæ te adeo grauiter excruciat. Tu malum hoc ipse tibi scienS & volens accersis, dum istas pestes non solum in animum, sed in lectulum tuum recipis. Quamobrem si febrem à corpore tuo cupis propulsatam, prius ab animo tuo blasphemiarum studium, & omnem hæreticorum col-

Stanislaus Rescius de vita Stanisl. Hosii lib. 1. c. 5.

Febris causa lectio librorum hæreticorũ

luuiem à tua consuetudine quam citissime remoue: nec dubites, quin te statim febris acerbitas deserat, & corporis sanitas remota peste consequatur: ac ita libellum flammis vltricibus obiecit. Postridie vero cum ad visitandum amicum reuersus esset, à febri relictum illo ipso tempore inuenit, quo libellum ignibus exurendum tradiderat.

II. *De reuelatione Dionysio Ep. Alexandrino cœlitus facta propter hæreticorum librorum lectionem.*

Eusebius Cæsarien. li. 7. hist. Eccl. c. 6.

Dionysius Alexandrinus cœlesti oraculo iussus est hæreticorum libros legere, & eodem quoque testimonio idoneus ad hoc præstãdum iudicatus est. De quo sic Eusebius ex ipso Dionysio, tertia Epistola de baptismate, quam dedit ad Philemonem presbyterum Romanum: Equidem tametsi hæreticorum libros & traditiones perlegebam, & meum ipsius animum ad tempus sceleratissimis eorum opinionibus quodammodo inquinari videbar; hoc tamen ab illis capiebam commodi, vt non modo eos interiore animi mei cogitatione condemnarem ac refellerem, sed multo vehementius in posterum detestarer. Ac cum quidam ex numero presbyterorũ me vetaret deterreretque à legendo, ne turpi prauitatis & peruersæ eorum doctrinæ cœno contaminarer (meam enim mentem eorum labe pollui asseruit) cumque vera, meo quidem iudicio, diceret visio quædam cœlitus ad me demissa me confirmauit; & vox ad aures delapsa manifesto præcepit ad hunc modum: Omnes libros, quos sumis in manus, euolue sedulo. Nam satis habes virium & firmitatis ad quæque tum conuincenda, tum exploranda. Atque hæc causa erat, cur in initio ad fidem Christi vocatus fueris: Visionem vtpote rite consentientem voci Apostolicæ, sic ad potentiores dicenti. Omnia probate, & quod bonum est, tenete, lubens equidẽ approbaui. Hunc ego canonem ac typum à Beato Heracla Papa nostro accepi. Ab hæreticis n. venientes, licet ab Ecclesia defecerint, imo non defecerunt, sed cum illa se egisse putarunt, proditos vero, quo[illegible] quendam aliena docentem accesserint, ab Ecclesia pepulit, nec admisit, ne orantes quidem, nisi publice cuncta, quæ[illegible]sent ab aduersariis exposuissent, actum demum collegit eos, non petens vt denuo baptizentur: tenemini iam antea Spiritum S. fuerant ab eo consecuti, &c.

Quorum sit libros hær. lustrare.

Vox à Dionys. Alex. cœlitus audita.

1. *Thess.* 5.

TIT. XXI. De Apostatis à religione Christiana, & de eorundem pœnis.

EXEMP. I. *Vt Iulianus Imperator Christianitatem ritu solenni abdicarit.*

Greg. Nazian. oratione 1. in Iulian. Imp.

IVlianus Imperator, vt scribit Greg. Nazianzenus, ex abdicatione Christiani cultus imperium auspicatus est, cum scilicet S. Baptismum, quod ante viginti annos religione Christiana initiatus susceperat, abstergere à se & abolere penitus conatus est. *Dem. Soriano. Steph. Lymneo. Baron. to. 4. an. 361.* Hæc autem narrantur his verbis: Vix n. imperii hæreditatem adire occeperat, cum impietatem palam libereque profitetur, perinde atque hoc nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset, ac ea de causa Christianis succensens, quibus nominis societate iunctus fuerat. Atque hinc quidem facinora sua auspicatur, quemadmodum narrant qui ipsius arcanis gloriantur. (Proh superi, in quos sermones incurrere cogor!) impuro & nefario sanguine lauacrum exergit, initiationi nostræ execrabilem initiationem opponens: sus videlicet in cœno prouoluta (vt est in prouerbio) manusque suas profanat, vt nimirum eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo, ipsiusque passionibus & diuinitati cõmunicamus, eluaret ac expurgaret. Hæc Gregorius. Apostasia illius solenniter facta, cum sanguine victimarũ purauit deleri potuisse signaculum, quod sacrum baptisma impresserat, & eodem manus illas abluere, quibus sacram Eucharistiam, ori eam admoturus, acceperat; moris enim fuisse in Ecclesia olim, vt communicantes manibus sumerent à Sacerdote delatam Eucharistiam, eamque ori suo admouerent, ex historiis manifestum est. Hic autem in bello contra Persas gesto occisus fuit, & communi etiam caruit sepultura, eodem Greg. teste in laudibus Athanasii.

Iulianus Imperator vltus fit Apostata.

Iuliani mors horrenda.

II. *De horrenda Thallæi Apostatæ morte.*

Sophr. pratum spirit. c. 43.

Fuit quidam Thessalonicæ Archiepiscopus Thallæus nomine. Hic neq; Deum timens, neque paratam retributionem expauescens, conculcansq; Christianum dogma, ac Sacerdotalem honorem & dignitatem spernens, inuentus est pro pastore lupus: abnegans quippe sanctam & consubstantialem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctũ, idola infelix adorabat. Quem ii, qui tunc Ecclesiis præerant communi decreto damnarunt, ac de sede sua deturbarunt. Paucò post tempore nequam ille omni sceleri, & impietate plenus, voluit ad Sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo iuxta sapientissimum Salomonem, omnia obediunt auro, reuocatus est in regionem suam: erat enim Constantinopoli. Sed omnipotens Deus [illegible] suam non desperauit: Cum enim quadam die ille processurus esset cum superbo ornatu, vt ad Imperatores pergeret, Sacerdotiumque decretis illorum iterum resumeret, pupugit illum venter, vt pergeret ad necessaria naturæ: Cum vero secretum locum ingressus esset exonerandi ventris causa, manisfestumque intus duas iam vel tres horas, neque reuerteretur ad suos, ingressi sunt quidam ex his, qui illi assistebant, vt illum iam debere ingredi monerent, inuenerunt-que infelicem illum capite deorsum vbi egerebantur stercora, demersum, pedibusque sursum erectis. Erigentes autem illum, inuenerunt extinctum horribili, & æterna morte.

Thallæi Apostatæ mors horrenda.

III. He-

Nicephor. lib. 10. hist. Eccl. c. 29.

III. *Heronis ex Episcopo Apostatæ mors miseranda.*

Heronem illum Thebis Ægyptiis ortum, qui Episcopus creatus casu quodam ad Græcam superstitionem defecerat, subito putrida inuasit ægritudo, quę totum illius corpus depasta abominationem eũ omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est proiectꝰ, nullam prorsus à quopiam miserationem consequutus. Christiani namque perinde atque piaculum omnibus modis eum sunt auersati: Græci autem hactenus tantum eum, quod se errori & fraudi eorum subiecisset, agnouerunt: & Heron quidem acerbissime & miserrime ita vita excessit.

Morbus Gallicus Heronis.

IV. *Aliud eiusdem argumenti.*

Idem Nicephor. ibid.

Alius item Theotecnus scilicet quidam, & ipse, à nostra ad Græcam religionẽ prolapsus, ca[illegible] eius omni putrida carie cõsumpta, vermium materia factus est; & oculis illorum morsibus amissis, moriens per insaniam, quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa atque deuorata lingua, è grauibus tormẽtis ad longe deteriores maioresque cruciãtus migrauit. Sed & alii insuper talia quoq; ausi condigna sceleribus suis tulere supplicia.

Theotecni Apostatæ mors horrenda.

V. *De Luciani Epicurei Apostatæ à fide Catholica defectionis punitione.*

Ex Suida Baron. tom. 2. Annal. ann. Christi 171.

Quæ de Luciano Samosateno à Suida literis cõmendata sunt, simul attexere oportunũ est: sic enim ait: Lucianus Samosatenus cognomẽto, blasphemus siue maledicus, atq; inauspicatus, ac potius impius, quod in Dialogis diuina oracula pro ridiculis inducit, fertur sub Traiano & antè eum fuisse. Initio cõcionator Antiochiæ fuit. Quæ res cum male cessisset, se ad scribendum contulit, scripsitq; infinita. Interiisse fertur à canibus, cum rabiem suam cõtra veritatẽ exercuisset. Nam in peregrini veste perstringit Christianismum, & ipsi Christo maledicit homo sceleratus. Itaq; fũroris sui & in hac vita iustas pœnas dedit, & in futura æterni ignis cum satana hæreditatem cernet. Hæc Suidas. Quod vero ait Antiochiæ fuisse concionatorem, inde complures existimãt fuisse religione Christianum, sed à fide apostatã in eandem esse furiose grassatum. Sane ex eius scriptis dignoscitur res Christianas apprime calluisse.

Luciani Apostatæ mors infelix.

TIT. XXII. De Schismaticorum pœnis.

EXEMP. I. *De Græcorum clade ob separationem ab Ecclesia Romana factam.*

Robert. Bellarm. lib. 2. de Christo c. 30.

GRæci postquam schisma fecerunt in Ecclesia, & se ab eius vnione segregarunt docentes Spiritũ sanctum à Patre quidem, nõ etiam à Filio procedere, & retrorsum semper eorum negotia abierunt. Nam vsque ad tempus schismatis ita floruit Græcia viris doctis & sanctis, vt omnia Concilia generalia apud eos celebrata sint: post schisma autẽ per annos fere DCCC. nullum habuerunt Concilium, nullum virum sanctum miraculis clarum, pauciſſimos homines doctos. Latini vero hoc eodem tempore habuerunt duodecim Cõcilia generalia, & innumera particularia. Item singulis ætatibus viros miraculis clarissimos, nouos Ordines religiosorum, plurimos homines doctos. Præterea hoc tempore fides Latinorum propagata est accessione Indorũ Orientalium & noui orbis in Occidẽte: fides vero Græcorum minuitur in dies. Græci in Cõciliis conuicti ad nostrã fidem cõuersi sunt quater aut quinquies, & fortasse etiam sæpius, & semper ad vomitum suum reuertuntur: Latini semper in disputationibus superiores in eadem fide & doctrina permanserunt. Deniq; apud Latinos regna & imperia potentissima adhuc florent; Imperium autem Græcorum per Turcas Christi hostes euersum ac destructum est penitus, ipsiq; omnes in miserrima seruitute degere, grauissimumq; iugum captiuitatis perferre coguntur. Ac vt intelligant causam exitii sui esse pertinaciam in errore de processione Spiritus Sancti, in ipsis feriis Spiritus S. capta fuit Constantinopolis à Turcis, Imperator occisus, & Imperium omnino extinctum. Nam, vt probat Gerardus Mercator in sua Chronolog. ann. M.CC[illegible]C.LII. die 28. Maii indixit Mahumetes exercitui suo vltimam oppugnationem, & sequenti die Constantinopolim cepit. Illo autem anno Pentecoste fuit 28. Maii, vt planum est ex aureo numero, & litera Dominicali, vnde festa mobilia inuestigantur. Erat autem aureus numerus 9. & litera Dominicalis A. Itaque multi comparant Ecclesiam Græcam regno Samariæ, quod separauit se à vero templo, & tandem in captiuitatem perpetuam abductum est.

Græcorum clades ob schisma ab Ecclesia Rom. factũ.

II. *De miserabili interitu Episcopi Patauiensis schismatici.*

Quodnam diuinæ vindictæ iudicium factũ sit in Patauiensem Episcopum schismaticum, qui Catholico eius loci Episcopo pulso fuerat ab Imp. Hẽrico III. etiam schismatico tum per subrogatus, sic accipe ab eiusdẽ temporis accuratissimo scriptore, qui ait: Eodem quoque tempore quidam schismaticus, qui Patauiensem Episcopatum viuente adhuc legitimo Pastore iamdudũ inuasit, de hac vita discedẽs, certissimum suæ damnationis exẽplum reliquis schismaticis reliquit. Cum enim iam in extremis iaceret, seque ad æternam damnationem iamiam abiturum non dubitaret, apparuit ei eiusdẽ Ecclesiæ Episcopus, vt tanto euidentius culpã sciret, quam apud inferos luere deberet. Rogauit tamen eum, vt ei culpã indulgeret ipsumq; ab excõmunicatione solueret: Rogat quoq; circumstãtes, vt eum de episcopatu reuocherent, nec eum in episcopatu sepelirẽt. Sed hæc

Baron. Annal. Eccl. to. 11. an. 1087. ex Bertholdo Constantiens. illius temporis scriptore.

verba astantibus, quasi deliramenta videbatur. Ipse autem sanę mentis protestatus, itidem rogitare non cessauit, sed incassum: Nam ante ecclesiasticam absolutionem morte præuentus est. Nonnulli tamen, qui tam periculosæ morti eiusdem schismatici aderant, compuncti sunt, qui & postea ad legitimum Pastorem redeuntes veniam & absolutionem consecuti sunt.

III. *Vt Diuus Bernardus Willelmum Aquitaniæ Ducem schismaticum ad summi Pontifi us obedientiam reduxerit.*

Ex Bern. Boneuall. in vita S. Bernar. lib. 1. cap. 6. Bar. tom. 12. an. Christi 1135. 3. 4. 5.

Audiens vir venerabilis Ganfredus Carnotensis Episcop⁹ cui à Papa Innocentio II. Aquitaniæ legatio cōmendata erat, quæ ibi à Schismaticis aduersus Catholicos gesta essent, vehemēter indoluit, & succurrendum periclitāti Ecclesiæ, postpositis aliis negotiis, sine vlla dubitatione decreuit. Abbatē igitur Clarauallensem S. Bernardū petit & obsecrat, vt ad tanta mala eliminanda succurrat. Assensit vir Dei, & simul eo proficiscuntur, & Willelmum Comitem schismatis auctorem rationibus istis adeunt: Quod Ecclesia vna est, & quidquid extra eam est, quasi extra arcā, iudicio Dei necesse est interire & diluj; adducta quoq; exempla Dathan & Abiron, quos reatu schismatis terra viuos absorbuit: nec tanto malo Dei vindictam aliquando defuisse monstratum. His auditis, Comes ex parte sano vsus consilio, respondit se in obedientiam Innocentii Papæ dare cōsensum, sed in restitutionem Episcoporū quos de sedibus expulerat, nulla ratione induci, quoniam implacabilem eum offenderant, & iurauerat, se eorum pacem nullo tempore susceperum. Diu per internuncios protractus est sermo, & dum vicissim verbis se mutuo occupant, vir Dei efficaciora arma corripiens, ad altare sanctū oblaturus & supplicaturus accedit. Peractis igitur consecrationibus, & pace data & diffusa in populum, vir Dei non se agens vt hominem, Corpus Domini super patenam ponit, & secū tollit, atq; ignea facie, & flammeis oculis, non supplicans, sed [illegible] rotas egreditur, & verbis terribilibus aggreditur Ducem. Rogauimus te, inquit, & spreuisti nos. Supplicauit tibi in altero, quem iam tecum habuimus conuentu seruorum Dei ante te adunata multitudo contempsisti: Ecce ad te processit Filius Virginis, qui est Caput & Dominus Ecclesiæ, quam tu persequeris. Adest Iudex tuus, in cuius nomine *Omne genu curuatur, cœlestium, terrestrium & infernorum.* Adest Iudex tuus, in cuius manus illa tua anima deueniet. Nunquid & ipsum spernes? Nunquid & ipsum sicut seruos eius contemnes? Lacrymabantur vniuersi qui aderant, & orationibus intēri præstolabantur exitum rei: & omnium suspensa expectatio nescio quid diuinum fieri cœlitus expectabat. Videt Comes Abbatem in spiritu vehementi procedentē, & sacratissimum Domini corpus ferentem in manibus, expauit & diriguit, membrisq; tremebūdis metu, & dissolutus, quasi amēs solo prouoluitur. Eleuatus à militibus, rursum in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens, aut intendens in aliquem, saliuis per barbam defluentibus, cū profundis efflans gemitibus, epilepticus videbatur. Tum vir Dei ad eum pius accedit, & pede pulsans accliuem surgere iubet, & stare supra pedes, & Dei audire sententiam. Præsens est, inquit, Pictauiensis Episcopus, quē ab Ecclesia sua expulisti, vade & recōciliare ei, & in osculo sancto pacis cum eo iungito fœdera, & ipse ad sedem suam eum reducito, & satisfaciens Deo redde pro contumelia gloriam, & in vniuerso principatu suo diuisos & discordes ad charitatis reuocat vnitatem. Subdere Innocentio Papæ, & sicut ei vniuersa obedit Ecclesia, tu quoque electo à Deo tanto pare Pontifici. Audiens hæc Comes auctoritate Spiritus sancti, & sanctorum Sacramentorum præsentia victus, nec audebat respōdere, nec poterat, sed statim occurrit, & in pacis osculo recepit Episcopum & eadem qua eum adiurauerat manu, cū totius exultatione ciuitatis ad propriam sedem reduxit. Sed & deinceps Abbas cum Comite iam familiarius & suauius loquēs paterne eū monuit ne ad tam impios & tam temerarios ausus vltra exurgeret, ne Dei patiētiam tantis irritaret flagitiis, ne pacem factam in aliquo violaret.

Schisma quam grauiter semper à Deo punitum.

Willelm. Dux Aquitaniæ schismaticus Ecclesiæ restituitur.

Sacramenti Eucharistię vis.

Philipp. 2.

Præceptum II. Decalogi,

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. *Exod. 20. Leuit. 19. Leuit. 24.*

TIT. XXIII. De nomine Iesu Christi.

Puellam quandam habentem spiritum Pythonem, qua quæstum magnum dominis suis diuinando præstabat, Paulus habuit obuiam, & dolens spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. *Act. 16.*

EXEMP. I. *Vt Spiridon Episcop. Trimithuntinus, vir sanctus sed simplex, ac differendi rudis, Sophistam in nomine Christi confutarit.* *Sozom. lib. 1. c. 1. Ruffin. lib. 1. Euseb. h. 10. c. 3. Niceph. li. 8. cap. 15. Cedren apud Zonar. to. 3. Nauc. to. 2. gener. 11. Bar. to. 3. ad an. Do. 321. 46.*

ANno Christi Domini trecentesimo vigesimo quinto, ad Nicænam Synodum non solum cōfluxerunt Episcopi Catholici per litteras accersiti: sed ex Philosophis pleriq; qui apud gentiles pro Sapientibus habebantur, disputationibus in hoc Cōcilio agitatis dedita opera interfuerunt. Quorū nōnulli, quęnam tandem esset Christiana doctrina, admodum scire auebant: alii odio in Christianos propterea animati & inflammati, quod superstitiosa Gentilium religio nuper antiquari cœpta erat, quæstionem de fide Christiana propositam ad inanem Philosophi quandam verborum concertationem deduxerunt; infideles de adeo vt ipsi inter se digladiari, & secum pugnare viderentur. Fertur igitur; quod cùm quidam illorum Christiana præ insolenti dicendi arrogantia se inaniter iactaret, improbo

& Sa-

onsilio
iputant.
piridon
piſc. ſim-
lex & grā-
æuus.

& Sacerdotes petulanter irrideret, ſenex quidam ex illustrium Confeſſorum numero ſuperbiam eius nō tulit. Qui tametſi ineptæ ſubtilitatis & præſtigiarū penitus expers erat, tamen cum eo diſputare cœpit. At cum hæc res petulantibus (qui confeſſorem hominem eſſe ſimplicem cognoſcebant) riſum moueret quidē, at modeſtis iniiceret timorem, qui veriti ſunt, ne cū viro dicendi perito cōgreſſus haberetur pro ludibrio: tamen cum facultas (cui, cum talis & tam prouectæ ætatis eſſet, pudor erat reſiſtere) data eſſet libere quæ vellet loquendi: In nomine Ieſu Chriſti, inquit, Philoſophe, audito. Vnus eſt Deus cœli, terræ, & omnium rerum tam oculis ſubiectarum, quam eorū aciem fugientium opifex: qui hæc omnia & virtute Verbi fabricatus eſt, & ſacrato Spiritu S. afflatu ſtabiliuit. Quare hoc verbum, in quod nos Filium Dei nūcupamus, miſertum humani erroris & belluinæ viuendi rationis, ex Virgine naſci, cum hominibus vna verſari, proq; iiſdē mortem oppetere voluit. Eſt quoq; iterum venturus, de iis rebus, quas quiſque geſſerit in vita, dicturus ſententiam. Iſta ita ſe habere ſine vlla alia curioſa indagatione pro certo credimus. Noli ergo in his, quę fide dumtaxat recte intelliguntur, curioſe refutandis, laborem fruſtra conſumere, quę creue, qui iſta fieri, aut non fieri poſſint. Quod ſi credis, mihi quidem ſciſcitanti reſponde. Quibus obſtupefactus Philoſophus: Credo, inquit, & gratiis illi actis, quod ipſum deuiciſſet, non ſolum eadem cum ſene ipſe ſentire, verum etiam conſilium dare cœpit illis, qui perinde erga fidem Chriſtianam, atq; ipſe ante, affecti erant, vt iam doctrinæ Chriſtianæ aſſentirentur: atq; iuſiurandum adiecit, ſe nō modo non ſine numine diuino mutatum eſſe, ſed etiam vi ac virtute quadam inexplicabili ad Chriſtianam fidem conuerſum.

Argutum
ſophiſtam
refutat pau
ciſſimis
verbis.

ſophiſta
conuictus
d religio-
em Chri-
ianam ad-
ducitur.

II. *Alexander Epiſc. Conſtantinopolit. in nomine Ieſu Chriſti philoſophum mutum reddit.*

Cozm. li 1. c. 3. Tripart. l. 1. c. 4. Niceph. li. 8. c. 35. Cedren. apud Ioan. Zonar. to. 3. Annalium Baro. tom. 3. an. Do. 325. 49.

Fertur item miraculum huic non diſſimile ab Alexandro Epiſcopo Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ editū. Nam cum Conſtantinus forte Byzantium aduenit, accurrunt ad eum quidā philoſophi, crimineque illi dedere, quod haud rectam religionem coleret, quodque res diuinas mutare, nonnunquam cultum contra inſtituta cum maiorum ſuorum, tum Principum omniū, qui vel Græcis, vel Romanis omni memoria ſæculorum præfuiſſent, in rempublicam introducere ſtuderet. Rogauere item, vt cum Alexandro Epiſcopo de doctrina Chriſtiana diſputarent. Alexander igitur in eo exercitationis genere haud quaquam exquiſite verſatus, fortaſſis etiam vitæ bonitate fretus (erat enim vir perhoneſta & ſpectata vita) Imperatoris iuſſu in diſſerendi certamen cum illis deſcendit. Philoſophis autem in vnum coactis, cum omnes diſputare cuperent, poſtulauit Alexander, vt vnum quem vellent, ad diſputandum deligerent, cæteriq; præſentes audirent cum ſilētio. Itaque cum vnus diſputandi onus ſuſcepiſſet: tum Alexander: In nomine Ieſu Chriſti, inquit, præcipio tibi, ne loquare. Quod vt primum dixerat, homo e ueſtigio, obſtructo ore, conticuit. An nō igitur maius miraculum merito cēſendum eſt, loquelam homini, eique Philoſopho tam facile adimere, atq; lapidem manu per verbum quoddam prolatum diuidere? quod à quibuſdam de Iuliano Chaldæo glorioſe iactatum audiui.

Alexander Ep. philoſophum acutiſſimum virtute Chriſti mutum reddit.

III. *Sanctum Remigium quomodo Chriſti virtute Arianum Catholicus inſultantem conuicerit & conuerterit.*

Hincmar. in vita S. Remigii apud Surium to. 1. Baro. to. 6. an. Do. 514. 19. 20.

Anno Chriſti Domini quingenteſimo decimo quarto habita eſt per ſanctum Remigium Epiſcopum Rhemenſem Synodus Gallicana, in quam cōuenerūt Epiſcopi Galliæ ac diuerſarum Prouinciarum. Erant autem Gallicanæ regiones ob Gothos Arianos, qui ibi regnarant, nōnihil hæreſis eius labe conſperſæ: quamobrem ſanctiſſimi Epiſcopi in illud præcipue incubuerunt, vt fidem Catholicam ab ea contagione liberam conſeruarent. Coacto igitur Rhemis ſacro Patrum conuentu, accidit, vt inter filios Dei, (vt eſt in Iob) Sathan quoque aſſiſtere præſumpſerit, nimirum Arianus Epiſcopus, qui tanquam nouus Goliath, exprobrans agminibus Dei viuentis, prouocauit eos ad ſingulare certamen, ſtrenuus perfidiæ propugnator, ſuperbiaque inflatus, Catholicis omnibus inſultabat. Sed exſurrexit e aduerſo, non iuuenis rurſus adſpectu, vt Dauid, ſed veneranda canicie ſanctiſſimus ſenex Apoſtolicus vir Remigius, eiuſque factum compreſſit, atque victum ad Chriſti fidem perduxit. Id autē quomodo factum ſit, Hincmarus in actis ipſius Sancti Remigii deſcribit, his verbis: Ei Synodo Arianus quidam hæreticus, acerrimus diſputator, & dialecticis propoſitionibus ac concluſionibus cōfiſus, & inde nimis elatus intererat. Ingrediente autem Sancto Remigio Epiſcoporum Concilium, ſolitudine Patrū exſpectantium, aſſurgentibus omnibus reuerenter, ſicut Angelus Dei ſuſcipitur. Superbus autem hæreticus, & male de viro Dei ſentiens dedignatus eſt ei aſſurgere: qui protinus cum Sanctus Remigius ante eum tranſiret, ita obmutuit, vt nec verbum quidem vilū effari potuerit. Magnum plane miraculum, garrulam linguam & perſtrepentem, quæ Dei filium iugiter blaſphemabat, ſolo tranſitu compreſſiſſe, vinculis inuiſibilibus obligaſſe, atque intra dentium clauſtra arcto carcere obſeraſſe. Qui igitur Apoſtolica legatione vice fungitur Petri, inſtar Petri, vmbræ tranſitu curat infirmum, vinciendum tamen antea tanquam phreneticum ligaminibus. At quomodo id acciderit, audi quod ſubdit: Exſpectantibus (inquit) omnibus, vt poſt allocutionem ſancti Remigii hæreticus ille aliquid diceret; nihil potuit loqui: ſed ad veſtigia Sancti viri pronus cadens, nutibus veniam petiit: Cui ſanctus dixit:

Iob. c. 1.

I. Reg. 1.

Apud Sur. tom. 1.

Arianus inſultans Catholicis cōuincitur & conuertitur.

Stupēdum miraculum.

Arianus Catholicã fidem confitetur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, vere Filii Dei viui, si ita de eo recte sentis, loquere: & de illo sicut Catholica credit Ecclesia, crede & confitere. Ad cuius vocem ante superbus hæreticus, humilis iam & Catholicus Catholicam fidem, de Sancta & inseparabili Trinitate, & de Christi incarnatione Catholice confessus est, & in eadem confessionis suæ fide se permansurum professus est, sicque animo per infidelitatem perdito, & corporali voce propter superbiam condemnato, virtute diuina Sanctus Remigius & animæ & corporis reddidit sanitatem: cunctis qui aderant, seu hæc audituri erant, Sacerdoribus patenter ostendens, de male sentiendo peccante in Christum, qui per humanitatem proximus & frater nobis fieri dignatus est, quomodo erga peccantes in se vel in Ecclesiam, atque rebelles, & erga post-recognoscentes, & pœnitentes debeant agere.

IV. *Iesu Christi inuocato nomine Clodoueus Francorum Rex superat Alamannos, & ipse tum conuertitur.*

Greg. Turon. de gest. Franc lib. 2. c. 30. Baro. tom. 6. an. Do. 499.

Regina Clotildis fœmina Christiana, Clodouæi Francorum Regis coniux, non cessabat prædicare, vt Deum verũ cognosceret, & idola negligeret: sed nullo modo ad hæc credendo commoueri poterat; donec tandem bellum contra Alamannos commoueretur, in quo compulsus est necessitate quod prius voluntate negauerat. Factum est autẽ, vt confligente vtroque exercitu vehementer cæderentur, atque exercitus Clodouæi valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis in cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lachrymis ait: Iesu Christe, quem Clotildis prædicat Filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te sperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriã deuotus efflagito: vt si mihi victoriam super hos hostes indulseris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat: credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim Deos meos, sed (vt experior) elongati sunt ab auxilio meo: vnde credo illos nullius potestatis esse prædicto, qui sibi obedientibus non succurrunt. Te nunc inuoco, & tibi credere desidero tantum vt eruar ab aduersariis meis. Cum autem hęc diceret, Alamanni terga vertentes in fugam labi cœperunt. Cernentes que regem suum cernerent interemptum, Clodouæi se ditionibus subdunt, dicẽtes: Ne amplius quæsumus, pereat populus, iam tui sumus. At ille prohibito bello, contractoq; populo, cum pace regressus narrauit Reginæ, qualiter per inuocationem nominis Christi victoriam meruerit obtinere.

Iesu Christi nomen inuocat Clodoueus Rex in discrimine.

V. *Iesu Christi virtute cæcus illuminatur pro conuersione Dionysii Areopagitæ.*

Hilduin in Areopag. apud Sur. die 9. Oct. & Baron. to. 1. An. Do. 51. it. ex. licet nonnulla hæc ab illo probentur.

Cum Beatus Paulus Apostolus ad fidem Christi capessendam perduxisset Apollinem quendam, nobilissimum pariter & eruditissimũ Athenienſem ciuem, eaque occasione eum in Areopago sisti iussisset, ibi hos sermones cum Dionysio habuisse testatur Hilduinus, sic dicens: Dionysium specialiter cœpit interrogare Paulus, quid coleret, & quibus numinibus in tã spatioso, & venerabili loco seruiret. Cui respondet Dionysius: Deos quos coluerunt parentes nostri, quorum virtute & solertia mater terra continetur: hos colimus & adoramus, Aras quas vides, Martis, & Herculis, Mercurii & Priapi nomine & honore sacræ sunt. Dũ vero Paulus singula altaria & simulacra falsorum Deorũ perlustraret, inter cæteras aras reperit altare vnum, cui erat titulus superscriptus: Deo Ignoto: Et conuersus ad eum Paulus, interrogauit illum, dicens: Quis est ille Deus incognitus: Ad quẽ ipse Dionysius: Adhuc, inquit, non est ipse Deus demõstratus inter Deos, sed est incognitus nobis, & sæculo futuro vẽturus. Ipse est enim Deus, qui regnaturus est in cœlo & in terra, & regnum eius non accipiet finem. Subiungens itaque Paulus, ait: Homone erit, an spiritus? Respõdens Dionysius, dixit: Verus Deus, & verus homo, & ipse renouaturus est mundum; sed adhuc incognitus est hominibus, quoniam apud Deum in cęlo eius conuersatio est. Et ait Paulus: Illum Deum prædico vobis, quem ignotum appellatis: Natus enim ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, pro salute humana mortuus resurrexit, cœlosq; adscendens, sedet ad dexteram Dei Patris, verus Deus & verus homo, per quem facta sunt omnia: & venturus est in fine sæculi iudex omnium quæ geruntur. Qui notus est iam in Iudæa Deus, & magnum in Israel, & sanctum nomen eius. Quamobrẽ quem incognitum vsque nunc habuistis, modo cognoscite, quia ipse est Deus solus & præter eum nõ est alter: qui nos de morte, sanguinis sui pretio, reduxit ad vitam: qui cœlum & terram, hominem scilicet & Angelos, in vnitate regni sui coniunxit, qui mortificat iustus, qui viuificat pios: qui claudit, & nemo aperit, aperit & nemo claudit. Hæc & alia plura Paulo prædicante, & templa singula perlustrante, commendando IESVM CHRISTVM Dei filium DEVM verum esse, quæ amica curiositate Athenienses propter ipsam nouitatem officiosissime acceptabant: Dionysius veram doctrinam, & dogma salutis audiens & nihil esse idola, quibus seruiebat, imo magis dæmonia, quam Deos esse cognoscens; Sanctum vero Spiritum, & verba vitalia in Pauli doctrina euidentissime sentiens, diuino lumine corde tactus, eidem Paulo cessit, & ab illo expetijt, quatenus pro illo ipsius Dei, quem prædicabat, misericordiam precaretur, & illius cultor verus, & suus mereretur esse discipulus. Postero autem die, cum Paulus ageret iter cæcus quidam cœpit eum obsecrationis vocibus compellare. Sanctus autem Apostolus Crucis signum clausis à natiuitate eius oculis imposuit, dicens: Christus Dominus, magister,

Paulus Athenis prædicat.

Psal. 75.

Iesus Christus Dei filius Deus verus.

Paulus Athenis cæcũ illuminat.

gister noster, qui oculis imposuit lutum cœci nati, & lumen restituit ei, ipse te potentia sua illuminet. Quem mox videntem his est verbis affatus: Vade, inquiens, ad Dionysium, & dic ei, quia Paulus seruus IESV CHRISTI ad te me misit, vt memor sponsionis tuæ ad eum venire non differas, quo baptismum salutis accipiens, ab omnibus possis abiolui nexibus delictorum. Is autem, qui lumen receperat, obedienter verba iubentis impleuit, & ad Dionysium properans, Pauli ea verba per ordinem renunciauit. Dionysius vero electionis gratia iam præuentus, vt secum respexit non ante habitis luminibus contuentem, ait ad eum: Esne tu ille, quem cœcum natum cuncti cognouerunt affines? Cui ille respondit: Ego nempe sum, cui cœco nato hactenus sol non luxit: sed ipse Paulus, cuius tibi defero mandata salubria, Iesu Christi magistri sui inuocati virtute, sanitatis mihi lumen indulsit. Qui protinus surgens cum omni domo, & Damari vxore sua (quam vt sumeret more terrenæ nobilitatis, propter amorem suscipiendæ charæ sobolis, eum sui coegere parentes) ad mandata properat Sancti Pauli credensque fideliter, & abnegatis erroribus Paganorum, sacri est baptismatis vnda respersus; ac sic demum se tradidit eius magisterio plenius imbuendum: inque Sanctæ Trinitatis fide, & incarnationis, passionis, & resurrectionis Domini nostri, seu cunctis arcanis Ecclesiasticæ sanctitatis affatim vt comes eius inseparabilis, quocunq; gressum moueret, à beato Paulo per triennium est institutus, Thessalonica, magistro obsequendo reuertens, ab eodem Beato Paulo Apostolo Athenienſium est ordinatus Antistes: ac deinde, ipso iubente, Christi Euangelium prædicauit, eandemque ciuitatem, & maximam partem patriæ ad fidem veritatis conuertit.

Damaris vxor Dionysii conuertitur.

Dionysius per triennium à Paulo instituitur.

Ad inuocationem nominis Christi infans ægrotus à vita periculo liberatur.

Niceph. li. bist. E. cl. c. 34. Socra. li. 1. c. 16. Theod lib. 1. c. 4. Ruff. 1. c. 10.

Iberi gens barbara & bellicosa, Christiani facti Constantino Romanum imperium administrante. Habitat autem hæc natio in interiore Armeniæ parte, ad Septemtrionem, & Euxinum versus: sunt autem Iberorum in Hispania coloni. Præiit eis in religione colenda captiua quædam mulier: quæ cum alias semper pudice casteque vixerat, tum captiua quoque nihil de pietate sanctioreque instituto remisit. Nam diu noctuq; pietatis exercitia exhibebat, ieiuniis plurimum vacabat, continueque precationibus insistebat. Itaque barbari nouo vitæ instituto viso, eam admirari, & quanam de causa hoc sic faceret, percunctari. Illa porro candide, & simpliciter, sic Christum filium Dei coli oportere dicebat. Tum barbari & nomine & religione eius, qui sic coleretur, audito, obstupuerunt. Interea accidit, vt regis filius etiamnum infans, grauiter ægrotaret, & mater patrio quodam more ad alias eum mitteret mulieres, quo facilius remedium mali reperiri posset. Vt autem puer à nutrice circumlatus est, neque meliuscule habuit, tandem etiam ad captiuam illam est deportatus. Quæ in multorum præsentia, nihil sane ex materia aliqua compositi remedii admouit, neque enim se quidquam eiusmodi scire affirmauit: sed puero in lintеolo, quod ei è pilis contextum erat, iam lacerum, reposito, simplicem ei fecit medicinā, nomine Christi super eo inuocato. Et ecce qui in ea erat expectatione vt protinus moreretur, quamprimum precatio facta est, liber à periculo fuit.

Fœmina captiua Christum nunciat.

Miraculum ethnici fa-

cere non possunt.

Per inuocationem nom. Iesu puer depilatus sanitati restituitur.

VII. *Christi nomen Antiochiensium foribus inscriptum eos à terræmotu liberat.*

Anno à Christo nato quingentesimo vigesimo-octauo, qui tertius numeratur à priori terræmotu Antiocheno, rursus grauioribus impulsibus eadem ciuitas agitata dire admodum concuti cœpit. Cum igitur eo modo ciuitas concuteretur, recenti memoria præteritorum malorum penitus conterruati, ad vnicum illud, quod tantum sibi superesse sentiunt, diuinum confugiunt patrocinium. Quid autem eisdem necessitas pietatis magistra suaserit, sic habet Nicephorus de his breuiter agens: Vnusquisque ciuium Christi nomen pro foribus inscribens eo modo terræmotum dispulit; cum Deus religioso cuidam homini reuelato hæc verba foribus inscribere præcepisset: *Christus nobiscum, state.*

Euagr. lib 4. c. 6 Niceph. lib. 17. c. 3. Baro. tom. 7. an. 518. 22.

Terræmotus vi nominis Iesu cessat.

VIII. *Puer Ethnicus in piscinam lapsus inuocato nomine Iesu à periculo liberatur.*

Legitur in literis Indicis Patrum Societatis, quod Ethnicus puer in amplissimam piscinam decidit, & natandi ignarus tantum non mergebatur. Lusitanus puerum conspicatus cum aliter opem ferre nō posset admonere cœpit, vt nomen Iesu inuocaret; Fecit & in nomine Iesu ab vndis ingentibus emersit: quod sanctum nomen ita illius animo inhæsit, cum sciat eius virtute tantum periculum euasisse se, vt nisi Iesus cum vocaretur, nunquam respondere vellet; & pia eiusdem Iesu clementia baptismatis [illegible] post aqua perfusus est.

ex lit. Indicis an. 1560.

Iesu nomē puerum ab vndis liberat.

IX. *Iesu nominis virtute eripitur puer à dæmonum potestate.*

In Silesia quidam nobilis cum inuitasset conuiuas, & hora conuiuii iam instante, & apparatu facto spe frustratus esset exculantibus se conuiuis, cur non comparerent, prorupit iratus in hæc verba: Veniant igitur omnes dæmones, si vllus hominum mecum esse potest. His dictis domo egreditur in templum, vbi Ecclesiæ Pastor concionem habebat, & vt iracundiam concoquat, auscultat aliquamdiu: dum vero in templo moratur, veniunt equites in aream domus magni & nigri, & iubent seruo domus, vt dominum suum aduocet, eiq; significet adesse hospites. Seruus consternatus abit in templū & indicat hæc Domino suo, qui nescius consilii pastorem consulit. Pastor abrumpens concionem hoc consi-

P. Mar. Delrio to. 2. d. sect. 2. q. 7. li. 3 par 1. c. 7 ex quodam Germano li. 1. de Lamiis ca. de malitia diaboli.

consilium dat, vt tota familia domo exeat; quo cum fieret, & famuli ac ancillæ properarent, forte obliti infantem in cunis iacentem & dormientem, secum non auferunt. Dæmones incipiunt comessari & vociferari, prospicereque per fenestras formis vrsorũ, luporum, felium & hominum, & monstrare pocula vino plena, assaturas, & pisces, hæc vicini, nobilis, Pastor, & alii cum viderent; Ah, inquit pater, vbi infans meus? Vix cum hæc dixisset, vnus è dæmonibus vlnis suis infantem ad fenestras gestat quasi monstraturus parentibus. Nobilis prorsus consternatus & solicitus de incolumitate infantis, fidum habens seruum, quem interrogat; Quæso, tu dic, quid agam? Seruus; Domine, inquit, commendabo & committam vitam meam Deo meo, & in nomine Domini ingrediar, & vt infantem auferam, auxilio, & beneficio Dei videbo. Bene, inquit nobilis; Deus tecum sit, & iuuet te animumq; tibi confirmet. Seruus accepta benedictione à Pastore, & reliquis, ingreditur, & ante cõclaue, in quo erant dæmones cõgregati, procidit in genua, & se Deo commẽdat, & hoc animo aperuit ianuam, & videt dæmones horribili specie sedentes, stantes, obambulantes, & serpentes, & vno impetu accurrentes ad se, & vociferãtes: Hui, hui, tu quid hic [illegible]? Ille sudans, & tamen diuinitus confirmatus, allocutus est dæmonẽ, qui infantem gestabat: Tu, inquit, [illegible] ibi infantem trade; Nequaquam, respondet iste; [illegible] meus iste est infans: dic Domino tuo, vt veniat, & accipiat infantẽ. Cui seruus: Ego fungor iam officio meæ vocationis in quã me Deus collocauit, & scio quidquid in hoc officio facio, id Deo gratũ esse. Quare ratione mei officii, & auxilio nomine & virtute Iesu Christi aufero, & abstrahe infantẽ, & patri eius restituo, atq; ita ipse apprehendit infantem & brachiis suis amplexus est: isti nihil aliud respondent nisi vociferantes: Hui nebulo, Hui nebulo, relinque infantem, relinque, alioqui te discerpemus: ille nihil curans minas diabolicas, abiit incolumis, & incolumem infantem patri [illegible] didit. Dæmones postea, aliquot diebus elapsis, euanuerunt, vt in ædes eius nunquam reuerterentur. Cum tota familia nobilis potuerit.

Seruus nominis Dei virtute armatus in dæmonum turbam irruit.

Benedictio nis Pastoralis virtus.

Vis nominis Iesu contra dæmones.

X. *De S. Wolfango Ratisp. Ep. qui exundans flumen in nomine Domini pertransit.*

Ex Lamb. Chron. Bareto. 10. Annal. Eccl. ad ann. Christi 978. 1.

Anno Redemptoris nongentesimo septuagesimo octauo, cum Otto II. Imperator offensionem passus à Lothario Francorum Rege, eum Parisios vsque persequeretur, quid insequentes hostes pati contigerit, ab auctore accipe, qui tunc viuebat, & eiusdem Sanctitatis intimus erat: Cum (inquit) Otto secundus Imperator ob illatam ipsi iniuriam Franciam hostili animo & manu ingressus Lutetiam vsque peruenisset, in reditu, ad fluuium quẽdam peruenere, cuius aquæ intumuerant, ita vt multi illic mergerentur. Vbi autem beatus Antistes cum suis eo peruenit, tum præsenti periculo commotus, suspexit in cœlum, & cum sibi, tum suis bene precatus atque benedicens, iussit suos incunctanter transire flumen. Sed illis adhuc cunctantibus, & Francis interim à tergo acriter instantibus, ille primus in nomine Domini, quod in eius semper versabatur ore fluuium ingressus suos animauit. Nec quisquam eorum vllum expertus est periculum. Tunc vero omnes id admirantes, præ gaudio in Dei laudes eruperunt. Sed vir humillimus, ne id in publicum efferrent, obnixe eos rogauit: Porro ea pars exercitus quæ insequebatur Ottonem, apud flumen periit, inquit Aimonius. *Lib. 5. c. 144.*

Nominis Iesu virtus.

XI. *Nomen Iesu Romæ quantopere à diuo Bernardino exaltatum.*

In vita eius apud Sur. 20 Maii.

Cum S. Bernardinus in ampla quadam ciuitate de rebus diuinis concionem ad populum haberet, homines adeo illius sermonibus permoti sunt, vt tesseras tabulasq; lusorias, quarum magnus erat ibidem abusus, flammis absumerẽt. Quare indignatus faber, qui ex iis haud mediocre sibi lucrum acquirebat, ad beatum virum accessit, eiq; conquestus est, se iam ad inopiam esse redactum. Scisciante Bernardino, num aliud calleret artificium, illoque negante, Bernardinus circino circulum expressit, in eoque solem depinxit, & in medio solis, sacrosanctum nomen Iesu, cuius, vt par erat, præcipuus fuit venerator & cultor, imo, vt quidam affirmant, Romæ tam luculenter sublimiter quo de illo dulcissimo nomine concionatus est, vt quidam eius verba non capientes, hæresim ei impingere voluerint; At postera die, illo concionante, vt superioris concionis veritas miraculo indicaretur, nomen Iesu, in eiusmodi forma, qualem eum pinxisse diximus, miro splendore coruscans supra illum apparuit. Hãc igitur effigiem iussit illum fabrum deinceps sua arte imitari, [illegible] pauper ad diuitias haud mediocres peruenit, est causa, cur S. Bernardinus solem in manu depingi soleat.

D. Bernardinus insignis nominis Iesu cultor.

XII. *Dæmon Ignatium terrere conatus Iesu nomine inuocato repellitur.*

Petr. Ribadeneira lib. 5. de vita eius c. 9.

Dormienti Ignatium strangulare diabolum voluisse Romæ Anno Dom. 1541. audiui. Guttur enim quasi manu iniecta stringere, præfocareq; conatus est, tam fortiter, vt nullo conatu posset Ignatius Iesu sanctissimum nomen inuocare. Sed cũ neruos animi corporisq; omnes quantum maxime posset, intenderet, vim vi repellens, in suauissimam tandem vocem erupit, Iesumq; clamauit, qua voce diaboli conatus repulsus est. Porro ex contentione Ignatius (quod postea vidimus atq; animaduertimus) per dies aliquot raucus omnino ac sine voce fuit.

TIT.

TIT. XXIV. De licito iuramenti vsu.

Iuramentū quid sit.

Iuramentum est inuocatio diuini testimonii, in dicti alicuius confirmationem.

Apoc.10. *Angelus leuauit manum in cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum.*

Rom.1. *D. Paulus sic iurauit: Testis est mihi conscientia mea, hoc dico coram Deo.*

EXEMP. I. *Ad firmandam inter homines pacem, & ad tollenda dissidia recte præstari iuramentum.*

Alphons. à Castro lib. 8. aduers. hæres. verb. Iuramentum ex ipso Concil. Const. sess. 8. & 10.

COncilium Constantiense sessione octaua damnauit quadraginta quinque assertiones Ioannis Wiclef, inter quas quadragesimo tertio loco refertur hæc de iuramento, quæ ait: Iuramenta illicita sunt, quę fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia ciuilia. Quæ sententia simul cum aliis vna super omnes dicta censura damnata est. Et idem Concilium sess. 20. decernit, vt ad confirmationem pacti initi inter Regem Romanorum & Regem Aragonum pro schismate tollendo, iuramentum ab omnibus peteretur, & omnes pollicitum in Concilio existentes à maximo vsque ad minimum iurarunt.

II. *De Imperatorum ac Regum iureiurando quando inaugurantur.*

Ex Pontificali Romano. In libro qui Pontificale Romanum inscribitur, formula est iurisiurandi, quo se Imperatores & Reges die quo corona donantur, obstringunt. Et Regum quidem sic se habet: Ego N. Deo annuente futurus Rex N. profiteor & promitto coram Deo & Angelis eius, deinceps legem, iustitiam, & pacem Ecclesiæ Dei, populoq; mihi subiecto, pro posse & nosse facere atque seruare, condigno misericordiæ Dei respectu, sicut in concilio fidelium meorum melius potero inuenire. Pontificibus quoque Ecclesiarum Dei condignum & canonicum honorem exhibere, atque ea quæ ab Imperatoribus & Regibus Ecclesiis collata & reddita sunt, inuiolabiliter obseruare. Abbatibus, Comitibus, & vasallis meis congruum honorem, secundum consilium fidelium meorum, præstare. Ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia Dei.

Iuramenti formula Principum Christianorum.

III. *De Caroli Magni iurisiurandi formula, quam præstitit dum imperio inuestiretur.*

Lib. 4. de regno Italiæ. Carolus Sigonius formulam refert iurisiurandi, quo Carolus Magnus, dum à Leone tertio coronā imperii accepit, hunc in modum se obstrinxit: In nomine Christi spondeo atq; polliceor ego N. Imperator coram Deo & B. Petro Apostolo, me protectorem ac defensorem fore huius S. Romanę Ecclesiæ, in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout sciero poteroque.

IV. *Iuramentum Roberti Ducis Apuliæ de persoluendo annuo summo Pontifici canone.*

Extat adhuc Roberti Ducis iuramentum descriptum in Vaticano codice, qui inscribitur liber censuum, quod hic ad probandam liciti iuramēti fidem adiiciendum duxi: sic enim se habet: Ego Robertus Dei gratia & sancti Petri Dux Apuliæ & Calabriæ & vtroq; subueniente, futurus Siciliæ Rex ad confirmationem traditionis, & ad recognitionē fidelitatis, de omni terra, quam ego proprie sub dominio meo teneo, & quam adhuc vlli Vltramontanorum vnquam concessi vt teneat: promitto me annualiter pro vnoquoq; iugo boum pensionem scilicet duodecim denarios Papiensis monetæ persoluturum B. Petro, & tibi Domino meo Nicolao Papę, & omnibus successoribus tuis, aut tuis, aut tuorum successorum nuntiis. Huius autem pensionariæ redditionis erit semper terminus finito vno anno, S. Resurrectionis die Dominico. Sub hac conditione huius persoluendæ pensionis obligo me, & omnes meos, siue hæredes, siue successores tibi Domino meo Nicolao Papæ, & successoribus tuis. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia.

Apud Baron. tom. 11. Annal. Eccles. ann. Christi 1059. 70.

Iuramentū præstat Richardus Dux de soluendo canone.

V. *Belli Duces, Gubernatores, & ac etiam Magistratus iuramento adacti ad tuendam fidem Cathol.*

Nouell. Constit. 8. Olim Principes Christiani suos belli Duces, Gubernatores, ac Magistratus ad tuendæ Catholicæ religionis iuramentum adigebant. Cuius formula hæc erat: Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritum sanctum, & gloriosam Dei genitricem & perpetuo Virginem Mariam, & quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & per sanctos Archangelos Michaelem & Gabrielem, puram conscientiam, germanumq; seruitium me seruaturum sacratissimis nostris Dominis; & quod cū qui tenean- communionem habeo; neque ei vlla vnquam re aut modo aduersabor, neq; quantum in me est alicui alii permittam. Quod si hæc non obseruauero, omnibus incommodis expositus, tam hic, quam in futuro sæculo, in horrendo iudicio magni Domini Dei & Seruatoris nostri Christi Iesu, habeboque partem cum Iuda, & Iesabel, & Giezi, & memorem Cain; vltra hoc, quod etiam omnis lege Imperatorū comprehensis ero obnoxius.

Fidem Catholicam tueri tur.

VI. *Sacramento astringuntur milites ad perseuerandum in bello vsque ad mortem.*

Cum Zoe Imperatrix exercitum contra Bulgaros mitteret, missus est primarius Sacerdos palatii cum venerandis lignis sanctæ Crucis, quos omnes in genua procumbere iubebat, iurare se vsque ad mortem perseueraturos.

Georg. Cedren in Constant. Leonis filio.

VII. *Iuramentum licite præstitum perpetuo esse conseruandum.*

Æneas Sylu. lib. 4. C m. in dicta Alphonsi, c. 41.

Iuramentũ legitimum nullatenus violãdum.

IVrasse Fridericum Imp. nunquam comperi, nisi cum in ciuitate Aquensi apud Belgas, & cum Romę coronatus fuit: idque iuramentum constantissime tenuit. Cum enim iureiurando promisisset, quæ bona possideret Imperium, nullatenus alienaturum, & modo hoc, modo illud ex eo expeteretur, maluit auarus negando, quam concedendo periurus videri. Eamq; ob causam petenti Porsio Marcioni Estensi ducatum Mutinæ & Regii tamdiu restitit, donec monstratum est, eundem ducatum, qui sub annuo tributo concederetur, lucri magis quam alienationis speciem habere, præsertim cum Mutina ac Regium in potestate sua non essent.

TIT. XXV. De illicito iuramenti vsu.

EXEMP. I. *Per Crucem iurare absq; debitis circumstantiis illicitum esse.*

Sophron. in Prat. spir. c. 116.

Iuramentũ iniquum retractandum.

IVramentum licite fit, quando cũ debitis circumstantiis vsurpatur: illicite vero, cum illud sine causa suscipitur. Extat huius rei exemplũ apud Sophronium: Cum quidam inter duos fratres pacem componere vellet, rogatu alterius respondit alter; Reconciliari nequeo, quia iuraui per crucem vltra illi non reconciliari. Quo audito, ait pacificator, Iuramentũ tuum talem habet vim, ac si dixisses; Per pretiosam crucem tuam, Christe, non obseruabo mandata tua, sed inimici tui diaboli voluntatem faciam.

II. *Non esse seruanda, quæ temere iureiurando definita fuerunt.*

Sophronius Prat spir. c. 2. 6.

Temere iurata non definienda, sed pœnitẽtia delenda.

Cum essem semel in sancta ciuitate, venit ad me vir quidam fidelis. & dixit mihi: Quia quædam indignatio oborta est inter me, & fratrem meum: & ille non vult reconciliari mihi, alloquere illum, & ad reconciliationem exhortare. Quod ego libentissimè faciens, conueni fratrem illius, locutusque cum illo sum ea, quæ ad charitatem, & concordiam pertinere videbantur, visum que est interim obtemperare mihi. Postmodum vero dixit ad me: Reconciliari nequeo, quia iuraui per crucem vltra illi non reconciliari. Quo audito, subridens aio ad illum: Iuramentum tuum talem habet vim, ac si dixisses: Per pretiosam crucem tuam Christe, non obseruabo mandata tua, sed inimici tui diaboli voluntatem faciam. Non enim enim non debemus ea seruare quæ a nobis pessime definita fuerint, sed etiam maxime pœnitentiam agere, & affligi in his, quæ contra nostram salutem male definimus. Nam si Herodes pœnitentiam egisset, neque iusiurandum, quod stulte emiserat, seruasset, nunquam profecto maximum illud scelus admisisset, vt præcursorem Christi decollaret. Quod quidẽ ipsius Basilii sententia confirmatur, quam de Euangelio sumpsit, quando voluit Dominus lauare pedes beati Apostoli Petri, cum ille primo pertinaciter obsistens postea sententiam mutauit.

III. *Præstare proscribi, quam in fauorem Principis impij iurare.*

Victor Vticensis lib. 1. de persecutione Vandal. apud Baron. tom. 6. ann. 484.

Hunerici Regis crudelitas.

Hunericus Gothorum & Alanorum Rex, Ecclesiæ Christianæ hostis infensissimus, iubet cunctos Episcopos qui Carthagine fuerant cõgregati, quorum iam Ecclesias, domos, & substantiã ceperat, in hospitis, quibus erant, expoliari, & expoliatos foras muros propelli: non animal, non seruus, nõ mutanda quę ferebant vestimẽta, penitus dimittuntur: addens adhuc, vt nullus quempiã illorum hospitio reciperet, aut alimoniam præstaret: qui autẽ hoc misericordiæ causa facere tentasset, cum vniuersa domo sua succendio cremaretur. Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo sub aëre iacerent, factũ est vt Rex impius in piscinas exisset. Cui vniuersi occurrere maluerunt, dicentes: Vt quid taliter affligimur? pro quibus malis forte commissis ita perpetimur? Si ad disputationem congregati sumus, quare expoliati? quare traducimur? quare differimur, & sine Ecclesiis & domibus nostris foras ciuitatẽ fame & nuditate laborãtes, mediis stercoribꝰ volutamur? Quos ille toruis oculis aspiciens, priusquam suggestionem eorum audisset, iussit super eos cum sessoribus equos dimitti, vt tali violentia possent nõ solum conteri, verum etiam necari. Quorũ tunc multi contriti sunt, & præcipue senes & infirmi. Tunc deinde iubentur ad quendam locum, qui dicitur Ædes Memoriæ, illi viri Dei occurrere, fraudem sibi nescientes aptatam. Vbi cum venissent, charta eis offenditur inuoluta: diciturque illis ista subtilitate serpentis; Dominus noster Rex Hunericus, licet doleat quod fueritis contemptores, & adhuc eius voluntati obedire tarderis, vt eius efficiamini religionis, cuius est ipse: nunc tamen bonum de vobis cogitauit. Si iurueritis ita vt quod ista charta continet, faciatis, dimittit vos Ecclesiis & domibus vestris. Ad quod vniuersi Episcopi respõderunt: Semper dicimus, & diximus, & dicturi sumus Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem vnam & veram tenemus. Factoque post confessionem fidei silentio modico, illi qui à Rege fuerant destinati festinabant extorquere Episcopis Sacramentum. Tunc beati viri Hortulanus, & Florentinianus Episcopi pro omnibus & cum omnibus dixerunt: Nunquid animalia nos irrationabilia sumus, vt nescientes quid charta contineat, facile aut temere iuremus? Accelerauerunt quoque illi à Rege destinati scripturæ eius propalare tenorem, qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat. iurate, si post obitum Domini nostri Regis eius filium Hildericum desideratis esse Regẽ: vel si nullus vestrum ad regiones transmarinas Epistolas dirigat: quia si Sacramẽtum huius rei dederitis, restituet vos Ecclesiis vestris.

Hæretici cedunt versutiæ.

Episcoporũ Cathol. cõstans fides.

Iurare in fauorem impij Principis nullo modo licitum.

Cogita-

Cogitauit tunc multorum pia simplicitas etiam cõtra prohibitionem diuinam sacramentum dare, ne Dei populus in posterum diceret, quod vitio sacerdotum, qui iurare noluerunt, non fuerint ecclesiæ restitutæ. Alii quoq; astutiores Episcopi sentientes dolum fraudis, nequaquam iurare voluerunt, dicẽtes, prohibitum fuisse euangelica auctoritate, ipso Domino dicente: Non iurabis in toto, &c. Quibus ministri Regis: Secedant in parte (inquiunt) qui iurare disponunt. Qui cum secederent, à Notariis scribentibus, quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset, exceptum est. Similiter factum est de illis, qui minime iurauerunt: statimque pars vtraque custodiis mancipatur. Post vero fraus, quæ celabatur, apparuit. Iurantibus dictum est: Quare contra præceptum Euangelii iurare voluistis? Iussit Rex, vt ciuitates atque ecclesias vestras nunquam videatis; sed relegati, colonatus iure ad excolendum agros accipiatis: ita tamen vt non psallatis, neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus geiteris; non baptizetis, neque ordinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus ait: Quia regnum filii Domini nostri non optaris, idcirco iurare noluistis; ob quam causam iussi estis in Corsicanam insulam relegari, vt ligna profutura nauibus dominicis incidatis.

Ecclesiastica munia Sacerdotibus ab Hunerico inhibita.

Episc. Catholicorum exilium.

IV. *Qui sine iusta causa eum prouocat ad iurandum quem scit falso iuraturum, grauiter peccat.*

Aliquid dicam, inquit D. Augustinus, quod nunquam dixi charitati vestræ in hoc populo, quod cõtigit in hac ecclesia. Fuit hic homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, à multis vestris, id est, Hipponensibus, imo ab omnib. cognitus Turuslymenus vocatus. Turuslymenum quis vestrum non nouit qui estis ciues? Ab illo audiui quod dico. Nescio quis negauit ei, vel quod ei debebatur: & hominis fidei se commisit. Commotus prouocauit eum ad iusiurandum. Iurauit ille, iste perdidit: sed isto perdente ille penitus periit. Dicebat ergo iste Turuslymenus homo grauis & fidelis, ipsa nocte exhibitum se fuisse ad iudicem, & cum magno impetu & terrore se peruenisse ad præsidentem excelsum quẽdam & admirabilem virum, cui parebat officium similiter excelsorum: illum fuisse perturbatum, retro reuocari, & interrogatum fuisse his verbis: Quare prouocasti hominem ad iurationem, quem sciebas falsum esse iuraturum? Respondit ille, Negauit mihi rẽ meam. Responsum est illi: Et nonne melius erat, vt rem tuam quam exigebas perderes, quam animam hominis istius falsa iuratione perimeres? Prostratus iussus est cædi. Cæsus est tam grauiter vt in dorso euigilantis vestigia plagarum apparerent. Sed dictum est illi, posteaquam emendatus est: Parcitur innocentiæ tuæ, de cætero caue ne facias. Fecit ille quidẽ magnum peccatum, & emendatus est. Sed multo grauius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationem tale quid fecerit. Cauete à falsa iuratione, cauete à temeraria iuratione. Ab his duobus malis securissime cauebitis, si consuetudinem iurandi à vobis abstuleritis.

S. Aug. ser. 1. de Sanctis.

Exemplum super prouocatione adiurandũ falsum.

V. *De duobus nomen Dei in vanum frequenter vsurpantibus, morbo elephantiaco turpiter deformatis.*

Eorum qui ab immundis vexabantur spiritibus, ingens quotidie ad D. Auxentium Abbatem confluebat multitudo, ex quibus plurimi sanctissimis eius precibus sunt curati. Die quodam veneruntad eum duo morbo elephantiaco turpiter deformati, vt sanitatem ab eo perciperent. Quibus vir sanctus: Nostis, inquit, ô Fratres, qua de causa ira Dei in vos desæuiat. Vos frequenter leuissimis de causis sacrosanctum illius nomen sumitis, iuratis ac peieratis, ideoque iusto illius iudicio præsens hæc calamitas vos premit. Sed iam tandem peccatum vestrum agnoscite, & ad mentem redite, vt sanitatem consequamini. Hæc cum dixisset, omnes ad precandum hortatus est; & ipse flexis genibus, & ingenti lacrymarum vi profusa, tandem surgens oleo sancto à vertice ad pedes vsque eos inunxit, & sanos atq; incolumes à se dimisit.

Ex Sim. Metaphrast. Zacha. Lippeloo 14. Febr.

Lepra percutiuntur duo vane iurantes.

VI. *Temere iurans magnus à puero postea abstinet.*

Olysippone Catechismus in maximo puerorum virorumq; gratia non in templis tantum, sed in viis traditur: quanta cum vtilitate, vel puerorum educatio testatur. Ex his vnus, cum audisset virum iam ætate prouectum iusiurandum temere vsurpantem, propere accurrit flexisque genibus; Per Deum, inquit, ne posthac iuraro: nec enim istud leue peccatum est. Vir rubore suffusus abeuntem reuocat puerum, & quod ei nomen esset, & quibus natus parentibus scisciratur, cum ea puer nihil referre dixisset, Non tu, inquit, puer es, sed Dei angelus, qui tam salutare dedisti consilium: atque sic habeto, me non commissurum in posterum, vt mihi excidat iusiurandum.

Ex litt. annu. Societ. an. 1584. in Pro. Lusit.

TIT. XXVI. De periurio.

Periurium est iuramentum, quo scienter falsum iuratur.

Periurium quid?

EXEMP. I. *De vltione diuina quorundam peierare volentium ad altare B. Virginis.*

IN vrbe Turonica est ecclesia S. Mariæ virginis, ac Ioannis Baptistæ nomini consecrata, in qua periuris vltio diuina apparuit: Quidam enim cum ad periurandum in hanc Ecclesiam fuisset ingressus, vbi manus ante altare stans sursum extulit, vt sacramentum mendax proferret, statim resupinus ruens ita caput in pauimentum collisit, vt vix vel viuens

Greg. Turon. lib. 1. mirac. c. 10.

Periurii diuina vltio.

erigi potuisset. Ad se autem reuersus, dolum periurij, quod occultabat, publice patefecit. Vidimus & nos quosdam de Tutonicis in loco eodem periurasse, qui ita diuino iudicio condemnati sunt, vt in ipsius anni curriculo finirentur à sæculo.

II. *De Fure periurium parante, qui in instanti compunctus culpam agnouit.*

Greg. Tur. lib. 8. hist. Franc. c 16.

Huic non absimile narrat idem Gregorius lib. 8. histor. Francorum de quodam, qui plerunq; in furtis diuersisque sceleribus commixtus, peierare consueuerat, & cum aliquando à quibusdam pro furto argueretur, ait: Ibo ad basilicam B. Martini, & sacramentis me exuens, innocens reddar Quo ingrediente, elapsa securi de manu eius, ad ostium ruit, graui cordis dolore percussus; confessusque est miser verbis propriis, quæ venerat excusare periuriis.

Iurandi cõsuetudo olim ad reliquias Sanctorum.

III. *De incendario per iurante igni sacro celitus percusso.*

Idem ibid.

Alius simili modo (vt idem scribit) cum de incendiis domus vicini sui argueretur, ait: Vadam ad templum S. Martini, & fide data insons rediturus ero ab hoc crimine; manifestum erat enim hunc domum illam incendio concremasse: abiens autem ad sacramẽta danda, conuersus ad eum, dixit ei: Quantum vicinorum tuorum dictatorio, non eris innocens ab hoc scelere, sed tamen Deus vbique & virtus eius ipsa est forinsecus Tamen si ita te vana fiducia cepit, quod Deus vel sancti eius in periuris non vlciscantur, ecce templum sanctum è contra, iura vt libet: nam calcare limen sacrum non permitteris. At ille eleuatis manibus, ait: Per omnipotentem Deum, & virtutem B. Martini antistitis eius, quia hoc incendium non admisi; datis itaque sacramentis, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circumdari. Et statim ruens in terram clamare cœpit, se à beato antistite vehementer exuri; aiebat enim: Testor Deum, quia ego vidi ignem de cælo cadere, qui me circundans validis vaporibus conflat. Et dum hæc diceret, spiritum exhalauit. Multis hæc causa documentum fuit, ne in hoc loco vlterius auderent peierare.

Periurus incendiarius igne cœlesti exuritur.

IV. *De alia vltione in quendam Audomaropoli peierare ni. entem.*

In vita eius apud Sur. c. 6. Septem 9. ex Felchar. Beluacensi & Brevario eiusdem loci & Vincent. in Spec. lib. 2. c. 109.

Post felicem obitum S. Audomari Episcopi Morinensis, casu quodam duo inter se conuenere, alter simplici & aperto, alter vafro & versuto ingenio. Rogabat fraudentus simplicem, vt argenti solidum mutuo sibi det: iureiurando affirmat se bona fide redditurum. Homo simplex, pietate ductus facit quod ille petit; cum spopondisset ad certum diem se persoluturum: iam dies aderat, commonefacit hominem, vt reddat debitum. Ille tanquam præter ius fasque reddere iussus, quod non deberet, stomachatur, bonum virum toruis oculis intuetur, & multa comminiscens, ait se nescire quid velit: sed ne terunciũ quidem ab illo vnquam recepisse. Respondet alter: Eamus ergo ad venerandum Audomari patris sepulcrum, & si per eum nostræ regionis procuratorem non dubitaueris iurare verum esse, quod nequiter fingis, immunis eris à solidi persolutione. Eunt pariter ad sacrum Audomari corpus, & cum non longe abessent, dicit creditor debitori: Cur ipsum quiescentis patris turbabimus loculum? Deus iustus iudex vbiq; est, & solus implet omnia, nec virtus B. Audomari intra sepulcrum inclusa est. Hoc ergo in loco quo nunc sumus, illius sancti patris nomen testificare, & mihi eris satisfactum. Ille miser semper æstuantis auaritiæ cæcatus libidine, verso ad sacrum templum vultu, & cœlum sublatis manibus, dum vult commotis labris periurio se obstringere, confestim corruit, & ad extrema perducitur: Oculi crepantes suis mouentur locis, nerui mẽbrorum omnium dissoluuntur, spiritus per immensos extortus cruciatus tertio die excedit è corpore

Debitor fratrem creditorem debita dere contendit.

Periurus crepantibus oculis corruit, & tertio die spiritum exhalat.

V. *De peierante duplici pœna diuinitus castigato.*

Greg. Tur. l. de gloria mart. c. 53.

Causa quædam extiterat, vt Fedamius Eunomi quondam Auerni presbyteri filius Canillonensem vrbem adiret, idemq; apud Basilicam S. Martyris Marcelli hospitalem habebat, ab Abbate loci victus stipendia capiens: ipse enim quæ loquor exposuit: Inter duos, inquit, viros orta fuit contentio: hisque litigantibus, in hoc lis ipsa subiit, vt eam sacramento dirimerent: Ingressiq; basilicam sancti martyris, eleuatis homo manibus ad perierandum, cum nomen sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parum videretur ad beati athletæ gloriam: ipse enim eleuatis manibus quasi æneus totus irriguit. Tunc oratio facta pro eo absolui diaboli arte vinctum obtinuit: ipse quoque post absolutionem sermone proprio opus suum cõfessus est: quæ negligenter egerat emendauit.

Periuro vox hæsit ac totus obriguit.

VI. *De horrenda morte cuiusdam periuri ad reliquias S. Saluii.*

Vincent. Spec. hist. l. 24. c. 24.

Tempore quo corpus S. Saluii apud Valencianas reuelatum est Carolo Magno, duæ sorores cuiusdam Ducis Francorum ad Regem venerunt conquerentes de fratre suo, quod hæreditatem suam eis auferret. Conuentus super hoc à Rege respondit se nihil eis auferre. Rex autem fecit eum iurare super corpus sancti Saluii, quod nihil sororibus suis deberet ex his quæ petebant. Qui cum iurasset lætus, statim medius crepuit, & per secretum alui stercora proruperunt, & exiuit sanguis ex oculis eius, & auribus, & ore, & naribus, & post duas horas vitam finiuit.

VII. *De periuro diuinitus combusto, & in cineres resoluto.*

Recentius est, sed horrendius, quod subnectam

Ex ipso au-

tographo Gallice excuſo Atrebati anno 1061. cũ approb. D. Guill lmi Cazei Paſtoris S. Magdale. & Can. Arienſis.

Anno Do. 1599. die 29. menſis Nouemb. qui incidit eo anno in diem lunæ, quidam nomine Antonius de Haeck vulgo Cruck, redemptor vectigalium publicorum in iuriſdictione & diſtrictu oppidi (vt vocãt) Gerardimõtium, in Flandria imperiali, eo venit, diuerſatuſq; eſt in hoſpitio, cui inſigne Nauis aurea, in platea qua itur ad Abbatiam, vt cum aliis ſociis ſuis, redemptoribus item vectigalium, aut ſi magis, publicanis rationes ſubduceret. Quod cum faceret, exorta eſt quæſtio inter eos de quadã pecuniæ ſumma, quam ſocii ipſius affirmabãt fuiſſe Antonio rite perſolutam à probis quibuſdam & fide dignis viris; & idem Antonius etiam adhibito iuramento negans, optabat ſe ab illo igne, qui tum in cubiculo ardebat, abſumi poſſe, ſi quidquam vnquam recepiſſet. Socii nihilominus nihil de iure ſuo remittentes, contrariũ aſſerebant, ſibi perſuadentes, Antonium ſplendide mentiri, ducti opinione, quam habebant de bona fide & integritate eorum, qui ſe talem ſummam Antonio perſoluiſſe dicebant, qui (vt iam dictum eſt) non modo ab ipſis, ſed & ab omnib aliis, probi fideque digni habebantur. Quibus tamen non commotus Antonius perſtitit in negatione, & iuramento, quo ſe flammis & diabolo deuouebat, ſi quem vnquam ſociorũ in tali negotio defraudaſſet. Quod cũ viderẽt ſocii, iuſiurandũ tamen detulere, & quidem Antonius, poſtpoſito omni timore Domini, ſuſcepit etiam ex tempore præſtandum. Socii enim quidam perfidum hominis ingenium admirari cœpere, & obfirmatum in malo animum execrari; tamen vt tota rei veritas pateſieret, vocari iuſſerunt duos Scabinos, in quorum manib. & conſpectu, nulla habita ratione ſalutis animæ, & tremendi Dei iudicii, idem Antonius peierauit. Cum autem adueſperaſcerat, ſolutus eſt cœtus, omneſque dimiſſi quiſque quo viſum eſt ſe recepit, parati ſequenti die rationes conficere, remanſitq; Antonius in eodẽ hoſpitio, vt ibi proxima nocte recumberet. Quapropter lectum ſibi ſterni iuſſit, & faſcem in camino accendi, ipſe ſe calefaciens ante ignem ſcabello inſidebat auerſus; atq; ita reliquit eum hoſpes, nullum incendii periculum videns, conſumpto iam pene faſce, priuſquam è cubiculo exiret: inſtabat tũc vndecima noctis hora. Nocturnus vigil illac iter faciens ex feneſtris inſolitum lumen & ſplendorẽ in cubiculo Antonii aduertit, ignorans quid hoc ſibi vellet. Et quia nullum inſtabat incendii periculum, proceſſit vlterius, nolens hoſpiti negotium faceſſere, rotamq; viciniam intẽpeſtiuo noctis tempore excitare, exiſtimãs peregrinos homines eſſe religionis ergo Adrianopolim appulſos, qui ſe ibi calefacerent. Mox tamẽ audita vndecima redit ad hoſpitium de induſtria, exploraturus, num à ſplendore illo nimio aliquod immineret incendii periculum; cumq; deſiiſſe videret; ſecurus receſſit. Hac ipſa noctis hora ſoror Antonii, quæ in pago Roulartio quarta miliaris parte Gerardimontibus diſtante habitabat operabatur adhuc, & linum ſumma colo adnendum aptabat, & ecce ſubito flãma ignis prorupit in crematbram, id eſt, inſtrumentum illud ferreum cauatumque, è quo ſuſpendũtur ollæ, lebetes, & ſimilia, quæ ad culinæ vſum ſpectãt indeq; in linum & ſtuppam ſe iniecit. Quo euentu omnino attonita, tentauit magna aquę copia ignem extinguere; cui opprimẽdo & extinguendo vix ipſa ſatis erat. Nocte item huius infelicis interitus, Paſtor defuncti Antonii ex horribili cuiuſdã canis circa oſtium ſui cubiculi latratu de eiulatione multum fuit perterritꝰ, vt quaſi capilli capitis in altum vtderẽtur inſurgere. Poſtera die illuceſcente aurora, triſtis valde & dolens maritũ ſuum ad Antonium miſit Gerardimontes ſiue Adrianopolim; quo veniens, ipſumq; Antonium adhuc decumbentẽ, vt putabat, reperiens, hora integra expectauit, donec ſurgeret. Sed cum hora efflueret, neque tamen Antonium è cubiculo exeuntẽ videret, cœpit fores cubiculi pulſare, & inclamare, vt Antonium à ſomno excitaret, ſe eſſe leuirum ipſius dicens; & habere quod ipſi renunciaret: Cumque nullum prorſus haberet reſpõſum, fores cubiculi ab hoſpite reſerari iuſſit: Quibus reſeratis Antonium ipſum etiam cum veſtibus exuſtum inueniunt, præter tibialia, faſciaſque crurales, quæ omnino illæſa, & intacta remanſerunt, cum interiori tibiarum parte, quæ faſciis aſtringebatur; ſedes etiam ipſa cum præcedenti nocte matula ſtannea ſuperpoſita fuerat, combuſta, matula vero liquefacta erat. Abellum autem cui inſidentem reliquerat hoſpes Antonium, pene igne abſumptum. Rumor famaque tam horrendi caſus totam cito cõpleuit vrbem. Vidiſſes hinc inde popularium accurrentes turmas, totumque hoſpitium inconditis clamoribus ſtrepituque replentes præ deſiderio viſendi adeo funeſtum, triſtemque ſpectaculum. Aurum argentumque, quod penes ſe habebat periurus, ex parte intactum illæſumq; remanſit: vniuerſa pecunia in manus magiſtratus depoſita. Cranium ipſum capitis combuſtum, cranio alterius cuiuſuis ſimile inuentum eſt, præterquam quod tactum mox reſolutum eſt in cineres, qui cum reliquis incremati corporis cineribus in cœmeterio D. Adriani, in loco abiectiori iuſſu Curiæ nis conditi fuere, antegreſſa tamen inquiſitione vitæ, morumque dicti Antonii. Huius rei fama cum ad aures Principum Belgii Alberti & Eliſabethæ Archiducum Auſtriæ Bruxellas veniſſet, miſerunt Gerardimontes ſiue ad S. Adrianum, vt vulgus loquitur, qui eorum rei euentum perſcrutaretur, atque ita rem ſe habere cognouerũt, vti antea narrauimus. Hiſtoria vere mirabilis, de cuius ſucceſſu euidenter patet, periurium Deo maxime odioſum & inuiſum eſſe, vt & eos, qui ſibi ipſis male precantur, ſiue in anima: error adhuc noſtra tempeſtate ſatis vulgaris. Placet diuinæ bonitati, ita mediante ſua gratia, eorum qui hanc legent audientve hiſtoriam indurata corda emollire, vt in poſterum ab huiuſmodi mendacii periuriique crimine, aliiſque maledictionibus imprecationibuſque ſibi caueant.

Periurium Antonii vectigalium redemptoris.

Sorori eiuſdem Antonii quid tũ acciderit.

Paſtori eiuſdem loci quid etiam contigerit.

Periurus diuinitus cõburitur.

Spectaculum horrendum.

VIII. *Quidam impius mendaciter iurans statim sentit linguam sibi ligatam.*

Greg. Turen. lib. de glor. confess. c. 19.

Quidam eloquium emeruit hoc modo: hic etenim vt cruda operatur rusticitas populorum, iuramentum mendax in ecclesia protulit: mox rigente lingua mutus effectus est, ita vt non vocis humanæ, sed bidentis mugitum simulare videretur. Aduenienſ autem ad S. Dretemonii Episcopi tumulum prosternitur ad orationem, sensitque vt postea adserebat tanquam si aliquis guttur eius tangeret: quod vt credo virtus erat Dominici confessoris. Egressusque, presbyterum qui aderat nutu deprecabatur, vt signum crucis faucibus clausis imponeret. Quod cum presbyter fecisset, iterum prosternitur ad orationem: protinusque eleuatus vocis officio reddito, omnia quæ pertulerat proprio patefecit eloquio.

Deierantis lingua obrigescit.

IX. *De vltione diuina in Elfredum Principem peieranſem.*

Vincent. lib. 24. c. 63.

Elfredus, qui conspirationis contra Elstanum Angliæ regem princeps habebatur, dum Romæ ad altare sancti Petri, præsente Ioanne Pontifice, sui purgandi gratia iurare cogeretur, corruit, & post triduum mortuus est.

X. *De horribi ipœna Michaelis Imp. ob falsum iuramentum.*

Io. Cuſpinia in Michaele cubic. ex Zonara.

Michael cubicularius cum Zoe Regina Romani Argyropoli vxore stupri commercium habebat. Imperator ad se vocato Michaele de amore reginæ interrogauit. Qui omnia inficiatus iuramento per sacra interposito idem fecit, diris se ac execrationibus deuouens, vt regem falleret. Qui cum illi fidem haberet, aliorum sermones calumnias putabat. Ob quam deierationem fertur Michael morbo sacro correptus, qui vsque ad eius mortem durauit. Percircuitus enim quoidam animo linquebatur, cum oculorum conuersione violentoque corporis motu in terram decidens; at reuersus pristinos sensus recuperabat. Quinimo postea quam imperium per Zoen adeptus est, domi plurimumque latitans custodiam quorundam habuit, qui vela circumquaque, cum signa perturbatæ mentis adessent, obducebant: ne astantes patientem morbum viderent. Itaque tandem in cubiculo inclusit.

Michael Imp. ob peiurium sacro morbo corripitur.

XI. *De Comite peiuro buccellæ panis esu suffocato.*

Polydorus Virgil. li. 8. hist. Angl.

Goduinus Cantianorum Comes, Anglis mortuo Canuto III. Alfredum Etheldredi Regis exulis F. reuocantibus, ipsius virtutes formidans, calumniis circumuenit, per insidias in itinere necauit, auctorque fuit Anglis Eduardum III. Alfredi fratrem ad regnum vocandi. Eduardus Goduini scelus in fratrem & amissum condonauit, eius filiam Editham vxorem accepit, & perduellionis reum in integrum restituit. Verum Goduinus nullo consilio effugere potuit meritum supplicium. Accidit vt Haraldus filius, qui Regium poculum miscebat, Eduardo prandenti daret bibere. Is forte vno pede offenso pene lapsus, auxilio alterius pedis sese à casu recepit, stetitq; vino nequaquã effuso. Tum pater, qui cũ rege discũbebat: Nunc, inquit, frater fratrẽ iuuit. Ad hanc vocem etsi per iocum emissam Eduardus turbatus animo (nam in mentẽ ei venit subito interitus Alfredi fratris) in Goduinũ conuersus ait: Sic mihi meus frater auxilio esset, si per te licuisset. Tum homo facinorosus iram Regis veritus, cœpit sese excusare, diuinumq; numen ad innocentiam declarandũ iusiurandum adiiciendo, perinde quasi cũ ignaro ageret, appellare, dicens: Si vnquam, rex, quicquam in necẽ fratris tui, aut in te machinatus sum, precor vt Dei nutu istud panis frustũ me illico strangulet. Quæ vbi dixerat, sumpto pane, subito præclusis faucib. suffocatus est: ac ita patricidium morte compensauit.

Bucellanis interitur falsum iurans.

XII. *De muliere periura mox contagio percussa, & ad Crucem facta sana.*

Ex lit. Soc. an 1581. Residentia Conanensi Indiæ Orientalis.

Recens nostri temporis exemplum est, quod accidit anno 1581. in India orientali in residentia Coulanensi; & habetur hoc modo: Res accidit in iis partibus permira, qua incolis multo maior in S. Crucis signum pietas, cultusq; iniectus est; Cum enim mulier quædam ex mancipiis ad Crucem iuratura accessisset, teterrimum sibi morbum imprecata, ni res ita se haberet, postero die periura eo ipso morbo corripitur, atque à domino, qui morbi contagionẽ metuebat, domo eiicitur. Itaque cum ab omnibus deserta esset, iudex misericordia motus mulierem ad Crucis imaginem deducit, monetque, vt periurii veniam petat; pusillum etiam puluerís, qui ad imam Crucem iacebat, illius collo suspẽdit. Mirum dictu: tertia die facta est sana mulier.

Mulier peierans tabe afficitur.

TIT. XXVII. De fide seu promissione alteri etiam hosti facta, non frangenda.

Iosue cum Principibus fidem Gabaonitis infidelibus et iam fraudulentis non violauit, sed vita salua & altaris ministerium eos arrinxit. *Ios. c. 9.*

Sed Saul quia iisdem Gabaonitis, quibus iurauerant filii Israel, iusiurandum violauit, omnis eius familia, excepto Miphiboseth, suspensa est sub Rege Dauid quando ob eam perfidiam fames triennis immissa fuit super terram. *2. Reg. 21.*

Sedechias Nabuchodonosori ethnico iuramentum dedit, se in ipsius dominatione permansurum, sed vbi defecit, & ad Ægypti Regem transfugit, vastatum est eius regnum, maxime autem vrbs sancta & Deo dilecta. *Hier. 37. & 39.*

EXEMP. I. *De fuga & nece paganorum fidem violantium insigne miraculum.*

ANno Domini septingentesimo septuagesimo sexto Saxones iterum Carolo Magno rebellarunt,

Ex Annal. Franc. Ba-

ren. tom. 9. Annal. Eccl. ad an. Dom. 776. 4.

runt, ruptis Sacramentis & obsidibus promissis mẽtitis, & Eresburgum castrũ per mala ingenia & inqua placita capientes, Francos expulerunt, & castrũ destruxerunt. Similiter voluerunt facere de Sigisburdo castello: sed dum per placita Francos, qui intus erant, non potuissent illudere, sicut fecerant alias de Eresburgo, præparauerunt puguas & machinas vt castrum vi caperent; Deoque volente, petrarias, quas parauerunt, in suo, plus damno senserunt, quã illi de castello. Item præparauerunt clitas ad debellandum per virtutem castrum; sed Dei virtus superauit illorum virtutem. Quadam autem die cũ bellum præpararent aduersus Francos, qui ipsum castrum custodiebant, apparuit manifesto * gloria Dei supra Ecclesiam, quæ est infra ipsum castrum, vidẽtibus cunctis tam à foris, quam etiam deintus; ex quibus multi manent adhuc, qui dicunt vidisse se instar duorum scutorum colore rubeo flammantiũ, & agitantium super ipsam Ecclesiam. Cum hoc signum vidissent Pagani, qui à foris erant, statim confusi sunt, & magno timore perterriti fugere cœperunt ad castra, & omnis multitudo eorum fugam arripiens, alii ab aliis inuicem interficiebantur, & qui retro respiciebant propter pauorem, ab antecedentibus lanceis confodiebant ir, & diuersos ictus inter se perpessi sunt omnes, & diuina vltione * vindicati. At quantum supere[rat] Dei virtus propter salutem Christianorum operata est nullus narrare potest, & quanto plus illi pauore perterriti sunt, tanto magis Christiani confortati omnipotentem Deum laudabant, qui dignatus est ostendere potentiam suam super seruos suos. Ita Francis viriliter resistentibus, Saxones nihil præualuerunt, & Franci persecuti eos interfecerunt vsque ad flumen Lippiam, & cum victoria reuersi sunt.

Saxones Carolo M. rebelles.

Ingens miraculum de fuga & nece Saxonum.

* gladius.

* iudicati.

Saxones profligantur ac propriis armis interimuntur.

II. *De fide hosti data seruata à Ioanne Galliæ Rege.*

Polydor. Virgil hist Ang. lib. 10. Iac. Meyer li. 17. Annal. Flãd.

Ioannes Galliæ Rex, ab Eduardo Walliæ Principe Regis Angliæ filio ac hærede captus, data fide in Galliam rediit, ad ea paranda quæ ex pactione debebat: quæ cum perficere non posset, in Angliam reuertitur: vt pactis staret; breuiq; morbo oppressus è vita excessit.

III. *De Guidone Flandriæ Comite, qui maluit in carcere mori, quam fidem hosti datam violare.*

Fulgos. lib. 6. & Iac. Meyer lib. 10. histor. Flandr.

Guido Flandriæ Comes bellum mouens in Philippum Pulchrum Galliæ Regem, ab eo captus est; eaq; conditione in Flandriam dimissus, vt in fidem Regis alienatos Belgas reduceret, interposito iureiurando, rediturum se, nisi eos permoueret. Rediit, carceri se restituit, in eoque paulo post mortuus est vitæ commodo fidei religionem anteponens.

IV. *Marcus Gutterius septem annis in arce ab hoste obsessus mori paratior fuit, quam fidem Præfecto datam violare.*

Petr. Ribadeneira lib. 2.

Non minus admirationis peperit constans fides Marci Gutterii arcis Aguilariæ nomine Didaci Lopetii Præfecti, quam Alphonsi Legionensis Regis copiis ac militibus cinctam septem annos strenue propugnauit. Cæterum cum, mortuis præsidiariis militibus, ipse etiam inedia & fame conficeretur, arcis claubus collo appensis, humique iacens, integra fide mori cupiebat: Verum hostes in arcem ingressi, Marcum exanimem ac prope fame enectum reperientes adhibitis remediis curarunt. At postquã ad se rediit, ingemuit, quod in defensione præsidii se mori prohibuissent, vt datam fidem integre seruasse videretur.

Marci Gutterii constans promissio

V. *Almenor Rex Toletanus fidem Alphonso VI. datam inuiolabiliter seruat.*

Quid dicam de Asmenore Mauro Toletano Rege? quanta cum humanitate Regem Alphonsum sextum à fratre Sanctio ad se fugientem excepit? Qua fide conseruauit, & magorum consiliis restitit, qui ad necem Alphonso inferendam hortabantur, quod eum Toletanæ ciuitatis euersorem fore diuinarent? Quanta etiam constantia & fidelitate non modo liberum abire permisit, sed etiam muneribus auxit, postquam cognouit hæreditario iure Sancti regna ad Alphõsum peruenisse. Quæ omnia præstitit Arabs, vt promissa seruaret ei, qui tanta fiducia eius se fidei potestatiq; tradidisset.

Io. Chron. Cidensi ap. Pet. Ribadeneiram lib. 2. de Principe cap. 15.

Fidem datã inuiolabiliter Princeps seruare debet.

VI. *De fidelitate eodem Alphonso VI. eidem Almenori suo tempore integre reddita.*

Ille ipse Alphonsus sextus, cui Maurus tam constantem fidem præstiterat, fidelitatis, qua in eum ipsum vsus est, quem tam benignum in se fauentemque senserat, exemplum præbet. Cum enim in Oliæ oppidulo in eius potestatem Maurus venisset, id in primis curauit, vt iurisiurãdi, in quod adegerat, cum in eius esset arbitrio, se religione solueret: quo facto de integro renouatam amicitiam nouo Sacramento firmauit, & in fide data integre incorrupteq; perstitit. Quę ideo fecit, vt ostenderet, se non duci promissi pœnitentia, sed ad Regiam spectare generositatem, id vt præstaret generosa quadam & spontanea mentis inductione, non coactus, aut iuramento alligatus.

Pet. Ribadeneira lib. 2. de Principe cap. 16.

Fidei alteri datæ & seruatæ merces.

TIT. XXVII. PARS ALTERA; De fide hosti non seruata.

EXEMP. I. *De Hunnis perfidiæ nota accusatis à Persarum Rege morte mulctatis.*

IVstinus Imperator cum bellum contra Persas gereret, Hunnos gentem bellicosam armorum sociosibi adiungere cupiens, auxilium ab eorum Rege petiit; qui, acceptis stipendiis, & muneribus ab Imperatore submissis, opem promisit: Sed cum a Per-

Ioan. Zon. 3. p. Annal. Constanti in Iustino.

Persa etiam Hunnorum Rex ad amicitiam societatemque coeundam, & arma communiter inferenda inuitaretur, ad illum adiit, spe maioris commodi incitatus. Hoc vbi comperit Iustinus, Persarum Regē de re tota certiorem factum, ne barbari promisso fideret, commonefecit. Persa veritate facti diligenter inuestigata, compertaque, Regem, eiusque milites interfici iussit; illum, vt hominem perfidiosissimum; istos, vt socios, consociosq; periurii.

Hunnorū Rex cum suis ob perfidiam occiditur.

II. *Vladislaus Hungarorum Rex ob fœdus cum Turca Amurathe violatum cum suis fugatur & trucidatur.*

Antonius Bonfinius lib. 26. de rebus Hungar. dec. 3. & Chron. general. Hist. par. 4.

Compositis inter Regem Vladislaum & Amurathem Turcarum Imperatorem rebus omnibus, Rex Hungariæ violato fœdere, prior in Turcam bellum mouit, initoque prœlio, Turca, cum suos in pugna non sine magna cæde fugari conspicaretur, ad expianda fidei violatæ piacula, ad vlciscendam Christianorum perfidiam, & ad vindicandum ius reciſſæ pacis, depromptum è sinu codicem initi sanctissime fœderis explicat, intentisque in cœlum oculis: *Hæc sunt*, inquit, *Iesu Christe fœdera, quæ Christiani tui mecum percussere, per nomen tuum sancte iurarunt, datamque sub nomine tuo fidem violarunt, perfide Deum suum abnegarunt: nunc Christe, si Deus es, (vt aiunt) & nos hallucinamur, tuas measq; iniurias precor, vlciscere, eis, qui sanctum tuum nomen nauarunt, violatæ fidei pœnas ostende.* Vix hæc dixerat, quin primum in se impetum expectabat, cum prælio, quod anceps, ac dubium diu fuerat, inclinare cœpit: nam camelorum onerariorum interuentu à cæde ad prædam Hungari animos conuerterant. Tandem trucidato Rege Vladislao, Hungari in fugam coniecti nobilem victoriam Amurathi reliquerunt.

Pax inter Vladislaum Poloniæ & Hungariæ Regem, & Amurathē decennio sancita.

Fides à principe data inuiolabiliter seruanda.

III. *De Perose Rege Persarum casu in bello ob violatam cum aduersario fidem.*

Niceph. Call. lib. 16. histor. Eccles. c. 36. Procop. lib. 1. de bello Persico.

Perose Rex Persarum, Nephtalitis Hunnis bello illato, inglorius in regnum suum rediit. In angustiis enim quibusdam, vbi eos insequebatur, agmine eorum confertò circumuentus, & exitu earum omni præsidio clauso ab eis captus est. Itaque ad necessitatem eam redactus pacem ab illis petiit. Nephtalitarum autem Rex non prius conditiones pacis admisit, quam Perose corpore inclinato adorationis ei honorem præstitit, & sponsione vna cum iuramento interposito confirmauit, nunquā se Nephtalitis bellum illatutum esse. Et ille vel inuitus rem eam, quæ præter rationem esset, temporis necessitate adactus fecit, & cum dedecore maximo domum reuersus est. Postea vero ignominiam eam non ferens, contra iurisiurandi religionem, cum exercitu contra eos profectus est. Et cum illi rursum insidias ei struxissent, propter iusiurandum violatum cæsus est.

Vindicta in Perosem ob fidem violatam.

IV. *De Aistulpho Longobardorum Rege ob violatum iusiurandum miserè mortuo.*

Aistulphus Longobardorum Rex inito regni sui pacem cum Zacharia Pontifice Romano, deinde cum eiusdem successore Stephano II. innouatam iuramento confirmat: sed, quoniam ambitio & imperii latius propagandi cupiditas tantum iuris in animis Principum habet: iureiurando per summum facinus contempto, & exarchatu Rauennate in suā potestatem redacto, Romam armis lacessere cœpit, vt eam, si posset, suę ditioni adiungeret: cumq; multis frustra tentatis, ad fidem seruandam induci placarique nō potuisset, sanctissimus Pontifex Stephanus ad Deum supplex confugit, vt orationibus & lachrymis obtineret, quod ab impio rege impetrare non poterat. Mandat ergo iurisiurandi ab illo præstiti formulam tabulis exceptam ad crucem præaltam affigi: ipse vero cum populi Romani Cleri instructo agmine in solenni publicæ supplicationis pompa nudis pedibus incedens, multis Antistitum comitantibus, Seruatoris imaginem miraculis illustrem humeris gestabat. Tam religiosas preces sic exaudiit Deus, vt armis Pipini Galliæ Regis coactus Aistulphus reddiderit Ecclesiæ quicquid per vim abstulerat, & non multo post miserandum in modum è viuis excesserit, excussus & ab equo præceps lapsus, vel (vt alii narrant) ab apro dilaniatus.

Carol. Sigon. lib. 3. de regno Italiæ.

Ambitionis pœna.

Orationis vis.

Supplicatio solennis.

Iuramenti violati pœna.

V. *Ludouicus Princeps Prouinciæ in perfidiæ pœnam oculis ac regno priuatur.*

Ludouicus Bosonis filius, ortus ex Caroli Magni stirpe, regnabat in Prouincia. Hic à quibusdam Italiæ principibus Berengarii infensis solicitatus, & potissimum Adelberto Berengario genero, spe Italici regni illectus montes transcendit, initoque prælio in eas angustias à potentissimo hoste redactus est, vt eius potestati se traderet. Eum Berengar. ex Italia excedere cupientem, pro sua clementia liberum atque incolumem in patriam redire permisit, iureiurando tamen adactum, se Italicis rebus temperaturum, nec deinceps arma moturum. Sed Ludouicus inrisiurandi immemor, & clementiæ ac benignitatis, qua in eum vsus fuerat Berengarius, oblitus, deceptus cupiditate regnandi, & vana quadam spe, quam ex Primatibus Italiæ quibusdam ostentabāt, delusus, in Italiam reuertitur, & post varios incerti Martis euentus, cum esset Veronæ, in hostis manus iterum incidit; à quo in perfidiæ, & ingrati animi pœnam, non oculis tantum eruti, sed vsurpato per iniuriam regno priuatus est.

Carol. Sigon. lib. 6. de regn. Italiæ.

Fœderis violati pœna grauis.

VI. *De internecione Danorum in Anglia ob violatam fidem.*

Anno Domini millesimo duodecimo, Huna quidam Regis Angliæ Ethelredi militiæ princeps, vir strenuus & bellicosus, qui sub Rege regni negotia disponenda susceperat, videns Danorum insolentiam, qui iam post pacem factam per totam Angliam

Matth. West-Monasterienſis apud Baron. tom. 11. ann. 1012. 13.

Angliam adeo superbiendo inualuerant, quod vxores virorum nobilium & filias vi opprimere, & vbique ludibrio tradere præsumpserant, accessit perturbatus ad regem, & querelam super his disposuit luctuosam. Tunc Rex non mediocriter commotus, eiusdem Hunæ consilio misit litteras ad omnes regni fines, mandans nationibus singulis & vniuersis, vt sub vna die in Festo sancti Brictii Episcopi omnes Dani per Angliam constituti furtiuo impetu morti traderentur, vt simul & semel de oppressione Danica omne genus liberaretur Anglorum. Sicq; Dani, qui firmo fœdere paulo ante vtrimque iurato cum Anglis pacifice habitare debuerant, opprobriose nimis sunt perempti, mulieres cum liberis ad domorum postes allisæ miserabiliter animas effuderunt. Cum igitur huius decreti sententia apud vrbē Londonienſem absque misericordia exequeretur, fugerunt multi Danorum ad quandam Ecclesiam in ciuitate, vbi omnes sine pietate ipsis adstantes altaribus sunt perempti.

Dira vltio in Danos ob fidem violatam.

VII. *Capitanei principi suo fidem falsificantes grauiter plectun.ur.*

Socrat. lib. 4. hist. Eccl. c. 5.

Cum Procopius Tyrannus à Constantinopoli, Valenti Imperatori ad confligendum paratus occurreret, audito hoc, Valens relicta Antiochia, cum illo prope Nacoliam Phrygiæ ciuitatem conflixit: & prima quidem pugna inferior, paulo tamen post Procopium viuum cepit, traditum sibi à Ducibus illius Agelone & Domario; quos etiam nouis suppliciis subiecit, & illos quidem, spretis iuramentis, quæ ipsis iurauerat, ferris dissectos occidit: de tyranno vero hasce pœnas sumpsit: Duas arbores locis inter se vicinas deflexit, & cuique alterum tyranni crus alligauit, ac deinde arbores in suam quamque stationem redire erigique permisit. Illæ erectæ Procopium discerpserunt, atq; ita tyrannus in duas partes sectus interiit.

Perfidorum pœna.

VIII. *Cui vita periculo sese exposuerit Petrus Ansurius ob fidem datam minime præstitam.*

Chronicon generale Hisp. p. 4.

Æquum non est, vt Petrum Ansurium equitem Castellanum, fortitudine ac generis antiquitate insignem virum silentio præteream. Hic cum præfectus esset quibusdam Castellani regni præsidiis & arcibus, & in Vracæ Reginæ Castellę, Alphonsique Aragonum Regis eius viri verba iurasset, vtrique se castella munitionesq; conseruaturum, orto postea inter Regem Reginamq; dissidio, existimauit suum esse, arces & loca munita Reginæ, ad quam iure pertinebant, restituere. Et quia non poterat Alphonso, cui simul iurauerat, arces tradere, laqueo in collo iniecto Regem adiit, & procerum turba spectante supplex orauit, vt Sacramenti non tam sponte, quam necessitate quadam violati à se pœnas reposceret.

TIT. XXVIII. De Blasphemia.

Blasphemia est maledicentia contra Deum, vel Sanctos eius, ex malo voluntatis affectu. *Blasphemia quid sit?*

Eius generis exemplo est filius mulieris Israëlitidis, qui precepto Domini lapidatus est, quo i nomen eius blasphemauerit. *Leuit. 24.*

Holofernes ind gnatus, quod Achior potentiam Dei cœli commendasset, dixit: Quia prophetasti quod gens Israël defendatur à Deo suo, ostendam tibi quod non est Deus, nisi Nabuchodonosor, cum percusserimus omnes quasi hominem vnum. *Iudith. 6.*

Verum postea per vnius fœminæ manum caput eius amputatur. *Iudith. 13.*

Blasphemus & superbus Antiochus insanabili & inuisibili plaga percussus est. *2. Machab. 9*

Sic & Iudæi sæpius blasphemas voces in filium Dei euomuerunt. *Matth. 26. & 27.*

Latro improbus cruci affixus etiam blasphemabat, cum diceret: Si filius Dei es, salua temetipsum & nos. *Luc. 23.*

Propter blasphemiam D. Paulus Alexandrum & Hymenæum demoni torquendos permisit. *1. Tim. 1.*

EXEMP. I. *De Olympio Ariano in S. Trinitatem blasphemo diuinitus percusso.*

ANno Domini quadringentesimo nonagesimo quarto, octauo Calendas Ianuar. res admiranda, terribilis, & singularis, qua aures audientium obstupebant, euenit. Olympius quidam nomine, cum Euthymius Arianæ factionis defensor cursorem saltantem citaret in balneis Palatii Heleniani, accedens ad eum qui præmolliebat, & quosdam qui lauabantur ὁμοούσιος, hoc est eiusdem substantiæ de Filio dicti comprobantes conspicatus, istiusmodi eos verbis compellauit. Quid enim est (inquiens) Trinitas? aut quo nō in pariete inscripta est? Membrisque corporis necessariis apprehensis, Ecce (inquit) & ego Trinitatem habeo. Quarquæ adderant, commoti illum erant interfecturi; sed in valli ambitu prohibiti sunt a quodam magno sanctorum Apostolorum presbytero, viro admirando, Deique studioso, qui sic eos allocutus est: Iustitiæ non latet oculum cuncta spectantis & punientis. Cum igitur hominis veneratione quiescerent, surrexit Olympius blasphemus ille Arianus, & calidarum aquarum balneo lotus (vt fit) ad illud quod frigidas continebat ingreditur (suscipit enim aquas è terra medium venerandi altaris sanctæ ædis Stephano Protomartyri dicatæ, quam Aurelianus inter veteres præcipuis dignitatibus illustris ædificauit, ex quo diuinis aquam spectaculis fieri dignam existimo.) In hoc ille cum descendisset, confestim egressus est, clamans: Miseremini. Et carnes suas vngulis dilacerans ab ossibus diuellebat. Hunc illi qui circum aderant comprehensum linteo obuoluerunt, & præfrigo-

Ioan. Damascen. de Imagin. Orat. 3. Plat in vita Athanas. 2. Ado in Chro. ætat. 6. Io. Vasæus ad ann. Domin. 499 Baron. tom. 6. ad an. 493.

Horrenda blasphemia Olympii in S. Trinitatem.

Olympius hæreticus Arianus blasphemus datur pœnas.

frigore animo deficientem reclinarunt. Rogantibus autem, quidnam illi contigisset? respondit Olympius: Hominem vidi candidis indutum vestimentis, qui super Nerophorum incidens tres mihi calidæ ficlas infudit: Ne maledixeris, inquiens. Qui igitur erant illi necessitudine coniuncti, sublatum in aliud balneum, quod Arianorum hærebat Ecclesiæ, gestarunt. Verum cum ex linteo vellent illum eximere, omnes illius carnes dilacerauerunt; atque ita moriens animam efflauit. Quæ quidem res per totum fere peruagata regnum est. Prodiderunt autem quidam; Olympium, cui id contigerat quodã tempore ab eorum, qui filium Homousium, hoc est, eiusdem essentiæ cum Patre fatebantur, cœtu ad Arii partes defeciſſe.

Dira vltio in Olympium Arianũ.

II. *De suprema Iuliani Apostatæ letifere casu in Christũ blasphemia.*

Ex Niceph. Call. lib. 10. hist. Eccl. c. 25. Hister. Trip. lib. 9. hist. Eccles. c. 25.

Iulianus Imperator, Apostata, in bello, quod contra Persas gerebat, grauiter vulneratus, cum è vulnere caua manu sanguinem hausisset, atque eum in cœlum veluti Christum conspiciens coniecisset, perinde arq; causam cædis suæ in eum referret, ita vociferatus dicitur: Vicisti, Galilæe, vicisti. Arq; ille idem sic se habens & sanguine diffluens, diserte; Satiare tandem Nazarene, exclamauit.

Blasphemia Iuliani in Christum.

III. *De Anthemio in Christum Dominum blasphemo à dæmone correpto.*

In vita S. Io. Chrisost. ap. Surium 27. Ianuar. ex Metaphr.

Cum Anthemius quidam, qui non parui quidẽ nominis fuit propter studium eloquentiæ, gentilis autem religione, alioquin linguæ nimis & sermonium indulgens, Beato Ioanni Chrysostomo Archiepisc. Constantinopol. religionis diuersitatem obtruderet, ipsi sic respondit sanctus vir: Quod dicis me esse dissimili vobis religione, erubescerem, si viderer tacere, ducens hoc esse pudendum; ego enim Deos neq; noui, nec me eos vnquam esse adoraturum profiteor. Absit vt adeo desipiam, & sit mihi lingua tam temeraria; sed vnus mihi Deus est Christus, qui cognoscitur in Patre & Spiritu, qui & [illegible] nitio produxit ex nihilo, & nunc ineffabili ea virtute continet, & annuos nobis fructus suppeditat, & manum aperiens omne animal implet benedictione. Sed non Christus, dixit interpellans Anthemius, producit hæc fructus annuos, sed elementa mundi suis temperaribus producunt, deorum prouidentia. Non non finem acceperat eius sermo, cum à maligno spiritu possessus, & terræ allisus, misere iacebat rugiens; lacrymarum & timoris simul causa iis, qui aderant, peruerteus quidem oculos, stridens autem dentibus, spumam vero ex ore turpissime expuens.

Anthemiũ blasphemũ inuadit dæmon.

IV. *Vt diuina vindicta diuinæ pœnas exegerit ab eis, qui contra Dei matrem blasphemam ausi sunt mouere linguam.*

Niceph. Call. Lib. 18 hist. Eccles. c. 33.

Græci quidam siue Gentiles in cuiusdam domo conuiuantes, & vino sese inuitantes, post prandium simul atque satis adbiberant, blasphemare & conuiciis proscindere Verbi matrem cœpere: postremũ hoc compotationi adhibentes studium, vt quæcunque aliquis eorum excogitare posset absurda atque indigna, per ea ridens œconomiæ & dispensationis salutis nostræ mysterio illuderet. Impietas ea postquam innotuit, illi quidem condignas petulantis in Dei matrem diuinitus simul & humanæ vindicatæ. linguæ pœnas dedere: ædium autem, in quibus cõfidentes graui blasphemiæ indulserant, Dominus à sacris nostris non alienus, tum quidem, quod res ita tulerit, periculum effugit. Non multo vero post, noctu ei dormienti in somnis Dei genitrix astitit, cui diligentius: Ecquid se, quænam esset, nosset, percunctanti: postquam ipse, nosse se eam professus est: illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam reuocauit. Tum ille miser supplex illi esse, veniamq; delicti petere, & ne tam cito morte plecteretur, sed tempus ei pœnitentiæ relinqueretur, orare. Illa daturum se hoc ei, neq; in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum promittere: vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca veluti exarans circumscribere. At ille somno discusso, membra ea quæ vimine notata fuerant, statim ab reliquo corpore disrupta inuenit, recenti sanguine profluente: Et in publicum productus iustum omnibus iudicium promulgauit. Qui vero id audierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum miraculum, cecinerunt. Matrem itidem Dei celebrarunt, quæ ita semper Christianorum genus tueretur, quæq; nouo quodam modo affectionem erga nos suam, quamuis præter naturam eius sit, vt quenquam puniat, vi quadam adacta ostenderet, vt scilicet religio nobis stabilis & firma esset.

Blasphemia

Alieni peccati cõsortem etiam plectitur.

V. *De Leone viro sauissimo, Sanctos Dei blasphemante, surdo & muto effecto.*

Greg. Turon. lib. 4. histor. Franc. cap. 1.

Leo quidam Pictauiensis, qui nominis sui tanquam leo erat in omni cupiditate sæuissimus, fertur quadam vice dixisse, quod Martinus & Martialis confessores Domini, nihil fisci viribus vtile reliquissent. Sed statim percussus à virtute Confessorum, surdus & mutus effectus, amens est mortuus: venit enim miser ad basilicam Sancti Martini Turonos, celebrauitque vigilias, dedit munera, sed non eum respexit virtus consueta: cum ipsa enim quã venerat infirmitate, regressus est

Leo blasphemans in sanctos obsurdeit.

VI. *De blasphemis lepra percussis.*

D. Anton. 2. p. sua summ. tit. 8. c. 3. Vinc. in spec. histor. Nicol. Boer. decis. 301. ex Pet. Dam. epist. 17. l. 2. ad Desiderii Abbatem.

D. Antonius in sua summa hoc ponit exemplum: Duo amici & compatres, in Bononiæ partibus, cum discumberent in conuiuio, allatus est gallus cum pulmento; vnus eorum arrepto gladio in frusta discecuit, tritumque piper cum liquamine perfudit, quo facto alter ait; Profecto compater, sic explicuisti gallum istũ, vt S. Petrus, si vellet, reintegrare non posset. Cui alter subintulit; Plane, non modo si sanctus Petrus, sed si Christus imperaret, gallus iste in perpetuum non resurgeret. Ad hanc vocem repente gallus viuus coopertus plumis exiliuit, alas percussit & cecinit, & plumas excussit, totumq; liquamen

super

Blasphemus in S. Petrum lepra percutitur.

super eos, qui vescebantur, aspersit. Illico sacrilegi blasphemi in aspersione piperis lepra percussi sunt, quæ plaga lepræ in posteris eorum hæreditaria remansit, vsque in finem.

VII. *De blasphemia fabri insigni admodum miraculo castigata.*

Vincent. Mayard. in vita S. Antonini apud Surium 3. Simon Maiolus colloq. 19.

Cum idem sanctus vir Archiep. Florentinus intellexisset, in fornacibus, quæ sunt in Apennino, ferrum, velut quidpiam liquidum fluere, spectaturus eo aliquando se contulit, sociatus aliquot comitib. Ibique accidit res plane memoranda, Faber ipsorum aduentu permotus ad iracundiam, quod diceret eos sibi esse incommodo, vsq; ad blasphema verba proruperat, qua ex re ingens prodiit miraculum: Ferrum enim, quod ab igne velut aqua defluere consueuerat cœpit velut congelascere, ac nullis ignib. nullis follibus; totius noctis interuallo, incendi, ac fluere: cassum itaque laborem faber animaduertens Archiepiscopum adiit veniam postulans, sibique etiam benedici rogitans; mox vt homini benedixit Archiepiscopus, reddita est ferro pristina vis, vt incensum etiam liquidum pro more defluxerit, velut ad solis radios glacies.

Fabri blasphemia miraculo detegitur.

VIII. *De capite cuiusdam blasphemi lapide tormentario mirabiliter concusso.*

Tripart. lib. 10 Eccl. hist. c. 28. an. 411.

Cum Gororanes Persarum Rex triginta iam diebus vndique ciuitatem obsedisset, & multa machinamenta construxisset ad eam expugnandam, solus Eunomius istius loci Episcopus restitit, & impetum molimnis eorum machinasque destruxit. Vnus autem partis hostilis vir dum consuete blasphemaret, & Rapsacis atque Sennacherib verba profunderet, & cum væsania minaretur sacrum se concrematurum templum; ille vir sanctissimus non ferens huius insaniam, iussit baliam poni iuxta propugnaculum, quæ Apostoli Thomæ habebat vocabulum, & maximo in eam lapide coaptato. In nomine, inquit, eius qui est blasphematus, lapidem tenso arcu dimittite. Tum lapis emissus veniens vsque ad faciem nefandissime blasphemantis vultum eius valde corrupit, caput contriuit, cerebrumq; in terram dispersit. Hoc cum dux exercitus cognouisset, qui se ciuitatem capturum esse minabatur, siluit, & rebus ipsis victum se esse professus est, & metuens quæsiuit pacem.

Miles blasphemans sceleris pœnas luit.

IX. *De puero quinquennì Deum blasphemare assuescente à dæmone è sinu patris abrepto.*

D. Greg. 4. Dial c. 18.

Ad hanc rem terribile quoque & valde formidãdum adducit exemplum diuus Gregorius de quodam puero quinquenni, qui à parentibus suis ciuibus Romanis in deliciis bene nutritus consuerat pro minimo Deum blasphemare. Et superueniente peste in vrbe, ille puer inter brachia patris eum tenentis interfectus est, qui primo cœpit clamare, Obsta pater, obsta pater. Qui clamans declinauit faciem, vt se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille tormentem requireret, quid videret, puer adiunxit dicens: Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset, maiestatis nomẽ protinus blasphemauit, & interea verba vltimum exhalauit spiritum: vt enim omnipotens Deus ostenderet, pro quo reatu talibus fuisset traditus executorib. vnde viuentem pater suus noluit corrigere, hoc morientem permisit iterare; vt qui diu per diuinitatis patientiam blasphemus vixerat, quandoque per diuinitatis iudicium blasphemaret & moreretur, quatenus reatum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filii animam negligens, non paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutrisset.

Puer quinquennis maiestatem Dei blasphemans à dæmonibus aufertur.

X. *Famulum blasphemas voces eructantem dæmon contendit abripere.*

D. Wilh. Rubdan. Ep. Ruremond. l. b. de fugiend. ad lucan. 12. & Iud. l. 7. c. 15 an. Do. 1571. 27. Decemb.

Anno à natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, tempore Wilhelmi Nassouii Aurangiæ principis contigit, quendam rusticanæ villæ in Merum vico parochiæ Harten iuxta Ruremundam famulum apud Medardum Meister Henrichs commorantem, die sabbathi ante Dominicam Esto mihi, proficisci vna cum equis & vehiculo ad montem Odiliæ, myricam aduehendi causa, & in reditu vehiculum frangi. Quod dum reficeret, Petrus famulus, quadam victus impatientia in blasphemas erupit voces, ruricis plebique imperitæ, proh dolor, familiares: quæ tum apparuit eques nigro hinnienti atque humanti vectus caballo, dicens: Adolescens, [illegible] tuum vehiculum, & veni mecum vna cum Goesiis versus Franciam: ego sum [illegible] duarum cohortium equitum tu mihi bene inseruies, ego satis pecuniarum, & bonorum habeo. Cui Petrus respondit, quod non, & se debere proficisci domum, & animaduertens equum vnum tãtum habere aurẽ, signauit se signo crucis, & statim euanuit prædictus vir vna cum equo. Et postquam Petrus vlterius progressus fuisset, apparuit iterum eques. Sed Petrus respondit, se debere esse domi sub vesperam, quod cum sociis aliquo esset vocatus, signando se iterum signo crucis. Cum aũt illi simul esset audiuerunt quendã [illegible], ad cuius sibilum Petrus etiam sibilauit, & appropinquans Petro dixit ei: Conscende retro dorsum equi mei. Cui Petrus, Ego [illegible] ibo. Veneruntq; adædes Medardi, vbi Petrus, iussu equitis tubam inflãs, & rogatus à duobus sociis qui præcesserant, cur tubam inflasset, respondit: Debes conuocare equites, quia statim debemus discedere; & mox detrusus est Petrus in lacum ibi existentẽ, ex quo prædicti adolescentes eum retraxerunt, & in cuili super manipulum stramineum collocarunt, prope lectum duorum adolescentum, vnde spiritus per paruulum admodum foramen eum in aera abduxit, & super arborem pirum collocauit: & cum duo adolescentes eum quærerent, rogauit eum spiritus; Cui vis adhærere? Volo respondit, adhærere Domino Deo, & huic arbori, & tunc deseruit eum spiritus, multis arboris ramos frangendo.

Famulum blasphemũ abducit dæmon.

XI. *Supplicio extremo blasphemos adiudicat Iustinianus Imperator.*

In Auth. coll. 6. tit 5. vt nō luxurientur. & lib 2. nouell. tit 29.

Iustinianus Imperator iurantem per Dei aliquod membrum, aut per capillos, aut Deum blasphemantes, vltimo supplicio damnat.

XII. *Blasphemos cauterio ignito mulctandos vult Lud. Franc. Rex.*

D. Anton. 3. p. Chron. tit. 19. cap. 94. Paul. Æmil. lib. 7. hist. Franc.

Beatus Ludouicus Franciæ Rex fieri iussit edictum contra blasphemantes nomen Domini, vel Virginis gloriosæ, adiiciens pœnam igniti cauterii in fronte transgressoris imprimendi. Et cum semel quidam secundum sæculum generosus in hoc vitium lapsus fuisset, denunciatus in iudicio, multique pro eo apud Regem intercederent, vt pœna illa in alteram commutaretur, attenta nobilitate eius, nequaquam acquieuit, dicens: Ego pro gratia reputarem mihi, vt tale signum in fronte mea poneretur, dummodo tantum scelus de regno meo extirparetur.

XIII. *De pœna blasphemis & artificibus voluptariis à Philippo Gallorum Rege irrogata.*

Theatr. vitæ hum. vol. 13. lib. 3 ex Roberto Gaguino lib. 7. & aliis.

Philippi Augusti Francorum Regis viuo patre coronati primum edictum fuit aduersus blasphemos, nomen Christi contumelioſe probroseque in testimonium, & cuiusuis minimæ rei assertionem adducentes, quo censuit[illegible]men citra moram mergendos. Secundum fuit aduersus tibicines, histriones, parasitos, & id genus voluptuarios artifices, quibus interdixit aula.

XIV. *Qua ratione Canones puniri iubeant blasphemos.*

§. 1. c. si quis per capillum.

His haud parum consonus est Canon, qui habetur 22. vbi sic legitur: Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit, si in ordine ecclesiastico est, deponatur; si laicus, anathematizetur. Et in Authenticis. Ne luxurietur contra naturam. Nemo iuret per membra Dei, aut capillos, aut alio modo Deum blasphemet: his enim delictis, & fames, & terræ motus, & pestilentiæ fiunt. Præcipimus igitur tales comprehendi, atque vltimis subdi suppliciis.

Coll. 6. ff. Omnibus hominibus.

XV. *Blasphemia crimen perturbati regni causam esse.*

Nic. Boerius decis. 301. ex glo. in proœm. prag. sanct. ff l. 9. col. 3.

Roberto Francorum Regi filio Hugonis Capet, aliquando in ciuitate Aurelianensi pro pace & Regni sui tranquillitate oranti Christus apparuit, & respondit se fecisse quod pacem in regno non haberet suo, donec blasphemias & crimina notoria extirpasset. Nec mirum, hoc enim procedere videtur ex odio ad Deum: odium autem Dei peccatorum maximum est.

Odium Dei quantum crimen.

XVI. *Blasphemiam calumnia longe esse grauiorem.*

Theatr. vitæ hum. volum. 13. l. 4.

Anno salutis 1569. duo præsidiarii milites apud Argentinenses in vincula coniecti, alter in Deum blasphemans, alter in Præfectum cohortis iniurius. Pro illo, obspectatam fortitudinem, optimi quique intercedebant; pro hoc vero nulli. Senatus prudentissimus indignum ratus, violatorem Dei meliore conditione esse, quam calumniatorem hominis, causæ cognitione iis, quibus oportuit, demandata, vbi blasphemiam horrendam, licet ab ebrio & emotæ mentis homine, admissam cognouit, plus diuinæ maiestati, quam humanæ gratiæ & intercessioni tribuendum ratus, supplicio capitali, extracta per cerui cem lingua, blasphemum affecit.

Simile fere habet Io. Nider. li. 4. Formic. ca. 3.

XVII. *Quomodo Boarus miles iniuncta sibi pœnitentia blasphemare dedidicerit.*

Io. Nider. li. 4. Formic. cap. 3.

Fuit meo tempore quidam miles in armis vtriusque hominis valde tritus Boarus nomine, qui in iuuentute nutritus fuerat in cuiusdam Comitis curia, vbi blasphemare ita fuit consuetum, vt in omni dicto pene verbum blasphemiam notans emitteretur à cæteris nobilibus; quæ corruptela, puto, gentem Teuthonicam intrauit, ex malo intellectu vnius articuli hæresis Waldensium, qui est, quod in nullo casu iurare licet. In lingua autem Teutonica, quæ in propriis vocabulis multum deficit, idem & vnum vocabulum habet, iurare & blasphemare. Et vt nullus notaretur esse Waldensis, ex leuitate mimorum & prauitate euenit, vt blasphemia in verbis, per Christi membra vera vel conficta, honesta vel verecunda, nimis assueta sit in ore multorum. Habitum huius pessimi vitii postquam miles se didicit habere, sæpius conscientia ductus firmiter animo statuit dedisceere & abnegare. Et cum diu secum pugnasset, præcipitio tamen linguæ lubricæ, & vitio inolito victus frequenter subiacebat. Petiuit igitur à sacerdote suo confessore, vt sibi pœnitentiam aliquam contra tale vitium iniungeret, vt eandem faciens per Dei adiutorium vitium eradicare valeret. Cui confessor satis facilem iniunxit, quæ vitium quidem in modico amputauit, sed ad radicem nequaquam deuenit. Quod videns Christi tyro sibi ipsi hanc iniungit, vt quotiescunque blasphemia os suum exiret, tot diebus à carnibus abstinere vellet. Et ne ex inaduertentia aliqua inulta maneret blasphemia, famulis districte præcepit, vt vices & quotas notarent blasphemiarum, & easdem domi non celarent. Quas notans Dominus, licet in curia tunc moram traheret cuiusdam Principis, qui est Electorum vnus sacri imperii, tamen fere dimidio anno aliquando ex imposita sibi pœnitentia carnes non gustauit; qua vexatus est, abstinentia ita per diuinam gratiam vitium blasphemiæ radicitus eruit, vt tempore, quo postea viri notitiam habui, ne minimum verbum ab ore eius audiuerim, quod præteritum facinus notare valeret.

Germanis vnde mos iurandi & blasphemi di.

Remedia contra blasphemiam.

XVIII. *Duo Augustenses blasphemi qua ratione ab eo vitio dissueti.*

Idem ibid.

Audiui à viro quodam constanti alio (si bene memoriæ occurrit) de ciuitate Augustenti, quo simili habituatus vitio sibi pœnam talem indixit, vt quotics

ties blasphemiam pronunciaret, statim vel eadem die propriis manibus guttam sanguinis graphio, sine stylo ferreo mediante extrahere vellet. Fecit igitur, & sanatus est. Alius item videns se ad blasphemias assuetum, vouit, quotiescunque blasphemiam diceret, vel Dei nomen irreuerenter nominaret, eadem die permanere se, sine dispensatione, à vini vsu promisit, quo seruato, à crimine liberatus est, & à consuetudine mala.

TIT. XXIX. De iis, qui se ipsos, aliaue diris & execrationibus deuouent.

EXEMP. I. *Puella ira commota, ac in nomine diaboli cibum sumens, mox ab eo possidetur.*

Lib. 5. Fornicarii.

IRritam non esse solere in huiusmodi execrationē docent aperte quæ subiungam exempla. Ioannes Nider hoc in primis commemorat. Tempore, quo in Vniuersitate Colonienſi sacræ Theologiæ studio ascriptus fui, quædam virgo quindecim vel sedecim annorum, moribus secundum sæculum satis composita, in domo cuiusdam suę consanguineæ nutriebatur extra domum parentum. Cumque cognatæ suæ scyphum satis vilem terreum quendam à casu fregisset, cognata ira repleta in lapsus negligentiam & in ream virginem. Quæ virgo tāto hoc molestius tulit, quanto vasculum vilius extitit. In iram ergo commota virgo, hora sumendi cibum nec cōedere, nec ad mensam præ ira se præsentare voluit. Cuius cognata ait: Oportet vt comedas. At virgo apud se (vt mihi postea & exorcistæ retulit suo) huiusce modi verba submurmurando dicebat: Si me oportet edere, in nomine diaboli fiat. Sic mensam accessit, benedictionem mensæ, quam bene sciebat, dicere neglexit, & in primo morcello, vt optabat, muscam oriillaram sensit: quam cum nulla arte eiicere valeret, deglutiuit, & immediate obsessa fuit. Semper tamen vsum rationis bonum habuit, licet sæpe satis vexaretur à dæmone. Cum autem in domum parentum cum magna mœstitia reduceretur, & diu sine nullus reperiretur, qui liberare posset, tandem quidam frater nostri ordinis, nunc Magister Gotfridus Schusel sacræ Theologiæ professor calamitati parentum, & puellæ compatiens, se in eius exorcisatione intromisit pacto tali præuio, vt si liberaretur, nihil terreni exorcistæ daretur, sed puella in castitate solita, si vellet, libere, & non in matrimonio de cætero Deo militaret. Legit igitur pater præfatus missam, obtulit obsessa oblationem consuetam, in eadem adfuit per totam, & in nullo vexari videbatur. Finitoque officio, post satis diuinum exorcismi actum, membris omnibus virginei corporis pæne præcontusis exiit dæmon, & ita virgo deinceps Domino in castitate seruiuit.

Dæmon inuadit puellam iratam ac diris se deuouentem.

Exorcismus puellæ dæmoniacæ.

II. *Inuocati dæmones in ira mox præsto sunt, & mira fatione.*

F. Martin.

In Silesia quidam nobilis cū inuitasset conuiuas, & hora conuiuii iam instāte, apparatu facto, spe frustratus esset, excusantib. se conuiuis, cur non comparerent, prorupit iratus in hæc verba: Veniant igitur omnes dæmones, si nullus hominum mecum esse potest. His dictis domo egreditur in templū, vbi pastor ecclesię concionē habebat; &, vt iracundiā concoquat, auscultat aliquandiu; dum vero in templo moratur, veniunt equites in aream domus magni & nigri, & iubent seruum domus, vt Dominum suum aduocet, eiq; significet, adesse hospites. Seruus consternatus abit in templum, & indicat hæc Domino suo, qui nescius consilii pastorem cōsulit. Pastor abrumpens concionē hoc consilium dat, vt tota familia domo exeat. Quod cum fieret, & famuli ac ancillæ properarent, forte obliti infantē in cunis iacentem & dormientem secum non auferunt. Dæmones incipiunt comessari & vociferari, prospicere q; per fenestras formis vrsorum, luporum, felium & hominum, & monstrare pocula vino replera, assaturas & pisces. Hæc vicini, nobilis, pastor, & alii cū viderent, Ah, inquit pater, vbi infans meus? Vix cū hæc dixisset, vnus ex dęmonibus vlnis suis infantem ad fenestras gestat, quasi monstraturus parentibus. Nobilis prorsus consternatus & solicitus de incolumitate infantis, fidum habens seruum, quem interrogat; Quæso, tu dic quid agam? Seruus, Domine, inquit, cōmendo me & committam vitā meam Deo meo, & in nomine Domini ingrediar, & vt infantē auferā, auxilio & beneficio Dei videbo. Bene, inquit nobilis; Deus recum sit, & iuuet te, animumque tibi confirmet. Seruus, accepta benedictione à Pastore & reliquis, ingreditur, & ante conclaue, in quo erant dæmones congregati, procidit in genua, & se Deo cōmendat, & hoc animo aperit ianuam, & videt dæmones horribili specie sedentes, stantes, obambulantes, serpentes, & vno impetu accurrentes ad se, & vociferantes, Hui, hui, tu quid hic tibi? Ille fudans, & tamen diuinitus cōfirmatus, alloquitur dæmonē, qui infantem gestabat. Tu, inquit, mihi infantē trade. Nequaquam respondit iste, iam mea est infans, dic Domino tuo vt veniat, & accipiat infantē. Cui seruus; Ego fungor iam officio meę vocationis, in qua Deus me collocauit, & scio quicquid in hoc officio facio, id Deo gratum esse. Quare ratione officii mei, & auxilio, nomine & virtute Iesu Christi aufero abs te infantem, & patri eius restituo. Atque ita ipse apprehendit infantem, & brachiis suis amplexus est. Isti nihil aliud respondent, nisi vociferantes: Hui nebulo, hui nebulo, relinque infantem, relinque, alioquin te discerpemus. Ille nihil curans minas diabolicas abiit, & incolumem infantem patri nobili reddidit. Dæmones postea, aliquot diebus elapsis, euanuerunt, vt in ædes denuo migrare cum tota familia nobilis potuerit.

Delrio to. 2. Disq. mag. l. 3. q. 7. sect. 1. ex Germ. l. C. lib. 1. de lamiis cap. de malitia dæmonis.

Inuocatio dæmonum quam noxia.

Dæmonū forma varia.

Serui fidelitas.

III. *Puella nubilis diris se deuouens ipso nuptiarum die à duobus dæmonibus aufertur.*

Idem ibid.

Aliud non absimile iungo. In Saxonia virgo opulenta formoso iuueni, at tenuioris fortunæ, matrimo-

trimonium promisit. Hic quid futurum prævidens, illam prædiuitem, & sexus ratione mutabilem, fidē vix seruaturam esse puellæ respondit. Illa contra diris se execrari his verbis cœpit; Si alteri quam tibi nupsero, tunc me diabolus in nuptiis illis abripiat. Quid fit? post interuallum aliquod mutat animum, nubit alteri, priore sponso spreto: qui eam semel atque iterum promissi, diræque imprecationis admonuit. Sed illa posthabitis his omnibus, nuptias cum altero sponso, relicto priore, celebrat. Ipso die nuptiali, cognatis, amicis, & conuiuis hilaribus, sponsa, vigilante conscientia, redditur tristior solito. Tandē diaboli duo sub specie duorum equitum in ędes nuptiales aduenium, excipiuntur, adducuntur mensæ; hisque remotis, choreę, vniq; ex his sponsa, honoris causa, tanquam peregrino adiungitur: cum qua bis saltauit, & tandem eam è conspectu parentum & amicorum, summo cum gemitu & lamentatione per ostium in altum sustulit. Altero die parentes & amici mœsti sponsam quærunt, vt delapsam forte sepelirent: sed ecce iidem socii occurrunt, vestes & aurū referentes, additis iis verbis: Non in has res, sed in sponsam à Deo nobis fuit potestas concessa.

Puella dæmonibus se deuouens viua ab iis auferrur.

IV. *Adolescens inter ludendum peierans ac diris se deuouens mox horribili spectro territur.*

Franciscus Bencius in Annal. Societ. ann. 1586. de rebus Collegii Vercellensis P. Io Bonif. lib. 4. hist. Virgin. c. 9.

Anno Christi Domini millesimo quingentesimo octogesimo sexto Vercellis in Italia insaniebat quidam iuuenis amore aleæ & ludi. Eodem die vesperi cum haberet domi collusores, ortum est, vt sæpe fit, inter eos contentio. Cum hic peierasset audacius veluti liti finiendę; Ne viuam, inquit, inuadat me malus dæmon, ni hoc ita se habet: visus iecisse fulmen: eodem vestigio temporis totū cubiculum intremuit, & tetra vmbra ante oculos videntium obeirans circum parietes apparuit; metu ille exanimatus in terram cadit; vbi primum ad se rediit, multo magis pauidus & vecors conscientia veniam à Deo emisq; Matre suppliciter petit, votoque se obstringit curandi peri in proximum diem B. Nicolai Tolentinatis, pedestrique itineris religionis causa ad Varilli montem suscipiendi. Nihilo secius fuliginosa volitat effigies circum cubiculum, & lucernam conatur extinguere: at socii terribili spectro crucem ligneam quacunq; ferret, opponere. Ab hora altera noctis ad diluculum usque formidolosa durauit pugna. Ita aleatores renouātes subinde oleo infuso, ne deficeret, lumen, æquauerunt nocti, in lucemq; tulerunt non ludum, sed timorem; tum vero, audito matutino signo angelicæ salutationis, nocturnum monstrum, quod caua sub imagine omnes terruerat inimico offensum sono procul nebulis obscurum in suas tenebras recessit, consternatorum magis oculos, quam animos relinquens. Ad nos illico iuuenis exanguis & attonitus, nec satis securus sibi visus, non ante miseram mentem meru, quam peccatorum vinculis absoluit.

Spectro horribili vexatur aleator.

TIT. XXX. De votis Deo factis adimplendis.

Votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. Votum quid.

Iacob ad Labanem auunculum suum profectus, post ostensam sibi à Domino Deo visionem, votum vouit dicēs: Si fuerit Dominus mecum & custodierit me, &c. Genes. 28.

Arad Rex pugnās contra Israel ducebat inde praedam. At illi voto se Domino obligantes vicerunt eum, & vrbes hostium subuerterunt. Nu c. 21.

Orauit Anna Dominum flens amarissime, & votum vouit dicens: Domine exercituum, si dederis mihi sexum virilem, dabo eum Domino. 1. Reg 15.

Asa Rex Iuda, ea quæ vouerat pater suus, obtulit in domum Domini, argentum, aurum, vasorumque diuersam supellectilem. 2. Paral. 15.

Rex Artaxerxes præcepit Esdræ, & populo, vt ferrent munera Domino Deo Israel, quæ vouerat. 3. Esdr. c. 8.

Omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum, & obtulerunt omnes holocausta, vota & promissiones suas. Iudith 6. 16.

Viri qui erant in naui, vbi fuit Ionas Prophēta, timuerunt valde, & immolarunt hostias Domino, & vouerunt vota. Ione c. 8. & 1

Heliodorus volens erarium spoliare, & depositā de templo auferre, fuit virtute diuina grauiter flagellatus. Deinde senatus per orationem Onia, hostia Deo obiata, & votis magnis promissis rediit ad Regem. 2. Machab 3.

EXEMP. I. *Clodoueus I. Francorum Rex Christianus voto nuncupato de suscipienda Christiana religione hostes profligat.*

CLodoueus Francorum Rex bellum cum Germanis habuit. Factum est autem, vt confligente vtroq; exercitu Franci vehementer cæsi valde inciperent deficere. Quod vbi Rex Clodoueus animaduertit, eleuatis oculis in cœlum, cū lacrymis orauit dicens: Domine Iesu Christe, quem vxor mea prædicat esse filium Dei, si dederis mihi victoriam de hostibus meis, in te credam, & baptisma in tuo nomine suscipiam. Cumque hæc orans diceret Alemanni mox conuertuntur in fugam, qui vbi Regem suum viderunt occisum à Francis, Clodoueo se subiiciunt omnes, dicentes: Ne amplius persequaris populum, oramus, iam tui sumus, & tibi fideliter perpetuo seruiemus. At ille bello prohibito Alemannos in deditionem accepit, & tributum eisdem imposuit. *Io. Trith de origine Francorum Auentin. li. 3. Annal. Boiorum*

II. *De monasterio construendo votum emittit Rodulphus ante victoriam, ac ea parta construi iubet.*

Consueuerat Rodulphus Romanorum Rex semper sexta feria, quæ dies est Veneris, passioni Christi dicatus, cum hoste manus conferere: Nam sanctam *Cuspinia de Cæsarib. Romanis in Rodulph.*

crucem

crucem religiosissime venerabatur. Votum itaque Deo fecit, si victoria potiretur, sese in honorem S. Crucis nouum fundaturum atq; extructurum cœnobium. Ordinatis itaque aciebus cum Sueuis, Striiis, Carinthiis, Hungaris & Cumanis, Ottocarum aggreditur: primumque castris exuit, dein in fugam vertit: postremo à Styrio quodam nobili, cui Rex fratrem prius inique decollauerat, inter confertissimas acies est miserabiliter occisus, ac omnibus rebus spoliatus, nudus in Latha oppidum Austriæ delatus, vbi expirauit anno salutis nostræ millesimo ducentesimo septuagesimo nono. Sunt in exercitu Ottocari quatuordecim millia virorum desiderati, præter captiuos. Rex votum soluit victoria potitus, ac in Tulna Austriæ oppido cœnobium monialium (quod hodie durat) extrui in honorem S. Crucis fecit, donariisq; ac censibus dotauit. an. Christi 1280.

III. *Votum Deo factum dum completur, suum sortitur effectum.*

Sigebert. in Chron. Simonia qui propulsata.

Henricus quoque Rex Romanorum, Hungaris Franciam, Allatiam, Alemanniam, Saxoniamq; depopulantibus, vouit Deo pro adipiscenda victoria se hæresim simoniacam de regno suo eradicaturum, eosq; ad internecionem pæne deleuit.

IV. *Osuuius Rex filiam Deo sum monasterio vouet, si victoria contra hostes potiatur.*

Beda lib. 3. hist. Gentis Angl. cap. 24

Osuuius Northanimbrorum Rex, cum acerbas & intolerabiles pateretur irruptiones à Panda Merciorum Rege, qui fratrem eius occiderat, ad vltimũ necessitate cogente, promisit se ei innumera, & maiora quam credi potest, ornamenta regia, vel donaria in pretium pacis largiturum, dummodo ille domum redirer, & prouincias regni eius vsque ad internecionem vastare desineret. Cumque Rex perfidus nullatenus precibus illius assensum præberet, qui totam eius gentem à paruo vsque ad magnum delere, atque exterminare decreuerat, respexit ille ad diuinæ auxilium pietatis, quo ab impietate barbarica posset eripi: voroque se obligans, Si paganus, inquit, nescit accipere nostra donaria, offeremus ei, qui nouit, Domino Deo nostro. Vouit ergo, quod si victor existeret, filiam suam Domino sacra virginitate dicandam offerret, simulque duodecim possessiones prædiorum ad cõstruenda monasteria donaret, & sic cum pauciſſimo exercitu se certamini dedit. Deniq; fertur, quod tricies maiorem pagani habuerint exercitũ: siquidem ipsi triginta legiones ducibus nobilissimis instructas in bello habuere. Quibus Osuuius Rex cum Alchfrido filio, perparuum, vt dixi, habens exercitum, sed Christo duce confisus accurrit. Inito ergo certamine fugari sunt & cæsi pagani duces Regis triginta, & qui ad auxiliũ venerant pene omnes interfecti. Tunc Rex Osuuius, iuxta quod Domino vouerat, pro collata victoria gratias Deo referens dedit filiam suam Elfledam, quæ vix dum vnus anni ætatem impleuerat, perpetua ei virginitate consecrandam, donatis insuper duodecim possessiunculis terrarum, in quibus ablato studio militiæ terrestris, ad exercendam militiam cœlestem, supplicandumq; pro pace gentis eius æterna, deuotioni sedulæ monachorum locus facultasq; suppeteret, &c.

Votũ Osuuii Regis de filia Deo consecranda.

Filia in gratiarũ actionem pro victoria ab Osuuio Rege Deo offertur.

V. *Votum Basilij Imp. de suscipiendo monachi habitu, si Bulgaros vincat.*

Baron tom. 10. Annal. ad ann. Domin. 886. 8. ex Curopal.

De Basilio Imperatore hic attexendum ex Aquitanica historia è Pithœi Bibliotheca in lucem prodita, quod sic se habet: Anno octingẽtesimo octuagesimo sexto, rebellantes Bulgari Græciam nimis exasperauerunt, & Basilius Imp. super eos nimis irritatus, voto se obligauit Domino; monachum fieri, si Græcis eos subderet, & per annos quindecim cum hoste super eos laborans, ad vltimum Regibus eorum prostratis Samuele & Aaron, omnem terram eorum obtinuit, & fortissimas ciuitates confregit, & Græcos animi præsidia contra eos vbiq; ordinauit, populumque Bulgarorum maxima ex parte in Græciam captiuauit; & sicut voto promiserat, habitum monasticum Græca figura indutus in reliquum est, omni vitæ suæ tempore à concubitu & carnibus abstinẽs, & imperiali schemate extrinsecus circumdabatur.

VI. *Childebertus ex Gallia votum Deo templum post victoriã erigendum curat.*

Ex act. S. Auiti Sur tom. 3. die 17. Iunii.

Anno Domini quingentesimo quadragesimo sexto, Childebertus inclytus Francorum Princeps comparato exercitu Hispanias suo addere imperio volebat. Audita vero S. Auiti fama, & quia sepulchrum eius exigui parietes vallarent: cœlesti Regi integra deuotione votum nuncupauit, si incolumis in regnum suum sancti viri intercessione reuerteretur, amplissimam se super eius monumẽtum basilicam conditurum. Itaq; in itinere multa quidem ab hostibus perpessus est; sed quoties ei structæ essent insidiæ, toties sancti viri intercessione ab impendentibus periculis liberatus est, atq; ita sospes & triumphans rediit in regnum suum. Tunc vero insignem ædem, vt erat pollicitus, in loco supradicto extruendam curat. Rursus idem Rex antequã Hispanias ingrederetur, ad sanctum virum Eusichiũ Eremitam senem venit. Cumque ei quinquaginta aureos obtulisset, ait senex: Quid mihi ista profers? aliis, qui ea pauperibus largiãtur, attribue; mihi autem hæc necessaria non sunt, sufficit mihi vt pro meis peccatis Dominum merear deprecari. Et adiecit: Vade & victoriam obtinebis, & quod vol- ages. Tunc Rex aurum pauperibus e vt si eum Dominus cum sua gratia d duceret, in honorem Dei basilicam rer, in quo senis membra quiesce adimpleuit.

Childeberti Regis vota pia.

Childeber. Rex templum erigit S. Auito ex voto nuncupato.

Turon de gl. confess. c. 82.

VII. *Res Deo vel Sanctis vot parui pretio redimi.*

Greg. Turon. Vinc. l. 22. c. 23. Crantz. in Suecia lib. 3. cap. 16.

Cum Clodoueus Rex Alaricum Visigothorum Regem prostrauisset, ac persoluendi voti causa equum, quo victor insedisset, B. Martino Turonis obtulisset, actum est ne equus Ecclesiæ relinqueretur, sed Regi, & Ecclesiæ commodius futurum, si pecunia redimeretur. Clodoueus igitur centum aureos solidos obtulit: equus paruo se æstimari animaduerteus, immobilis extitit, neque reduci se passus est. Cum autem Clodoueus pretium duplicasset, quasi æquioris se pretio æstimatum equus nouisset, in viam se dedit, & reduci passus est.

VIII. *Corrigitur, qui fraude retinuit caballum, quem vouerat.*

Walfridus Strabus lib. 1. vitæ S. Galli cap. 6. apud Surium. tom. 5.

Votum in morbo factum implendum.

Similimum ei, quod Clodoueo accidit, contigit postea sub Pipino Gallorum Rege: Nam quidam, nomine Willimarus graui infirmitate depressus voto promisit oblaturum se equum Ecclesiæ B. Galli confessoris. Incolumitate recepta, voti immemor non persoluit; verum forte fortuna, cum Birthlonē virum nobilem comitaretur eques, ad B. Galli Ecclesiam petuenere. Recedentibus omnibus, equus Willimari subsistit, neq; à foribus Ecclesiæ vllis conatibus auelli potuit. Pudore tandem ductus Willimarus, dilatæque voti satisfactionis compunctus, astantibus omnibus rem aperuit, atq; ita equum Ecclesiæ obtulit.

Miraculum pro voto persoluendo.

IX. *Voto diuo Thomæ Aquinati occupato hydropica & prægnans liberatur mulier.*

D. Anton. 3. p. Chron. tit. 23. c. 7. §. 13.

Domina Maria vxor D. Arnoldi, nobilis Romani Pontificis ex sorore, cum apud Auenionem esset prægnans, necnon & hydropica, & à medicis desperata, adeo vt indulgentiam in articulo mortis plenariam per Episcopum Lugdunensem, tanquam breui moritura, consecuta esset, confessarius eius ei suasit, vt ad B. Thomam, de cuius canonizatione tunc agebatur, conciperet deuotionem, seq; ei deuoueret pro beneficio sanitatis impetrando. Quod cum fecisset, sequenti nocte vigilans vidit perspicue prope lectum consistere S. Thomam in habitu Prædicatorum sibi mitivoce dicentem: Vis tu curari? At illa existimans illum esse quendam Episcopum sibi notum, quæsiuit, num vellet confirmaturus indulgētias, quas procurauerat Ep. Lugdun. Cui S. Thomas: Ego non sum talis Episcopus, sed frater Thomas de Aquino, cui te deuouisti; & addidit: Comple votum tuum & sanaberis. Illo disparente nunciauit matri visionem. Vouent igitur mater cum filia, quod in singulos annos in Natiuitate Domini mittent cereum sex librarum ad viciniorem Conuētum Ordinis, & fratrem vnum vestient, quem magis indigentem videbunt. Mane facto, corpus eius detumuit, nec tamen votum subito compleuit. Vnde nocte sequenti apparens iterum B. Thomas, dure arguit, quod nondum votum compleuisset. Quod cum citissime fecisset, perfectam sanitatem accepit.

X. *Votum de non edendo animato, violatum qui punitum.*

Theodor. in hist. Religios. cap. 26.

Scribit Theodoretus in historia religiosa sanctorum Patrum, quendam Ismaëlitam non obscuro loco natum, ex iis, qui in nomen salutare Domini Christi crediderant, Deo votum fecisse, diuino viro Simeone teste, quod deinceps abstineret ab esu cuiusuis animati. Hoc promissum nescio quomodo quodam tempore transgressus occisam auem ausus est comedere. Cum Deus autem per increpationem eum ad conuersionem voluisset deducere, & suum famulum honorare, qui fuerat testis promissi, quod is fuerat transgressus, mutata est in lapidis naturam caro auis, adeo vt nec si vellet quidem deinceps eo vesci posset. Quomodo enim potuisset, cum lapidiuisset, quod ad cibum sumptum fuerat corpus? Hoc admirando & incredibili spectaculo obstupefactus barbarus ad sanctum venit quam celerrime, quod erat occultum peccatum in lucem proferens, & suam transgressionem omnibus enuncians, & delicti à Deo petens veniam, & sancti auxilium inuocans, vt omnipotentibus suis precibus ipsum peccati vinculum exolueret. Multi autem id videre miraculum, qui auis partem ex osse & lapide constantem viderunt in eius pectore.

Auis caro mutata in lapidis naturam.

XI. *In periculis vtile & voto se Deo obstringere.*

In vita eius apud Surium 9. Maij Zacharias Lipelor.

Cum in Gregorio Nazianzeno simul cum ætate incredibilis literarum amor cresceret, primum Cæsaream profectus est, vbi eum præstantissimis quibusque consuetudine habita doctrinam haud exiguam collegit. Inde in Palæstinā migrauit, vt optimam dicendi facultatem addisceret. Hinc Alexandriam perrexit, vt multiplicē prudentiæ thesaurum ex variis hominum moribꝰ rebusq; colligeret. Qua in vrbe cum plurimum vtilitatis percepisset, doctissimas illas Athenas inuisere cupiens, incommodo tempore mari se commisit. Itaque coorta repente tempestate summum vitæ periculum vectores subierunt; prorsus vt venti in apertam nauis perniciem conspirare viderentur. Ibi vero cum alii omnes corporis mortem deflerent, Gregorius de animæ exitio atque interiecione solicitus vestem lacerabat, tantisq; clamoribus & querelis vectores omnes exterrebat, vt nemo esset, qui non omni suiipsius cura abiecta, illius luctui se se socium adiungeret. Nondum enim sacris aquis à primi parentis delicto, quod in omnes deriuatur, expiatus erat. Itaq; vt presens animæ periculum euaderet, post lachrymas & preces multiplices ardenti pietate fusas, voto se obstrinxit, fore, si saluus euaderet, & ad regenerationis lauacrū peruenire, vt se perpetua seruitute Deo consecraret. Hoc votum protinus optata serenitas consecuta est, tantaque tranquillitas, vt ipse non modo Gregorius per insperatam ex tempestate salutem, Dei manifeste misericordiam, sed & ii qui variis multifidisque erroribus tenebantur, vnius ac summi Dei poten-

Votū Greg. Nazianz. in periculo maris.

potentiam intelligerent, seseque pari cum Gregorio alacritate ad Christi fidem cultumque reciperent.

XII. *Vota cum adiecta conditione olim etiam fuisse in vsu, & post euentum conditionis impleta.*

Sophron. prat. spirit. c.20.

Vota olim cõditionata

Cum bellum gererent Romani cum Mauritanis, victique fugarentur à Barbaris, ac plurimi illorum passim cæderentur, militem quendam vnus ex Barbaris nactus, hastam, vt illum feriret, vibrare cœpit. Quod ille cum cerneret, orare Deum cœpit, ac dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillæ Teclæ, & eripuisti eam de iniquorum manibus, libera & me de hac necessitate, & salua ex hac acerba morte, mox ibo in eremum, & agam vitam solitariam. Cõuersus autem neminem ex Barbaris vidit. Itaq; continuo venit ad hanc Lauram Cupatha. Manseratque iam in spelunca, Dei se protegente gratia, annos triginta quinque.

Conuersio militis miraculosa.

TIT. XXXI. De Votis, & iuramentis iniquis minime implendis.

1. Reg. 25. *Laudatur Dauid Rex, quod ad preces Abigail vxoris Nabal, non occiderit Nabal, sicut in stultitia iurauerat se facturum.*

1. Reg. 14. *Peccauit autem Saul temere & inconsulto vouendo, neminem virorum, qui secum erant, aliquid gustare debere, nisi prius confecissent omnes hostes.*

Iudic. c. 11. *Iephthe pugnaturus contra filios Ammon votum vouit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit, eum holocaustum offeram Domino. Vnde postea flens, filiam, quæ prima ei occurrit, immolare coactus est.*

2. Mach 9. *Postquam percussus fuit à Deo Antiochus grauissima & insanabili plaga, pollicitus est Iudæis templo Hierosolymitano mirabilia se facturum. Sed nihil ei profuit, quia non ex deuotione, sed ex timore vouebat.*

Act. c. 23. *Crudele votum & impium fecerunt illi Iudæi, qui accedentes ad principes Sacerdotum dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.*

EXEMP. I. *Votum impium esse retractandum miraculo confirmatur.*

Carol. Sig. lib. 5. regni Italiæ ann. Do. 571. ex Paulo diacono de gest. Longobardorũ li. 2. c. 13.

ALboinus Rex I. Italiæ, rebus prospere administratis, Ticinum inde interiore cura obsessum post tertium demum, quam obsideri cœptum erat, annum peruenit in potestatem. Populum se trucidaturum, iratus Alboinus, si vrbem caperet, concepto voto iurarat. Id ne post victoriæ compos efficeret, triste omen oculis oblatum admonuit. Ingrediente ferociter vrbem, equus eius in limine portæ procubuit, neq; aut calcaribus, aut verberibus vllis poterat excitari. Qua re animaduersa, vnus è Lõgobardis dixit: Reuoca, Domine, votum, quo te obstrinxisti, populum hunc, si vrbe potireris, perfidum, & vrbẽ ingredieris: Nam vere Christianus in hac vrbe residet populus. Tum Alboinus, Atqui ciuibus, inquit, veniam me daturum, si audientes dicto fuerint, spondeo. Atqui his dictis repente equus eius magna cum omnium admiratione surrexit.

Votum impium retractandum miraculo declaratum

II. *Alachis Dux Tridentinus voti iniqui pœnas luit.*

Lib. 3. Ann. Boiorum. Paul. Diacon. li. 5. de gestis Longob. c. 15. & seq.

Alagisus vel Alachis Dux Tridentinus, Longobardus, cum præfectum Boiorum Graphionem, qui Pisoniũ & cætera Castella Athesinæ vallis pro prætore administrabat, tumultuoso prælio superasset, Regi suo Cuniperto vel Bertharico rebellat. Cumq; Sacerdotem regiis armis indutum, quem Regem esse putarat, pugna occidisset, & spoliatũ galea rasura Sacerdotem fuisse proderet, votum nuncupauit, si victoria potiretur, salacibus mystis fibulã se impositurum, genitalibusque Sacerdotum puteum impleturum. Sed voti impii pœnas dedit: Caput enim eius fuit amputatum, & crura succisa sunt.

Voti impii vindicta.

III. *Deus nuncupat Iulianus Imp. se Christianos homines ipsis immolaturum, à Persis victor rediturus.*

D. Io. Chrys. aduers. gentes Greg. Nazia. orat. 2. in Iulianum Oros. 7. c. 30. Baron. to. 1. an. 363.

De impio Iuliani Imperatoris voto ita scribit S. Ioannes Chrysostomus: Contra Persas bellum suscepturus, tanto cum fastu cum discessisset, ac si omnem barbarorum ætatem delaturus esset; ideñtidẽ nobis comminatur, eum diceret, omnes se post à Persis reditur Sanditus perditurum. Hoc n. bellum sibi esse Persico grauius, atque adeo oportere, mitiore illo infecto, tunc demum ad id quod maius esset, descendere. Et hæc quidem annunciabant ei illi a consiliis erant. Porro votiua victima (inquit Gregorius Nazianzenus) quam magna, quamque eximia? ô Christe, & Verbum, & passionis impassibilis totiusq; Orbis mysterium! Vniuersam Christianorum gentem dæmonibus sistere, si propositi compos existeret. Iam vero ad eorum cædem (vt ait Orosius) theatrum Hierosolymis ædificari iusserat, vt ibi esset ipsorum carnificina, vnde reditio huiusmodi videretur esse progressa. Hæc scientes Christiani, inquit Nazianzenus, omnibus humanis auxiliis destituti, Deum, in quem tantum vnica spes collocata erat, assiduis precibus interpellabant, vigiliis atque ieiuniis, aliisque pietatis officiis vrgebant importune vt destinato ne omni populo Christiano, Christianæque religioni reditus eruendæ, quam citrissime supperias ferret: nec destiterunt, quousque Deus eos audiuit.

Christianorum ad Deum perfugium cõtra Iulian.

De Angelis.

TIT. XXXII. De Angelorum creatione, missione seu apparitione, eorumque erga Deum obsequio.

Angeli tres apparuerunt Abrahæ in valle Mambre, & erga eum familiariter admodum se gesserunt. Gen. 18.

Gen.21. *Angelus Domini vocauit Abraham, & prohibuit, ne filium immolaret, & magna ipsi propter obedientiam promisit.*

Gen.28. *Fugiens Iacob Esau fratrem suum, vidit Angelos ascendentes & descendentes per scalam.*

Tob.5. *Angelus Raphael in veste & ornatu splendido apparuit Tobiæ, quem duxit & reduxit.*

Ezech.c.9. *Angelus apparuit Ezechieli indutus lineis, & atramentarium scriptoris habens in lumbis.*

Daniel 10. & 11. *Reuelata sunt Danieli multa & magna mysteria, per ministerium Angelorum.*

Luc.c.1. *Ad annunciandam conceptionem D. Io. Baptistæ, apparuit Angelus Domini Gabriel Zachariæ.*

Ibi. *Ad B. Virginem Mariam missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Dauid, conceptionem Saluatoris nostri nunciaturus. Is autem erat, si D. Aug. credimus facie rutilanti, veste coruscante, ingressu mirabili, & aspectu terribili.*

Aug. de nat. dom. ser.14.

Luc.2. *Nato Domino Angelus Domini stetit iuxta pastores, & facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis exercitus laudantium, &c.*

Luc.22. *Post recessum tentatoris à Christo Domino, ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei.*

Luc.24. *Angeli post gloriosam Christi Domini resurrectionem apparuerunt mulieribus in veste fulgenti.*

Actor.1. *Cum Apostoli intuerentur Christum ascendentem in cœlum, astiterunt duo viri, id est, duo Angeli in vestibus albis qui, &c.*

Apoc.12. *Michael Archangelus cum toto bonorum Angelorum exercitu, suo se e Creatori subiecit, & zelo gloriæ eius impulsus se fastuoso illi serpenti oppo uit; & proinde in primam dignitatem cœtus mirifice honoratur.*

EXEMP. I. *Angelos in cœlis canentes audit S. Venantius Abbas.*

Ex Greg. Turonensi de vita Patrum Laur. 18. Oct.

CVm B. Venantius Abbas de basilicis sanctorum die Dominica, expleta oratione, reuerteretur, super baculum sustentatus in medio confessoris atrio, erectis auribus, oculisq; ad cœlum diutissime attentis, steterit immobilis: Deinde motus à loco, cœpit dare gemitus, ac suspiria longa producere: interrogatusq; à suis, quid hoc esset, aut si aliquid diuinum fuisset intuitus, respondit: Væ nobis inertibus & pigris: Ecce iam in cœlo missarum solennia expediuntur, & nos segnes, nec inchoate cœpimus huius mysterii Sacramentū. Vere, inquit, dico vobis, quod ego audiui voces Angelorum in cœlis, Sanctus, in laudem Domini proclamantes, & dicto citius in monasterio Missarum solennia iussit expleri.

B. Venantius audit Angelos canentes Sanctus.

II. *De Angelo qui in congregatione seniorum Psalmos visus est cantare.*

Ex 3. part. Vit. pp. Abstinentia monachorum.

Cum in primordiis fidei, pauci quidā, sed probatissimi viri monachorum nomine cēserentur, quiq; iam normam viuendi à successoribus Apostolorum acceperant, secedentes in secretiora suburbiorum loca agebant, vitam tanto abstinentiæ rigore districtam, vt omnibus stupori esset tam ardua conuersationis eorum perfectio: hi ergo venerabiles Patres peruigili cura posteris cōsulentes, qui modus quotidiano cultui per vniuersum Fraternitatis corpus decerni deberet, omnes in vnum locum cōueniūt, vt hæreditatem pietatis, ac pacis successoribus suis absolutam ab omni dispensationis lite transmitterent: verentes, ne qua in quotidianis solemnitatib. inter viros eiusdem culturæ dissonantia vel varietas exorta quandoq; in posterum erroris noxii germen emitteret Cumq; pro suo vnusquisq; feruore diuerso modo Psalmorum numerum institueret, & alii quinquagenos, alii sexagenos Psalmos nōnullivero (neque hoc quidem contenti numero) transcendere eum debere censerent, esseturque inter eos pro religionis regula pia contentio, ita vt tempus vespertinæ solennitatis sacratissimæ quæstioni succederet: repente vnus in medio eorū Psalmos Domino cantaturus exurgit, cumq; admirantibus cunctis vndecim Psalmos, orationum interiectione distinctos, cōtiguis versibus, parali pronunciatione cantasset, duodecimū sub Alleluia responsione consummans, ab vniuersorū oculis repente subtractus quæstioni pariter & cæremoniis finē imposuit. Ex hinc Sancti, qui aderant, seniores intelligentes Angelico magisterio congregationibus fratrum generalem Canonem non sine dispensatione Domini constitutum, decreuerunt hunc numerum, tam in vespertinis, quam in nocturnis vigiliis custodire.

Psalmi duodecim in officio diuino ex instituto Angeli canēdi.

III. *Angeli Deum timentibus assistunt.*

Frater Rogerius Ordinis S. Francisci religiosus, vitæ sanctitate, & Angelica conuersatione conspicuus, humilitatis virtute præcipue ornatus, summus deinde vanæ gloriæ osor, tanta fide & amore ad Deum tendebat, vt mox subortā satageret cordis munditiam habere, frequēter Sacerdotis pedibus voluebatur, omne verbum otiosum diligenter fugiebat, pollebat insuper cognitione rerum diuinarū. Dum semel in officio diuino psalleret, vbi deuentum fuit ad versum illum; *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum*, per splendorem maximum ad instar Lunæ super caput eius descendit. Cumque à suo confessario rogaretur, quid id sibi vellet, spirituali quodam gaudio ebrius respondit, fuisse Angelum Domini.

Franciscus Gonzaga in origine Seraph. Religionis par. 3. in Prou. S Ludou.

Psal. 33.

IV. *Ob exhibitum Diuo Michaeli honorem B. Franciscus in corpore Christi vulnera percipit.*

BIennio antequam Angelicus vir Franciscus spiritum cœlo redderet, diuina prouidentia duce perductus est in locum excelsum seorsim, qui dicitur mons Aluernæ, vbi cum iuxta solitum morem quadragesimam ad honorem S. Archangeli Michaelis ieiunare cœpisset, supernæ contemplationis dulcedine abundantius solito superfusus, ac Seraphicis desideriorum ardoribus succensus, quodam mane circa festum Exaltationis sanctæ Crucis dum oraret circo oblimita-

D. Bona in vita S. Francisci c. 13. Ieiunium. in honorē seruatum.

limitatè descendere. Cumq; volatu celerrimo peruenisset ad aeris locũ viro Dei propinquũ apparuit inter alas effigies hominis crucifixi in modum crucis manus & pedes extensos habentis, & cruci affixos. Duæ alæ super caput ipsius eleuabantur, duæ ad volandum extendebantur; duæ vero totum velabant corpus. Hoc videns vehemẽter obstupuit, mistumq; mœrore gaudium eor eius incurrit, lætabatur quidem in gratioso aspectu, quo à Christo sub specie Seraph. cernebat se conspici: sed crucis affixio compassiui doloris gladio ipsius animam pertransibat. Admirabatur quamplurimum in tam inscrutabilis visionis aspectu, sciens quod passionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nullatenus conueniret. Intellexit tandẽ ex hoc, Domino reuelante, quideo huiusmodi visio sic diuina prouidentia suis fuerat præsentata conspectibus, vt amicus Christi prænosceret se non per Martyrium carnis, sed per incẽdium mentis, eorum in Christi crucifixi similitudinem transformandum. Disparens igitur visio mirabilem in corde ipsius reliquit ardorẽ: sed in carne non minus mirabilem signorum impressit effigiem; statim namq; in manibus eius & pedib. apparere cœperunt signa clauorum, quemadmodum paulo ante in effigie illa viri crucifixi conspexerat. Manus enim & pedes in ipso medio clauis confixæ videbantur, clauorum capitibus in interiori parte manuum & superiori pedum apparentib. & eorum acuminibus existentib ab aduerso, erantque clauorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipsa vero acumina oblonga, retorta, & quasi repercussa, quæ de ipsa carne surgentia carnem reliquam excedebant. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod sæpe sanguinem sacrum effundens tunicam & femoralia respergebat.

Christus crucifixus B. Francisco apparet.

S. Francisci corpori Christi vulnera impressa.

V. *Quam pulchra & formosa sit creatura Angelica.*

S. Francisca Romana, quæ annis ab hinc amplius centũ quinquaginta plena sanctitate, plena gloria plena miraculis decessit, iamque Romano inscripta martyrologio, hoc præter cætera maximo à Deo donata fuerat munere, vt secum haberet duos ex numero cœlestium: alterum ex Archangelorũ choro, qui nũquam ab ea discederet; arq; insuper alium ex quarto beatorum spirituum ordine, qui non ita quidem assidue, frequenter se tamẽ illi ostenderet. Hos sæpe præsentib. aliis, sed nihil videntibus, hac fere specie intuebatur. Vestes erant candore plerumque niueo, aliquando cerulæo; ratius purpureo colore: alter impressa semper in crucis modum brachia pectori apprimebat; alter ex auro tres palmæ ramulos dextra præferebat, vterq; quamuis vicini essent virgini (& prior ille semper dextrum claudebat latus) in cœlum defixos habebat oculos. Vtriq; promissa & aurea cæsaries: vtriq; ea claritas vultus, vt præ altero sol ipse minus aliquando luceret; præ altero, nubeculæ instar obscuræ esse videretur.

Guielm. Baldesan. l. 2. stimuli virt. adolescentia c. 2.

S. Francisca viditAngelos pulcherrimos.

VI. *De errore & punitione Hermanni Rissuich Batani, quoad creationem Angelorum.*

Inter errores, in quos Hermannus Rissuich homo Batauus, siue (vt vulgari vocabulo vtar) Hollandrinus, hic vnus est, quo asserebat, Angelos, siue bonos, siue malos, à Deo non esse creatos. Tandem cum pœnitentia duceretur, & palinodiam caneret, misericordiam cum aliquali iustitia consecutus est, perpetuo carceri damnatus, anno Domini millesimo quingentesimo secundo. Verum cum postmodum carceres euasisset, in priorem dementiam relapsus est, & multa etiam peiora quam prius effutiuit Propter quod iterum captus ann. Dom. M. D. XII. per inquisitores prauitatis hæreticæ damnatus curiæ seculari traditur, & ex eius mandato combustus est.

F. Alfonsus à Castro Minoritali 2. aduersus hæreses verbo Angelus. Herman. Russuich error de Angelis & punitio.

VII. *De Dauide Georgio, qui negans esse Angelos ac diuinitatem sibi arrogans, se mortalem & veluti porcum exiuit.*

Dauid Georgius Batauus Delphis natus, vernaculo idiomate cõtentus, arte pingendi vitri vitæ stipendia sectabatur Hic mentitus est, quod etiã horret intellectus, nempe se esse Christum, verumque Messiam, ac charissimum patris filium, natum non ex carne, sed Spiritu sancto, qui semper secreto loco mansisset absconditus, iam autem Dauidi totus infusus. Angelos ir[illegible]orabat, &c. Cumq; hæc clam, palamque apud Batauos buccinaretur, timore in fugã conuersus, familiæ cum suis sequacib. sedem fixit, diuitem magnificas domos, vnam intra mœnia, alteram extra comparauit, nomenq; mutatione se incognitum reddidit; nam nomen illi iam erat Ioannes Bruck, qui longe dissitos venenatis literis dementauit, quib. adesse coram nequiuit Cum autem semel cõcionaretur in angulo domatis se restauratum regnum Israel, vnus suorum exurgens in mediũ blasphemiæ eum arguit, sicque parum declinare cœpit, potissimum cum vtraque domus fulmine tacta corruisset. Itaq; doloris gladio sauciata mi[illegible]a coniunx diem clausit extremum: ille qui se immortalem iactarat, paulo post in cinerem, vnde sumptus erat, est reuersus an. Domini 1556. 8. Cal. Septembr. & honorifice sepultus Post a[illegible]i circulum, puerorum vociferantium clamor insonuit, non Dauida, sed eius loco tumuli penetrabilib. parcum esse inclusum; cadauera autem reliquiarum vice seruandum: sed magistratus puerorum vocib. consternatus, hæc præmissa maturi consilii indagine edoctus, corpus exhumatum cum libris Teutonicis & [illegible]ellectile, post secundum mortis eius annum Vulcano tradidit.

Matthias Felisius ord. Mino. dist. 2. Instit. Christ. Elucid. c 7. an. 1556. Dauidis Georgii superbia & ignorantia.

Vltio diuina in Dauidem Georgium blasphemum.

TIT. XXXIII. De cultu & inuocatione Angelorum.

Mulieres ad monumentum auxilium Angelorum implorarunt, eosque honorauerunt. Matth. 26.

Apoc. c 22. 6.7.8.9. *Cum diuus Ioannes Euangelista audiuisset & vidisset Angelum, quem miserat Dominus Deus ad ostendendum seruis suis, quæ oporteret fieri cito, cecidit ad pedes Angeli vt adoraret: Cui dixit Angelus, Vide ne feceris conseruus enim tuus sum: &c. Deum adora.* Vbi non prohibentur honorari & inuocari Angeli, sed adorari.

EXEMP. I. *Quomodo velit Deus Angelos honorari.*

Ado Viennensis in Martyrol. 9. Septemb. & Breuiarium Rom. 8 die Maij.

TEmpore Bonifacii Pontificis Maximi in Apulia ad radices Gargani montis, quem locum incolunt Sipontini, Archangeli Michaelis fuit illustris apparitio. Factum est enim, vt ex gregibus armentorum Gargani cuiusdam Taurus longe discederet, quem diu conquisitum in aditu speluncæ hærentem inuenerunt. Cum vero quidã ex illis, vt taurum cõfigeret, sagittam emisisset, retorta sagitta in ipsum recidit sagittarium; quæ res cum præsentes, ac deinceps cæteros tanto timore affecisset, vt ad eam speluncã propius accedere nemo auderet; Sipontini Episcopum consulunt, qui indicto trium dierum ieiunio & oratione, rem à Deo respondit quæri oportere. Post triduum Michael Archangelus Episcopũ monet in sua tutela esse eum locũ, eoq; indicio demonstrasse, velle ibi cultum Deo in sui, & Angelorũ memoriam adhiberi. Quare Episcopus vna cum ciuibus ad eam speluncam ire perrexit. Quam cum in templi cuiusdam similitudinem [illegible] formatam vidissent, locum illum diuinis officiis celebrare cœperunt; qui multis postea miraculis illustratus est: nec ita multo post Bonifacius Papa Romæ [illegible] Circo sancti Michaelis ecclesiam dedicauit 3. Calẽdas Octobris; quo die etiam omnium Angelorum memoriam Ecclesia celebrat. Constat quoq; fuisse olim frequentissimam ex ea causa ad montem Garganum peregrinationem: nam (vt cætera prætereamus) narrat Petrus Damianus scriptorum integerrimus, Othonem Imp. Romam ad montem Garganum nudis pedibus perrexisse, idque monitu S. Romualdi, cui crimen paulo ante commissum ea corporis afflictatione expiaret.

Triduanũ ieiunium cum oratione.

Ecclesia in honorem S. Michaelis à Bonifacio extructa.

Peregrinationis ad Ecclesiam S. Michaelis vtilitas.

II. *Angeli certo loco petunt sibi ab hominibus honorem exhiberi.*

Chronicon Sigeberti ad an. Do. 709. Childeberto Monarchiam regni Francorum tenente, Archangelus Michael apparens Audberto Abrincatensi Episcopo, monuit semel atq; iterũ, vt in loco maris, qui propter eminentiam sui tumba vocatur, fundaret ecclesiam in memoriam sui volentis talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis sibi exhiberetur in monte Gargano. Interim taurus à leone furtim raptus in illo loco religatur. Vnde Episcopus tertio admonitus, vt in illo loco fundamẽtum iaceret, vbi taurum religatum inueniret, & sicut eum terram pedibus protriuisse videret; sic Ecclesiæ ambitum duceret, ecclesiam in honore S. Michaelis constituit; & ex illo tempore, sicut in monte Gargano, ita etiam in illo loco, quod modo dicitur periculo maris, veneratio Archangeli frequentari cœpit.

III. *Cur Iustinianus Imp. Ecclesias in Angelorum, aliorumq; Sanctorum honorem erexit.*

Iustinianus Imp. haud ignarus, quam vtile sit Sanctorum ope inniti bello, Sanctis Martyribus diuersis in locis templa construxit aliaq; erigenda proposuit: itemque redditibus annuis locupletauit, necnon militiæ cælestis sumo Principi Michaeli pluribus in locis erexit ecclesias; probe sciens, si talem tantumque ducem sibi conciliaret; qui rebelles Angelos cientes in cœlo prælium superasset, certam securamq; posse de vincendis Wandalis habere fiduciam; sed & præter omnia maximam omnium ex eo spẽ concepit & aluit, quod sanctissimæ Matris studiosissimus cultor eandem summis frequentauit honoribus, obsequiisque demeruit, cum vbiq; locorum apud Barbaras etiam nationes in eius memoriam Basilicas sumptu impensa construxit.

Ex Procopio de bello Wandal. lib. 1. Baron. to. 7. Annal. an. 532. Templa in honorem S. Michaelis à Iustiniano erecta.

IV. *Quomodo B. Franciscus Assisias sanctos Angelos venerabatur.*

Angelicis spiritibus ardentibus igne mirifico ad excedendum in Deum, & electorũ animas inflammandas inseparabilis erat amoris vinculo copulat? B Franciscus Assisias, & ob deuotionem ipsorum ab assumptione Virginis glorioſæ quadraginta diebus ieiunans orationi iugiter insistebat. Beato autem Michaeli Archangelo, eo quod animarum repræsentandarum haberet officium, spirituali erat amore deuotior, propter feruidum, quem habebat zelum ad salutem omnium saluandorum.

D. Bonau. in vita S. Francisci. 9

S. Francisci erga Angelos sanctos amor & reuerentia.

V. *Ab inuocatione Angelorum contendit nos dæmon deterrere.*

Bungi in Iapone anno 1555. familia fuit, quam iã à centum annis dæmones infestabant, & molestia in posteros quasi hæreditaria transibat. Pater familias opes omnes placandis Idolis insumpserat, potius auctum iis quam cessauit malum. Triginta annorum filium dæmon occupauit, ita vt nec patrem, nec matrem agnosceret: nec quindecim diebus quicquam cibi sumeret; sub horum finem, Patrum Societatis vnus eum accessit, iussitq; vt D. Michaelem nominaret. Dum diuum nominat, vehementi tremore cœpit concuti, & varios motus membrorum edere, ita vt circumstantibus terrori fuerit. Inuocãte vero Patre Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, subito a dæmone liber extitit. Huius soror paucis post diebus molestiis dæmonis agitata est, qui etiam in ea loquebatur. Certis temporibus Patris nostri concionibus auditis Christianam fidem suscipere voluit: Cum vero sacro fonti esset admouenda, conaretur que principio se sacro signo crucis munire, tremere, vehementer ac concuti cœpit. Pater preces fundebat assidue & sollicite; ipsa vero sacrum Iesu nomen, & D. Michaelis proferre nitebatur,

P. Martinus Delrio to. 3. disquisit. magic. l. 6. c. sect. 3. q. 3. ex epist. Iaponic. an. 1555.

S. Michaelis inuocationem nō fert dæmō.

tur, sed magis ipsam tunc dæmon irritauit, obstringendo os & comprimendo. Tandem vero in cārum prorumpens exclamat: Si Idola Xacam & Amidam sectarum Iaponensium auctores reiicimus, nullus superest qui idolari debeat, aliaque huc præstantia protulit; nec esse quod in iis reprehēdere quisquam posset. Quadam die, immeritis Christianis præsentibus, Pater sacrum fecit, cui quoq; intererat dæmoniaca; quo finito rogat, qui valeret? Optime, ait. Iussa vero D. Michaëlis nomen pronunciare, tremere, ac dentes stringere cœpit, & dæmon se velle exire dixit; sed quoniam iam à tot annis ea familia pro hospitio vteretur, non libenter migrare. Iubet iterū Pater S. Michaëlis nomen proferre; respondit illa, id permolestum esse, & lacrymas fundens & conquerens: Quo, inquit, me vertam? Christiani itaq; omnes in orationes corruunt, dumq; satis diu orāt, dæmon occupatam hactenus prædam deseruit: Ipsa vero subito potum petiit; Admonita, vt Iesum & Mariam inuocaret, tanta suauitate vtrumq; protulit nomen, vt Angeli vocem viderentur sibi audire.

VI. *De P. Petro Fabro, qui in accessu quorumlibet locorum, Angelos eorum locorum salute impertiebat.*

Franciscus de Sales Ep. Geneuensis libello gallico quem scripsit de vita pie instituenda c. 16

P. Petrus Faber primus sacerdos, primus verbi diuini præco, sacræq; Theologiæ in Societate Iesu professor, ac adeo primus P. Ignatii eiusdem Societatis parentis & conditoris fidus admodum comes, cum ex Germania, vbi gloriæ æterni Numinis amplificandæ non in cassum insudasset, discederet, perque Geneuensem Diœcesim, natale solum viam faceret, iucundo identidē sermone vsurpabat, quod traiectis quam plurimis hæreticorum finibus, miram animi hauserit iucunditatem, propterea quod quamcunq; permeans parœciam, tutelares earum Angelos salutasset, quos sibi fuisse propitios persenserat, siue ad declinandas hæreticorum insidias, ac dolos fallaces, siue ad reddendas plurimorum animas leniores, & salutaris doctrinæ percipiendæ capaciores. Atque illud tanto cum feruore iterabat, vt quædam primaria mulier, florentibus tum adhuc annis, cum ex eius ore audiuisset, iam à quadriennio, hoc est, sexaginta annis post magno animi sensu frequens repeteret.

TIT. XXXIV. De custodia & directione Angelorum.

Exod. c. 23. *Angelus Domini, qui præcedebat castra Israël, quando recedebat populus de Ægypto, stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israël: vnde in Exod. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via & introducat ad locum quem præparaui.*

Iudic. 6. *Apparens Gedeoni Angelus Domini confortauit eum, & animauit ad liberationem populi.*

3. Reg. 19. *Fugientem Eliam à facie Iezabel pessimæ Reginæ Angelus Domini confortauit, & sobrio cibo eum refecit.*

Tob. 5. *Raphael Archangelus cum Tobia iuniore è domo patris egressus promisit se fidelem eius comitem toto itinere futurum, salutemq; ad locum destinatum perducturum.*

Tob. 6. *Idem Tobias cum peruenisset ad fluuium Tigris, & in eo vellet lauare pedes suos, insiliit in eum piscis immanis ad eum deuorandum; sed Angelus Raphael eum defendit, & ab eo periculo liberauit, voluitq; vt fel eius acciperet ad restituendam parenti caco sanitatem.*

EXEMP. I. *Angelos bonos locorum sacrorum esse defensores & custodes exemplo manifestatur.*

Ado Vienn. in Chro. ætat. 6. sub an. Do. 774.

ANno incarnationis Domini septingentesimo septuagesimo quarto pius Rex Carolus in Italiam profectus est, atque dum ibi esset, Saxones ad præsidia Francorum cum exercitu exeuntes, obsidentesq; quoddam castellum Buriaburg, quandam ecclesiam concremare à foris à castello voluerunt, quam sacrauerat beatus Bonifacius martyr. Subito autem appatuerunt duo iuuenes miræ claritatis & candoris, videntibus tam Christianis quam paganis, qui ipsam ecclesiam defendere videbantur. Horum aspectu terribili perterriti Saxones in fugam versi sunt, sicque castrum illud ab obsidione liberatum.

Angeli Ecclesiarum custodes.

II. *De Angelo Domini viso pro foribus templi Constantinopolitani ad prohibendum ingressum militibus aduersus Ioan. Chrysost. missis.*

In vita Io. Chrys. Greg. Arch. Alexand. scripta græce, & per Godefridum Tilman. Carthu. Parisiis latinitate donata.

Cum Eudoxia Augusta repeteret suum Paulacium Ducem exercitus, quem Io. Chrysostomus in ecclesia detinebat, & suorum secretariorum relatu audisset, quod non absolueretur, nisi ipsa remitteret ad viduam Callitropem quinquaginta aurea numismata per Paulacium ab ea vi extorta, illa indignatione & excandescentia animi oppleta eadem hora iubet Centuriones duos eo proficisci vna cum ducentis militibus, cum mandatis edicens eis, vt ingressi Ecclesiam iniecta manu illinc Paulacium abriperent, & è manu Episcopi auellerent, absolutumque reducerent domum. Illi cum ad limen vsque peruenissent vestibuli ecclesiæ, ac voluissent ingredi, viderunt Angelum Domini pro foribus vestibuli stantem, manu sua rhomphæam tenentem manu è vagina exertam, eosq; abscentem ab ingressu vestibuli. Contemplati igitur eiusmodi spectaculum, vehementi timore correpti, & ad Imperatricem reuersi, cum tremore quæ vidissent ei renunciarunt, simul & quonam pacto aduersum eos ipsam distrinxisset rhomphæam. Hæc cum inaudisset Imperatrix, exterrita est, & mentis perturbatione constarnata vna cum stupore, ne sic tamen præconceptum aduersus Ioannem ab animo profligauit.

Angeli custodiunt templa.

III. *Altarium consecratorum Angelos quoque curam habere hoc exemplo declaratur.*

Ioan. Mosc. Pratt. spirit. cap. 10.

Abbas Barnabas descenderat ex spelunca sua [illegible] monasterium turrium, & cum fuisset ibi aliquantulum

Angeli alarium custodes.

lum temporis, quidam alius Anachoreta abiit ad speluncam ipsius, ingressusque vidit Angelum Dei stantem super altare, quod fecerat senior, atque sacrauerat; aitque ad Angelum: Quid hic agis? Cui Angelus ille; Ex quo sanctificata sunt ista, à Deo ipso mihi credita sunt.

IV. *Pios pro fide certantibus Angelos ad ministerium præsto esse, eosq; comitari.*

Ex Act. S. Marcelli apud Sur. 29. Decemb. Baron. 6. ann. 469. 283.

Cum Patricius, siue Patriciolus Asparis filius, adhuc Arianus, designatus esset Cæsar, ob eam causam magnæ turbæ Constantinopoli fuerunt excitatæ: Aspar enim, & filii Ardaburius & Patricius, & tota domus, Arii insaniam mirum in modum amplectebantur. Cum itaq; Constantinopolitani omnes essent pleni tumultu, cõmuniter conuenerunt, & ducibus Geladio & Marcello, viro sanctissimo, monasterii Acœmetarum Archimandrita, venerunt ad Hippodromum, vt ab inhonesto & indigno hoc cœpto arcerent Imperatorem Leonem XIII. Qui ipse quidẽ ad hoc erat prompto & alacri animo, sed cedebat tempori Asparis & Ardaburii. Cum ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoq; Deus ostẽdit Ducem, & tantum interesse inter sanctum Marcellum Acœmetarum Abbatem, & alios sacerdotes atq; Pontifices, quantum inter exercitus Ducem & Imperatorem, atq; adeo, si velis, inter militẽ & Ducem. Hoc fuit euidens signum. Nã inter ambulandum videbant ii, qui digni erant videre, iuuenem quidem statura maximum, forma & ætate pulcherrimum, & zona cinctum aurea, aspectu quidem tam candidum, vt niuem videretur superare, tam lucidũ autem, vt luce coruscaret. Læna erat tunica, eaque niue candidior. Eum ergo videbant à sinistris simul cum magno Marcello ambulantem veluti quendam satellitem, simul terribilem, & manum veluti supponentem sustinuisse senem, & cum maxima reuerentia non desiisse ei inseruire.

Angelus comitatur S. Marcellũ.

V. *De peregrino in via à sancto Raphaele Archangelo à prædonibus liberato.*

Ex Catal. Sanctorum Petri de natal. lib. 4. ca 141.

Raphaeli Archangelo duplex officium attribuitur, viæ vnum, medicinæ alterum: est enim hic Angelus & dux itinerantibus, & medicus morbo laborantibus: nam non solum Tobiam iuniorem in via conduxit, & sanum custodiuit, ac cõiugatum, diuitiisque plenum ad ædes paternas reduxit; sed etiam Tobiam seniorem excœcatum illuminauit. Quod autem hic Angelus, dux & custos viæ itinerantibus existat, patet hoc miraculo. Dum enim quidam Aurelianensis ad S. Iacobum peregrinaretur, Angelo Raphaeli, quem in deuotione habebat, quem ducẽ & custodem audierat, se specialiter commendauit. Cum autem in via erraret, & appropinquãs syluæ prædones superuenientes conspiceret, festinare cœpit iter, vt eos euaderet. Et cum aliquantulum præcessisset, quidam se sibi quasi comitem viæ coniunxit, & causam tantæ festinationis quæsiuit. Cui cum causam exposuisset, & hostes se insequentes ostendisset, ille eum hortari cœpit ne timeret: quia ipsam sine læsione ad rectam viam reduceret. Et cum hoc loqueretur, superuenerant ad fluuium; Cumque ille nec pontem, nec nauem ad transeundum conspiceret, nec viam transuadandi sciret, adhuc magis timuit, & se à comite deceptum putauit: Ecce, cum prædonibus irruentibus omni destitutus auxilio se Angeli Raphaeli commendasset, subito ex alia parte fluminis cum socio se translatum vidit, & hostes circa flumen mirantes demisit, subitoque ei comes ille disparuit: sicq; viam prosecutus est. Cum autem iterum rediens ad locum illum appropinquans in eosdem hostes irruere dubitaret: graui sopore subito depressus sub arbore dormitauit. Cui insomnis comes ille, qui eum trans flumen euexerat, apparuit? seq; esse Raphaelem Archangelum, cui se commendaret, asseruit, qui eum in via custodierat, & vsq; ad domum saluum ducere intendebat. Euigilans ille se ad vnam diætam prope ciuitatem suam reperit, & saluus rediens Beato Archangelo gratias egit.

S. Raphael Archangel. peregrinãtes custodit.

VI. *Ab Angelo monetur Bertharius Rex vt ad patriam redeat.*

Bertharius Longobardorum Rex pulsus regno à Grimoaldo in Britaniam nauigare constituit. Cumque nauim ingressus in altum ferretur, vox à littore audita est: Reuertatur Bertharius in patriam suam, quia tertius est dies hodie, quod Grimoaldus Rex mortuus est. Qui naui ad littus retroacta, cum neminem ibi videret, vocem eam fuisse Angeli recte suspicatus est. Statim itaque reuersus regnum Longobardorum obtinuit.

Regino lib. Paul. Diac. lib. 5. c. 13. 14. bel. li. 8. c. 6.

VII. *De Angelo Domini, qui exercitum Christianorum in terra sancta in inuio errantem ad locum securum deduxit.*

An. Dom. 1144. cum exercitus Christianorum insidiis circumuentus, & in extremas angustias coniectus ab obsidendo Bostro metropoli Arabum recederet, duce cœlesti nuntio incolumes omnes ad propria redierũt. Cum ergo, vt scribit Tyrius, in ineuitabilia incidissent discrimina, & errarent omnes in inuio & nõ in via, & angustiis locorum intercluſi essent, ab ingruentibus hostibus cędendi, nec haberent ducem, qui agmina præiret, & locorũ, per quæ transituri erant, haberet peritiam, ecce subito cohortes præcedens miles quidam ignotus, albi sessor equi, rubei coloris vexillum baiulans, lorica indutus curtis vsque ad cubitos manicis, antecedebat exercitum. Hic tanquam Angelus Domini exercituum viarum sequens compendia, & ad aquas prius incognitas congruis & commodis stationibus castra metari ducebat. Qui illis deductis Hierosolymam vsque, illo admirabili perfunctus ministerio ab omnium mox euanuit oculis.

Guillelm. Tyr lib. 6. c. 12. apud Baron. to. 12. ad 1144. 11.

Angelus præcedit exercitum Christianorum in via erraticum.

VIII. *De Angelo à Deo misso, quibus Dominicum comitaretur ac duceret in via.*

Cum

In vita eius per Fr. Theodoricum de Appoldia Dominican. li. 1. c. 6. apud Sur. to. 4.

Cum S. Dominicus aliquando ad S. Sabinam profecturus esset, vt consolaretur filios suos, Priorissa & Sorores loci, vnde abibat, nitebantur eum retinere, quod iam fere media nox esset, nec consultum videretur, vt inde abiret. Sed ille non acquieuit, dicens: Dominum plane velle, vt eat ad Fratres, eumque missurum cum ipsis Angelum suum. Itaque assumpto Fratre Tancredo, qui erat Prior siue Præfectus Fratrum, abscessit: Ecce ad portam iuuenis elegantissimus adest, manu virgam tenens, tanquam ad iter accinctus, illosque antecedit. Tum vir sanctus socios Fratres inter se & illum voluit ingredi: ipse tertio loco sequebatur. Vbi ad Fratrum portam ventum est, eam diligenter seris obfirmatam cernunt. Mox iuuenis viæ dux ad quandam portæ eius partem se applicans eam aperit, primusque ipse ingreditur; sequuntur Fratres; demum post illos intrat vir sanctus. Sed iuuene rursus egresso, porta clausa inuenta est. Scisciante autem ex Beato viro F. Tancredo, quis ille iuuenis fuisset, S. Dominicus respondit: Angelus Dei fuit, ab illo nobis custodiendis delegatus. Inde cum in Ecclesiam nocturnas preces cum Fratribus persoluturi, intrarent, Patres mirabantur, quinam ianuis clausis eis aditus patuisset.

Angelus B. Dominicū comitatur ac in via dirigit.

IX. *Sancto Benedicto iter facienti viam ostendunt Angeli.*

Sigebert. ad an. Do. 529.

S. Benedictus cum de loco, cui Sublacus vocabulum erat, ad mortem Cassinum transmigraret, ad omne bonum duo ei Angeli occurrebant, viam, qua ire deberet, præmonstrantes.

X. *De sororibus ab Angelo ductis, & ex hoc miro gaudio perfusis.*

Tho. Cantipr. lib. 2. Apum c. 54. §. 10.

Elizabeth de Grauia apud Niuellam in Brabantia virgo deuotissima fuit. Hæc cum socia deuota & bona de Niuella in Leulos ad duo fere miliaria properabat, & contigit eis in via, quod deuia sunt secutæ. Pauefactæ ergo propter siluam proximam flere cœperunt. Quibus flentibus vehementer subito iuuenis apparuit coram eis. Erat autem iuuenis, vt mihi earundem vna narrauit, crine crispo & croceo, alba indutus tunica, & albo pariter collobio superducto. Salutatis autem illis, ab eis, quo pergerent, inquisiuit. Respondentibus vero illis; In Leulos ire vellemus: Si viam sciret, inquirunt; & ille: Scio, inquit, me sequimini. Illo igitur cum silentio præcedente, sequuntur & illæ: nec fuit aliqua earū, quæ aliquid loqui poterat præ nimio mēris gaudio vel stupore. At vbi properantes viderunt villam, subito in ictu oculi ductorem iuuenem perdiderūt. Quæ mox prostratæ in terram amare cœperunt flere, quod ductori tanto nihil amplius sunt locutæ. Ad cor autem post lacrymas redeuntes, Deum magnifice collaudarunt, & sæpius dulce factum ad memoriam reducentes, exinde in spirituali vita tali solario profecerunt.

Duæ Virgines deuiæ ab Angelo recte deducuntur.

XI. *De angelo, qui duobus è societate Iesu iter facientibus prandium dedit.*

Cum duo è nostris iter facerent per solū arenosum sub meridiem nimio æstu Solis tosti, & ab omni cibi vel potus commeatu deserti: vbi Domino Deo suam afflictionem cōmendassent, ecce improuiso & tempore alienissimo homo quidam humi in sabulo sedens, & quod ad mores attinet, perhumanus & modestus, se offert. Præbet haud grauate famelicis & sitibundis recentes è canistro fructus. Quos cum libenter acciperent, non solum magnam inde capiebat voluptatem, sed etiam singulari quodam affectu inuitabat, vt iis vescerentur, quandoquidem essent ipsorum. Hoc communiti prandiolo progressi sunt, quod alioquin ægre potuissent, longius. Deoque immensas egerunt gratias, quod in tanta necessitate ipsis subuenisset; postea perpendentes omnes huius facti circunstātias, vt loci, quo homo repertus est cum fructibus: numquam enim vllus Indus in tanto ardore Solis, solus consueuit se in viam dare; deinde quod, licet ignotus, tanta humanitate & liberalitate fructus illos communicasset, prorsus in eam persuasionem venerunt, fuisse Angelum Dei. Certe argumentum fuit singularis Dei prouidentiæ, fideque dignum est, Deum hoc modo bonitatem suam illis demonstrare voluisse, ideo, quod dicti duo Patres in loco quodam, vnde illo die digressi erant, cui [illegible] ingenti fructu spirituali operam suam locassent.

Exlitte in annuis Indularum Philippiarum residentia Dulacensi an. 1591. P. Martin. Perez.

Angelus seruos Dei pascit. Prouidentia diuina.

XII. *De duobus fratribus prædicatoribus, cum anxij essent de prandio, ab Angelo confortatis.*

Tho. Cantipr. lib. 2. Apum c. 54. p. 1.

Consimile duobus Fratribus ordinis Prædicatorū (vt super Fratrem Henricum de Colonia Prædicatorem elegantissimum inter Fratres indubitabili relatione didicimus) contigit in partibus Galliarū, illo ordine nouiter inchoato. Gradientibus namq; duobus Fratribus Prædicatoribus ieiunio rum tempore, ante pascha, cum iam instaret tempus prandii, hora nona, & secum quæreret, quis fidelis eos ad refectionem recipere t in terra rara hominibus, & ignota, subito affuit iuxta eos vir elegantis formæ, & habitus peregrini, dicens: Quid confertis inter vos fratres mei? Illis autem verecundantibus dicere quid dixissent, ait eis: Modicæ fidei, de hoc inter vos dubii quærebatis, quis vos ad refectionem reciperet in terra rara hominibus & ignota. Christo credite veritati, qui non hæsitantibus & ipse confidentibus repromisit, dicens: *Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* Credidistis in hoc Christo, vt temporalia ista pro illo dimitteretis, & paupertate regnum sæculi quæreretis, & nunc de Christo diffiditis, vt vos sine refectione dimittat, & non quasi filios pascat? Absit, & hoc vobis signum. Transibitis campum istum, & in valle quadam villam parvulā inuenietis. Illic intretis Ecclesiam, inuitabit vos presbyter affectu magno, [illegible] superueniet miles, qui vos violēter auferet sacerdoti.

Angelus carpit religiosos de victu conquerentes. *Matth. 6.*

Et cum.

Confidentibus in Deum nihil vnquã deest.

Et cum vos deducet, persona loci, qui aliter patronus dicitur, maximis precibus à milite obtinebit vos & ambos inuitatores vestros, militem scilicet & presbyterum, vobiscum largissimis ferculis reparabit. Confidite ergo in Deum, & fratres Ordinis vestri exemplo isto confidere faciatis. Hęc vt dixit, repente disparuit. Illi autem per ordinem, vt iis prædixerat, omnia reperiũt, & reuertentes Parisios dicto Fratri Henrico de Colonia & Fratribus quibusdam aliis, quæ sibi contigerant, retulerunt. Et notandum, quod non solum Christus, sed & nobis in mensa eius angeli ministrabunt. Vnde ipse Christus suos confortans dixit: *Ec ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.*

Luc. 22.

XIII. *De familiaritate Ioan. Carreræ ad Societatem conuersi cum Angelo tutelari.*

Ex Annal. Soc 1551. lib. 13.

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Societatis Iesu albo inscribi supplicabat Ioannes Carrera, puer ille quidem, necdum per ætatem satis aptus ad Martha labores; cæterum senili prudentia & grauitate maturus: quem cum tam tenerum ad Societatem recipere Strada non auderet, contra tamen ardentissimum animaduerteret, in prorogando pœne morosum, vt eum cohiberet, & ab se abigeret; Geram, inquit, vbi morem, si quæ postridie pro concione dixero, rebus omnia. Ioannes conditione accepta, postero die Stradam diligenter audit; dein post epulas ad eum redit, vt concione fideliter reddita, promissa repeteret. Dat illi operam Strada, & eodem sentit ordine, eidemque pœne verbis omnia, quibus ipse concionem habuerat, ab eo reddi. cuius admiratus ingenium præstantemque memoriam; Esto, inquit, bono animo fili, nunc demum intelligo, sic decretum & constitutũ à Deo, vt socium te nobis adiungas: cito quod postulas, impetrabis: datisque ea de re ad Prouincialem literis, adolescentis postulationi concessit. Qui cum se vbi compotem fecerat vidit, totum se contulit ad exercitationem, disciplinamque virtutum. Multus erat in adhibendis Deo precibus, multus in colendis cum pœnitentia, tum pietatis officiis; præcipue vero erga sanctissimam Dei Matrem, tutelaremq; Angelum suum inflammato studio rapiebatur. Quo cum tanto esset, & tam familiari coniunctus vsu, vt velut intimo cum amico, sua cõsilia sermonesque conferret, sæpe ad eum de suis rebus dubiis arduisq; referret, sæpe interrogaret exquireretque consilium: vicissimque ei Angelus ad omnia, notis hisque vitatisque vocibus respondet. Denique in eam sancti Angeli familiaritatem, venerat, vt ab eo quotidie horis antelucanis ad orationem excitaretur è somno: quanquam hanc aliquando consuetudinem Angelus intermisit, quod excitatus ab se mane Ioannes languore ac lassitudine victus non cubili protinus surrexisset. Quod si hæc culpa fuit, certe perdies plurimos, occultãte se Angelo, pœnas dedit. Cuius præsentiæ desiderio multis ad Deum placandum precibus ac ieiuniis adhibitis, vix tandẽ aliquando, quod amiserat, recuperauit. Namque eum Deus multo post pro sua eximia suauitate quãplurimis cœlestium voluptatum blanditiis atq; insuetis inter precandum iucunditatibus delinitum ita est consolatus, vt quod abstulerat, etiam redderet, excitatorem suum custodem Angelũ; qui quotidianæ precationis, vt antea consueuerat, matutinis temporibus admoneret, & quo cum simul agere, & sermocinari liceret. Receptum in pristinam familiaritatem Angelus monuit, idcirco suam se occultasse præsentiam, quod ad orationem se suscitantem non protinus audisset; Deumq; ab eo pœnas voluisse repetere, vt documentum ei esset in posterum, ne in surgendo moras necteret.

Familiaritas Ioann. Carreræ nouitii cũ Angelo tutelari.

TIT. XXXV. De doctrina hominibus ab Angelis data.

Tobias Angeli Raphaelis consilio exenterat piscem, vnde medicamina tollit. Tob. 6.

Angelus Raphael ducens iuuenem Tobiam, per quam Ibid. *optima consilia illi suggerebat, instruebat que sigillatim, qua ratione matrimonium inire deberet, non hominum carnalium more, sed cum sancto Dei timore, & crebra oratione.*

Angelus Domini hortatur Philippum, vt Eunuchum Candacis Reginæ catechiset, &c. Act. 8.

EXEMP. I. *De Siluestro Pontifice II. ab Angelo monito quem Ducem è duobus regio diademate cohonestare debeat.*

ANno Domini millesimo, Meisca Polonorum Dux Christianam complexus fidem Legatos suos Romã misérat, vt Pontificis Siluestri II. benedictionem, & regium ipsi titulum impetrarent. Assenserat quidem Pontifex, & iam coronam egregio opere confici curauerat, quam ei mitteret, sua benedictione adiuncta. Sed quia nouit Dominus, qui sunt eius, qui etiam duobus Apostolis propositis Matthiam socio suo prætulit, & cum Apostolis annumerandum curauit: illa corona Stephanum Vngarorum Regem ornari voluit, postea felicius gloria sempiterna coronandum. Nocte enim eius diei, quo statuerat Pontifex coronam Polonorũ Principi dare perferendam, apparuit ei Angelus Domini, dixitque ad eum: Noueris, eras, hora diei prima, ignotæ gentis nuntios ad te venturos suo Duci coronam Regiam & Apostolicæ benedictionis mun' abs te expetituros: eam ergo coronam, quam parare iussisti, illis incunctanter tribue, ad ipsorum Ducem eam asportaturis; nec dubites illi eam cum Regni gloria pro virtute eius meritis deberi. Itaque crastina luce,

Cartuitium Epist. in vita S. Stephan. Reg. c. 7. a pudSur. 10. 4. die 20. Aug. & Baron. 10. an. Dom. 1000. n. 1.

Stephanus Vngarorũ Rex inspiratione diuina coronam Duci Polonorũ præparatam à Sylvest. Pont. obtinet.

luce, ea hora qua prædictum erat, Præsul Astricus ad Pontificem venit, demandatumque sibi officium prudenter exequens, sanctique Ducis res gestas ordine referẽs, à Sede Apostolica Regni coronam petiit, ostendens dignum esse Ducem eo honore & dignitate, quippe qui diuina fretus ope multos sibi populos subiugasset, multosq; infideles sua potentia ad Christum conuertisset. Iis auditis mire exhilaratus Pontifex, precibus illius libenter annuit, crucemq; ante Regem seu Apostolatus insigne gestandam adiunxit: Ego, inquiens, sum Apostolicus: At ille merito Christi Apostolus dici potest, cuius opera tantum populum sibi Christus requisiuit. Atque ea causa, quemadmodum diuina gratia ipsum docebit Ecclesias Dei vna cum populo nostra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis quæ postularat, Antistes Astricus ad suos lætus reuertitur, illud secum ferens, cuius causa iter illud emensus erat. Allatis vero Apostolicæ benedictionis literis cum corona & cruce, Præsules cum Clero, Comites cũ populo in laudes Dei prorumpunt, & Deo dilectus Stephanus Princeps vngitur in Regem, & diademate Regio felicitercoronatur.

Crucẽ præferendi ante se more Pontificis veniam obtinet Stephan' Rex.

II. *Angeli monitu Melanius eligitur Episcopus, & ad concionandum mittitur.*

Pet. de Natalib. lib. 9. Cat. Sanct. 6.93.

Cum die quadam S. Stephanus Pontifex Maximus & martyr celebraret, & ei Melanius ministraret, Angelus Domini à dextris altaris extitit, quem vterque illorum vidit. Qui & Melanio finita missa baculum dedit, & eum vrbi Rothomagensi à Deo electum Episcopum nunciauit, & vt illuc ad prædicandum accederet, mandauit, Christumq; ipsi ductorem futurum promisit; statimq; disparuit. Melanius ergo continuo accepta benedictione à Pontifice discessit, & Christum itineris ducem habuit. Veniens autem Antisiodorum inuenit hominem, qui casu bipenni pedes in duas partes diuiserat. Quẽ baculo, quem ab Angelo acceperat, tetigit, & ipsum sine mora sanauit: Veniens autem Rothomagum prædicationis officio fideliter institit, & miraculis clarens fere totum populum ad Christum conuertit.

Angeli nũcio Melani' ad prædicãdum mittitur.

Rothomagenses conuersi.

III. *Diuo Ambrosio concionanti verba ministrat Angelus.*

Paulin. in vita eius ap. Baron. tom. 4. ann. 448.

Cum D. Ambrosius Episcopus Mediolanensis Auxentium Episcopum Arian. cæterosque Arianos prouocasset, vt se dissentem in Ecclesia conuenirent, euenit tunc, inquit Paulinus, vt quidam vir de hæresi Arianorum, acerrimus nimium disputator, & durus, atq; inconuertibilis ad fidem Catholicam, ac Ecclesiam se conferret. Is constitutus in Ecclesia, tractante Episcopo, vidit (vt ipse postmodum loquebatur) Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem, vt verba Angeli populo Episcopus renunciare videretur. Quo viso conuersus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere.

D. Ambros. concionanti Angelus verba ministrat.

IV. *Ab Angelo Dei ad martyrium impellitur Laurianus.*

Lucius Marineus Siculus lib. 5. de rebus Hisp.

Laurianus Hispalensis Archiepiscopus vir sanctissimus, cum Hispali diuino cultui diligentissime seruiret, & Christianos ad augendam fidem Catholicam animaret, Rex Hispaniæ tempore illius, nomine Totila, exitium ei parabat. Quamobrem Laurianus per quietem Angelum ita sibi dicentem audiuit: Surge, Lauriane, & ab hac vrbe statim discedas: Nam ciuitas hæc propter hostium Christianæ religionis tyrannidem sæuissima longissimaque pestε vexabitur; & Hispania tota septem annos nullis irrigabitur pluuiis, & flumina fere omnia deficient. Quo audito Laurianus surgens Romam statim profectus est, vbi sanctissimus vir innumeris miraculis cognoscitur. Mox autem ab eodem Angelo monitus, vt in Hispaniam rediret, quia pro fide Christi martyrium pati eum oporteret. Reuertens itaq; in itinere à Totila regis satellitibus capite obtruncatur. Quod quidem caput manib' suis accepit. Quod cum satellites vidissent, meru perterriti ad fidem Christi conuersi, & baptismatis oleo peruncti, caput Lauriani flentes Hispalim detulerunt, & cum Regi omnia, quæ viderant, retulissent, Rex Christi nomẽ quoq; assumpsit.

Angelus Domini quid Laurianο.

Laurianus martyr caput suum abscissum gestat.

V. *De [illegible] Golinduch ad fidem Angli beneficio conuersa.*

Niceph. lib. 18. cap. 25. Euang. lib. 6. cap. 20. ex Steph. Ep. Hierapolitano.

Sancta Golinduch martyr, post consumptum in matrimonio triennium per extasin extra seipsam rapta, ab Angelo, diuino dispensationis salutis nostræ mysterio est initiata, proindeq; magis Persicis, vnde progenita erat, multisq; verberibus & tormẽtis, quæ omnia superauit, expetita, miracula infinita & prodigia mirifica edidit: identidem Angelo, qui dux eius fuit, ad eam veniente, & vt leniter & facile omnia perferret, curante.

VI. *A quo ipsi quoque Angeli doceantur.*

Pallad. in Hist. Lausiaca in præmio. D. Dionys. toto lib. de cœlesti Hierarchia

Solus ipse est vniuersorum Deus, qui nequit doceri, quandoquidem & ipse per se est, & ante se non habet alium; alia autem omnia doceri possunt, quoniam sunt & facta, & creata. Atque primi quidem ordines magistram habent summam Trinitatem: Secundi autem discunt à primis, Tertii à secundis, & sic deinceps, & per ordinem vsque ad extremos; qui enim præstantiores sunt honore & virtute, docent eos qui sunt inferiores cognitione. Qui ergo existimant se non egere magistris, aut non parent iis qui docent in charitate, laborant morbo ignorationis, quæ est mater arrogantiæ.

Angelorum ordines à quibus discant.

TIT. XXXVI. De auxilio Angelorum in bello pro defensione Catholicorum.

Exod. c. 7. *Michael Archangelus pro Dei populo in Ægypto pugnauit, quando per multa signa & miracula è Pharaonis seruitute liberatus est.*

Exod. c. 14. *Cum Pharaonis exercitus Israëlem de Ægypto exeuntem persequeretur, Angelus qui præcedebat castra Israel, conuertense, venit & stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel, & toto quidem noctis tempore ita Israelem tuebatur ab Ægyptiis, vt ad se inuicem accedere non valerent.*

Num. 22. *Stetit Angelus Domini in via contra Balaam, qui sedebat super asinam, &c.*

4. Reg. c. 6. *Multa Angelorum legiones Prophetam Elisæum cinguntquare orat Dominum, vt oculi quoq; pueri sui aperiantur, vt & illi, quantis essent circundati copiis, videre liceret.*

4. Reg. 19. *Stupendum quo & auxilium fuit, ac vere militare præsidium, quando vnus Angelus nocte vna in propugnationem ciuitatis sanctæ Hierusalem percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinq; millia.*

Iudith. c. 13. *Iudith Angelo duce & superbum vicit Holofernem, eiusque desectis cernicibus totum confudit exercitum: & salua atq; intacta cum spoliis ac triumpho reuersa est.*

2. Mach. 10. *Eo prælio, quo Iudas Machabæus Timotheũ vicit quinque in equis ornati aureis armis apparuere, è quibus duo Machabæum defendebant: tres autem alii ante primam aciem acriter hostes inuadebant.*

2. Mach. 11. *Alio item prælio, quo Iudæi contra Lysiam [illegible] prælio derere in aëre viderunt duos equites insignes, quorum præsidio feroci Lysiæ exercitus prostratus est.*

Deut. vlt. Iud. epist. *Post mortem Moysi, cum callidus dæmon conaretur populum Dei ratione sacri eius corporis inducere in idololatriam, Archangelus Michael zelo honoris diuini ardens & salutis populi, valide se illi opposuit, eumque in fugam coniecit.*

Antichristus à S. Michaele expugnabitur. *Deinde in consummatione sæculi fortissimus hic Archangelus apparebit ad bellum cum Antichristo ineundum, qui conflictis miraculis fideles peruertere conabitur, vt Ecclesiam Dei aduersus terribilem illam persecutionẽ tueatur.*

EXEMP. I. *S. Michael Argonautis aduersus Amycum pugnantibus opitulatur, victoriamq; eis obtinet.*

Niceph. Call. lib. 7. histor. Eccl. c. 10. IN eo loco, qui Sosthenium dicitur, Ecclesias duas Archangelo Michaeli extruxit Constantin. Imp. in quibus splendide exornandis ad Imperialem magnificentiam nihil omisit. Mihi vero molestum non fuerit, earum structurarum causam inferre, & vnde loco illi Sosthenii nomen sit impositum. Memoriæ namq; proditum est, Argonautas Græcorum, cum ad eum quoque locum peruenissent, prædari atque [illegible]ere eam regionem cœpisse: & ab Amyco, qui ibi [illegible] tum potiebatur, in fugam [illegible], palantes in quendam nemorosum, & incultum, propter densitatem arborum, locum profugisse, ibique eis latentibus, virtutem cœlitus aduenisse, viri specie, alas veluti aquilæ in humeris habentis, victoriamq; aduersus Amycum oraculo denunciasse. Illos porro id secutos cum illo conflixisse, victoriam reportasse, ipsum vna cum sociis suis concidisse. Atque vt gratiam ei referrent, fanum eos & statuam, ea, qua eis apparuerat forma, in loco eo excitasse; nomenq; regioni Sosthenium incidisse, quod scilicet robore ibi accepto salui euasissent. Eam statuam laudatissimus Princeps Constantinus cum in eam oram necessaria de causa diuertens vidisset, familiaribus comitibusque suis rem talem exposuit; regionemque eam cum stupore admiratus, ibi mansit. Somni porro capiendi tempore assistens illi visio statuæ eius similitudine: Ego, inquit, * sic sum Michael archidux Domini Sabbaoth virtutum, Christianorum fidei tutor, qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fideli & germano illius ministro, auxiliaria arma contuli. Itaque è somno excitatus regionem eam pulcherrime excoluit, & ara imperiali, magnificaq; manu & liberalitate in parte Orientali constructa, celeberrimum id templum ciuibus simul & aduenis reddidit. Maxime tamen sacram eam ædem apparitionibus suis illustrauit Archangelus. Nullus enim graui quopiam casu, aut ineluctabili periculo, aut ægritudine incognita, morbo denique incurabili circumuentus, qui ibi Deum orans implorauerit, non facile opem aut auxilium inuenit. Et certo satis creditur, diuum Michaelem Archangelum apparere ibi solitum, salutiferum eum efficere locum, cuius rei gratia ab antiquis etiam Michaelium est vocatus.

Archangelo Michaele Argonautis succurrit.

* *Sanctus.*

S. Michael Constantino M. apparet. Templa in honorem S. Michaelis erecta.

II. *De Leseo Polonorum Principe, qui paruo numero, sed Michaelis Archangeli ope, multos Lituanos prosternit.*

Martin. Cromer lib. 10. hist. Polon. Narrat Cromerus lib. 10. histor. Leseum Polonorum Principem cum parua manu insequutum multa Lituanorum millia, qui Poloniam diuexabant; cumque ex labore itineris paululum requieuisset, Michael Archangelus illi adstitit, & suum illi auxilium promisit, ac de victoria certum reddidit, qui victor rediens eidem Angelo Lublini templum exstruxit.

Victoria S. Michaelis ope.

III. *Vt Angeli Constantinopolitanis victoriam contra Persas denunciarint, & ea potiri curauerint.*

Socrates Scholastic. lib. 7. histor. Eccl. c. 18. Niceph. Call. lib. 14. c. 21. Mortuo Isdigerde Persarum rege, qui Christianos in Persia haudquaquam persequutus fuerat, filius illius Barataues nomine in regno succedit. Hic à Magis persuasus Christianos grauiter exagitauit, variisque Persicis suppliciis ac tormentis subiecit. Itaque Christiani qui in Persia erant necessitate pressi ad Romanos confugiunt, orantque ne ipsorum auxilium implorantes contemnant. Attieus E-

piſcopus ſupplicantes cupide ſuſcepit, ac totus in eo erat, vt pro viribus ipſis ſuccurreret, & Imperatori Theodoſio quæ gererentur ſignificauit. Accidit autem vt ob aliam quoque cauſam Romani Perſis redderentur infenſi: auri ſiquidem foſſores mercede à Romanis conductos Perſæ reſtituere nolebant, & Romanorum negociatorũ merces abſtulerant. Itaque ad hanc offenſam etiam fuga illa Chriſtianorum ad Romanos acceſſit. Etenim Perſarum Rex confeſtim miſſis Legatis profugos repetebat. Romani vero eos nullo modo tradebant qui ad ipſos confugerant, quos non ſolum tanquam ſupplices ſeruare volebant, ſed etiam ad ferendum omnia pro Chriſtianiſmo parati erant. Quocirca bellum etiam cum Perſis gerere malebant, quam Chriſtianos periclitantes deſerere. Diruptis itaque ob hãc cauſam fœderibus graue bellum excitatum eſt. Itaq; Theodoſ. Roman. Imp. partem exercitus primum miſit, cui præfuit Dux Ardaburius. Hic per regiones Armeniorum expeditione in Perſiam facta, vnam ex illis Prouinciis Azizenam dictam, vaſtat. Occurrit autem illi Narſæus Dux Regis Perſarum exercitu Perſico, factaque congreſſione victus fuga labitur, ſciens commodum fore, vt per Meſopotamiam in regionem Romanorum nullo præſidio munitam ex improuiſo irrueret, & hoc pacto vindictam de Romanis ſumeret. Verum R[illegible]n. Ducem Narſæi conſilium non latebat. Vaſtata itaque Azazena quam velociſſime ad Meſopotamiam & ipſe mouit. Ob eam cauſam Narſæus, quamuis multis copiis inſtructus, in Rom. tamen regionem irruere non potuit. Venit itaque Niſibin, quæ ciuitas in confiniis eſt, ad Perſas pertinens. Hinc Ardaburio ſignificat, velle ſe ex pacto cum ipſo confligere, vt & locum & diem conſultationi deligeret. Ardaburius vero iis qui ad ſe venerant, Narſæo, inquit, dicite; Romani Imperatores, non quando tu vis, pugnant. Cum autem Perſam totis viribus bellum inſtruere ſciret, totam belli ſpem in Deum coniecit, ac ſimul maximum exercitum bello deſtinauit. Quoniam vero fidem in Deum habebat Imp. veſtigio beneficentiam illius eſt cõſequutus, quod ex eo factum eſt manifeſtum. Cum Conſtantinopolitani anxii eſſent, & dubium belli euentum hæſitabundi expectarent, Angeli Dei circa Bithyniam iis, qui Conſtantinopolim neceſſitatis ſuæ gratia proficiſcebantur, apparentes nunciare iuſſerunt, vt bono animo eſſent, & precarentur Deoque fiderent, victuros eſſe Romanos, ac ſimul addiderunt, eſſe ſe belli huius diſpenſatores à Deo miſſos. Hoc audito, non ſolum ciuitas confirmata eſt, ſed & milites confidentiores facti. Quibus promiſſis exitus etiam reſpõdit. Nam Romani Perſas in ciuitate Niſibenorum concluſos obſederunt, & occiderunt. Alamundaro, Iſidigerdi arma tulerat auxiliaria: ar tantum ſubito Deus incuſſit terrorem, vt Romanorum copias in ipſos derepente irruiſſe exiſtimarent, atque cum inter ſeipſos tumultuarentur, & non haberent quo aufugerent, ipſi ſe armatos in fluuium Euphratem præcipitarunt; in quo homines circiter centum millia ſubmerſi ſunt.

Romanorum charitas erga Chriſtianos profugos.

Angeli Conſtantinopolitanis victoriam nũciant.

Supplicationes belli tempore pro victoria.

IV. *De Archangelo Gabriele in auxilium Elesbaan Chriſtianiſſimi Regis Æthiopum occurrente.*

Exactis Arethæ martyr. Bar. to. 7. an. 523. 25.

Iuſtinus Imp. audita Homeritarum Chriſtianorum ſtrage per Dunaan Regem tyrannum Apoſtatam Hebræum quam diriſſime perpetrata, per Alexandrinum Catholicorum Antiſtitem Elesbaan Regem Æthiopum virum Chriſtianiſſimum ad vltionem parandam excitauit. Elesbaan omnium, quæ facta fuerant, conſcius, cum validum collegiſſet exercitum, per continentem miſit quindecim millia Æthiopum ad Homeritidis partes magis Occidentales, ipſe verò per mare claſſem ducebat, vt ſic hoſtes coercerent. Rex autem cum iam eſſet nauigaturus, venit in templum, ad cuius fores regia veſte aliiſque inſignibus Imperii depoſitis, ingreſſus eſt quidem priuato habitu; ſtans autem ex aduerſo aræ, cum Deum multum oraſſet, & ſanctum monachũ conſuluiſſet, benedictione ab eo accepta, abiit lætus, & cum iuſſiſſet exercitui, ne ferrent viaticum plus quam viginti dierum, nauigauit. Sed neque negligens fuit Rex Homeritarum: validum enim inducens exercitum, venit in eum locum, in quem expectabatur venturus Rex Æthiopum. Doloſæ porrò artes Dunaan irritæ redduntur: nam quidam milites Elesbaan ex inſperato incidunt in hoſtes, quos omnes [illegible]erunt, præter tyranni cognatum, qui [illegible] ad ciuitatem Phare duxit, in qua erat Regina Dunaan, à quibus fuit ſpoliata, & Regina capta. Reliqua vero pars militum Chriſtianorum, quæ ſumma rerum neceſſariarum inopia laborabat in mari, & ab hoſte irruente valde premebatur, longa ſupplicatione facta & ſacra communione ſumpta cum lacrymis Domini inuocat auxilium. Ipſe autem eos audiuit, & ſtatim vox quædam fuit de [illegible]elo audita, quæ dicebat: Gabriel, G[illegible]briel, Gabriel. Confidentes itaque Æthiopes cum deſcendiſſent de nauibus, & manus conſeruiſſent cum hoſtibus, eos fuderunt, & omnes interfecerunt, etiam Regem ipſum catena vinctum. Vide ſuſe apud Baron.

Pietas Regis Æthiopum in expeditione paranda.

Victoria Gabrielis Archangeli ope obtenta.

V. *Angelus Dei viſus pugnare pro Francis.*

Aimonius de geſtis Franc. li. 3 c. 87 & 88. Bar. to. 8. an. 601. 30.

Anno Domini ſexcenteſimo primo, qui numeratur quintus Regum Francorum Theodeberti atque Theodorici fratrum, conflatum eſt ciuile bellum inter eos atque Clotharium filium Regis Chilperici, hæredem vero Guntherami, magnaque facta vtrinque cæde, ceſſit tandem victoria Theodoberto atque Theodorico, fugiente Clotharo. In qua pugna ait Aimonius, Angelus Domini aſtans euaginatum viſus eſt tenuiſſe gladium.

VI. *Ventes auus Rex Bohemiæ in ſingulari certamine ab Angelis protegitur.*

Luitprand. li. 1 hist ca. 14. Boz li. 5. de sig. c. 1.

Tradit Luitprandus Venceslaum Bohemiæ Regem occurrisse in finibus Duci Carinensi, qui fines regni huius vastabat, eiq; obtulisse singulare certamen, vt multorum cædibus pareceret. Vbi ventum est ad manus, Angeli apparuere, qui Venceslaum protegentes arma ministrabant. Quo viso Dux petiit veniam, eaque obtenta discessit.

VII. *Alphonsus Congensium Rex iam recens ad Christum conuersus, ope Angelorum victoriam obtinet contra fratrem pro regno pugnantem.*

Hier Osor. Epist. Siluen. lib. 3 hist. Th. Boz. li. 5. de sig. c. 1.

Congense regnum anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto Lusitanorum classibus est exploratum Cumque Christo Rex nomen dedisset vna cum multis suorum, victoriam mirabiliter de quibusdam rebellibus vexillo crucis educto in prælium reportauit Ioanni nomen huic Regi fuit. Eo defuncto filius natu maior Alphonsus sequebatur, minor erat omnino alienus: quocirca in certamen acquirendi regni venerunt. Innumeri, qui nondum Christum colebant, natu minorem sequebantur, & maximas copias aduersus alterum paucis stipatum militibus conficiebant. Ventum tandem ad pugnam. Vix initum prælium. Christi hostes in fugam se protinus subito pauore correpti dederunt. Dux exercitus hostilis captus palam confessus est, se magnam militum copiam in equis insidentem, & crucibus insignitam tantaque luce splendentem, vt oculos omnium perstringeret, in prælio conspexisse eius metu perterritum [illegible] suis se fugæ commisisse.

Angeli pugnant pro Alphonso Congensium Rege Christiano.

VIII. *Angelos bonos paratos esse ad iuuandos Dei seruos ab hostibus impugnatos.*

Ex vitis Patr. Plat. l. de bon. Stat. relig. c. 18.

Beato Moysi Abbati quodam tempore tam vehementem intulit impugnationem fornicationis dæmon, vt quietus in cella sua nequiret diutius permanere. Contulit se itaq; ad sanctum Abbatem Isidorum, & violentiam insultus huius acerrimi magna cum animi mœstitudine narrauit. Cumque è scripturis sanctis Abbas Isidorus testimonia proferens eum consolaretur, eumque, vt in suam cellulã reuerteretur, rogaret; isque vt id faceret non posset induci, tunc illum Abbas Isidorus ad suæ mansiunculæ superiora perduxit, eiq; dixit: Respice ad Occidentem, & vide: Vidit autem versus illam mundi plagam innumerabilem dæmonum multitudinem vehementer cum furore perturbari, & quasi ad prælium præparatos in conflictum turmatim ruere & pugnare. Dixit ei iterum Abbas Isidorus: Respice ad Orientem. Cumq; eam in partem attentius oculos coniiceret, vidit innumerabilem sanctorum Angelorum frequentiam, splendentemq; super lumen solis cœlestium virtutum. Ait tum ei Abbas Isidorus: Ecce, quos in Occidente vidisti, illi ipsi sunt, qui etiam Sanctos Dei impugnant. Quos vero versus Orientem cõspexisti, hi sunt, qui ad adiutorium seruis suis mittit Dominus exercituum Deus. Cognosce igitur, quod plures nobiscum sint, quam cum illis, sicut dixit Elisæus Propheta. Vt & S. Ioannes ait, Quia maior est, qui in nobis est, quam qui in hoc mundo. His auditis confortatus in Domino sanctus Abbas Moysis reuersus est ad cellulam suam, gratias agens, & glorificans Domini Iesu Christi potentiam & bonitatem.

Angeli Dei in auxilium nostrum mittuntur.

4. Reg. 6.

IX. *Vt Gainas barbarus Constantinopolim inuadere contendens, ter ab Angelis sit repulsus.*

Tripart. li. 10 hist. Eccl. c. 6. & Socrat. li. 6. c. 5.

Cum Gainas genere Scythicus magister militũ, Arianus, studio tyrannico vehementer elatus, adipisci desideraret imperium, qui pridem de sua fide apud beatam martyrem Ephemiam in Chalcedone Imperatori Arcadio promisisset, diuersa consilia reuoluebat, & in sua intentione semper instabat: Cũque per diem nihil in vrbe Constantinopolitana agere potuisset, machinatus est vt nocte barbaros mitteret, qui palatium concremarent. Tunc vero aperte monstratum est, quomodo Deus custodiat ciuitatem. Missis enim ab eo barbaris ad incendium atque prædas, Angelorum turba apparuit armatorũ ingentia corpora habentium. Illi vero putantes esse milites, abscesserunt. Cumque hoc Gainæ fuisset nunciatum, incredibile visum est; nouerat enim omnem exercitum per ciuitates constitutum. Quapropter denuo sequenti nocte alios destinauit. Cũque idem ei renunciatum fuisset, denuo enim Angeli eandem visionem ostendebant; nouissime ipse egressus cum multitudine, miraculi sumpsit experimentum, arbitratus reuera, quod per diem quidem lateret exercitus, noctu vero pro eius custodia poneretur. Et ita quum intra vrbem nihil posset implere, egressus est Thraciam, & aperte hostilem monstrauit intentionem.

Angeli ciuitatum custodes.

Gainas Palatium Imper. incendere contẽdens ter ab Angelis repellitur.

TIT. XXXVII. Angelos è carcere, aliisque vitæ incommodis & periculis mortales eripere.

Venerunt duo Angeli ad Lothum, percusserunt incolas cæcitate, & piam quasi violentiam inferentes cum mane è periculo ciuitatis eduxerunt. *Gen. 19.*

Raphael Angelus, qui fuit dux Tobiæ iunioris, eum à deuoratione piscis eripuit, vxorem eius à dæmonio liberauit. *Tob. 5.*

Idem Angelus dæmonem, ne Tobiam, velut omnes alios mulierum maritos occideret, comprehensum alligauit in deserto Ægypti. *Tob. 8.*

Angelus Domini in ardente fornace inter rapidissimos flammæ ardores conseruat Sidrach, Misach, & Abdénago. *Dan. 3.*

Danielem Prophetam in fossam leonum coniectum ab eorum fauce a Angelus Domini liberat. *Dan. 10. 11. 12.*

Angelus Domini apparuit Ioseph post adorationem magorum, eique dixit Surge, & accipe puerum tuum, & fuge in Ægyptum. *Matth. 2.*

Ange-

Act.5. *Angelus Domini nocte aperiens ianuam carceris eduxit inde Apostolos.*

Act.12. *Petrum quoque Apostolum à carcere Herodis catenis vinctum liberat.*

EXEMP. I. *De tribus Regibus à subdola Herodis machinatione per Angelum prouide ereptis.*

Ex Matth. cap.2.

CVm tres magi ex Oriente adorandi Deum causa venissent, muneribus oblatis, dextreque admodum eum salutassent, & vt filium Dei, & regum omnium Regem honorassent: in ipso diuersorio sibi pernoctandum esse statuerunt, tanquam familiarem cum eo consuetudinem studiose ambientes, & eximium quiddam ipsis (sicuti dicebat) conciliare studentes. Sed enim ea ipsa nocte Angelus qui dux viæ eorum fuerat, illos oraculo admonuit, vt Herodis inuidi congressum fugerent. Ita factum, vt per aliam viam reuerterentur in Regionem suam, videlicet vt quam celerrime in Persarum regionem doctores & nuncii tantæ rei venirent: & præterea vt Tyranni inhiberetur furor, si mulq; vt ipse conatum se esse, quæ perfici non possent, intelligeret.

Magi tres per Angelum è manibus Herodis eripiuntur.

II. *De Apollonio monacho & sociis per Angelum è carcere liberatis.*

Ex Euagr. in vit. Pat. in Apollon. Baron. to.4. ad an. Christi 362.160.

VExatam fuisse Ægyptum Iuliani persecutione Apollonii Sanctissimi Monachi acta fidem inter alia faciunt: in quibus cum multa de eo præclare gesta narrentur, quæ hoc potissimum tempore Iuliani ipsum pati contigerit, his verbis descripta ab Euagrio referuntur. Hic cum audisset, Iuliani, vt supra diximus, temporibus, Fratrem quendã ad militiam comprehensum detineri in carcere (cogebat impius clericos & monachos militare) in carcere venit ad eum consolandi gratia, vt moneret eum in necessitate tenere cõstantiam, atq; imminentia contẽnere ac deridere pericula. Tempus enim ait, certaminis adest, in quo fidelium mentes tentationibus probandæ sint & noscendæ. Cumque his & aliis verbis adhortaretur animum Adolescentis, superuenit Cẽturio, & indignatus, cur introire ausus esset claues intrinsecus carceri imposuit: ipsum quoque, & oẽs qui cum eo venerant pariter conclusit, quo scilicet etiam ipsi similiter ad militiæ detinerẽtur officium: constituens quoque custodes quam plurimos abscessit. Medio autem noctis adstare visus est Angelus ingenti luce resplendens, & obstupefactis perterritisq; custodib. carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes aduoluti ad pedes Sanctorum rogabant eos discedere, dicentes, melius sibi esse mori pro his, quam diuinæ virtuti obsistere, quæ eorũ curam gerebat. Mane vero etiam ipse Centurio cũ principalibus viris festinus ad carcerem venit, rogans vt discederent omnes, qui teneri videbuntur. Dicebat enim, domum suam terræmotu magno cõcidisse, & electos quosque famulorum suorum peremisse. Sancti vero his auditis, hymnum Deo lau-

Angelus liberat Apollonium & socios è carcere.

desque cecinerunt, & regressi ad eremum erant in vnum positi, secundum Apostolorum exemplum, *habentes cor vnum & animam vnam.* *Act.4.*

III. *Vt S. Suuitbertus in carcerem missus ab Angelo fuerit liberatus.*

B. Marcellinus presbyter in vita S. Suuitberti cap.8. apud Sur. to.1. 1. Martii.

S. Suuitbertus glorioſus Christi sacerdos & Episcopus, vnus ex duodecim, qui à S. Præsule Egberto salutis animarum sitientissimo, ex Anglia in Germaniam missi fuerunt ad prædicandam fidem Catholicam, venit cum duobus aliis in grandem vicum, dictum Duerstat; qui vicus refertus fuit cæremoniis ornatusq; diuersis idolorum templis, duob. distans militaribus à Traiecto ad Orientem. Vbi dum prædicaret Christum verum Deum, qui vitam æternam iu se credentibus daret, admonens, vt simulacrorum vanos & inanes contemnerent cultus, eo quod idola, quæ pro diis colebant, repleta essent dæmoniis, & nihil salutis habere, nec suis cultoribus auxilium conferre posse affirmaret: statim à paganis & idolorum sacerdotib. capitur, & grauiter verberatur clamantibus & dicentibus: Blasphemator iste nostram prophanat legem: deos nostros omnipotentes dæmonia affirmat, populum seducit, crucifixum solum Deum verum audacter prædicat, & nisi occidatur aut effugetur, cultus Deorum nostrorum euacuabitur, & paternæ traditiones exterminabuntur. His dictis, clamore omnium tenetur, & in carcerẽ mittitur, vt alia die occulte trucidaretur: Non enim patiebantur ipsum occidere, quoniam vicus erat sub ditione Christianorum Francorum. Duo autem ius socii dolentes & flentes sequebantur eum vsque ad carcerem. Quod cernens sanctus Suuitbertus, læto ore consolando, hortabatur eos constanter stare pro fide Christi, nec mortem timere pati pro Christo. Eadem vero nocte circa galli cantum S. Suuitberto orante, ecce venit Angelus Domini cum magna claritate in carcerem, dicens ei: Noli timere serue Dei: quia Dominus tecum est: & videntibus & stupentibus cunctis custodibus carceris, liberauit ipsum, præcipiens, vt constanter Christum paganis vbique euangelizaret. Quo facto, Angelus Domini æthera petiit. Ipse vero ad socios veniens, gaudenter flectẽs genua, & ipsi secum, gratias deuotissime Deo retulit de Angelica visitatione & consolatione. Pagani vero, & præcipue sacerdotes idolorum, altera die audientes liberationem illius, vacillare cœperunt de impotentia idolorum, laudantes virtutem Christi. Ipse vero altera die constantissime prædicans, multos in stuporem vertit, & ad Christum conuertit, & nemo iniecit manus in eum. Quo ministerio peracto, cum Traiectum cum sociis peruenisset, omnia per Angelum patrata secum in Duerstat confratribus enarrauit. Qui vnanimi voce flentes præ gaudio, benedixerunt Deum.

Idolorum cultus contemnendus.

S. Suuitber. per Angelum educitur è custodia.

IV. *Vt Angeli subsidio, & Corporis Domini præsentia ex alto præcipitio ereptus sit Imp. Maximilianus.*

Ex Stephano Pighio in Hercule Prodicio Iacob. Gretser. Societ. lib. 2. de S. Cruce ca. 19.

Maximiliani Imp. præcipitium infaustum.

Serenissimus ille Princeps Austriacus Maximilianus I. postea Romanorum Imperator semper Augustus, dum per præruptas rupes Oenipontanas aliquando iuuenili ardore rupicapras & ibices insequeretur, eo loci euasit, vnde nec referre pedem, nec vlterius progredi posset, nisi in præcipitium. Stabat attonitus in abrupto loco infelix ille Princeps, (vt scribit Pighius ex communi eius regionis incolarũ fama & narratione) temeritatem suam culpans ipse famis dirę longa tabe, vel morte violenta vitam inibi finiturus: stupebat animus, horror & tremor artus occupauerant, & obuersabatur vbique tristissima mortis imago, nec funes aliaque instrumenta, quibus extraheretur è periculo, ad ipsum aliunde protendi poterant, nec semita quæpiam lapicidarũ labore menstruo parari. Stabant gregatim hinc inde comites ac ministri, consilii prorsus inopes, dominumque suum miserum à longe nõ sine lacrymis prospectant quem iuuare non poterant. Ipse autem, cum iam noctes atque dies integros in tam afflicto statu continue permaneret, nec vlla salutis spes residua videretur esse, mortalis huius vitæ cupidinem pius princeps abiicere, & qua ratione tutius beatioris vitæ cœlestem in locum transire posset, cogitare cœpit. Appellat magna voce suos, iubetque, vt quã primum sacerdotes sacrosanctam Dominici corporis Eucharistiam adferrent, & è viciniore loco quo possent sibi monstrarent, vt quando corpus cibo reficere non daretur, saltem oculos atque mentem immortali viatico, quantum [illegible] nihil muniret, Deum Saluatorem [illegible] præsentem adoratione postrema reconciliare sibi posset. Satisfactum rum pio Principis desiderio quam diligentissime. Sed luctus interea magnus per vniuersam prouinciam spargitur: Deplorabant parentes sortem infelicem vnici & dilecti filii. Cum iam ope humana destitutus Maximilianus in scopulo, cura fragilis vitæ prorsus abiecta, nulla alia re quam immortalitatis, Deique Saluatoris sui contemplatione semet occuparet, audit non procul à se strepitum, circumspicientque videt arreptare per rupis costas iuuenem quendam ignotum, habitu rusticum, di-

Spirituali Eucharistiæ munitione reficitur Maximilian.

Angeli ope è præcipitio eripitur Maximilian. Imp.

uerso mouere ingentia saxa & callem parare. Qui cum ad ipsum accessisset, porrecta dextera: Macte, inquit, animo virtuteque tua, Princeps, viuit & adest, qui te seruare potest: depone metum inanem, & me sequere, confestim te in tutiora loca traducam. Vti sol per densas nubes clarior emergit; ita mox anxii pectoris angore detersо serenior rediit animus, confidenterque ducenti sequitur, paulo post in parentiore via positus, semet ex morris faucibus ereptum vider. Postero die, cum læto patris edicto promulgato dux ille vbique terrarum quæreretur, quo præmio merito posset honorari, nec diu quæsitus inueniretur, cognitum pariter & vulgo creditum est, Angelum custodem fuisse à Deo missum, vt adolescentem Principem ad maxima Reipublicæ Christianæ commoda, & ad Austriacæ domus incremẽtum grandẽ, ab immatura morte seruaret. Quam opinionem postea res ab ipso præclare gestæ plurimum confirmarunt. Ad rei memoriam pius Princeps semitam lapicidarum labore muniri, & in eodem periculi sui loco Crucifixi Saluatoris nostri imaginem conspicuam è via poni curauit.

V. *Indos Occidentales ante aduentum Christi anorum præmonet Angelus breui ab errore liberandos:*

Ex Petr. Mart. in hist. Ind. Th. Boz. lib. 5. de Signis Eccl. c. 2. to. 1.

Illud silentio prætereundum non est, quod ante aduentum Christianorum in Indias Occidentales accidisse inibi ab indigenis est narratũ. Erat in more positum, vt hominum pluribus anni temporibus multa millia diis impie sacrificarentur; ex his quidã cum duceretur ad aram vicem suam deplorans, oculis in cœlum sæpius conuersis, opem diuinam tacitus implorabat. Tum iuuenis pulcherrimus illi adstitit in alba veste, nunciauitque breui fore, vt finis propediem sacrificiis impiis imponeretur, venturosque eo barbatos homines (iis namque in locis nulla viris barba) qui ea de medio tollerent, veritatem diuini cultus adducentes. Retulit hoc ille, neq; multo post ad ea loca Hispani peruenere.

Christianismus in India Occidentali futurus ab Angelo prænunciatur.

VI. *Angeli subsidio mulier cum duobus pueris à naufragio liberatur.*

Simon Maiolus Episc. Vulturarien sis Dierum Canicul. Colloq. 13.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto accidit, quod nobis compertum est veridicorum virorum testimonio, in vrbe Astensi, cũ ingens fluuius Tanarus à multitudine nauigio traiiceretur, demersa in medio naui, omnes etiam nautas, ac reliquos, qui natandi peritia valerent, fuisse aquis obruros, & extinctos. Visum autem tum est hoc miraculum: Erat multitudini admixta mulier inops, quæ flumen traiicere instituerat, colligendorum lignorum causa, vt suæ liberorumque inopiæ succurreret. In nauigio igitur illo posita puerum triennem dextera tenebat, lactantem alium læua in sinu fouebat: demersa naue ipsa cum vtroque filio trans flumen deuecta est incolumis. Illi non fuere Angeli adiumento brachia, vt nataret liberius, detentis filiis magna cura. Ita fit, vt Angelorum ope incolumes transuectos fuisse hos omnes fateantur: Quin putarim, nisi mulier adeo solerter curam filiorum infantium, magis quam sui habuisset, illorum memor, sui prorsus oblita, quod veræ charitatis est opus, non fuisse eo periculo emersuram.

Angeli duos pueros submersionis periculo eximunt.

TIT. XXXVIII. Angelos consolari in rebus aduersis, morbos & vulnera curare.

Angelus ostendit Agar ancillæ Sarę fontem scaturientem, cuius solatio & ipsa & eius filius Ismael à proximo mortis periculo fuit conseruata. *Genes. 21.*

Apparens Gedeoni Angelus Domini confortauit eum, & animauit eum ad liberationem populi. *Iudic. 6.*

Tobiæ

Tob. 11. *Tobiæ seniori cæco visum restituit Raphael Archangelus.*

Luc. 22. *Christo Domino oranti in horto post cænam accessit Angelus confortans eum.*

Actor. 27. *Diuum Paulum in mari consolatur Angelus Domini, & omnes qui cum eo erant in naui inter tempestates conseruat.*

EXEMP. I. *Ioachimus & Anna sterilitatis nota inusti, ab ea immunes fore ab Angelo monentur.*

E Breuiario Rom. Concilij Trid. 26. Iulii. Baron. tom. 1. in apparatu.

IOachimum & Annam in iustitia, pace, gaudio, & charitate maritali perseuerantes vnus tantum dolor sterilitatis angebat, nulla prole post annum matrimonii vigesimum procreata, quod turpe & infamiæ loco inter Iudæos erat. Ioachimus igitur, cum in festo encœniorum Hierosolymam adorandi gratia venisset, vellet que supplex ad altare Dei munus offerre, repulsus est ab Isacare sacerdote cum ignominia, quasi indignus esset ob longam sterilitatem, qui more patrum & fœcundorũ hominum ad eum locum accederet. Qua repulsa mœstissimus Ioachimus, nec ferens præ pudore suorum ciuium conspectum, ad caulas secessit, & cum pastoribus commorans assiduis precibus à Deo contendebat, vt eam à se ignominiam depelleret. Angelus autem Domini Ioachimo se ostendit, & bono animo esse iubens, preces eius auditas esse à Deo enunciauit: filiamq; procreandam, quæ Saræ & Rachelis prolem mysterii magnitudine superaret. Tali ergo spe erectus lætusq; Ioachimus, domum repetens vxori obuiauit; quæ cum ei quoq; apparuisset Angelus, eademque nunciasset, plena spe & gaudio ad marito congratulandum properabat. Salutant igitur se inter secum maxima lætitia; & visa, Deique promissum conferentes, domum reuertuntur. Concepit Anna, & Mariam peperit, cuius ortus felicissimo sterilitatis macula deleta parentes compotes facti longissimi desiderii.

Angelus vaticinatur Ioachimo in deserto ortum Mariæ.

II. *Angelus Domini apparet S. Gallo Epis. Aruernensi, eumq; tempore luis consolatur.*

Greg. Turon. lib. 4. histor Franc. c. 5. & in vita S. Galli apud Sur. tom. 4. Baron. tom. 7. ann. 565.

Anno Dom. quingentesimo sexagesimo quinto, cum lues illa, quam inguinariam vocant, in diuersas regiones desæuiret, & maxime tunc Arelatensem prouinciam depopularetur, Sanctus Gallus Aruernensis Episcopus non tantum pro se, quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque die noctuq; pro populo deprecaretur, vt veniens plebem suam vastari non cerneret: per visum noctis apparuit ei Angelus Domini, qui tam cæsariem, quam vestem in similitudinem niuis candidam efferebat; & ait ad eum: Bene enim facis, ô Sacerdos, quod sic Dominum pro populo tuo supplicas: exaudita est enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus: nullusque te viuente, in regione ista ab hac strage deperiet: nunc autem ne timeas, post octo vero annos time. Vnde manifestum fuit, transactis his annis eum è sæculo discessurum. Expergefactus autem, & Deo gratias pro hac consolatione agens, quod eum per cœlestem nuncium confortare dignatus est, Rogationes illas instituit, vt media Quadragesima psallendo ad Basilicam B. Iuliani martyris itinere pedestri venirent: sunt enim in hoc itinere quasi stadia trecenta sexaginta. Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel Ecclesiarum signari videbantur; vnde à rusticis hæc inscriptio Thau vocabatur. Cum autẽ regiones alias (vt diximus) lues ista consumeret, ad ciuitatem Aruernam, S. Galli intercedente oratione, non attigit. Vnde hanc non paruam censeo gratiã, qui hoc meruit, vt pastor positus oues suas deuorari, defendente Domino, non videret. Ita Gregorius, qui libro de gloria martyrum scribit, post annos octo Cantinum Episcopum S. Gallo successisse. *Lib. 2. c. 5.*

Angelus consolatur S. Gallum tempore pestis.

III. *Angeli consilio Cuthbertus tumore, quo genu laborabat, liberatur.*

S. Cuthbertus adhuc puer, quoniam sedulo cor- *Ex venerab. Bedæ presbyter. tom. 3. operum eius. Sur. 20. Martij, c. 1. vita S. Cuthberti.*
de retinebat, quæ per hominẽ acceperat hortamenta, etiam Angelico visu & affatu confortari promeruit. Nam subito dolore genu correptum illius cœpit acri tumore grossescere: ita vt neruis in poplite contractis, pedem primo à terra suspensum claudicans portaret, dehinc ingrauescente molestia, omni pæne priuaretur incessu. Qui die quadam deportatus foras à ministris, atq; sub dio recumbens, vidit repente venientem de longe equitem albis indutũ vestimentis, honorabilem vultu: sed & equum, cui [illegible] incomparabiliter decoris. Qui cum aduenisset, mansueto illum salutare alloquio, & [illegible] quasi per iocum inquirere, si aliquod tali hospiti vellet præbere obsequiũ. At ille: Iam dudum, inquit, promptissime tuis cuperem deuotus adstare obsequiis, si non, exigentibus culpis, huius compede languoris retinerer. Dixit namque est, quod molestia genu tumentis oppressus, nulla cuiusliber medicorum industria posset sanari. Quo audiens equitis genu languidum diligentius considerans: Coque, inquit, triticeam in lacte farinam, & hac confectione calida tumorem superunge, & sanaberis: Et his dictis, ascendens equum, abiit. Ille iussis obtemperãs, post dies paucos sanatus est: agnouitq; Angelum fuisse, qui hæc sibi monita dedisset, mittere illo, qui quondam Raphaelem Archangelum ad sacrandos Tobiæ visus destinare dignatus est. Quod si cui videtur incredibile, Angelum in equo apparuisse, legat historiam Machabæorum, in qua Angeli in equis & ad Iudæ Machabæi, & ad ipsius tempo defensionem aduenisse memorantur.

Angeli cõsilio à morbo liberatur Cuthbertus puer.

Tob. 11.

2. Mach. 2. & 10.

IV. *Nouicius Ordinis S. Dominici morbo caduco vexatus, implens præcepta à Raphaele Archangelo data statim sanatur & conualescit.*

Petr. de Natal. lib. 4. Catal Sanct.

Circa annum Domini 1315. iuuenis egregius Ordinem Prædicatorum ingressus est in conuen-

tum c. 141.

tum Derbeiæ insulæ Anglicanæ, qui morbo caduco laborabat; sed tamen hoc fratribus non reuelauit. Adeo autem ipsa ægritudine opprimebatur, vt sæpius in terram cadens trium horarum circiter spatio detineretur. Quare completo anno noluit à fratribus ad professionem admitti, qui nihilominus ei fauentes ad conuentum Letitiæ ablegant: vbi dum dicto morbo multum more solito vexaretur: quidã è fratribus sortem eius miseratus, (cui Richardus de Monte Fincto nomen erat) pro ipso ad Deum preces fundit. Cui dormienti Raphael Angelus apparuit: eique dixit, quod si frater ille voueret se continenter victurum, & per totam vitam feria secunda in honorem Angelorum ieiunaturum, pristinam sanitatem reciperet; addens insuper, se à Domino Deo eius sanandi causa missum esse, & Raphaelem Archangelum nominari. Quæ percepta illico frater ille Nouitio laboranti defert, qui, vbi votum emisit, eadem die sanitatem adeptus est & conualuit, viso scilicet Angelo, qui ipsum eleuauit, ac perfecte sanum nunciauit, admonens vt promissa adimpleret; quæ si omitteret, illico in morbum incideret, statimque ille sanatus est; & ex illo die morbum minime passus, qui postmodum vota professionis enuncians, inde bonus & pius, gratusque omnibus Religionis fratribus euasit.

Ieiunii in honorem Angelorũ feria secunda seruati vtilitas.

Raphael Archangel. sanitatis procurator.

V. *Tormentis Theodori martyris adstat Angelus, eumq; confortat & sanitati restituit.*

In vita eius apud Surium tom. 1. 7. Februarii.

Cum S. Theodorus Dux exercitus in nomine Trinitatis draconem infestissimum interfecisset, & Imperatoris Licinii Dei ex auro & argento conflatos confregisset, atque pauperibus distribuisset, (quatuor enim Christi Christo nomina dabant) Imperator eum male tractatum omnibus inimicorum phalangibus ridendum exposuit. Beatus autem Theodorus dixit ei: Fremis, ô Imperator, sed ego rugio; tu sterteris, ego exilio. Tu cum Deo pugnas, at ego de Deo loquor. Tu blasphemas, ego vero Deum hymnis laudo. Tu colis Deos mortuos, ego vero Deum viuum. Tu Seraphin; ego vero eum, qui est super Seraphim. Tu Apollinem; ego vero Deum semper viuentem. Tu es carbo Thracius, ego vero princeps Romanus. Tu Licinius ventilator, ego vero Theodorus donum Dei. Quamobrem ne ægre feras, ô Imperator, neque calcitres; hæc enim faciens, tuos ostendis cruciatus. Asini enim & muli tenes figuram. Tunc multa ira plenus Licinius iussit exui martyrem, & eum extendi à quatuor, & boum neruis ei plagas inferri, sexcentas super dorsum, & quingentas super ventrem: & postea iubet globis plumbeis immisericorditer eius verberare tendinẽ. Deinde ferreis vngulis lacerari eius carnes, & lampadibus ignis vstulari eius vlcera, & acutis testis radi concretum sanguinem. Post hæc autem omnia, iubet eum tuto teneri in custodia, & eius pedes illigari compedibus, & eum sic [illegible] quinque dies, neque gustare quidpiam. Cum autem fuissent impleti quinque dies, iussit crucẽ deferri in basilicam, & duci sanctum, & cruci affigi. Lictores vero cum sanctum adduxissent martyrem, ligno affixerunt ei manus & pedes, & fibulam vnam fixerunt in occultis eius partibus vsque ad partes superiores. Excogitatum quoq; fuit aliud deterius. Iussi enim pueri iaculari in eius oculos, & tela euellebant cum pupillis. Alii autem secretas partes eius testiculorum ense secabant per obliquum. Arbitratus autem impius Licinius eum esse mortuum, reliquit in ligno pendentem. Circa primam vero vigiliam noctis adstans Angelus Domini soluit eum ab illo instrumento, & reddidit eum sanum corpore, sicut prius, & eum salutauit, & dixit: Gaudeas & corroboreris in sapientia & gratia Domini nostri Iesu Christi. Ecce enim tecum est Dominus Deus; & cur dixisti: Recessisti à me? Consumma ergo cursum tuæ decertationis, & venies ad Dominum nostrum Iesum Christum, accipiens coronam immortalitatis. Hæc cum martyri dixisset Angelus, ab eo recessit: Sanctus autem martyr Christi Theodorus effectus sanus Domino suo agebat gratias, & cœpit psallere: Exaltabo te Deus meus rex meus & benedicam nomen tuum in sæculum & in sæculum sæculi.

Crucifigitur Theodorus.

VI. *In martyrio vulneratus Constantius Episcopus ab Angelo Dei animatus curatur.*

In vita eius apud Sur. 19 Ianuar. to. 1.

Cum B. Constantium Petusinæ ciuitatis Episcopum Danabi in tormentis à quibusdam Marci Imperatoris militibus ei inflictis vires iam deficerent, ad Deum toto corde conuersus; Suscipe iam, orabat spiritum meum, Domine, requiescat in te, qui pro te, te ipso iuuante, omni tempore laborauit. Vix dum pias hasce voces emiserat, cum ecce præsto est ei Angelus Domini, afflictum his verbis confortans: Noli timere, Constanti, ego sum Angelus Dei: misit me Christus, vt plagis tuis curationem adhibeam, ac deinceps tibi adsim in omnibus viis tuis: & illico omnis plaga curata est. Tunc ille Angelico solatio recreatus, Grarias tibi ago, ait, Domine Iesu Christe, qui per Angelum tuum me in angustiis positum confortasti, & curasti vulnera mea, nunc vero scio, te quidem nunquam deserere sperantes in te.

Cõstantius Epis. ab Angelo curatur.

VII. *S. Christina diriissime in carcere cæsa, inde in lacum proiecta, Angeli præsidio sanata liberatur.*

Ado Treuir. in martyrolog. 9. Cal. Aug.

Sancta Christina in Deum credens Deos aureos Vrbani patris sui præfecti contriuit, & pauperibus distribuit. Ob hoc iubente patre, alapis afflicta, verberibus dilaniata, ferro onusta, in carcerẽ conjecta est. Post hoc cum diutissime & crudelissime dilaniaretur, de carnibus suis patri in faciem proiecit. Cumque alligata rotæ, igni suppositio, & fuso desuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gentiles interfecit. Iterum carceri tradita, Angelo visitante sanata est, & refecta. Deinde cum magno saxi pondere in lacum Vulsinum iactata, Angelico præsidio liberata est.

TIT.

TIT. XXXIX. Angelos castitatis esse amantissimos.

EXEMP. I. *S. Thomas Aquinas castitatis lilio ab Angelo decoratur.*

In vita eius apud Sur. to. 2. Martij 7.

INter varias artes, quibus vsi sunt parentes Thomæ Aquinatis ad eum vel inuitum à Religionis proposito reuocandum, mulierem venusta specie, omni nefanda libidine contaminatam, quæ pudicissimo adolescenti suis lenociniis laqueum iniiciat, inuitant. Illa lucri cupiditate facile allecta, Thomã aggreditur, verbisque lasciuis eius animum pulsat. At ille sentiens se impuris illecebris nonnihil moueri, inuocato nomine Iesu, & Virginis matris, arrepto è foco titione procacem impudentemq; fœminam à se abegit. Deinde clauso ostio, eodem titione crucis figuram in pariete depinxit; prostratusque in terram multis lacrymis Dominum, vt perpetuæ cõtinentiæ & integritatis donum largiri dignaretur, deprecatus est. Vix leui correptus somno erat, cum duo eximio splendore fulgentes Angeli adesse visi sunt, qui cingulo renes eius stringentes omnem impuræ libidinis motum abstulerunt.

Angeli Thomam Aqui. dono castitatis ornant.

II. *De Ammio monacho ob castitatis amorem ab Angelo vltra flumen translato.*

Socrates hist. Eccles. lib. 4. c. 23.

Fertur Ammum virum pium, qui propter castitatem à coniuge sponte seiunctus, ac deinde monasticam vitam eius consensu amplexus erat, nunquã sese vidisse nudum, eo quod monacho vetitum ipsius corpus nudum videre inconueniens diceret; & cum aliquando fluuius ipsi transeundus esset, ac vestem exuere detrectaret, & ad Deum orasset, vt ita sibi transire daretur, ne propositum infringeret, ab Angelo [illegible] alteram fluuii ripam translatum.

III. *S. [illegible] Abbas miro modo castitatis donum ab [illegible] accepit.*

Cassian Collat. 7. quæ est 1. Abb. Sereni c. 2.

Refert Cassianus in Collationibus Patrum, Collat. prima de Sereno Abbate: Hic, inquit, pro interna cordis atq; animæ castitate nocturnis diurnisq; precibus, ieiuniis quoque ac vigiliis infatigabiliter insistens, cunctos æstus carnalis concupiscentiæ tandem per diuinam gratiam in se extinxisse percepit. Deinde maiori zelo castitatis succensus, præfatis vsus remediis à Deo petiit, vt interioris hominis castitas in corpus redundaret Dei dono. Postremo autem veniens ad eum Angelus in visione nocturna, eiusq; velut aperiens vterum, quandam iguitam carnis strumam de eius visceribus euellens, ac proiiciens, suisq; omnia, vt fuerant, locis intestina restituens: Ecce, inquit, incentiua carnis tuæ abscissa sunt, & obtinuisse te noueris hodierna die perpetuã corporis puritatem, iuxta votum quod poposcisti: & ne ipso quidem naturali motu, qui etiam in paruulis [illegible]q; lactentibus excitatur vlterius pulsabatur.

IV. *De adolescente Eusebio à scorto per Angelos in integritate præseruato.*

S. Anton. Arch. Flo. 2. p. hist. tit. 10. c. 1. §. 2.

Eusebius Vercellensis, temporibus Diocletiani & Maximiani, adhuc Catechumenus, paruus cum parentibus Romã venit, & ab Eusebio Papa baptisma & nomen accepit. Papa vero Eusebius ab Angelo, antequam eum baptizaret, qualis & quãtus vir existeret instructus est: & quo eum nomine vocitaret. In ipso eius baptismo manus Angelicæ visæ sunt, quæ eum de sacro fonte leuauerunt. Virgo semper mansit, nullamq; fœminam post baptismum, nec etiam matrem, osculando tetigit, non despiciendo matrem, sed culpam fugiendo. Cum autem quædã matrona nobilis & pulchritudine capta vellet eius adire cubiculum, tota nocte plateas vrbis circuiit, & ad eius cubiculum custodientibus Angelis peruenire non potuit: vnde in crastinum compuncta ad pedes eius prouoluitur, & veniam petens quod cogitauerat crimen fatetur.

Angeli baptizatorum patrini. Angeli castitatis custodes.

V. *Angeli beneficio Equitius Abbas continens efficitur.*

D. Gregor. lib. 1. Dialog. c. 4.

De Beato Equitio Abbate narrat S. Gregorius: Hunc inquit, cum iuuenturis suæ tempore acri certamine carnis incentiua fatigarent, ipsum suę tentationis angustiæ ad orationis studium solerriorem fecerunt. Cumq; hac in re ab omnipotenti Deo remedium continuis precibus quæreret, nocte quadam assistente Angelo eunuchari se vidit, eiusq; visioni apparuit, quod omnem motum ex genitalibus membris abscinderet, ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute [illegible]us, ex Dei omnipotentis auxilio, vt viris ante præcrat, ita cœpit postmodum etiam fœminis præesse; nec tam discipulos admonere cessabat, ne se eius exemplo in hac re facile crederent, & casuri non tentarent donum quod non accepissent.

VI. *Angelorum opera Elias Rector 300. virginum ab inconuenientia illecebris liberatur.*

Palladius de vit. Patr. Laus. cap. 35.

Heraclides in libro suo, quem Paradisum nominat, meminit cuiusdam Patris Eliæ nomine. Hic misericordia motus trecentas fœminas in monasterium collegit, & regere cœpit. Transacto autem biennio iam triginta quinque annos circiter habens vitæ tentatus à carne in Eremum fugit, vbi biduo ieiunus orans ad Deum, ait: Domine Deus, aut occide me, aut libera me ab hac tentatione. Vespere igitur somnus irrepsit, & tres Angelos ibi ad se venire vidit, quibus quærentibus, cui à monasterio virginũ fugisset; nec ille præ verecundia respondere auderet, dixerunt Angeli: Si liberaberis, num redibis curam fœminarum gerendo? Respondit ille: Quam habens. Tunc illi iuramentum ab Elia recipientes quod exegerant, cum eunuchauerunt. Nam vnus manus, alter pedes, tertius nouacula testes eius visi est abscindere, non quia ita vere esset, sed quia ita esse videbatur. Quærentibusque anne remedium sen-

tiret, respondit ille, se plurimum exoneratum; vnde quinta die ad lugentes fœminas rediit, & per quadraginta annos, quibus superuixit, nec pristinæ tentationis scintillam sensit.

VII. *De Theophila à stupro in lupanari per Angelum liberata.*

D Basil. in tract. de virgin. apud Baron. tom 2. ann. 301.

Hic opportune adiecisse oportuit, quæ S. Basilius scribit in commentario illo, cuius est titulus: De vera Virginitate; Cum ferueret, inquit, persecutionis Diocletiani & Maximiani Impp. immanitas in sacras virgines Deo dicatas, electæ virgines propter sponsi fidem ad illudendum impiis hominibus traditæ corporibus inuiolatæ perduraruntt: eo scilicet, cuius gratia id perferebant, impiorum conatus ab earum carne irritos arguente, & integra eorum corpora non sine prodigio & virtute custodiente. Inter eas autem tanquam inter claras & lucidas stellas, vna mirandum in modum resplendebat instar lunæ, & pulchritudine & genere & virtute aliis præstans.

Theophila virgo in prostibulum trahitur.

Ea vero vocabatur Theophila; hoc autem longe melius res ipsa ostendit; Cum enim illa esset vultu adeo formosa, traheretur autem à lictoribus, & iam ad probri & contumeliæ officinam violenter introducerentur, manus simul & oculos in cœlum tollens, & miserabiliter aspiciens, Mi Iesu, dixit, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis & vitæ, vide eam quæ est tibi desponsata. Vide, ô sponse, in quem nulla cadit reprehensio, & festina: quoniam non est tempus placendi, ne [illegible] eam fallam, ne prodar [illegible] me bestiis, ne in [illegible] pecudes lanient. Serua sponse sponsam, meam conserua castitatem fons castitatis: vt tuum quoq; nomen nunc in me glorificetur, quod intelligenter glorificatur ab Angelis.

Hæc ille quidem orauit cum lacrymis; effectum autem Deus reddidit. Sed est adhibendus animus narranti illi. Introducitur virgo ad prostibulum. Illa vero etiam in tali loco & tempore non est oblita eorum quæ oportuit. Sed protinus reiiciens id quod habebat in sinu (id autem erat sacrosanctum Euangelium) aperuit, & dat operam lectioni. Vnus vero ex intemperantibus œstro insano percitus ad eam ingreditur, qui aliquantisper quidem eam audiuit legentem. Cum autem iam prope esset, à maximo metu inuaditur, & tremore valde agitatur, & humi procumbit portuus; & sic iacebat ad pedes Theophilæ non spirans. Multæ horæ præterierant; & cum aliis visum esset, quoniam non exibat, eum non posse satiari virgine: vbi alius quoque ingreditur, ipse quoque iam prope stans, lucis quidem, quæ verbis exprimi non potest, fulgore illustratur: deinde eum à luce tenebræ excipiunt, & obtutu orbatus, quærebat abiens, non amplius virginem, sed quemadmodum citra offensionem exiret extra fores. Cum autem multi quidem talia passi [illegible] nulli etiam magis horribilia, nulli fuit amplius cordi ingredi. Sed cum quis ingrediebatur, non ingrediebatur capi amore, sed solum volens scire ea quæ facta fuerant.

Prodigium de virgine in prostibulo saluata.

Theophila diuinitus liberata.

Postquam autem ingressi sunt complures, vident ea, quę & ad videndum erant terribilia, & ad dicendum aliis maxime admirabilia: puellam quidem honeste sedentem, & libro incumbentē: adolescentem autem quendam prope eam stantem lucem quidem ineffabili, pulchritudine vero incredibili, veluti quædam tela fulguris emittentem ex oculis. Hæc postquam viderunt, & metu obriguerunt, & vix tandem; Quis est sicut Christianorum Deus? exclamauerunt; & simul non ferentes spectaculum, recte secum agi putabant si fugerent, & celeritate maxima domo exibant, omnes quidem obliti libidinis, nonnulli autem etiam ipsa impietate abiurata.

Angelus custodit Theophilā.

VIII. *Ab Angelo monetur B. Ermelindis virgo loco fugere, ne in raptorum manus incideret.*

In vita eius apud Sur. to. 4.

Beata virgo Ermelindis soli Deo vacare cupiens, relicta domo paterna, rebusq; parentum postpositis, venit ad quandam villam, cui præerant duo germani fratres, qui nondum matrimonia contraxerant, sed vanitatibus sæculi arq; illecebris inseruiebant. Ibi venerabilis virgo aliquamdiu commorata est, hunc locum sibi à Deo præparatum æstimans, assidue Domino Deo vacabat. At non defuit ei tentatio inimici: Duo enim illi adolescentes in concupiscentiam eius exar[illegible]scētes, de ea noctu rapienda cogitabāt, quo tempore solita erat venire ad Ecclesiam, sed non est sapientia, non est prudentia, *non est consilium contra Dominum.* Nam ea ipsa nocte qua rapienda erat, meruit Angelicam vocem audire se monentem ex nomine: Recede, inquiens, virgo recede, & virginitatem, quam Deo consecrasti, inuiolatam custodi. Quæ valde perterrita, obediens iussioni iter cœpit. Cumq; Spiritu Sancto duceretur, Angelus Domini ei secundo apparuit, & viam quam ceperat ne defereret, imperauit. Venies, inquit Angelus, in villam, quam Meldricem nuncupabis, ibi namque præparauit tibi Dominus locum ad perficiendū desiderii tui votum. Peruenit igitur venerabilis Virgo in locum, quem prædixerat ei Angelus; ibique parsimonia miræ abstinentiæ diu viuens geminæ dilectionis in se continebat mandatum.

Prouerb. 21.

Ermelindis ab Angelo monetur vt virginitatē custodiat.

TIT. XL. Angelos bonos esse improborum hominum reprehensores.

Angelus Domini increpauit filios Israel, qui iurauerant amicitiam cum habitatoribus terræ Canaan, memorans beneficia eis à Deo collata. *Iudic. 6.*

Numerato populo ad mandatum Dauid, misit Dominus pestilentiam in Israel, cumq; extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, videns Dauid Angelum cadentem populum, ait: Ego sum, qui peccaui. *4 Reg. 24.*

Herodis insolentia etiam ab Angelo aperte fuit castigata: dum enim voces Dei, Deique gloriam populo *Actor. 12.*

acclamante præsumpsit, confestim percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit.

EXEMP. I. *Angelos esse veluti iustitiæ diuinæ apparitores ac mortis pranuncios.*

Regino in Chron. li. 1. Paul. Diac. lib 6 c. 5 apud Bar 8. Ann. an. 680

ANno Domini sexcentesimo octuagesimo, mense Iulio, post Lunæ eclipsin, pestis ingens vastauit Romam, & alias nonnullas Italiæ ciuitates: tantaque fuit multitudo morientium, vt etiam parentes cum filiis, atque fratres cum sororibus, bini perferetra positi apud vrbem Romam in sepulchra deducerentur. Tunc visibiliter multis apparuit, quia bonus & malus Angelus noctu per ciuitatem pergerent, & ex iussu boni Angeli malus Angelus, qui videbatur venabulum in manu ferre, quotiens de venabulo ostium cuiuscunque domus percussisset, tot de eadem domo die sequenti homines interirēt. Tunc per reuelationem cuidam dictum est, quod pestis ipsa prius non quiesceret, quam in Basilica, quæ B. Petri ad vincula dicitur, S. Sebastiani martyris altarium poneretur. Factumque est, & delatis ad vrbem Romam B. Sebastiani martyris reliquiis, mox vt in iam dicta basilica altarium constitutum est, pestis ipsa quieuit.

II. *De exercitu Heraclii Imp. ab Angelo percusso.*

Otto Phrysingensis lib. 5. c. 9.

Heraclius Imperator postremo imperii sui anno, cum contra Agarenos ex portis Caspiis eduxisset copias, de gente sæuissima, quam Alexander Magnus ob immanitatem sui, super mare Caspium inclusisse dicitur, Angelus Domini quinquaginta duo millia de exercitu eius concidit. Quæ res tantum mœrorem ei fecit, vt ex dolore extingueretur.

III. *Vt Natalius confessor Christi ab Angelis vapularit, quod ab hæreticis se corrumpi permiserit.*

Eusseb. Cæsarien. hist. Eccl. li. 5. c. 28. Niceph. lib. 4. c. 21. Bar. to. 2. an. 207. 2. 3.

Natalius confessor ab hæreticis deceptus eorum fit episc. conductitius. Ab Angelis vapulat & cur.

Confessor quidam erat apud nos Natalius nomine, nostra adhuc confessus memoria. Hic deceptus aliquando ab Asclepiodoro quodam & Theodoti collectariis, (qui ambo discipuli erant Theodoti Coriarii, illius, qui primus pro hac stulta assertione ab Ecclesiæ societate depulsus est à Victore tunc vrbis Romæ Episcopo) adquieuit, vt accepto ab eis salario, Episcopus illius hæresis nominaretur certa pactione, id est, centum quinquaginta denariis mēstruæ præstationis. Quique Natalius cum se in hoc deceptus locasset, frequenter admonebatur in somnis à Domino, quia misericors Deus & Dominus noster Iesus Christus, nolebat martyrem suum, qui sibi in multis passionibus testis extiterat, de Ecclesia perdere. Sed cum negligentius susciperet visiones, primatus amore, & turpis lucri deuictus illecebra, ad vltimum à sanctis Angelis per totam noctem verberatus, & pœnis grauibus excruciatus, mane consurgens, cilicio se induit, & cinere cōspergit, ac multis lacrymis errorem suum deflens, ante pedes Zepherini Episcopi prosternit, & vestigiis omnium non modo clericorum, sed etiam laicorum, multa cū lamentatione prouolutus, in lacrymas & miserationes omnem prouocauit ecclesiam, vt indulgentiam sibi à Christo continuis & iugib. pro ipso precib. implorarent, ostendendo simul in conspectu omnium liuores corporis eius & cicatrices, quas pro nominis ipsius cōfessione susceperat. Vix aliquando in communionem ecclesiastici corporis reuocatus est.

Insigne resipiscentiæ exemplum.

IV. *De temeraria Prætextatæ fœminæ Romanæ præsumptione ab Angelo castigata.*

D. Hier. epist. 7. ad Lætam. apud Bar. to. 2. an. 382.

Prætextata nobilissima quondam fœmina, iubēte viro Hymetio, qui patruus Eustochii virginis fuit, habitum eius cultumq; mutauit: & neglectum crinem mundano more texuit sibi, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce tibi eadē nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum, terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tu ne ausa es viri imperium præferre Christo, tu caput virginis Dei, tuis sacrilegis attrectare manibus? quæ iam nunc arescent, vt sentias excruciata quid feceris; & finito mense quinto, ad inferna duceris; sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis, & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt; & seram miseræ pœnitentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc retuli, non quod insultare velim calamitatibus infelicium; sed vt moneam, cum quanto metu, & cautione seruare debeas, quod Deo spo[illegible]disti.

TIT. XLI. De beneficio Angelorum bonorum erga infirmos & morientes.

Angeli Mariæ Deiparæ animam morientem è corpore excipiunt.

EXEMP. I. *S. Michael Archangelus cum B. V. & S. Petro visitat Arnulphum Suessionensem Episc. moribundum.*

Lisiardus in vita S. Arnulphi apud Bar to. 11. an. 1087. 25. & Sur. 15. Augusti to. 4.

ANno Domini millesimo octuagesimo septimo ex hac vita decessit Arnulphus Suessionis Episcopus decimo octauo Cal. Sept. vigesima die postquam discubuit, qua tum erat feria sexta sub noctis medio: cella, in qua iacebat, mirabili tremore & horribili fragore tertio concussa est, vt à fundamentis euerti videretur, & monachi cum famulis, qui apud illum excubabant, intolerabili percussi timore cellæque ruinam formidantes aufugere percuperent. At illos vir Dei verbis consolans hortabatur, vt se quieti darent, certe nihil ipsos incommodi esse passuros. Ait autem ad eum Eudolphus presbyter: Domine mi, terra contremiscit, cella colliditur, ostium à me iam tertio obseratum patescit, [illegible]barum mugitus locus circumsonat, & quomodo

nam inter tot terrores nos possumus somnum capere? Respondit vir Dei: Ne paueas, dilecte frater; sunt enim hęc omnia diuinæ maiestatis signa; porro post paulum dicam tibi, quæ vis cellam quassauerit, & hunc terræmotum effecerit. Proximo inde Sabatho sentiens mortem imminere, dixit fratribus: Parate iam funeri necessaria, nam sub noctis initium discedam, vt mihi Dominus, cui pro viribus seruire conatus sum, hesterna nocte reuelauit, cum ille terræmotus & aeris concussu fragorem cellæ excitaret. Sub prima enim quassatione B. Petrus Apostolus ad me venit, significans mihi peccata remissa, & vitæ ianuam patere: aderat beatorum frequens cætus laudes diuinas continenter modulantium; sub altera quassatione cũ multis Angelicis spiritib. S. Michael me inuisit, pollicens se duce me ad beatam vitam ingressurũ. Tertia quassatione adfuit Domina nostra, veræ misericordiæ mater, multis stipata sanctarum virginum agminibus: benignissima me voce certiorem efficiens de anima mea inter Assumptionis eius gaudia in cœlum transferenda.

Peccata remissa indicat S. Petrus.

S. Michael & Deipara virgo cœlũ Aculpho pollicentur.

II. *S. Michael Archangelus adest S. Wilfrido Episcopo moriturus.*

Cum S. Wilfridus Archiepisc. Eboracensis Roma in Britanniam remeans, in Galliarum partes deuenisset, tactus est infirmitate repentina, & ea crescente, adeo pressus, vt neque equo vehi posset, sed manibus ministrorum portaretur ingrauato. Sic delatus in ciuitatem Meldum Galliæ, quam [illegible] dieb. ac noctibus, quasi mortuus iacuit, habitu tamen tenui quo [illegible] demonstrans. Cumque ita sine cibo & potu, [illegible] voce & [illegible] quatriduo perseueraret, quinta [illegible] ille, facescente die, quasi de graui experrectus somno, [illegible] surgens resedit, apertisque oculis vidit circumstantes [illegible] psallentium simul, & flentium fratrum [illegible] modicum suspirans interrogauit, vbi esset Acca presbyter: qui statim vocatus, intranit, & videns eum melius habentem, ac loqui iam valentem, flexis genib. gratias agit Deo, cum omnibus qui aderant fratribus. Et cum parum consedissent, ac de supernis iudiciis trepidi aliquantulum fabulari cœpissent, iussit cæteros Pontifex ad horam egredi, & ad Accam presbyterum ita loqui exorsus est: Visio mihi modo tremenda apparuit, quam te audire ac silentio tegere volo, donec sciam, quid de me fieri velit Deus. Astitit mihi quidam candido præclarus habitu, dicens: se Michaelem esse Archãgelum: & ob hoc, inquit, missus sum, vt te à morte reuocem: donauit enim tibi Dominus vitam per orationes ac lacrymas discipulorum & fratrum tuorum, & per intercessionem beatæ genitricis semperque Virginis Mariæ. Qua propter dico tibi, quia modo quidem ab infirmitate hac seruaberis, sed paratus esto, quia post quadriennium reuertens visitabo te. Patriam vero perueniens, maximam possessionũ tuarum, quæ tibi ablatæ sunt, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis.

Bedalib 5. hist Ang'i tanæ ca. 20. apud Baro. an. 705. to. 8. 9.

Wilfrido Ep. ægrotanti vitam nunciat S. Michael, & postea mortem.

III. *De Angelis qui auditi sunt sacra verba canere in transitu Sisnandi Ep.*

Anno Christi nongentesimo vigesimo secundũ historiam Compostellanam, faro concessit Sisnandus quartus Episcop. Compostellanus, cuius tanta fuit fama sanctitatis, vt Ioan. Papa, opinor, decimus, per litteras & tabellarium proprium se precib. ipsius commendauerit. Mortuus est autem senio confectus. In cuius obitu voces auditæ sunt Angelorum canentium: Veni electe Dei; &, Intra gaudium Domini tui.

Chronicon Io. Vasæi an. 910.

Angelorũ concentus in obitu Episcopi.

IV. *Angeli boni aduersus malignos spiritus defendunt B. Antonium ad cœlos tendentem.*

De Antonio magno commemorat Athanasius quodam die circiter horam nonam ab Angelis in sublime raptum: cui cum occursantes dæmones summa vi obsisterẽt, quæsisse Angelos, quid in eum iuris haberent? tum illis Antonii errata ab initio vitæ enumerare exorsis, impositum esse à bonis Angelis silentium, cum licerent, non esse renouandã eorum mentionem, quæ in sæculo commisisset, antequam monachus fieret: quod si ab eo tempore aliquid haberent, id eis licere proferre. Hæc vero cũ nulla inuenire potuissent, cessisse demum inuitos, liberumque iter ad cœlum præbuisse.

D. Athan. in eius vita.

Angeli B. Antonio occurrunt.

V. *De Episcopo, quod nec pati, nec mori vellet, per Angelum reprehenso.*

Cum quidam, inquit D. Cyprianus, Episcopus Carthaginensis, de collegis & consacerdotibus nostris, iam infirmitate defessus & de appropinquante morte sollicitus, commeatum sibi precaretur, adstitit deprecanti, & iam pæne morienti iuuenis honore & maiestate venerabilis, statura excelsus & clarus aspectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quod talem videre poterat de sæculo recessurus. Atque ille fine quadam animi & vocis indignatione fremuit, & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis?

D. Cyprian. serm. 4. de mortalitat.

Baro. to. 2. an. Christi 256.

Angeli morientibus adsunt.

VI. *Animam Germani Episcopi ab Angelis in cœlum efferri videt S. Benedictus.*

Quodam tempore Seruandus Diaconus & Abbas eius monasterii, quod in Campaniæ partib. à Liberio quodam Patricio fuerat constructum, ad S. Benedictum visitationis gratia ex more venire cõsueuerat, eius quoque monasterium frequentabat, vt quia idem quoq; vir doctrinam gratiæ cœlestis influebat, dulcia sibi inuicem vitæ verba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patriæ, quem adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque hora quietis exigeret, in cuiusdam turris superioribus venerabilis Benedictus, in eius quoq; inferioribus se Seruandus Diaconus collocauit; quo videlicet in loco inferiora ad superiora peruius continuabat ascensus: ante eandem vero turrim largius erat habitaculum, in quo vtique discu-

Baro. to. 7. an. 520. 74. ex Greg. Dialog. li. 2. c. 35.

discipuli quiescebant; cumque vir Dei Benedictus quiescentib. adhuc fratribus, instans vigiliis nocturnæ orationis tempora præuenisset, ad fenestrã stans & omnipotentem Deum deprecans, subito intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, vt diem vinceret lux illa quę in tenebris radiasset: mira autem res in hac speculatione secuta est: quia (sicut post ipse narrauit) omnis etiam mundus, velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Cui Venerabilis Pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animam in sphæra ignea ab Angelis in cœlum ferri. Tunc tanti sibi testem adhiberi volens miraculi, Seruandum Diaconum iterato bis, terque eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, aspexit, respexit, partemque iam lucis exiguam vidit. Cui tamen hoc obstupescenti miraculum vir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta, narrauit: statimque in Casinum Castrum viro religioso Theoprobo mandauit, vt ad Capuanam vrbem sub eadem nocte se transmitteret & quid de Germano Episcopo ageretur, cognosceret, & iudicaret: factũque est, & Reuerendissimum Virum Germanum Episcopum is, qui missus fuerat, iam defunctum reperit. Et requirens subtiliter, cognouit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini, eius cognouit ascensum.

Germani Capuani anima ab Angelis in cœlum effertur.

cap. 23. apud Bar. n. 10. an. 680.

Obitus S. Hildæ Abbatissæ.

VII. *Quomodo Angeli audit sint alacrari in transitu Radegundis Reginæ.*

Serenissima Regina Radegundis, vbi vltimos vitæ limites attigit sanctum eius corpusculum, longa pro Christi amore ducens martyria, & multiplices perpessum cruciatus, omnes Sanctimoniales lugentes & flentes eius lectulo assistebant, eiulantesque ac duris pugnis ac lapidibus pectora verberantes voces ad cœlum dabant, clamantes & dicentes: Domine, ne permittas nos tam graui damno affici: lumen nostrum tollis à nobis: cur nos in tenebris relinquis? Væ nobis quia peccauimus, afflictum est in dolore cor nostrum, Flemus & plangimus quod te diutius, vita nostra, habere non meruimus: eo ipso mane, quo nobis tantum malia accidit, vna voce, vno planctu, vno clamore cœlos penetrante, lapicidæ, qui in monte operabantur, in aere audierunt loquentes, & vnum quidem dicentem cæteris: Quid facitis dimittite eam adhuc: hæc enim voces ad nostras vsq; aures pertingunt: Angeli vero eam ducentes, responderunt: Quid iterum faciemus? eam iam paradisus recipit, vt glorietur cum Domino.

Sur. 13. Aug. to. 4. Greg. Tur. de gloria Confess. cap. 106. Baro. to. n. an. 590 37.

Angeli excipiunt S. Radegundis animã.

VIII. *De Hildæ Abbatissæ anima ad cœlestia Angelorum subsidio deducta.*

Anno Christi Domini 680. magni nominis fœmina regalis hemmatis religiosissima, sancta Hilda Abbatissa 15. Calend. Decembr. ex hac vita migrauit in cælum, vbi viginti tres annos in monastica vita transegisset. Qua autem nocte decessit, Dominus Deus obitum ipsius in alio longius posito monasterio, quod ipsa eodem anno construxerat, & appellatur Hacanes, manifesta visione reuelare dignatus est. Erat in eo monasterio quædam sanctimonialis fœmina, nomine Bega, quæ triginta & amplius annos, dedicata Domino virginitate, in monachica conuersatione seruiebat. Hæc tum in dormitorio sororum pausans audiuit subito in aere notum campanæ sonum, quo ad orationes excitari vel conuocari solebant, cum quis eorum de sæculo fuisset euocatus: apertisque, vt sibi videbatur, oculis aspexit detecto domus culmine, fusam desuper lucem omnia repleuisse; cui videlicet luci cum soliaita intenderet, vidit animam præfatæ Dei famulæ in ipsa luce, comitantibus ac ducentib. eam Angelis, ad cœlum ferri. Cumque somno excussa videret cæteras pausantes circa se sorores, intelexit vel in somnio vel in visione mentis ostensum sibi esse quod viderat: statimque exurgens nimio timore perterrita cucurrit ad virginem, quæ tunc monasterio Abbatissæ vice præfuit, cui nomen erat Frigit: fletuque ac lacrymis multum perfusa, ac suspiria longa trahens, nunciauit matrem illarum omnium Hildam Abbatissam iam migrasse de sæculo, & se aspectante, cum luce immensa, ducib. Angelis, ad æterna limina lucis, & superna cũ consortia ciuium ascendisse. Quod cum illa audisset, suscitauit cunctas sorores, & in ecclesia conuocatas orationibus ac psalmis pro anima matris operam dare monuit. Quod cum diligenter egerunt, venerunt primo diluculo fratres, qui eius obitum nunciarent, à loco vbi defuncta est. At illi respondentes dixerunt, se prius eadem cognouisse: & quomodo hæc vel quando didicissent, inuentum est, eadem hora transitum eius illis ostensum esse per visionem, qua illam refulsebant exisse de mundo, pulchraq; rerum concordia procuratum est diuinitus, vt cum illi exitum eius de hac vita viderent, tunc istæ introitum eius in perpetuam animarum vitam cognoscerent. Distant autem inter se monasteria hæc tredecim ferme millibus passuum.

Beda lib. 4. hist. Angl.

Visio diuinitus ostensa de anima S. Hildæ Abbatissæ.

Nota orationem pro defunctis.

IX. *De nouicio, qui sub mortem Angelorum præsentia recreatus.*

Gulielmus Elfinsthonius patria Scotus, sanguine & ingenio & virtute admodum nobilis, cum pæne adolescens nondum integro mense, postquam in Societatem nostram admissus esset, in lethalem febrim incidisset, incredibilem semper alacritatem & verbis, & vultu, & factis ipsis præ se tulit, cũ satiari non posset gratiis Deo agendis, quod in religione moraretur. Extremo autem ferme spiritu, cũ fratres in cubiculum confertim introeuntes videret, in hanc ipsum vocẽ erupit: O gloriosam, inquit, mortem

Hiero. Plat. lib. 1. de bono statu Relig. cap. 31.

Angelorũ præsentia moribundus recreatur nouicius.

cem tot Angelorum agminibus constipatam. Quin iam ingenti atque insoliro elatus gaudio ; Non videtis, inquit, non videtis Angelos? simulque Angelum suum custodem compellans, aliquandiu cum eo ita loquutus est, quasi cum oculis aspiceret, à quo sibi deinde denunciatum narrauit, se per purgatorii quidem loca transiturum, sed celerrime euolaturum. Quærente autem nescio quo, qua specie, & qua forma is Angelus esset, adolescentem quendam, qui tum aderat, indicauit, cui simillimum esse dixit: Mox etiam dulcedine quadam; mixtoque feruore ita completa est eius anima, vt corpus ipsum, licet grauitate morbi, & mortis propinquitate fractum, aliquandiu tamen insolitis moribus super lectulum quasi exiliens, & gestiens agitaretur, cum omnium admiratione, qui nunquam simile aliquid viderant. Simul etiam oculos retro post ceruical cũ magna quadam exultatione reflectens, ac nescio quæ, quæ à nullo percipi potuere, submurmurans, indicabat, se aliquid ibi spectare, quo maiorem in modum oblectaretur. Inter quæ gaudia repente consistens, tanquam placidissimo somno consopirus spiritum exhalauit.

X. *Hymnus, Te Deum laudamus, ab Angelis canitur in obitu religiosæ.*

Francisc. Gonzaga 3. p. de rel. Seraphica rel. in Prouin. Concept. Cor[illegible] nent. 3.

In obitu Catharinæ Mantiquiæ religiosæ deuotissimæ, Hymnus ille à sacris Ecclesiæ Doctoribus Ambrosio & Augustino compositus, Te Deum laudamus, vsque ad versum; Te ergo qu[illegible]sumus, famulis tuis subueni, ab Angelis, [illegible]bribus [illegible]omnibus [illegible]tibus, concentus [illegible]

TIT. XLII. [illegible]ecclesiis in honorem Angelorum [illegible]

EXEMP. I. *[illegible]e ecclesia in [illegible]onis tumba ab Autberto Episcopo [illegible]Michaelis instit[illegible]one erecta.*

Sigebert. in Chron ad an. do. 769. Petr. de Natali lib. 9. Catalog. Sanct. c. 71.

CHildeberto Monarchiam regni Francorum tenente Archangelus Michael apparens Autberto Abricatensi Episcopo, monuit semel & iterum, vt in loco maris, qui propter eminentiam sui tumba vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui volentis talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur in monte Gargano. Interim taurus à Leone furim raptus in illo loco religatur. Vnde Episcopus tertio admonitus, vt illo in loco fundamentum iaceret, vbi taurum religatum inueniret, & sicut eum terram pedibus protriuisse videret, sic ecclesiæ ambitum duceret. Ecclesiam itaque in honorem sancti Michaelis constituit, & ex illo tempore sicut in monte Gargano, ita etiam in illo loco, qui modo dicitur in periculo maris, veneratio Archangeli frequentari cœpit. Duæ autem rupes ibidem erant, (addit Petrus Equilinus) [illegible]tus inde moueri non poterant, quæ & officium impediebãt. Sed Michael cuidam viro apparuit, præcipiens vt ipsas rupes inde amoueret: qui tam facile eas mouit, vt nihil ponderis habere viderentur: ficque ecclesia in honorem Archangeli Michaelis constituitur; in qua ecclesia partem pallii, quod in monte Gargano Angelus posuit, & partem marmoris, supra quod steterit detulerunt incolæ nauigio ad eum locum accedentes. Cum vero ibidem aquæ penuriam incolæ paterentur, monitu Angeli foramen in saxo fecerunt, & inde aquarum copia vsque in præsens largius manauit. Hæc autem apparitio celebratur 17. Calen. Nouembr. Cum autem quodam anno copiosa turba ad ecclesiam pergeret, contigit mulierem prægnantem ac partui vicinam eodem ex pietate congredi : & ecce magno impetu vnda rediit, & omnis turba timore concussa ad littus fugit: sola autem mulier grauida fugere non potuit, sed à marinis fluctibus capta est. At Michael eidem inter vndas adstitit, qui illæsam seruauit. In medio pelagi filiam parturiuit, quem in vlnis suscipiens lactauit, & Angelo duce cum puero ad littus salua & incolumis rediit.

Ecclesia in honorem S. Michaelis constructa.

II. *De ecclesia in honorem sancti Michaelis Romæ extructa à Bonifacio II.*

Ado in Martyrologio 20. Sept. Baro. to. 7. an. 531.

Non multo post ab apparitione facta à sancto Michaeli in monte Gargano sub Gelasio Papa Romæ, venerabilis Bonifacius etiam Pontifex summus ecclesiam eiusdem sancti Michaelis nomine constructam dedicauit, in summitate Circi cryptatim miro opere altissime porrectam. Vnde & idem locus in summitate sua continens ecclesiam, inter nubes situs vocatur.

S. Michaeli Ecclesia Romæ constructa.

III. *De basilicis à Iustiniano Imperatore in S. Michaelis Archangeli, & aliorum Sanctorum honorem erectis.*

Ex Procopio li. 1. de bello Wandal. Baro. to. 7. Ann ad an. 532.

Iustinianus Imperator in bello Wandalico Sanctorum ope innixus sanctis martyrib. diuersis in locis templa construxit, aliaque erigenda proposuit, itemque reditib. annuis locupletauit, nec non militiæ cælesti summo Principi Michaeli plurib. etiam in locis ecclesias erexit; probe sciens, si talem tantumque Ducem sibi conciliaret, qui rebelles Angelos cientes in cœlo prælium superasset, certam securamque posse de vincendis Wandalis habere fiduciam. Sed & præter omnia maximam omnium ex eo spem concepit & aluit, quod sanctissimæ Dei genitricis Mariæ studiosissimus cultor, eandẽ summis frequentauit honoribus, obsequiisque demeruit, cum vbique locorum apud barbaras etiam nationes in memoriam eius basilicas summa impensa confluxit. Est de his omnibus locuples testis ipse Procopius lib. 1. de bello Wandal.

Sanctorum ope nitebatur Iustinianus Imp. Ecclesiæ à Iustiniano Sanctis erectæ.

IV. *De templis S. Michaelis deformatis à Iustiniano Imperatore restauratis.*

Procop. Cæsariens. li. 1.

De duobus illis templis sancti Michaelis à Constantino Imperatore apud Constantinopolim erectis, & Iustiniano Imperat. reparatis, sic scribit

Pro-

Procopius Cæsariensis: Littus vtrumque ad Constantinopolim singulari pulchritudine exornauit Iustinianus. Templa duo Archangelo Michaeli, alterum ex aduerso alteri ad fretum constructa fuere. Alterum in regione, quæ dicitur διάπλους, hoc est, transitus, siue traiectus, in parte dextra Euxinum pontum nauigare incipienti. Alterum autem in littore huic oppositio. Quem locum veteres ἀκρωτήριον, hoc est, promontorium, propterea opinor, quod longius à littore in fretum procurrit, appellarunt. Hæc ipsa templa Imperator Iustinianus vi temporis deformata denuo ex ipsis fundamentis restituit, structura admiranda.

V. *De infelici Pseudo-Alexij interitu ob violatum ab eo S. Michaelis in Conis templum.*

Ex Metaphr. & antiquo Græcorum Mænologio 6. Septemb. Baron. tom. 1. Annal. an. Domin. 60.

Historiæ de Michaelis manifestatione Conis facta res gesta ex antiquioribus monumentis descripta extat apud Metaphrastem. Magna quidem Dei prouidentia factum esse apparet, vt in cubilibus (quod ait Isaias) vbi dracones habitabant, Angelorum Princeps Michael miraculorum operatione refulgens, illic congruo coleretur honore; nimirum vt Colossenses in primis Sanctissimæ Trinitati, secundum institutionem Catholicam, primum omnium illi decentem ac proprium cultum impartirentur; ac deinde Angelos, quo deceret, prosequerentur honore. Cæterum quas pœnas dederit Pseudo-Alexius Iconoclasta, qui ausus est violare eam sancti Michaelis Ecclesiam in Conis, scribit eiusdem vrbis ciuis * Nicetas Coniata. Cum enim ipse Harmala reuersus post largiorem compotationem dormiret, à sacerdote quodam suo gladio iugulatur. Ac is quidem suorum scelerum has pœnas dedit, tum quod Persas contra Romanos incitauit, & ex his ipsis quotquot ad eum confluxerant, populorum suorum sanguine contaminauit: tum quod homo detestandus Conis meis celebre templum Michaelis Archiducis cœlestium copiarum violauit, Persis in sanctissimum Dei tabernaculum introductis: nec spectare dubitauit pernicies humani generis Christi & sanctorum imagines calculis varii coloris expressas aboleri & sacros postes securibus & celtibus reuelli & sacrosanctam mensam prophanari, & humi abiici.

** Lib. 3. Annal. de sancti Angeli imper.*

S. Michaëlis templũ in Conis à quo profanatum.

VI. *De nomine & forma templi erigendi ab Angelo Iustiniano Imperatori pronunciata.*

E Chronico de reb. Constantinopoli. Gregorius Colinus.

Magnam Ecclesiam, videlicet S. Sophiam, Constantinopoli simulacris gentilium prius consecratam Magnus Constantinus extruxit. Structura autem illa vsque ad Imperium Theodosii Magni durauit. Illius vero tempore, cum secunda Synodus Constantinopoli haberetur, Ariani ad seditionem excitati tectum illius Ecclesiæ exusserunt, sub Patriarchatu sanctissimi Nectarii; Sedecim autem exacti sunt anni, quibus S. Sophia tecto caruit. Imperator vero Theodosius Rufinum magistrum operi præficiens, tectum fornicibus ad cylindri formam factis renouauit, & ita permansit vsq; ad Imperium Iustiniani. Quinto autem anno eius imperii post illam stragem, in qua triginta quinq; hominum millia in hippodromo interficiebantur, huic Imperatori Deus mentem dedit, vt templum, quale ab Adamo non fuit, neq; fiet, ædificaret. Iubetitaq; Imperator ex omnibus regionibus orbis coaceruari materias septem annis cum dimidio. Anno vero XII. Imperii Iustiniani templum à fundamentis euersum est, & omnem materiam seorsim depositi, nullo enim modo ea opus habebat, quia multo meliorem coaceruauerat. Incepit igitur emere domos contiguas: ac primum cuiusdam viduæ Annæ nuncupatæ; quæ cum recusaret Imperatori vendere, dixit: Etiamsi quingentas libras nummûm mihi attuleris, eã[illegible]eẽ non tibi tradam. Imp. vero cum multos ex proceribus suis misisset, vt blanditiis mulierem demulcerent, nihil impetrauit. Ipse autem mulierem accedens obnixe rogabat, vt suam domũ venderet. Illa cum vidisset Imperatorem, accidit supplex ad pedes eius, dicens: Domine Imp. nihil quidem oportet me pro ædium pretio à te capere: volo enim in partem sumptuum huius templi venire, vt & ego in die iudicii habeam mercedẽ, & post mortem meam sepeliar prope ædes meas. Sed antequam inciperet, Eutychio Patriarcha accersito pro structura Ecclesiæ precatus est. Imperator propriis manibus calcem cum tegula accipiens fundamenti initium posuit. Erant operariorum magistri numero centum, cum nonagenarios ad manum habentes: [illegible] decem millia operariorum: quorum quinque millia, à dextera, quinque à sinistra [illegible] perunt. Magno autem studio contendebant, vt quam celerrime opus absolueret[illegible] vero formam Angelos per somnium Imp[illegible] ob oculos posuit. Cum autem inter operandum [illegible]ces aliquãdo ad prandium iussent, vnus [illegible] magistri Ignatiis nomine, reliquit ibi filium [illegible]um, vt om[illegible] instrumenta opificum obseruaret. Erat puer annorum circiter quatuordecim. Puerum vero sedentem quidã candida veste indutus compellauit, Eunuchus videlicet è palatio missus, dicens: Qua de causa fabricatores opus Dei celerrime non perfecerunt; sed eo relicto omnes ad comedendum abierunt? Dicit puer: Primo quoque tempore, mi Domine, aderunt. Iterum ille ait: Abi cito, voca eos. Puero metuente ne aliqua instrumenta perirent; Angelus apparens cũ iureiurando adolescenti dixit: Abi [illegible]quere cum illis; nam ego hinc non recedam, donec redieris. Testor S. Sophiam, quæ est ferm[illegible] Dei, nunc ædificari cœpram. Tale igitur iuramentum puer audiens descendit, & inuenit patrem suum Ignatium, cui hæc omnia explicauit. Pater autem eum ad Imperatorẽ duxit, qui tunc prandebat. Qui, his auditis, omnes Eunuchos adsse vocauit. Cumque neminem ex iis puer [illegible]nosceret, intellexit Imperator Angelum hominis fuisse. Cæterum iuramentũ, quod puer retulerat, obseruabat, & quod albatus esset, qui cum adolescen-

Templum magnificent. erigit Imp. Iustinian.

Bonorum operum merces.

Templi S. Sophiæ structura.

Forma templi ab Angelo proposita.

Angelus templum Sophiæ nominat.

lescente loquebatur, & maxillæ eius ignem emitterent, quodque mutabilis esset aspectus eius. Imper. vero valde lætatus, Deum, qui quod suo opere oblectaretur, celebrauit. Ex eo tempore nominatum fuit templum S. Sophiæ, tametsi Imper. dispiceret, quomodo templum nominaret. Cum vero Imp. à multis iustis & virtute præditis consilium petiisset, dicebant, non oportere puerum eo reuerti. Si enim reuertatur, Angelus custos ex loco abibit. Horum ergo consilio paruit: Cum enim puerum ditasset, misit illum, vt in Insulis vitam traduceret. Angelus itaque iuxta suum iuramentum vsque in hodiernum diem locum tuetur. Sacerdos autem pro structura Ecclesiæ precatus est, ac ibidem reliquias Sanctorum imposuit.

Angelus est templi custos.

TIT. XLIII. Angelos solari animas in purgatorio.

EXEMP. I. *Anima Regis cuiusdam purgatorijs pœnis destinata à cacodæmone vexatur, sed ab Angelo Dei consolatur.*

Lud. Blos. Monil. spir. cap. 13 §. 1.

SAncti quoque Angeli, vt beata Mechthildis ait, animabus in purgatorio detentis lumen cognitionis, subsidiumque, & solamen præstant. Vnde sancta Brigitta vidit animam cuiusdam Regis, qui male quidem vixerat, sed in vltimæ vitæ articulo gratia Dei præuentus ita apud se cogitauerat: Væ mihi, quia nimis audacter & sæpe offendi Deum meum. Vtinam mihi concederetur saltem vna horula, in qua possem integre conuerti ad Dominum, & ei gratias pro beneficiis ipsius. Magis me angunt peccata quæ contra Deum commisi, quã dolor, quã pœna mea sentio. Etiamsi nunquam ad eum perueniturus essem, vellem tamen benignissimo Creatori & redemptori meo seruire. Hinc Christus iudex ait ad diabolum, & Angelum animæ custodem: Tu diabole turbabis hanc animã; sed tu Angele meus consolaberis eam, donec ad claritatem gloriæ perducatur. Ipsi quoq; animæ dixit: Tibi permittitur, vt ad Angelum sanctum respicias, & consolationem ab eo recipias, fisque particeps sanguinis mei, & orationum Matris meæ, atque Ecclesiæ sanctæ. Itaq; diabolus dicebat animæ, quam cruciaturus erat: Quia venisti in manus meas, cibis bonisq; male acquisitis plena, ego te nunc euacuabo prælo meo. Tumq; collocans caput Regis inter genua sua prælio similia, stringebat illud fortissime, donec tota medulla cerebri in modum folii teneris. Deinde iterum ait ad animam; Quia locus, vbi virtutes esse debuerant, vacuus in te est, illum ego implebo. Atque ita inferens quasi fistulam folli in os Regis insufflauit valide, adeo vt venæ & nerui Regis fœtido horribilique ventro repleti miserabiliter rumperentur. Rursus iterum ait dixitanimæ. Quia in subditos, qui quasi filii tui esse debuerant, fuisti immisericors, & eos pupugisti, brachia mea serpentibus similia constringent laniabuntque te acerbissime. Quum autem ipse diabolus iterans prædictas pœnas vellet eas aggrauare, vidit Brigitta Angelum Dei extendentem manum & prohibentem, ne eas sicut prius aggrauaret. Ad hunc modum in qualibet pœnarum repetitione Angelus pœnas mitigabat. Anima vero post quamlibet pœnam eleuabat oculos ad Angelum nihil dicens, sed tamen de gestu suo indicans se consolationem ab eo accipere, fendit. ac citius fore liberandam.

Animæ morientis interna pœnitentia.

Acies prima dæmonis in animam.

Acies secũda.

Acies tertia.

Angelus bonus animam tormentis agnam eleuabat oculos ad Angelum nihil dicens, sed tamen de gestu suo indicans se consolationem ab eo accipere, fendit. ac citius fore liberandam.

De Sanctis.

TIT. XLIV. De cultu & inuocatione Sanctorum.

Iacob benedicens nepotes suos, filios Ioseph, hac precandi formula vtitur. Nomen patrum meorum Abraham & Isaac inuocetur super eos, & crescant in multitudinem super terram. Gen. 48.

Promittit Dominus Ezechiæ, se seruaturum Ierusalem propter se, & propter Dauid seruum suum. 4. Reg. 19.

Trium puerorum fornaci destinatorum oratio hæc erat: Ne auferas misericordiã tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, &c. Dan. c. 3.

EXEMP. I. *Quo cultu & amore sit prosecutus D. Ioannem Apostolum Rex Eduardus.*

Ealredus Abb. in vita eius apud Surium 5. Ian. pag. 31.

SAnctus Eduardus Anglorum Rex nulli petenti in nomine Sancti Iohannis Euangelistæ aliquid denegabat; hunc enim post Apostolorum Principẽ arctius diligebat. Vnde contigit, quod quidã peregrinus, absente camerario, in nomine S. Ioannis Euangelistæ importune à Rege eleemosynam postularet, cui Rex pretiosum annulum, cum nihil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit post hæc, duos Anglicos ad adorandum Saluatoris sepulcrum Hierosolymam proficisci. Qui die quadam à publica strata declinantes deuia quæque sectati sunt, & sole ruente nox obscura adducta est. Et cum nescirẽt quid agerent, quo se verterent, apparuit eis senex quidam venerandus, qui eos ad ciuitatem reduxit. Susceptis autem hospitio mensa paratur, lauriſſimeque refecti dant membra quieti. Mane autem facto, egressis illis de ciuitate, ait senex: Viri fratres, cum summa prosperitate vos repatriaturos non dubitetis: quoniam prosperum iter faciet vobis Deus, & ego ob amorem Regis vestri in omni via firmabo super vos oculos meos. Ego enim sum Apostolus Christi Ioannes, qui Regem vestrum ob meritum castitatis summa dilectione complector. Hunc ergo annulum, quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit, reportate, denunciantes ei obitus sui instare diem: quem infra sex menses visitans visitabo, vt

Singularis Regis Eduardi amor erga D. Ioh. Euangelistam.

S. Io. Euangelistæ apparitio.

Castos amat S. Ioh. Euangel.

bo, vt mecum sequatur agnum quocunque ierit. His dictis disparuit, & illi ad patriam prospere redeuntes, quæ viderant & audierant Regi seriatim retulerunt.

II. *De Paulo Diacono, qui ad inuocationem D. Io. Baptistæ vocem amissam recuperauit.*

Guil. Duran. in Rationali diui. offic. l. 7. c. 17.

Paulus historiographus Romanæ Ecclesiæ Diaconus, Cassinensis monachus, quadam die cum vellet Paschalem cereum consecrare, raucæ factæ sunt fauces eius, cum prius vocales essent. Vt ergo vox sibi restitueretur, composuit in honorem beati Ioannis hymnum, Vt queant laxis resonare fibris, in cuius principio petit vocis restitutionem, quam obtinuit: sicut & merito sancti Ioannis restaurata est Zachariæ.

D. Io. Bap. ope liberatur Paulus Diac. à raucedine.

III. *Apostolorum Petri & Pauli patrocinio, & S. Stephani ope Oratorium S. Stephani seruatur ab incendio.*

Ex hist. Frãc. Greg. Turo l. 2. c. 6. Bar. to. 6. Ann. an. 451.

Anno Domini quadringentesimo quinquagesimo primo, Chuni siue Hunni, sic à maiorib. dicti, à Pannoniis egressi, vt quidam ferunt, in ipsa sancti Paschæ vigilia ad Metensem vrbem reliqua depopulando perueniunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipsosque sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimentes: nec remansit in ea locus inultus, præter oratorium B. Stephani primi martyris & Leuitæ. De quo Oratorio quæ à quibusdam audiui, narrare non distuli. Aiunt enim, priusquam hi hostes venirent, vidisse virum fidelem in visu quasi conferentem cum sanctis Apostolis Petro & Paulo beatum Leuitam Stephanum de hoc incendio ita dicentem: Oro Domini mei, vt nõ permittatis obtentu vestro Metensem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo paruitatis meæ pignora continentur: sed potius sentiant populi aliquid me posse cũ Domino. Quod si tantum facius populi supercrescit, vt aliud fieri non possit, nisi tradatur ciuitas incendio: saltem hoc Oratorium non cremetur. Cui illi aiunt: Vade in pace, dilectissime frater: Oratorium tantum carebit incẽdio. Pro vrbe vero non obtinebimus, quia Dominicæ sanctionis super ea sententia iam processit. Inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum ascendit coram Deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde procul dubio est, quod horum obtentu, vrbe vastata, Oratorium permansit illæsum.

Metensis ciuitas propter peccata populi crematur.

Oratoriũ S. Steph. Petri & Pauli interuentu ab incendio liberatur.

IV. *De quodam, qui laqueo mortem sibi consciscere volebat per inuocationem D. Pauli liberato.*

Greg. Turon. lib. 1. de glor. Mart. c. 19. ex li. 2. Ling. qui est de agone D. Pauli.

Diuus Paulus Apostolus, post reuolutum anni circulum, ipsa die qua Petrus Apostolus passus, apud vrbem Romam gladio percussus occubuit. E cuius sacro corpore lac defluxit & aqua: nec mirum, si lac eius manauit ex corpore, qui gentes incredulas & parturiuit & peperit, ac lacte spirituali nutritas, ad cibum sõlidum scripturarum Sanctarum opaca referando perduxit. De cuius virtutibus multa quidem audiuimus: sed de plurimis vnum tantum miraculum studuimus declarare. Factum est autem in quodam loco, vt homo sibi laqueum ad exitum quendam vitam pararet, idque instigante diabolo. Cumque secretum cellulæ, in qua hæc ageret, repetisset, funem trabi transmissum laqueum cœpit innectere, nomen tamen semper Pauli Apostoli inuocabat, dicens: Adiuua me sancte Paule. Et ecce umbra squallida atque funesta, quæ nihil minus vultu, quam diabolum simulabat, apparuit ei, hortans ac dicens: Eia age, ne moreris: expedi celerius, quæ cœpisti. At ille cum opus hoc, id est, vitæ extorquendæ pararet, semper aiebat: Beatissime Paule, esto adiutor meus. Denique expedito iam laqueo, cum vehementius vrgeretur ab vmbra, vt collum immitteret: subito adfuit illi alia vmbra huic simili, dicens ei, quæ cum homine erat: Fuge miserrime: en Paulum Apostolum huc venientem: inuocatus enim ab hoc nomine, ecce adest. Tunc euanescentibus vmbris, hic ad sensum suum reuersus, & crucem virtutis Dominicæ nutanti pectori depingens, pœnitentiam, genis lachrymarum imbre perfusis, agebat, cur ita tentasset. Vnde manifestum est, hunc eundemque hominem per virtutem beati Apostoli ab hoc sæuæ mortis præcipitio fuisse saluatum.

Suspendiũ quidam intentare quidam.

Diaboli appetitio & nequitia.

A suspendio seruat D. Paul.

V. *Sancti adsunt iis, qui eorum amore tenentur, vt patet ex D. Chrysost. mo.*

Leo August. in vita Chryso. apud Bar. to. 5. an. Dn. 407.

Haud dubitandum est, beatum Ioannem Chrysostomum in sacris literis peculiarem doctorẽ sanctum Paulum Apostolum habuisse: cuius imitatione tenebatur amore. Fidem secit huius rei locus, qui postea Constantinopolitanæ Ecclesiæ fuit creatus Episcopus, rem gestam sic [illegible] Cum diuinas Pauli Apostoli epistolas earum interpres & expositor percurreret, erat (vt est humanum) dubia & suspensa cogitatione, dicens: Quis scit, num Deo grata sit mea interpretatio? Hæc cogitans rogabat, vt de ea re à Deo certior fieret. Quod etiam eo hoc modo factum est. Quidam ex his qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorem, qui mortem minatur: & mittitur, qui apud diuinum Pontificem intercederet, vt noctu ad eum veniret propter metũ Imperatoris, & sua ei exponeret. Quibus assentiens sanctus, per Proclum iubet vt veniat. Nox erat, & simul etiam aderat is, qui erat supplex. Vt eum admoneat, dat operam Proclus: deinde primum adspicit per quoddam foramen, vt videt Pontificem vt consueuerat in sede sedentem, & scribentem (ea autem erat interpretatio diuinarũ epistolarum.) Tunc autem ille terribili illo dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus diuinum Apostolum Paulum inclinatum post sedem ad caput Pontificis, & os admouentem auri eius dexteræ, & cum eo colloquentem. Procli mentem stupor & admiratio, quanam ingressus [illegible] occupabat. Ignorabat enim quis esset, & rogat hominem, vt parum expecter. Rursum paulo post aspexit, & semel & bis, & erat idem

Procli visio de præsentia D. Pauli.

spectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo optimate, qui dixit: Nō oportebat te, cum videres mortem, quæ mihi expectatur, alium ad sanctum adducere. Ille autem ei affirmat, se de eo nihil cogitasse. His adhuc dubitantibus, præco ad matutina cātica [illegible] signi pulsibus. Homo itaq; reuertitur, in se noctem spem reiiciens. Accessit secunda & tertia: & erat rursus simile spectaculum. His obstupefactus, vix tandem sensit Proclus, nemine vidente, à Deo missum esse eū qui loquebatur. Dicit itaque optimati illi: O optime, Deo resistente studiis omnibus labor est inutilis: roga ergo Deum, vt tibi opem ferat. Dies aderat, & cum supplicis recordatus esset Pōtifex, rogauit an accersisset. De eo ergo significat ei Proclus, qui hæc etiam dixit: Cum tu præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui nō temere accedere. Cum Sanctus autem rogasset, quisnam is esset: incipiens Proclus verbis quidem totum persequitur miraculum: digito autem per imaginem euidentissime probans eum fuisse Apostolum, totam seriem narrat miraculi. Quibus cum adhibuisset mentem hic vir diuinus, aperte intellexit spectaculum: & factus certior, se suam accepisse petitionem, Deo gratias egit. Deinde rursus accersit supplicem, & eum conuenit, & pro eo intercedit apud Imperatorem, & prioti restituit magistratui: implerq; promptius & alacrius quæ restabant ex diuinis epistolis.

Visio alia.

D. Pauli præsentia apud S. Io. Chrys.

VI. *De homine ad sepulchrum Christi peregrinante, in via ab improbo dæmone per D. Iacobi apost. inuocationem liberato.*

Wilhelmus Neubrigensis lib. 5 ca. 7. apud Baron. tom. 12. ann. 1194. 2.

De peregrino, qui ope [illegible] Iacobi Apostoli, cum ad sepulcrum Dominicum proficisceretur, à violētia cacodæmonis fu[illegible] rem testatā reliquit Willelmus Neubrigensis, huius temporis scriptor veri amantissimus [illegible]s: Aliud quoq; ipso tempore (an. sal. 1194.) in pago Cenomanensi accidisse fertur, quod Regem Angliæ Richardum non frustra territum suæ propensius saluti admonuit. Res pluribus nota est, quam nostræ simpliciter narrationi inserimus, prout nobis viri venerabiles, & fide digni tradidere, à Cenomanēsi Episcopo idipsum se accepisse protestantes. Vir quidam ex eiusdem Episcopi clientela deuotionis instinctu profectus in Hispanias ad memoriam B. Iacobi Apostoli, cum sospitate ad propria remearat: qui post modicum calore fidei, & deuotionis fortius igneſcens longe laboriosa peregrinatione sepulcrum inuisere Dominicum voluit. Valedicens ergo suis iter opportune arripuit, & cum forte solus gradi[illegible]etur, repente in ista via obstitit ei quidam enormi corpore, & vultu terribili. Pauefactus homo eleuata manu Christianam sumpsit armaturam, nempe signum Crucis. Ille vero tanquam non reputans salutare signaculum: Nequaquam, inquit, hoc modo teneri te poteris, quin meus sis. Porro si procidens adoraueris me faciam te locupletem, [illegible]um valde. Ad hæc homo [illegible] fiducia superandi cum libertate respondit: Liquet te esse par-

Peregrinatio ad D. Iacobi.

Peregrinatio ad terrā sanctam.

Adoratio nunquā

tis sinistræ, sint tua tibi: Nam mihi sufficit omnipotētis Dei largitio, quem solum adoro. Et ille, Oportet, inquit, te vel inuitum aliquid habere de meo: & proferens tanquam pallium subtilis materiæ iactauit super caput hominis: quod mox attactu igneo capillis exustis, cutem quoque capitis denigrauit. Prosilienſque hostis hominem periculo anxium per brachium apprehendit. Homo vero cum tāta perurgeret necessitas, S. Iacobum ex recentis obsequii conscientia fortiter inclamauit. Quib. Apostolus in specie reuerenda mox adfuit, & porenti verbo inuasorem improbum increpauit. Vt autem homo de manu inimici furentis ereptus, turo iam auditu perciperet, quorum, vt creditur, audiendorum gratia, per volūtatem Dei articulum illum inciderat, Apostolus ad nequam illū: Dic, inquit, quis sis, vel quid negotii habeas? Qui constrictus imperio: Dæmon, sum, inquit, generi humano infestus, & mille nocēdi artibus instructus. Ego enim grande illud scandalum, & Christianæ possessionis iacturam in Oriente patraui: Ego inter Reges Christianos in terra promissionis, vt nihil ab eis ageretur, nec prosperaretur opus Dei in manibus eorum; detestabilem discordiam seminaui: Regem Anglorum à Syria digressum per ministrum nequitiæ meæ, Ducem scilicet Austriæ captiuaui: multimodam exinde malorum occasionem regnis Christianis concinnans: eūdem quoque Regem de captiuitate propria reuertentem comitatus in partibus istis nunc consisto, cubili Regis tanquam familiaris minister frequēter assisto, & circa thesauros eius apud Chinonem repositos peruigili cautela obseruo. His dictis, malignus disparuit. Apostolus etiam confortato homine in suæ se claritatis secretū recepit. Homo vero ad vrbem Cenomanensem mature reuersus, Episcopo, vrbisque prudentibus cuncta per ordinem replicauit, & in argumentum fidei caput depilatū, & brachium manus pestiferę contactu vlstularum indicauit. Quibus actis, post dies aliquot propositum iter repetit. Nec latuit hoc Regem Richardum: qui nimirū eius, qui tangit montes & fumigant, timore compunctus, salubrioris instinctu consilii cubiculum suum, vt accepimus, de cætero castius esse voluit, & de thesauris suis largiores indigentibus eleemosynas erogare. Hæc Neubrigensis.

Deo debetur, dæmon sibi arrogat.

Inuocatione S. Iacobi homo liberatur à malo.

Dæmon discordiarū seminator.

Thesauros custodiunt dæmones.

VII. *De Carolo Rege Siciliæ, per inuocationem Mariæ Magdalenæ è carcere liberato.*

Carolus Rex Siciliæ II. Comes Prouinciæ, circa annum Domini milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum nonum, bello nauali cum rege Aragonum congreſſus, victus & captiuatus eſt, & apud Barcinonem moriturus, diro carceri mancipatus. Cumque omni humana ſpe deſtitutus indubitatam mortem exſpectaret in breui, à Magiſtro Guilielmo de Tonnais Ordinis Prædicatorum confeſſore ſuo monitus eſt, vt Magdalenam, quæ in terris ſibi rebus obiectis prædicauerat, pœnituerat & obierat in auxi-

Ex aurea Rosa Syluest. Prieratis. Summa to. 4. Iul. 12. Carolus Siciliæ Rex capitur.

[illegible]ium

lium aduocaret. Qui statim firma spe de meritis eius concepta, ieiunio & confessione, & lacrymis ei se commendauit. Ecce autem in ipsa vigilia festiuitatis beatæ Magdalenę nocte adstitit ei matrona pulcherrima, Carolum voce sonora, & proprio nomine vocans, preces eius exauditas commemorans, & vt se velocius sequeretur, indicans. Cumque pro captiua familia sua ille precaretur: Sequere, inquit, me, & te sequentur tui omnes. Sic autem factum est. Post paululum vero cum aliquantisper processissent, illa firmato gradu, & se inuocatam Magdalenam esse commemorans: Scis, ait, vbi sis modo? At ille, Intra muros, inquit, adhuc sumus Barcinonis, si non fallor. Falleris, inquit, sed iam es intra terminos tui Principatus, & prope Narbonam ad * miliare vnum. Sunt autem inter Barcinonem & Narbonam tres magnæ dietæ, & triginta amplius * milliaria: Tunc ille perfusus lacrymis: Quid, inquit, ô Domina, gratum rependere pro tanto beneficio possum? Dicam, inquit, Cum instante bello quodam corpus meum de meo sepulcro sublatum, & loco eius aliud suppositum fuisset, vt fallerentur inimici, si meum corpus asportare voluissent: ita factum est. Vnde adhuc eo in loco iacent reliquiæ meę, aliis earum loco sublatis. Illuc perge, & eas talibus signis inuenies. Nam eo in loco vicis est, quam sequens, de ore meo prodiisse videbis: & ibi est caput meum totum nudum, excepta ea carne, qua Saluator mundi in horto tetigit, cum eius volui tenere vestigia. Capilli omnes interierunt, exceptis iis, quę Iesu Christi pedes tetigere. Iuxta caput est ampulla plena terra madefacta sanguine Christi, quam sub Cruce collegi, & semper, quoad vixi, in memoriam Domini mei seruaui. Cū hæc inueneris, honore digno eleuabis, & locum meæ mortis & meæ pœnitētiæ fratribus meis, id est, Prędicatorib. trades: Ego enim prædicatrix & Apostola fui. Conuentui loci, ex quo decessi, reditus pro centum fratribus assignabis, vt semper ibi vigeat studium generale. Et his dictis, disparuit. Ille vero, facto iam die, Narbonam cernens, eo in loco in quo Magdalena disparuit, Crucem figi iussit: quę vsque in præsens, Crux de leuca, dicitur: & S. Maximinum adiens, omnia per ordinem reperit, & iussa perfecit.

Ope B. Mariæ Magdalenæ liberatur.

* Leucam.

* Leucæ.

Caro & capilli B. Magdalenæ, qui adhuc integri.

VIII. *De puero ab sq; baptismate mortuo, per merita S. Stephani martyris ad vitam suscitato.*

Exodius li. 1. miracul. B. Stephan. & D. Aug. ser. 95. & 96. nuper Louanij impress.

Cuiusdam mulieris filius paruulus mortuus, catechumenus erat, qui matris portatus manibus cum ingenti eiulatu, & miserabili vociferatione ante ipsam memoriam gloriosi Stephani fuerat proiectus, trādens illi mortuum, vt ab eo reciperet viuum. Cūque ad aures amici Dei pulsaret fide pietatis, percussa duplici luctu orbitatis, quod & in presenti vita filium perdidisset, & in futura, vtpote sine gratia Baptismi, saluum habere non posset: Ecce inter diu lamentantis dolorem miseræ matris, repente paruulo spiritus redditur, vita tribuitur, vox viuēti concedit. Continuo presbyter accersitus baptismum paruulo tradit, sacramenta complentur: atque ita peccatorum letali catena anima liberatur, statim etiam mortalis carnis vinculo exuitur, & ad Dei spiritales amplexus summa celeritate libera dimittitur. Ita & non modica consolatione concessa, gaudere de redempto filio datur, & paruulo salus vera conceditur. Qui profecto ob hoc ad modicum vitam recepit, ne in æternum moreretur.

Inuocatione S. Stephani reuiuiscit puer.

IX. *De tribus aliis mortuis per intercessionem S. Stephani protomartyris resuscitatis.*

Apud Hipponē Bassus quidam Syrus ad memoriam eiusdem martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoque secum vestem detulerat: cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nuntiarent. Sed cum, orāte illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum rediisset iam suorum eiulatibus personantem, & vestem filiæ, quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est vitæ. Rursus ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarii filius ægritudine exstinctus est. Cumque corpus iaceret exanime, atq; aliis gementibus, & plangētibus, exequia pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium verba adiecit, vt eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & reuixit. Itemq; apud nos vir tribunitius Eleusin⁹ super memoriam martyris, quæ in suburbano eius est, ægritudine exanimatum posuit infantulū filium suum: & post [illegible]nem, quam cum multis lacrymis ibi fu[illegible]uentem leuat[illegible]

D. Augustin. de ciuitate Dei c. 1.

S. Stephani ope suscitantur aliquot defuncti.

X. *De cessatione pestis per honorem D. Sebastiano impensum.*

Temporibus sextæ Syno[illegible]ersalis, quæ Cō[illegible]stantinopoli ab Agathone c[illegible]st, exorta est grauissima pestis mensibus [illegible]llo, Aug[illegible]o, Septembri, tantaque fuit multitu[illegible] morientiu[illegible], vt etiam parentes cum filiis, atq; fratres cum sororibus bini per feretra positi apud vrbem Romam ad sepulcra ducerentur. Pari etiam modo hæc pestilentia Ciciuum depopulata est: ita vt cunctis ciuibus per iuga montium, aut per deserta loca fugiētibus, in foro & plateis ciuitatis, herbæ, & frutices enascerentur. Tuncque visibiliter multis apparuit, quod malus & bonus Angelus, qui videbatur venabulum in manu ferre, quoties venabulo illo ostium cuiuscunq; domus percussisset, tot ea de domo die [illegible]uenti homines interirent. Tunc cuidam per reuelationem dictum est, quod pestis ista prius [illegible] quiesceret, quā in basilica B. Petri, quæ ad vincula dicitur, S. Sebastiani martyris altarium poneretur. Factumque est, vt delatis ad vrbem Romam S. martyris Sebastiani reliquiis, mox vt etiam in dicta ecclesia altarium constitutum est, pestis ipsa quieuerit.

Paul. Diac. li. 6. de gest. Longobard. c. 2. Car. Sigon. lib. 3. de reg. Italian. Do. 680. 18.

Ara S. Sebastiano exstructa pestilentia cessat.

XI. *De Judæo ab igne per invocationem S. Sergii liberato, & ad Christum converso.*

Anno Domini quadringentesimo septuagesimo mo, Archisynagogus inter Iudæos quidam cum his duobus in tumultu Constantinopoli cõcitatem peride atq; ipse auctor fuisset, correptus, & vi-
to Consulari cruciatus est. Is autem inter tormenta varia illud tantum vociferatus est: *O Deus Sancti Sergii, adiuua me.* Addebat vero hæc verba: Sancte Sergi, tu nostri Iudices potro fingere ac simulare hęc
S. Sergii invocatione liberatur Iudæus à flamma ignis. Hebræum putantes, ad ignem, vt viuus cõbureretur, condemnarũt. Et ecce in media flamma equites duo, candidis induti stolis apparentes, horis multis intactum cõseruauerunt: & multitudo in flammam insiliens, hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus, Sergius nominatus est. Atque ille non minus mente quoq; illuminatus, substantia sua, quã multam habuit, vendita, in pyræ eius loco amplissimum Sergio martyri templum construxit, vbi capite raso, reliquam iuxta Dei beneplacitum vitam exegit. Idem duo eius effecere pueri, nominibus suis in Sergii & Bacchi nomine mutatis.

D. Sergii templum grati animi causa exstructum.

XII. *De gratitudine Zimisca Imperatoris erga S. Theodorum martyrem, & B. Virginem.*

Io Zonar. to. 3. ann. 969. apud Brede li. 2. collat. sacr. c. 31.

Imperatore Ioanne Zimisca contra Rossos præliante, cum diu victoria anceps esset, Romani diuinitus adiuti esse perhibentur. Nam & procellã Scytharum facies verberasse, & quendam in equo à multis visum, qui Romanos defenderet, & Barbarorum phalanges conturbaret. Eo porro die memoria Theodori Ducis insignis martyris celebrabatur. Theodorum porro Ducem Romanis contra Barbaros auxilio fuisse ex eo cognitum est. Mulcula quædam [illegible]gantia, religio[illegible] & modestia, pridie illius pugnæ in templ[illegible] sanctæ Deiparam procedere cũ magno comitatu visa est, ac dicere: Domine Theodore, mecum venis Ioannes grauia certamina sustinẽt, proinde illi opem ferto. Id somnium ea quibusdam aperuit, qui die notato ceperunt, id pridie post cruentæ pugnæ contigisse. Imperator vero, vt martyri pro nauata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaniæ, siue Euchaitæ struxit, vetere diruto in quo corpus eius multis certaminibus defunctum repositum erat, & vrbem veteri nomine depositio, Theodoropolim appellauit. Bello Rossico ad hunc modum confecto, Imperator Byzantium reuersus ab omnibus ordinibus splendide excipitur. Nam & Patriarcha cum omnibus sacerdotibus ei obuiam est progressus, & Senatus, & populus coronas offerẽtes, & currum cum quatuor albis equis, rogaruntque; vt eo conscenso triumpharet. At ille coronas accepit, & equo singulari candido triumphauit, & vestibus Bulgaricorum Regum currui impositis, supra eas imagine Deiparæ collocata, currum antecessit. Postmodum quoque Christi Seruatoris templum in Calce magnificum extruxit.

Deiparæ virginis apparitio.

Gratitudo Io. Zimiscæ pro beneficio accepto à S. Theodoro.

Triumphus Io. Zimiscæ post victoriam.

XIII. *Precibus & meritis S. Gregorii Lingonensis Episcopi, miraculo liberantur inclusi.*

Sanctus Gregorius Lingonensis Episcopus cum per diem sanctum Epiphaniorum ad ciuitatem longinquam ambulasset, à modica febre pulsatus, relicto sęculo ad Christum migrauit. Cuius beata facies ita erat glorificata post trãsitum, vt rosis similis cerneretur: hæc enim apparebat rubea: reliquum vero corpus tanquam candidum lilium refulgebat, vt æstimares eum iam tunc ad futurę resurrectionis gloriam præparatum. Quod deferentes ad castrum Diuionense, vbi se iusserat tumulari, in planitie illa, quę à parte aquilonis habetur, haud procul à castro, aggrauati gestatores, non sustinentes, feretrum solo deposuerunt, ibique parumper resumentes vires, & post paululum eleuantes, ad intramurancam eum ecclesiam detulerunt. Aduenientibus autem quinta die Episcopis, ab ecclesia ad basilicam sancti Ioannis deferebatur. Ecce vincti carceris ad beatum corpus clamare cœperunt, dicẽtes: Miserere nostri, pie Domine, vt quos viuens in sæculo non absoluisti, vel defunctus cœleste regnum possidens, digneris absoluere: Visita nos, quæsumus, & miserere nostri. Hæc & alia illis clamantibus, aggrauatũ est corpus ita, vt penitus ipsum sustinere non possent. Tũc ponentes feretrum super terram, virtutem beati Antistitis præstolabantur. His ergo expectantibus, subito reseratis carceris ostiis, trabes illa, qua vinctorũ pedes coarctabãtur, repulsis obicibus, scinditur media, confractisq; catenis omnes pariter dissoluũtur, & ad beatum corpus, nemine retinente, perueniunt. Dehinc eleuantes feretrum gestatores, ii inter reliquos obsequuntur, qui à Iudice postea sine damno aliquo sunt dimissi.

Greg. Tur li. de vita Patr. c. 7. Sur 4. Ianuar. tom. 1.

B. Gregorii Ep. Lingo. inuocatio.

Inuocatio Sanctorum miraculo probatur.

XIV. *Sancti Euthymij auxilium implorat naufragus, & illud experitur.*

Quinto anno ab obitu magni illius Euthymii Abbatis Martyrius Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopus, ad Zenonem Imperatorem & Acacium Cõstantinopolitanum Patriarcham scribit de schismaticis, & illorum blasphemia, & vitanda hæresi: & cum Phido Diacono dedisset litteras, mandat ei quoque non pauca ore dicenda. Ille autem cum Ioppen peruenisset, & quoddam nauigium ascendisset, quod proficiscebatur in Corycium: vbi fuit in ipso mari Parthenico, in magnam incidens procellam, & tempestatem, media nocte patitur naufragium. Cum vero iam demergeretur, nec se supra fluctus posset omnino tollere, sed propterea quod in mari esset, & quod nox esset obscura & incerta, periret: in quoddam lignum ex inopinato, vel potius quod Deus id dedisset, incidit: & cum in quendam locum enatasset, & à tanta calamitate se paululum recreasset, venit ei in mẽtem admirabilis Euthymi⁹, & statim illius implorabat auxilium aduersus periculum, & ambas ei manus tendebat, & illius nomen sæpe inuocabat. Cum sic ergo laboraret, ei alicunde magnus apparet Euthymius, per mare trãsiens, & secure in ipsis fluctibus inambulans. Quem cum repente

Ex Cyrill. monach. Sur. 20. Ian. to. 1. Baron. to. 6. an. Do. 477.

Legatio tẽpestate intercipitur.

Phidus Diaconus periclitans implorat S. Euthymiũ.

repente vidisset Phidus adductus est in admirationem. Eum autem ab omni angore & timore volens rursum statim liberare; ea qua prius quoque solebat

S. Euthym. Phido apparet eumque liberat.

aliocutione: Noli, inquit, timere, ego sum Euthymius Dei seruus. Scias non esse bonum hoc iter in conspectu Dei: neque enim afferet vtilitatem aliquam matri Ecclesiarum: & ideo oportet reuerti ad eum qui te misit, & ei meo nomine iubere, ne sit solicitus de disiunctione schismaticorum; haud enim ita diu ab hinc, sed illo Pontificatum obtinente, futuram vnionem, & omnes qui sunt Hierosolymis, futurum vnum gregem & sub vno pastore. Te autē oportet venire ad meam Lauram & fratrum quidē cellas diruere ab ipsis fundamentis: cœnobium vero illic ædificare, vbi meum ædificasti cœmeterium. Non enim Lauram, sed cœnobium potius esse locū Deo placet. Hæc ille quidem mandat Phido, & suo eum pallio induit. Ille autem re ipsa & nō in somnis protinus raptus, non dissimili forte modo ei, quo Habacuc, ita facile & momento temporis in littore statuitur, & perinde ac si è somno surrexisset (ô diuinā prouidentiam!) in sancta inuenitur ciuitate.

Miraculum S. Euthymii in Phydo Legato factum.

Sic autem præter opinionem in domo conseruatus, deponit quidem illud diuinum Euthymii pallium, quod tantum pelagus transuolare penna citius efficit & tutius: consueto autem induitur vestimento: Illud vero (sed est attendendum, miraculo enim cognatum, & simile consequitur miraculum) à quadam veluti manu abreptum, euanescit & tollitur de medio. Cùm ad se ergo rediisset Phidus, & quæ nam mala eum oppressissent, cōsideraret, vndę, fluctus, nox, desperatio, & quæcumq; sunt mala tempestatis: deinde vero animo agitasset repentinam huius inexpugnabilis calamitatis solutionem, magnumq; Euthymium: & quemadmodum cum iam esset defessus, & grauiter suffocaretur, ei apparet pedib⁹ ingrediens in fluctibus, & veluti manum illam porrigens hilarem, vultumque vna & vocē, & ei mandās ea quæ dicta sunt, & tandem imponens pallium & tantum mare veluti alatum per aerem transmittens; & domi suæ reddens insensibiliter, hæc cum apud se considerasset Phydus, emisit illas voces cum magna admiratione: Nunc scio verum esse & germanum Dei seruum magnum Euthymium, ab eoq; missum me liberasse à calamitate. Deinceps autem quoque, hæc matri narrauit. Illa vero eis aures lubenter accommodans (amabat enim non solum filium, sed etiam Deum) & propterea tam eius qui seruat, quam eius qui seruatur, delectata narratione, & etiam lacrymas profundens ex oculis, consuluit filio vt omnia impleret. Deinde autem ad Patriarcham quoque transiens, ei Phidus renuntiauit omnia. Ille vero admiratus narrationem, quæ omnem rationem superat & opinionem: Reuera, inquit, Dei propheta est magnus Euthymius, magnaq; est, & quæ dici nō potest apud illum fiducia: de iis enim, quæ Lauræ euentura essent, cum nos omnes essemus testes, prædixit iam in Christo consummandus. Hæc cum dixisset, ipsi quoque Phido permittit vt ædificet cœnobium, & concedit vt ad id proficiscatur: simul professus se quoque omnibus viribus opus vna esse aggressurum.

Beneficiorum Phydo Legato à S. Euthymio collatorum memoria.

S. Euthymius valde à Patriarcha laudatur.

XV. *De reuerentia & humilitate Gallorum erga sanctum Antonium Magnum.*

Anno Domini millesimo octingentesimo nono, lues pestilentissima maxime in parte Occidentali Lotharingię excreuit, vbi multi sacro igne interiora consumente computrescentes, exesis membris instar carbonum nigrescētibus aut miserabiliter moriebantur, aut manibus ac pedibus putrefactis truncati miserabilioti vitæ reseruabantur: multi vero neruorum contractione distorti cruciabantur. Cuius causa (asseritur in historia Antoniana) frequentiori concursu creuit cultus sancti Antonii Magni in Prouincia Viennensi, vbi eius corpus translatum a Loacellino exstirpe Comitum Pictauiensium oriūdo Constantinopoli, iussu Vrbani Papæ ab eius filio Guidone apud Motam sancti Desiderii fuerat collocatum, vbi omnes eodem morbo tacti, mirabile dictu, cōfestim sanabātur. Auctus est eo amplius ergo Sanctum reuerentia, quod sicut eo morbo ęgrotantes sanari consueuerint, ita sani in eundem Sanctum peccantes siue periurio, alia ve irrogata in eum blasphemia vel contumelia, eundem mox experiri solerent vltorem, eodemque confestim morbo ignis sacri perc[illegible]. Quod pauendum cunctis prodigium hactenus perseuerat, adeo vt in prouerbium versum [illegible]: *In sanctum Antonium nem nem impune peccat.*

Chron. Sigebert. Gemblac sub an. 1089. Baron. tom. 11. ann. Do. 1089. 18.

Morbus ignis sacri S. Antonii grassatur in Galliis.

S. Antonii Magni corpus vbi.

Morbus ignis sacri curatur à S. Antonio.

Prouerbiū de S. Antonio.

XVI. *Nottingus Ep. Vercel[illegible]sis in re d[illegible] S. Aurelium inuocat, & sit voti compos.*

Sub Carolo Magno Imper[illegible] Domini octingentesimo trigesimo, Notti[illegible]s [illegible]manus Erlafridi Comitis de Calue filius, vir mo[illegible] probitate ac doctrina conspicuus, [illegible]m Episcopa[illegible]m Vercellensis Ecclesiæ esset adeptus, & subinde reliquias S. Aurelii Armeni à Mediolano iaspide & auro pretiosiores accepisset, ac in mausolæo pulcherrimo collocasset, meditari cœpit de adeunda patria: ad quam ne vacuus accederet, dispexit, quid munetis deferret, quo eam clariorem redderet. Cum itaque statuisset hoc sacrum corpus deferre, mox fluctuare cœpit, num ea translatio sancto displiceret Aurelio, vel si forte populus perciperet, à sententia ipse resilire cogeretur, ideirco rem omnem diuino consilio terminandam commisit. Vnde tota mente conuersus ad Deum, ac iuxta sepulchrum sancti nocte ducturus insomnem, prouolutus in terram, ipsum Aurelium, diuinum Christi amicum, ardenti cōpellabat desiderio, cum lachrymis dicens: Sancte Pater Aureli, decus meum, vnicumque post Deum animę præsidium meę, tibi expādo desiderium famuli tui, qui Dec[illegible]ctus, proculdubio nescire non potes; rogo te per diuinum a[illegible]orem, qui te mihi venera-

Io. Trith. in Chron. monast. Hirsaug. an. Do. 830.

Oratio Nottingi Episc. ad S. Aurelium in re dubia.

bilem, ecclesiæ celebrem, ægris medicum, vnumq; cum Deo sanctum & immortalem effecit, ne me diutius in hoc ambiguo fluctuare permittas, sed exaudi me famulum tuum tibi prostratum, & doce me, vt sciam quid agere debeam secundum Dei, tuamq; voluntatem: Cumque orans diutius in lachrymis, humiq; iacens perseueraret, fatigatus oratione protractuq; vigiliarum paulisper obdormiuit: Cui dormienti mox diuus Aurelius Pontificalibus indutus, splendidior sole adstitit, Nottingumque compellans ex nomine, dixit: Salus tecum sit, frater Nottinge: ad hoc veni, vt pergam tecum in Germaniam, plures ibi Christo adducturus populos iam corpore mortuus, quam si adhuc viuus inter gentes prædicans miraculis coruscarem. Quo cum veneris, ibi monasterium seruorum Dei constitues: vbi cæcum nobis obuium subito conspexeris, illum natum dimittam. Quibus dictis euanuit: At vero Episcopus de somno consurgens, lætus mox in ipsa nocte sarcophagum clam aperuit, ipsasq; reliquias sacratissimi Præsulis Aurelii in domum Episcopi sui occulte deportauit, Mausoleum diligentissime reclusum multo tempore Vercellenses delusit, hospitem se habere putantes, quem nō habebant. At vero Nottingus, paratis omnibus, quæ ad rationem itineris pertinere videbātur, ex familiarib. suis fideliores quosdam in comites tantæ peregrinationis assumpsit, imponensque iumento sarcinulam sacras reliquias continentem itineris duce optimo comitatus propositam viam ingreditur. Cumque Germaniam felíciter ingressus post aliquot dies patriam intraret, magna suorum lætitia exceptus est, & quantum inferioris regioni thesaurum, absens scriptis, præsens verbis, ceteris habitione, patri cæterisque omnibus tertia demonstrauit. Verum cum non esset in promptu locus munere benedictionis, consecratus tanto hospite dignus, nolentesque tam venerabiles reliquias vltra triduum commorari inter homines peccatores, communi deliberare consilio cœperunt, vbi habitaculum Christi confessoris præpararent. Erat eo tempore non procul à castello Comitis Erlafridi Capella in honorem Sancti Nazarii cōsecrata, in qua placuit omnibus corpus sancti Patris reponere, donec de conuenientiori loco prouideretur. Cum igitur illuc deferrent, venientes ad illum locum, vbi est hodie monasterium sancti Aurelii constructum, ecce cœcus quidam de medio turbæ sacris reliquiis obuius, clamare cœpit, voce magna dicens: Illumina me, sanctissime Dei cultor Aurelii precibus tuis, vti pollicitus es. Ad quem Episcopus dixit: Vbi sanctus Aurelius promisit se te illuminaturum? Qui ait: Domine, hac nocte dormienti mihi in angustia mentis meæ, Sanctus iste apparuit, dicēs: Cras in nomine Iesu Christi illuminaberis. Et dixi: Domine quis es tu? Ego sum, inquit, Aurel. Episcopus, nouus hospes in Germania, quem filius Domini tui Comitis Erlafridi eadem ad me dixit. His dictis, iterum clamauit. Sancte Aureli, adiuua me, vt videam te: Statimque aperti sunt oculi eius, & vidit perfecte. Omnes autem qui aderant, viso tam insolito miraculo, magnificabant Deum, dicentes: Laus tibi Domine Iesu Christe, fili Dei viui. Dixitque vnusquisque ad cohærentem lateri suo: O quam magnus est iste Sanctus, qui & cœcos illuminare potest! Episcopus vero dixit patri: Pater, sanctus Aurelius hunc locum in mansionem elegit, concitatoq; gradu montem ascendentes, Pontifex immolato redemptionis nostræ sacrificio, reliquias sacras ad locum præparatum reposuit. Deinde rogauit patrem, vt vbi monasterium in honorem Dei & sancti Aurelii ædificaret: Quod pater deuotus & timens Deum se facturum promisit.

Diuus Aurel. Episc. Vercellensi apparet.

Reliquiæ sacræ loco decentia-prandæ.

S. Aurelius à cœco inuocatur.

Inuocatione S. Aure-

illi illumina tur cœcus.

XVII. *Ad inuocationem sancti Bernardini puer mortuus reuiuiscit.*

Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, in vrbe Bernaicensi, meritis & precibus sancti Bernardini Senensis stupendum fuit factum miraculum super iuuenem nondum quinquennem, cuius narratio sequitur. Scalam ascenderat dicti iuuenis mater, vt poma in horreo recondita pro pueris pacificandis & recreandis assumeret, & eis præsentaret. Hanc protinus senior trium suorum puerorum secutus est: hūc cum vidisset adolescentior, de quo fit sermo, continuo scandit, ad summum scalæ perueniens vestem talarem pede depressit, quo facto lapsus in terram interiit. Mater lapsu audito, à maiori gnato scisitata est, Quid audio? Frater cecidit, mater. Illa fremens, & vehementi affecta dolore, velocissimo saltu sese iuxta gnatum occisum recepit, quo inter vinas tristi amplexu suscepto plorans, & eiulans omni destituta consolatione mœstissima, super lectulum cadauer reclinauit: positis vero luminibus versus fratrum Minorum cœnobium gressus dirigit recordata canonizationis beati Christi Confessoris Bernardini Romæ per Nicolaum Pontificem summum, anno Iubilæi millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Meminerat etiam cuiusdam prodigii precibus dicti sancti supra quandam iuuenculam nuperrime facti, quam molendini rota necauerat, pristinæ vitæ & sanitati restitutam. Cum hæc & similia meditaretur, credit & sperat tanti viri suffragiis simile portentum super defunctum filium posse diuina virtute conferri. In ecclesia autem nuper erecta, collocata erat imago sancti viri, ad quam totus populus confluebat cum maxima veneratione. Cum autem afflicta mater sic desolata auditetur à vicinis & amicis, repente seipsos mutuo vocantes congregarunt, eandemque adeuntes reprehenderunt: quod inaniter fleret, Deumque & Sanctos pro vita pueri restauranda inuocaret, atq; iteratam vitam speraret, dicentes: Corpus mortuum humari petit. Coram quibus vicinis (eorum dictis minime acquiescens) vouit se filium suum ad dictam ecclesiam delaturam, pro diuino auxilio, & Sancti subsidio implorando.

Franci c. Gonzaga li. de origine Seraphicæ relig. parte 3. Conuentu 4. an. Do. 1453.

S. Bernard. quando & à quo in Sanctorum album relatꝰ.

Miracula ad inuocationem S. Bernardini Senensis.

Con-

Confidens Dei auxilio, deuotione accensa iter arripuit, puerumq; defunctum brachiis gestans profecta est: Vtq; primum ad Conuentum peruenit, fratribus supplicauit, vt preces funderent ad Sanctum, quatenus apud Deum pro vita suo gnato restituenda intercederet. Qui audita supplicatione statuentes cadauer super altare sancto dicarum, iuxta suggestum in dictæ Ecclesiæ medio erectum, huiusmodi preces deuotas fuderunt: Gaudet ordo Minorum Francisci noua plantula, cum versiculo & oratione. Tunc vna ex concomitantibus vicinis adiit altare, & amplexatum iuuenem sic allocuta est: O mi puer, quæ sum ego? Cui ille: Matrina mea charissima. Hac responsione audita omnes Deum laudauerunt & Sanctum.

S. Bernardini meritis reuiuiscit puer.

TIT. XLV. De intercessione Sanctorum.

2. Pet. 1.

Diuus Petrus Apost. certior factus de morte, promittit se fore memorem Christianorũ post decessum apud Deum.

EXEMP. I. *D. Io. Baptista inuocatus à sacerdote patiente tentationem carnis in baptismo mulierum, eum liberat, monendo plus meriturum habiturum fuisse, si fortiter tentationem sustinuisset.*

Sophron. in prat spir. c. 3.

CVm in monasterium Sancti Patris nostri Sabæ profecti fuissemus ad Abbatem Athanasium, narrauit nobis senex dicens: Cum essem in monasterio Penthuculæ, presbyter quidam erat ad baptismi ministerium Canon nomine, Alexandrinus genere, quem pro vitæ merito Patres iusserant, vt baptizaret accedentes. Ipse igitur sancto chrismate vngebat, & baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, scandalizabatur, atque ideo ex monasterio abire volebat. Cum autem ea cogitatione agitabatur, assistebat ei sanctus Ioannes Baptista, dicens: Tolera, & perseuera, ego te de hoc bello liberabo. Quadã vero die venit puella ex Perside, vt baptizaretur, quæ adeo speciosa erat, ac tãtæ pulcritudinis, vt non posset Presbyter nudam eam sancto oleo inungere. Cum sic vero puella illic mansisset duos dies, audiens hoc Archiepiscopus Petrus obstupuit de sene vehemẽter, voluitque ad hoc opus delegare diaconissam mulierem, sed id non fecit, ne contra canones fecisse videretur. Canon vero Presbyter, sumpto melote suo, recessit dicens: Iam non amplius remanebo in hoc loco. Cum ergo recessisset ad colles, ecce sanctus Ioãnes Baptista illi obuius factus est, & trãquilla voce affatus est illum: dicens; Reuertere ad monasterium tuum, & hoc te bello leuabo. Abbas vero Conõ ait illi cum indignatione: Vere non reuertar: Ecce iam toties pollicitus es mihi istud, nec fecisti. Tunc sanctus Ioannes eum sedere fecit, amotisq; vestimentis eius signauit eum ter signo Crucis sub vmbilico, dixitque ei: Crede mihi, presbyter Canon, volebam te pro hac pugna mercede donari: sed quia non vis, ecce abstuli à te hoc bellum: mercede autem huius operis carebis. Reuersus presbyter in cœnobiũ, vbi baptizare consueuerat, in crastinum vnctam puellam baptizauit, neq; penitus animaduertit eam esse mulierem. Impleuit autem & alios annos duodecim in baptizandi ministerio tanta tranquillitate animi, & corporis, vt nullum vltra sentiret carnis motum, cum inspiceret ac tangeret mulieres. Atque ita in pace consummatus est.

D. Io. Bapt. apparitio.

D. Io. Bapt. castitatis amator.

Chrismatis vnctio in vertice.

Canoni castitatem impetrat D. Io. Bapt.

II. *Diuus Petrus Apost. ab Eulogio Pontifice Rom. inuocatus emendat epistolam, quam B. Leo Pontifex scripserat aduersus Eutychum & Nestorium.*

Idem ibid. c. 147 apud Baron. to. 6. an. Dõ. 449.

Narrauit nobis & hoc Abbas Menos eiusdem cœnobii Pater, audiuisse se Abbatem Eulogium Alexandrinum Patriarcham, dicentem: Cum profectus essem Constantinopolim, fruitus sum contubernio Gregorii Romani Archidiaconi summi & singularis viri, narrauitque mihi de sanctissimo ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicẽs, haberi scriptum in Ecclesia Romana, quod cum scripsisset epistolam ad sanctum Flauianum Constantinopolitanum Episcopum, contra impios Eutychem, ac Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri, & orationibus ac vigiliis, & ieiuniis vacans, orauerit ipsum summum Apostolum, dicens: Si quis vt homo, vel nimis caute posui, vel etiam omisi, cui à Domino Deo Saluatore nostro Iesu Christo, & fede [illegible] hæc & Ecclesia cõmissa est, emenda. Post quadragesimas vero dies apparuit ei Apostolus oranti, & dixit ei: [illegible]oi, & emendauit quæ [illegible] epistolam de sepulchro Petri, fruit eam, & inuenit Apostolica manu em[illegible]

Mirac. de epist. S. Leonis ad Flauianum.

B. Petri Apost. apparitio.

III. *D. Leo apparet Theodoro [illegible]ano, sibi & D. Petro Apost. culmini placuisse confessionem suæ epistolæ supradictæ.*

Idem ibid. c. 148.

Theodorus sanctissimus Episcopus Dornæ ciuitatis, quæ in Libya est, narrauit nobis, dicens; Cum essem cubicularius S. Papæ Eulogii, vidi in somnis virum reuerendi habitus, statura procerum, dicentem mihi: Nuntia meum Eulogio Papæ aduentum. Ad quem ego? Quis es, Domine, qui iubes, vt nuntiem? Respondens ille dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex; Ingressus igitur ego nuntiaui, dicens: Sanctissimus & beatissimus Papa Leo Romanæ sedis Antistes conuenire vos vult. Cum hoc audisset Papa Eulogius, exsurgens concitus concurrit in occursum eius, salutantesque inuicem, oratione facta, resederunt. Tunc vero diuinus & eximius Leo dixit sancto Eulogio: Scis quare venerim ad vos? Respondit ille: Non. Ait ipsi: Veni, vt vobis gratias agerem, quia rite & magnifice pro epistola mea respondistis, quam scripseram ad fratrem meum Flauianum Constantinopolitanum Patriarcham? Assumens eum, & sententiam meam quidem

S. Leonis post mortẽ apparitio.

Beneficia viuentium sancti in gloria agnoscunt.

dem sperientes, hæreticorum ora autem obstruentes. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum diuinum laborem, studiumque contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus, quæ à nobis prædicatur, veritati, quæ est Christus Deus noster. Ista non semel tantũ, sed bis, terque conspiciens, trina apparitione firmatus, enarrauit sanctæ Papæ Eulogio. Qui cum audiuisset, lacrymatus est, extendensq; in cœlum manus suas, Deo gratias retulit, dicens: Gratias tibi ago, Dominator Christe Deus noster, quia cum indigũ sim, veritatis tuæ præconẽ me facere dignatus es, & per orationes seruorum tuorum Petri ac Leonis partem, ac modicam alacritatem nostram, tanquam duæ viduæ minuta, summa, & ineffabili benignitate tua suscipere dignatus es.

Sancti pro nobis orant in altera vita.

IV. *De Martiale, viro Ethnico, per intercessionem B. Stephani ad Christi fidem conuerso.*

D Augustin. de ciuitate Dei lib 22. c.8.

Fuit quondam vir in ordine suo primarius nomine Martialis, æuo iam grandis, & multum à religione abhorrens Christiana. Habebat sane fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum ægrotantem multis & magnis precibus & lachrymis rogarent, vt Christianus fieret, prorsus abnuit, eosq; à se turbida indignatione submouit. Visum est genero eius, vt iret ad memoriam sancti Stephani, & illic pro eo quantũ posset oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, quæ creditione non differret in Christum. Fecit hoc ingẽti gemitu & fletu, & sincerissime ardente pietatis affectu, indeque abiens, aliquãdiu basilicæ horum, quod occurrit, tulit, eique, cum iam non esset, adhibuit posuit. Tunc dormitum est: & ecce [illegible] clamat, vt ad Episcopum curreretur, qui [illegible] forte tunc erat apud Hyponem. Cui cum [illegible] eum absentem, venire presbyteros nuntiauit. Qui venerunt, & statim se credere dixit: ad quorum [illegible] gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hic quamdiu vixit, in ore habebat: *Christe, accipe spiritum meum:* cum hæc verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est à Iudeis, vltima fuisse nesciret, quę huic quoq; vltima fuerunt. Nam non multo post etiam ipse defunctus est.

S. Stephani morientis oratio.

V. *Sanctorum Bonifacii & Alexij intercessione à maligni spiritibus liberatur Franco vir nobilis.*

Baron. tom 11. Annal. eccl. ann. Do. 1004. 8. ex hist. Codicis Cassinen. post S. Adalberti homi. iam Rom. dictam in Eccl. 88.

Non solum qui assiduitate Romam plus solius Petri potestate quam Regum indicio vrbium Dominam incolunt, verum etiam qui à diuersis mundi partibus eam exeunt, pretiosissimum sciunt templum corporibus sanctorum Christi martyris Bonifacii & Confessoris Alexii decoratum. In quo dum fama sacræ religionis cresceret, quidam nobilitate carnis pollens, & diuitiis affluens, monachicum habitum abrenuncians, quæ sæculi sunt, suscepit, nomine Ioannes Canaparius. Qui dum in seculo esset, multos sibi amicos, propinquos, & [illegible]xes sincera charitate deuinxerat eundẽ secum locum petere, eundemque habitum suscipere. Sed (vt est hominũ mutabilitas) omnes fere declinauerunt retrorsum, & quem colentem mundum diligebant, tollente m crucem suam & sequentem Iesum sequi neglexerũt. E quorum numero extitit, (de quo dicere volo) cõuicaneus & compater eius Franco, cognomento Maringus, homo non ignobilis, nec adeo pauper, & sæculari scientia plus iusto refertus. Hic autem ea tempestate, qua Ioannes Papa præsulabat, residens ante ecclesiam venerabilium martyrum Cosmæ & Damiani, via sacra: turgẽte gutture, vicina morte se premi omnino suspicatus est. Nam innumera multitudo hominum illa clade Romæ perierat, quæ sibi viuendi spem protinus abstulerat. Mox itaque data dextera cuidam adstãti, ad monasterium prædictorum sanctorum Bonifacii & Alexii citissime deduci se petiit, immemor parentum, & horum, quæ paulo ante se prepedierant. Vbi illuc aduenienis deficientibus viribus, & anhelitu, compatri suo velle loqui significauit Qui, vbi ex more nuntiatum est, data licentia ab Abbate Leone, qui tũc eidem monasterio præerat, introductus est, & inductus est ad ecclesiam sanctorum, vbi præstolabatur eum præmonitus Ioannes Canaparius, voluens animo adhuc illum venire vespertino tempore, vt impleret quod promiserat; nam eidem Franconi vespertinus erat. Quẽ videns ægrotus, genibus eius aduolutus, rauca voce talia cœpit: Eia compater, eia Domine, recipe me fallacem, recipe me infidelem, & consigna me tuis Dominis Bonifacio & Alexio: fac me seruum eorũ, quia scio, & veraciter scio, quod nisi eorũ patrocinio non liberabor à potestate iniquorum spirituum, quibus ab ipsis seruiui cunabulis. Quare moram patior, benignissime? Vitas me, despicis me, quod inuitus tuos requiro Dominos? Vbi est, quod mihi sæpe dicebas; quia & inuitis salus præstatur? Sancte Bonifaci adiuua me: Sancte Alexi succurre mihi. Talibus denique perculsus prælibatus Ioannes Canaparius, Abbatem conuocauit & fratres, quibus rei veritatẽ ordine narrans; monachum illum fieri rogauit, sine intermissione clamantem: Sancte Bonifaci, sancte Alexi, seruus vester sum, & etiam seruus seruorũ vestrorũ. Cuius desiderium cognoscentes, antre venerandam Crucẽ eum statuerunt, monachumque multis cum lacrymis effecerunt. Postquam igitur hæc acta sunt in monasterio, volens Deus ostendere, quantum intercessione horum sanctorum flectatur ad misericordiam, & quam misericorditer liberet peccatores ad eos confugientes: permisit cuneum equestrium armatorum malignorũ spirituum per supradictam viam sacram visibiliter descendere, prædictum Franconem requirentem, quem iudiciaria definitione seruum se vicisse gloriãter iactabãt. Taliter enim altercando, ablatum perquirendo visi sũt venisse ad portã monasterii, vbi nõ inuenientes eũ, reuersi sunt tristes, multa nefaria iactantes insanctos. Qui dũ requisiti fuissent à vicinis monasterii, quid hoc esset, respõsum: Franconẽ seruum eorũ ablatum.

Franconis Maringi violenta conuersio.

Sanctorum Bonifacii & Alexii intercessione ab iniquis spiritibus liberatur Franco vir nobilis.

Franconem repetunt maligni spiritus.

ablatum à Bonifacio & Alexio, & muſſitando adiiciebant, remanſiſſe per quod eum vincere putabant. Quod vbi Abbati & fratribus ab audientibus nuntiatum eſt: ſubtiliter perquirentes, profeſſionem regularem non illum feciſſe inuenerunt: qua ſtudioſe facta, anima illa carne ſoluta eſt. Ex quo datur intelligi, quod miſericordiſſimus Deus, quem cuncta monaſtici ordinis implere permiſit, meritis Sanctorum Bonifacii & Alexii, quorum ſuffragium toto corde petierat, ab omnibus inſidiis inimicorum eripuit ad laudem & gloriam nominis ſui.

VI. *Sancta Digna ad martyrium à ſancta Agatha incitatur, & ab ea roſam & lilium accipit.*

Eulogius mem. SS. lib. 3. cap. 7. Baron tom. 10. Annal. Eccl. an. Do. 853. 50, 51.

Cum Saraceni ſæuirent in eccleſiam Cordubenſem, inter cæteros martyres virgo quædam adoleſcentula, merito & nomine Digna, ex collegio venerabilis Eliſabeth, Deo reuélante, & confortante ad palmam proceſſit. Paulo namq; ante martyrium ſuum aſſiſtere ſibi per ſomnium videt puellam habitu & ſpecie percomptam Angelico, roſas & lilia manu geſtantem. Quam cum de nomine, cauſaque ſui exploraret aduentus: Ego ſum, inquit, Agatha olim propter Chriſtum diris attrita ſuppliciis, & nunc veni partem tibi purpurei muneris huius conferre: accipe libens donarium, & viriliter age in Domino: nam reliquias roſarum & liliorum, quas in manu ſeruo, poſt te ex hoc loco datura ſum migraturis. Tali denique virgo ſacratiſſima viſu ac munere illuſtrata, cum è dextera colloquentis roſam ſuſciperet, auris admixta, cœleſtibus ab oculis intuentis eleuabatur. Hæc autem puella cum pro ſumma humilitate atq; obedientia inter conuirginales vltimã ſe iudicaret, eſſetque incomparabili apparatu obſecundatrix, nunquam tamen appellari ſe Dignam patiebatur, dicebatq; cũ lacrymis: nolite me Dignam vocare, ſed magis indignam, quia cuius meriti ſum, etiam nomine debeo inſignari. Et cum à die reuelationis ſuæ amore compuncta martyrii, tacito cogitamine, quib⁹ ad id poſſet indiciis adipirare, ſæpius ruminare cœpiſſet: ſit affatim lætior horum inſtructa martyrio, quo quaſi his præcedentibus, hæc firmiori greſſu ſuccederet ad coronam: Ideoq; apertis ſilenter cœnobii clauſtris, cum iam beatos pendere comperiſſet martyres, concito gradu iudicem petens: Cur fratres ſuos, præcones iuſtitiæ trucidauerit, aſſertione intrepida percontatur; An quia, inquit, Dei cultores exiſtimus; ſanctamque fideliter colimus Trinitatem: Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum & verum Deum fatentes, & omne quod ab hac credulitate diſſentit, non ſolum negamus, verum etiam deteſtamur, maledicimus, & confundimus, idcirco confodimur. Hæc & his ſimilia ſancto & immaculato ore differente puella, nihil cunctatus arbiter lictoribus decollandam committit, qui mox delicatis inferunt iugulum collis. Nec mora, conſternatis corruens membris equuleo deorſum verſa ſuſpenditur, ceterisq; trans flumen adſciſcitur. Hoc namq; ordine hi tres aduocati, Anaſtaſius ſcilicet Presbyter, Felix Monachus, & Digna Virgo beata eodem die diſparitèr ceciderunt.

Digna virgo à S. Agatha ad martyrium incitatur, & ab ea roſam accipit.

Magna Dignæ humilitas.

Digna tacite monaſterio egreſſa iudicem increpat, ac Chriſtum fatetur.

VII. *Baſilides carnifex oratione S. Potamiænæ, quam in ſuo martyrio defenderat, fit Chriſtianus, & more gentium iurare renuens, martyrij coronam aſpiſcitur.*

Euſeb. Caſar lib. 6. c. 4. Baron. tom. 2. ann. Dom. 205.

Baſilides fuit vnus ex iis, quibus implere ſpeculatoris officium mos eſt, Potamiænam, multorum commendatione inſignem, ad ſupplicium deduxit. De ea autem frequens & celebris ſermo apud ciues ſuos iam habetur: vtpote quæ cum infinitas prope pugnas pro corporis pudicitia, & virginitate, qua præ cæteris excellebat, contra inſanos amatorũ ſuorum impetus (in ea enim præter animi virtutes eximia præterea & integra corporis pulchritudo mira cum venuſtate elucebat) conſtanter ſuſtinuit: tum multiplices & graues ærumnas pro fide Chriſti amore exhauriens, ad extremum poſt tormenta acerba, dictuq; horrenda, vna cum matre Marcella, ignis incendio abſumpta, mortem opperiit. Ferunt quidem Aquilam (hoc enim iudicis nomen fuit) poſtquam plagas vniuerſo illius corpori graues inflixiſſet, tandem ad corporis ignominiam & contumeliã libidinoſiſſimis gladiatoribus illam ſe traditurum, interminatum: illam autem ſumpſit paulìſper intra ſe meditatam, cum rogaretur quid ſentiret, eiuſcemodi reſponſum dediſſe, vnde viſa eſt illis aliquid impietatis (ſic enim putabatur) manifeſto elocuta. Atque eueſtigio poſt de initium de ea latam ſententiam, Baſilides vt ex ſatellitibus eã acceptam ad locum ſupplicii deduxit. Simulatque autem multitudo ei moleſtiam facere, & verbis & petulantia inſectari conabatur: hi eos, o[illegible] contumeliam ipſi faciebant, repulſos coercebat maximam clementiam, ſummamque humanitatem in eam declarauit. Illa vero hominem pium ſe pia commiſeratione vehementer complexata, bono animo eſſe hortatur: nam ait ſe, mox ac abierit vita, à Domino ſuo veniam & gratiam pro eo efflagitaturam, & non diu poſt eius in ſe merita iuſta remuneratione compenſaturam. Hæc cum dixiſſet, pice feruenti per varia & diuerſa membra ab imis pedibus vſq; ad capitis verticem ſenſim ac pedetentim diffuſa, generoſo atque excelſo animo migrauit è vita. Tale certamen ab hac percelebri & glorioſa virgine confectum fuit. Non longo temporis interuallo interpoſito, Baſilides, cum ſatellites ſocii ſui certa de cauſa iuſiurandum ab eo exigerent, aſſeueranter affirmat, omnino ſibi non licere iurare, Chriſtianum enim ſe eſſe, & hoc propalam fateri. Puto equidẽ ab eo exactum iuſiurandum more Gentium: Iura per Herculem, vel quempiam alium deorũ: ex quo ſibi iurare non licere ipſe reſponderit: At illi (inquit) primo eum etiamnum iocari putabant. Verum vbi illud conſtare eſſent, adducunt ad iudicem, & coram ille contentioſe confeſſus, in vincula conijcitur. Cumque fratres Domino ad eum aduenta-

Aquila Prefectus Alexandriæ.

Baſilides carnifex Alexandriæ Potamiænã defendit.

Dirum Potamiænæ martyrium.

Iurare renuit Baſilides in more Gentium.

rent, causamq; repentinæ & admirabilis huius mutationis scisciterentur, fertur respondisse: Potamiænam triduo post martyrium noctu ei assistentem; coronam ipsius capiti imposuisse, dixisseque, se pro eo gratiam à Domino postulasse, postulatam obtinuisse, & Dominum, non longo tempore post eum ad suam gloriam recepturum. Post illa, vbi fratres sigillum in Domino ei impertiuerant, postero die securi percussus præclara martyrii corona donatus est.

Potamiæna Basilidi carnifici coronam imperat, & capiti imponit.

VIII. *Theophilus Aduocatus per irrisionẽ illudens Dorotheæ, ab ea petit sibi mitti mala & rosas de paradiso sponsi eius, quibus eius benignitate acceptis, fit Christianus, ac Christum profitetur.*

Circa annum Domini quartum & trecentesimũ passa est quoq; Cæsareæ in Cappadocia Dorothea, quæ sub Sapricio illius prouinciæ præside primum equulei extensione vexata, dehinc palmis diutissime cæsa, ad vltimum capitali sententia punita est: in cuius confessione Theophilus quidam Scholasticus ad Christi fidem conuersus, & mox equuleo acerrime torsus, nouissime gladio cæsus est. Quæ autem causa præcesserit, vt illusor martyris, & Christianorum hostis, tam insperato Christianam fidem capesserat, acta eius martyrii declarant his verbis: Theophilus Aduocatus * Præsidis, cum duceretur Dorothea ad supplicium, irridens, [illegible] Eia tu sponsa Christi, mitte de paradiso tui sponsi [illegible]a, aut rosas. Et Dorothea respondit: Planẽ ita faciam. Cum venisset ad ictum percussoris, rogauit carnificem, vt permitteret [illegible] breuiter precari: absolutaque oratione, ecce puer [illegible] cam apparuit, ferens in orario tria mala, & tres [illegible] illa ait: Obsecro te, vt feras ea Theophilo [illegible] ei: Ecce quod à me petisti, vt tibi de sponsi mei paradiso transmitterem. Ipsa autem per [illegible]ia gladio [illegible]rrexit ad Christum. Igitur Theophilus Aduocatus Præsidis, irridens promissionem sanctæ Dorotheæ, suis sodalibus ita ait: Hodie cum à percussore duceretur Dorothea, quæ se sponsam Christi dicebat, & ad cuius paradisum proficisci gloriabatur: dixi illi eunti: O tu sponsa Christi, vbi perueneris ad paradisum sponsi, mitte mihi rosas inde, aut mala: Plane, inquit illa, ita faciam. Cum autem hæc narraret, irridens sanctæ Virginis promissionem; ecce puer ante eum cum orario, in quo ferens tria mala magnifica, & tres rosas elegantissimas dixit ei: Ecce sicut petenti promisit virgo sacratissima Dorothea, transmisit hæc tibi de paradiso sponsi sui. Tunc Theophilus accipiens, exclamauit voce magna, dicens: Vere Deus Christus est, & non est vlla simulatio in eo.

Martyrol. Rom. & alij die 6. Febr. apud Sur. to. 1. die 6. Febr. Baron. tom. 2. ann. Dom. 304. 69. & 70.

* al. Fisci.

Theophili Scholastici confessio Christiana.

Theophili confessio fidei.

TIT. XLVI. De variis corporis beneficiis intercessione Sanctorũ nobis à Deo concessis.

Promittit Dominus Ezechiæ se seruaturum Ierusalem propter se, & propter Dauid seruum suum. 4. Reg. 19.

Apostoli à mulìere Chananæa rogati filiæ eius à Christo Domino impetrant, vt à dæmone liberaretur. Matth. 15.

Seniores Iudæorum ad Christum à Centurione missi, eius seruo iam moriturο prosperam valetudinem consequuti sunt. Luc. 7.

EXEMP. I. *De S. Euergisto Episcopo Colonien si qui accedens ad memoriam S. Gereonis, & sociorum eius, dolore capitis liberatur.*

SAnctus Maternus Treuirorũ Episcopus Agrippinæ Coloniæ ecclesiam primus pastor dignis gubernaculis rexit: cuius vitam multis claruisse virtutibus gestorum eius scripta commemorant. Huius sedis Antistes nobis cognitorum tertius, S. Seuerini Confessoris Christi successor, nomine Euergistus, quadam die dum capitis dolore nimium cruciatus ad memoriam beatorum martyrum Gereonis & sociorum eius oratum accederet, & adhuc in sancti illius thesauri indicium fastigium nullum excelleret, versiculum in laudem Sanctorum dici solitum: *Exultabunt sancti in gloria*, ingrediens in ecclesiam, inchoauit: cui protinus ex illo venerabili sanctorum adito responsum est: *Lætabuntur in cubiculis suis.* Quod cum Pontifex stupefactus audiret, laudẽ Deo repente cum omnibus, qui aderant, conclamauit: & appropinquans de loci ipsius puluere capiti suo salutare remedium apposuit, & consignato cum summa reuerentia loco recessit.

Helinand. in hist. martyr. S. Gereonis, & aliorum Thebæor. martyr. Sur. tom. 5. Octob. 10. Bredemb. Col. sacr. l. 4. c. 35. S. Maternus I. Ep. Treuirensis dolorem capitis curat. Psal. 149. Ibidem.

II. *Beato Petro suffragante Leoni Papæ III. oculi & lingua miraculosè restituuntur.*

Cum die quadam more solito in Litania, quæ ab omnibus maior appellatur, Leo Pontifex procederet, vbi sibi populus obuiam sacra religione occurrere deberet, vt secundum annuam consuetudinem Litanias & Missarum solemnia cum Sacerdotibus celebraret, & omnipotẽti Domino pro salute Christiani populi preces funderet: & cum secundum olitanam traditionem sanctæ ecclesiæ Romanæ: in ecclesia beati Gregorii Christi martyris, in eius natali, ipsa litania prædicata fuisset: omnes, tam viri, quam fœminæ deuota mente cateruatim in ecclesia beati Christi martyris Laurentii, quam Lucinæ dicunt, siue ad craticulã, vbi Collecta prædicata erat, occurrerunt. Et cum prędictus venerabilis Pontifex à Patriarchio egressus fuisset: obuiam illi sine planeta Paschalis Primicerius occurrit: & in hypocrisi veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus sum, & ideo sine planeta veni. Tunc sanctissimus Præsul veniam illi dedit. Similiter & Campulus Sacellarius, qui

Ex Anast. Baron. tom. 9. ann. Dom. 799. 1. 2. 3.

Processio S. Leonis III. Papæ in Litania maiori.

qui in ipsorum dolositate pariter in Pontificali obsequio pergentes, & dulcia verba, quæ non habebant in pectore cum eo loquentes, maligni & iniqui ac peruersi, falsique Christiani, prorsus Pagani, filii diaboli, prorsus in vnum se Sathanice colligentes, pleni iniqua cogitatione, in ipso itinere, ante monasterium Sanctorũ Stephani & Sylueſtri, quod Dominus Paulus Papa fundauerat, clam armati astitere, atque repente de dolo insidiarum exilientes ad ipsum (quod dictu nefas est) trucidandum, absq; reuerentia confluxerunt, Paschale ad caput istante, & Campulo ad pedes: secundum iniquum ipsorum consilium. Quo facto, omnis qui circa eum erat populus, cum esset inermis, & in diuino officio præparatus, timore armorum perterritus in fugam conuersus est. Ipsi vero insidiatores atque operatores malorum, Iudaico more, siue vllo diuino vel humano honoris intuitu, ferino more comprehendentes in terram proiecerunt, & absque vlla misericordia scindendo, spoliando eum, crudeliter oculos euulsere: & ipsum penitus necare conati sunt: nam & lingua eius ab ipsis præcisa est: & vt ipsi omnino tunc arbitrati sunt, cœcum eum & mutum in media platea dimisere. Verum ipsi maligni Paschalis & Campulus, sicut veri pagani & impii ad ipsius monasterii ecclesiam ante confessionem eum trahẽtes, ante ipsum venerabile altare iterum oculos & linguam amplius crudeliter eruere, & plagis eum diuersis ac fustib. cædentes laniauerunt, & semiuiuum in sanguine reuolutum ante ipsum altare dimisere. Postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimisere. Timore aũt perterriti, ne à Christianis hominib. inde furatus esset, tunc malignum consilium adepti, sicut ipse Hegumen monasterii sancti *Gerasimi professus est, fecerunt eum ad se venire clam per noctem, tam Paschalis malignus, qui tunc primicerius erat, quam Campulus Sacellarius, & Murus Nepesinus, & miserunt in prædictum monasterium sancti Sylueſtri, cum pluribus iniquis consentaneis ipsorum malefactoribus: sic eum per noctem exinde abstrahentes deduxerunt in monasterium sancti Gerasimi, & in arcta & angusta custodia eum recluserunt. Sed Dominus omnipotens, qui eorum malitiam præsciendo, diu patienter sustinuit, ipsos eorum iniquos conatus mirabiliter destruxit. Contigit enim cooperante Domino, & beato Petro Apostolo suffragante, quod antedictus Papa cum ab ipsis carnificibus in monasterium sancti Gerasimi in custodiam mitteretur, & visum recepit, & lingua ad loquendum ei restituta est, vt ostenderet omnipotens Dominus super suum famulum solitam misericordiam, & magnum miraculum, & diuino eius nutu à fidelibus Christianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & aliis fidelib. Deum timentibus, ex ipso eum claustro occulte auferentes in basilicam beati Petri Apostolorum Principis, vbi eius sacratissimum corpus quiescit, deduxere.

Execranda pati cogitur S. Leo.

*al. Erasmi.

Visus & lingua Leoni Papæ B. Petri intercessione restituta.

B. Francisci beneficio vnus visum recipit, & alii omnes ad cœptum iter animantur.

In conuentu fratrum Minorum Neapoli, cũ quidam frater Robertus nomine, cœcus plurimis annis extitisset, creuit in oculis eius caro superflua, motũ & visum impediens palpebrarum. Cum igitur fratres forenses ad diuersas mundi partes tendentes, ibidem plurimi conuenissent, beatus pater Franciscus speculum obedientiæ sanctæ, vt eos miraculi nouitate horraretur aditer, prædictum fratrem ipsis præsentibus tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater prædictus Robertus æger ad mortem, iamq; fuerat anima sibi commendata, cum ecce adstitit ei beatus pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis, videlicet sancto Antonio, fratre Augustino, & fratre Iacobo de Assisio, qui sicut eum perfecte fuerant secuti dum viuerent, ita & ipsum alacriter comitabantur post mortem. Accipiens cultellum sanctus Franciscus, carnem superfluam resecauit, lumẽ restituit pristinum, & à mortis eum fauce reduxit, dixitq; illi: Fili Roberte, gratia, quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas regiones euntibus, quod ego præcedam eos, & ipsorum dirigam gressus. Vadant, inquit, gaudenter, & inuictam obedientiam alacri animo exequantur.

D. Bonauentura. Aloys. Lipom. de vit. & miracul. S. Francisci & Sur. to. 1. Octob. 4.

B. Francisci beneficio visus redditur.

IV. *D. Benedictus Vrbanum Papam sanat.*

Anno Domini millesimo octuagesimo octauo, Vrbanus Papa (inquit Petrus Diaconus de viris illustribus monasterii Casinensis) cum ad dictum monasterium venisset, consueto sibi dolore lateris grauissime vexari cœpit. Itaq; cum in vigiliis sancti Patris Benedicti, nempe decimo tertio Kalendas Aprilis, eodem languore cruciaretur, & de præsentia corporis ipsius dubitaret: eidem Sanctus per visum apparens: Cur, inquit, de meis præsentia dubitas? Ad quem ille: Tu qui loqueris, inquit, sum frater Benedictus. Ne aute[m] tra[n]sc dubites, & me hic requiescere certissime noueris: nam primo fratres ad nocturnam Synaxin surrexerunt, statim a lateris dolore liber eris, & his dictis euanuit. Hora igitur constituta, sanus effectus Odorisium Abbatem vocat, scrupulum exponit, panditque miraculum. Surgamus, inquiens, & gratias Deo referamus: Et his dictis, quæ sibi Pater Benedictus referarat, aperuit. Incredibile continuo oritur omnium gaudiũ, & de tanti Pontificis sanitate, tanto miraculo, taliq; visione consummata vberes Deo cum lacrymis gratias referunt.

Petrus diac. in auctario ad Chron. Casinense. Leon. Ostie. li. 4. c. 2. Baron to. 11. an. Do. 1088. 5.

Vrbanus Papa S. Benedicto præ dolore lateris sic liber.

V. *De Henrico Imperatore IX. liberato à calculo à Sancto Benedicto.*

Sub annum Domini millesimum vigesimum secundum Henricus nonus Imperator, ordinatis negotiis suis, ad monasterium Casinense vna cum Benedicto Romano Pontifice venit. Acribus doloribus tunc Imperator vexabatur, atq; vt ipse postmodum retulit, licet monasterio nimium afficeretur, & nusquam se tam pium venerabiliusque Oratorium vidisse fateretur, [illu]c tamen scrupulo non paruo

Chron. Casinen. per Leon. Ostien li. 2. c. 42 & 43. Bar to. 11. an. D. 1022. 12. 23.

monebatur; an pater Benedictus corporaliter hoc in loco quiesceret. Cum igitur præ dolore nec plene vigilans, nec integre dormiens, quendam patere tur excessum, apparuit ei beatus Benedictus, atque ad eum quasi visitaturus accedens: vbi pateretur, quæsiuit. Cui languorem penitus confitenti: Scio, inquit, Benedictus, te, an hic quiescam hactenus dubitare: sed vt nullo huiusmodi scrupulo vltra moueris, meumque corpusculum hoc in loco quiescere certius noueris, hoc tibi signum erit: Cũ primo mane surrexeris, in egestione vrinę tuæ tres simul emittes grandiusculos lapides; & tunc dolore isto nunquam vltra detineberis. Ego autem sum frater Benedictus. His dictis euanuit: euigilans Imperator continuo surgit, ac iuxta visionis seriem sanitati pristinæ redditus, Deo, ac etiam patri Benedicto gratias retulit.

Henricus Imp. curatur à S. Benedicto.

VI. *S. Agatha ab Apostolo Christi B. Petro curatur.*

Cum Quintianus Tyrannus inter alia tormenta sanctæ Agathæ mamillam torqueri, & deinde eam amputari iussisset, dixit ei sancta Agatha: Impie & crudelis tyranne, non erubuisti hæc facere fœminæ, & mamillam, quam in matre tua suxisti, amputare? Sed tamen etiamsi externam mamillam abscidisti, habeo aliam in anima mea, quam non poteris exscindere: est enim oblata Christo Deo meo à tenera ætate. Iratus autem rursus Quintianus iussit eam abduci in carcerem, iubens, nulli ex medicis permitti ad eam ingredi, & nec panem ei dari, nec aquam. Ea autem ingressa custodiam, circa mediam noctẽ in senis similitudine apparuit ei Apostolus Petrus, qui præcedebat puer ferens lampadem in manibus, plurima habens medicamenta, & se dicens esse Medicum, & cetera. Sis eam alloquens: Impius quidem tyrannus multis in te vsus, nihil profecit: tua autem fortitudo & constantia eum magis tabefecisti. Qui nobilem mamillam tuam non solum iussit torqueri, sed etiam fecit abscindi. Quare anima eius afficietur dolore æternum. Cum autem adessem in illa hora, in qua hæc passa es, & animaduertens vidissem fieri posse, vt tua mamilla sanaretur, ea de causa huc veni. Dicit ei sancta Agatha: Meo corpori nullam vnquam adhibui medicinam: & nunc turpe esse existimo, morem bonum, qui ab ineunte ætate est confirmatus, interire. Senex vero respondens, dicit ei: Ego quoque sum Christianus, & confidens te posse à me curari, ea de causa veni ad te. Sed ne me uereris. Sancta autem respondens dixit ei: Et quomodo fieri potest, cum tu sis senex & longæuus: ego autem sim puella, vt ostendam tibi corpus perditum tormentis? Sed sinam potius hæc vulnera mentem meam pungere, quam, quod mihi probro futurum esset, impudenter mea aperiam vlcera. Quamobrem ago tibi gratias, venerande pater, quod dignatus sis ad me venire propter hac corporis curationem. Scias vero, quod medicamenta ab hominibus composita corpori nunquam meo admouebuntur. Respondens autem senex dixit ei.

Metaph. in vita eius apud Sur. to. 1. Feb. 5. ex Eusebius.

D. Petrus Apost. carcere detentæ apparet.

Agatha renuit sibi medicinam à B. Petro adhiberi.

Cur non finis me te curare? Dicit ei Sancta: Quoniam habeo Dominum meum, Iesum Christum, qui solo nutu curat omnia, & verbo suo facit nostra. tos surgere. Ipse, si velit, potest me quoque conseruare quæ sum indigna eius ancilla. Tunc senex subridens, dixit ei: Ipse quoque me misit ad te, & ego sum eius Apostolus. Vide autem te ipsam, quemadmodum sis curata. Hæc vero cum dixisset, euanuit ab eius oculis. Tunc precans dixit sancta Agatha: Ago tibi gratias, Domine mi, Iesu Christe, quod dignatus sis mei recordari, & ad me miseris tuum Apostolum, qui me corroborauit, & renouauit membra mea. Dum autem ipsa impleret preces, adspiciens suum corpus inuenit curata sua vulnera: & mamillam sanam redditam sicut prius. Tota vero nocte lux circumdedit custodiam, adeo vt præ illuminatione custodes fugerint, & apertum carcerem reliquerint. Qui autem illic erant condemnati, cum vidissent quod factum fuerat, dicunt sanctæ Agathæ: Ecce portæ sunt apertæ, & nemo est, qui eas custodiat: egredere, & fuge. Respondens autem sancta dixit eis: Absit, vt ego priuer corona meorum certaminum, & custodes carceris coniiciam in periculum. Habens enim adiutorem Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei viui, ad finem vsque permanebo in eius confessione, qui me curauit.

Fides Agathæ de omnipotentia Christi.

Gratiarum actio Agathæ virginis pro beneficio accepto.

Luce irradiatur carcer.

VII. *De homine grauiter vulnerato diuinitus per S. Francisum sanato.*

In Catalonia apud Ilerdam accidit, virum quendam, nomine Ioannem, beato Francisco deuotum, quodam sero per quandam incedere viam, in qua pro inferenda morte latitabant insidiæ, non quidem ipsi, qui inimicitias non habebat, sed cuidam alteri, qui videbatur similis eius, & tunc erat in comitatu ipsius. Exsurgens autem quidam de insidiis, cum hostem suum hunc esse putaret, ita lethaliter eum plagis plurimis gladiauit, vt nulla prorsus superesset spes recuperandæ salutis. Siquidem primo inflicta percussio humerum cum brachio pœne totum abscinderat, & ictus alius sub mamilla tantam reliquerat aperturam, vt flatus inde procedens circa sex cãdelas simul iunctas extingueret. Cum igitur consilio medicorum, ipsius impossibilis esset curatio, pro eo quod putrescentibus plagis, ex eis fœtor tam intolerabilis exhalaret, vt etiam ipsa eius vxor vehementer horreret, nullisque iam humanis iuuari posset remediis, conuertit se ad sanct. Francisci patrocinium quanta poterat deuotione poscendũ, quem inter ipsos ictus vna cum beata virgine fidentissime inuocarat. Et ecce misero in lectulo calamitatis solitario recubanti, cum Francisci nomen eiulans & vigilans frequentius inuocaret, adstitit quidam in habitu fratris Minoris, per fenestram, vt ei videbatur, ingressus, qui vocãs eum ex nomine, dixit: Quia fiduciam habuisti in me, Dominus liberabit te. A quo cum æger, quis esset: requireret, Franciscum ille se esse respondit: Et statim appropians, vulne-

D. Bonau & Aloys. L'pom de mirac. S. Francisci. apud Sur. to. 5. 4. Oct.

Vulnus lethiferum Ioanni illatũ.

S. Franciscus inuocatur.

S. Franciscus inuocatus adest & vulnerati plagas curat.

vulnerum illius ligaturas resoluit, & cum vnguento per omnes plagas, vt videbatur, perunxit. Statim autem vt sensit illam sacratarum manuum, stigmatum Saluatoris virtute sanate valentium, suauem contactum, expulsa putredine, restituta carne, & vulneribus solidatis, restitutus est æger pristinæ sospitati. Quo facto beatus abscessit, & ipse sentiens se sanatum, & in vocem diuinæ laudis, & beati Francisci lætanter erumpens, vocauit vxorem. At illa celerius currens, & stare iam videns, quem sepeliendum credebat in crastino, cum esset stupore vehementi perterrita, viciniam totam clamore compleuit. Accurrentes autem sui, cum illum niterentur quasi phreneticum in lecto reponere, & ille è contra renitens, assereret & ostenderet se sanatum, tanto sunt stupore attoniti, vt quasi sine mente omnes effecti, phantasticum esse crederent quod videbant, quia quem paulo ante conspexerant plagis atrocissimis laniatum & totum iam marcidum, plena cernebant incolumitate iucundum. Ad quos ille, qui factus fuerat sanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane, quod cernitis: quia sanctus Franciscus modo à loco recessit, & illarum sacrarum manuum tactu me integre ab omni plaga curauit. Crebrescente autem huius fama miraculi, accelerat populus omnis, & videntes in tam aperto prodigio stigmatum Sancti Francisci virtutem, admiratione simul & gaudio replebantur, Christique signiferum magnis laudum præconis extollebant.

Stupendum miraculum.

VIII. *De Sancto Gregorio Turonensi adhuc puero per sanctum Illidium à febre liberato.*

Greg Turon. in vita S. Illidii de vita patrum ca. 2. Sur. tom. 4. Iulii 7.

Tempore quo Gallus Aruernam regebat ecclesiam, horum scriptor in adolescentia degens grauiter ægrotabat: & hic ab eo plerumque dilectione vnica visitabatur, eo quod paruus eius esset. Erat autem valetudo cum nimia stomachi pituita, ac febre valida. Interea aduenit paruulo desiderium, & credo inspirante Deo, vt ad beati Illidii basilicam deportaretur, illatusque manibus puerorum ad eius tumulum fusa oratione cum lacrymis, leniorem se sensit esse, quam venerat. Sed domum reuersus iterum à febre corripitur. Quadam vero die cum grauius agere cœpisset, eumque febris asperior solito aggrauaret, & vtrum euaderet, admodum dubitaretur, accedens genitrix eius, ait ad eum: Mœstum hodie, dulcis nate, sum habitura diem, cum te talis deficiat febris. Cui ille, nihil, inquit, obsecro, contristeris, sed ad sepulcrum me remitte beati Illidii Pontificis, credo enim firmiter fore, vt virtus eius & tibi lætitiam, & mihi sospitatem tribuat. Tunc sancti deportatus ad tumulum orationem fundit, spondes prostratus sponte, si eum Antistitis sui virtus ab hoc periculo liberaret, clericum se futurum: nec prorsus moraretur, si deprecatio obtineret effectum. Hæc effatus sensit protinus discedere febrem: vocatoque puero, domum se reportari deposcit. Cumque in recubitu, vbi tunc sui epulabantur, fuisset illatus, erupens è naribus sanguinis copia febris simul cruorisque defluxit. Quod meritis beati Confessoris præstitum habetur probatum.

Febris pellitur ad S. Illidii tumulum.

IX. *De matre Sanctæ Luciæ à fluxu sanguinis per sanctam Agatham liberata.*

Laur. Surius in vita S. Luciæ virg. mart. 13. Decemb.

Cum per vniuersam prouinciam Siciliæ beatissimæ Agathæ fama creuisset, & Syracusanus populus per millia fere quinquaginta ad vrbem Catanensium sitienter pergeret ad sepulcrum sanctæ Agathę virginis venerandum, contingit Luciam virginem venerabilem, nobilissimam Syracusanorum, simul gratia festiuitatis inuitante pergere cum matre Eutychia quæ annis quatuor sanguinis fluxum patiebatur, & nullo medicorum poterat remedio liberari. Igitur dum processionis mysteria agebantur, hæc Euangelii lectio fuit recitata, qua legitur fimbria vestimenti mulier à sanguinis fluxu liberata. Et dum hæc lectio recitatur, dixit sancta Lucia matri suæ: Si credis, mater, his, quæ leguntur, crede Agathen passam pro Christi nomine hoc meruisse, vt semper in præsentia habeat eum, pro cuius nomine passa est. Continge ergo sepulcrum eius, & liberaberis. Igitur cum peractis omnibus populus abscessisset, prostrauerunt se ante sepulcrum sanctæ virginis mater & filia, & cœperunt cum lacrymis flagitare suffragium. Interea dum orationis prolixitas tenditur, virgo Lucia somno corripitur, & videt in somno beatam Agathen in medio Angelorum, gemmis ornatam stantem, & dicentem: Soror mea Lucia, virgo Deo deuota, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo? Nam & patri tuæ fides tua subuenit, & ecce saluata est: Et sicut per me Catanensium ciuitas sublimatur à Christo, ita per te Syracusana ciuitas decorabitur: quia iucundum Christo in tua virginitate habitaculum præparasti. Hæc auditis, expergefacta surrexit tremens, & patri suæ: Mater mea, mater mea, ecce sana facta es. Per ipsam te deprecor, quæ te saluauit suis orationibus, ne tu mihi aliquando sponsum nomines, & ne velis de mei corporis posteritate fructum immortalitatis inquirere: sed omnia, quæ datura eras mihi ad corruptionis meæ auctorem hominem moriturum, da mihi eunti ad integritatis meæ auctorem Dominum Iesum Christum.

Matth. 14.

S. Agathæ ope curatur mater S. Luciæ ab hemorroide.

X. *D. Ioannis Baptistæ ope virgo quædam Draconi obiiciendæ seruatur.*

P. Matth. Radderus in Menæa Græcor.

Sebastę, vbi Præcursoris corpus humatum dicitur, Lucas Euangelista dextram ex Prophetæ corpore manum detraxit; secumque Antiochiam deportauit, vbi plurima designauit miracula. Inter quæ draco erat in finib. illis latitans, quem ciues Deum arbitrati anniuersario sacro, homine per Græcanicam sortem delecto colebant. Accidit dein progressu temporis, vti Christianum sors attingeret, qui draconi virgine pubertatis annos ingressam filiam suam victimam obtineret. Draco quippe è spelæo suo proreptans, vt inspectatum subito portentum

parebat, atque immane hians victimam hauriebat, ac dentibus horrendum in modum discerpebat. Quapropter virgunculæ parens Deum, diuumque Ioannem multis lacrymis deprecatus, filiam vti suã à tam atroci & infami letho eriperet, huiusmodi artificium comminiscitur. Impetrat potestatem colẽdæ sanctæ Præcursoris manus: quam dum exosculatur, clam dentibus pollicem morsu auellit, desideratoque pignore potitus templo egreditur, dieque sacrificii destinato, populo frequentissimo filiam pater apportat, proximusque iam draconi, postquam illum aperto rictu hiantem vidit, hostiamque anhelantem, sacrum illum digitum in medias hiantis fauces coniicit: quo ille bolo repente interemptus concidit, pateræque filiam necato dracone viuam retulit, ingensque miraculum atque genus liberationis admirandum publice prædicauit. Populus inusitati facti portento attonitus, persolutis Deo & Dei prodromo Ioanni gratiis, magnificentissimam ædem suis sumptibus exædificauit.

D. Io Bapt. pollice à faucibus draconis puella eripitur.

XI. *De incendio ope S. Martini extincto.*

Præsenti quodam tempore apud Burdegalensem vrbem domus vna ignibus comprehensa vehementer cœpit exuri. Cumque flammis hinc & inde spatiantibus, aliæ domus huic discrimini subiacerent, nec dubium easdem huius fomitis calore depasci, congregatus in circuitu populus, omen beati Martini cœpit attentius inuocare, & vicinas domos vitrus eius exuri permitteret, cum lacrymis deprecari: Sicque ad eleuatam vocem deflentium cœpit cœpitus flammæ discedere. Atque illis clamantibus ad cælum, aduenit subito, Antistite impartiente, præsidium [illegible]que supplici oratione incendium, testi[illegible]s per lacrymas, quod nequiuerat superare [illegible]s.

Greg. Turon. li. 4. mirac. S. Martin. cap. 46. & Biblioth. Patrum to. 8.

S. Martini præsidio incendium extinguitur.

XII. *S. Petri ope Vaticani conflagratio extinguitur.*

Anno redemptionis mundi nongentesimo nonagesimo tertio, cum admirandæ flammarum eruptiones è monte Vesuuio contigissent: crebra quoque per diuersas prouincias ciuitatum incendia, prodigiosaque contigere: Cum & Romana conflagrante vrbe, basilica Vaticana incendi cœpta diuinitus est liberata. Sed audi Glabrum ipsum huius temporis scriptorem. Contigit, inquit, interea pæne vniuersas Italiæ & Galliæ ciuitates ignium incendiis deuastari, ipsamq; Vrbem Romanã maxima ex parte igne cremari, quod dum fieret beati Petri Ecclesiæ tigna idem ignis arripuit: cœpitque sub æreo tabulatu consumendo lambere ligna: quod cernens vniuersa hominum multitudo quæ aderat, nullam omnino compescendæ cladis artem reperiens, conuersi vnanimes voce clamantes terribili, adipsius Apostolorum Principis concurrere confessionem, eum imprecantes, si non peruigil propriæ foret ad præsens defensor ecclesiæ, multos in orbe terrarũ à suæ fidei professione decessuros. Statim vero vorax flamma abiegnas deserens trabes disparuit.

Ex Glabro Rodul. Bar. Annal. eccl. to. 10. an. Do. 993.

Incẽdium ope D. Petri extinctum.

XIII. *Diui Martini auxilio saluantur periclitantes in transitu fluminis.*

Quodam die cum Guntheramnus Boso contra vicum Ambianensem Ligerim fluuium transineret, ac irruentibus tenebris mundum nox horribilis retineret: subito aduersante vento nautæ turbantur in pelago, separatisque nauibus, quæ pontem illum sustinebant, & aqua vsque ad summum repletis; descendunt cuncti vsque ad cingulum, cum ipsis nauibus, in profundum, nequaquam tamen nauib. subductis à pedibus. Exterritisque omnibus, Boso non rauce vociferans beati Martini auxilium implorabat, & vt eis ad liberandum festinus occurreret, precabatur, dicens fidenter suis: Nolite timere: scio enim quod dextera sancti viri ad nobis auxiliandum maxime in necessitatibus sit parata. Hæc eo dicente, directis ab eo nauibus, mutatoque vento contrario in secundum, nullo pereunte peruenit ad littus, vbi tam præsens occurrit beati Confessoris suffragium, vt etiam argentum, quod rapiente fluuio perdiderant, denuo fluuio in littus restituente, reciperent.

Greg. Tur. hist. li 5. c. 15. Bar. to. 7. sub an. Do. 581. 14.

D. Martinus periclitantibus succurrit.

XIV. *A periculo submersionis S. Fiacrii præsentia eripiuntur tres alii.*

Quodam tempore accidit, vt vir quidam de Mõfiaco, qui duos haberet paruulos diutissime infirmatos, & tandem vt ad beatum Fiacrium duceret, iumento imposuit, vnum ante, alium retro: medius vero ipse resedit. Et cum iter aggressus peruenisset ad pontem, qui dicitur rapidus, iumentum suum pedem offendit & in fluuium corruit, cum patre & filiis clamantibus: Sancte Fiacri, succurre nobis: & cum rei exitus à circumstantibus præstolarentur: subito pater emersit & filii. Aqua insuper duorum hominum longitudine profunda se calcabilem patri præbuit, qui filios dextera læuaque arripiens sine difficultate ad terram reduxit sanctum astans sibi adfuisse Fiacrium.

Su ius to. 4. Aug. 30.

S. Fiacrius periclitantes iuuat.

XV. *Vt B. Nicolaus Abbatem visitat in carcere, & inde eum liberauerit.*

Anno Domini milleſimo tertio, Syluestri Papæ secundi tempore, increbrescente impiorũ tyrannide, contigit Petrum venerandũ Abbatem monasterii Sublacensis in carcerem coniici, & à beato Nicolao ibidem visitari. Quod ita in Chronico eiusdẽ monasterii narratur: Petrus tertius huius nominis, sed vigesimus secundus Abbas Sublacensis fecit in monasterio libros, paraturas optimas & hæreditates multas acquisiuit. Postea captus, & in castrum, quod dicitur Monticellus, ductus in vinculis alligatus est. In quibus cum iaceret, meruit à sancto Nicolao visitari in suæ sanctæ festiuitatis die: à quo omnia vincula eius disrupta sunt; nam idem Abbas deuotissime sancto obsequebatur Nicolao. Cumq; custodibus ab eodem Abbate acceptum beneficium nuntiatũ esset, duplicata sunt vincula super eum, & sustentatus est ibi pane tribulationis & aqua angustiæ

Baronius to. 11. Annal. ad an. 1003. 8.

S. Nicolai beneficio liberatur Abbas è carcere.

kiæ per aliquod tempus. Hoc autem patiebatur, quod castrum Arsule dictum noluit dare senioribus illis.

XVI. *D. Leonardi auxilio vinctus liberatur.*

In vita eius apud Sur. to. 9. Nouem. 6. cap. 10.

Cum Lemouicensis regionis nobiles inter se contenderent, quidam è pago Nobiliaco B. Leonardo deuotus, à quodam nequissimo tyranno captus est. Is veritus, vt postea ipse narrauit, nec sanctus Leonardus homini opitularetur, ita apud se cogitabat: Si hunc hominem ferro constrinxero, prorsus metuo, ne amittam illum: Vt enim apud ignem cera, sic ad beati Leonardi nutũ colliquescit ferrum. Si cippo pedes eius includero, aut in custodiam eum detrusero, nihilo certior ero: eadem enim illic quoq; Leonardi vis est: plane anxius sum, quid agam hoc homine, & à quo mille solidos, si redimi velit, extorquere constituí: sed scio tamen, quid faciam. Iubebo foueam profundissimam in intima turri mea fieri, in eamque illum compedibus manicisque ferreis colligatum demergam. Necdum enim sanctus Leonardus sub terram se demisit: & quamuis fortassis catenas ferreas dissoluet, hominem tamen è specu subterraneo educere nequibit. Porro etiam ad os foueæ arcam ligneam admouebo, & in ea iubebo excubare milites noctes ac dies, qui eum custodiãt. Fecit ergo hæc omnia sæuus homo; sed tamen efficere non potuit, vt licet in tenebris & magnis catenarum angustiis esset, spem & fiduciam vinctus abiiceret, seque à beato Leonardo ereptum iri dubitaret, quem etiam custodibus audientibus crebro inuocabat, simul orans Dominum, vt per electum Cõfessorem suum Leonardum se liberaret. Ecce autem quadam nocte præ lassitudine illo obdormiente, sanctus Leonardus cum multa luce adest, euertit arcam, in qua milites inerant, eosque sub eam ceu mortuos deprimit: inde descendit in foueam, alta voce appellat hominem: Dormisne, inquiens, an vigilas? En adsum Leonardus, quem petiisti. Expergefactus homo, visa luce immensa, ait ad eum: Domine, adiuua me. Confestim diruptis catenis, & instar luti dissipatis, propriis vnis è turri eum exportat: ambulansq; cum eo, familiaria miscet colloquia, vt inter se amici solent: tandemq; Nobiliacum perducit, vbi extra periculum fuit. Sole orto, exponit vicinis, quæ passus sit à tyranno, quid beneficii à sancto Leonardo acceperit. Mirantur omnes, & incredibili gaudio & lætitia afficiuntur.

Ferrum S. Leonardi virtute sicut cera liquescit.

Miles S. Leonardo pie addict⁹ à tyranno in angusto loco constringitur.

S. Leonard⁹ ab incarcerato inuocatur.

XVII. *Præsidio D. Iuliani caballus inuentus, & domino restitutus.*

Greg. Turon. lib. 2. mirac. c. 21.

Illud non arbitror omittendum, quod expertum valde cognouimus, quid in rebus perditis apud sanctum patronum Iulianum martyrem fidelis deprecatio consequatur. Ad festiuitatem enim beati martyris deuotus pauper aduenerat, laxatoq; equite sacram ingressus est ædem, ac vigiliis immobilis instans, noctem cum cæteris orando deduxit: lucescente vero cœlo, ad metatum regressus, caballum, quẽ reliquerat, non inuenit: quæsiuitq; diutissime, nec signa quidem in quam partem discessisset, agnouit. Transacto igitur biduo iterum recurrit per saltus, perscrutans à locorum incolis, si forte aliquis aut teneret captum, aut capi vidisset ab aliquo. Nullum de hinc indicii genus reperiens, anxius atq; mœstus ad sepulcrum sancti regreditur, ibiq; causas doloris ac mœroris exponens, aiebat: Ad tua sancte limina veni, nihil aliud quam paruitatis meæ vota deferre: nihil iniuste abstuli, nihil gessi indignum tua solemnitate: cur, inquam, perdidi rem meam? Rogo, vt restituas amissum, vt necessarium reddas. Hæc fletu addito aiens, vt egressus est templum, cõspicit eminus à quodam viro suum equitem retineri. Ad quẽ accedens, dum discutit, vnde sit, aut vnde venerit, aut ex quo tẽpore hunc habeat equum, didicit ipsa hora eum fuisse repertum, qua ille beati martyris implorauit auxilium.

Ad sepulcra martyrum olim fiebãt vigiliæ nocturnæ, nũc in diurnas conuersæ.

D. Iuliani inuocatione equus diu quæsit⁹ inuenitur.

XVIII. *Constantia Constantini Imp. filij incurabili vlcere vexata ad sepulchrum S. Agnetis curatur.*

E Breuiario Romano 18. die Ianuarij.

Beata Agnes parentibus ad eius sepulcrum assidue vigilantibus, quadam nocte choro virginũ comitata cum apparuisset, sic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuam lugeatis; nam vna cum his virginib⁹ viuo apud illum in cœlis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot post annos Constantia Constantini Imperatoris filia, insanabili vlceri medicinam quærens, nondum Christiana ad idem sepulcrum accessisset, obdormiscens sibi audire visa est vocem hanc Agnetis: *Constanter age, Constantia: Crede in Iesum Christum Filium Dei, qui te sanam faciet.* Quæ sanata, paulo post vna cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi ecclesiam nomine beatæ Agnetis ædificauit.

B. Agnetis apparitio.

Constantia vlceribus affecta qua ratione ad B. Agnetis tumulum sanata.

TIT. XLVII. Sanctos esse ciuitatum Catholicarum defensores.

EXEMP. I. *De Diuo Petro Apostolo, qui Romã tuendam suscipiens ab hostium impetu liberam conseruauit.*

Procop. lib. 1. de bell. Gotth.

GOthis Romam obsidentibus, apud portã Pincianam proximi muri pars quædam lapidum iampridem laxata compage, seiuncta spectatur, non tantum à solo, sed à medio ad summum fastigium scissa: nec sane collapsa, nec alias resoluta, sed vtrimque sic declinauit, vt cætero muro extrinsecus partim prominentior esse appareret, partim retractior. Hanc muri partem cum demoliri tunc primum Belisarius niteretur, & iterate ædificare cœpisset, obstitere Romani, Petrum Apostolum pro indubitato se compertisse asseuerantes, eius loci tuendi pollicitum curam se suscepturum. Quod vtique Romanis ex voto succedit, quandoquidem nec eo die, quo per

D. Petrus Romanæ Vrbis protector.

Gothos

Gothos mœnia sunt oppugnata, nec per omne id tempus, quo vrbem obsederant Barbari, hostilis vis vlla ad hunc locum peruenit, nec plane vnquam tumultuatum. Et sane me admiratio subit, nec Romanis, nec hostibus ipsis, in ea tam diutina vrbis obsidione in memoriam venisse muri hanc partem, quæ res cum miraculi postea loco sit habita, nec sarcire quidem in posterum quisquam, nec de integro restituere ausus est: sed ad hunc diem ea è regione sectus permanet murus.

II. *De Adimaro Episcopo, qui Christianos ad expugnandam Hierosolymitanam ciuitatem animare visus est.*

Ioan. Nauel. volum. 2. Chronolog. gener. 17. Bredebach. lib. 1. Collat. sacrar. c. 30. ann. 1099.

Hierosolymorum expugnatio.

Anno Dominimillesimo nonagesimo nono, cum exercitus Christianorum oppugnaret vrbem Hierosolymitanam, cumque iam totum mensem circa mœnia vniuersus desudaret exercitus, die vndecima mensis Iulii omnes vno animo impetum simul faciunt, & cum vsque ad horam diei septimam sine certa victoria anceps certamen esset, subito virtus diuina adfuit, quæ fidelium rebus iam desperatis consolationem attulit. Nam de monte Oliueti miles quidam armis accinctus fulgentibus, qui postmodum non comparuit, signum dabat nostris legionibus, vt assultum iterarent: quo signo viso exhilaratur exercitus, & maiori animo ad expugnationē vrbis rediit, tanto feruore, vt qui fessi aut vulnerati ante operam subtraxerant, nunc resumtis viribus vltro se ingererent animosius. Obtenta paulo post vrbe, cæsis vniuersis hostibus: populus fidelium depositis armis, in spiritu humilitatis, cum gemitu & lacrymis venerabilia loca singula perquirere cœperunt. Die vero captionis ciuitatis, nomine Adimarus Podiensis Episcopus, quoniam legatus, qui apud Antiochiam vita decessit, a multis in sancta visus est ciuitate, ita vt [illegible] digni asseruerint, super muros ciuitatis primum omnium ascendisse, & cæteros ad ingressum vrbis animasse: multi quoque qui in via diuersis casibus occubuerunt, in dicta ciuitate apparuerunt cum aliis loca venerabilia visitantes, in quo manifestabatur intelligi, quod etsi vita discessissent corporali ad æternam tamen vocati beatitudinem non sunt fraudati desiderio suo, sed quod pio experiuerunt studio, pleno sunt consecuti affectu.

Adimarus Podiensis Episc. vrbis Hierosolymit. post mortem defensor.

III. *De Turonensi ciuitate ope sancti Martini ab hostibus liberata.*

Ex Odone Abb. Clun. Baron. tom. 10. an. Dom. 845. 29.

Circa annum Dominicæ incarnationis octingentesimum quadragesimum quintū, cum Hastingus dux Regis Northmannorum ciuitatem Turonensem obsidēs expugnare conaretur, mortuos viuentibus fortiores suo expertus est damno. Contigit enim (vt rem gestam plane memoria dignam describit Odo Abbas Cluniacensis in libello de translatione sancti Martini, ad Fulconem Comitem Andegauensem) vt Galliæ superioris partibus incensis, Turonum simili eam incendio consumturus descenderet. Ambasio itaque & vniuersis quæ inter Ligerim & Karum continebantur, in fauillam redactis, Turonum obsidet. Portis igitur custodias admouet, & ne quis tute exeat, magno, studioso; conamine prouidet. Aggeres etiam construit, aspera complanat, & quidquid vrbi capiendæ commodum esset, ordinat. Alieni infortunii rumor delatus conceptæ formidini fomitem subministrat: muros tamē reparant, & turres, & propugnacula resarciunt, & sagittarum grandine pręmissa varios subiungunt assultus. Iam muri crebro quatiuntur ariete, & machinarum ictibus cedentes ruinam suis minantur. Obsessi viribus deficientes, spei penitus solatio destituuntur. Tandem vero, diuina inspirante gratia, in se reuersi, beati Patroni sui Martini corpus pie rapiunt, & ad locum, in quo belli violentior impetus erat, deferentes, mortuum pro viuis propugnatorem opponunt. Erat mirabilem per omnia virum, qui dū adhuc viueret, signipotens appellatus, vigorem virtutis astris intulit, defunctus etiam bellipotens, triumphator hostium cuneos sola sui præsentia confecit. Vere mirabilis Deus in sanctis suis. Sācti siquidem patrocinante suffragio, & obsessis securitas & confidentia redditur, & obsessoribus formido & pauor non modicus immittitur. Fugiunt ergo Dani: fugientes Turonici persequuntur, fugientium pars gladio cadit; pars capta deducitur, & pars fugæ subsidio elapsa est, & vsque ad sextum lapidem ab vrbe persecuti sunt Danos, triumphatoris sui corpus cum hymnis deferentes cum gloria, per quem sibi triumphus cessit & victoria.

Turonensis ciuitas D. Martini patrocinio ab hostibus liberatur.

V. *Sanctus Petrus exoratus S. Seruatium à cade Chunorum eripuit.*

Chunis in Gallias irruptionem meditātibus; erat apud Tungros oppidum Seruatius eximiæ sanctitatis Episcopus, qui vigiliis ac ieiuniis vacans, crebro lacrymarum imbre perfusus, Domini misericordiā precabatur, ne vnquam gentem hanc incredulam, seque semper indignam, in Gallias venire permitteret. Sed sentiens per spiritum, pro delictis populi sibi hoc non fuisse concessum, consilium cepit, vt expeteret Vrbem Romanam, scilicet vt adiunctis sibi Apostolicæ virtutis patrociniis, quæ humiliter à Domino flagitabat, metereturfacilius obtinere. Accedens ergo ad beati Apostoli tumulum deprecabatur auxilium bonitatis eius, in multa abstinentia, maxima inedia se consumens, ita vt biduo triduoq; fine vllo cibo potuque maneret, nec esset interuallum aliquod, in quo ab oratione cessaret. Cumq; ibidem multorum dierum spacio in tali afflictione moraretur, fertur hoc à Beato Apostolo accepisse responsum: Quid me, vir sanctissime, inquietas? Ecce enim apud Domini deliberationem prorsus sancitum est, Chunos in Gallias aduenire, eosque maxima tempestate debere depopulari. Nunc igitur sume consilium, accelera velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone; require linteamina munda. Ecce enim migrabis à corpore, nec videbunt oculi tui

Greg. Turon. lib. 2. histor. Franc. cap. 5. & 6.

Seruatius Romam petit oraturus ad tumulum S. Petri Apostoli.

Quos hic auctor Chunos vocat, Procop. Nicephor. & alii Hunos nominant.

cui mala, quæ facturi sunt Chuni in Galliis, sicut locutus est Dominus Deus noster. Hoc à sancto Apostolo Pontifex responso suscepto iter accelerat, Galliasque velociter repetit, veniensque ad Vrbem Tungrorum, quæ erant necessaria sepulturæ secum citius leuat: Valeque dicens Clericis ac reliquis ciuibus vrbis, denunciat cum fletu & lamentatione, quia non visuri essent vltra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lacrymis eum prosequentes, supplicabant humili prece, dicentes: Ne derelinquas nos, pater sancte, ne obliuiscaris nostri, pastor bone. Sed cum eum fletibus retinere non possent, accepta benedictione cum osculis abierunt. Hic vero ad Traiectensem vrbem accedens modica pulsatus febre recessit à corpore: ablatusq; à fidelibus, iuxta ipsum aggerem publicum est sepultus. Chuni itaq; à Pannoniis egressi, vt quidam ferunt, in ipsa sanctæ Paschæ vigilia, ad Metensem vrbem, reliqua depopulando, perueniunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipsosq; sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimẽtes. Nec remansit in ea locus inustus, præter Oratorium beati Stephani primi martyris ac Leuitæ: de quo Oratorio quæ à quibusdam audiui narrare non distuli. Aiunt enim priusquam hi hostes venirent, vidisse se vnum fidelem in visu quasi conferentem cum sanctis Apostolis Petro & Paulo beatum Leuitam Stephanum de hoc excidio, ac dicentem: Oro, Domini mei, vt non permittatis obtentu vestro Metensem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo paruitatis meæ pignora continentur, sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi superuenit, vt aliud fieri nõ possit, nisi ciuitas tradatur incendio, saltem vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi aiunt: Vade in pace, dilectissime frater. Oratorium tantum tuum carebit incendio: pro vrbe vero non obtinebimus; quia Dominicæ sanctionis super eam potentia iam processit: inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum ascẽdit coram Deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde procul dubio est, quod horum obtentu, vrbe vastata, Oratorium permansit illæsum.

Mors à S. Petro Apostol. denunciata Seruatio.

Seruatii Episc. Tungrensis obitus.

Hunorum vastatio in Galliis.

Oratorium S. Stephani ope Apost. Petri & Pauli inter incendia seruatum.

VI. *Sanctus Ianuarius defendit Neapolim contra insultus Roberti Ducis, & Gisulphi Principis Salernitani.*

Robertus Guiscardus Northmannorum Princeps, post captum Salernum Campaniam inuasit, & indè à Gregorio septimo Romano Pontifice electus recedens Beneuentum obsedit. De quo hæc Leo Ostiensis scribit: Robertus Campaniam expugnaturus ingreditur. Ista vbi Gregorio Papæ nuntiata sunt, Ducem Robertum ac Ghuilulphum Principem Salernitanum à liminibus Ecclesiæ separans collecto exercitu aduersus eos ire disposuit. Quod postquam duci nuntiatum est, concite vna cum Principe Capuam remeat, & Dux quidem Beneuentum, Princeps vero Neapolim obsidere cœpit. Neapolitani autem Principis timore perculsi omnipotenti se Deo intentius commendabant, vt eos à potestate Principis clementissima miseratione dignaretur eripere: cumq; ciuitas eadem acerrime oppugnaretur, sanctus martyr Christi Ianuarius, & Abbates alii à Principe sæpe conspiciebantur armati per castra discurrere. Putans autem Episcopum esse, interrogabat: cur contra ordinem suum ad pugnam cum lancea scutatus exiret. Cui Archiepiscopus respondens: Ego, inquit; vt tu vir illustrissime conspicis, multis iam diebus æger in lectulo decumbo, ille autem armatus quisnam sit, ipse videris. Scias tamen sanctum Ianuarium hanc protegere ciuitatẽ. Princeps vero dictis eius derogans fidem, vrbem oppugnare persistebat. In ea vero obsidione, cum prius ab excommunicatione absolutus esset, defunctus est, successitq; ei Iordanis filius.

Leo Ostiens. lib 3. c. 44. Baron. tom. 1. an. Dom. 74. 102.

Robertus Guiscardus Dux Apuliæ & Siciliæ excõmunicatur à G. 7.

Neapolitani obsessi ope D. Ianuarii liberati.

VII. *Quomodo sancti vlciscantur de locorum sacrorum Vastatoribus.*

Anno humanæ salutis octingentesimo quadragesimo quinto gens Northmanica Galliam irrumpens Parisios vsque peruenit, monasteriumq; beati Germani Pontificis depopulata est. Quorum Dux Ragenarius nomine, sub Principe * Borico hanc deuastationem perpetrans, dum antedictum Principem suum se iactat opulentissimum regnum Caroli acquisisse, & monasterium almi Germani deuastasse, & quod ibi maiorem mortui quam viui virtutem haberent: nullumq; sibi restitisse præter Germani senem mortuum: continuo expertus virtutem beati viri concidit, ac post triduum exspirauit, non solum ipse, verum etiam cæteri rapinarum & violatores sanctionis dysenteriæ morbo perierunt.

Aymon de gest. Franc. lib. 5. c. 20. Baron. tom. 10. an. Dom. 845.

* *al.* Horich.

VIII. *Sanctus Equitius monasterium quodam fuit contra Longobardos inuocatus tuitatur.*

Non absimile est quod diuus Gregorius in suis Dialogis refert. Valeriæ prouinciam (inquit) Longobardis intrantibus, ex monasterio reuerendissimi viri Equitii in beati martyris Laurentii oratorio ad sepulcrum eius fugerunt. Cumque Longobardi sæuientes Oratorium intrassent, cœperunt eosdem monachos foras trahere, vt eos aut per tormẽta discuterent, aut gladiis necarent: quorum vnus ingemuit atque acri dolore commotus clamauit: Heu, heu sancte Equiti, placet tibi quod trahimur, & non nos defendis? Ad cuius vocem protinus sæuientes Longobardos immundus spiritus inuasit. Qui corruentes in terram tam diu vexati sunt, quousq; hoc cuncti, etiam qui foris erant, Longobardi cognoscerent, quatenus locum sacrum temerate vlterius non auderent. Sicq; vir sanctus dum discipulos defendere, etiam mutus post, remedium illuc fugientibus præstitit.

D. Grego. lib. 5. Dial. c. 4.

TIT. XLVIII. De auxilio cœlitum pro Christianis in bello.

Ex lib. 2. Machab. cap. vlt.

Iudas Machabæus contra amplissimum Nicanoris exercitum cum paucis dimicaturus, videt Oniam Pontificem orare pro populo Iudæorum & deinde Ieremiam gladium sibi porrigentem, quo deiecturus esset aduersarios.

EXEMP. I. *Per merita beatorum Petri & Pauli Apost. concedit Deus victoriam Leoni IV. contra Saracenos.*

Ioh. Naucler. vol. 2. Chronogr. Generat 2. ad an. 846.

TEmpore Leonis IV. anno salutis 846. Saraceni nauibus euecti circa littora Tusciæ maxima damna intulere, quibusdam ciuitatibus. Deinde Romano portui applicãtes, spe potiundæ vrbis Romam tendebant, sed Romani vrbẽ muniunt. Quare fiducia obtinendæ vrbis deposita, cuncta quæ extra ciuitatem erant, diripiunt: ecclesias spoliant & incendũt: ecclesia S. Petri vastatur, & altari sacro prophanato, quæ ad ornatum ecclesiæ erant, abradunt: atque onusti spoliis abeunt. Neapolitanos inuadũt, & cæteros illius oræ maritimæ. Leo statim cum Ludouici Augusti auxiliis Ostiam proficiscitur cum hostibus dimicaturus, suos sanctissimus Pontifex ad communionem adhortatur: orationem deinde ad Deum his verbis habuit: Deus, cuius dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos Ecclesiæ tuæ sanctæ dimicantia, omnipotenti dextera tua corroborentur, vt de perfecto triumpho nomẽ sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis, statuto signo Crucis, pugnandi copiam fecit: qui ita pugnam inierunt, ac si victo iam certo sibi præmissam haberent. Tandem post longũ & acre certamen hostes superantur fuganturque. Multi in ipso prælio periere, plerique viui capti sunt & Romam perducti.

Leo IV. aduersus Saracenos Oratio & Victoria.

II. *Auxilio beatorum Petri & Pauli Saracenorum crudelitas coercetur.*

Luitprand. l. 2. c. 14. Baron tom. 10. an. Dom. 915. Tho. Boz. lib. 17. de sig. Eccl. c. 7.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo decimoquinto, Græcis Latinisque quotidie confligentibus, Deo miserante, Pœnorum ne vnus quidem superfuit (ita vocati Saraceni, qui ex Africa venerunt) qui non aut gladio trucidaretur, aut viuus continuo caperetur. Visi sunt autem à religiosis fidelibus in eodem bello sanctissimi Apostoli Petrus & Paulus, quorum precibus credimus Christianos meruisse, quatenus Pœnos fugarent, & ipsi victoriam obtinerent.

III. *Ramirus Rex S. Iacobi Apostoli auxilio Saracenos mirabili prælio fundit.*

Ac[illegible] obtinge[illegible]mo quar[illegible]

Ex Luca Tudensi in Chronic. Baron. tom. 10 ann. Dom. 844. 15. Ioan. Vas. Chron. Hisp. an. Dom. 815 Roderic. Tolet. lib. 4. rerũ Hisp. c. 13.

quarto, qui & secundus Regni Raminiri, siue Ramiri Regis Oueti in Hispania regnantis numeratur, contigit admiranda illa, omnium celeberrima, omni scriptorum genere celebrata victoria aduersus Saracenos obtenta diuinitus, cum præcipuus Hispanorum Patronus sanctus Iacobus, perspicuus omnib⁹, vti pollicitus fuit, visus est ante aciem aduersus barbaros impios dimicare. Antiqua innouantur Christi virtute miracula, siue in Machabæorum liberis, siue in aliis enarrata, cum pro fidelibus visi sunt cælitus missi milites decertare, fugare hostes, insequi illos, & insignem victoriam suis parare. Quomodo autẽ tam grandia illa diuina virtute fieri contigerit, ex Tudensi rem gestam in compendium redigente sic reddimus: Cum, inquit, Ramirus regnare cœpisset, miserunt ad illum Saraceni, vt daret eis annuatim quinquaginta puellas nobiles, quas sibi in matrimonium copularent, & quinquaginta de plebe, vt ad solatium essent illis, sicut olim fecerat Rex Mauregatus. Rex autem Ramirus cum hæc audisset, iratus est valde propter stuprum & sacrilegium puellarũ. Et congregato exercitu magno terram Maurorum hostiliter inuasit, & cuncta, quæ in agrestibus villis & agris reperit vsque ad Nazarum, ferro, flammaq; vastauit. Saraceni vero multitudine valida congregata, ei bellum intulerunt in loco, qui vocatur Albella. Exercitus autem Regis Ramiri paulatim cæpit terga præbere vsquedum peruenit ad Collem qui Galbilium vocabatur. Clausit nox obscurissima diem: & illico omnes Christiani congregati sunt: totam noctem cum lachrymis & orationibus peragentes. Rex autem Ramirus aliquantulum dormire cœpit, & apparens ei Iacobus Apostolus dicit illi: Dominus meus Iesus Christus alias Prouincias aliis fratribus nostris Apostolis, Hispaniam totam meæ tutelæ deputauit, atque mea muniuit protectione. Post hæc Apostolus manu sua manum Regis adstringens, dixit illi: Confortare, & esto robustus: ego enim sum Iacobus Apostolus Christi: & venio in auxilium tibi: & superabis mane auxilio Dei, Saracenorum, à qua obsessus es, hanc innumerabilem multitudinem: multi tamen ex tuis, quibus iam parata est æterna requies supra, in isto prælio coronam meriti suscepturi. Et ne dubites super hoc, videbis me in equo albo deferentem maximum vexillum album. Summo igitur mane, facta peccatorum vestrorum confessione, & accepta corporis & sanguinis Domini communione, armata manu non dubites inuadere castra barbarorum, nomẽ Domini inuocantes: pro certo enim noueris eos in ore gladii rituros. Quibus dictis Apostolus discessit. Rex autem Ramirus ad se reuersus, vocatis ad se Episcopis, Abbatibus, & Magnatibus, eis retulit visionem. Qui gratias agentes Deo, fecerũt vt sibi fuerat præceptum, & bellum barbaris intulerunt. Sanctus autem Iacobus apparuit, sicut promiserat, Christianos animando ad pugnam, & Saracenos fortiter feriendo. Christiani autem, vt viderunt beatum Iacobum

S. Iacobus Apostol. apparet Ramiro Regi & victoriam spondet.

S. Iacobus equo vect⁹ in conflictu appa[illegible]

in Domino roborari, cœperunt magnis vocibus, concidendo gladiis Saracenos, clamare dicentes: *Adiuua nos Deus, & sancte Iacobe.* Tunc victi Saraceni fugerunt, & cæsi sunt ex illis fere septuaginta millia, & in castra reuersus est exercitus cum magna gloria. Addit Vasæus: ab eo tempore receptum est, Hispanis in præliis omnibus, præcipue si cum infidelibus ac paganis res est, Dei ac Diui Iacobi numẽ implorare, quod ipsis pro militari tessera est. Ramirus, ne ingratus esset Apostolo pro tam insigni beneficio, de communi Præsulum ac nobilium consilio statuit, vt pro singulis boum iugis, certa tritici mensura, qua in soluendis primitiis vtuntur, & de singulis vini modis, altera vim singulis annis Diuo Iacobo solueretur. Quod hodie quoque nonnullis in locis soluitur, & votum appellatur, idque vere: nam communi regis, præsidum, magnatum, ac plebis consensu perpetuo votum est, cum dirissimis execrationibus, si quis in posterum violaret.

D. Iacobo votum singulis annis soluendum instituitur à Ramiro.

honorem S. Io. Bapt.

D. Io. Bapt. Longobardorum patronus.

IV. *De quodam Græco, qui negans S. Iacobum pro Hispanis pugnare per visionem verum esse discit.*

Magnus Fernandus Castellæ & Legionis Rex optimus Princeps fuit & valde bellicosus: Conimbriam in Portugallia ab Arabibus occupatam, sancto Iacobo visibiliter apparente, obtinuit, & maiorem Portugalliæ partem suæ ditioni subiecit. Nam (vt ait Lucas Tudensis) dum hic Fernandus eandem ciuitatem Conimbriæ à Mauris detentam obsideret, accidit quendam Episcopum Græcum nomine Hostianum limina sancti Iacobi visitasse. Et cum, multis referentibus, audiret gloriosum Apostolum Iacobum vt militem sæpe visum fuisse, auxilia Christianis deferentem, deridens: Nolite, inquit, Apostolum vocare militem, sed pastorem, aut piscatorem. Dum igitur ea nocte dormiret, apparuit ei sanctus Iacobus dicens: Noli, Hostiane, dicere me nõ fore militem contra Christi persecutores: quod vt pro explorato habeas, ecce iam equito laturus auxilium Regi Fernando, qui per septem annos obsedit Conimbriam, & vt sis certior, conspice claues, quib. cras hora tertia aperiam portas ciuitatis Christianis. Qua reuelatione perterritus facto mane Canonicis ecclesiæ Compostellanæ reuelauit, & compertum est ita euenisse.

Lucas Tudensis in Chro. mundi Roderic. San ctius hist. hisp. par. 3. c. 26. Roderi. Tolet. li. 6. de reb. Hisp. c. 11 Bar. to. 11. an. Do. 1040. 2.

S. Iacobus non solum piscatorem sed etiam militem se esse ostendit.

V. *B. Ioannis Baptistæ patrocinio victores extiterunt Longobardi contra aduersarios.*

Theodelinda Regina basilicam sancti Ioannis Baptistæ in Modœcia construxit pro se & viro suo, & pro filiis & filiab. & cunctis Longobardis ad Dominum: & illuc venerunt inter se vnanimiter maiores natu cum Rege suo, vna cum Theodelinda Regina dicentes: Si sanctus Ioannes pro nobis interpellator sit apud Dominum Deum nostrum Iesum Christum, nos omnes vnanimes pollicemur illi, omni anno, in die natiuitatis suæ, hoc est, octauo Kalendas Iulii, de nostris facultatibus transmissuros honorifice ad oraculum eius, vt per illius interpellationem habeamus iuuamen Domini nostri Iesu Christi, tam in bello, quam in aliis locis omnibus quocunque ituri sumus. Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum cœperunt inuocare sanctum Ioannem, vt illis præberet auxilium in virtute Domini nostri Iesu Christi, & illi omnes permanserunt illæsi, victoresque extiterunt super omnes aduersarios suos. Locus autem ille supra Mediolanum duodecim millibus est, quem Regina dedicandum curauit, multisque ornamentis auri & argenti mirifice decorauit, prædiisque ditauit, familiasque & possessiones multas eidem loco addixit, in honorem sancti Ioannes Baptistæ. Dicamus assertione scripturæ Theodelindæ Reginæ. Offert gloriosissima Theodelinda Regina, vna cum filio suo Aldaualdo Rege, sancto Ioanni patrono suo de dono Dei, & de dotibus, chartulam suæ donationis, quam in suorum præsentia scribere fecit. Si quis quolibet tempore hanc testem voluntatis suæ corruperit, in iudicii extremi die cum Iuda traditore damnetur. Ordinatio vero eius talis fuit. De rebus sancti Ioannis nullo modo se debet aliquis intromittere, nisi tantum Sacerdotes, qui ibi deseruiunt die ac nocte, tantumq; famuli ac famulæ, qui ibi subiecti sunt vt communiter debeant viuere.

Paul. Diac. li. 4. c. 7. de gest. Longobard & in veteri adit. c. 12. apud Bar. to. 8. an. 616.

Votum in

Theodelindę oblatio facta S. Io. Baptistæ.

VI. *D. Ioannes Baptista vt hostes ab ingressu Rhodi & Melitæ repulerit.*

Thomas Bozius refert, quod cum Mahometes obsedisset olim Rhodum, & Solymanus per suos duces Melitam Rhodiorum militum modo sedem, visus quidam fit in aere, qui Turcas stricto gladio minitabundus ab ingressu Rhodi, & ingressu oppidi Sancti Michaelis in Melita repulerit: & Ioannes Baptista militum patronus creditus fuisse.

Th. Boz. de sig. Eccl. li. 17. c. 7.

Io. Bapt. militum patronus.

VII. *Vt Hungus Pictonum Rex cum decem millibus Scotorum ope D. Andreæ Anglos vicerit.*

Cum inter Anglos & Scotos instructa esset vtrinque ad dimicandum acies, inque ea aut vincendum aut moriendum fortiter & honeste, cunctis in manifesto discrimine ad religionem conuersis, opemq; à Christo religiosis precationibus petentibus, complura pia vota sunt audita. Hungus Pictonum Rex Diuum Andream, in cuius Pictica Scoticaque gens erat tutela, frequentibus suspiriis lacrymisque, vt peculiaribus suis populis, ne tam impiis Anglorum armis in exitium abducerentur, auxiliaris foret, est precatus. Soluto Regi intempesta nocte in soporem extemplo adstans Apostolus iussit alacrioti esse animo, nec hostium multitudine terretur, plurimamque spem in diuina locaret ope: fore vt gloriosam de Anglis postera die assequeretur victoriam. Mirum scribunt tunc accidisse supra Pictorum castra, lucidam cœlo apparuisse Crucem, illius instar, qua Apostolus Andreas pro Christi nomine supplicio olim erat affectus; hancque Apostolum ipsi Regi ostendisse, addidisse; id ostentum ante partã victoriam

Hector Boetius lib. 10. hist. Scotica.

S. Andreæ inuocatio.

Andreas Apost. Scotis auxiliantur in belio.

Crux S. Andreæ visa in aere.

ctoriam haud cœlo defuturum. Experrectus Rex milites iamtum lucentem Crucem intempesta nocte admirantes, edocet, quam fortunam diuus Andreas sibi suoque exercitui fuisset pollicitus: per quietem hortatus, prima luce alacres hostes pugna adoriretur numine sibi propitio & aduerso hostibus: eoque eorum multitudinem minime timendã. Sequuta Regis verba grata omnium vociferatio, quam hostes audientes (nam hi noctem totam in armis vociferabant) lucidam simul conspicati Crucem quippiam mali portento tali sibi præsagientes ingẽti pauore sunt perculsi. Sub primam lucem Hungus eductis castris militibus, instructisque copiis signũ cum hostibus manus conserendi dedit, altiori voce inclamans diuum Andream manifeste auxiliarem adesse: quo duce absque discrimine victoriam Pictos Scotosque secuturam. Ad Regis verba milites tanta vi in Anglos sunt inuecti, vt cum impetum nõ possent sustinere primum Northumbri, mox tota acies impulsa terga dederit. Hungus itaque potitus victoria, vt se verum Seruatoris Apostoli cultorem ostenderet, augendę religionis studio sacram ædem magnifico auxit apparatu: ac sacerdotum ad diuina exequenda numerum. Præclara huic donaria intulit: calices, phialas, pollubra, Seruatoris, ac duodecim Apostolorum statuas ex argento auroque, & capsam pro reliquiis diui Andreæ asseruandis, ex auro purissimo. Et præter hæc Christi ecclesiæ ad sacerdotum vsum, vt gerendis ecclesiæ dignitatibus suppeterent facultates: armentorum, omnis generis fructuum, prouentuum & prædiorum vbilibet per suum regnum decimam partem libere erogauit. Et ne Clerici deinceps ad profanum iudicium traherentur, neue quouis pro crimine vltimo afficerentur supplicio, edicto cauit.

Scotorum in Anglos victoria.

D. Andreæ Apostoli ædi donaria addita.

VIII. *Andreas Apostolus Christianis in bello sacro lanceam præ[illegible]stratus victoriam promittit.*

Ex Guillel. Tyr. l. 6. de bello sacro c. 4. & 19. Naucler. gen rat. 37. vol. 2. an. dño 28. die Iunii Bar. to. 11. an. Do. 1098. 16. Thom. Boz l. b. 17. c. 7.

Anno millesimo nonagesimo octauo, cum in expeditione sacra nostri Antiochiæ in maxima rerum desperatione essent, & extrema quæque sibi timerent, quod innumeros Saracenorum, Persarum, Turcarumq; exercitus aduersus se paratissimos viderent: ipsi autem fame prope enecti vix possent pedem mouere, & paucissimi essent illis equi, quibus vti in bello possent, apparuit Petro cuidam Clerico è Prouincia sanctus Andreas, monens, vt Principibus Christianæ militiæ suo nomine ederet, vt in ecclesia Principis Apostolorum lanceam, qua transfixus est Christus defossam humi quæreret: locum vero, vbi occultabatur, designauit: eaq; prælata procederent ad bellum: nec dubitarent, fore se victores. Cumque Clericus diu recusasset, tandem sæpius obiurgatus, minisque adiectis compulsus rem detexit. Quæ[illegible]uerũ illi, & vt prædictum fuerat, inuenerunt. Pergentes aduersus inimicos celebe[illegible]imam victoriam reportarunt: ex qua spolia multa, varia & maxime opima, vberrimamque omnium rerum copiam sunt adepti. Illud porro mirabilius accidit: nã cum milites Christiani in hostes contenderent, defatigatique & extenuati essent omnes, continuo ros quidã pluuius cœlitus defluxit, quo vires omnium recreatæ, roburque additum, spesque victoriæ confirmata. Iterum, vt Robertus monachus scribit, nostri pugnam cruentissimam conseruere cum Corbona Persarum Duce, & iam videbatur acies nostrorum inclinare: sed apparuere agmina innumera equitum albatorum, qui tantum terrorem incussere hostibus, vt illi protinus se in fugam darent, & ex iis nostri occiderunt equitum centum millia, peditum numerus iniri haud potuit præ multitudine.

Ex cœlitus lapso reficiuntur pugnãtium vires. Cælitum auxilio victoria parta.

Lancea, qua Christus transfixus, vbi inuenta.

IX. *Theodosius Imperator SS. Ioannis Euang. & Philippi Apost. intercessione contra Eugenium victoriam obtinet.*

Theodoretus hist. eccl. li. 5. ca. 24. Rufin. lib. 2. c. 15. & Tripar. 9. c. 45. apud Bar. to. 4. Annal. 394.

Anno Domini trecentesimo nonagesimo quarto, cum fidelissimus Imperator Theodosius primus, nunciata Valentiniani morte & Eugenii tyrannide, exercitum in Europam traduceret; erat in Ægypto inter eos, qui exercentur in philosophia religionis, vnus nomine Ioannes, qui particeps gratiæ spiritalis multa rogantibus ventura prædicebat. Ad hunc misit Christi amans Imperator, qui percunctaretur de bello suscipiendo aduersus Tyrannos, fuitq; ab eo incruenta prioris belli victoria prædicta, sed & altero superiorẽ futurum Imperatorem, verum post ingentem cædem. Hac ille spe nisus, acies instructa cum hostibus confligit, & multis barbaricis auxiliis amissis, magnum numerum hostium confixit. Ibi cum duces paucos superesse dicerent ad prælium instaurandum, consulerentque differendum bellum, ac primo vere exercitu coacto hostes obruendos esse multitudine, nequaquã placuit consilium fidelissimo Imperatori: negabat n. tantum crimen salutari Cruci adhærescere patiendum, & tantam vim confessione sua tribuendam Herculis simulacro. Nam Imperatoris Crux, Herculis autem simulacrum hostium copiis præferebatur. Quibus hac fide memoratis, cum reliquiæ exercitus tenues essent, & admodum animis omnes consternati, inuenta ædicula deprecatoria in montis vertice, vbi castrametabatur, totam noctem in illa supplicans omnipotenti Domino consumpsit. Mane autem cum galli cantare solent, somnus præter sententiam eum inuasit, humiq; stratus videre visus est duos viros candidis vestibus vectos equis albis, qui bono ipsum esse animo iuberent, & formidine pulsa, cum illuxisset, armatum exercitum, instructumque educere ad pugnam: se enim missos opitulatores, propugnatoresque ipsius, esseque vnum Ioannem Euangelistã, alterum Philippum Apostolum. Hoc viso conspecto, à supplicãdo non destitit Imperator, sed maiore cũ cura Deum precabatur. Idem visum & militi cuidã oblatum fuit, qui cum centurioni indicasset suo, adducitur ad tribunum, & mox ad ducem. Is rei nouitate motus Imperatori nunciat. At ille: Non m[illegible] inquit,

Crux in bello præfertur.

Apostoli Io. Euang. & Philippus præsto sunt Theodosio.

quit, cauſſa hoc iſte vidit, ego enim promiſſionibus victoriæ fidem habui: ſed ne quis putaret hoc viſum à me confictum eſſe, qui tantopere cuperem confligere: itaque & iſti opitulator imperii mei demonſtrauit, ne teſtimonii auctoritas deeſſet narrationi meæ. Mihi enim prius hoc viſum communis Dominus oſtenderat. Quare omni formidine abiecta, propugnatores & Principes belli ſequamur, neque quiſquam victoriam pugnantium multitudine æſtimet, ſed ductorum conſideret quiſque potentiam. Hæc & apud milites locutus, confirmatis omnium animis copias de monte produxit, Tyrannus quoq; de procul conſpecto hoſte, quem pugnaturum cerneret, ſuos inſtruit, ipſe collem occupat, iubet duces viuentem vinctumque Imperatorem ſibi adducere. Moribundus enim & cupidus, inquit, vitæ finiendæ nobiſcum ille congreditur. Sed iam ordinibus diſpoſitis, multis partibus vincebant hoſtes numero, & Imperatoris copiæ ita conſtiterant, vt poſſe numerari viderentur: cumque iam pugna vtrinque inciperet, & tela coniicerentur, manifeſtam promiſſionis ſuæ fidem fecerunt propugnatores illi. Coorta enim vis venit contraria hoſtibus auertit ſagittas illorum & baliſtas ac haſtas, neque vllius teli vſus erat, neque legiones vel ſagittarii, vel funditores nocere Regis poterant copiis: quin etiam illatus puluis ingens in ora hoſtium oculos aperire non ſinebat, cogebatque defenſionem palpebrarum ad oppugnatos illos adducere. At regius miles, nullo affectus tempeſtatis tantæ detrimento, confidenter ad cædem hoſtium graſſabatur. Quæ re animaduerſa, & perſpecta opitulatione diuina, abiectis armis ad petendam ſalutem hoſtes conuertebantur. Quam leni animo Rex concedens celeriter adducere ad ſeſe Tyrannum imperat. Ibi illi procurrentes ad tumulum, quē Tyrannus inſederat, ignarus omnium, qui iam incitatos ac anhelantes aduenire cernens ſperaret properare ad ſe nuntios victoriæ. Quærit igitur anne & Theodoſium vinctum, vt iuſſi ſunt, adducant. At illi: Non eum quidem nos inquiunt, ſed ad ipſum te adducimus. Hoc enim eſt imperium vniuerſum, hoc moderatiſſimum. Ita locuti de ſolio abrepto vincula coniiciunt, & abducunt captiuum illum, qui modo tam magnifice fuiſſet locutus. Tum Rex memoria illi reuocata delictorum in Valentinianum, & impia tyrannide, & ſcelerato bello aduerſus legitimum imperium obiecto, etiam Herculis exprobrata imagine, & vana fiducia illius, iuſtam & legitimam contra eum ſententiam pronuntiauit. Sic erat Theodoſius & in pace & in bello, qui & ſemper peteret diuinum auxilium, & nunquam illo fraudaretur.

Victoria Theodoſii longe præcognita.

Certamen Theodoſii cum Eugenio.

Theodoſii victoria cōtra Eugenium.

Eugenii infelix exitus.

X. *Sanctorum Georgii & Theodori martyrum auxilio Ioannes Zemiſces Imperator pro Romanis barbaros maximo prælio proſternit.*

Ex Ioan. Curopalate

Ope Sanctorum Martyrum Georgii & Theodori Ioannes Zemiſca Imperator ingenti gloria Roſſos & Bulgaros, Scythas, Turcas, & alios barbaros aduerſus Romanos ſimul fœdere iunctos numero trecentorum triginta milliummilitum, iteratis ſummo labore atque periculis ſæpe prælijs ſuperauit, atque ſumma religione, qua vicerat, triumphum parauit. Bellum accurate deſcriptū habetur à Iohan. Curopalate, ſigillatim cuncta, quæ facta ſunt ordine proſequente, quem, qui ea cupit, adeat: nobis ad inſtitutū hæc ſatis ſciſſe: nimirum, ancipiti prælio & certamine dum diu multumq; pugnatum eſſet, diuinum auxilium certis ſignis Romanis adfuiſſe, quib. adiuti vicere penitus barbaros. Quæ nam aūt fuerint iſta diuina ſubſidia opportuno allata tempore, audrab eodem auctore Curopalate. Fertur inquit, diuinam opem tum Romanos eſſe conſecutos, turbo enim quidam à Noto vento in ora Scytharum conſtitit, haud permittens eos captis vti in bello conſiliis. Et vir quidam conſpectus eſt ab omni Romanorū exercitu equo albo vectus in anteſignanis pugnare, hoſtiumque commouere ac perturbare phalanges, nulli prius aut poſtea cognitus, quem aiebant vnum eſſe ex glorioſis Martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus contra hoſtes vtebatur ſemper Imperator. Etenim forte accidit, vt hoc prælium ea die committeretur, qua celebrare memoriā militis conſueuimus. Cum & mulier quædam nobilis Byzantii, ſupremæ poteſtatis, per viſum illud ita eſſe confirmabat, vna ante congreſſum die in ſomnis ſibi viſa Dei genitrici præſto eſſe, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore, me ac tuus Ioannes in periculo verſatur: ad eius auxilium propera. Orto ſole eadem mulier vicinis rem patefecit: & quæ ſunt viſa hęc fuere. Funduntur rurſum Scythæ, qui clauſas vrbis portas cōperientes à Sclero duce per planitiem diſſipati, mutuoq; conculcati interfecti ſunt, & à Romanis cæſi numero infiniti, vulnerati autem fere omnes. Martyri autem debitum reddens honorē Imperator, & auxilii præmia rependens, templum illud, vbi ſanctum eius corpus conditū eſt, à fundamentis euerſum, maius, pulcherrimumq; ædificauit, attributis ei magnificis poſſeſſionibus, quod etiam pro Euchanen Theodoropolim appellauit. Vrbis Archiepiſcopus cum Synodo, & omnes qui magiſtratum gerebāt, cum pæanibus & victoriæ laudibus Io. Imperatorem excepere coronas afferentes, parato quadriiugo curru admodū decoro, in quem eum conſcendere volebāt & ita triumphū agere Imperatorem. Ipſe vero nihil quod magnificum eſſet; approbans, ſeque moderatū cupiens oſtendere; allatas coronas accepit, & equo albo vectus triūphauit. In curru vero impoſitis Bulgarorū veſtib. & ſuper ipſis Dei genetricis imagine, vt ciuitatis patronæ, ipſum præire iuſſit. Cumq; ad locum, quod forum dicitur, peruenisſet ſatis celebratus, Deo Patri, & eius Filio, Spirituiq; ſancto actis gratiis ob victoriam conſequutam, inſignia Bulgarici imperii in conſpectu ciuium Boriſem Regem Bulgarorum exuens, hæc autem erant aurea corona & tia-

& alii, Barto. an Do 971. 15 16.

Ioan Zemiſcis expeditio in Barbaros.

Theodori martyris auxilio Io. Zemiſces hoſtes vincit.

Templum gratitudinis ergo pro victoria à Io. Zemiſce erectum.

Triumphus religioſus Zemiſcis.

Gratiarum actio pro victoria parta

& tiara ex byssino filo contexto, & purpurea calceamenta) inde ad magnum templum profectus, ibique Bulgarica corona pro munere Deo dicata, promotoque Borisi ad magistrorum dignitatem, in Regiam se recipit. Et paulo post: Imperator autem actis gratiis Saluatori Christo ob parta trophæa, templum super æream aspidem nouum construxit, nulli sumptui parcens aut ornamento. Remisit etiam iis qui tributa pendebant: imperauit item in numismate, aureo scilicet solido, atque in obolo sculpi Saluatoris imaginem, quod antea factum non fuerat: in cuius altera parte hæ litteræ inscribebantur: *Christus Rex regum*, & hoc subsequentes obseruauerunt Imperatores.

Imago Saluatoris in numismate sculpta.

XI. *Ope D. Ambrosii Mascezilus Gildonem Tyrannum superat.*

His subiungenda videntur quæ diuina operante virtute à Mascezile aduersus Gildonem tyrannum facta sunt, ab Orosio hoc modo descripta: Ardalio fluminis est nomen, quod fluit inter Thebastem, & * Merrideram ciuitates, vbi Mascezil cum parua manu, hoc est, cum quinque millibus, vt aiunt, militum, contra septingenta millia hostium castrametatus, cum interiecta mora excedere è loco, oppositasque prætacentis vallis angustias transgredi vellet, incurrente nocte beatum Ambrosium Episcopum Mediolani paulo ante defunctum per somnium sibi videre visus est, significantem manu & impacto ad humum terbaculo, dicentem: Hic, hic, hic. Quod ille prudenti coniectura intellexit, merito annuntiantis fidem victoriæ verbo locum, numero diem significari. Substitit, ac tertio demum die, post noctem orationibus hymnisque peruigilem, ab ipsis cœlestium Sacramentorum mysteriis in hostem circumfusum processit: & cum ad eos, qui primi occurrerunt, pia pacis verba iactaret, signiferum quendã insolenter obsistentem, & iam iamque pugnam excitantem gladio percussit in brachio, eumque manu debilem ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. Quo viso reliquæ cohortes deditionem iam fieri priorum existimates, certatim sese ad Mascezilem signis tradidere conuersis. Barbari, quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat defectu militum destituti, in diuersa fugerunt. Gildo & ipse fugam molitus, arrepta naui, vt in altum prouectus, ac deinde reuocatus in Africam est: post aliquot dies strangulatus interiit. Periclitaremur sub tantorum miraculorum relatu, quasi præsumpta mentiendi impudentia, nisi adhuc vocem nostram conscientia eorum, qui interfuere, præcurreret. Nullæ aguntur insidiæ, nulla corruptio: septuaginta millia hostium vincuntur pœne sine pugna. Fugit victus ad tempus, ne plus audeat victor iratus. Traportatur in diuersum locum, vt nesciat frater occidi, quo vindicatur occiso.

Orosius l. 7. c. 36. Bar. to. 5. ad an. Do. 398. 33. 34.

* *al.* Ammederam.

B. Ambrosii ope Mascezil insperata pœnitet victoria.

Gildo vincitur & strãgulatur.

XII. *S. Isidori subsidio pauci Christiani plurimos Saracenos superant.*

Adefonsus Imperator tota mente diligebat Dominum, ideo Sanctorũ auxilium manifestum meruit habere ipse dilectus à Deo. Cum enim Baeciam obsedisset, & milites sui defluxissent ab eo, & esset cum paucis, innumerabiles Saraceni conglobati accesserunt ex ipsa ciuitate, vt ipsum cum suis raperẽt, tunc apparuit ei B. Confessor Isidorus, dum dormiret, & ne timeret multitudinem Saracenorum, hortabatur: sed viriliter primo mane cum Saracenis confligeret: quia sicut fumus euanescerent à facie eius, & in ipsa die caperent ciuitatem. Imperator autem tanta visione confortatus in Domino, primo mane inito certamine cum Barbaris, statim terga dederunt Saraceni, nostris relicta innumerabili multitudine spoliorum, statimque tradiderunt vrbem pro vita tantummodo supplicantes. Imperator destruxit ipsam Baeciam, & multa castella Maurorum & terras destruxit, captiuauit & occidit. Post hæc Legionem reuersus cum magna gloria, statuit fraternitatem fieri in ipsa ciuitate ob memoriam tanti miraculi, & ob honorem S. Isidori Confessoris.

Lucas Tudensis in chron. mundi.

Deo Dilecti merentur à sanctis iuuari

S. Isidori ope Adefonsus Saracenos vincit.

XIII. *S. Martini inuocatione Ecdicius cum paucis contra hostes victor exuit.*

Sub annum Christi Domini quadringentesimũ sexagesimum sextum, Leonis vero Imperatoris decimum, Enarichus Gothorum Rex, Hispanis incursione vastatis descendit in Gallias, atque Aruernum obsedit: cum vir clarissimus Ecdicius Dei virtute confisus, magno miraculo ingentem hostium numerum, summamq; ipsorum potentiam, longe dispari paucitate militum atque virium superauit, non quidem casu tentata (vt dici solet) fortuna, neq; temeraria furentis ducis audacia, sed ingenti spe ex Diuinitatis inuocatione concepta, cuius nutu vnus vincit & persequitur mille, & duo fugant decem millia. Quæ eadem confirmantur à Gregorio Turonensi in miraculis sancti Martini verbis istis: Ecdicius (licet Egidius deprauate legatur) quoque cum consideretur ab hostibus, & excluso à se solatio, turbatus impugnaretur, per inuocationem beati viri (sancti Martini videlicet) fugatis hostibus liberatus est. Idque dœmoniacus in medio ecclesiæ, ipsa hora, qua gestum fuerat, est professus, sancti Martini obtentu hoc fuisse concessum.

Sidonius l. 3. epist. 3. Greg. Tur. tract. de miracul. S. Martini Baron. to. 6. an. do. 466.

D. Martini auxilio Ecdicius hostes fugat.

XIV. *De S. Sabino, qui exaudit & iuuat in bello Ducem Spoletanum adhuc gentilem.*

Anno Domini sexcentesimo secundo, Ariulphus Dux Spoletanus cum bellum contra Romanos in Camarino gessisset, victoriamque patrasset, requirere à suis hominibus, quisnam vir ille fuisset, quem in prælio, quod gesserat, tam strenue pugnantem vidisset: cumque sui responderent, se illic nullum fortius bellantem quam Ducem ipsum vidisse, ille ait: Certe nullo per omnia meliorem ibi alium vidi: qui quoties me aduersæ partis aliquis petere voluit, me semper suo clipeo protexit: cum-

Paul. Diac. l. 4. ca 5. Bar. to. 8 an. Do. 602. nu. 2.

cumque Dux ipſe prope Spoletum, vbi baſilica beati Martyris Sabini Epiſcopi ſita eſt, in qua eiuſdem venerabile corpus requieſcit, aduenifſet: interrogauit cuius illa tam ampla domus eſſet. Reſponſum eſt ei à viris fidelibus; Sabinum ibi martyrem requieſcere; quem Chriſtiani, quoties in bello contra hoſtes irent, præſidium haberent, ac eum propterea in auxilium inuocarent ſuum. Ariulphus vero cum adhuc eſſet Gentilis, ita reſpondit: Et poteſt fieri, vt homo mortuus aliquod viuentibus auxilium præſtet? Qui hoc cum dixiſſet, equo deſiliens, eandem baſilicam conſpecturus intrauit. Tunc aliis orantibus, ipſe baſilicę eiuſdem picturas mirari cœpit. Qui cum figuram beati martyris Sabini cõſpexiſſet, mox cum iuramento affirmauit, talem omnino eum virum, qui ſe in bello protexerat, formam habitumq; habuiſſe: tuncque intellectum eſt, Martyrem Sabinum eidem in prælio adiutorium contuliſſe.

S. Sabini Ep. ſubſidio Spoletano Duci adhuc gentili opitulatur in bello.

XV. *Sancta Thecla beneficio Zeno Baſiliſcum ſuperat, ac imperium recipit.*

Euagr lib. 3. c. 8. Baron. tom. 6. ann. Dom. 477.

Poſtquam Baſiliſcus Tyrannus duobus fere annis imperium vi occupaſſet, à Zenone tãdem armis depulſus eſt. Id autem non niſi ſuperum nutu factũ eſſe intercedente apud Deum pro Zenone ſancta protomartyre Thecla probauit euentus: nam de ea iſta habet Euagrius: Zeno vero per viſionem (vt fertur) conſpicatus ſanctã, ſtrenuam, & eximiam Martyrem Theclam, non ſolum ipſum impellentem, verum etiam pollicentem reſtitutionem, verſus Conſtantinopolim exercitum ducit. Atque viris qui illum obſidebant, muneribus inductis, Baſiliſcum, cũ iam biennio regnauerat, Imperio exturbat, & ad ſacri templi adyta confugientem hoſtibus auferendũ tradit. Quam ob cauſam Zeno egregiæ Martyri Theclæ ampliſſimum templum ſplendore & pulchritudine eximium Seleuciæ vrbis Iſauriæ dedicauit, pluribusq;, ac plane regalibus monumẽtis, quæ ad noſtram vſque ætatem ſeruata ſunt, exornauit.

S. Theclæ ſubſidium in Zenonẽ Imperatorem.

Zenonis Imp gratitudo erga S. Theclã.

XVI. *Miles in conflictu per merita S. Theclæ à cade diuinitus liberatur.*

Ex Prat. Spirit. Seph cap 20. Baron. tom 7. ann. Dom. 540. 44.

Narramit nobis quidam Patrum, accepiſſe ſe à quodam milite, quod cum bellũ in Africa gererent Romani cum Mauritanis, victiq; fugarentur à barbaris, ac plurimi illorum paſſim cæderentur, ipſum quoq; vnus ex barbaris nactus, haſtam, vt illum feriret, vibrare cœpit. Quod ille cum cerneret, orare Deum cœpit, ac dicere: Domine Deus, qui apparuiſti ancillæ tuæ Theclæ, & eripuiſti eam de iniquorum manibus, libera & me de hac neceſſitate, & ſalua ex hac acerba morte, mox ibo in eremum, & agam vitam ſolitariam. Conuerſus autem neminem ex barbaris vidit. Itaq; continuo venit ad hanc eram Cupatha: manſeratque iam in ſpelunca, Dei ſe protegente gratia, annos triginta quinque.

S. Theclæ beneficio miles à periculo vitæ liberatur.

TIT. XLIX. De patrocinio Sanctorum in morte Catholicorum.

EXEMP. I. *Vt D. Iacobus Apoſtolus peregrinum exhalantem animam è damonis faucibus eripuerit.*

HVgo Pariſienſis ſancti Victoris Canonicus, religione & litterarum ſcientia clarus, & in ſeptẽ liberalium artium peritia nulli ſui temporis ſecundus obiit: qui inter multa, quæ vtiliter ſcripſit, etiam librum de Sacramentis valde neceſſarium duobus voluminibus comprehenſum edidit, in cuius libri volumine ſecundo quiddam mirabile inſexuit, de quodam peregrino, quem diabolus in ſancti Iacobi ſpecie apparens ad hoc ſeduxit, vt propria manu ſe interficeret: cumque eum diabolus ſecum traheret, ſanctus Iacobus ſuperueniens eripuit eum de manu illius, & multa ei oſtendens ante iudicium Dei ſtatuit, atque vt denuo vitæ redderetur, obtinuit.

Chron. Sigeberti, ad an. Dom. 1140.

D. Iacobus peregrino morienti adeſt.

II. *Vrſino Presbytero hinc decedenti adſunt Apoſtoli Petrus & Paulus.*

Sed neque hoc flebo, quod vir venerabilis Abbas Stephanus, qui non longe ante hoc tempus in hac vrbe defunctus eſt, quem ipſe etiam bene noſti, in prouincia eadem Nurſiæ contigiſſe referebat. Aiebat enim, quod illic presbyter quidam commiſſam ſibi cum magno timore Domini regebat eccleſiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram ſuam vt ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem cauens, ad ſe propius accedere nunquam ſinebat, eamque ſibimet appropinquare nulla occaſione permittens ab ea ſibi familiaritatis communionem abſciderat. Habent quippe ſancti viri hoc proprium: nam vt ſemper ab illicitis longe ſint, à ſe plerumque etiam licita abſcindunt. Vnde idem vir ne vnquam per eam incurreret culpam, ſibi etiam per illam miniſtrari recuſabat neceſſaria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longam vitæ impleſſet ætatem: anno quadrageſimo ordinationis ſuæ inardeſcente grauiter febre ad extrema deductus eſt. Sed cum eum presbytera ſua conſpiceret ſolutis iam membris quaſi in morte eſſe diſtentum, ſi quod adhuc ei vitale ſpiramen ineſſet, naribus eius appoſita curauit aure dignoſcere. Quod ille ſentiens, cui tenuiſſimus inerat flatus, quantulo adniſu valuit vt loqui potuiſſet, inferuefcente ſpiritu collegit vocem, atque erupit, dicens: Recede à me mulier, adhuc igniculus viuit, paleam tolle. Illa igitur recedente, creſcente virtute corporis cum magna cœpit lætitia clamare, dicens: Bene veniant Domini mei, Bene veniant Domini mei; quid ad tantillum ſeruulum veſtrum eſtis dignati inuenire? Venio, venio; gratias ago; gratias ago. Cumque hoc iterata voce crebro repeteret, quibus hoc diceret, noti fui, qui illum circumſtete-

Greg. Magn. lib. 4. dialog. cap. 11.

Vrſini preſbyteri obitus.

Vrsinus presbyter moriens videt adstantes Petrum & Paulum.

steterant, requirebant. Quibus ille admirando respondit, dicens: Nunquid hic conuenisse sanctos Apostolos non videris: beatum Petrum & Paulum primos Apostolorum non adspicitis. Ad quos iterum conuersus dicebat: Ecce venio, ecce venio, atque inter hæc verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos Apostolos viderat, eos etiam sequēdo testatus est. Quod plerumq; contingit iustis, vt in morte sua Sanctorum præcellentium visiones adspiciant, ne ipsam mortis suæ pœnalem sententiam pertimescant, sed dum eorum menti internorum ciuium societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris & formidinis fatigatione soluantur.

III. *Sanctus Iuuenalis & S. Eleutherius martyres Probo decedenti apparere visi.*

Idem ibid. cap. 12.

Qua de re neq; hoc silēam, quod Probus omnipotentis Dei famulus, qui nunc in hac vrbe monasterio præsidet, quod appellatur Reatum, de Probo patruo suo Reatinæ ciuitatis Episcopo mihi narrare consueuit, dicens: Quia appropinquante vitæ eius termino eum grauissima depressit ægritudo. Cuius pater nomine Maximus pueris circumquaq; transmissis colligere medicos studuit, si forte eius molestię subueniri potuisset. Sed congregari vicinis locis vndique Medici ad tactum venæ denuntiauerunt eius exitum citius affuturum. Sed cum iam tēpus refectionis incumberet, atque diei hora tardior excreuisset, venerandus Episcopus de illorum potius quam de sua salute solicitus, eos qui aderant, admonuit cum sene parte in superioris episcopii sui partes adscendere, seq; post laborem reficiendo reparare. Omnes igitur adscenderunt domum, vnus ei tantummodo paruulus relictus est puer, quem nunc quoq; prædictus Probus asserit superesse. Qui dum lecto iacētis adsisteret, subito adspexit intrantes ad virum Dei quosdam viros stolis cādidis amictos, qui eundem quoq; candorem vestiū vultuum suorum luce vincebant. Qua splendoris etiam claritate perculsus, quinam illi essent, emissa cœpit voce clamare. Qua voce etiam Probus Episcopus commotus intrantes eos conspexit & agnouit, atq; eundem stridentem vagientemque puerum consolari cœpit, dicens: Noli timere: quia ad me sanctus Iuuenalis & sanctus Eleutherius martyres venerunt. Ille autem tantæ visionis nouitatem nō ferens cursu concito extra fores fugit, atq; eos quos viderat, patri ac medicis nuntiauit. Qui concite descenderunt, sed ægrum quem reliqueranr, iam defunctum inuenerunt, quia illi eum secum tulerant, quorum visionem puer ferre nō potuit, qui hic remansit.

Puer sanctos martyres videt morienti præsto esse.

IV. *De sanctis Confessoribus, qui sancto Aredio è vita migranti adfuerunt.*

Greg. Turon. hist. lib. 10. c. 29. Baron. tom. 8. sub ann. Do. 595.

Anno Dominicæ incarnationis quingentesimo nonagesimo quinto, Aredius terras relinquens, vocante Domino, migrauit ad cœlum. Tempore cuius Lemouicinæ vrbis incola fuit, non mediocribus regionis suæ ortus parentibus, sed valde ingenuus. Hic relicto Regis palatio virum eximiæ sanctitatis Nicetium Episcopum Treuiricensem (vt ipse ab eo præceptū fuerat, eo quod in eius vultu nescio quid diuinum cerneret) secutus est. Ab hoc ergo beato Sacerdote correctus, ab eo doctus, ab eo imbutus: ac in diuinis voluminibus ab eodem exercitatus multas virtutes, Christo cooperante, compleuit. Aduenit autē quodam tempore Turonos post festiuitatē sancti Martini: ibiq; paululum commoratus, prædixit, se haud longæuo tempore adhuc in hoc mundo retineri, ac certe velocius dissolui: & valedicens, abscessit, gratias agens Deo, quod priusquam obiret sepulcrum beati Antistitis osculari promeruisset: cumq; ad cellulam suam accessisset, testamento condito, ordinatis omnibus, ac sancto Martino Hilarioq; Antistitibus hæredibus relictis, ægrotare cœpit, ac dysenteriæ morbo grauari. Sexta quoq; ægrotationis eius die, mulier quæ à spiritu immundo sæpius vexata à sancto emundari non poterat: ligatis per se à tergo manibus, clamare cœpit, ac dicere: Currite ciues, exilite populi, exite obuiam martyribus Confessoribusque, qui ad exequium beati Aredii conuenerunt. Ecce adest Iulianus à Briuate, Priuatus ex Mimale, Martinus à Turonis, Marrialisq; ab vrbe propria: adest Saturninus à Tholosa, Dionysius ab vrbe Parisiaca: nonnulli & alii, quos cœlum retinet, quos vos vt Confessores & Dei Martyres adoratis. Hæc cum in exordio noctis clamare cœpisset, à domino suo reuincta est: sed nequaquam potuit contineri. Quæ rumpens vincula ad monasterium cum his vocibus properare cœpit: moxq; beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sit susceptus ab Angelis.

Osculatio sepulcri S. Martini.

Dæmoniaca vaticinatur. Aredio hinc migrāti præsto sunt varii sancti.

V. *Paulino Epis. Nolano vita cessuro apparent S. Ianuarius, & S. Martinus eum abducturi.*

Sur. in vita eius, tom. 4. 22. Iunij. Baron. tom. 5 sub ann. Dom. 431.

Cum ante triduum, quam de hoc mundo ad cœleste habitaculum vocaretur sanctus Paulinus Nolanus Episcopus, iam de salute eius omnes desperassent, & duo ad eum Episcopi visitandi studio conueniissent, id est, sanctus Symmachus, & Benedictus Hyacinthinus, ita in eorum aduentu recreatus atq; refectus est, vt oblita omni carnali infirmitate, totum eis atq; Angelicum exhiberet affectum. Et quasi profecturus ad Dominum, iubet sibi ante lectulū suum sacra mysteria exhiberi, scilicet vt vna cum sanctis Episcopis oblato sacrificio animam suā Domino commendaret: subito clara voce interrogare cœpit, vbi essent fratres sui: Tunc vnus ex circumstantibus qui putauit, quod fratres suos, id est, Episcopos qui tunc aderant, quæreret, ait illi: Ecce, hi sunt fratres tui: At ille: Sed ego nunc fratres meos Ianuarium atq; Martinum dico, qui modo mecum locuti sunt, & continuo ad me venturos se esse dixerunt, è quibus Ianuarius Episcopus simul & martyr Neapolitanæ vrbis illustrat ecclesiam: Martinus autem vir per omnia Apostolicus (cuius vita ab omnibus legitur) Galliarum Episcopus fuit.

Visitatio ægrorum.

S. Ianuarius & S. Martinus Paulino adsunt morienti.

VIDE Vr-

VI. *S. Vrsula eiusque socię morienti sorori benigne suffragantur, quæ eas viuens pio cultu prosecuta erat.*

Thom. à Cantiprato lib. 2. Apum. cap. 53. 7. Bredenb. Collat. sacr. lib. 4. cap. 37. S. Vrsulam & socias colens earũ in morte experitur patrociniũ.

Bruxella vrbs est magna, & nobilis Brabantiæ. In hac hospitale est pauperum præcipuæ charitatis, & religione præclarum. In isto Soror quædã fuit multo labore saragens, quæ graui infirmitate detenta humanis rebus exemta est: cumq; ab hora diei tertia vsq; post vesperas mortua iacuisset, reuixit subito, & erexit se, conuocatisque Sororibus, & omnibus, qui præsentes erant, dixit: Virginalem illum exercitũ Colonienſem viuens quotidie venerata sum, & earum precibus nunc ab expiatoriis pœnis liberata sum, & ad hoc ad vitã redire compulsa, vt omnibus earum memoriam digne habentibus affutura in morte suffragia nuntiarem, dummodo è vita tales exeant, quibus oratio suffragari possit. In hoc testimonio reddo spiritum iterato. Atque ita denuo defuncta quieuit.

VII. *De quodam viro pio cultui D. Barbaræ addicto, qui absq; sacramentali confessione mori non potuit.*

Ioan. Nider. formicarij, lib. 4. cap. 2. Tempore quo in Vniuersitate Colonienſi nostræ facultatis, Theologicæ nimirũ, primum studui, nobilem iuuenem quendam studentem artibus humanioribus noui, fide dignum valdè, cuius relatione didici, quæ sequũtur. Fuit, inquit, nuper circa Ercklentz in partibus inferioribꝰ Alemaniæ quidam singularis simplicianus, qui per orationes & ieiunia sæpe solebat B. Virgini Barbaræ præstare specialia obsequia, in quibus ipse exorabat simpliciter, humiliter, & perseueranter, vt sibi Virginis intercessione donaretur sine Sacramentis pœnitentiæ & Eucharistiæ ex hac vita non migrare. Premere cœperunt interea terram præfatam, & adiacentem patriã guerræ duorum nobilium, se vbi poterant in rebus & hominibus ad inuicem inuadentium. Captiuauit autem vna die dominus vnus ex eisdem sui aduersarii plures viros, inter quos etiam B. Barbaræ famulus detentus est, & vna cum aliis incarceratus est, addebanturq; dietim noui captiui veteribus. Et victu qui parcissimus fuit, & inhumanus, ex caristia non augebatur, sed minuebatur quotidie, adeo vt præ fame & inedia multi aliquoties mortui in carcere reperirentur: & ne fœtore reliquos læderent, per cistodes carceris eiiciebantur. Inter deficientes autem præ fame cœpit ille esse beatæ Barbaræ fidelis, qui prope ad duodecimum diem vel circiter vltra humanæ naturæ fortitudinem, sine cibo viuebat, quẽ cum custodes carceris sæpe vidissent, & iudicassent in crastinum moriturum, vélut alios eiiciendum, protelationem vitæ tandẽ admirantes, ei dixerunt: Quomodo, quæsumus, accidit nobis tecum dicto. Vltra humanam valetudinem iam tot diebus nihil gustasti, mortuo similior es, quam viuo: nec vlla spes est de tua conualescentia, vnde ergo viuis diutius aliis? Qui respondit: Dudum à vobis dereliqui, vt sacerdote vocato confiterer, & viaticum sumerem fidelium, sed proditionem verentes, mihi petitum negastis: Beatæ Barbaræ diu seruus extiti, quæ me sine dictis sacramentis, scitote, migrare non sinit. Quo audito Capitaneum castri accesserunt, historiam narrauerunt, & difficulter, vt cõfessor admitteretur, obtinuerunt. Confessione Sacramentali igitur peracta, mori non poterat, quem beata Virgo sui sponsi viatico præmuniri volebat. Nam exesis fame carnibus, moribundus iacebat, sanari alias nequibat, & mori nemo dabat. Tunc iterum ad custodes clamabat: Viaticum, quæso: per Sacerdotem mihi porrigi curetis, & procul dubio vos fastidio, & ego morbis doloribus carebo. Admissus est igitur Sacerdos cum diuinissimo Eucharistiæ Sacramento, quo munitus infirmus statim requieuit in pace.

B. Barbaræ deuotus viuit duodecim diebus absque cibo in carcere.

Seruus B. Barbaræ mori nequit, nisi sacramentis communicatus.

TIT. L. Sanctos non esse iniuria afficiendos, contemnendos, aut negligenter colẽdos.

EXEMP. I. *Petrus vlciscitur in Bardam Imperatorem ob iniurias illatas Sedi Apostolicæ.*

NOn aliam ob causam, quam ob iniurias in sedẽ Apostolicam illatas, successoremque principis Apostolorum Petri, meruerunt Bardas atq; Michael Imperatores diuinitus missam, eamque durissimam subire vindictam: quod haud obscuris fuit manifestum indiciis, nec alicui alteri, quam ipsi Bardæ, ne reuocari posset in dubium, quod de se ipse, & contra se ipsum confessus esset. Audi igitur ex multis testibus historicis Græcis, eorum antiquiorem Ioannẽ Curopalatem: Signa, inquit primum Bardæ interitum portendentia hæc fuere, crinitum stellarum exortus, somniorum portentosa visio. Siquidem sibi visus est in somnis iste ad magnum tẽplum cum Michaele Imperatore accedere, quasi panegyris celebraretur. Vt igitur eo peruenere, & intra sacrum templum processere, existimabat se videre quosdã albis vestibus indutos, præeuntes, qui ipsum ducebant ad cancellos altaris, nihilque aliud conspexit, quam in throno Patriarchæ sedentem quendam sem, quem Petrum esse arbitratus est Principem Apostolorum, ad cuius pedes abiectus beatus Ignatius volutabatur, malo um, quæ sustinuerat, vltionem requirens: illum vero vna eorum qui aderant, Principes gladium dedisse, dixisseque hoc: Deo inuisum (ita schismaticum Bardam Cæsarem appellantem) in sinistro loco constitutum frustatim concide, impiumque filium (hoc nomine Michaelem Imperatorem indicantem) numera in iis qui sunt in dextera parte, sed simile supplicium sume: & somnium ita se habuit. Itaque non ita multo post homines gladiis strictis in se confertim inuadentes Bardas conspicatus, sibi moriendum sensit, seque ad Basilii, qui mox Imperator fuit, pedes abiecit. Verum ipsum inde abstractum frustatim concidunt: deinde genitalia ipsius membra hastæ appensa per exercitum traducunt.

S. Petrum Apostol. vltorem exoptant Principes gladium dedisse.

Bardæ Cæsaris miserandus interitus.

cunt. Ingens autem turba concitata est, quæ Imperatori periculum intentaret. Quam quidem vigilantissimus præfectus Constantinus, cum multis in medium confestim accurrens, sedauit, cum laudibus Imperatorem celebrans iusta nece occisum Bardam pronuntiasset. Atque ita Bardas periit.

II. *Sancto Ambrosio detrahentes graues pœnas diuinitus luunt.*

Ex Paulino in vita S. Ambrosii. Bar. 10 s.an. Do. 397.

Donatus Afer D. Ambrosio detrahens à Deo punitur.

Quæ Deus ostenderit signa aduersus eos, qui in sanctissimum Sacerdotem Ambrosium Episc. Mediolanensem post obitum obloqui non sunt veriti, Paulinus narrat his verbis. Donatus quidam, natione Afer, presbyter tamen ecclesiæ Mediolanensis, cum in conuiuio positus, in quo erant nonnulli militares religiosi, detraheret memoriæ sacerdotis, aspernantibus illis & deferentibus linguam nequam, subito vulnere percussus graui, de eodem loco, in quo iacebat, alienis manib. subleuatus, in lectulum positus est, atque in sepulcrum vsque perductus.

III. *Blitgarius irridens inuocantes S Remigium intumescit & crepat medius.*

Ex Hincmaro Epi. Rhem. B. 1 10. an. Dom. 843. 11.

Blitgarius irridens inuocationē S. Remigii crepat medius.

Licet non tam frequenter exerat Deus in pernicioſos vindictam, non tamen vsquequaque multa nostris temporibus deserit præsumtorum piacula. Nam Blitgarius quidam nuper mansum de thesauro ecclesiæ, in villa Tenolio, pretio apud Bernardum custodem obtinuit, vnde famulos S. Remigii cum flagellis eiecit. Clamantibus autem eis sanctum Remigium, vt eos adiuuaret, idem Blitgarius cum irrisione illis respondit: Modo patebit, quāliter vos sanctus Remigius adiuuabit. Videte quomodo in vestrum adiutorium venit. Et inter hæc verba cum maximo clamore ingemuit; & incredibiliter inflando intumuit, sicque medius crepuit, & mortuus est.

IV. *Pictor detrahens S. Cornelio castigatur, agnoscens culpam curatur.*

Ex Metaph. Sā. tom. 5. Sept. 13. c. 12.

S. Cornelio detrahentis pœna.

Postquam pius ille Eugenius excessit è vita, quēdam pictorem hortatur Philostorgius, vt & totum templum (in quo sanctus Cornelius tumulatus est) depingat, & beati Cornelii effigiem in eo diligenter exprimat, & quam fieri posset accuratissime oret, nempe vt is etiam senex pingeretur, & illi ipsi omnino similis. Rogabat ergo sanctum Eucratius (hic enim erat nomen pictori) vt ei suam reuelet speciem; quo eam apte & accurate depingeret, & simul adferebat mandatum Episcopi, & quasdam non nimis honorificas voces (mittebat in sanctum, animo ex omni parte perplexus, & valde tristis, & propterea quod nesciret illius speciem, & quod non posset cōsequi characteres & figuras vultus. Cum itaque aliquando cecidisset è scalis, quas ascendebat, iacebat, non spirans, & vermes alii quidem per os proreprabant, alii autem rursus ingrediebantur. Visa sunt autem hæc esse fructus illorum verborum maledicorum, quæ dolore affectus pictor dixerat. Sed ipse es omnino, ô Corneli, qui Demetrio grauiter in te prius spiranti vxorem & filium donasti. Quapropter non sustinuisti, vt huic pictori amplius produceretur supplicium. Cum enim die sequenti apparuisset, & manum dexteram eius apprehendisset, eum surgere fecit, velut dormientem, & hæc duo fecit maxima. Nam & intemperantem eius linguam castigauit, & curauit dolorem ac ægritudinem, quam acceperat, propterea quod nesciret, quomodo pingeret, non in figura, imagine & similitudine, sed vere cum eo congressus & forma quali esset, ostendens. Quin etiam ipse pictor visus est rursus sanus & saluus, & omnino liberatus à vermibus, & rursus artem suam est aggressus.

Pictori intemperātioris linguæ pœna remissa.

V. *Sabinianus hæresiarcha miro modo capite truncatur, ob iniuriam D. Hieronymo illatam.*

Sabellicus li. 5. ca. 4. Mar. Marulus lib. 2. cap. 11.

Post Diui Hieronymi obitum, hæresiarcha quidam Sabinianus opusculum execrandi dogmatis à se confectum, quo errori suo adsciscret auctoritatem, à Hieronymo editum asseuerabat. Eum autem falsitatis palam arguens Syluanus Nazarensis Episcopus, proposuit conditionem, vt nisi librum illum die crastino ipse Hieronymus ostento manifesto reprobasset, tum se pœnam capitalem subiturum: sin è contra, idem supplicii genus pro mendacio Sabinianus referret. Qui cum tale miraculum nunquam euenturum timeret, sed magis speraret Syluani exitio suam sententiam firmam fore, accepit conditionem. Dies præstituta venit, ad ecclesiam frequentes conueniunt, signum nullum apparet. Syluanus ex pacto ad supplicium poscitur, præbet ceruicem mori pro veritate paratus. Sed præsto illi fuit Hieronymus, cunctisque cernentibus tenuit spiculatoris manum iam ad feriendum erectam. Mox ad hæreticum conuersus, acerrime illum increpuit, doli & fallaciæ accusans. Abiit visio, & maius secutum est miraculum: Sabiniani caput, nemine percutiente, ab humeris auulsum in terram procidit. Denique quiaderant Orthodoxi, pro victoria quam paulo ante desperauerant, Deo & diuo Hieronymo gratias egerunt. Reliqui ad Syluanum confugientes illius fidei sese dedidere. Et pernicioſissimus error (qui iam late manare cœperat) vna cum suo auctore extinctus defecit.

Sancti vlciſcuntur de iniuria ſibi illata.

VI. *Quidam B. Francisci Assisiatis sanctitatem impugnans, sibi ipsi mortem infligit.*

Aloys. Lip. & D. Bonauent. in vita eius lib de mirac. apud Sur. tom. 5. Octob. 4.

Miles quidam in Prouincia Massæ Beati Francisci operibus, & miraculorum signis impudentissime detrahebat. Inferebat multa opprobria peregrinis ad ipsius memoriam venientibus, & contra fratres publica garriebat insania. Cum autem semel sancti Dei gloriam impugnaret, addit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si verum est, inquit, quod Franciſcus iſte ſit ſanctus, gladio cadat hodie corpus meum: ſi vero ſanctus non eſt,

Blaſphemus in S. Franciſcū.

cuaſum

Assistatem sibi ipsi mortem infert.

euadam incolumis. Non distulit ira Dei condignũ inferre supplicium: cum iam facta fuisset oratio in peccatum. Mora enim modica interiecta, dum blasphemus nepoti suo inferret iniuriam, accepit ille gladium & patrui viscеribus cruentauit. Eodem die mortuus est sceleratus, Inferni mancipium, & filius tenebrarum, vt cæteri discerent miranda Francisci opera non blasphematoriis verbis impetere, sed deuotis laudibus honorare.

VII. *Exemplum terribile Fomittentis solita D. Barbaræ obsequia in apostasia mortui.*

Ex formicario Io. Nider. S. Theol. Doctor. li. 4. c. 3.

Tempore meo in conuentu Eistetensi nostri Ordinis quidam frater professus fuit, qui aliquamdiu beatæ Barbaræ virgini quibusdam sanctis exercitiis crebra præstitit obsequia, per quam à multis præseruabatur malis. Torpore autem corporis tandem victus, præfata omittere cœpit obsequia, & segnitiei intendere. Hinc dicta beata virgo sibi apparens in somno excitauit, & ei dixit, quemadmodũ ipse post-ea retulit: Tu consueris obsequiis dereliquisti me, & ego solitis adiutoriis destituam te. Hoc flebili audito oraculo territus Frater fuit, sed negligentiam non correxit, nam paulo postea Iquitatibus deditus Ordinis habitũ reiecit, & diu apostatauit. Tãdẽ iam in anima & corpore ægrotans venit ad ciuitatem Nurembergensem sine Ordinis habitu, & ibi ignotus iacens extremis suis propinquare cœpit. Missum est ad conuentum nostrum ibidem pro fratre Conrado viro prudenti, vt infirmo consuleret, quem in Apostasiæ vitio quidam esse notauerant: quo percepto frater Cõradus habitum Ordinis specialem abscondite tulit, & apostatæ, modis quibus valuit, suadebat reinduitionem sui Ordinis. Viso autem habitu, nescio quo instinctu dęmonis, vel infirmitatis, miser, velut equus vmbraticus vestem sanctæ religionis temerarie abiecit, dicens: Cur, inquit, modo me vultis confundere: recedite, recedite, quia ita fiet nullatenus. Mœsto itaque patre abscedente miser & ægrotus statim agonizauit, & ita spiritum efflauit.

Sanctorum cultum negligens ab iisdem negligitur.

Apostatæ miser exit°.

De Sacris Reliquiis.

TIT. LI. De sacrarum reliquiarum veneratione.

Exod. 13. *Moyses discessurus cum populo ex Ægypto in Palæstinam, noluit ibi relinquere ossa sancti Ioseph iam dudum mortui.*

4. Reg. 13. *Cum Iosias Rex delubra idolorum euerteret, & omnem idololatriam delere vellet, pseudoprophetarum quidẽ mortuorum ossa effodit ac in cineres redegit, sancti tamen Prophetæ ossa ibidem reperta asseruauit.*

EXEMP. I. *Reliquiæ Sanctorum iudicio Episcopi debent in ecclesiis collocari, vt ibi honorentur.*

LEo Imp. legem edidit de honore & cultu exhibendo defunctorum corporibus, qui in Domino mortui sunt, quæ sic habet. Decernimus ne quisquam in ædes publicas vel alia loca populi voluptatibus fabricata venerabilem Crucem & sanctorum martyrum reliquias illicite inferre conetur, sed in religiosis ædibus, consultis tamen prius, vt oportet, religiosissimis Episcopis.

Lib. 1. Codicis li. 2. 6. c. Decernimus. tit. 6.

II. *Samuelis Prophetæ reliquiæ ab Arcadio Imp. honorantur.*

Arcadius Imperator Samuelis Prophetæ ossa à Iudæa Constantinopolim transtulit tam hilariter occurrentibus populis, ac si eum adhuc viuentem cernerent.

Sigebertus in Chron. an. 406.

III. *Antiquam esse Ecclesiæ consuetudinem, Sanctorum reliquias thecis argenteis includere.*

Simeon Metaphrastes scripto mandauit in vita b. Lucæ Euangelistæ, quod Constantius tertius Imp. Constantini Magni filius, circa patris sui sepulcrum templum maximum à fundamentis extruxit, quod sanctum Apostolorum templum nominatum fuit: quod in eo reliquias SS. Andreæ Apostoli, Lucæ & Timothei è variis locis translatas honorifice ac magnifice vna reponi iussit. Multis vero postea temporibus, Iustinianus, assumptis Imperii sceptris, multo adhuc amplificentius circa hæc sacra Apostolorum corpora affigitur, & theca argentea ea concludens circa ipsum altare vehementi Dei amore reponit, nempe pretiosa in pretioso conditorio. Vbi à Christi fidelibus eo confluentibus impense honorantur.

Ex Metaphr. Aloysius Lo. 1 & Surius 18. Octob. Sacras reliquias thecis argenteis inuestire antiquum.

IV. *Reliquias sacras nonnisi à viris piis & Catholicis esse tractandas.*

Mira res, neque ea parua, sub Valente Augusto contigit, cum transferre Constantinopolim Ioannis Baptistæ caput vellet: currus enim, cui impositum erat, moueri loco nunquam potuit, itaque omittere coactus est opus, quod susceperat. Hoc autem ipsum caput postea facillime à Theodosio perlatum fuit: in eo enim diuinum numen ostendit, quantũ Valentem propter Arianam perfidiam abominaretur: & quantum propter fidei sinceritatem ac bonitatem Theodosium diligeret.

Baptista Fulgos. l. 1. c. 6.

Certo loco volunt sancti Reges tres suas reliquias honorari

Sicut Deos penates ex Alba Longa Lauinium vsque abducti erat, reuertisse creditur Pallas, ita verius Gothonis & Philippi Imperatorum bello, Coloniam vsque sunt redire in templum vndecim millium virginum trium Regum corpora ab Abbatia Fuldensi in Thuringia regione, ad quã à Colonia fuerant translata. Mane enim dum nocturni psalmi cantarentur, Abbas monachique eius monasterii egredi templo corpora ipsorum trium perspexere Regum, quæ nãdum [illegible] post Coloniæ in templo, vbi antea erant, fuerunt inuenta.

Idem ibid. Trium regum reliquiæ Coloniæ habentur.

VI. *Ob imploru præsentiam ab honorandis Sanctorum reliquiis non abstinendum.*

Ruffin. lib. 1. hist eccl. c. 35. Reliquiarũ SS. præsentia obmutescunt dæmones. Christiani à quo Galilæi dicti.

Dedit & aliud Iulianus Imp. vecordiæ suæ ac leuitatis indicium. Nam cum Daphnis in suburbano Antiochiæ iuxta fontem Castaliũ litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat responsa susciperet, causasque silentii percontaretur à sacerdotibus dæmonis, aiunt, Babylæ martyris sepulcrum prope adsistere, & ideo responsa non reddi. Tum ille venire Galilæos, (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre sepulcrum martyris iubet. Igitur ecclesia vniuersa cõueniens, matres & viri, virgines iuuenesque immensa exultatione succincti trahebant longo agmine arcam martyris, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui cõfidunt in simulacris suis. Hæc in auribus profani principis per sex millia passuum tanta exultatione psallebat omnis Ecclesia, vt cœlum clamoribus resultaret. Vnde & ille in tantam iracũdiæ rabiem deductus est, vt altera die comprehendi Christianos passim, & trudi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici.

VII. *Quanti fecerint sanctam lanceam, qua Christi latus apertum est, Reges ipsi & Imperatores ad præsidium belli.*

Apud Sur. to. 5. die 3. Oct. in gest. S. Gerardi. Baron. to. 10. an. Do. 929. 2. 3. ex Sigeb. an. Do. 929.

Henricus Rex Othonis Saxonum Ducis filius, vt erat Deum timens, & amator religiosis ecclesiasticæ, vbi percepit Rodulphum Burgundionum Regem habere tam cæleste & inæstimabile donum, quod idem Rodulphus pro summo amicitiæ munere à Sampsone Comite acceperat, missis ad eum Legatis, tentat, multis oblatis muneribus, si ab illo impetrare, & sibi aduersus tum visibiles, tum inuisibiles hostes, arma inuictissima triumphumque perpetuum reportare posset. At Rodulpho Rege se id nulla vnquam ratione daturum asseuerante, modis omnibus Henricus Rex, quem muneribus emollire non posset, minis intentatis frangere conatus est, affirmans se omne eius regnum ferro & flammis vastaturum. Sed quia illud quod petebatur munus, eiusmodi erat, quo olim Deus terrena cælestibus vtraque pacificans coniunxit, Rodulphi Regis animus tandem diuinitus est emollitus, ita vt iusto regi iusta petenti annueret. Quo autem amore cõmũ hoc eximium Rex Henricus complexus sit, hoc ipso vel maxime declarauit, quod non modo auri & argenti muneribus Rodulphum Regem honorauit, verum etiam Sueuiæ Prouinciæ non minima parte donauit. Deus autem, qui cordium inspector erit, & bonas muneratur volũtates, qua mercede huius rei causam pium Regem Henricum in æterna vita affecerit, quibusdam indiciis etiam in hoc sæculo prodere voluit, quando hostes in ipsum irruentes, hoc victorioso signo præeunte, semper terruit atque fugauit. Tali igitur occasione, diuina faciente volũtate, sanctam illam lanceam Rex Henricus adeptus est, quam filio, non minori veneratione ab ipso cõseruandam (vti non paucæ testantur victoriæ, quas per eam orando obtinuit) è vita decedens vna cum regno dereliquit.

Lancea Christi quanti fiat ab Imperatore.

VIII. *De Ioan. Baptistæ reliquiis à Christianis magno in honore & pretio habitis.*

Iuliani temporibus, velut relaxatis frenis effer- *Ruffinus l. 2. c. 28. Sigeber. Chron. 394. Baron. to. 4. an. Do. 362.* buit in omnem sæuitiam feritas Paganorum. Ex quo accidit, vt apud Sebasten Palæstinæ vrbem, sepulcrum Ioannis Baptistæ mente rabida & funestis manibus inuaderent, ossa dispergerẽt, atque ea rursus collecta igne cremarent: sanctos cineres puluerem immixtos per agros & rura dispergerent. Sed DEI prouidentia factum est, quosdam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis Dei orationis illuc causa per idem tempus venisse. Qui cum tantum nefas, humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri viderent: mori gratius habentes, quam huiusce modi piaculo funestari, inter eos, qui ossa ad exurendum legebant, mixti, diligentius, in quantũ res patiebatur, ac religiosius cõgregantes, furtim se vel stupentibus vel insanientibus subtraxere, & ad religiosum Patrem Philippum venerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens tantum thesaurum propriis seruare vigiliis: ad Pontificem maximum tunc Athànasium hostiæ immaculatæ reliquias per Iulianum Diaconum suum, post etiam Palæstinæ vrbis Episcopum, mittit. Quas ille susceptas, paucis arbitris, sub cauato sacrarii pariete, prophetico spiritu profuturas generationi posteræ conseruauit. Quibus nunc, deiectis & prostratis Idololatriæ vestigiis in ædibus quondam prophanis aurea tecta consurgerent.

Ioannis Baptistæ reliquiæ dispersæ.

A Christianis collectæ.

Reliquiæ Sanctorum magno in honore habitæ.

IX. *De capitis D. Ioannis Baptistæ inuentione.*

Caput Diui Ioannis Baptistæ altissime ad ignominiam eius ab impiis Herodiadis ministris iuxta Herodis quõdam Regis habitaculum fuerat defossum. Post multa vero annorum curricula, circa annum Domini quadringentesimum sexagesimum tertium: quo tempore Vandali sub Genserico omnia vastabant, idem sanctus duobus monachis orientalibus, qui Hierosolymam orationis causa venerant, in somno apparens quo loco esset ostendit. Quod deinceps Edissam Phœnicię vrbem perlatum digno cultu est honoratum. Rursus cum delitesceret, Valentiniano & Marciano imperantibus sanctus Marcello monacho mirabili quodam modo indicauit, quo loco esset. Cumque è Sicilia Constantinopolim transferretur, vbi ventũ est ad Pantichium, qui locus est Calchedonis, muli, qui vehebant, substitere, nequidquam cædentibus eos aurigis, depositũque est in pago Cosilæ. Denique imperante Theodosio iuniore Constantinopolim est adductum, & quoniam Macedonianus Sacerdos illud habebat in custodia, pollicitus est se hæresi renuntiaturum, si caput ab Imperatore asportari posset, quod ita contigit, vt Sozomenus scribit.

Vrspergensis Abbas in Chron.

Capitis Io. Baptist. inuentio.

Sozom. lib. 7. hist. eccl. c. 21.

Eiusdem capitis trãslatio Constantinop.

X. De mu-

X. *D. Pauli Apost. reliquiæ quanto in pretio & honore à Constantina Augusta habitæ.*

Ex li. 3 ep. 30. Indict. 12. Baron. tom. 8. an. 594. Anno Christi quingentesimo nonagesimoquarto, cum Imperatrix Constantina Constantinopoli in suo palatio ecclesiam in memoriam S. Pauli Apostoli ædificasset, putauit eam cohonestandam eiusdem Pauli sacris reliquiis, cuius rei gratia scripsit ad ipsum sanctissimum Pontificem Gregorium V. vt Constantinopolim mitteret eiusdem Apostoli caput, siue partem aliquam eius corporis, & sudarium. Acceptis his ab Augusta litteris sanctus Pontifex respondit, quod rem nimis grandem petiissent, redditis literis excusans se id sibi minime licere, neque vllo modo velle Romam illam pretiosissimo thesauro spoliare: sudarium vero cum corpore eius est: quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia sereniss. Dominæ tã religiosum desiderium esse vacuum non debet, de catenis, quas ipse sanctus Apostolus in collo & in manib. gestauit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem aliquam vobis transmittere festinabo, si tamen hanc limando tollere præualuero. Vt inde aliquid exeat, non obtinetur.

Constantina Augusta petit à Gregor. Pap. V. caput & sudarium Pauli.

Catenæ S. Pauli in quanto pretio.

XI. *De honore reliquiis S. Nicephori Patriarchæ præstito, & miraculis per eas factis.*

Ex Simeone Metaph. Surius 13 Martij tom. 2. Quadriennio post decessum S. Nicephori Patriarchæ, sacratissimus Methodius, diuino plane spiritu impulsus, opportune sapienterque diuinam Imperatricem Theodoram admonuit, non esse ex Imperii & Reipublicæ dignitate, quod venerandus & inter Patriarchas illustris Nicephorus, qui pro gloriosa sinceraq; fidei defensione à sacra sede depulsus in longissimo exilio defunctus erat, negligeretur, sed omni studio curandum esse, vt diuinum corpus ipsius in ciuitatem reportaretur, cui celerrime ac lubentissime inclyta annuit Imperatrix. Prædictus igitur Patriarcha Methodius nocturnũ psalmorum cantum, & mysticum sacrificium cum populo fideli perficiens, præclarum è tumulo corpus retexit, quod vnde viginti annorũ spatio integrum omnino purumq; manserat, & in arca ab ipso compositum, & Sacerdotum manibus sublatum, cum luminibus & frequenti psalmorum cantu in nauim ad hoc paratam illatum est. Sed cũ fretum traiecisset, & ad vrbis littus appropinquasset, Dei cura Michael Imperator iuuenis, & amplissimis dignitatib⁹ præstantes viri, & Patricii, & reliqui ciues læti, facesq; manibus tenentes, obuiam processerunt, & arcam illam pretiosam, cum fide ac veneratione humeris suis subeuntes, ad magnam vsque gestarunt ecclesiam: ex qua, Pontificia dignitate spoliatus, eiectus fuerat. Atque inde rursum, assiduis diurnis, nocturnisque psalmorum cantibus vicissim vtẽtes, & cum omni luminum genere per mediam vrbem ipsum gestãtes, in sancto Apostolorum templo collocarunt. Inter aurem variam concurrentis populi virorum, & fœminarũ, atq; ætatum omnium multitudinem, nonnulli in via immundis spiritibus vexati, dum ab aliis comprimerentur, miserandas atq; maledicas voces emittebant: quorum è numero quidam ab ipso curati sunt.

Reliquiæ 18. an. interra integræ.

Nicephori Patriarchæ reliquiæ à viris magnis cum lampadibus honoratæ.

Miracula.

XII. *Quanta humilitate Henricus secundus Anglorum Rex S. Thomæ martyris reliquias honorarit.*

Sigebertus in Chron. an. Dom. 1175. Qua humilitate & reuerentia Henricus iunior Anglorum Rex sepulchrum beati Martyris Thomæ visitauerit, non absre hic notandũ est. Vt enim vidit Ecclesiam Cantuariensem, desiliens equo, veste lanea & nudis pedibus, pedes vsque ad illam per paludes, & acuta saxa cum summa deuotione perrexit, in oratione ad sepulchrum glorioſi Martyris in lacrymis tam deuotus extitit, vt vid[illegible]s ad lacrymas cogeret. Feria sexta illuc venerat, & impransus tota nocte ibi vigilauit.

XIII. *S. Augustini ossa vt fuerint à Luithprando Rege honorata.*

Mart. Polon. an. Dom. 715. Luithprandus Longobardorum Rex audiens quod Saraceni depopulata Sardinia, loca illa, in quibus ossa beati Augustini erant, dehonestarent, quæ propter Saracenorum deuastationem de Hyppona illuc vsque delata fuerant, legatos illuc direxit, qui dato multo auro pretiosas illas reliquias secum detulerunt vsque Genuam, vbi præfatus Rex personaliter occurrens, cum magno gaudio & deuotione ipsas Papæ Gregorio secundo deferens, in ecclesia beati Petri Apostoli, quam exstruxerat, honorifice sepeliuit.

Reliquiæ S. Augustini à Luithprãdo Rege honorãtur.

XIV. *Quanti faciebat P. Franciscus Borgia reliquias & imagines Sanctorum?*

In vita eius lib. 4. c. 4. nu. 17. & 18. Franciscus Borgia tertius ab Ignatio Societatis Iesu Præpositus Generalis, Sanctorũ reliquias, imagines[que] religiose venerabatur, splendideque adornari curabat, nusquam affirmans gemmas, aurum argentumque dignius impendi, vertique, quam in auctoris Dei, diuorumque cultum. Cum manibus eas tractaret; summa animi voluptate in has voces erumpebat: Saluete pignora nobis in hoc exilio, lacrymarumque valle degentibus à Deo relicta, atq; posita: Saluete salutis nostræ spes, atq; solatium. Erit dies illa, cum decorem induri cineres, hospites nunc beati, æterna illa luce perfruemini, & animis sole candidiores, thronusque vester supra firmamentum clarescent. Ex hoc ipso fonte manauit, solenniſque Societatis consuetudo, vt singulis mensibus Sanctorum nomina forte è situla educantur, distribuanturque singulatim; quo die in Societ. votis conceptis, religioseque persolutis, opem sui consuetu- quique Diui implorant. Didicerat id in gentilitia do vnde Borgiæ familia Franciscus, in qua illum olim morem viguisse constat.

Franciſci Borgiæ affectus erga reliquias & imagines.

Suffragiorũ ĩ Sanctorum

TIT. LII. De incredibili Dei cura & prouidentia in reliquiis Sanctorum conseruandis.

Deus vlt.

Deus ipse, vt scribit Hierony. contra Vigilantium, corpus Moysi honorauit, dum illud propriis manibus sepeliit.

EXEMP. I. *De reliquiis Prophetarum ac aliorum sanctorum diuinitus hucusq; conseruatis.*

Sozomen. lib. 7. hist. eccl. c. vlt. Ado Treuerens. ætate 6. anno 396. Baro. tom. 5. an D. 406. Matt. 10. & Luc 12. Psal. 33.

NOn est putandum temere illud à Christo Domino dictum ad omnes sui sectatores: *Capillus de capite vestro non peribit, & omnes capilli capitis vestri numerati sunt, nolite timere.* Et rursus alibi à Vate: *Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur:* Quę quamuis omnino ad exitum perducentur diuinitus, cum resurgemus vniuersi, tamen ad hæc etiam tempora pertinere, quantum ad sanctos: & euentus rerum multarum declarat, vt apparebit: & ipsa verborum significatio generalis ostendit: alioquin tam boni, quam mali resurgent, & singulis nihil peribit. Mirum namque, ac non nisi diuinum nonnullorum vatum, qui ante annorum tria millia migrarunt è vita, ad nos corpora peruenisse: & tot Apostolorum, Martyrumque & Sanctorum, quorum memoriam conati sunt cunctis viribus abolere Imperatores, Reges impii, vniuersique gentes, tanto cum honore reliquias conseruatas fuisse. Atque hoc quidem plurimis cõmune: speciatim vero cælitus eluxit in aliquibus tuendis cura patri æterni. Sebenno namque Eleutheropoleos Episcopo Micheas & Abacuch Prophetæ in somnis apparuere, & quinam forẽt, & vbi corpora eorum iacerent, mandantes illa proferri manifesto ptodiderunt.

Reliquiæ Prophetarum diuinitus custoditæ.

Prophetarũ Micheæ & Abacuch reliquię detegũtur.

II. *De eorum pœnis, qui sua auctoritate reliquias Apost. Petri & Pauli alio transferre studuerunt.*

Gregorius Magn. lib. 3. epist. 30.

Quid de corporibus Apostolorum Petri & Pauli ad Constantiam Augustam scribat diuus Gregorius Magnus, hic adiiciamus. Dum lętæ recordationis inquit, prædecessor meus, quia argentum, quod super sacratissimum corpus Petri Apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore, fere quindecim pedum spatio, mutare voluit, signum ei non parui terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli Apostoli meliorare volui: & quia necesse erat, vt iuxta sepulcrum eiusdem effodi altius debuisset, præpositus loci ipsius quędam aliqua non quidem eidem sepulcro coniuncta reperit, quæ quoniam mutare præsumpsit, atque in alium locum transponere, apparentibus tristibus quibusdam signis subita morte defunctus est.

Reliquiæ Sanctorum non facile transferendæ.

III. *Reliquias Apostolorum Petri & Pauli Græci Roma asportare tentantes diuinitus prohibit.*

Idem ibid.

De corporibus eorumdem Apostolorum, quid præterea dicturus sum? dum constet, quia eo tempore quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, sicut ciuium suorum, repeterent, quæ ducta vsque ad secundum vrbis miliarium, in loco qui dicitur ad Catacumbos, collocata sunt: sed dum ea leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur, ita eos vis tonitrui, atque fulguris nimio metu perculit, atque dispersit, vt talia denuo nullatenus attentare præsumpserint. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex Patris pietate meruerunt, leuarunt, & in locis, quibus nunc sunt condita posuerunt.

IV. *De S. Bartholomæi Apostoli corpore in mare à Gentilibus proiecto, diuina tamen prouidentia seruato.*

Bartholomæum Apostolum apud Asiam passum agonis ipsius narrat historia: Post multorum vero annorum spatia de passione eius, cum iterum Christianis persecutio aduenisset, & viderent gentiles omnem populum ad eius sepulcrum concurrere, eique deprecationes assidue, & incensa deferre, inuidia illecti abstulerunt corpus eius, & ponentes in sarcophagum plumbeum proiecerunt illud in mare, dicentes: Quia non seduces amplius populum nostrum. Sed prouidentia Dei cooperante, per secretum corporis eius, sarcophagum plumbeum, à loco illo aquis subuehentibus subleuatum, delatum est ad Insulam vocabulo Liparis: reuelatumque est Christianis, vt illud cõligerent: collectumque ac sepultum, ædificauerunt desuper templum magnũ. In quo nunc inuocatus, prodesse populis multis, virtutibus ac beneficiis manifestatur.

Greg. Turon. de glor. mart. lib. 1. c. 34.

S. Bartholo. Apost. sarcophagũ diuinitus seruatum.

V. *Diuus Barnabas Apost. Anthemio Ep. apparens, vbi sit corpus suum diuinitus manifestat.*

Cum Anthemius Salaminæ Episcopus iussus fuisset ad regiam vrbem Constantinopolitanam se conferre, & aduersus Antiochenos coram Patriarcha causam dicere, præ timore torpescebat, Petri Fullonis Ariani insidias suspectas habẽs. De quo sic Alexander: Erat tunc Salaminæ vrbis Episcopus Anthemius, vir comprimis admirabilis, quod ad rectam fidem & viræ innocentiam pertineret, sed ad disputationem cum aduersariis sustinendam parum valebat. Cum igitur ancipiti fluctuatione fluctuaret, neque certum haberet, quid ageret, num videlicet Constantinopolim proficisci deberet nec ne, nocte in somnis astitit illi quidam, diuinam quandam speciem præ se ferens, & luminis splendore multo effulgens, lucidaq; veste indutus, ac sacro habitu decorus: qui & hæc dixit: Cur ita tristis es, Domine Episcope? Quomodo tantus iste torpore corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab aduersariis tuis patieris. Hæc cum dixisset, ab Anthemio discessit: qui experrectus, & perterritus timore Episcopus, in faciem se prostrauit, & multis lacrymis ita Deum deprecatus est: Domine Christe, Fili Dei viui, adiuua ecclesiam hanc. Scio autem quod illam adiuuas. Si visio hæc à te profecta est, oro, quæso, vt ea iterũ ac tertio mihi osten-

Baron. to. 6. ann. eccl. an. Dom. 485.

S. Barnabas apparet Anthemio.

Anthemii epist. orati

ostendatur, vt te mecũ esse certo scire possim. Quod & factum est secundum eius vota. Cumque tertia iam esset apparitio, ait sibi apparenti Episcopus. Quæso, Domini mi, dic, quis es tu, qui hæc mecum loqueris: Tunc ille ait: Ego sum Barnabas discipulus Domini nostri Iesu Christi, segregatus à spiritu sancto, vt vna cum Paulo Apostolo electionis vasę munus Apostolicum inter Gentes exercerem. Huius rei signum hoc habeas: Egredere extra vrbem Occidentem versus stadiis quinq; in eam regionẽ, quæ Sanitatis lucus appellatur (per me enim Deus ipse in loco illo miracula efficit) & sub arbore siliquę effodias: speluncam enim atq; arcam inuenies: quoniam illic totum corpus meum relictum est & conditum, & Euãgelium propria manu scriptum, quod a sancto Apostolo & Euangelista Matthæo excepi: quoniam vero aduersarii tui sursum & deorsum miscentes omnia, & iura quædam obiicientes, tecum disceptant, Antiochię sedem Apostolicam esse contendentes, & tu contra ius tuum illis opponas: Et mea, inquiens, sedes Apostolica est: nam & Apostolum habeo in patria mea. His dictis, Barnabas discessit. Episcopus vero Deum experrectus adorauit, totoq; Clero, & populo Christianissimo congregato, exiit in eum locum, quem per reuelationem didicerat, multo apparatu, & Cruce ipsa prælata. Cũque preces ad Deum misisset, iussit locum effodi: quem postquam paulum fodissent, inuenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sublatis apparuit arca illa: qua detecta, inuenerunt venerandas sancti & venerabilis Apostoli Barnabę reliquias, suauem gratiæ spiritualis odorem spirantes. Inuenerunt etiam Euangelium supra Barnabæ pectus impositum. Illam vero arcam plumbeo signo munierunt. Cumque Deum precati essent, discesserũt, viris religiosis in eo loco ab ipso Episcopo constitutis, qui vespertinis & matutinis hymnis Deum collaudarent. Ille ergo insigniores Episcopos secũ habens, venit in vrbem regiam Constantinopolim, & ad Patriarchæ domum deductus est. De cuius aduentu cum Imperator audisset, Patriarchæ ipsi mãdauit, vt cum Synodo, quæ illuc conuenerat, omniũ Patrum controuersiam audiret, & quod illi videretur, decerneret. Coacto igitur Consilio, cum causa illa tractaretur, aduersarii adferebant sua iura, vt sibi videbantur, quod Antiochena sedes Apostolica & Patriarchica esset, ob idque contendebant, & alias Prouincias sibi subiectas esse debere. Hæc cum assererent, iis qui præsentes erant rationi consentanea dicere videbantur. Beatus vero Anthemius paulum moratus, contra obiiciens. Et mea, inquit, sedes Apostolica fuit, inde vsque à principio & libertate honorata, qui & Apostolum habeo in patria mea, integro corpore constantem, beatissimum, inquam, illum sanctum Barnabam sanctarum laudum præconiis celeberrimum. Hoc cum Anthemius opposuisset, nihil loci aduersariis relictum est, cum Episcopi qui præsentes erant, silentio Anthemii orationem confirmassent. Aduersarii vero rubore perfusi, mutiremanserunt responso illo tam iusto pereulsi.

S. Barnabæ Apost. corpus cum S. Matth. Euangelio, vbi inuentum.

Odor reliquiarum S. Barnabæ gratissimus.

Anthemii Episc. Salaminæ vrbis aduentus Constantinopolim.

Cõtrouersia Anthemio contra Petrum Fullonem adiudicata.

VI. *De SS. Martyrum Gerualii & Protasii reliquiis diuinitus inuentis.*

Cum per sancti Ambrosii monitiones, nec vllatenus Iustinæ Imperatricis petulãtia compesci posset, è cœlo ex sanctis, è terra ex refossis sanctorum Martyrum sacris reliquiis impartitur à Deo dignissimo sacerdori præsidium. Quonam autem modo id acciderit à sancto Augustino, qui interfuit, primum hæc accipe: Tunc memorato Antistiti tuo per visum aperuisti, quo loco laterent Martyrum corpora Gerualii & Protasii, quę per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras, vnde opportuno promeres ad coercẽdam rabiem fœmineam, sed regiam: cum enim propalata, & effossa digno cũ honore transferrẽtur ad Ambrosianam basilicam, non solũ quos immundi vexabant spiritus, confessis eisdem dæmonibus sanabantur, verum etiam, quidam plures annos cęcus, ciuis, ciuitatique notissimus, cũ populi tumultuantis lætitiæ causam quæsisset, atq; audisset, exiliuit, atque eo se vt duceret, ducẽ suum rogauit. Quo perductus, impetrauit admitti, vt sudario tangeret feretrum in conspectu tuo pretiosæ mortis Sanctorum tuorum. Quod vbi fecit, atq; admouit oculis, confestim aperti sunt, indę fama discurrens, inde laudes tuę feruentes, lucentes, inde illius inimicæ animus, etsi ad credendi sanitatem non adplicitus, à persequendi tamen furore compressus est. Gratias tibi Deus meus.

D. Augustin. lib. 9. conf. c. 7. Baron. to. 4. an. Do. 387.

Reliquiæ SS. Gerualii & Protasii diuinitus inuentæ.

VII. *De S. Quintini martyris reliquiis illustri miraculo patefactis.*

Quintini martyris corpus defoderunt impii, & occuluerunt alueo fluminis, in quo iacuit annos quinquaginta quinque in tenebris. Accidit deinde, vt imperantibus Constantini filiis Eusebia quædam cæca Romæ sæpius Deum precaretur, vt ipsi lumen oculorum restitueret. Tandem per visum ei apparuit Angelus edicens, vt Augustam Veromanduorũ pergeret: fore enim vt in Sõna fluuio corpus Quintini inueniret, & inde acciperet sanitatem: abit illa: in vento loco, precibus se dat, & mirabiliter cadauer ipsum se in alto extollens enatat ad ripam: caput similiter aliunde eodem se contulit.

Ex Sigeber. Tho. Bozius de sign. eccles. Dei l. 15.

Cæcus ad reliquias S. Quintini inuentas lumen recipit.

VIII. *Deum ipsum circa reliquiarum sacrarum curam supplere quod hominum incuria negligitur.*

Cum quodam tempore sanctus Franciscus in deserta quadam oraret ecclesia, in prouincia Massæ apud montem Casalem, intellexit per spiritum sacras ibidem remanssse reliquias. Quas cum longo tempore debitis honorificentia debita non sine dolore conspiceret, præcepit fratribus, vt eas cum reuerentia deferrent ad locum. Sed cum, poscente causa, discessisset ab eis, mandati patris immemores filii

D. Bonau. in vita S. Francisci c. 6. apud Sur. Oct. 4.

Reliquiæ Sanctorum diuinitus exponũtur ad veneration.

filii obedientiæ meritũ neglexerunt. Die vero quadam, cũ sacra celebrare vellent mysteria, superiora altaris operimẽto submoto, ossa pulcherrima & redolentia nimis non sine admiratione reperiunt, intuentes reliquias, quas nõ hominis manus, sed Dei virtus attulerat. Reuersus paulo post vir Deo deuotus, diligenter cœpit exquirere; si, quod de reliquiis mandauerat, esset impletum. Verum neglectæ obedientiæ culpam Fratres confitentes humiliter, cum pœna veniam meruerunt. Et ait vir sanctus: Benedictus Deus meus, qui per se ipsum impleuit, quod vos facere debuistis. Considera diligenter diuinæ prouidentiæ curam circa puluerem Sanctorum, & familis Fr[illegible]sci excellentem in oculis Dei perpẽde virtutem. Nam cuius iussis non paruit homo, votis obediuit Deus.

IX. *Vt Deus integras seruauerit P. Francisci Xauerij reliquias in calce conditas, vt absumerentur.*

Ex Petro Maff. l. 15. hist Indic. Tho. Bozius de sig Eccl. Dei. t. 2. li. 15.

Franciscus Xauerius cum nauigaret in amplissimas Sinarum regiones vltra sinum Gangeticum, & aureã Chersonesum, decessit in naui, vectores eiꝰ corpus in fouea calcis cõdiderunt eo consilio, vt ardore calcis absumeretur caro, atq; vbi redirent, ossa possent asportari. Post multos menses eo reuersi viderunt integrum cadauer, nulla parte, quod maximæ illis fuit admirationi, exesum: & quia nonnulli, qui sancto viro, dum vixit, patrũ fuerant æqui, dum conderetur, malleo contuderant superaggestã carnem, quo cõfringerentur ossa, & artus, inspexere in aliquibus membrorum locis carnem leuiter contusam & à cicatricibus extremis sanguinem recentem profluxisse in reliquis, corpus intactum. Quocirca naui impositum Goam longissima nauigatione post menses plurimos nulla tabe corruptum, nullo fœtore detulerunt: vbi miraculis innumeris illustre, quasi omnium Indiarum Apostoli celeberrimi ab indigenis in honore maximo habetur.

P. Francisci Xauerii reliquiæ diuinitus integræ seruatæ inueniuntur.

X. *Reliquiæ sacræ S. Olympiadis abbatissæ iubentur diuinitus ad sanctiorem locum transferri.*

Niceph. Callistus li. 13. c. 24. & idem Bozius ibid.

Placet hic adscribere quæ de Olympiade narrat Nicephorus Callistus. Postquam Nicomediæ sancta Olympias obiit diem suum, priusquam sepeliuiræ mãdaretur, temporis eius Nicomediensi Episcopo in somnis præcepit, vt venerãdas reliquias arculæ impositas alto mari committeret: & quocunque locorum illa cursum teneret, ibi corpus eius sepeliretur. Id ab Episcopo factum, & arca ad maritimum locum delata est, vbi Apostoli Thomæ deorum positum est. Ab incolis locus is Bothri dicitur. Vbi cœlesti visu admoniti, qui regionem eam incolunt, sacras eius reliquias ad sanctiorem sacrificium reposuerunt, quas innumerabilium morborum cura, dæmonumque expulsione, & aliis prodigiis, quæ supra hominum opinionem ibi sunt exhibita, dignatus est. Memoriæ quoque proditum est, postea incursione hostili templum hoc Apostoli incensum fuisse, & arcam quidem flammis consumptam, ipsas vero reliquias in fluctus maris proiectas, & eo loco vndam conuentam constitisse.

Miraculum in cadauere Olympiadis.

TIT. LIII. De virtute & effectu sacrarum Reliquiarum.

Conijcitur in sepulchrum Elisæi Prophetæ cadauer hominis cuiusdam defuncti, subito vbi Elisæi ossa attigit, surrexit homo viuus. *Ex Reg. 4. cap. 13.*

EXEMP. I. *De miraculo Brugis facto per sacratissimũ Christi sanguinem ibi asseruatum.*

Iacob Meyerus Annal. Fland. li. 17. an. 1470. & li. 5 an. 1150.

TErtio Idus Nouembris, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, feriis sancti Martini Turonensis Episcopi pulchrum fit Brugis Flandriæ vrbe miraculum per sacratissimũ sanguinem Christi Domini. Mulier quædam infantem enixa, qui videbatur esse mortuus, non cessat inclamare sacrosanctum Christi cruorem in templo Basilii asseruatum: pro consolatione bonaque fide & fiducia sua, omne quod petiit, obtinuit. Post diem tertium quam erat sepultus, defossus infans vixit & baptizatus est. Theodoricus Princeps septimo idus Aprilis anni à Domini natiuitate millesimi, centesimi quinquagesimi, à sacto bello, quod cum Balduino Rege Hierosolymitano gesserat, reuertens & incredibile dictu quanto gaudio ac gratulatione à Flãdris acceptus Princeps. Hoc sacro sanctissimum passi Domini monumentum pars est, vt tradunt, preciosissimi sanguinis, qui de Christi exanimi corpore, priusquam sepeliretur, fuit extersus: Anno vero millesimo trecentesimo trigesimo primo, mense Ianuario, in feriis Diui Pauli Apostoli, sacrosanctꝰ ille sanguis, in nouam phialã cristallinam transpositus est, per Leoninum Abbatem Bertinianum in phiala cristallina Brugas deportatus, & in æde D. Basilii collocatus.

Miraculum Brugis per sanctiss. Christi sanguinem.

II. *De malignis spiritibus ad præsentiam reliquiarum S. Marci Euangelistæ, & aliorum expulsis.*

Ex Simeon Metaphr. Ian. 31.

Simeon Metaphrastes recitat in vita sanctorum Cyri & Ioannis, quod vicus quidam à Canopo ciuitate duorum stadiorum spatio distãs, quem Manuthe nominabant, erat malignorum spirituum infidiis infestus omnibus, quem Theophilus Præses Alexandrinus sæpenumero ab ea peste liberare voluerat, sed morae tandem præuentus, quod tota mente meditabatur, ad exitum perducere non potuit. Huic Cyrillus successit, qui cum pari diligentia in eam rem incumberet, & vota & preces ardenti studio Deo nuncuparet, vt viam modumq; ostenderet, quo malignorum hostium cateruam ex eo loco posset, Angelus Domini ei in visione apparens manifestauit, vt sacra martyrum Cyri & Ioannis corpora vna, cũ sanctissimi Marci Euangelistæ

Sanctorum reliquiarũ præsentia dæmones fugantur.

reliquiis

reliquiis in eum locum transferrent, quorum præsentia Dæmones continuo in fugam verterentur. Hac itaq; occasione sacræ martyrũ reliquiæ translatæ sunt, quarum aduentu maligni spiritus in fugã versi sunt, & locus omnipotenti Deo cum maximo totius populi gaudio consecratus est.

III. *De adolescente arrepto à dæmone ad reliquias SS. Gerualii & Prothasii liberato.*

D. August. lib. 22. c. 8. de ciuit. Dei.

Victoriana villa dicitur, quæ ab Hippone regio minus triginta millibus abest. Memoria martyrum ibi est Mediolanensium Gerualii & Prothasii: Portatus est die quodam eo adolescens, qui cum de medio æstatis equum ablueret in fluminis gurgite, dæmonem incurrit. Ibi cum iaceret vel morti proximus, vel similimus mortuo, ad vespertinos illuc hymnos & orationes cum ancillis suis, & quibusdã sanctimonialibus ex more domina possessionis intrauit, atq; hymnos cantare cœperunt. Qua voce ille quasi percussus & excussus est: & cum terribili fremitu altare apprehensum mouere non audens, siue non valens, tanquam eo fuerit alligatus, aut fixus tenebat: & cum grandi eiulatu parci sibi rogans, cõfitebatur, vbi adolescentem, & quando, & quomodo inuaserit. Postremo se exiturum esse denuntiãs, membra eius singula nominabat, quæ se amputaturum exiens minabatur: atque inter hęc verba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fusus tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumq; eius medium, quod nigellum fuerat, albicabat. Quo viso, qui aderant, cucurrerant autem etiã alii vocibus eius acciti: & se omnes in orationẽ pro illo statuerunt, quamuis eum sana mente stare gauderent, rursus tamen propter oculum eius contristati medicum quærendum esse dicebant. Ibi maritus sororis eius, qui eum illo detulerat, potens est, inquit, Deus, Sanctorum orationibus, qui fugauit dæmonem, lumen ei reddere. Tunc, sicut potuit, oculum lapsum atq; pendentem loco suo reuocatum ligauit oratio: nec nisi post septem dies putauit esse soluendũ. Quod cum feciſſet, sanissimum inuenit.

Ad Reliquias SS. Gerualii & Prothasii adolescens à dæmone liberatur.

IV. *De cæco, qui ad contactum loculi sanctorum martyrum, Sisinnij & aliorum, visum recepit.*

Ex Paulin. in vita S. Ambros. in fine Baron. tom. 5. ann. Dom. 400.

Quid ad sanctorum martyrum venerandas reliquias per Vigilium ad Simplicianum missas mirandum contigerit, Paulinus rem gestam probe testatam ita scribit: Sisinnii etiam, Martyrii, & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, hoc est, post obitum sancti Ambrosii, in Anauniæ partibus, persequentibus Gentilibus viris, martyrii coronam adepti sunt, cum reliquias Mediolanenses summa cum deuotione susceperunt, aduenientẽ quodam cæco, & referente, cognouimus, qui eodem tacto lectulo, in quo sanctorum reliquiæ portabantur, lumen recepit: eo quod per visum noctis [illegible] appropinquare littori, in qua era[illegible] multitudo albatorum. Quibus descendentibus [illegible] terram, cum vnũ

Reliquiarũ S. Sisinnii contactu sanatur cæcus.

de turba precaretur, vt sciret qui essent ii viri: audierit, Ambrosium, eiusq; consortes: Quo audito nomine, cum precaretur, vt lumen reciperet, audiuit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribꝰ meis, qui illo venturi sunt (designans diem) & recipies lumen. Erat enim vir, vt ipse referebat, de littore Dalmateno: nec se ante venisse in ciuitatem asserebat, priusquam recto itinere reliquiis sanctorum occurrisset, nondum videns, sed tacto loculo, videre cœpisse.

V. *Puella decem annorum, cæca, virtute orationis & reliquiarum lumen recipit.*

Beda lib. 1. hist. gent. Angl. cap. 18.

Cum beatissimi Episcopi Germanus & Lupus sola nuditate verborum diu inaniter c[illegible]ra Pelagium veritatis Christianæ hostem infensissimum disputarent: tum subito quidam Tribunitiæ potestatis cum coniuge procedit in medium, filiam decẽ annorum cæcam curandam sacerdotibus offerens, quam illi aduersariis offerri præceperunt: sed ii conscientia puniente deterriti, iungunt cum parentibus preces, & curationem paruulæ à sacerdotibus deprecantur. Qui inclinatos animo aduersarios intuentes orationem breuiter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu sancto inuocat Trinitatem. Nec mora, adhærentem lateri suo capsulam cum sanctorum reliquiis collo auulsam manibus comprehendit, eamq; in conspectu omniũ, puellæ oculis applicuit. Quos statim, euacuatis tenebris, lumen veritatis impleuit. Exultant parentes, miraculum populus contremiscit, post quam diem ita ex animis omnium, suasio iniqua deleta est, vt sacerdotum doctrinam sitientibus desideriis sectarentur.

Pelagius, Catholicæ Ecclesiæ hostis.

Cæcam Pelagiani curare nesciunt, quam S. Germanus curauit.

VI. *De muto, qui apud S. Leonis Papæ pulchrum loquelam accepit.*

Ex Desiderio Abb. Cassinensi postea Pontifice Vict. III. 3. dial. Baron. tom. 11. an. Dom. 1054. 49. 50.

Curiensis quidam Episcopus, cuius nomen è memoria excidit, cum Victore eius nominis tertio Romano Pontifice è Germania veniens, eius in obsequio Romæ morabatur. Hic puerum ab vtero matris mutum habebat, quem pro mercede animæ suæ pascens, ac vestiens, quocumq; ibat, secum ducere consueuerat, in cuius vacuo ore, nec indicium qui[illegible] linguæ inesse videbatur. Qui etiam Episcopus [illegible] mirabilibus ad beati Leonis tumulum paratis, sim[illegible]iter vt Papa, incredulum animum gerebat. Cu[illegible]igitur quadam die ad sedem sui Episcopatus, iam [illegible]ccepta licentia, reuerti decreuisset, Ecclesiam be[illegible] Petri Apostoli orationis grati[illegible] ingressus, post[illegible]quã beato Petro se attentius commendauit, suis cum[illegible]lientibus equis ascensis, [illegible]uero in eadem Ecclesia [illegible]blito, festinus viam, quæ[illegible]um ad suam ducebat p[illegible]iam, egressus Vrbe gradi[illegible]batur. Cum itaque longi[illegible]ule adhuc esset ab vrbe profectus, repente ei in m[illegible]moriam rediit, quod mutum puerum in ecclesia B[illegible] Petri Apostoli reliquisset. Qui mox subfa[illegible]os suos, à quibus puer reduci deberet, quosdam remisit. Igitur cum illi Apostolorum Principis basilicam essent ingressi, conspiciunt puerum

Grande miraculum ad tumulum B. Leonis IX. Papæ.

rum ad tumulum beati Leonis ſtantem, atque cum iis, qui circumſtabant, loquentem. Illis itaq; mirantibus, & qualiter hoc ſibi euenisſet quærentibus: puer inquit: Poſtquam dominus meus hac in eccleſia me relinquēs deceſſit, huc ad ſepulcrum beati Leonis me contuli, ſi forte omnipotens Dominus, officinum, quo carebam, vocis, meritis eius mihi reſtituere dignaretur. Nec ſum meo, quod corde poſcebā, voto fruſtratus: ſed mox, vt ante eius venerandam

Mutus apud ſepulcrum S. Leonis loquelam accipit.

memoriam lacrymans aliquantulum proſtratus iacui: illico recepta voce loquens, vt ipſi videtis, ſurrexi. Ab illa itaq; die (quod memorabilius eſt,) cœpit in ore eius lingua, quæ defuerat, paulatim creſcere, ita vt intra paucos dies pleno ore linguam perfecte reciperet, verba ſine impedimēto ſonaret. Denique qui miſſi fuerant, curauerunt puerum ad Epiſcopum ducere, & quem taecentem reliquerāt, beati Leonis ſuffragantibus meritis, ei loquentem adducunt. Regreſſus igitur Epiſcopus Romanum Pontificem adiit, & quod omnipotens Dominus per beatum Leonem operari dignatus fuiſſet, oſtendit. Ex tunc cœperunt ipſi eius veneranda merita cunctis prædicare, quæ aliis antea referentibus non patiebantur audire.

VII. *Ad contactum reliquiarum Caroli Comitis Flandriæ ſanus fit adoleſcens contractus.*

Iac. Meyerus li. 4. annal. Flandriacarum.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimoſexto, Martii vero die ſecundo, à Buchardo Stratenſi interfectus fuit ſanctus Carolus Comes Flandriæ, cum Henrardo & duobus filiis, Waltero & Gisleberto, in templo eleemoſynam faciens. Ad cuius corpus ante aram maximam à Sacerdotibus reuerenter poſitum allatus à Rengero Telone debilis quidam adoleſcens Rogerius nomine, omnibus membris contractus, qui Principis admotus corpori, ſubito ſanus ac validus in pedes ſuos laudans Deum ſubſiliit.

Contracti ſanati ad reliq. Caroli Comitis Flandriæ.

VIII. *De alia contracta ad tumbam Anſelmi Epiſcopi Lucenſis ad priſtinam ſanitatem erecta.*

Baron. to. 11. an. Do. 1086 9. Kal. 1.

Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo octogeſimo ſexto, obdormiuit in Domino venerabilis Dominus, & Pater Anſelmus Lucenſis Epiſcopus. Et cum concedentibus Epiſcopo ac Comitiſſa ciuitatis Mantuanæ, cæteriſque omnibus iam deferentibus ad monaſterium corpus, affuit ſubito reuerendiſſimus Sabinenſis Epiſcopus, Dominus Dominizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitauit, vt clamaret, dignum eſſe, vt hic Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta, inquit, lucerna non decet vt abſcondatur. Ipſe adhuc viuens tanquam indignum ſe humiliauit, nos autem vt vere dignum exaltare oportuit hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimū. Acclamatum eſt idem ſtatim ab vniuerſis, rapiturq; à Monachorum exequiis, in epiſcopium defertur, ibique honorabiliter ſepelitur. Mirabamur hoc quidem primo miraculum, neſcientes quid deinceps mirabilius erat futurum. Nam & id quoque primo notauimus, quod multi Epiſcopi, & Cardinales, magna etiam multitudo militum, die obitus ſui eadem in ciuitate conuenerunt, & ipſius tranſitum, & clara miracula viderunt poſt obitum. Tertia itaque nocte poſt ſanctiſſimi patris venerandam dormitionem quædam contracta, quæ vna ſemper manu & poſterioribus, perſona ſerpebat potius, quam gradiebatur: quæ etiam in domo nepotis Epiſcopi annum vnum, & duos menſes ac dimidium manſerat: apud prædicti patris tumbam, meritis ipſius ſana erecta eſt in prima noctis vigilia. Sequenti vero die circa tertiam (vt viſum eſt) horam, fertur, quod quædam à natiuitate cæca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienſis Comitatus incolam tunc audiuimus.

Contracta ſanata apud ſepulcrum S. Anſelmi Epiſ. Lucenſis.

IX. *Peſtis ſanctorum corporum præſentia depellitur.*

Greg. Turo. in libel. vitæ S. Nicetij.

Cum lues inguinaria Treuericum populū in circuitu ciuitatis valde vaſtaret, & Sacerdos Dei Nicetius pro ouibus commiſſis Dei miſericordiam imploraret aſſidue, factus eſt ſonus de nocte magnus, tanquam tonitruum validum ſuper pontem amnis, ita vt putaretur vrbs ipſa abſorberi. Cumque omnis populus extertitus in lectulis reſediſſet, lethiferum ſibi interitum operiens, audita eſt in medio vox vna cæteris clarior, dicens: Et quid hic, ô ſocii; facie-mus? Ad vnam enim portā Eucharius ſacerdos obſeruat, ad alteram Maximinus excubat: in medio verſatur Nicetius: Nihil hic vltra præualere poſſumus, niſi ſinamus hanc vrbem eorum tuitioni. Hac audita voce, ſtatim morbus quieuit, nulluſq; ab eo vltra defunctus eſt.

Sanctorum corporum præſentia peſtis depulſa.

X. *Per circumgeſtationem reliquiarum S. Remigij à peſte inguinaria liberantur fines Germaniæ.*

Greg. Turo. de glor. Confeſſ. c. 79.

Greg. Turonenſis libro de Gloria confeſſorum narrat, quod cum lues inguinaria populum primæ Germaniæ deuaſtaret, & omnes terrerentur, huius cladis auditu, concurrit Rhemenſium populus ad S. Remigii ſepulcrum, congruum huius cauſæ flagitare remediū. Accenſis cereis lychniſque non paucis, hymnis pſalmiſque cæleſtibus per totam excubat noctē. Mane autem factō, quid adhuc precatui deſit in tractatu rimatur: reperiunt enim, reuelante Deo, qualiter oratione præmiſſa, adhuc maiori oppugnaculo munirentur. Aſſumpta igitur palla de beati ſepulcro, componunt in modum feretri: accenſiſque ſuper cruces cereis atq; ceroferalibus, dant voces in canticis, circumeunt vrbem cum vicis. Nec præterēunt vllum hoſpitium, q̄ non hac circuitione concludant. Quid plura? Nō poſt multos dies, fines huius ciuitatis lues aggreditur memorata. Verumtamē vſque ad eum locum accedēs, quod beati pignus acceſſit, ac ſi cōſtitutum cerneret terminum, intro in-

Palla S. Remigii circūgeſtata peſtis depellitur.

[illegible] non eſt auſa, ſed etiam quæ in principio peruaſerat, huius virtutis repulſu reliquit.

XI. *Me-*

XI. *Meritis & contactu reliquiarum S. Stephani suscitantur mortui.*

D. Aug. li. 22 c. 8. de ciui. Dei.

Apud Hypponem Bassus quidã Syrus ad memoriam Sancti Stephani protomartyris orabat, pro ægrotante ac periclitante filia, eoque secum vestem detulerat. Cum ecce pueri de domo cucurrerũt, qui ei mortuam nuntiarent. Sed cum, orante illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum rediisset, iam suorum eiulatibus personantem, & vestem filiæ, quam ferebat, super eam proiecisse, reddita est vitæ. Rursus ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarii filius ægritudine extinctus est, cũque corpus iaceret exanime, atque aliis gementibus & plangentibus, exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium verba suggessit, vt eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & reuixit. Iremque apud nos vir Tribunitius Eleusinus super memoriam martyris, quæ in suburbano eius est, ægritudine exanimatũ posuit infantulum filium suum: & post orationem, quam cum multis lacrymis ibi fudit, viuentem leuauit.

S. Stephani reliquiis suscitantur mortui.

XII. *Reliquiarum contactu reuixit puer.*

Thom. Boz. de sign. eccl. Dei to. 1. li. 5. c. 2. an. 1583.

In Cusu contigit, vt quidam puer annorum circiter duodecim è templi culmine deiectus ab alio, sed dies absque vllo sensu permanserit: Sacerdos Societatis Iesu eo concedens reliquias quasdam Sanctorum ad collum pueri appendit, & continuo reuixit. Id euenit anno Domini supra millesimum quingentesimo octogesimo tertio.

XIII. *Præsentia reliquiarum Agaunensium sedatur tempestas.*

Greg. Turon. li. 1. de Gloria mart. ca. 76.

Cum Guntheramnus Rex ita se spiritualibus actionibus mancipasset, vt relictis seculi pompis thesauros suos ecclesiis & pauperibus erogaret, accidit vt misso presbytero munera fratribus, qui sanctis Agaunensibus deseruiunt, ex voto trãsmitteret, præcipiens presbytero, vt ad eum rediens sanctorum sibi reliquias exhiberet. Igitur dum impleta Regis præceptione cum his regrederetur pignoribus. Lemani lacu, per quem Rhodanus influit, nauigium petit. Extenditur autem lacus ille in longitudine quasi stadiis quadringentis, latitudine autem stadiis centum quinquaginta. Denique reuertens presbyter, vt dixim⁹, cum nauigium hoc fuisset aggressus, subitò tempestas exorta fluctus tollit: ad sidera exsurgunt vndarum montes, & nũc puppis nauiculæ, prora dehiscente, fertur in altum, nunc iterum demersa puppe, prora tollitur in sublime. Turbantur nautæ, & nihil aliud nisi sola mors in hoc periculo præstolatur. Tunc presbyter cum videret se his fluctibus obrui, & spumis vndarum ipsarum grauiter operiri, extracta à collo capsula, quæ [illegible] sanctorum pignora continebat, vndis tumentibus fidus [illegible] ac sanctorum præsidium clara inuocat voce, dicens: Ne pereamus in his fluctibus, vestram depre-

Reliquiarũ præsentia tempestas sedata.

cor, martyres glorioſi, ſed potius qui iugiter persecutibus præbetis auxilium, mihi, quæso, dexteram salutis porrigere dignemini: fluctus opprimite, nosque ad littus optatum vestri adiutorii ope deducite. Et hæc dicens, cessante vento, decedentibus vndis, ad littus euecti sunt.

XIV. *Reliquiæ naufragium auertunt.*

Ex Gregor. Turo. hist. Fran. lib. 10. c. 1. & eod. de glo. mar. li. 1. c. 83. Baro. 8. an. Do. 90.

Quænam miranda Diacono Roma in Gallias redeunti, cum sacris reliquiis à sancto Gregorio Papa I. acceptis, contigerint, Gregorius Turonensis narrat his verbis: Ab hoc etiam Gregorio Papa Diaconus noster reliquias sanctorum attulit, dum adhuc in Diaconatu degeret. Hic autem Diaconus à Papa Vrbis Romanæ Pelagio, quorundam Martyrum, Confessorumque pignora accipiens, cum grandi psallentia, *psalmodia videlicet*, vel clericorum officio, ac populi immensi obsequio, vsque ad portum deductus est: & ingressus nauem, erectis velis, ac per illum antennæ, quæ modulum crucis gestat, apparatum extensis, flante vento pelagus altum arripiunt. Qui dum nauigant, vt Massilienſis ciuitatis portum attingant, appropinquare cœperunt ad locũ quendam, de quo à littore maris lapideus mons exsurgẽs ac paulatim discedens summa tenus vnda in mari distenditur. Cmmque impellente vento, carina magno impetu ferretur in præceps, vt scilicet scopulo illisa quassaretur, atque nautæ discrimen intuentes exitus vociferarentur: Diaconus eleuata cum sanctis pignoribus capsa, inuocare nomina singulorum cum gemitu & voce maxima cœpit, deprecans vt eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Iamiamque appropinquabat nauis, vt præfatum fuerat, scopulum: & statim in sanctorum contẽplatione reliquiarum, ab ipso loco commotus, cum violentia maiori ventus huic vento contrarium fluctum elisit, ventumque aduersum repulit, ac naue in pelagus profundum reuocata, cunctos à mortis periculo liberauit, sicque gyrata mole periculi, portũ quem desiderabant, cum Domini gratia ac sanctorum patrocinio, contigerunt. Erant enim reliquiæ sanctorum, quorum sacra vestigia Domini manibus sunt absoluta, cum Pauli, Laurentiique, atque Pancratii: Chrysanthi, Dariæque virginis, Ioannis, atque alterius Pauli Fratris eius, quorum certamina & palmas victoriarum ipsa caput orbis vrbs Roma decora celebrat.

Reliquiarũ sacrarum officio naufragiũ vitatur.

XV. *Petri & Pauli inuocato præsidio Romani confirmantur ad bellum.*

Mart. Pol. li. 4. an 1232.

Gregorius nonus, cum ab Imperatore Friderico, qui tunc magna ex parte patrimonium Ecclesiæ occupauerat, in vrbe obsideretur, videns etiam pœne omnes Romanos per pecuniam esse corruptos, excipiens capita Apostolorum, & processionem à Laterano vsque ad sanctum Petrum faciens, animos Romanorum sic reuocauit, vt pœne omnes contra Imperatorem cruce signarentur. Quod Impe-

Petri & Pauli reliquiarum præsentia.

remouetur Fridericus ab obsidione.

rator, qui iam credebat se intraturum Vrbem, audiens, timens longe ab vrbe retrocessit.

XVI. *Reliquiæ sunt ciuitatis munimentum.*

Ex Euagrio lib. 1. eccl. hist. li. 1. c. 13. Sur. & Lan. to. 1. incerta eius.

Sanctissimum corpus Simeonis Stylitæ post migrationem è vita Antiochiam deportatum fuit, Leone Imperium gerente, & Martyrio administrante Episcopatum Antiochiæ: Ardaburio præterea Præfecto præsidiorum in Oriente, cum militum ducibus, & cæteris ordinibus, in ipsa Mandra commorantibus, seruantibusq; sanctissimum prædicti beati Simeonis corpus, ne vrbes vicinæ illud surriperent. Itaque corpus sacratum, multis miraculis in itinere editis, defertur Antiochiam: quod Leo Imperator postea ab Antiocheni petiuit. At contra, Antiocheni Imperatori aliud postulatum offerebant, quod ita se habet: Quoniam ciuitas mœnibus caret, (Imperatoris namque furor ea diruit) sanctissimum Simeonis corpus huc apportauimus, vt nobis & muri & munimenti loco sit. Quibus verbis persuasus Leo, eorumque obsecutus postulationi, venerandum corpus illis concessit.

Reliquiæ Sanctorum munitiones sunt ciuitatum.

TIT. LIV. De Miraculis, ad externas SS. Reliquias aliquando factis, id est, ad res, quæ eorum corpora vel monumenta tetigerunt: quales sunt, vestes, capilli, barba, cilicia, &c. ac de earum reliquiarum veneratione.

Ex Matth. 9. & Luc. 8. *Mulier quædam laborauerat fluxu sanguinis annis duodecim: expendérat in medicos omnes quas habebat facultates, Christum in medio turba conspicata, cogitabat, si vel fimbriam vestimenti eius tangeret, fore vt sanaretur. Quid multis? Vicit pudorem desiderium sanitatis. Clam dominum accedit, fimbriam tangit, & mox sanitati restituitur.*

D. Luc. hist. Apost. Luc. 8. *Virtutes nam quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia & recedebant ab iis languores, & Spiritus nequam egrediebantur.*

EXEMP. I. *Puero trimo virtute coronæ spineæ & clauo sacro liberato ab infirmitate.*

Paul. Æmil. li. 1. histor. Spinea sacra & clauo sacro pellitur morbus

LVtetiæ Ludouicum Philippi Augusti Regis filium trimulum tanta vis inuasit morbi, vt anima agere, ac tantum non exspirare videretur. Sacræ spineæ coronæ partic[illegible]lam eam, quæ ad ædem D. Dionysii asseruabatur, ac sacrum clauum obseruationibus factis Lutetiam reuerendissime [illegible]culit Mauritius Parisiorum Pontifex, virsanctitate corpori puer admouit, morbus dissipatus, valetudo restituta.

II. *Iustinus Imp. præstigiis & laruis infestatus vnius claui Dominici virtute quietem accipit.*

Greg. Turon. lib. 1. glor. martyr. lib. 1. c. 6.

Claui Dominici vis.

Speciosi, omnique metallo nobiliores Dominicæ Crucis claui, qui beata membra tenuerunt, ab Helena Regina, post ipsius sanctæ Crucis inuentionem, reperti sunt: & de duobus quidem frænum Imperatoris muniuit, quo facilius, si aduersæ gentes restitissent Principi, hac virtute fugarentur. Magnã autem adferunt virtutem esse huius fræni, quod ambigi nequaquam potest: quod Iustinus Imperator publice expertus est, ac suis omnibus patefecit. Illusus enim à quodam Mago, propter pecuniam emissas sibi à dæmonis vmbra intolerabiles per duarum curricula noctium sustinuit insidias: sed cum tertia nocte frænum capiti collocasset, locum insidiandi inimicus vltra non habuit, repertumque auctorem insidiarum gladio perculit.

III. *Palla holoserica, qua Christi Domini pretiosissima crux fuit inuoluta, multa fiunt miracula.*

Idem ibid. Gretserus l. 1. de Cruce c. 76.

Miracula ad pallam, in qua fuit inuoluta pars S. Crucis.

Quæ sit virtus ligni sanctæ Crucis à sancta Helena inuctæ, hoc modo manifestum est. Aduenit quidam, qui nobis pallulam holosericam valde vetustam exhibuit dicens, ab hac Hierosolymis crucem Domini inuolutam fuisse. Quod cum apud rusticitatem nostram incredibile haberetur, ac rimaremur sollicite vnde ei tanta ibidem fuisset gratia, vt ista meruisset, cum sciamus omni tempore, quo sacrum hoc lignum adoratur, non solum exinde nihil quãquam mereri, sed etiam importunius accedentem verberibus arceri, respondit: Quando, inquit, Hierosolymam abii, Futen Abbatem reperi, qui magnã cum Sophia Augusta gratiam habuit: huic enim omnem Orientem quasi præfecto commiserat: huic me subdidi, & cum ab Oriente egrederer, ab hoc & sanctorum pignora, & hanc pallam, de qua eo tempore sancta Crux inuolucbatur, accepi. Postquam mihi vir ille retulit, & hanc mihi pallam tradidit, præsumpsi fateor eam abluere, & frigoriticis potem dare, sed mox opitulante virtute diuina sanabantur. Scindebam etiam exinde plerunque particulas, & dabam religiosis pro benedictione. Vni vero Abbati partem diuisi: qui post duos ad me annos rediens cum sacramento asseruit duodecim ab ea energumenos, tres cæcos, duosque paralyticos fuisse sanatos. Muto cuidam ipsam pallam in os posuit: sed cum dentes linguamque attigit, statim vocem eloquiumque restituit, quod nos fideliter credere ipsa Domini promissio iniicit, dicens, *Omnia quæcunque* *Marc. 11.* *petieritis in nomine meo, credite, quia accipietis, & venient vobis.*

IV. *De miraculis factis ad columnam Christi & de sacra tunica eiusdem.*

Greg. Turon. li. 1. de Gloria martyr. ca. 7. & 8.

Ad columnam, ad quam verberatus est Dominus [illegible] ster Hierosolymis multi fide pleni accedentes cortinas textiles faciunt, eamque circumdant, quas [illegible] sum pro benedictione reci-

pi-

pſunt diuerſis infirmitatibus profuturas. Ferunt etiam ipſas coronæ ſentes quaſi virides apparere: quæ tamen ſi videantur aruiſſe foliis, quotidie tamen reuireſcere virtute diuina. De tunica vero beati corporis non conſuta, deſuper contexta per totũ, quæ iuxta Dauidicum vaticinium ſub ſorte iacuerat, fides Euangelica pandit. Ait enim: *Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem.* De hac vero immaculati agni tunica, quæ à quibuſdam audiui, ſilere nequeo: Ferunt autem in ciuitate Galateæ in baſilica, quæ ad ſanctos Archangelos vocatur, retineri. Eſt enim hæc ciuitas ab vrbe Conſtãtinopolitana quaſi millibus centum quinquaginta: in qua baſilica eſt crypta abditiſſima: ibique in arca ſignea hoc veſtimentum habetur incluſum: quæ arca à deuotis atq; fidelibus ſumma cum diligentia adoratur, non immerito digna, quæ hoc veſtimentum retinet, quod Dominicum corpus vel contingere meruit, vel velare.

V. *Sacra lancea ex Chriſti clauis confecta hoſtes terrentur & fugantur.*

Sigebertus in Chron. Luitprand. lib. 4. c. 11. & Sur. 3. die Octobr. ex teſtis S. Gerardi, apud Baron. to. 10. ann. 929. 2. 3.

De lancea ex Chriſti clauis confecta hæc refert Sigebertus: Lanceam mirandi operis ex clauis Ieſu Chriſti crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi & magni Conſtantini Imp. fuiſſe, donatam Rodulpho Regi Burgundionum & Italiæ à Sampſone Comite, Rex Hẽricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte Prouinciæ Sueuorum à Rodulpho extorquet, & hanc ad inſigne & tutamen imperii poſteris reliquit. De ea vero latius in rebus geſtis S. Gerardi viri ſanctitate conſpicui. Henricus, inquit, Rex Othonis Saxonum Ducis filius, vt erat Deum timens, & amator religionis eccleſiaſticæ, vbi percepit Rodulphum Burgundionum Regem habere tam cæleſte & inæſtimabile donum, quod idem Rodulphus pro ſummo amicitiæ munere à Sampſone Comite acceperat, miſſis ad eum Legatis tentauit multis oblatis muneribus, ſi ab illo impetrare, ſibique aduerſus tum viſibiles, tum inuiſibiles hoſtes arma inuictiſſima, triumphumque perpetuum comparare poſſet. At Rodulpho Regi id ſe nulla vnquam ratione daturum aſſeuerante, modis omnibus Henricus Rex, quem muneribus emollire nõ poſſet, minis intentatis frangere conatus eſt, affirmans ſe omne eius regnum ferro & flammis vaſtaturum. Sed quia illud quod petebatur manus eiuſmodi erat, quo olim Deus terrena cęleſtibus vtraque pacificans coniunxit, Rodulphi Regis animus tandem diuinitus eſt emollitus, ita vt iuſto Regi iuſta petenti annueret. Quo autem amore donum hoc eximium Rex Hẽricus cõplexus ſit, hoc ipſo vel maxime declarauit, quod non modo auri & argenti muneribus Rodulphum Regem honorauit, verumetiam Sueuiæ Prouinciæ non minima parte donauit. Deus enim, qui cordium inſpector eſt, & bonas mentes pro voluntates, qua mercede huius rei cauſa piũ Regem Henricum in æterna vita affecerit, quibuſdam indiciis etiam in hoc ſæculo prodere voluit, quando hoſtes in ipſum incurrentes, hoc victorioſo præeunte ſigno, ſemper terruit atque fugauit. Tali igitur occaſione, diuina fauente voluntate, ſanctam illam lanceam Rex Henricus adeptus eſt, quam filio, de quo nobis impræſentiarum ſermo eſt, è vita decedens dereliquit vna cum regno, non minori veneratione ab eo conſeruandam, vti non paucę teſtantur victoriæ, quas per eam orando obtinuit. Hæc ibi. Verum quod dicitur ex clauis Dominicis illam eſſe confectam, verius puto eſſe dicẽdum ex aliqua parte clauĩ, alio ferro coniũcta illam elaboratam: nam clauĩ Domini ad alium vſum ſunt habiti.

Henrici Regis pietas in cultu ſacræ lanceæ.

Lanceæ ſacræ virtute victoriæ multæ partæ.

VI. *Quanto in honore fuerint olim apud Græcos B. Mariæ zona & Chriſti Domini faſcia.*

Excerpt. S. Germ. Patriarchæ Conſtantin. apud Simeon. Metaphr. & Euthymio monacho apud eund.

Sanctiſſimæ Deiparæ, quaſe adſtringebat, zonam, pretioſiſſimaſq; faſcias, quibus Virgo integerrima tenerrimum Chriſti pueri corpuſculum colligauit, ac vinxit, vſque adeo venerata Græcia eſt, vt templum in vtriuſque rei honorem incredibilis cuiuſdam formoſitatis erexerit. Cuius templi dedicationem, & vt iidem Græci loquũtur, encænia, Germanus Byzantius Antiſtes oratione celebrauit, qua ſimul Virginis laudes perſequitur. Eam vocat Chriſti ſupremi Regis animatam ciuitatem, Chriſtianorum ſolatium, eorum, qui vexantur, potentiſſimam adiutricem, peccantium, ſi modo pœniteant, portiſſimum, tutiſſimumque perfugium. Et Euthymius monachus: Laudatur, inquit, zona, quæ annos plus quingentos illæſa atq; integra perſeuerat, cuius nitor quaquam infuſcatus eſt color, quæ vincit ſplendore iaſpidem, talemque ſe videntibus exhibet, qualis ex manu prodiuit artificis. Ea ſe cœli Regina reuera, vt credimus, cinxit, idolorum contriuit aras, gentium delubra vaſtauit, & humani cruoris effuſionem, flumenque coercuit.

B. Virginis laudes.

Zona B. Virginis laus & integritas.

VII. *De veneratione ſanctiſſimæ Dei genitricis veſti ab Imperatore Leone & aliis exhibita.*

Niceph. Call. liſt. hiſt. eccl. lib. 15. c. 24.

Leone imperante, veneranda immaculatæ matris veſtis hoc modo Conſtantinopolim perlata eſt. Nanc ad filium migrans Dei mater mulieri Hebreæ coniugi ſeu viduæ reliquit, quæ etiam vſque ad illud ipſum tempus incorrupta permanſit, & multa miracula edidit. Poſtquam autem Candidus & Galbius germani fratres patricia dignitate prædicti, Hieroſolymis profecti, omnia loca perluſtrauerunt, & exoſculati ſunt, atque inde etiam in Galilææ partes venerunt, & theſaurum hunc apud Iudæam quandam aſſeruatum reperierunt, conſilium eius auferẽdi ceperunt. Hieroſolymorum vrbe peragrata, & ſancto quoque loco ſalutato, ex Palæſtina diſceſſuri, arcam eius longitudine, & latitudine, qua illa erat, in qua diuina Dei matris veſtis repoſita erat, ſigillatim tamq; vacuam ſolito ornamento cooperiam per fraudem in loco ſuo depoſuerunt: alteram autem illam cum ſacroſancta veſte receperunt, & cum

Veſtis diuæ Virginis ex Palæſtina Conſtantinopolim deportata.

Vestis Deiparæ virginis vbi reposita.

& cum ea quam celerrime Cõstantinopolim recurrerunt: in suburbana regione, cui Bachernæ nomen erat, occultare diuinum thesaurum volentes. Quãdoquidem vero rem rentare, quæ fieri nequiret, visi sunt, ingratis etiam eam ad Imperatorem retulere.

Deiparæ virginis vestis vbis. Constantinop. custos & morborũ officina.

Atque ille incredibili elatus voluptate, rotundo in eo lóco vbi asseruabatur constructo templo, cum summa veneratione sacram arcam in eo collocauit: vbi nunc quoque venerãda illa vestis integra seruatur, veluti inuictum, perpetuumque vrbis præsidium, quæ varios repellit morbos, & miraculis, quę in ea fiunt, naturam & vim temporis superat. Pulcheria quidem, clebris Imperatrix, ingens sub Marciano Deimatri condidit templum, vbi sepulcrales fascias reposuit, Leo autem Magnus aliud construxit, in quo magnifice vestem illius consecrauit.

VIII. *De tunica S. Ioannis Euangelistæ miraculis coruscante.*

Greg. Magn. lib. 2. epist. 3. Ind. 11. Ioannes Diacon. in vita S. Greg. Baron. to. 8. an. Do. 591.

Anno Christi Domini quingentesimo nonagesimo secundo inter multas Gregorii Papæ tertii ærumnas felix illud ac faustum accidit, vt reperta tunica sancti Ioannis Euangelistæ Romã deferretur: cum enim innotuisset ipsi Gregorio tunicam sancti Ioannis apud quendam Episcopum asseruari, Episcopum illum cum ea Romam venire præcepit, ita de his scribens ad Ioannem Abbatem: De tunica vero sancti Ioannis omnino grate suscepi, quia sollicitus fuisti mihi indicere. Sed studeat dilectio tua mihi ipsam tunicam, aut (quod melius est) eundem Episcopum, qui eam habet, cum clericis suis, & omnia ipsa ad me trãsmittere: quatenus & benedictione tunicæ perfruamur, & de eodem episcopo vel clericis mercedem habere valeamus. Hanc autem Romam fuisse perlatam, & collocatam sub altare sancti Ioannis in basilica Constantiniana, testatur Ioannes Diaconus, qui eam consueuisse coruscare miraculis tradit; ait enim: Quæ quidem vestes vsque hactenus tantis miraculis coruscare probantur, vt siccitatis tempore foras excussæ pluuiam conferant, inundationis vero serenitatem reducant.

Tunica S. Io. Euang. inuenta.

D. Ioann. Euang. tunica Romã translata.

IX. *Ad linteipsorticulam, quo Saluator discipulorum pedes tersit, miraculum.*

Leo Ostien. in Chron. Cassin li. 2. c. 94. Baron. tom. 11. anno Christi 1014 13.

Anno Domini millesimo decimo quarto, Graeci quidam ab Hierosolymis venientes, particulam lintei, cum quo pedes discipulorum Saluator tersit, secum detulerunt, & ob reuerentiam loci cuiusdam monasterio Cassinensi obtulerunt. Verum cum lucrimi fidem derogarint, illi fide præditi particulam illam ardentibus imponunt prunis, quæ mox in colorem ignis versa est. Amotis tamen carbonibus, ad pristinam speciem admirabiliter rediit. Cumq; cogitarent, quomodo vel vbi pignorata tuerentur, dispositione Dei contigit, vt eodem die [illegible] huc loculus ille mirificus, vbi nunc cõdita est [illegible] ipsius particula, argento & auro, gemmisque opere angelico subtiliter & pulcerrime decoratus. Ibi ergo amoto crystallo, cum omni veneratione locata est: moriſque est annis singulis ipso die cœnæ Dominicæ ad mandatum fratrum à mansionariis eam deferri, & in medium poni, duoque ante illam accendi candelabra, & iugiter, donec impleatur mandatum, ab acolytho incensari. Demum iuxta finem mandati, à singulis per ordinem fratribus flexis genibus deuotissime adorari, & reuerenter exosculari.

X. *Contactus particulæ vestimenti B. Ignatij sanat strumas.*

Ioan. Pet. Maffeus in vita S. Ignatij li. 3. c. 14.

Cum defuncti B. Ignatii Loiolæ corpus exequiarum causa iaceret in feretro, Bernardina quædam Romana, filiam strumis iam diu laborantem, quam arte nulla medici sanare valuerant, ad osculandas mortui manus admouere vehementer optabat, certam ex eo contactu filiæ valetudinem sibi pollicita. Sed cum præ turba impetu sæpe facto puella numquam ad feretrum accedere potuisset: denique mater, quippe quam filiæ charitas valentiorem audaciorem que reddebat, non ante destitit, quam ex vestimentis Ignatii frustulum adepta est. Id frustulum Virginis collo simul atque alligatum, velut præsenti numinis ope morbus euanuit: cuius miraculi rumor cunctis, vt par est, admirantibus, longe lateque manauit.

XI. *De linteo, quo Christi facies à Veronica fuit abstersa, miracula.*

Ex Method. Mariano Sco to Constantino Porphyrogenito & aliis, Simon. Maiolus Episc Vulturarien. colloq. 20.

Sacrosanctum linteum illud, quo Christi facies, cum ad passionem traheretur, sudore fluens abstersa est, eius contactu, cum beata Veronica attulisset ad Tiberium Cæsarem, à lepra mundatus est. Vt ex Methodio Tyriorum Episcopo recolit Marianus Scotus. Quin Volusiano ingentem in dorso gibbum patienti eiusdem sudarii contactu morbus propulsus est. Seruatur hoc beatæ Veronicæ sudarium Romæ, ac colitur summa veneratione. Testantur hæc præter Constantinum Porphyrogenitũ etiam Bergomis, Polydor, Virgil. inuent. libro sexto, capite decimo tertio.

Veronicæ sudarium Romæ in magna veneratione. Ad Veronicæ sudariũ miracula.

XII. *Mitra S. Gregorij VII. sanatur Vbaldus Episcopus Mantuanus.*

Baron. to. 11. an. Do. 1085. 13. ex bibliothecario eius temporis scriptore, in vita S. Gregor.

Gregorius septimus Papa mitram capitis sui trãsmisit Anselmo tertio Lucensi Episcopo, tanquam potestatem suam hgandi & soluendi, sed & miracula, credo, faciendi. Nam non multo post, cognoscẽtibus nobis omnibus, per ipsius consilium, & fidem magnam, præclara quædam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim Reuerendissimus Dominus Vbaldus Mantuanus scilicet Episcopus, multis iam annis grauissime spleneticus, toto corpore vlceratus, præsertim in crucibus, sic vt vix quo [illegible] esse posset, vix etiam iacere vel sedere, qui & multa à medicis erogauerat, nihilque profecerat, apposita eadem mitra, vbi maior ingrueret dolor, pristinæ re[illegible] litus est sanitati.

Mitra sanatur Episcopus splenaticus.

XI[illegible]. Bar-

XIII. *Barba S Petri Apostoli in Gallias delata multa edunturmiracula.*

Ex Frodoardo de reb. sui temp. Baron. an. Do. 922. tom. 10.

Anno Domini nostri Iesu Christi nongentesimo vigesimo secundo, in pago Parisiaco in villa, quæ dicitur* Gesedis, multa miracula in ecclesia sancti Petri, à quarto superiore anno, ex quo scilicet reliquiæ de barba ipsius Apostoli illuc sunt relatæ facta memorantur, ita vt inter cæcos & claudos vel contractos amplius quam centum septuaginta sanitate donari referantur: dæmoniaci vero quotquot illuc abierant, sano sensu, pulsis dæmonibus redierint, præter alia innumerabilia, quæ ibi sunt acta.

* Iesedis.

Ad barbam S. Petri miracula multa.

XIV. *De fœmina à cacodæmone virtute capillorum S. Vincentij erepta.*

P. Petrus Rāzanensis Panormitanus in vita S. Vincentij li. 4. in fine apud Sur. to. 2. April. 5.

Frater quidam Dominicani instituti Gulielmus Portas, cum in Maiora Insula Beatus Vincentius esset, pilos quosdam rasæ barbæ illius ex deuotione multo tempore asseruauit. Is vt audiuit fœminam quandam à dæmone occupatam, quæ multa etiam secreta indicaret, pilos illos pāno inuolutos ad eius collum alligauit. Tum vero malus dæmon acrius cœpit vexare fœminam. Interrogatus cur esset solito atrocior, respondit: se vim magnam sentire capillorum fratris Vincentii Ferrarii, & tandem à fœmina abscessit, ea pœne exanimi relicta. Multi alii solo vestium sancti viri contactu à diuersis & quidem exitialibus morbis erepti sunt.

Vis capillorum S. Vincentii Ferrarien.

XV. *Ligno cancelli S. Martini sanatur Gregorius Turonensis infirmus.*

Greg. Turon. miracul. S. Martini li. 4 c. 2. apud Baron. tom. 7. an Do. 574.

Quodam tempore lingua mihi, Gregorio Turonensi videlicet, grauiter obriguerat, & vt plerunque dum loqui vellem, balbutire me faceret: quod non mihi sine improperio erat. Accessi autem ad tumulum sancti, ac per lignum cancelli linguam impeditam traxi. Protinus tumore compositio conualui. Intumuerat enim valde, & totum palati impleuerat antrum. Deinde post diem tertium, labium mihi exilire grauiter cœpit. Accessi iterum quærere sanitatem ad tumulum, tactusque à dependentibus veli protinus stetit venæ pulsus.

Miraculum

XVI. *Ex vnguento sancti Niconis omnis generis morbi sanantur.*

Ex Abbate monasterii S. Niconis Baron. to. 10. an. Do. 981.

Prætoris munere præcipua cum laude perfunctus Basilius Apocaucus, priusquam rediret in patriam, Lacedæmonem venit, vt sacram beati thecam adoraret: summumque in illum amorem & studium testaretur, discedens autem collectum vasculo sacrum vnguentum, quod sanctificationi, malisque & morbis omnibus depellendis proficuum esset, domum tulit. Domi ergo quendam ex famulis, quem in intimis habebat, graui, lethalique morbo decumbentem, ac desperata per medicum valetudine deploratum nactus, diuino, quod gerebat, vnguēto Gregorium (id enim seruo nomen erat) certa [illegible] ciens inunxit. Res mira! Iub medi[illegible] noctem è lecto repente desiliens æger, suisq; pedibus gradiens, sonora voce qui modo elinguis erat, vxorem vocat, Apocaucus ad vocis sonitum excitus, accurrit: & sanitati, aut vitæ potius restitutum cernens, modū causasq; interrogat: tum ille, monachum sibi quendam adfuisse ait, insignem cruce virgam manu gerentem, cultuque corporis eremitico, & lethalem morbum protinus depulisse. Astans enim mihi, aiebat monachus ille (cuius etiam vultus lineamenta signabat, ex quibus Apocaucus sanctum fuisse didicit) manuque prehendens: Deus, inquit, propter Apocauci fidem, vitam tibi Metonoitæ precibus largitur, & cum hoc dicto statim abiit. Ego vero integram valetudinem adeptus sum.

Exvnguento è corpore S. Niconis profluente miraculum.

TIT. LV. De pœnis contemnentium, vel minus reuerenter tractantium sacras Sanctorum Reliquias.

EXEMP. I. *De Iudæo, cui vtraque manus exàrdescens decidit, quod loculos seu feretrum Diuæ Virginis impie & irreuerenter contrectasset.*

Niceph. Callist. hist. eccl. li. 2. c. 22.

POstquam sacratissima Dei mater animam Deo reddidisset, Apostoli, & qui præterea ibi aderant viri egregii, lectum corona circumdantes reuerenter illam exosculantur. Ad quam deinde quam plurima fiunt miracula, cæci namque, præter spē exspectationemq; omnem, oculis suis solem cernūt, surdis auditus suus datur, claudi gressus recipiunt: & vt semel dicā, omne morbi genus attactu solo prorsus cedit, & profugit. Deinde cereis ardentib. prælatis, & vnguentis floribusq; sparsis, atq; Angelis cælitus ferentibus vel præeuntibus, vel stipantibus, vel etiam consequentibus, diuinis patribus & Apostolis diuina quædam carmina concinentibus, intellectualis illa atque spiritualis arca, ex Sion in Getsemani, Apostolicis eam gestantibus manibus fertur. Etenim inter hanc tantā lætitiam molestū & durū quiddam incidit, quod silentio prætereundum non est. Cum enim diuinum illud tabernaculum, ita vt dictum est, ad Getsemani portaretur, vbi Dei genitrix sepeliri se mandauerat, Iudæi inuidia tabescentes eum occultare non possent eum, qui in mentibus eorum fouebatur, liuoris affectum produnt. Inter quos aliis quidam confidentior, furibundusque magis, (erant autem ex Sacerdotum ordine) cum sacrum illorum tabernaculum portaretur, impetu quodam præter rationem percitus, in id ferebatur, vt [illegible] sternere sacram illam arcam, atq; pessundare in animo habens. Sed enim vindicta nequaquam retardatur: Namque ab vlnis manus illius recisa [illegible] dependent. At quæ diuina natiuitate sua, [illegible] habitabilem orbem omnem replente, in [illegible] quidem cuipiam molestiæ aut ærumnæ alicuius causa futura erat. Porro is cui

Iudæo impie reliquias diuæ Virginis inuadenti man' decidunt.

hoc

hoc contigerat, cum malus quidem, sed tamen non prorsus desperatus, & incurabilis esset, pœnitentiæ rite prætendit remedium, & quoniam manus, quas non habebat, prætendere nequit, lacrymas profert, & simul cum ea resipiscentiæ disciplina, cura quoq; adest. Feretrum enim consistit, & manus, ad refectionem, vnde deciderant, accõmodatæ (Petri id iussu factum) confestim pristinum statum recuperant.

Iudæo per pœnitentiã resipiscenti manus restituuntur.

II. *Clauem S. Petri Apostoli despiciens malo spiritu arreptus mortem sibi ipsi conciuit.*

Ex Gregor. Magn. lib. 6. epist. 25. ad Theoctisten. Baron. to. 9. an. Do. 585.

Benedictionem Sancti Petri Apostoli, clauem à sanctissimo eius corpore tranimisi, de qua videlicet clause hoc est gestum quod narro miraculum. Dum eam quidam Longobardorum, ciuitatem ingressus in Transpadanis partibus inuenisset: quia Sancti Petri clauis esset, despiciens: sed pro eo quod auream vidit, facere sibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultrellum, vt eam incideret: qui mox cultrellum, cũ quo eam per partes mittere voluit, arreptus per spiritum sibi in gutture defixit, eademque hora defunctus cecidit. Et dum illic Rex Longobardorum Antharit, atque alii multi eius homines adessent, & is qui se percusserat, seorsum mortuꝰ, clauis vero hæc seorsum iaceret in terra: Factus est omnibus vehementissimus timor, vt eandem clauem de terra leuare nullus præsumeret. Tunc quidam Longobardus Catholicus, qui sciebatur oratio. & eleemosynis deditus (Minulphus nomine) vocatus est, atq; ille hanc eleuauit de terra: Antharit vero pro eodẽ miraculo aliam auream clauem fecit, atque cum ea Pontifici sed sanctæ memoriæ prædecessorem meum transmisit, indicans quale per eam miraculum contigisset. Ipsum ergo vestræ excellentiæ transmittere studui: per quam omnipotens Deus superbientem & perfidum hominem peremit: vt per eã vos, qui eum timetis & diligitis, & præsentem salutem & æternam habere valeatis.

Clauem auream fecit Antharit Rex Longobardorũ. Clauem S. Petri de terra leuat Minulphus Catholicꝰ. Indulgentiæ cæ pernatæ S. Petri.

III. *Clodouæus Francorum Rex irreuerentius tractans B. Dionysii reliquias castigatur.*

Ioa. Lazar. li. 3. c. 60.

Anno quarto Clodouæi Regis Franciæ tanta rerum inopia fuit, vt passim in regno Franciæ multi fame perirent. Cuius rei motu Clodouæus feretrum Dionysii, quod ex solito argento erat, eroganit. Hic brachium sancti Dionysii aliquando non satis reuerenter tractans, mente captus est, tantaque aeris obscuritas intra templum secuta est, vt qui illic adessent pauitantes citissime aufugerent. Rex vero, quamvis nondum sanam mentem recepisset, brachium ipsum ablatum, auro circumdatam, & gemmis multis decoratam corpori restituit. Verum nec sic sanus effectus (licet meliuscule haberet) duobus annis hoc modo afflictus, decimo sexto regni sui anno interiit.

IV. *Discrimen pij ab impio per sanctorum reliquias.*

Ex Gregor. Nazianzeno

Refert Diuus Gregorius Nazianzenus, duos nepotes Constantii Imperatoris, Gallum & Iulianum, volentes exstruere insignem ecclesiam supra tumulum Mamantis martyris, inter se diuisisse opus: sed partem illam, quæ extruebatur à Gallo, vere pio & fideli, felicissime processisse: partem autem, quæ exstruebatur à Iuliano, qui Apostata futurus iam mẽte corruptus erat, non potuisse vnquam coalescere: quod terra insolito more contremiscens continuo quasi euomeret, quidquid Iuliani sumptibus in fundamentis proiiceretur. Causam huius miraculi Nazianzenus fuisse dicit: quod sancti Martyres se inter se mutuo diligant: ideo enim martyrem, cui templum exstruebatur, honorem illum recusasse, quod nollet ab eo honorari, à quo collegas suos cõtumelia afficiendos præuidebat, & ipsum etiam Deum, qui corda intuetur, opus Galli, tanquam Abelis sacrificium admisisse: opus Iuliani, tanquam sacrificium Cain abiecisse.

orat. 1. in Iul. Iuuenal. Belliarum li. 2. de reliquiis Sanctor. c. 2. to. 1.

V. *De pœna violantium ecclesiam & reliquias S. Alexandri martyris.*

Eutrop. li. 17. Rerum Rom. Niceph. Call. li. 18. c. 28 Bredenb. li. 5. cap. 49.

Anno decimo octauo Imperii Mauritii, Chaianꝰ cum barbaro exercitu suo Diriziperam venientes ciuitatem depopulati sunt, & sancti Alexandri martyris ecclesiam incenderunt: sepulcrumque illius argenteo tecto coopertum spoliant. Sed & iniuriis quoque martyris corpus afficiunt, multamque in Thrace prædam capientes, epulabantur splendide, contra Romanos elati. Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, pestilentiam languoris barbaris intulit, & in vno die septem filios Chaiani per febrem & inguinariam passionem occidit, vna cum aliis turpibus multis, ita vt post triũphale gaudium cum carminibus, & canticis, lamentationes & lacrymæ, & luctus sine consolatione possideret barbaros.

VI. *De vindicta Diuina in violatorem sepulcri S. Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani.*

Ex Nicetæ Dauide in vita S. Ignatij Baron. to. 10. an. Dom. 878.

Silentio minime præteribo miraculũ, quod post mortem Ignatii Patriarchæ Constantinopolitani contigit. Lydus Sacellarius quidam suggestione Photii impudentis monasteriũ ingressus, vt omnes qui in sancto eius sepulcro preces effundebant, vt suis egestatibus opem ferret, verberibus & iurgiis pelleret: & hoc cum fecisset, addidit malum malo, & præcepit, vt prope sacrum sepulcrum effodiatur, & profunde terra euertatur, ea videlicet occasione, eo quod eo in loco à Patriarcha multum auri alias fuerat occultatum: reuera autem, vt hoc dedecus impingeret venerandis illis reliquiis: ita inuidia omnino illum occupauerat, insanam videlicet eius animam, vt ne post mortem quidem illum quiescere sineret. Sed vna cum impio illo mandato impium etiam ira à Deo missa adorta est, non ferente in hoc [illegible] inimitate, sed velociter meritã inferente vindictam. Quamprimum igitur vehementer clamans superbus ille, ac si interficeretur, iursum ac[illegible]or-

ac deorsum proprio sanguine instar fluuii ex ore manante cruentatus, & alienis manibus deportatus, quasi voce carens, quatuor diebus ita tormentatus efflauit animam.

VI. *Canonicus negans sanctitatem reliquiarum sancti Thomæ Aquinatis, diuinam experitur vltionem.*

Ioan. Garzo. in vita eius apud Surium tom. 1.

Anno à morte sancti Thomæ Aquinatis quadragesimo secundo, Canonicus quidam Salernitanus sacras reliquias inquirens, quas reponeret in sacello sanctæ Crucis ab ipso constructo, ad castrum vbi manus sancti Doctoris seruabatur, aduenit, multasque ipsi ostensas sanctorum reliquias reuerenter, vt par erat, venerabatur. Cum autem diceret sacellanus Castri, se adhuc maioris pretii habere reliquias, nempe manum integram fratris Thomæ Aquinatis, ille spreuit, & irrisit, dicens, illum sanctum non esse, sed vnum è familia sancti Dominici. Mox vero contemptum secuta est vindicta cœlestis. Nam tremor illum ingens apprehendit totius corporis, & caput eius mire intumuit. Tum ille ad se rediens, seseque temeritatis arguens, veniam petiit à Sacerdote, manumque sancti Thomæ reuerenter exosculans, & tremore, & tumore se sensit liberatum.

VII. *Ad sepulcrum S. Amabilis pre byteri orare despiciens Dux, diuinitus compellitur.*

Greg. Turon. de glor. Conf. cap 33.

Fuit in Aruerna vrbe admirabilis sanctitatis Amabilis quidam vici Ricomagensis presbyter, qui virtutibus magnis præcellens, sæpe serpentibus dicitur imperasse. Nam ad huius tumulum cum Dux Victorius despexisset orare, affixo è regione equo, nequaquam poterat amouere. Quem cum flagris, stimulisq; vrgeret, & ille quasi æneus, staret immobilis, tandem aliquando Dux à suis commonitus, qui, vt ita dicam, ipsi pecudi similis erat factus, ad orationem descendit; cumque fideliter orasset, quo voluit, iuit. Ad huius tumulum energumenum vidi mundatum, periurantem diriguisse vt ferrum, crimen confessum, illico absolutum.

VIII. *Milites sancti Narcissi reliquias diripientes à muscis terrentur ac vulnerantur.*

Surita lib. 4. c. 69. Baron. in Martyrol. ad 18. Martij.

Cum Philippus Galliæ Rex, bello in Petrum Regem Aragonum moto, Gerundam cepisset, eius milites, qua erant insolentia, vi templis illata, sancti quoq; Narcissi patroni & tutoris illius vrbis sepulchrum diripuerunt; sed inde egressa muscarum inaudita forma & magnitudine examina, & magno impetu in multitudinem inuolantes sic terruerunt, & acutis ac venenatis morsibus vulnerarunt, vt intra paucos dies hominum plus quadraginta, & equorum plus 24. millia ea pestis absumpserit. Quin etiam Petrus ipse Aragonum Rex, in epist. ad Sanchium Castellæ Regem data, scribit, [illegible] ad 40. millia periisse: neque multo post [illegible] Rex ipse Galliæ mortuus est Perpiniani. Ex hoc tristi euentu abierunt in prouerbium, Muscæ S. Narcissi, vt annotat Baronius in martyrologio 18. Martii, qui etiam Philippo iungit Carolum Siciliæ Regem.

Muscis necantur mul. ti milites S. Narcissi reliquias diripientes.

IX. *Maurus blasphemans ad reliquias S. Lupi diuinitus corripitur.*

Idem ibid. cap. 67.

Lupum Antistitem apud Tricassinorum Campaniæ vrbem sepultum, nulli habetur incognitum. Ad cuius basilicam Mauri cuiusdam seruus negligentia admissa confugit. Frendens vero dominus eius, de vestigio persecutus, ingressus basilicam, nec oratione prostratus, blasphemias in sanctum euomere cœpit, ac dicere: Ettu Lupe, seruum meum auferes, & propter te nō licebit mihi in eum debitam vltionem exercere? & exerta manu seruum trahere cœpit, dicens: Non mittet hodie hic Lupus [illegible] num suam de sepulcro, vt eruat te de manibus meis. Hæc dicente misero, extemplo lingua, quæ in sanctum blasphemias effudit, diuinitus obligatur: atq; mutatus homo, debacchari cœpit per totam ædem dans mugitum, vt pecus, sermonem vt homo non proferens. Cumque hæc suis nunciata fuissent, apprehensum duxerunt ad domum suam. Vxor vero eius multa munera in basilicam posuit: sed hic tertia die cum graui cruciatu vitam finiuit. Quo defuncto, mulier quæ dederat recepit: seruus tamen permansit ingenuus.

Blasphemat ad sepulcrū S. Lupi luit pœnas.

X. *Caditur Gallorum exercitus ob profanatum martyrum Crispini & Crispiniani sepulcrum.*

Iacob. Meyerius Annal. Flandr. lib. 15. an. 1414.

Huic affine est quod sequitur. Anno 1414. [illegible] Gallorum Rex bellum gereret aduersus Ioannem Burgundionum Ducem, & Flandriæ Comitem, [illegible] gultam Suessionum Duci fauentem occupauit, [illegible] Sanctorum Martyrum Crispini & Crispiniani (quorum corpora ea in vrbe sunt in honore) templum violauit. Sed anno circumacto, eo ipso die, qui sanctis martyribus sacer est, idem Gallorum fortissimus exercitus, ex hominum innumera multitudine, & præcipua regni nobilitate conflatus, victus, profligatus, atq; cæsus fuit ab Angelorum parua manu, q̄ nec pacis fœdus, nec inducias à Gallis impetrare potuerat. Creditum autem vulgo est, Deum martyrum precibus impulsum, hac clade ab iis, qui templū & sepulcrum martyrum profanarant, pœnas exegisse.

Caluinistæ ob violatas reliquias S. Martini bis à Catholicis miserrime cæsi.

Thom. Boz. lib. 23. de sig. e cl. cap 3.

Cum Caluinistæ Turonis ossa S. Martini in ignē [illegible] iecissent, ad internecionem cæsi à Catholicis [illegible] ferrime bis fuere cæsi, vlciscente Deo iniurias [illegible] sanctissimi viri.

XI. *Reliquias S. Nicetæ non audens est diu dere Episcopus diuino terrore perculsus.*

Ex Simeone Metaphr. Ier. tom. 1. Septemb 15.

Illi homus, quæ sanctum Niceram Athletam, primo [illegible] egit hospitio, dinatur pollice sacræ illius domus, hanc propriam gratiam amico Mariano dat [illegible] Nicetas, honorans amicitiæ leges & hospitalitatis. Quod quidem nulli alii sunt facere, in hoc quoq; amico gloriam tribuens. Etenim Auxen-

tius, qui erat ciuitatis Mopsuestiæ Episcopus, cum aggressus esset eius corporis aliquid diuidere, & accipere, nihil quidem accepit eorum, quæ volebat: eum autem non paruus inuasit metus, nec eiusmodi, vt non in apertum prodiret, aut lateret, sed quo eius quoque anima fuerit valde agitata, & alios docuerit iisque vidit, & terrore, quo affectus est, vt nemo deinceps manum audacem porrigeret, neque vllam partem eius corporis, cum esset præter ipsius sententiam, auelleret.

XIII. *De funesto interitu viri improbi contra reliquias S. Oportunæ blasphemantis.*

Adelelm. Sag. in Epsc. apud Sur. to. 2. April. 22.

Cum per merita beatæ virginis Oportunæ Abbatissæ innumeri ægroti in castro Syluanectensi sub Hugboldo Comite sani efficerentur, Syluanectenses omnes locum illum, vbi eius sacrum corpus asseruabatur, venerari cœperunt. Ecce autem Sacerdos quidam, Alimarus nomine, inuidiæ stimulis percitus, dixit hominibus eo aduentantibus: Non est hoc in loco vllum sanctæ alicuius virginis corpus, sed merum phantasma est, quod hic colitur. Peruenit hoc ad aures Roberti Deo chari, & religiosi viri, nunc vero etiam Episcopi, aitq; ad illum: Eia miser, qua fronte tu isthæc audus es dicere? Certe propediem experietis, num reuera hoc in loco sanctæ Oportunæ corpus habeatur. Eodem die blasphemus ille in cœnaculum ascendere volens, fractis cruribus non diu post exspirauit: iamq; vltimum reddens spiritum, ante aram deportatus, propter blasphemiam suam se falsus est diuina animadnersione peculum.

Reliquias S. Oportunæ contemnens diuinam experitur vindictam.

TIT. LVI. De inuentis corporibus Sanctorum eorumque vestimentis, diu in terra incorruptis & illæsis.

EXEMP. I. *De sancti Ferreoli corpore integro cum vestimentis illæsis inuento.*

Greg. Tur. de mirac. S. Iuliani cap. 2. Baron. tom. 6. ann. Dom. 475. 21.

QVodam tempore, dum ad occursum beati Nicetii Antistitis vsque Lugdunum processissem libuit animo non aliter, nisi orationis causa, Viennam adire, & præcipue sepulcrum visitare Ferreoli martyris glorioſi: insederat enim menti propter eius dilectionem eorum, me sic esse eius alumnum, vt Iuliani. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal, conspicioque in eo versiculos hoc modo conscriptos:

Heroas Christi gemmos hæc continet Aula:
Iulianum cape, corpore Ferreolum.

Caput S. Iuliani cum corpore S. Ferreoli inuentum.

Cum hæc legerem ædituum consulerem, cur hæc scripta sic fuerint, respondit: Basilica sancti martyris Ferreoli super ipsum Rhodani littus ab antiquis erat collocata. Dehinc cum impulsante violentia aquarum porticus quæ ab ea parte erat collocata, corruerent: prouidus Sacerdos Mamercus nomine, qui tunc Viennensem regebat ecclesiam, ruinam futuram præueniens, aliam basilicam eleganti opere, & in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sancti martyris transferre corpus cupiens. Aduenit autem ad hoc opus Abbatum & Monachorum magnus numerus: vigilataque nocte, accepto sarculo, fodere cœperunt. Cumque in profundo descenderent, tria sepulcra reperiunt, ac confestim stupor mentes spectantium inuadit. Nec quisquam erat certus, quinã esset beati martyris tumulus. Igitur cum starent omnes in hebetate mentis attoniti: inspirante (vt credo) diuinitate, vnus ex circumstantibus exclamat, dicens: Antiquitus referre solitum erat, & celebri per populos sermone vulgatum, sancti Iuliani Confessoris caput in sepulcro retineri martyris Ferreoli: Sic opertorio amoto, vnusquisq; consideretur, & sic potest, quæ sunt membra Ferreoli martyris, protinus inueniri. Hæc audiens Sacerdos cunctos iubet in oratione prosterni. Qua impleta procedit ad tumulos, detectisq; duobus, singulos in his quiescentes inuenit viros. Cumq; aperuisset & tertium, inuenit in eo virum iacentem illæso corpore: integro vestimento, qui deciso capite, caput amplexus aliud brachio detinebat: erat enim ac si nuper sepultus, neque pallore faciei demutatus, neque capillorum decisione turbatus, neque vlla putredine resolutus: sed ita integer & illæsus, vt putares eum adhuc sopore corporeo detineri. Tunc Antistes gaudio magno repletus, ait: Hoc esse cadauer Ferreoli, hoc esse caput Iuliani martyris, dubium non habetur. Tunc cum magno psalterio, plaudente populo in loco, vbi nunc est, adoratur, Domino annuente. Hæc autẽ, vt ad sepulcrum martyris ab ipso ædituo cognoui, fideliter retuli.

Basilica noua à Mamerco erecta.

Inuentio SS. martyrum.

II. *S. Huberti Episcopi Leodiensis corpus, dum decimo septimo post obitum anno eleuatur & transfertur, integrum illæsumq; inuenitur.*

Apud Sur. die 3. Nou. to. 6. Baron. tom. 9 ann. Dom. 771.

Anno Dominicæ incarnationis septingentesimo septuagesimo primo, qui & numeratur tertius Caroli & Carolomanni Regum, inuentum est venerandum corpus sanctissimi viri Huberti Episcopi Leodiensis, translatumque per eundem Regem Carolomannum honorificentissime. Idque factum anno decimo sexto ab eius felicissimo transitu. Rem gestam scribit eius discipulus atque familiaris, qui his omnibus potuit præsens esse: sed quomodo integrum inuentum est corpus, vt nuper defuncti referret imaginem, hæc ab eodem auctore accipe: Introspiciens glorioſum eius corpus nulla detrimenta passum, illæsum à dissolutione atque putredine repererunt, & pro tabo atque putredine, aromatum more illud senserunt mirifico odore feruere. Caput eius perlustrates oculis, vident quidem vultum eius (quod dictu quoque mirabile est) sudore perfusum, [illegible] rosæ roscidulis perfusum guttulis, coronam vero capitis rum alienam prorsus ab omni læsione, cæsariemque [illegible] & prolixitate & pul-

S. Huberti corpus 17. ab obitu anno integrum & odoriferum inuenitur.

cri[illegible]

eritudine, neque enim candore senili albebat, sed colore & visione sui iuuenis caput repromittebat.

III. *De S. Raynaldi Archiep. cadauere absque vlla corruptione post multos annos inuento.*

Hier. Ruben. de gest. Rauenn. apud Sur. to. 7. August. 18. S. Raynaldi Archiepiscopi corpus post multos annos apparet incorruptũ.

Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo, non absque ingenti apud omnes Sanctitatis opinione, & quintodecimo Kalendas Septembris tranquille decedens sanctus Raynaldus Rauennæ Archiepiscopus in cœlestem patriam euolauit. Sepultus est in monumento ex marmore, in æde Vrsiana: quod cum superioribus annis Iulius Feltrius ab Ruuere Cardinalis, Rauennatum Archiepiscopus, aperire coram se mandasset, viri sancti cadauer integrum ac pæne recens, promissa barba, statura procera, ingenua forma & specie ad dignitatem apposita inuentum est. Ad eius cadauer, cum adhuc in sepulcrum illatum non esset, multa miracula & in sequentibus etiam diebus & annis facta sunt.

IV. *S. Claudii corpus etiamnum ab incolis & peregrinis integrum conspicitur.*

In vita eius apud Sur. to. 3 Iun. 6. c. vltimo.

Sanctus Claudius Archiepiscopus Bisuntinus, post factus Monachus ordinis sancti Benedicti, cum sciret obitus sui tempus imminere, tertio die iussit conuocari fratres omnes monasterii, ad eosque præsentes luculentissimum sermonem habuit, blandisque eos exhortationibus instituit, vt nunquam quicquam diuino amori anteponerent, cuncta mundi huius oblectamenta præ desiderio & amore æternorum plane contemnerent, nec quicquam abitione sua dolerent; cumque eos cerneret vbertim ab oculis lacrymarum riuulos fundere, motus misericordia, qua multa semper præditus fuit, accepta ab omnibus pace, ad cellulas eos remisit, totamque sequentem noctem precibus exegit. Quarto vero die in oratorium veniens, sacramentum pœnitentiæ & sacrosanctum Christi corpus magno lacrymarum perfusus imbre singulari deuotione percepit: atque ad cellam suam inde reductus, corpus suum non alibi quam in monasterio ob euitandas mundi pompas sepeliri iussit. Inde quinto circa horam diei nonam, incumbens in scamnum, in quo legens aut orans sedere vel stare consueuerat, erectis sursum brachiis, iunctis manibus, oculis in cœlum defixis, sanctissimam animam reddidit creatori. Eius corpus vsque in præsens in illa S. Eugenni ecclesia cunctis aduentantibus incorruptum & integrum monstratur, innumeris miraculis coruscans.

Corpus S. Claudii post obitũ hactenus in tegrum cõspicitur.

V. *Vt Sigeberti Regis corpus diu post obitum plane integrum omnisque maculæ expers sit repertum.*

Sigebert. Monach. in vita eius apud Sur. to. 7. Februar. 1.

Translato sacri corporis Sigeberti Regis Frãcorum sarcophago, & à dextris aræ beati Martini reuerenter reposito, quidam religiosi, & diurno amore feruentes fratres, pia fiducia animati sacrum aperuere sarcophagum, videruntque sanctum illud corpus non tanquam mortui, sed vt dormientis hominis plane integrum, & omnis maculæ expers. Tum vero illi in Dei præpotentis prorupere laudes, admirandique ad sua reuersi sunt. Rursus anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo collecti sunt Abbates, itemque clerus cum multa populi frequentia, idque in æde illa, qua conditum erat beati Regis corpus. Postquam ad Deum preces fusæ sunt, lapis à sepulcro amotus est, & corpus sanctissimum ita rursus integrum inuentum est, ac si dormiens illic iaceret. Iam autem quingentos & septuaginta duos propemodum annos iacuerat in sepulcro.

Corpus S. Sigeberti post 571. an. integrum inuenitur.

TIT. LVII. De odore è sacris sanctorum corporibus emanante.

EXEMP. I. *E capite diui Ioannis Baptistæ odor mirificus emanat.*

Ex Theophane Bar. to. 9. Annal. ad an. 760. 1.

ANno Domini septingentesimo sexagesimo, & Constantini Copronymi Imperatoris vigesimo translatum est caput S. Ioannis præcursoris atque Baptistæ à monasterio Spelei in templum suum Emesæ in Syria situm, quod esset illustre, & descensus nempe Confessio, ædificatus esset: ibi vsque hodie à fidelibus honoratum & adoratum, omni suauitatis, corporali scilicet & spirituali, honoratur odore, & emanans effundit omnibus sanitatem, qui fide flagrantes accurrunt.

Caput S. Io. Bapt. translatum.

II. *Quanta odoris fragrantia repleti sint fossores ossa sanctorum martyrum colligentes.*

Ex Anast. bibl. in vita Stephani VI. Pont. to. 10. conc. gen. eccl. an. D. 886. ex Sur. 17. Ian.

Anno Christi Domini octingentesimo octogesimo sexto, Stephanus Papa sextus, qui tum Romanorum gubernabat Ecclesiam, quondam constituit, qui sanctorum triumphos scribendo patefacerent posteris: alios vero, qui quæsitos & inuentos fidelium venerationi proderent. Inuento igitur sacratissimo thesauro nullis copiis coæquando, ipse prior accinctus cryptam ingreditur, & stipatus diuersis venerabilis sacerdotii gradibus, ac cætu populi Orthodoxæ fidei Deo dignas laudes cum exultatione referens, inter ruinas & lapidum congeries propriis cœpit manibus omni mundo venerabiles margaritas legere de sanctorum corporibus, nec cessauit, sancto studio, donec omnia fragmina artuum à ruinæ segregaret congerie. Collectis itaque artubus per dies aliquot, propter maximam ruinæ molem congeriem, tanti odoris nectar inerat in loco, vt omnes reficeret qui aderant. Quamobrem fossores magis ac magis labori operã dare exardescebant, lassitudinis & corporei alimenti immemores.

Stephanus VI. diuinitus admonitus iubet quæri Martyrum reliquias.

Odor suauissimus in cryptis martyrum.

III. *Ex immenso odore, qui è reliquiis S. Marcellini profluit.*

Cum aliquando Ludouicus Imperator vehendi gratia è palatio fuisset egressus, Hilduinus secum quodam Hingardo conuenerat, sacras reliquias sancti Marcellini ex Basilica in oratorium Imp. castelli-

Bar. to. 9. an. Do. 827. Ludouic. Imp.

quias venerantur.

vsque ad Oratorium suum fecerunt, quid miraculi acciderit, censeo non esse tacendum. Egredientibus enim iis de ecclesia, laudemque Domino Deo excelsa voce canentibus, tanta vis suauissimi odoris eam partem vici Aquensis, quæ ab ecclesia ad Occidentem respicit, totam impleuit, vt illa fragrantia pæne omnes eiusdem partis habitatores, itemque vniuersi, qui pro quibuslibet causis atque negotiis, eadem in parte fuerant constituti, ita diuinitus commouerentur, vt omissis quæ in manibus habebantur operibus, cuncti cursu rapidissimo, primo ad ecclesiam deinde quasi per vestigium ad Oratorium nostrum in quod illas reliquias illatas esse audierant, summopere festinarent. Fit immodicus intra septa nostra exultantis, simul atque admirantis populi concursus: & cum magna pars eorum qui confluxerunt, id quod agebatur, quid esset ignoraret: gaudio tamen & exultatione repleti, Dei omniporentis misericordiam collaudabant.

Odor immensus ex sacris reliquiis.

V. *De corpore S. Seuerini Noricorum Apostoli, quod diu integrum in sepulcro perdurauit.*

Ex Eugippio in reb. gest. S. Seuerini Baron. to. 6. 40. an. D. 488. 10.

Cum transferretur venerandum sancti Seuerini corpus, Lucillus presbyter, dum vniuersi per Comitem Pierium compellerentur exire, præmissa cum monachis vespere psalmodia, sepulturæ locum imperat aperiri. Quo patefacto, tantæ suauitatis fragrantia omnes circumstantes accepit, vt præ nimio gaudio atque admiratione prosternerentur in terram. Deinde humaniter æstimantes ossa funeris integrum & incorrupti, & intra illos exigua imago beatissimæ matris Dei, quam illa viuēs crebro apud se ferre solebat, & cū ea tumulata fuerat, quod moriens adeo eam digitis istis strinxerat, vt commode inde auelli non posset Cerebrum quoque capitis eius, quod fere viginti quinque annis humatum fuerat, inuentum est recentissimum, & diuina virtute mirabiliter conseruatum. Liquor etiam purus & clarus, instar olei oliuarum, suauissimi; mirandique odoris, è capite erumpebat, sindones & pannos, quibus illud inuoluebatur, madefaciens, perinde ac si è lumine extracti essent.

Corporis S. Seuerini integritas & fragrantia.

Imago B. Virg. inuenta inter manus defunctæ.

VI. *Leontii Episcopi cadauer integrum ac suauissime olens inuentum.*

Th. Boz. de sign. eccl. lib. 15. c. 8.

Leontii Episcopi, qui Concilio Nicæno interfuit, corpus post annos plurimos integrum est repertū, ac suauissime olens: quod omnib. admirationi fuit: non enim vel aromatibus conditum, vel ita compositum fuerat industria humana, vt iucunde spirare posset ac non fœtere, vt omnium mortuorum corporibus accidere solet.

VII. *De B. Maria sepulcro ab Apostolis absque corpore cum fasciis suauissime fragrantibus reperto.*

Ex Iuuenale Hierosol. Patriar. in epist. ad Pulcheriā Augustam. Th. Boz. de sig. eccl. lib. 25. c. 8. n. 2.

Cum Dei genitrix obiisset, & ipsius corpus in vsum sepulcro fuisset aduenit post tertium diem sanctus Thomas Apostolus, qui cæteris ad funus longinquo vi diuina delatis, sol° abfuisse creditus: quocirca magnopere efflagitauit sepulcrum reserari, ostendiq; sibi sanctissimæ Virginis corpus. Annuerunt omnes eius postulatis: sed ablato sigillo monumentoq; aperto, corpus nullo modo inuentum: tantum fasciæ, quibus illud inuolutum fuerat, repertæ, è quibus ignota maximi odoris suauitas prodiit, & cunctos adstantes mirifice perfudit. Scriptum reliquit hoc post alios Iuuenalis Hierosolymorum Patriarcha, in epistola ad Pulcheriam Augustam.

B. Mariæ sepulcrum odoriferum.

VIII. *De ore Heduuigis Ducissæ defunctæ, ac de eius sepulcro prodit odor suauissimus.*

In vita eius apud Sur. cap. 8. Octob. 15.

Tertio ab obitu sanctæ Heduuigis Ducissæ Poloniæ, die, priusquam sepulturæ mandaretur sanctum eius corpus, Abbatissa Gertrudis dixit Vuenceslanæ Sorori, vt auferret ab eius capite velamen, & aliud reponeret. Hoc enim fuerat beatæ Elizabeth, cuius matertera sancta Heduuigis, quoad vixit, illud multa reuerentia persecuta erat, & pro eius amore diligenter conseruarat. Volebat ea causa Abbatissa illud sibi retinere. Accedens igitur Vuenceslana Prioriſſa ad ferretrum, detecta facie sanctæ Heduuigis, vidit eam aperto ore iacentem, & ab ore sentit proficisci odorem suauissimum, corpus quoque maiori candore infusum, vt dos claritatis & stola gloriæ in ea iam tunc quodammodo relucere viderentur. In translatione autem sacri corporis eius, quæ anno millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, decimo sexto Calendas Septembris contigit, hoc admiratione dignum accidit. Eo siquidem die quo apertum est eius sepulcrum, odor mirificus omnium nares compleuit, animosque stupore & gaudio affecit. Ossa autem sacri corporis cum eleuarentur, cō- sumtis carnibus, & membrorum compage soluta, tres digiti sinistræ manus eius inuenti sunt prorsus integri & incorrupti, & intra illos exigua imago beatissimæ matris Dei, quam illa viuēs crebro apud se ferre solebat, & cū ea tumulata fuerat, quod moriens adeo eam digitis istis strinxerat, vt commode inde auelli non posset Cerebrum quoque capitis eius, quod fere viginti quinque annis humatum fuerat, inuentum est recentissimum, & diuina virtute mirabiliter conseruatum. Liquor etiam purus & clarus, instar olei oliuarum, suauissimi; mirandique odoris, è capite erumpebat, sindones & pannos, quibus illud inuoluebatur, madefaciens, perinde ac si è lumine extracti essent.

Odor suauissimus è corpore S. Heduuigis prodit.

TIT. LVIII. De liquore è sanctorum Reliquiis profluente.

EXEMP. I. *De lacte fluente pro sanguine è ceruice Pauli Apostoli abscissa.*

Ex Martyrol Rom. 9. Iulii. Beda Vsuard. & D. Amb. ser. 68. Bar. to. 1. an. Do. 69. 12. 13.

CVm sanctus Paulus Apostolus ad locum passionis pergeret, comitantibus populorum turbis innumeris, & venisset ad portam Vrbis, habuit obuiam nobilissimam matronam, nomine Plautillam. Quam cum flerem intuitus esset, ab ea velum petiit, quo ferienda gladio ex more obduceret oculos. Ad quam illa liberaliter annuens, liberaliter tradidit, illud ipsum, vt erat positus, postea receptura. Cum igitur ictu carnificis Paulus capite truncaretur, non tam

Plautilla clarissima fœmina.

tam sanguinis fluenta è sectis venis, quam lactis (res plane miranda) largiter fluxerunt. Res quidem adeo insignis, non tantum ex Actis Apostolorum, sed & aliis compluribus habetur testibus confirmata. Nam & sanctus Ambrosius de re tam celebri & clara, nec dubitatione aliqua obscurata, his verbis meminit: De Pauli vero ceruice, cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda quam sanguinis, & mirum in modum sanctum Apostolū baptismi gratia in ipsa cęde extitisse splendidum potius quam cruentum. Quæ quidem res in sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiæ, sicut ipse ad Corintho, ait: *Lac vobis potum dedi, non escam?* Hæc est plane promissionis illa terra, quam Deus patribus nostris promisit, dicendo: *Dabo vobis terram fluentem lac & mel:* Non enim de hac terra locutus est: quæ dimanantibus aquis cœnum inuoluit, lutumq; permiscet, sed de illa tum Pauli tum similium Pauli, quæ iugiter purum suaueq; lac distillat. Quæ enim Pauli epistola non melle dulcior? & lacte candidior? quæ epistolæ tanquam vbera ecclesiarum populos enutriunt ad salutem. De ceruice ergo Apostoli pro sanguine lac manauit. Porro & locus ipse de aliis quoq; nos admonet: quæ etsi minime scriptis consignata habeantur, fideli tamen maiorum traditione testata reddūtur. Tres enim ibi scatent fonticuli dulcis aquæ, qui tunc primum erupisse dicuntur, cum Pauli caput excisum tribus se saltibus vi quadam spiritus diuinitus agitauit: quorum primus dulcior lactis saporem aliqua ex parte reddat: cæteri quamuis haud longe à primo distent, paulo diuersum gustui saporem afferant. Cuius rei ea ratio solet afferri, quod ipso primo fluxu lac venæ dederint, ac deinde sanguinem. Qui quidem locus plane celeberrimus, Trium fontium dictus, frequenti Christianorum visitatur concursu.

1. Cor. 3. Exo. 13. & Leuit. 20.

Miraculum trium fontium.

II. *Sanguis qui è corpore Ioannis Baptistæ Neapoli seruatur, ipso festo liquescit.*

Th. Boz. de sign eccl. Dei to. 2. li. 15. c. 10.

Audi aliud quod in Neapolitana vrbe cunctis est vulgatissimum: In æde sancti Gregorii custoditur ampulla, in qua est sanguis sancti Ioannis Baptistæ, qui lapidis instar durissimi est concretus, sed in die quo festum Præcursoris celebratur, poni solet huiusmodi ampulla super altare, & dum sacra officia celebrantur, illa ipsa hora, qua capur est amputatum Ioanni Baptistæ, sanguis ille colliquescit, antea durissimus, agitatus, efferuescit, cunctis qui eo confluunt inspicientibus, & rem tantam demirantibus.

Sanguis Io. Bapt. ipso festo mouetur.

III. *De oleo, quod in festo S. Andreæ Apost. ex eius tumulo manat.*

Greg. Tur. lib. 1. de Gloria Mart. c. 34.

Andreas Apostolus magnum miraculum in die solemnitatis suæ profert, hoc est, mare in modum farinæ, vel oleum cum odore nec eo, quod de tumulo eius exundat: Per id enim quæ sit fertilitas anni sequentis ostenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum: si vero fuerit copiosum, magnum arua prouentum fructuum habere significat. Nam ferunt in aliquibus annis in tantum è tumulo oleum exundare, vt vsque ad medium basilicæ profluat riuus ille. Hæc autem agūtur apud Prouinciam Achaiam, in ciuitate Patras, in qua beatus Apostolus siue martyr, pro redemptoris nomine crucifixus, præsentem vitam gloriosa morte finiuit. Tamen cum oleum defluxerit, tantum odorem naribus præstat, vt putes tibi multorum aromatū spargam esse congeriem. Quod non sine miraculo ac beneficio habetur in populis: Nam ex hoc, seu inunctiones factæ, seu potiones datæ, plerumque languentibus commodum præstant. Post cuius adsumptionem, multæ virtutes, vel ad hoc pulerum, vel per diuersa loca, in quibus eius reliquiæ collocatæ sunt, feruntur ostensæ.

Oleum odoriferum è tumulo S. Andreæ Apost.

IV. *De sanguine S. Stephani martyr. à Gaudioso Ep. in ampulla Neapoli seruato, & tempore sacri ebullire solito.*

Sed audiamus adhuc aliud, quod etiam ipsis Neapolitanis est notissimum. Dum Vandali in Africa aduersus Catholicos sæuirent, Gaudiosus Episcopus illinc profugiens Neapolim Campaniæ vrbem peruenit, ampullam sanguinis sancti Stephani secum detulit, eo fuerat asportata ob Orosio Hispano: quem etiam colligitur è litteris Luciani presbyteri Hierosolymitani asseruatum adhuc illa in æde sancti Gaudiosi: & quoties super altare ponitur, dum Missa celebratur, sanguis ille concretus, nullo modo in pristinum redactus post tanta temporis spatia, liquescit cunctis aspicientib. atq; agitatur: mox conflatet, peracta Missa, & concrescit quasi in lapidem quendam. Huius rei nulla potest alia causa adferri, nisi quod is, dum sacra mysteria illius, quem tantopere amauit, Christi peraguntur, & memoria renouatur actionis illius, qui vitam posuit pro Christo, quodammodo reuiuiscit, & ad illius præsentiam commouetur. Vbi sunt igitur qui negant audiri preces nostras à sanctis? quando & sanguis ipse exanimis quodammodo videtur audire? Hæc notissima & vulgatissima cunctis Neapolitanis, & innumeris aliis, qui propriis hæc oculis conspexerunt: neq; nos sumus adeo vecordes, qui hæc affirmare audeamus, nisi facillime mendacii apertissimi à tot hominibus conargui possemus. Sed illud plane admiratione dignissimum est, quod cum olim annis singulis tertia Augusti id fieri consueuerit: ipso etiam anno, quo auctoritate sanctiss. memor. Gregorii Papæ 13. restitutum est Romanum Kalendarium, ad formam reductionis anni; non vt olim decem post dies, sed eadem ipsa festa die, sanguis visus est ebullisse, sicque annis sequentibus. Idemque accidit de sanguine S. Ioannis Baptistæ. Est eius rei, inquit Baronius, fidissimus ac sincerissimus testis inter alios R. P. D. Franciscus Mariæ Taruisinus, nostræ Congregationis Oratorii Neapoli existentis præfectus: vt ex his

Tho Boz. de sig eccl. Dei. lib. 15. ca. 10. to. 2. & Bar. in Martyrolog. 3. die Augusti.

Gaudiosus Episc. quomodo S. Stephani sanguinem Neapolim attulit.

S. Stephani sanguis quotannis in Missæ celebratione ebullit.

Calendarii ecclesiastici renouatio miraculo comprobatur.

aliisque compluribus plane constet, diuinis suffragiis, quæ in sancta Catholica Ecclesia, ab ipso Rom. Pontifice sunt constituta, probari atque firmari.

V. *De S. Ianuarii Ep. martyris sanguine Neapoli asseruato, quotannis in supplicationibus miro modo efferuescente.*

Baptista Fulgosus lib. 1. cap. 6. Theod. Bozius lib. 15. de signis eccl. c. 1. Breuiar. Rom. 19. Septembr.

Mirandi sanguinis mentio, quæ superius est facta, impellit, ne sanguinem prætereamus Ianuarii martyris, qui Beneuentanus Episcopus fuit, Neapoli pro Christi fide capite mulctatus. Diuersis igitur templis condita, caput, sanguisque eius ampulla conclusus, quo die per vrbem solenniter feruntur, sanguis, qui in pilam induruit, cum in caput incidit, mirum dictu, sed tamen verum, liquescit totum in ampulla, non aliter, quam tum, cum primum cæso capite ex martyris corpore defluxit. Cum autem à capite disiungitur, in sphæricam formam, vt ante erat, durescit. Id etsi satis patet, nos tamen vt certius rem intelligamus, eorum qui in re præsenti fuerunt, intentisque oculis diligentes se spectatores præbuerunt, testimonium habere voluimus.

VI. *De oleo è quibusdam sanctorum reliquiis effluere solito.*

Ex Procop. li 9. orat. 1. de ædif. Iustit. Th. Boz. de sig. eccl. Dei. to. 2. li. 15. cap. 10.

Procopius refert Iustinianum morbo quodam incurabili tentatum, cum desperaret omne medicorum consilium, petiisse ad se adferri quasdam reliquias tunc forte inuentas, genuique vbi maximus dolor erat, imponi: quod cum factum fuisset, non modo dolor abscessit: sed ex iis oleum subito manauit, quo & arcula reliquiarum, pedesque & vestis Imperatoris purpurea, tota sunt perfusa.

VII. *De corpore sancti Nicolai Mirrensis, è quo mirificum valde & salubre scatet vnguentum.*

Idem Bozius alibi.

Corpus sancti Nicolai Mirrensis Barii nunc habetur, ex illo scatere liquorem, qui aduersus innumeros morbos prosit, tum sciunt innumeri, tum testatur Emmanuel Imperator nouella de feriis, vbi & meminit similiter aquæ illius, quę defluit ex corpore sancti Andreæ, quod Almasi adseruatur: quanuis hoc miraculum dicatur aliquando in corpore sancti Andreæ interrumpi.

VIII. *De sanguine fluente ex velo, quo inuoluta erant reliquiæ sancti Laurentii.*

Greg. Mag. lib. 3. ep. 30. Indict. 12. apud Bar. to. 8. an. Do. 594.

Anno Dominicæ Incarnationis quingentesimo nonagesimo quarto, Pelagius Papa, decessor meus, ad corpus sancti Laurentii Martyris meliorare deliberans, dum nesciretur vbi venerabile corpus esset collocatum, & effoderetur exquirendo, subito sepulcrum ipsius ignorantibus apertum est, & ii qui præsentes erant atque laborabant monachi & mansionarii, quia corpus eiusdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præsumpserunt. Quos intra decem dies defuncti sunt: ita vt nullus esset qui superesse potuisset, qui sanctum iusti corpus illud viderat. Cognoscat autem tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, vt quicquam tangere præsumat de corpore: sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur: quod leuatum in ecclesia, quæ est dicanda, debita cum veneratione reconditur, & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit, vt beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus (sicut à maioribus traditur) dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum, allatis forficibus, inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit.

Fossorum damnore fossum eiusdem martyris corpus.

IV. *De asseruato S. Clarę virginis sanguine, & in imminentibus cladibus ebulli e solito.*

Th. Boz. li. 15. ca. 10. to. 2. de sign. eccl. Dei.

Vidi ego in monte Falco, & quiuis hoc videre potest, ampullam sanguinis plenam, qui è corpore sanctæ Claræ effluxit. Is est concretus, non in puluerem redactus post tot annorum curricula, & quoties aliquid calamitatis imminet Reipublicæ Christianæ, continuo is incipit colliquefieri, subsilire, & efferuescere: & quo maior futurus est casus, eo concitatior atque diurnior est agitatio.

S. Claræ sanguis vbi & quando ebullire solitus.

X. *De Ianuariæ virginis reliquiis, quæ sanguineum sudorem mirę virtutis solent emittere.*

Idem ibid.

Eugubii ego vidi corpus integrum atque incorruptum Ianuariæ virginis, quæ ante annos trecentos euolauit in cœlum. Est illud in monasterio sancti Spiritus indutum quę ad carnem lanea veste, quæ passim sanguineis quibusdam maculis est aspersa. Hac abluunt virgines, quibus id est curæ: & aqua huiusmodi mirifice valet aduersus omne morborum genus.

Ianuariæ virginis reliquiæ vbi sanguineũ sudorem emittere solent.

XI. *Virtute olei de sancti Samsonis sepulcro scaturi. mire, curatur hydropicus.*

Ex Simeon Metaph. Sur. to. 3. Iunii 27. in vita eius cap. 23.

Refert Metaphrastes in vita sancti Simeonis hospitum susceptoris, quod quidam sacerdotis famulus, nomine Ephedis, cum hydrope laboraret, & in sacra dicti S. Samsonis æde esset repositus, omnia quidem repulit, quæ à medicis prius erant ad medelam adhibita, vt à quibus omnibus nihil opis sentiret. Deinde cum ægre ferret, quod tamdiu illic decumberet, sacra illa æde relicta abiit in domini domunculam. Non cessat autem dominus eum monere & hortari, vt reuertatur, & in sancti domo adhuc maneat. Cum vero non persuaderet (à verbis enim abstinebat asperioribus propter morbi grauitatem) At oratorium, inquit, saltem ingredere, adoraturus ipsam sancti imaginem. Deinde cum oleum acceperis, & te vnxeris, in tuo lecto recumbe. Ille autem fecit, quod iussus fuerat. Postquam vero fuit dies, iubebatur quidem à domino adhuc facere similia. Ille autem: Sed ego, inquit, conualui, & sancti virtute sum puram assecutus sanitatem. Hac enim nocte mihi apparens in somnis sanctus, & meum ventrem tetigit, & dixit mihi: Abi, cum sis sanus, [illegible] vexat amplius. Fluit autem oleum istud è sepulcro [illegible] ita semper, sed paucis quidem diebus ante festum miraculi, veluti quidam humor

S. Samsonis oleo sanatur hydropicus.

am-

Oleum S. Samsonis vnde fluit?

apparet, deinde paulatim augetur, & remanet post festum sic scaturiens, donec aliquot dies præterierint; deinde cessat. Sicq; vt opinor, est in maiori honore & admiratione, quam si perpetuo flueret. Nam sic conseruare certum & numquam aberrans tempus fluxus & defectus, præter id quod est gratius & admirabilius, est etiam magis venerabile. Quod enim est perpetuum, affert forsasse etiam satietatem. Satietas autem inducit contemptionem.

XII. *De S. Euphemiæ reliquiis sanguinem vnguento conditum emittere solitis.*

Euagrius lib. 2. cap. 3. Niceph. Call. lib. 15. cap. 3. Baron. tom. 6 an. Dom. 451

Euphemiæ martyris reliquiæ sanguinem vnguento conditum emittere solitæ.

Placet hic adscribere, quæ de sanctissimo Euphemiæ corpore post Euagrium prodidit memoriæ Nicephorus Callistus. In tumuli, inquit ille, læuo latere fenestella quædam admiranda est operculo quam maxime obfirmata, per quod ferramentum longiusculum, cui in extrema parte spongia alligata est, immittebant, spongiamq; ipsam in sacrosanctis martyris reliquiis obuolutam, & guttis cruore illius delibutis refertam extrahebat. Hanc vbi plebs conspexisset, homines statim in terram inclinati vociferatione maxima Deum honorabant, miraculoq; illo obstupefacti manus sustollebant. Tantus autē inde profluxit vbertim humor, vt non solum Imperator & Episcopus, populusq;, qui ibi congregari solitus fuit, affatim eo perfruerentur, verum etiam quocūque quiuis vellet locorum de eo aliquid secum deferret. Neq; guttæ tempore vllo defecerunt, neque diuinus ille sanguis aliqua ex parte mutatus est: sed is semper colorem suum maxime rubrum conseruauit. Facta hæc non certo aliquo temporis curriculo, sed pro eo atq; Episcopi ipsius vita, morumq; sanctitas ferret. Sic enim fertur, cum is, qui Ecclesiam gubernaret, præclare viueret, & virtute exornatus esset, frequentius miraculum hoc exhibitum esse: cum vero Antistes sacrorum talis non esset, rarius eam rem tam admirandam, nec tam facile à martyre processisse. Hoc sic factum esse noui. Cæterū quod neque dies, neque vllum tempus intercipit, sed perpetuo omnibus credentibus simul & non credentibus adfluit, & accidit, id nunc dicam. Si quis in sacrariū id, vbi tumulus, & sanctæ martyris reliquiæ, perinde atq; thesaurus, nunc repositæ sunt, veniat, odor immensus, & vim naturæ odoresque omnes, quos ars humana cōficit, spirans, ad eum perfertur: & subdit Nicephorus: Ex quo Euphemia in martyrum stadio decurrit, & corpus eius in monumento conditum est, ipso passionis eius die, in conspectu omnium loci Episcopus, spongiis quibusdam è defunctæ corpore sanguinis liquorem haurit: sanguinem sane veluti à corpore recens cœlo vulnerum tabo mixtum, & vnguentis quibusdam sponte natis temperatum cernas, quem exiguis vitreis vasculis exceptum, atque diuisum turbæ aduenienti donat. Hoc igitur auditum, sicuti dixi, animo quidam recordia in dubium vocans Mauritium, cum tempus aduenisset, argenteum ornatum è sepulcro detrahit, & Imperatoris signo monumentum martyris obsignat. Sic enim hoc incredulitatis volebat audacia. Postquā vero tempus ipsum, quod debebat, adfuit, curiole mysterium indagat, accuratiusq; experimento solicito miraculum explorat. Ecce tibi vero rursus, sicuti antea, sanguis vnguento conditus, instar riuuli è monumento promanat, & spongiæ sanguine suaueolenti pinguescunt, & martyr ipsa tum vt prolixius sanguinis fons profluueret, fecit.

Mauritio incredulo exploratū, cruorem è corpore diuæ Euphemiæ Chalcedone profluere.

XIII. *Vnguentum desinit effluere ob vas impurum ad reliquias S. Glyceriæ appositum.*

Ex Niceph. Callist. l. 18. cap. 32. Bozius lib. 15. de sign. c. 10.

Cum Episcopus Perinthi insciente argenteum vas emisset, quod ad magicas artes fuerat adhibitum, & sancto corpori Glyceriæ martyris supposuisset, continuo stetit vnguentum. Re noua perculsus Antistes ad preces confugit, diuinoque impulsus spiritu, nouum vas amouit, & antiquum reposuit, & protinus vnguentum sicuti prius scaturire cœpit. Quocirca rem diligentius inquirens, comperit vas illud nefandis rebus seruiisse. Quod simulatque ad Imperatoris aures peruenit, habita quæstione, tanti criminis reum, vti par erat, supplicio affici iussit.

Miraculum vnguenti è tumulo diuæ Glyceriæ fluentis.

TIT. LIX. De Redintegratione corporum sanctorum in partes dissectorum, & mirandis eorum functionibus.

EXEMP. I. *De Herculani Episc. capite ad corpus eius post mortem adunato.*

Greg. Magn. dial. l. 3. c. 13.

NVper quoque Floridus, venerabilis vir vitæ, Episcopus, narrauit quoddam memorabile valde miraculum, dicens: Vir sanctissimus Herculanus, nutritor meus, Perusinæ ciuitatis Episcopus fuit, ex conuersatione monasterii ad sacerdotalis ordinis gratiam deductus. Totilæ autem perfidi Regis temporibus, eandem vrbem annis septem cōtinuis Gothorum exercitus obsedit, ex qua multi ciuium fuerunt, qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo nondum finito, obsessam vrbem Gothorum exercitus intrauit. Tunc Comes, qui eidem exercitui præerat, ad Regem Totilam nuntios misit, exquirens quid de Episcopo vel populo fieri iuberet. Cui ille præcepit, dicens: Episcopo

Crudele edictum aduersus Herculanum Episcopū.

Odor ad monumentum S. Euphemiæ longe optimus.

nentes, cum vno paruulo infante, qui illic extinctus inuentus est, iuxta nimirum corpus Episcopi sepulturæ tradiderunt. Cumque post eandem cædem die quadragesimo Rex Totila iussisset, vt ciues vrbis illius, qui quolibet dispersi essent, ad eam sine trepidatione aliqua remearent, hi qui prius fame fugerat, viuendi licentia accepta reuersi sunt. Sed cuius vitæ eorum Episcopus fuerat, memores: vbi sepultum esset corpus illius quæsierunt, vt hoc iuxta honorem debitum in ecclesia beati Petri Apostoli humarent. Cumque iam esset ad sepulcrum, effossa terra inuenerunt corpus pueri pariter humati, vtpote iam die quadragesimo tabe corruptum & vermibus plenũ: corpus vero Episcopi, ac si die eodem esset sepultũ. Et quod est adhuc magna admiratione venerandũ: quia ita caput eius vnitum fuerat corpori, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet vt nulla vestigia sectionis apparerent. Cumque hoc & in terga verterent, exquirentes, si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atque integratum omne corpus inuentum est, ac si nulla hoc incisio ferit tetigisset.

Herculani caput truncatum corpori diuinitus vnitur.

II. *De auricula cadaueri Venceslai Regis abscissa, eidem mox diuinitus restituta.*

Dubrauius l. 4. histor Bohem. Thom. Bozius de sign. eccl. Dei, lib. 15 cap. 8. Auricula amputata cadaueri diuinitus restituta.

Simile est quod de Wenceslao Bohemiæ Rege scriptum legimus: Ab iniquissimo siquidem fratre suo interfectus, cum cadauer eius pluribus miraculis illustraretur diuinitus, Boleslaus, cognomento eius Frater, alio noctu transferri iussit, vt illius nomen obscuraret. Verum nullus fuit conatus: equi nanque substiterunt, vbi ventum ad locum quendam: neque vltra progredi potuerunt, corpus autem mirabiliter est curatum: discissaque auricula iursus illi adhæsit.

III. *Eadmundi Anglorum Regis martyrij reliquiæ in sepulcro redintegratæ reperiuntur.*

Abbo Floriac. Abbas in vita eius apud Surium 20. nouem. & Tho. Boz. vt supr.

Idem prorsus accidisse in Eadmundi Anglorum Regis corpore scribit Abbo Floriacensis Abbas. Nãcum, ait, pretiosum corpus martyris putrefactum putaretur ob diuturnũ spatium transacti temporis, ita sanum & incolume est repertum, vt non dicam caput redintegratum & compaginatum corpori, ad omnino in eo nihil vulneris, nihil cicatricis apparuerit: sicque cum reuerentia nominandus Rex & martyr Eadmundus, integer & viuenti similillimus, ad prædictum locum est translatus; vbi adhuc in eadem forma exspectat beatæ resurrectionis præmia repromissa. Tantum in eius collo, ob signum martyrii, rubet vna tenuissima ruga in modũ filij bocinei: sicut testari est solita quædam beatæ reparationis fœmina Osithuen vocabulo dicta, quæ paulo ante hæc moderna tempora, apud eius sacratissimũ tumulum iciuniis & orationibus vacans, vitam transegit annorum curricula. Cui venerabili fœminæ aut diuina reuelatione, aut nimia deuotione mos inoleuit, vt patefacto beati Martyris sepulcro, quotannis in Dominica cœnæ, eius attondendo præcideret capillos & vngues. Quæ omnia diligenter colligens, & in capsella recondens, non neglexit quamdiu vixit, excolere mira affectione posita super altare eiusdem ecclesiæ, vbi adhuc reseruantur debita veneratione.

Eadmundi Regis reliquiæ miraculis nobilitatæ.

IV. *Eiusdem Eadmundi caput amputatum & corpori adunatum vocem emittit.*

Idem ibid. cap. 12.

Eidem Regi Eadmundo cum caput esset amputatum, & ab impijs diaboli ministris in loco sentib⁹ horrido occultatum fuisset, neque diu conquisitum inueniretur, tandem longius remotum à corpore suo repertum, edidit vocem, significans inquirentibus quonam loco esset. Cui miraculo rerum conditor aliud annexuit, dum cœlesti thesauro insolitum custodem dedit. Quippe immanis lupus eo loci diuina miseratione est repertus, qui illud sacrum caput inter brachia complexus, procumbebat humi, excubias impendens martyri. Nec sibi depositum permisit lædere quampiam bestiarum, quod inuiolabile, solo tenus prostratus, oblita voracitate, seruabat attentius.

Lupus custodit reliquias Eadmundi Regis.

V. *Truncatum corpus S. Dionysii Areopagitæ seipsum erigit, & resumptum caput ad duo fere milliaria portat.*

Ex Metaphr. Hilduino Abbate Sur. tom. 5. Octobris 9. cap 32

De Dionysio Areopagita est memoriæ proditũ, abscissum suum caput, quam aliquod præmium suis accepisse manibus à diuina omnino portatus gratia: neque prius dimisit, quam mulieri diuina quadam prorsus occurrẽs prouidentia, in illius manibus deposuit, veluti quendã thesaurum. Iacebant autem neglecta sanctorum martyrum veneranda corpora, feris & auibus ad edendum expolita, & nec iusta quidem sepulturæ consecuta.

Caput truncatũ gestat S. Dionysi⁹.

VI. *De SS. Vrso & Victore, qui cũ sexaginta sociis martyribus alij quoq; capita sua abscissa in manibus gestarunt.*

In vita eorũ apud Sur. to. 5. Septemb. 30. Thom. Bozius de sign. eccl. Dei, lib. 15 cap 9.

Neq; id singulare in Dionysio Areopagita: Nam cum caput obtruncatum fuisset Vrso ac Victori, cũ sociis sexaginta sex, qui erant è legione Thebæorũ Diocletiano & Maximiano imperantibus, & è ponte vna cum capitibus in præceps dati fuissent in flumen, diuina misericordia (apud quam omnia sunt possibilia) suæ mansuetudinis potentiam in eis demonstrauit. Non longe namq; à dicto ponte, capita sua in manibus portantes, flumen egressi sunt, & ad locum, vbi nunc in honorem ipsorum basilica fabricata est, peruenerunt. Mirabilia hæc, & mirabilibus mirabiliora succedũt: sancti enim martyres genua ad terram flectentes, quasi vnius horæ spatio, priusquam corpora sua ad terram deponerent, cunctis cernentibus orabant. Orationi vero fine dato corpora sua ad terram dimiserunt, ac si dicerent: Hæc requies nostra in seculum seculi.

Capita abscissa gestãt 66. martyres.

VII. *Aliud simile exemplum.*

Anno

Hispaniæ Chronicon Ioan. Vasæi sub an. Dom. 306. Lucius Marinæus Siculus de reb. Hisp. lib. 5. Lambert. mart. Hisp. caput mortuũ gestat.

Anno Domini trecentesimo sexto, tempore persecutionis Deciani Hispaniæ Præsidis, cum Lambertus nollet abnegare fidem Christi, ab hero suo, cui in agriculturæ seruiebat officio, capite truncatus, mox capite in manus resumpto (mira res, sed vera) vltra quatuor passuum millia profectus est, ad locum vbi multi iacebãt martyres occisi. Quo cum peruenisset, elata voce, dixit: *exultabunt sancti in gloria.* Responderunt sancti martyres: *Et lætabuntur in cubilibus suis*, atque acclinauit se illis.

TIT. LX. De sacris peregrinationibus ad templa & loca Sanctorum.

EXEMP. I. *De peregrinatione Northmannorum ad sanctissimum Christi Domini sepulcrum.*

Leo Ostiensf. lib. 2. cap. 18. apud Baron. tom. 11 ann. Dom. 1002. 16.

SVb annum Domini millesimũ secundum Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui à Hierosolymis, quo orationis causa perrexerant, redeuntes Salernum applicuerunt, viri & statura proceri, & specie venusti, & armis præcipui. Quam ciuitatem cum à Saracenis obsessam reperissent, accensis nutu Dei animis, à Guiamario maiore, qui tunc Princeps erat, equos, armaq; poscentes subito in illos irruerunt: plurimisque peremptis & reliquis in fugam versis, mirabili victoria, Deo largiente, potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnisque à Principe illustrati muneribus, vt manere secum debeant, multis precibus inuitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianæ fidei assertione hoc se fecisse asserentes, & dona respuunt, & manere ibi posse se denegant. Prædictus itaque Princeps, consilio habito, cũ eis Legatos suos in Northmanniam dirigit, & veluti Narses alter, citrina pereos poma, amygdala quoque, & inauratas nuces, & pallia regia, & equorum phaleras auro argentoque distinctas illuc dirigens, ad huiusmodi gignentem humum illos non modo inuitabat, verum etiam attrahebat.

Peregrinãtur Northmanni ad sepulcrum Domini.

II. *Non esse tutum peregrinari nimis splendide ornatum.*

Ex Mariano Scoto. Baron. tom. 11. ann. Dom. 1064. 43.

Anno Domini millesimo sexagesimo quarto celebris instituta est peregrinatio Hierosolymam septem millium virorum & amplius, primoresq; horum duces fuisse germanicos Antistites, Sigefridum Archiepiscopum Moguntinum, Willelmum Traiectensem, Guntherum Bambergensem, atque Ottonem Ratisponensem Episcopos, eosdemque profectos Autumnali tempore; sed hoc eorum imprudẽtiæ vitio datum, quod circumspecte nimis ornati barbaros ad prædam allicerent, adeo vt confligendum sæpe cum illis in Palestina fuerit, quæ certamina Lambertus exacte describit, narrat eos in maxima adductos fuisse discrimina, & præter spem diuino auxilio liberatos. Vide Baronium loco citato.

Peregrinãdum in simplici habitu.

III. *Hierosolymam, & alia loca sancta, necnon ad sanctos martyres peregrinationis gratia proficiscitur Ioannes Anachoreta.*

Ad montem Sinai sæpius peregrinari solebat Iohannes Anachoreta, de quo Sophronius historiam memoriæ prodidit. In spelunca morabatur senex in partibus cuiusdam villæ, quæ dicitur Sochus, viginti fere milliariis ab Hierusalem. Habebat autem senex in spelunca imaginẽ immaculatæ Dominæ nostræ Dei genitricis semperq; Virginis Mariæ, in vlnis ferentem Christum Dominum & Saluatorem nostrum. Quoties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam solitudinem, siue Hierosolymam, ad adorandam sanctam crucem, & venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gratia, siue ad martyres distantes ab Hierosolymis, multis, prolixisq; interuallis: erat enim senex martyrum reuerentiæ mirabiliter deditus, & nunc quidem pergebat Ephesum, ad sanctum Ioannem, nunc autẽ Euchaitam ad sanctum Theodorum? nũc vero ad sanctam Theclam in Seleuceam Isauriæ: nunc ad sanctum Sergium in Saraphas, & modo ad illum, modo ad illum sanctum reficiebat candelam & accendebat, vt sibi consuetudo erat, & ad orationẽ stans, & Deo, vt suum iter dirigeret, supplicans, dicebat ad Dominam, intendens in imaginem ipsius: Sancta Domina nostra Dei genitrix, quia longum iter iturus sum die, & multis perficiendum, candelæ tuæ tu curam habe, eamque, ne extinguatur, iuxta propositum meum serua: ego enim adiutorio tuo comitante iter arripio: hisque ad imaginem dictis egrediebatur: peractoque proposito itinere reuertebatur, aliquando post mensem, sæpe etiã post duos, vel tres menses: nonnunquam per quinque, vel sex, & ita reperiebat integram candelam, & ardentem, sicut eam (cum iter arriperet) dimiserat: & nunquam hanc à seipsa extingui vidit, neq; de somno surgens, neq; à peregrinatione rediens, neque ex eremo in speluncam pergens.

Sophron. prat. Spir. c. 180. cit. in Concil. Nicen. II. act. 5. Imaginum vilis auctor quis?

Peregrinationes variæ Ioannis Anachoretæ.

Peregrinationis tempore cereus non consumitur.

IV. *De frequenti peregrinatione Caroli Magni ad limina SS. Petri & Pauli, & quomodo fuerit ibi ab Adriano Pontif. exceptus.*

Ex Eginardo Centuriatores centur. 8. & Anastas. Bibliothec. in Adrian.

Carolus Magnus intra annos quadraginta septem mater Romam ad vota persoluenda, & orandum profectus est. Sed primum eius in Vrbem aduentum anno Christi septingentesimo septuagesimo quarto fuisse depingit Anastasius Bibliothecarius. Dum per sex mensium spatium Carolus Magnus apud Papiam commoraretur, in obsidione ipsius ciuitatis: magnum Papia à Cadelerium habens ad limina Apostolorum properarolo Magno obsessa. ret, considerans quod & sanctissimũ Pascha appropinquasset: tum tollens etiam vniuersos Episcopos, Abbates etiam, & Iudices, & Duces, & Graphiones cum plurimis exercitibus huc Romam per partes Tusciæ properauit: ita festinans, & adueniens, vt in ipso Sabbatho sancto se liminibus præsentaret Apostolicis. Carolus Magnus Romam

Cuius aduentum audiens beatissimus Adria-

peregrinatur, & ab Adrian. Papa recipitur.

Adrianus Papa, quod sic repente ipse Francorũ aduenerit Rex, in magnum stuporem & ecstasim deductus, duxerit in eius occursum vniuersos Indices ad fere triginta milliaria ab hac Romana vrbe in locum, qui vocatur Nouas, vbi eum cum bandoris susceperunt. Et dum appropinquaret vno fere milliario à Romana Vrbe, direxit vniuersas scholas militiæ vna cum patronis, simulq; & pueris, qui ad discendas litteras pergebant, portantes omnes ramos oliuarum, laudesq; omnes canentes, cum acclamatione earundem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt Regem: obuiam illi eius Sanctitas dirigens venerandas Cruces, i. e. signa (sicut mos est) Exarchorum, aut Patriciorum Romanorum. Qua hora eadem sacratissimas Cruces, ac signa sibi obuiam aduenire conspexit, descendens de equo, in quo sedebat, ita cum suis Iudicibus ad B. Petrum pedestris properare studuit. Tum quidem almificus Pontifex diluculo surgens in eodem sabbatho sancto cum vniuerso Clero, & populo Romano ad B. Petrum properauit, ad suscipiendum eundẽ Francorum Regem & in gradibus ipsius Apostolicæ aulæ eum cum Clero suo præstolatus est. Coniungente vero eodẽ excellentissimo, ac benignissimo Francorum Rege Carolo, omnes gradus sigillatim eiusdem sanctissimæ B. Petri ecclesiæ deosculatus est: & ita ad prænominatum peruenit Pontificem, vbi in atrio super gradus iuxta fores ecclesiæ assistebat. Eoque suscepto, inuicemq; se amplectentibus tenuit idem Christianissimus Carolus Rex dexteram manum ac redicti Pontificis; & ita in eandem venerabilem aulam B. Petri Principis Apostolorum ingressi sunt, laudem Deo, & eius excellentiæ decantantes, vniuersus Clerus, & cuncti Religiosi Dei famuli extensa voce acclamantes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, &c. Sicq; cum eodem Pontifice ipse Francorum Rex, simulq; omnes Episcopi, Abbates, & Iudices, & vniuersi Franci, qui cum eo aduenerant, ad Confessionem B. Petri appropinquantes, seseque proni ibidem prosternentes, Domino nostro omnipotenti, & eidem Apostolorum Principi propria reddidere vota, glorificantes diuinam potentiã in eo, qui talem eis per interuentionum suffragia eiusdem Principis Apostolorum concedere iussit victoriam.

Ramos oliuarum portant Romani Carolo Magno obuiantes.

Caroli humilitas & reuerentia erga loca sancta.

Matth. 21. *Marc.* 11. *Luc.* 19. *Ioan.* 12.

Vota persoluit Carolus Magnus pro obtenta victoria.

V. *Ceadualla Saxonum Rex Romam baptismi suscipiendi gratia peregrinatur.*

Beda histor. Angl. cap. 7. *lib.* 5.

Baptismi suscipiendi gratia Romam peregrinatur Saxonum Rex.

De Ceadualla Rege occidentaliũ Saxonum hæc venerabilis Beda. Anno regni Alfridi tertio, Ceadualla Rex occidentalium Saxonum cum genti suæ duobus annis strenuissime præesset, relicto imperio propter Dominum, regnumque perpetuum, venit Romam: hoc sibi gloriæ singularis desiderans adipisci, vt ad limina beatorum Apostolorum veniens, ante Baptismatis ablueretur, in quo solo didicerat genere humano patere vitæ cœlestis introitum, simul et sperans, quia mox baptizatus ad æterna gaudia carne solutus iam mundus transiret. Quod vtrumque, vt mente disposuerat, Domino adiuuante completum est. Etenim illo perueniens Pontificatum agẽte Sergio, baptizatus est die sancto Sabbathi Paschalis, anno ab incarnatione Domini sexcẽtesimo octogesimo nono, & in Albis adhuc positus languore correptus, duodecimo Kalendarum Martiarum die solutus est à carne, & beatorum est consortio sociatus in cœlis. Cui etiam baptismatis tempore Papa memoratus Petri nomen imposuerat, vt beatissimi Apostolorum Principis (ad cuius sacratissimũ corpus, per longissima locorum interualla productus amore venerat) etiam sanctissimum nomen referret qui in eius quoque ecclesia sepultus est.

Ceduallа Rex in albis moritur.

VI. *De Etheluulphi Anglorum Regis ad limina Apostolorum peregrinatione.*

Polydor. Virgil. antiq. rer. Angl. monum. apud Baron. tom. 10. *an. Dom.* 847.

Anno Christi Domini octingentesimo quadragesimo septimo contigit peregrinatio Etheluulphi, siue Athulfi Regis Anglorum Romam ad limina Apostolorum: Rex enim liberatus Danorum incursionibus, haud multo post Romam voti causa petiit: vbi à Leone quarto Pontifice benigne acceptus, fecit Romanæ Ecclesiæ eam quoq; insulæ partem, quam Egbertus pater ad regnum adiunxerat vectigalem: legeq; sanciuit, vt qui ex suis possessionibus triginta denariorum vectigal in singulos annos caperent, aut plures domos haberent, pro eis quas habitarent, singuli singulos denarios quotannis Romano Pontifici, ad diem festum Apostolorum Petri & Pauli, vel summum ad vincula Petri soluerent. Rex autem Etheluulphus moratus est Romæ maiorem anni partem: postea domum reuersus, non modo se clementem Principem, sed optimum parentem omnibus suis præbuit, atque cuncta ad honesti cultum modestiamque referebat.

Peregrinatio Etheluulphi ad limina Apostolorũ.

VII. *Ostentat se D. Petr. Apostol quibusdam peregrinis, & quid cum eis locutus sit.*

Leo Ostiens. lib. 3. *cap.* 68. *Baron. tom.* 11. *an. Dom.* 1087.

Anno Dominicæ incarnationis supra millesimũ octogesimo septimo, peregrini quidã dum orationis gratia ad B. Benedicti monasterium pergerent, quẽ iam habuerunt canonicum senem. Percunctatus, quis esset, Petrum Apostolum se esse respondit. Scisciantibus, quo pergeret, ad fratrem, inquit, Benedictum proficiscor, vt cum illo passionis meæ celebrem diem: Romæ quippe consistere nequeo, quia Ecclesia mea diuersis procellis agitatur. Quod dum fratribus viri illi postmodum referassent: ad succedentium memoriam constituerunt eiusdem Apostoli solemnitatem, non minori veneratione, quam Patris Benedicti, celebrandam.

D. Petrus peregrinis apparet.

VIII. *Miraculum de rediuiuo gallo & gallina, quod contigit peregrinantibus Compostellam.*

Lucius Marinæus lib. 5. *de reb. Hisp. cap. vlt.*

In antiquissima ciuitate, quam S. Dominici Gallicam sis vulgus appellat, gallum vidimus, & gallinam, cui dum vixerunt, cuius coloris fuissent ignoramus,

ramus: postea vero cum iugulati fuissent, & assi, candidissimi reuixerunt, magnam Dei potentiam referentes. Cuius rei veritas & ratio sic se habet. Vir quidam probus, & amicus Dei, & vxor eius optima mulier, cum filio eius adolescentulo magnæ probitatis ad S. Iacobum Compostellam proficiscentes in hanc vrbem itineris labore defessi ingrediuntur, & quiescendi gratia restiterũt in domo cuiusdam, qui adultam filiam habebat. Quæ cum adolescentem pulcra facie vidisset, eius amore capta est: Et cum iuuenis ab ea requisitus, atque vexatus, eius voto repugnasset, amorem conuertit in odium, & ei nocere cupiens, tempore quo discedere volebant, eius cucullo craterem sui patris clam reposuit. Cumque peregrini mane discessissent, exclamauit puella coram parentibus, craterem sibi fuisse surreptum. Quod audiens prætor, satellitem confestim misit, vt peregrinos reduceret. Qui cum venissent, puella conscia sui sceleris accessit ad iuuenem, & craterem eruit è cucullo. Quapropter comperto delicto, iuuenis in campum productus iniqua sententia, & sine culpa laqueo suspensus est: miseriq; parentes, cum filium deplorassent, postea discedentes Compostellam peruenerunt. Vbi solutis votis & Deo gratias agentes, subinde redeuntes ad locum peruenerunt, vbi filius erat suspensus: & mater multis perfusa lacrymis ad filium accessit, multum dissuadente marito. Cumque filium suspiceret, dixit ei filius: Mater mea noli flere super me: ego enim viuus sum, quoniam virgo Dei genitrix & S. Iacobus me sustinent, & seruant incolumem. Vade charissima mater ad iudicem, qui me falso condemnauit, & dic ei, me viuere propter innocentiam meam, vt me liberari iubeat, tibique restituat. Properat solicita mater, & præ nimio gaudio flens vberius, Prætorem conuenit in mensa sedentem, qui gallum & gallinam assos scindere volebat. Prætor, inquit, filius meus viuit, iube solui, obsecro. Quod cum audisset Prætor, existimans eam, quod dicebat, propter amorem maternum somniasse, respondit subridens: Quid hoc est, bona mulier? Ne fallaris: sic enim viuit filius tuus, vt viuunt hæ aues. Et vix hoc dixerat, cum gallus & gallina saltauerunt in mensa, statimque gallus cantauit. Quod cum Prætor vidisset, attonitus continuo egreditur, vocat sacerdotes, & ciues proficiscuntur ad iuuenẽ suspensum, & inuenerunt incolumem, valdeque lætantem, & parentibus restituunt, domumque reuersi gallum capiunt, & gallinam, & in ecclesiam deferunt magna solennitate. Quæ ibi clausæ, res admirabiles, & Dei potentiam testificantes obseruantur, vbi septennio viuunt. Hunc enim terminum Deus illis instituit, & in fine septenni, antequam moriantur, pullum relinquunt & pullam sui coloris, & magnitudinis, & hoc fit in ea ecclesia quolibet septennio. Magnæ quoque admirationis est, quod omnes per hanc vrbem transeuntes peregrini, qui sunt innumerabiles, galli huius, & gallinæ plumã capiunt. & numquam illis plumæ deficiunt. Hoc ego testor, propterea quod vidi, & interfui, plumamque mecum fero.

Amor turpis in odiũ & vindictã versus.

Adolescẽs furti accusatus innocens suspensus.

Suspensus adolescens loquitur.

Gallus & gallina reuiuiscunt.

IX. *De variis muneribus D. Thomæ Apostoli tumulum visitantibus diuinitus concessis.*

In regionis Indiæ vrbe, quam Syriæ Dissam vocant, in qua beati artus diui Thomæ sunt tumulati, adueniente festiuitate, magnus aggregatur populorum cœtus, ac de diuersis regionibus cum votis, negotiisque venientibus vendendi, comparandiq; per triginta dies, sine vlla telonei exactione licentia datur. In his vero diebus, qui in mense habentur quinto, magna, & inuisitata populis præbentur beneficia. Non scandalum surgit in plebe: non muscę insident mortificatæ carni, non latex deest sitienti: nam cum ibi reliquis diebus plusquam centenum pedum altitudine aqua hauriatur è puteis, nunc paululum fodias, affatim lymphas exuberantes inuenies, quod non ambigitur virtute beati Apostoli imperiri. Decursis igitur festiuitatis diebus, telonium publico redditur, musca, quæ defuit, adest: propinquitas aquæ dehiscit: de hinc emissa diuinitus pluuia ita omne atrium templi à sordibus, & diuersis squalloribus, quę per ipsa solemnia factę sunt, mundat, vt putes eum nec fuisse calcatum.

Greg. Tur. lib. de Glor. martyr. c. 33.

S. Thomæ Apostoli munera peregrinis cõcessa.

X. *De pio frequentique variorum populorum ad D. Nicolai Barensis tumbam concursu.*

Scribit in vita sancti Nicolai Metaphrastes, ab ostio Tanais instituras fuisse peregrinationes Myram ad sepulcrum sancti Nicolai: cuius reliquiæ hic requiescunt Barii in Apulia. Frequentissima eo iam olim peregrinatio instituta est, propter ingentia miracula, quæ in dies edebantur: Frequentissimus enim erat (inquit Ioannes Archidiaconus) concursus, & conuentus languentium & dæmoniacorum ex diuersis prouinciis aduentantium, vt non solum nomina singulorum hominum, & morborũ quoque nos ignorare fateamur, sed etiam certum eorum inire numerum minime valeamus. Pauca ergo de multis excerpimus, styloque nostro seruanda, & veneranda commendamus. Postquam ad beati Benedicti ecclesiam ab Abbate Elia sanctissimi Nicolai capsa est delata, die altero tantæ famæ res, & celsitudinis extra Barina mœnia mira se pernicitate effudit: primoque Barensis territorii castella, & villas adiens, omnium aures lætissimo nuntio percussit, moxque cateruatim concurrunt vndique sexus & ætas omnis. Quid dicam? Præterminib. frequentissimis virorum, & mulierum, senum & iuuenum, diuersorumque languentium vtriusque amplissimæ & semita longo temporis spatio plenissimæ videbantur, vocesque laudum altisonæ hinc inde resonabant: quippe omnipotentem Dominum certatim collaudabant, benedicebant, & glorificabant, qui tanto thesauro ditare, tanto splendore illustrare, tanta consolatione, & propitiatione visitare dignatus est regionem hanc. Deinde fama eadem pennis mota

Io. Archidiac. in hist. transl. S. Nicolai apud Surium tom. 7.

Peregrinationes ad Nicolaum Barensem frequentes.

Ditatur terra sanctorũ reliquiis.

leuissimis, longius atque longius transuolans, intra paucos dies omnes Italiæ Prouincias annuntiatione mirabili concitauit. Itaque concurrebant de diuersis totius Hesperiæ Prouinciis diuersæ Christicolarum multitudines, non tam pro nouitate rei oppido venerabilis, & desiderabilis, aut orationis gratia, quam ob virtutes diuinas signaque, miraculorum stupenda, & innumera, quæ quotidie fiebant.

Miracula ad tumulum S. Nicolai.

XI. *Ad peregrinationem recta beateque instituendam oportet esse in statu gratiæ.*

Hæc quoque tempestas nouis miraculis ostendit, quantæ Deo sit curæ sanctitas Lauretanæ domus. Per ea tempora Lauretum venerat peregrinus quidam omnibus sceleribus coopertus, & profligatæ vitæ apprime tenax. Huic igitur sanctissimæ cellæ limen intrare ausо, repente in ipso aditu vmbra quædam horrenda specie se obiecit, quæ proiectæ audaciæ hominem fregit, ac repulit ingenti pauore perculsum. Ergo scelerum conscientia ictus Sacerdotem adit animum expiaturus. Cæterum ad recolenda tot annis patrata facinora, multo erat opus tempore, magnoque sensu doloris: ipse autem ad sacram confessionem minime meditatus, ac paratus accesserat. Proinde à Sacerdote dimittitur monitus, vt in sacrum sacellum recipiat se, & Dei, Deiparæque ope enixius implorata, in antea tam vitam inquirat sedulo: tum demum paratior redeat ad confitendum. Dimissus ille mandata fecisset, sed videlicet mala consuetudo veram pœnitentiam morabatur: & probri magis, quam culpæ dolor animum stimulabat. Eum itaque sacrum Virginis cubiculū repetentem eadem illa species oblata iterum ingressu prohibuit. Tum vero ingens illi dolor iniustus, se vt conscelteratum, cōtaminatumque, ab Augustissima sede, à conspectu Deiparæ bis abactū esse. Exemplo flagitiosæ rabis, vitæque tædio captū haud vana pœnitentia excepit, & dolor offensi Dei. Ergo conscientia impensius excussa flens redit ad Sacerdotem; labes non confessione magis, quam lacrymis eluit. Expiato tandem animo ad augustam Virginis ædem verecunde ac dubitanter accedit. Mirabile dictu, qui audenti clausus fuerat, verecundanti aditus patuit.

Hor. Tursel. Rom. hist. Laur. li. 5. vltim.

Peregrinis conscientia diligenter expurganda.

Peccato contaminatus ab æde sacra reiicitur.

XII. *De tribus irrisoribus peregrinantium ad sanctum Fiacrium diuinitus castigatis.*

Septem peregrini de sancto Dionysio venientes, cum non longe essent à monasterio sancti Fiacrii, dixerunt quatuor ex illis: Eamus ad sanctum Fiacrium: reliqui verò tres: Nos viscosi non sumus, & habemus necesse ire ad eum, ipse non habet peregrinos nisi scabiosos. Quatuor tamen ad sanctum accedentibus, tres prædicti eos irridentes sæpius clamabant: Ite viscosi ad medicum viscosorum. Nec mora: cæci facti sunt, & apertis oculis nihil videbāt. Pœnitentes igitur clamabant post quatuor socios, qui ad sanctum Dei properabant. At illi putantes eos vt prius irridere, ipsis non intenderunt. Tandem visitato sancto Fiacrio reuersi, prædictos tres socios suos inuenerunt cæcos, errare per agros. Cognoscētes vero culpam, eos ad sanctum Fiacrium duxerunt, & cum ipsis sancti misericordiam implorantes obtinuerunt eis visum restitui.

In vita eius apud Sur. to. 4. Aug. 30.

S. Fiacrii irrisores diuinitus castigantur.

TIT. LXI. De votis ad sancta loca nuncupatis adimplendis.

EXEMP. I. *De Vtinensi vrbe, voto populi ad B. Virginem Lauretanam nuncupato, à peste liberata.*

ANno per Christum reparatæ salutis post millesimum quingentesimo quinquagesimo sexto, multis sanè ac variis Lauretana ædes est nobilitata miraculis. Vrbs Vtina est Carnorum, magnitudine ac nobilitate vni Aquileæ secunda: hæc maximum salutis discrimen Virginis ope discussit. Anno M.D. LV. atrox pestilentia Venetiæ fines, Carnosque peruagata magnas edebat vbique strages incolarum. Ergo Primores ciuitatis Vtinensis, cum serpere quotidie malum, & iam adolescentare cernerent, consilium à necessitate petunt, votoque publice nuncupato, Laurentanam Virginem inuocant, & ciuitatem eius committunt fidei, tutelæque. Nec illa clientium suorū vota, ac preces fefellit. Biennio, quo grassata est lues, cunctis circa oppidis morbo exhaustis, (adeo præsens beatæ Mariæ tutela fuit) sola Vtina communis mali perseuerauit immunis. Vtinensis ergo ciuitas non in faciendis, quam in exequendis votis religiosior, solemni supplicatione in dicta Lauretū venit. Trecenti erant viri nobiles, quibus pulcherrima Christi Crucifixi effigies præferebatur, omnes linteati, omnes iisdem insignibus conspicui, cum donis vel publicis, vel priuatis, ad Lauretanam Ædem pariter procedebant. Limen ingressi, posternere corpora certatim humi, & collacrymantes ciuitatis suæ, ac suo quisque priuatim nomine ingentes Deo, Deiparæq; grates agere cœperunt. Inde consurgentes fraterne se inuicem complexari, fletuque integrato, mutuis se perfundere lacrymis. Et insignem à pietate certam complorationem par eorum, qui aderant, comploratio excepit, nullo fere spectatorum in tam pio talium virorum fletu lacrymas tenente. Ad vltimum, intrant sanctissimam cellam: Deiparaque Virgine enixe consalutata, apud eam munera deponunt. In his votiua erat tabula egregie picta cum titulo: *Gloriosissimæ Virg. Lauretanæ obtutam à pestilentia Vtinensem ciuitatem, & agrum, Sacratissimi Crucifixi societas posuit dedicauitque. Anno sal. M.D.LVI.*

Ex traditione Laur. an. Reiera P. Hor. Tursel. hi. Laur. li. 3. c. 24. an. Do. 1555.

Voto solenni completo à contagione liberantur Vtinenses.

Vtinensium gratitudo & munera erga B. Mariam Laurer.

II. *De eximia Ioannis Austriaci pietate in Lauretana Æde visenda pro suo voto comp endo.*

Non solum Lauretana Ædes illa populorum spectaculis, quam Procerum præsentia celebrior

Ex Annal. Laurer. an.

exti-

Do.1576. P. Horat. Turſel.li.4. hiſt. Lauret. cap.24.

extitit Ioannes Auſtriacus, vir Carolo Quinto Imperatore patre dignissimus, nec paterna gloria, quã ſua virtute clarior, anno ſupra milleſimum quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, qui Iubilæi celebritate illignis extra vrbem fuit, Lauretum voti cauſa perrexit: Is quinquennio ante aduerſus Turcas naualí prælio dimicaturus Lauretanæ Virgini vouerat, ſi ſuperſtes ipſe partæ de barbaris victoriæ foret, Lauretum vtique ad eam iturum. Cæterum voti comporem publica negotia alia ex aliis morata erant, quo minus ante id tempus potuiſſet fidem exſoluere. Itaque cum Neapolim paulo ſolutiore animo tenuiſſet: non horror ſæuientis hyemis, non publicæ, priuatæque negotiorum curæ, non Procerum, populorumque preces flectere eum potuerũt, vt ne ſumma hyeme, itineribus glacie, ac niue obſitis, fluminibus paſſim turgentibus, Lauretum ad beatam Virginem iter intenderet: & horrida tempeſtas inſigniorem pietatem optimi Principis fecit: Recinetenſem portum equo prætergreſſus, vt procul Ædem Lauretanam conſpexit: venerabundus caput aperuit, ac Deiparam Virginem ſalutauit. Inde, velut alienato à ſui cura ad cœleſtis Reginæ venerationem animo, numquã neque imbris, neque cœli inclementia perpelli potuit, vt ſemel apertum operiret caput: adeo ſe caputque ſuum beatæ virgini deuouerat, cuius præſidio ſe incolumem credebat eſſe. Poſtquam ad veteram Ædem peruenit, totius ante actæ vitæ noxis confeſſione expiatis, grates beatæ Mariæ ingentes agit: protinus vota perſoluta ſatis magnæ pecuniæ cumulat dono. Comites inſuper, & voce & exemplo, ad parem pietatem eandem accendit. Voti pietatiſque munere perfunctus Neapolim regreditur ingens Lauretanæ virginis deſiderium ſecum ferens.

Votum Io. Auſtriaci.

Io. Auſtriaci pietas & peregrinatio ad ædẽ Lauretanã. Eiuſdem reuerentia erga B. Virginem.

III. *De voto Pipini Principis S. Suuiberto tempore belli nuncupato.*

Lud. eius Epiſc. Monaſt. de reb. geſt. Pipini in append. ad vitam S. Suuiberti apud Surium 1. Martii Baronio 9. an. Do.749.

Anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, cum Princeps Pipinus Saxones & Weſtphalos debellans, potitusque victoria cum triumpho, contigit vt cum exercitu ſuo multum laſſo ad Coloniam Agrippinam reditũ maturaret. Weſtphali vero dolentes Chriſtianos eis donari (licet Deo auxiliante, triumphali gladio ipſius Pipini victi, profligati, & proſtrati ſuccubuiſſent) indignari valde exercitum fortem nimis feſtinanter congregantes, denuo per compendia itinerum & deuia exercitum Chriſtianorum præuenientes, poſitis inſidiis multum hoſtiliter & callide prope Vuerdam Pipinum cum ſuis Chriſticolis animo ſe inuadere, & bellum inſtaurare, & rurſus committere decreuerunt. Quod inclytus princeps per ſuos exploratores percipiens, primo parum doluit, tum propter laſſitudinem exercitus ſui, tum propter defunctos & ſauciatos, ſiduciam tamen firmam habens in Deum, recordatuſq; miraculorum ſanctiſſimi Suuiberti, deſcendẽs de caballo ſuo, proſtratus in terram flexis genibus ſanctum Suuibertum deuota mente inuocans, & auxilium & patrocinium imploraus, vouit Deo, & ipſi ſancto Suuiberto, quod ſi is pro honore nominis Chriſtiani à Chriſto ſibi & exercitui ſuo, ſuis meritis & precibus victoriam contra paganos impetraret, & Chriſtianum populum protegeret, vt ſanum inde reduceret: ipſum in Vuerda cum ſuis primatibus ſuppliciter peregre viſitaret. Quo emiſſo voto ſtatim lux immenſa ſuper exercitum Chriſtianorum ſplendens non ſolum paganos exterruit, ſed & fere excæcauit, pauorque ingens eos inuaſit. Quod cernentes pagani, timore valido perculſi, formidantes manum omnipotentis Dei Chriſtianorũ ſuper eos ſæuire, cœlumque ſuper eos ruere, concilio celeriter inito, miſerunt duos Satrapas ad Pipinum petentes quæ ſunt pacis, eique ſe ſubdentes, ac referentes conſtanti animo quæ viderant, & eis contigerant. Pipinus vero cum hoc audiſſet, intelligens hoc meritis ſancti Suuiberti accidiſſe, lætus in terram cum ſuis Proceribus proſtratus, Deum adorans, & gratias deuote referens, receptis à Paganis pacis obſidibus, Vuerdam cum ſuo exercitu humiliter intrauit, diſcalceatuſque, cum ſuis inclytis primoribus, & præcipuis miniſtris ſepulcrum ſancti Suuiberti regalibus muneribus & oblationibus viſitans, benedixit Deum & ſanctum Suuibertum, qui abſque effuſione ſanguinis humani victoriam ſibi contra perfidos præſtiterat: & deinceps ſanctum Suuibertum in ſuum protectorem & patronum ac ſpecialem elegit Aduocatum.

Votum S. Suuiberto à Pipino nuncupatum.

Pipinus vincit hoſtes abſque armis.

IV. *D. Wilhelmi Lindani Ep. Ruremundenſis frater voto D. Machuto nuncupato à laudicationæ periculo liberatur.*

Guilh. Lindan. Epiſc. Ruremund. li. 2. de fugiendis idolis hui⁹ ſeculi c. 2. apud Bredembachium c. 38.

Cum frater meus Germanus Adrianus Lindanus prætor Hagenſis in cunis laboraret ex pede ſiniſtro, ac mater vereretur, ne quid incommodi, aut aliquid claudicationis cõtraheret, mox à Chirurgo periculi admonita votum Deo obtulit, rogans vt interceſſione Diui Machutii, qui in eccleſia Traiectenſi ad Rhenum ſolet talibus in periculis ad auxilium & comprecationem implorari, vt puer malo liberaretur, iuit, vota obtulit, rediit, filium reuerſa domum ſanatum reperit, ac nos lætiſſimo fuiſſe perfuſos eius ſ. S. Machutius claudicãtis gaudio commemini. fauet.

V. *Idem Lindanus adhuc puer à parentibus fraternitati S. Huberti adſcriptus à rabido cane miraculoſe liberatur.*

Idem Lindan. ibid. apud Bred. ca. 39.

Vnum illud ingratæ obliuioni tradere mihi fore religio, quod ex religioſa erga ſanctum meorum pietate mihi puero ex ſingulari S. Huberti patrocinio, & certo præſidio accidiſſe vidi. Parentes noſtri meminerũt non pauci, rabidum agitabat canem ciues Dordraceni, qui per compita obuios ſuo veneno mortiferat. Ille perſecutorum plagas, lapides, & clauas fugiens ædes paternas trãſcurrebat. Quotquot illum occurſantem, turbamque inſequentem

videbant, aufugerunt. Ego in platea publica meis cum æqualib. ludens, periculi ignarus perstiti, puerili ter admirans tantam hominum turmam accurrere armatam: acclamant, discedam de via. Verum priusquam ego me subtrahere potui, ille ore rabido frendens, capite in terram pendulo, flammantibus instar lampadum oculis, exerta lingua spumans, caput agitans, iuxta me innoxius transiit, tota spectatium corona obstupescente, quod me obuium & tam vicinum intactum præcurreret, cum aliis aliquot occurrentibus suum virus venenato morsu infudisset. Domum reuersus audiui parentes Deo gratias immortales agentes, quod me diui Huberti tutela & precibus malo tam præsenti eripuissent: Nam ob similia pericula euitanda, quæ tum temporis nō erant infrequentia, licet nunc Deus similia euenire certo suo consilio nō patitur, curarat pia mater nos, totamque familiam nostram fraternitati beati Huberti inscribendos.

Wilelmus Lindanus à rabido cane meritis S. Huberti præseruatus.

VI. *Quomodo D. Lindanus Epis. Ruremundanus voto D. Appolonæ facto, à dentium dolore: & frater eius voto D. Machuto facto, à claudicationis periculo liberatus sit.*

Idem Linda. ibid. apud Brea. c. 38.

Cum me puerum (ne domestica Dei optimi maximi nostram in familiam collocata ingrato prætereamus silentio) grauius gingiuarum corripuisset dolor, pia mater mea (cui cū parentibus omnib. Deum precor quotidie propitium) meis cruciatibus afflicta, mei liberandi à malis causa diuæ Appolloniæ vōtum fecit, diemque ieiunio se culturam promisit, ego me illius precibus liberatum memini: atque occurrente diuæ Appolloniæ festo, me matrem ieiunium admonuisse ob acceptum per intercessionem diuæ beneficium, deo eo esse ieiunandum, votumque soluendum. Illa adblandiens puerili voto: ieiunium, fili, inquit illa, in alium transferemus diem, quia sunt carniualia, siue, vt appellat, carnispriuium.

S. Appolloniæ voto nuncupato à dolore dentium curatur Lindanus.

VII. *De puero rupto intercessione beati Augustini à ruptura liberato.*

Iordan. Saxon. l. 2. de Com. fra. D. Augustino fit votum & ruptura pueri firmatur.

Quidam iuuenis Senensis passus fuerat magnam infirmitatem in parte inferiori, vtpotè quia ruptus erat: In qua infirmitate cum stetisset per magnum tempus, votum fecit beato Augustino, & facta oratione liberatus est. Et quia votum quod fecerat minime adimpleuit, infirmitas illa post modicum tempus redijt: Cumque iterum per sex menses passus esset, iterum votum fecit, & adimpleuit, & continuo liberatus est.

TIT. LXII. De cereis in templis ad sepulcra sanctorum accensis.

EXEMP. I. *De miraculo cereorum Romæ in ecclesia matris Domini.*

Petrus Venerab. li. 2. c. 30.

NObile miraculum, quod ante plures annos completum, iam pæne cum tempore elapsum fuerat, memoriæ sequentium mandare vltra non differam. Habetur Romæ Patriarchalis ecclesia in honore perpetuæ Virginis Matris Domini consecrata, quæ vulgari sermone, sancta Maria Maior vocatur. Maior idcirco, quia post Lateranensem sancti Saluatoris ecclesiam, maior dignitate, non solum Romanis, sed & totius orbis ecclesiis est. Illuc Pontifex Apostolicus in præcipuis, ac summis festiuis diebus, id est, Natali Domini, Pascha atque Assumptione iam dictæ glorioſæ Virginis, cum celebri processione more Romano coronatus pergit, ibi stationem facit, ibi totius vrbis clero ac populo assistente solemne Deo sacrificium offert, & sacros dies quanto potest colit honore: ibi præter ipsum, & coadiutores eius septem Episcopos, ac Cardinales presbyteros, nulli missam celebrare fas est: ibi quam inauditum miraculum non semel contigerit, sed etiam annuatim in festo supra nominato Assumptionis proueniat, dicendum est. Mos est Romanorum festum illud Assumptionis Matris Domini inter vniuersas anni festiuitates præcipuo honore colere, & speciali deuotione venerari. Vnde est, quod inter pluta deuoti animi sui erga præcelsam Virginē signa, cereos maximos faciunt, & eos ante paratos vigilia festiuitatis ad nominatam ecclesiam deferūt, atque vespertina hora vel circa accendunt. Pondus tamen eorum æqua lance pensatum domi retinent, vt sequenti die solemni missa peracta, eos rursum pensantes, quantum de quantitate eorum ignis absumpserit, iudicāte statera cognoscere valeant. Manent ergo Romanorum cerei, à vespertinis, vt dixi, horis, vsque ad sequentis diei horam sextam vel nonam in ecclesia Matris Domini ad honorem vtriusque accensi, & festiuæ missæ solemniis consummatis, singuli à propriis dominis ab ecclesia domum reportantur, referens quisque cereum suum, mox vt domum peruenit, geminas lances præparat, imponit vni cereo, alteri pondus hesternum: attendit diligens inspector, quantum de cerei prius appensa quantitate possit deesse, & vespertinas diurnas, nocturnasque horas, quibus continue cereus ardet, numerans exspectat quid sibi de imminutione primi ponderis statera renuntiet. Et ecce, mirabile dictu, nihil minus quantum ad pondus pertinet, post tam prolixam cerei sui exustionem solicitus ille appensor & aspectator inuenit, sed quasi nihil consumptum sit, totum quod Deo & eius Virgini Matri deuotus incenderat, se accepisse miratur. Hoc tam nobile, & ante nusquam auditum miraculum, ad commendandam mortalibus gloriam Matris Domini, non in quolibet ignoto vel humili loco, non in qualibet vel quantalibet ciuitate, sed in ipsa vrbe orbis capite, non semel tantum, vt dixi, sed assidue recursu annuo diuina pietas, & potentia operatur.

Ecclesia B. Virginis cur Maria Maior dicta Romæ.

Assumptionis B. Mariæ dies maxime celebris.

Cerei in honorem Deiparæ virg. accensi.

Miraculum in cereis ad honorem B. Mariæ accensis.

II. *De aqua in oleum ad lampadarum vsum à Narcisso Episc. Hierosolymitano conuersa.*

Euseb. Caesar. l. 6.

Inter res multas admirabiles à Narcisso Ep. Hie-

roso-

hist. Eccl. c. 8. & Niceph. l. 5. cap. 9 apud Baron. tom. 1. ann. 199.

rosolymitano gestas, eius loci homines hoc præterea miraculum ex traditione referunt. In magna ac solenni Paschatis vigilia oleū Diaconis & ministris defuisse perhibent. Vnde cum vniuersam multitudinem grauis quædam ægritudo & demissio animi occuparet: Narcissum ferunt, iis qui luminaria apparabant præcepisse, vt aquam ex puteo quodā, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipsum afferrent, quo absq; mora peracto eum super aqua orauisse, mandasseque vt cum vera & constanti in Dominū fide eam in luminarium vasa infunderent. Quod vbi fecerant contra omnem rationem, incredibili quadam & diuina virtute naturam aquæ in naturā olei commutatam, & pro certo illius miraculi indicio, fratres complures, qui illic erant eo quidē tempore, permultum ex illo oleo reseruauerunt: ex quo etiam aliquantulum ad nostram vsque ætatem custoditum est.

Narcissus aquam in oleum ad vsum lampadū conuertit.

III. *De candela cerea ad tumulum S. Eucherij accensa, & post triduum haud diminuta.*

In vita eius apud Sur. to. 1. Febr. 20. cap. 7.

Lingua nostra non sufficit vllis verbis ea omnia expromere, quæ post sancti Eucherii Episcopi Aurelianensis obitum miracula ab eo gesta sunt, sed pauca, quæ veridica relatione didici silere minime audebo. Mulier quædam, quam ipse vir sanctus de Gentilitatis errore sua admonitione reuocauerat cuiusque filium de sacro fonte susceperat, ad tumulum eius ceream candelam pondere libræ vnius ex deuotione collocauit & incendit, & ea per tres dies noctesque perpetuo arsit, nec extincta est. Die vero tertio custos templi ceram eius candelæ liquefactā redegit in massam, atq; ecce in eius manibus in tantam molem excreuit, vt idem omnino pondus pristini cerei inueniretur.

Miraculū.

IV. *De candela sacrorum mysteriorum tempore diuinitus accensa.*

Walafrid. Strabo in vita eius apud Sur. tom. 5. Octob. 16.

Refert Walafridus Strabo Abbas Augiensis in vita sancti Galli Abbatis, quod dum festiuitas octauarum Epiphaniæ annuo celebraretur officio, cunctis tempore sacrificii ad ecclesiam conuenientibus luminaria & candelæ incendebantur ex more. Vna autem candela sine lumine inter cæteras ardentes dimissa, inter sacra Missæ solemnia principalis primo cœpit paulatim fumo tenui vaporare: deinde videntibus non paucis flammam concipiens, & cæteris clarius rutilans signi effectum splendoris singularitate commendauit.

V. *De antiquo ritu accendendi lampades ante tumulum Sanctorum.*

Leonard. Iustinian. Venetus in vita S. Nicolai Magni Ep. Myrensis apud Aloys. Lipoman. tom. 1.

Compertum habemus quosdam amplexandi tumuli desiderio à Tanai ostio soluisse, vt Myras contenderent. Cum autem in nauim sarcinas & viaticum intulissent, inuidus ille dæmon, qui in eo Dianæ colebatur templo, quod paulo ante dicebamus à Nicolao deiectum, huius nauigationis causa cognita, ad impediendos homines, si posset, sese dolo & fraude exornat. Nondum enim exciderat animo ædis illius à fundamentis euersio, non violenta, ignominiosaque cum fuga, tum ministrorum suorum à Myris expulsio: non cultus hominum ad se confluentium sibi ademptus. Hæ faces ad vltionem dæmonem inflammabant, præter insitam nocendi libidinem, & alienæ virtutis odium immortale, quo in expulsorem suum iam toto illustrem orbe flagrabat. Igitur mulieris formam induit vas olei plenum humero gestantis: & nauim conscendens, se ait magno tenere desiderio eiusce tumuli adorandi, sed imbecillam corpore, stomachoque maris & nauseæ crudelitatem non posse perferre, missuram se (quando proficisci non licet) oleum illud, quo tumuli lampades accendantur: Rogat itaque, vt oleum ipsi suo nomine sanctissimo monumento offerat. Illi facile persuasi, quippe quibus nulla inerat suspicio fraudis, dolium accipiunt. Erat in eo profanum nescio quid, diabolica execratum arte, & dignum profecto, quod à dæmone nocendi causa præberetur. Soluentes ergo, cum diem vnum sulcassent mare, cœpit insequens aurora Zephyros in proram mittere, & noctes diesq; deinceps plurimos sic pertinaciter aduersi erant, vt nautæ tædio diuturnæ procellæ, infecto itinere, de reditu cogitarent. Iamq; proras inuerterant, cum infatigatus hic noster omnium laborantium adiutor lembo se redeuntibus offert. Quo viri tenditis inquit? Quid constitutum iter deseritis? Vestrum est, viri, ventos in puppim conuertere, & aduersæ nauigationis tollere impedimēta: Diabolica hæc fallacia est: non enim fœmina dolium, sed infernus vobis dæmon commendauit. Liberate nauim hac peste, & vas in mare abiicite, erūtque deinceps omnia vobis secunda. Nauigantes imperantis veneratione permoti (inerat enim homini diuina quædam maiestas) vas ipsum in pelagus repente contorquent: ex quo terra quædam exsiliens flamma fumo, & caligine aërem totum obnubilat, intolerabiliq; fœtore complet omnia, tantoq; stridore vas ipsum in mari excipitur, vt è damnatorum officinis exisse nemo ambigeret. Tum Nicolaus, cū sese, quisnam esset, patefecisset, ex oculis eorum euanuit. Inde numquam constituto itineri clementes auræ defuere.

Mos antiquus accendendi lampades ad sepulcra Sanctorum cōtrà nostri temporis hæreticos.

VI. *Per pallam cereis exornatam ac Rhemis circumgestatam lues depellitur inguinaria.*

Hincmar. Rhemen. Archiep. in vita eius ap. Sur. tom. 1. Ianuar 13. in epist. Hormisdæ Papæ ad Remig.

Post obitum sancti Remigii Rhemensis Archiepiscopi, cum lues inguinaria populum primæ Germaniæ deuastaret, & omnes Rhemensis Prouinciæ incolæ huius cladis terrerentur additu, concurrit Rhemensium populus ad sancti sepulcrum, congruum huius cauſæ magistrare remedium. Accensis quoque cereis lychnis, quæ non paucis, hymnis psalmisque cœlestibus per totam excubabat noctem. Mane autem facto, quid adhuc precarui deest, in tractatu rimatur. Reperit enim, reuelante Deo, qui sanctū suum nouit clarificari voluit apud homines, quem apud se mirificatum nouerat, quinter oratione præmissa,

adhuc

adhuc maiori propugnaculo vrbis propugnacula munirentur. Assumpta igitur pallade beati sepulcro, componunt eam in modum feretri, accensisq; super cruces cereis atque super ceroferariis, dant voces in canticis: circumeunt vrbem cum vicis, nec præterierunt hospitium vllum, quod non hac circumitione concludant. Quid plura? Non post multos diès fines huius ciuitatis Rhemensis dues aggreditur memorata. Veruntamen vsque ad eum locum accedès, quo beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, intro ingredi nullo modo est ausa: sed e iam quæ in principio peruaserat, huius virtutis repulsu reliquit. Qui beatissimus pontifex, & in vita corporis, & post obitum sicut infirmis sanitatum gratiam reddidit, sic & in peruasores sæpissime vltor extitit.

Pietas populi Rhemensis erga S. Remigiũ.

Pietatis effectus.

VII. *De morbo expulso ad præsentiam cereorum ad S. Martini sepulcrum delatorum.*

Greg. Turon. lib. 1. miraculorum S. Martini, c. 2.

Illud non omittendum de cereolis, quos de sepulcro B. Martini Antistitis sustuli, à quibus sanatus fuit Iustinus maritus sororis meæ. Hos cum mecum detinerem, Iustinus vir sororis meæ in valetudinem irruit, & inualescẽte febre cum doloribus membrorum omnium, valde ad extremum agi cœpit. Nuncius hæc ad me delatus retulit, efflagitans vt si quid medicamenti repetire possem, ne moriturο transmitterem, ne obiret. Ego in virtute beati Antistitis confisus, vnum ex cereolis transmittὸ, per puerum dicens: Accendite illum coram eo, & in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum, & deprecetur omnipotentiam Antistitis, vt ei succurrat. Missus autem puer, quod dederam, deportauit. Quo accenso ante lectum ægroti, fauillam scirpi, quem iam ignis consumpserat cultro eradunt, diluuntq; aqua ægro porrigunt ad bibendum. At ille vt hausit, sanitatem protinus recepit incolumisq; redditus est nobis. Postea qualiter sibi virtus beati Antistitis subuenit, exposuit. Nam referre solitus erat, quod vbi primũ oculis eius iubar luminis progressum à cereo pepulit tenebras noctis, protinus in cõtemplatione flammæ febris recessit à corpore, ac stomachus, qui diu languerat inedia, cibum consolationis efflagitat, & qui tantum aquam puram ad refrigerandum febris ardorem haurire consueuerat, nunc vinum desiderat. Facit hæc virtus Antistitis, quæ sæpe miseris opem proflua miseratione tribuit, & infirmis medicamenta largitur.

Cereis delatis ad sepulcrum S. Martini edũtur miracula.

VIII. *Per cereos S. Martini tempestas prohibetur.*

Idem Greg. lib. 1. c. 34. & Baron. tom. 7. ann. Dom. 566.

Aliud miraculũ referam de cereolis, quos portauimus pro benedictione sepulchri ad ecclesiam. Agrum quendam possessionis nostræ grando adsidue singulis annis vastare consueuerat, & tam grauiter sæuiebat, vt nihil ibidem, cum veniisset, relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborem vnam, quæ erat altior cæteris, eligès, de sancta cera super eam [illegible]. Post illam autem diem vsque in præsentem [illegible] quam ibidem tempestas cecidit, sed veniens locũ illum tanquam timens præteriit.

Cereorum vis.

IX. *Historia de cereo sacro celitus à diua Virgine ad sanandos ægros allato, & Lamberto Episcopo Atrebatensi tradito.*

Guillelm. Gazeus S. Magdalen. Atrebati Pastor hanc historiam Gallice descripsit in codicillis quibusdam ex vulgari traditione desumptam, postea à Sixto IV. & Clem. 8. approbatam.

Anno Domini circiter millesimo cẽtesimo quinto Lamberti Episcopi Atrebatensis tempore, corruptis oppido populi moribus, effusisque in vitia & libidinem hominum animis inclementior aura cœli & tam pestilens aëris aspiratio fuit, vt Atrebates primum, mox vicinam late regionem insolenti morbo vltrix Dei manus incenderit, flagranti veluti igne, eam corporis partem, quæ afficiebatur, adurente. Nihil hic medicorum manus, nihil potuere pharmaca, plerosq; omnes prompta mors abripiebat: alios, cum nulla vsquam spes afforet, ad implorandã Dei sanctorumq; opem mortis, vt solet, horror adigebat. Iacebant itaque frequentes ad D. Mariæ portici & circum templum eius diffusi, magno eiulatu & planctu subsidium miserandum in modum exposcentes. Id forte temporis insignes duo fuere citharœdi, quorum alter nomine Itierus in Brabantia, alter Petrus cognomento Normannus in arce D. Pauli in Tarnesio commorabatur, capitali odio Atrebatenses mutuo prosequentes, quod Normannus Itieri fratrem morte affecisset. Diua virgo nihilominus B. Virgo splendido amictu refulgens, vtrique eorum seorsim duobus cidie quodam Lunæ nocte apparuit, & proprio quẽque nomine appellans, eadẽ prorsus verborum forma compellauit: Surge, inquit, & Atrebatum profi- morbi rescisce[illegible]gnam ibi pro templi foribus ægrorum mediũ nunciam comperies, semianimes, & fere flagranti tabe consumptos: ex in Lambertum loci Episcopum adibis, monebisque, vt sabbato proximo nocte vigil excubet ægros iuxta templum decumbentes visitando: sub primum galli cantum conspicietur in simili, quam gerens [illegible] esse, mulier à choro templi delabi cum cereo in manib⁹, quem vobis tradet: de quo terræ pauxillum instillabitis in vasa aquæ plena, quam ægris quibusque deinde potandam præbebitis, eademque inflammatas pestilenti lue partes irrigabitis. Quotquot autem hoc salutari remedio viua credentes fide vti voluerint, euadent incolumes, quotquot autem desperarint, morte corripientur. Ad hæc pariter vtrique dicta Normanno sigillatim Pacẽ quoq; addidit: futurum ei comitem Itierum, homicidii inter Itierũ quidem causa hactenus inimicum, sed fore vt ea occasione redirent in gratiam. Normannus vt primũ Normannus à somno vigil, ô quanta, exclamat, quamque venerauda est Dei matris præsentia. Proh vtinam illius fore nunc ego auxilio Itiero fratri meo reconcilier! Vtinam ciat. per Dei misericordiam Mariæque matris intercessionem possim tot male affectis optatissimum afferre salutis nuntium! Attamen valde metuo, ne isthæc visio fantasma sit aut illusio; itaque tota nocte proxima excubabo, si forte Deo volente eadem se rursum offerat. Hæc secum ipse statuens, primo diffidentes

lucu-

luculo templum adit, sacris interest, subindeq; supplex Deum orat, vt sibi clariorē visionis nocturnæ notitiam dignetur impartiri. Itierus etiam, haud sane minori cum cura solicitudineque qua vigilando qua orando laborabat. Nocte posthera B. Virgo illis affuit comminata, nisi ad statutum locum citi properarent, vtrumq; morbo eodem correptum iri. Ea res illis timorem incussit, & ad iter mane facto impulit. Normannus, qui vicinior erat, Atrebati die Veneris sub auroram affuit, ac postridie templum D. Virginis adiuit, Episcopumque ad aram sancti Seuerini orantem aduertit. Confirmauit vehementer hominis animum, quod magnos infirmorum aceruos pro templi valuis iacentes conspiceret, vti reuera visu nocturno intuitus erat. Quare certior iam factus & animosior, Episcopum interpellat, petitque vt reducto pauli sper loco liceat alloqui, velle se cum eo de quodam magni ponderis negotio cōmunicare. Annuit Episcopus. Tum ille: Die Lunæ elapso, mi Domine, noctu mihi diua Virgo Maria apparuit, mandauitque vt ad te venirem, & monerem, vt die Sabbati proximo, ægros, qui foris & intra templum iacent, inuiseres; tum illa post primum galli cantum, maximum ad vos beneficij pignus cereum ardentem allatura est, de quo formato prius Crucis signo, stillas aliquot in vasa aquæ finetis defluere, dabitisque operam, vt ex ea ægri bibant, eorumque vlcera illinant. Quicunque salubri medicinæ vsum neglexerit, aut nutanti fide exceperit, morietur. Id mei fuit muneris vobis indicare; vestræ iam sunt partes exequi: Si quid neglectum fuerit, culpam hic nullam agnosco. Admirabundus ad hæc Episcopus; Quis, inquit, es tu, cuiusue conditionis aut patriæ? Affirmante illo se citharœdum, Apage hinc, ait, & mihi illudere caue. Mox hominem relinquit, floccique pendens Normanni dicta intro in palatium diuertitur. Ille vero pudore suffusus in templo se continet, flebilemque miserandam tot ægrorantium sortem expendens, misericordia commouetur. Haud multis inde post horis, ecce tibi longius aduenientes Itierus in templum D. Virginis sese infert, factaque oratione inde Episcopum, qui tum forte in sacello domestico sacris operabatur, adit. Quo peracto munere, venerabundus Antistitem salutat, petitaque loquendi venia, infit: Pater sancte, iam semel & iterum oculis sese obtulit meis rara pulcritudine mulier, quæ sese B. V. Mariam esse diceret, mandauit illa, vt sua ad te mādata deferrem vt proximo nempe Sabbatho noctu ægrotos, qui foris & intra ecclesiam sunt, inuisas: tum illa vobis aderit, cereumque accensum manibus porriget, ex quo defluentes aliquot guttas in vas aqua plenum infundetis, factoque desuper Crucis signo bibendā ægris aquam offeretis: quicunque sincere credens ex ea biberit, sanitatem consequetur: qui secus, repente peribit. Hic demum obstupefactus Episcopus, interrogare, quisnam, cuius nominis, patriæ, conditionisque foret, ille respondere, esse se Itierum nomine, patria Brabantum, conditione & arte citharœdum: Præsul referre alterum eiusdem farinæ hominem, eadem sibi paulo ante locutum, obiicereque quod coniurato sibi statuissent illudere. Absit, inquit Itierus, adeoque inter me & Normannum nullus intercedit vsus, vt si hominem vsquam offenderem, ego profecto sceleratum, fraeris mei interfectorem pro meritis vlciscerer. Hisce auditis Episcopus secum ipse reputabat: visionem istam Dei forsitan commiseratione contigisse, vt & ægris valetudinem conferret; & duobus his inimicis reconciliationis ansam præberet. Cœpit itaque Itierum paternis monitis ad pacem hortari, idque sacræ scripturæ verbis adeo efficacibus, vt ille omnino persuasus Normanno condonaret, ac supplex ad pedes Episcopi procideret, sponderetque quicquid ad pacem ineundam Episcopus statuisset, ratum se habiturū. Mittit tum Præsul Secretarium, qui Normannum è templo accerseret: affuit extemplo, prouolutusq; in genua, Deum primum, Episcopum deinde, tum Itierum admissi veniam obnixe deprecatur. Antistes postquam nonnulla de charitate fraterna disseruisset, iussit eos se mutuo osculari in signum pacis arcis amoris, sic peracta numeris omnibus reconciliatione, munus sibi seorsim nocturno visu demandatum vnanimi studio feliciter exequerentur. Ea propter ieiunio ab iis tribus religiose obseruato, totoque die in precatione consumpto, sub noctem ad templum profecti orantes pernoctant, vsque ad id fere temporis, quod eis fuerat diuinitus indicatum. Nec mora, affuit in nota veste B. Virgo, videbaturq; è supremo parte chori cum accenso cereo delabi, quem illis obtulit, eademad omnes, quæ antea ad citharœdos, verba faciens de miraculo huius cerei virtute, deque ritu, quo circa ægrotos vtendum esset, paucis adhortata, vt illum in perpetuam insignis adeo beneficii memoriam studiose obseruarent: ac subito disparuit.

Rapti omnes atque attoniti, qua veneranda Deiparæ præsentia, qua diffusæ circum templum insolitæ lucis obtutu, quin & diuini illius ignis ardore inflammati, Deo primum gratias egere, mox vno pariter oēs studio ad accuranda Dei matris iussa animos prompte applicuere. Expletis itaque aquæ vasis crucis signū Episcopus cereo exprimit, cera q; nonnihil in aquā instillat: subinde eius virtute ægris declarata, vt de illa cum magna fide ac reuerentia bibant, exhortatur. Parent monitis, & etiam vlcera lauant, atque oēs maximum indies lumen illico persentiscere, tam interius in partibus vitalibus, quæ ardore eluri flamma adurebantur, quam exterius in membris, quæ iam pene computruerant. Fuere illic ad centum & viginta ægroti, omnesq; conualuere, excepto vno, qui sacram despiciens medicinam, ausus est temere & iterare malle se vinum, aliaq; id genus multa insolentis & contemnentis animi edere illicia. Quæ impune: tantus enim illum subito inuasit ardor, vt continuo in morem furentis, animam

Comminatio B. Virg. in citharœdos.

Petrus Norman. visum Episcopo narrat.

Itierus quoque idem visum Antistiti exponit.

Ad pacem ineundam ab Episcopo monentur citharœdi.

Cereus sacer a B. Maria e cœlo defertur.

Cerei virtute sanantur centum sexaginta ægri.

mam exhalarit. Postquam rite peracta sunt omnia, cœpit affluēs populi multitudo in Dei laudes efferri, admirandaque illius opera prædicare: Et cum Clerus in templo sacra facturus iam adesset, Episcopus cāticum diui Ambrosii & Augustini, Te Deum laudamus, quo agendis Deo gratiis vti solet Ecclesia, intonauit, quod eleganti cum symphonia prosecutus est musicorum chorus, applaudente interea & exultante populo, quod tantam optatam votis sanitatem obtinuissent. Tradita exinde candela sacra custodienda duobus citharœdis, qui illā vna cum Episcopo de B. Virginis manu exceperant, eiusdem Antistitis consilio venerandam piorum virorum congregationem erexerunt, quam in tanti beneficii memoriam flagrantium siue Ardentium societatem nominarunt. Frequens statim, cum è ciuibus, tum nobilibus, insignium virorum multitudo sacro sodalitio nomē dedit. Extat in foro minori vetus superbaq; pyramis, stupendum antiquæ artis opus, vbi cereus multo cum cultu religioneque in theca argentea asseruatur. Huc plurima passim vulgi frequentia, pars ad orandum, pars vt aquam potent, aut ægris in deportandam ferant, magno cum pietatis sensu concurrit.

Gratiarum actio pro beneficio per cereum accepto.

Sodalitas Ardentium Atrebati institutu.

Anniuersarium Sodalitatis istius festum à die venerabilis Sacramenti ad Dominicam sequentem celebratur. Quo interim tempore multa passim in vrbe ærearū campanarum, lituorū & tympanorum sonitu communis omnium lætitiæ eduntur testimonia; quin etiam tum cessant causæ forenses, ediciturque iustitium, haud secus ac si vrbis nundinæ solennes forent. Candela sacra diebus singulis, adstipante ex cruce facibusque populo, & applaudente multo instrumentorum musicorum concentu, ad sacellum, quod est in loco, quem Ardentiū vocant, exportatur; vbi Primores, sodalesque, qui honoris ergo cereum sanctum comitati sunt, rem sacram audiunt.

Ardentium festiuitas instituta.

Cereo sacro honos exhibitus.

Sub mysterii diuini canonem cereus accenditur, rursumque sub noctem multa cum pompa in pyramidem thecamque propriam refertur. Dominica autem proxima, concione & sacro peractis candela illa splendidum in morem sub insigni vmbella in ciuitatem reuerenter infertur, quam Magistratus ac præcipui Sodales comitantur, adstipantibus phaleratis equis ditionis seu cameræ Atrebatensis Primoribus, magna scloperariorum hastatorumq; caterua, plurimaque tympanorum ac turbarū clangore comitantur. Sub obuii fiunt Præpositus magistratusque ciuitatis, pompamque vna omnes ad porticum vsq; Ecclesiæ Cathedralis deducunt, vbi Sodales binos Candelicis cereos, & templum ingressi sacram candelam accendant, gloriosæ Virgini offerunt, tum eadē pompa & comitatu ad sacellum, & inde sub vesperas ad pyramidem referunt. Præter admirabilem illā cerei diuinitus dati emptionem, multa insuper admirandaque prodigia perpendenda. Ac imprimis, quod licet [illegible] vrbe, aliisq; grauissimis pestibus, [illegible] tamen adhuc candela sacra per annos circiter quingentos fidelissimè conseruata sit, ingenti pii populi solatio, qui etiamnum, ob præclara, quæ illic se produnt diuinæ manus opera, non minus quā maiores, cereum colit & obseruat. Mirum sane est, quod tanto tempore toties accensus, & in aquam instillatus cereus ille quoties necessum fuit, haud tamen diminutus sit, quin potius auctus videatur: ex defluentib. siquidem guttis tantum ceræ collectū est, quantum pluribus aliis cereis efformandis sufficerit, qui varia in loca transmissi, ob parem vim efficaciamque pari in honore habentur. Etiam nunc in sacello videre est panem massamue ceream, qui ex iisdem stillis in dies accrescit. Memoria dignum est miraculū quod anno 123. contigit ibidem in parochia D. Gaugerici: Cum inuolans repente de cœlo fulgur templum istud inuasisset insolescens continuo ardor flammaque adeo inualuit, vt petita affluentissime è vicinis puteis aqua nullatenus extingueretur, piis aliquot ciuibus venit in mentem operæpretium fore, si sacræ aquæ guttæ aliquot alteri commixtæ in ignem iniicerentur: nec frustra: præsentissimum enim fuit ad compescendam flammam remedium. Quod vero ad varias sacri (quem vocāt) ignis, apostematum, vlcerum, febrium, hepatis inflammationum, aliorumque id genus morborum curationes attinet, quamque frequentes illæ quouis tempore acciderint, sat fidem facit contin[illegible] quingentorum annorum experientia. Pars aquā illam puram insciis subinde medicis potant maxima cum confidentia: alii potui fu[illegible] miscent: pars etiam vlcera illiniunt. Omnesque denique Atrebates vicinique cuiuscumque conditionis accolæ, pauperes iuxta ac diuites, parui æque ac magni salutarem aquæ sacræ operationem integræ valetudini restituti experiuntur.

In cereo sacro miraculum insigne.

Aliud miraculum.

Alia item miracula.

X. *Sub Euangelii recitatione in Missa solenni luminaria cur accendantur.*

D. Hieronymus aduersus Vigilantium scribens, docet Euangelium esse lætum, quia lucidum: per totos enim, inquit, Orientis ecclesias, quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, non vtiq; ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Vnde & virgines illæ Euangelicæ semper habent accensas lampades suas, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Ps. legitur: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.*

D. Hieron. contra Vigilantium.

Luminaria cur accensa tempore Euangelii.

Psal. 118.

De sacris imaginibus.

TIT. LXIII. De cultu & vsu sacrarum imaginum in genere.

Deos Cherubinos aureos iussit Dominus Deus fieri in loco propitiatorij sese mutuo respicientes.

Exod. 25. 17. & Num. 7.

Orauit

Num. c. 21. *Orauit Moyses prò populo, & locutus est Dominus ad eum; Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem cum percussi aspicerent, sanabantur.*

3. Reg. 7. *Salomon quoque diu post Moysen duos Cherubinos de lignis oliuarum fieri iussit, ac eos in eminentiori tabernaculi loco collocari.*

EXEMP. I. *Vt Christus imaginem suam in lineo texto impressam ad Abgarum Edessenorum Regem miserit.*

Niceph. Callist. lib. 1. hist. eccl. c. 7. & Euag. l. 2. c. 26. alij Abgarum nominant.

CVm Abgarus Edessenorum Princeps audiuisset Christum iis, qui diuturnis premebantur morbis, congruentem valetudinem sine remediis & herbis, & quidem gratuito præbere, aliaque multa viribus nostris maiora efficere opera, ad eum scribit orans, vt ne ei molestum sit ad se veniré, ipsumque, quo iam dudum affligebatur, inueterato morbo liberare. Postquam autem Abgarus scripto suo persuadere ei quod voluisset, non potuit, desperato Iesu, propter responsum acceptum, aduentu, quid caperet consilii incertus, eo tamen quo in Christū tenebatur, desiderio perculsus, pictorem eximium ad eum misit, eique vt diligenter & accurate faciē eius in pictura effingeret, imaginemque pro desiderato illo sibi afferret, imperauit. Et ille quidem venit, atque in loco sublimiori stans, pingere Christi vultum, vt decebat, conabatur. Quum vero cœptum opus non succederet (diuinus quippe splēdor & gratia in vultu eius coruscans impedimento erat) re ea cognita Saluator textum lineum peritissimo quē primus loto faciem suam exprimit, & ad Abgarum mittit. Dicitur quoque Persarum Rex manu ingenioq; promptum pictorem misisse, & per hunc fidei desiderio, simul & ipsius Christi, & quæ eū diuino modo genuit, matris, quam celeberrime imaginem depictam accepisse. Atque hæc quidem ex tabularijs & Archiuis ciuitatis Edessæ, quæ tum regia administrabatur potestate, sunt desumpta; fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Abgari rebus conscripti hæc quoque complectebantur, ex Syrorum lingua translata.

Imaginem suam Christus ad Abgarum mittit.

B. Virginis imago depicta.

II. *De imaginibus Christi Domini, B. Virginis, & principum Apostolorum à S. Luca depictis.*

Niceph. Callist. li. 2 c. 43. & li. 6. c. 16.

FERTUR Lucas quoque primus Christi, & quæ eum ita vt Deum genuit matris, atque ita Principum Apostolorum pingendi arte effigiem adumbrasse, vnde in omnem deinde habitabilem orbem tam venerandum, & pretiosum opus est illatum. Idem libro sexto Capite decimo sexto: Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ipsiusque adeo Christi, & quæ eum supra naturæ captum mirifice genuit Virginis matris, coloribus adumbratas imagines plurimas ad hunc vsque diem conseruatas esse nouimus. Ac Lucas quidem Apostolus, ipsas accurate, opus id exorsus, manibus suis depinxit: deinde vero ex veteribus alii quoque viri, pro eo atq; par erat, veluti seruatores suos in signis & picturis seruantes, idem fecere.

Imaginum pictarum in ecclesia vsus valde antiquus.

III. *Miraculo Deus ostendit sibi placere vsum imaginū.*

Ioan. Diac. ex Method. Patriarch. apud Lipponam. tom. 1. pag. 246. in vita S. Nicolai.

CVm de Africæ partibus Vandalorum exercitus applicuisset ad terram Calabrim deñ, atque eandem regionem igne succenderent, reperta est ibi à quodam barbaro in cuiusdam Christicolæ domo sancti Nicolai imago in tabula honestè depicta. Quam protinus in sinu suo proiecit, & abscondit, quamuis ab eo ignoraretur omnino quid esset. Cum autem peruenissent ad eos, qui Christicolas captiuos deducebant vinctos, interrogauit vnū ex eis, & ait: Rogo, vt mihi indicetur, cuius est figura in hac tabula tam pulchre depicta? Et hæc dicens, demonstrauit eis iconem. Cum ergo cōtemplati essent eam Christiani, cum gemitu & lacrymis dixerūt, Imago hæc, quam cernimus, sancti Nicolai dicitur, qui multis miraculis, & virtutibus apud Deum existēs clarus, manifestè edocet se viuere etiam post sepulchrum. Cumque hoc auditu percepisset barbarus ille, cōtinuo abscondit eam propter suos socios, nemini ex hoc aliquid pandens. Cū autem reuersus esset Vandalorum exercitus in Africam, cum plurimis captiuis, & spoliis multis, rediit & ipse barbarus, qui sancti Nicolai habebat tabulam in domo sua. Erat autem ipse Tripezita. Quadam autem die tulit ipsam iconem, & posuit eam ante telonium suum, vbi erant omnia quæ habebat, aurum, argentum, & vestes: & locutus est ei, dicēs: Nicolae, habeto custodiam super telonium hoc; nam ego alio necesse habeo proficisci. Hæc locutus imagini discessit, apertum omnino relinquens telonium: securus proficiscens, quasi ibi plurimos custodes dimitteret. Cum autem secus eundem telonium latrones transirent, & vidissent apertum, & neminem custodem ibidem adesse, dixerunt ad inuicem, vt venientes nocte eadem diriperent omnia quæ intrinsecus erant posita: Quod ita factum. Nam venientes nocte omnia abstulerunt, aurum, argētum, & vestes, & cætera: & sic profecti sunt: Sola icon deforis pēdens superstes remansit. Hæc autem Dei dispensatione agebantur, vt huiuscemodi occasione reperiretur quanti meriti Nicolaus esset, & apud Aphricanas regiones manifeste clarescceret. Veniente autem barbaro, cuius telonium erat, reperit eum vacuum vtensilibus omnino habentem, nisi ipsam sancti Nicolai iconem. Tūc plorans, & gemens, vehementissimos stridores emittebat, & turbido aspectu contra faciem imaginis sancti Nicolai, quasi ad viuentem hominem, & rationem habentem, hæc verba proferebat, dicēs: O Nicolae, bonum te custodem telonii mei posui. Quid feci ti? Redde mihi res meas, alioquī cædo te flagellis. Et hæc diceret, accepto flagello tundebat bonum Nicolai imaginem. Cum vero fatigatus esset cæd[illegible], dixit ei: Certe in ignem te proiiciam, [illegible] ad[illegible]em meam. Pulsimus autem

Thesaurus Barbari surripitur.

B. Nicolai imago cur à Saraceno flagellata.

confessor beatus Nicolaus nimia miseratione ductus supericonem suam, ac si ipse flagellis cæderetur, sub festinatione ad locum accessit propius, vbi latrones cuncta diuidebant, quæ de illius Sarraceni telonio abstulerant. Tunc dixit ad eos sanctus Nicolaus: O infelices, & miseri, quid facitis? Numquid ignoratis, quoniam ego ipse ibidem eram quando hoc malum perpetrastis? Nam oculi mei conspexerunt, quando has & illas res abstulistis. Quantitatem & numerum etiam cunctarum rerum, quas de telonio extulerant, sigillatim eis exponens, addidit dicens: Scitote autem, quoniam furtum, quod perpetrastis, si non mihi acquieueritis, vt reuocetis cuncta quæ abstulistis, ego illud publice manifestare curabo. Nam sub mea cura vniuersa fuerunt posita: & ideo pro vestro scelere ego innocens quam grauiter flagellis cæsus sum? Credite mihi, quia nullo modo vobis parcam: si meis non acquieuscitis consiliis, sed crastina die morti tradere vos faciam. Illi autem fures cum viderent se deprehensos, existimantes, quẽpiam fuisse de populis, qui eos exploraui sset, nimium mente consternati, & vltra quam credi potest, exterriti, vehementer metu mortis coacti, per tetræ noctis silentia reportauerunt omnia, & in telonio reposuerũt. Mane autem facto, cum venisset barbarus & vidisset cunctam substantiam quam amiserat, flere cœpit præ gaudio, cui tale miraculum fuerat demonstratum per sanctum Nicolaum. Tunc apprehensa imagine deosculari eam cœpit, dicens: O sancte Nicolae, fidelis & iuste, piissime & misericordissime serue Dei excelsi, quam sublimis, quam magnus, quam præpotens factus es, quam proximus, & familiaris Dei Regi immortali, cui viuens militare non cessasti, à quo potestatem accepisse comprobaris; vt talia facere possis, qualia mihi gentili ex ære insensibili patrare dignatus es. Ab ista namque die credo in Christum. Credidit autem in Christum Dominum, & baptizatus est ipse, & domus eius tota, & construxit ecclesiam in honorem S. Nicolai. In qua mortuus est cum vxore sua & filiis, pariter glorificantes Dominum & B. Nicolaum.

Furib. apparet B. Nicolaus.

Sancti nouerunt quid hic geratur.

Furtum repetit B. Nicolaus cum graui comminatione.

Restitutio fit Saracæno.

Imaginem S. Nicolai colit Saracenus, & conuertitur.

IV. *Sacrarum imaginum cultus miraculo sanitatis restituta confirmatur.*

Exstant Cuspiniano Baron. to. 9. annal. eccles. an. Do. 842. Carol. Sigon. lib. 5. hist. de Regno Italiæ an 842.

Cui Theophilus Græcorum Imperator, qui suo tempore sacrarum imaginũ oppugnator, vitam finiisset, filius eius Michael imperii sceptra suscepit, cum matre Theodora, puer habens tutores & curatores quos ipse in testamento tabulis instituerat, Manuelem magistrum, & Theoctistum vocatum scholarem & Theoctistum Patricium, [illegible] Igitur Theodora imperio cum filio potiretur, & ab initio piorum virorum monitis, qui ad Iconomachorum sectam extirpandam perducebant, explebatur. Quæ quidem à Leonis ex [illegible] hiis imperio, vsque ad eundem Theophilum [illegible] omnem Romanorum ditionem pernasc[illegible] quæ tiebatur eius demolitioni Theoctistus quoq[illegible] ed Manuel ad quoddam tempus ambiguus fuit. Verum nemo aperte ac libere loqui de ipsa eruenda audebat, cum maxima cœtus pars & Senatus, atque adeo ipse Patriarcha, hac hæresi imbuti essent. Solus autem Manuel diuina vi impulsus id ausus est. Nam prius (vt dictum est) animi dubius erat in sacrosanctarum imaginum cultu, quem postea tali de causa est complexus. Grauissimo morbo fuerat occupatus, iamq; eius vitæ salus desperata erat, omni medicorum arte fatigata. Venerunt igitur ad ipsum quidam qui eum decessisse, audierant, venerandi ac pii monachi, à monasterii studii. Qui cum ad lectum accessissent, eumque adhuc viuere & spirare cognouissent, prædixerunt fore, viueret, & in pristinam valetudinem restitueretur. Qui prius nullam his fidẽ habebat: verum tamen instantibus diuinis viris, hortantibusq;, ne dubitaret de virtute Dei, quæ sibi illuxerat: paululum morbo alleuatus est tenui atque imbecillo cantu. Et quomodo (ipsis inquit) erit hoc mihi, ô diuini Patres: animæ vires defecerunt, corpus totum exhaustũ est & aruit, & ego iaceo quasi fallamentum conditum & exsiccatum, nulla alia re à mortuis differens quam solo spiritu. Quænam igitur spes? Vel quæ ratio persuadebit me conualiturum, pristinamq; sanitatem restitutum iri: Respondérunt igitur sancti viri illi, omnia fieri à Deo possunt, neque quicquam est, quod ille non possit. Si igitur operam dabis, cum conualueris, vt Iconomachorum extinguatur incendium, & sacræ imagines, & priscæ & patriæ leges restituantur, pollicemur tibi vitam. Quo dicto abierunt. Manuel vero, nec ea ex præter omnem exspectationem melius esse cœpit, naturalesq; vires sine vllo impedimento redibant, ac breuiori tempore ab omni vi morbi liberatus est: statimq; facile equitans ad palatium se confert, & ad Reginam ingressus omnibus modis eam hortari cœpit vt sacras restitueret imagines. Quæ tamen [illegible] iam pridem dari eiusmodi occasionem exspectabat: Siquidem à parente sua ad id semper accendebatur, & à matris fratribus Patriciis. Sed tamen restitit Theodora verbis Manuelis, siue fuisurandum erga virum verita, siue tamen (vt diximus) quod meueret frequentiam eorum qui hæresi detinerentur. Instãte autem Manuele, Theodora: Meus, inquit, ô magister, vir & Imperator veritatis amator erat, & nihil vnquam inconsiderate fecit, atq; hoc dogma nisi sacris legibus & sanctis scripturis esset interdictum, nunquam ille ex ecclesia tollendum curasset: Quæ cum illa dixisset, prope diem illi adesse vitæ finem Imperiique amissionem minatus est, neque ipsi tãtum, sed etiam eius filio, nisi diuinum ornatum sanctis imaginibus templum restituerent. Quib. verbis, siue deterrita, siue (vt diximus) alioqui prompta Regina omni studio rem suscepit: statimque in Theoctisti tentoriis omnes prudentia & eloquentia præditos viros, tum ex themate, tum ex Concilio cogi iussit, ibique disputari ac proponi quæ ad rectam fidem pertinerent. Omnibusque, ita vt di-

Manuel restitutor Michaelis Imper. filii Theophili imaginum impugnator morbo corripitur.

Manuel cultum imaginum admittens, conualescit.

Sacrarum imaginum restitutio.

vt dixeram, congregatis: multisque verbis factis, & testimoniis sacræ scripturæ non paucis adductis, pia pars tandem superior fuit. Ac subito dogma constitutum est, vt sacræ imagines restituerentur. Episcopis, monachis & senatoribus, quicumque maioris partis prius morbo detinebantur, quod esset melius ediscentibus, & veritatem edoctis sententiâ in melius commutantibus. Quicumque vero altiori impietate hæresi infecti ita se haberent, vt à prava opinione deduci non possent, illi è ciuitate erecti in exilium mitterentur.

VI. *Quomodo dæmon cultum sacrarum imaginum aegre ferat.*

Sophronius prati spirit. cap. 45.

Dicebat Abbas Theodorus Æliotes, quod fuerit quidam inclusus in monte Oliuarum certator maximus. Impugnabat autem illum fornicationis spiritus. Die vero quadam, cum instaret illi vehementer, cœpit eiulare senex, & dicere dæmoni: Quâdiu non dimittis me? Recede iam à me, qui mecum consenuisti. Apparuit autem ei dæmon visibiliter, dicés: Iura mihi, quia nemini dices, quæ tibi dicturus sum, & te non amplius oppugno. Iurauitque illi senex, dicens: Per inhabitantem in altissimis, nulli dicam, quæ mihi dixeris. Tunc ait illi dæmon: Noli adorare hanc imaginem, & vltra te non impugnabo. Habebat autem hæc imago expressam figuram Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis Mariæ, ferentem Dominum nostrum Iesum Christum. Ait inclusus dæmoni: Dimitte me vt deliberem. In crastinũ autem significauit hoc ipsi Abbati Theodoro Eliotæ tunc habitanti in Laura Pharan, narrauitque illi omnia: Senex autem ait reclusо: Vere, Domine Abba, illusus es, quia iurasti dæmoni. Verũtamen bene fecisti hoc reuelans. Expedit autem tibi nullum in illa vrbe lupanar omittere quod non ingrediáris, quam vt neges te adorare Deum, & Dominum nostrũ Iesum Christum cum matre sua. Confirmatum igitur, & corroboratum pluribus verbis reliquit illum in loco suo. Apparuit ergo dæmon incluso rursus, dicens. Quid hoc est, pessime senex, nonne tu iurasti mihi, quod id nemini diceres: & quare dixisti ei, qui venit ad te? Dico tibi, quia vt periurus in die iudicij iudicaberis. Respondit incluſus, dicens: Scio quidem, quia iurauí, veruntamen Dominum, & Creatorem meum adorabo, tibi autem non obediam.

Si dæmon ita ægre ferat cultum imag. ergo non est abominabile eas colere.

Modus rectus colendi imagines est vt colamus earum prototypa eos quorũ sunt imagines.

Dæmoni non obediendum etiã post iuramentum ipsi factum.

VII. *De stigmatibus B. Francisci eius imagini diuinitus impressis.*

S. Bonauent. Card. in vita eius, de miraculi. post mortem eius facti.

In vrbe Roma matrona quædam claritate mo[illegible] rum ac parentum gloria nobilis, sanctum Francis[illegible] cum in suum elegerat aduocatum, ipsius habens depictam imaginem in secreto cubiculo, vbi partem in abscõdito exorabat. Die vero quodam, dum oraret, soli vacaret, considerans imaginem sancti sacra illa signa stigmatum non habentem, dolere cœpit non modicum, & mirari. Sed non mirum, si id in pictura non erat, quod pictor omiserat. Cumque per plures dies, quid causæ foret defectus eiusmodi mente solicita pertractaret, ecce subito die quadam apparuerunt signa illa mirifica in pictura, sicut in aliis ipsius sancti imaginibus pingi solent. Tremefacta illa filiam suam Deo deuotam aduocauit protinus, requirens si ab[illegible] stigmatibus vsque tunc imago fuisset. Affirmat illa & iurat, olim sine sacris illis stigmatibus extitisse, & nunc vere cum stigmatibus apparere. Verum quia mens humana semetipsam frequenter impellit vt cadat, & in dubium reuocat veritatem, subintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia, ne forte sic fuisset imago à principio consignata. At Dei virtus, ne primum contemneret miraculum, addidit & secundum: continuo namq; disparentibus signis illis, nudata priuilegio imago remansit, vt per sequens signum fieret probatio præcedentis.

Apud Aloysium Lippom. to. 4 fol. 268.

Imago S. Francisci olim etiam in cubiculo habebatur. Si imaginis vsus esset illicitus, ita eas diuina virtus tot mirabilia non operaretur.

VIII. *Sanctum & pium esse, non vero superstitiosum flexu genibus orare ante imagines sanctorum.*

D. Ioan Damascen. in vitaSS. Barlaam & Ioasaphat, apud Aloysium Lippom. to. 1. fol. 145. n. 55.

Auennir Indorum Rex suorum falsorum deorum infirmitatem agnoscens, & Christo nomẽ dare peroptans, scribit ad filium suum Ioasaphat, petitque, quid oporteat eum facere. Cum autem epistolam Ioasaphat suscepisset, & quæ in ea continebantur legendo pertractasset, gaudio simul, & admiratione replebatur. Moxque ingressus in suum cubiculum, ante Dominicam imaginem in facie ea corruit, & lachrymis terram rigans gratias egit Domino, simul & confitens & labia exultationis mouens hymnum dixit.

Ante imagines Christi & Sanctorum orare pium est.

IX. *Gregorius Magnus Carolo Magno imagines mittit, docetque quomodo sint veneranda.*

Greg. Magn. lib. 7. epist. 53. ad Secundinum in fin. Baron. to. 9. an. 787. n. 26.

Gregorius Pontifex eius nominis secundus mittens Carolo Magno imagines per Dulcidum diaconum, sic scribit ad Secundinum: Scimus quia tu imaginem Seruatoris nostri ideo non petis, vt pro Deo, aut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, vt in eius amore recalescas, cuius tu imaginem videre desideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem, ante illam prosternimur, sed [illegible] adoramus, quem per imaginem aut nouimus, aut passum, aut in throno sedentem recolamus. Et dum nobis illa pictura, quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum [illegible] aut de resurrectione lætificat, aut de [illegible] demulcet: Ideoque [illegible] duas, imaginem Saluatoris & sanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumque Petri & Pauli Apostolorum continentes per supradictum filium nostrum Diaconum, & vexillum Crucem, & clauem, pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorum [illegible] accipis: vt per ipsum à malignorum defensus [illegible] cuius sanctum lignum munitum te esse credis.

Imagines mittit Greg. Magnus Carolo Magno, & quas.

TIT. XLIV. De insigni quorundam erga sacras imagines pietate.

EXEMP. I. *De Theoctistæ matris Imperatricis Theodoræ singulari erga sacras imagines pietate.*

Io. Zonar. to. 3. Ann. in Theophile.

THeodoræ imperatrici Theophili Imperatoris vxori patria fuit Paphlagonia, parentes Marinus & Theoctista, ex nobili illius prouinciæ familia ambo pii & sacrarum imaginum adoratores. Huius Imperatoris filiolæ numero quinq; ad Theoctistã, vt auiam aliquando adducebantur, quarum nomina fuerũt Thecla, Anna, Anastasia, Pulcheria, & Maria. Illa puellas munusculis sibi conciliabat, ac seorsum hortabatur ad sacrarum imaginum venerationem, curabatque, vt sacras imagines & effigies, quas è cistella proferebat, neptes adorarent & deoscularentur, earumque capitibus & faciebus eas admouebat. Puellas aliquando inde reuersas rogat Imperator, vt ab Auia tractarẽ, & quid illa diceret? Cæteris tacentibus, Pulcheria adhuc infantula, cum cętera balbutienti voce refert, tum addit: Auiam in cistella puppas habere (sic enim imagines vocabat) quas ipsarum capitibus & faciebus admouere, & osculandas præberet. Ex hoc cum cognouisset Imperator ab Auia cultũ sacrarum imaginum doceri, illas non amplius ad eam accedere passus est: neq; alia molestia Theoctistam affecit, quam & propter affinitatem, & magis etiam ob virtutem venerabatur, cum quidem [illam] sæpe ab eare prehenderetur, quod orthodoxos puniret, & sacris imaginibus contumeliam faceret, iisque rebus omnium subditorum odia susciperet. Simile quiddam aliud eidem Imperatrici accidit. Erat in Regia quidam homuncio delirus, & impedita lingua, quem Imperator in deliciis habebat, cui etiam in gynæconitide patebat aditus. Aliquando igitur in Imperatricis thalamum ingressus, cum illa sacras imagines oscularetur & adoraret, (eas enim clam marito supra modum honorabat) sacras effigies conspicatus, quid esset, rogat? respondet illa simpliciter, pulcras suas puppas esse. Egressus vecors nonnullo, Theophilum in conuiuio reperit: interrogatus vbi coniugem reliquisset? A manna respondit, sic enim dominam vocabat, eamque pulcras puppas habere dixit. Imperator [illa]m puppas imagines esse suspicatus, commotus & æstuans Imperatricem accedit, & contumelio[is] insectatus, idololatram appellat, eaque refert quæ [audi]erat. Quum enim [nomen] erat, audiuisset. Verum illa mariti [ira] callido cõmento eludit. Nam quum omnes [imagines] perrahere studeret, sæuus admodu[m] decepit. Neque enim, inquit, imagines [sunt] quas in eo re- præsentabatur, puppas appellauit [pro]babili commento Imperatoris iram decli[nauit] que leniit. Nam quum omnes [pietatem] perrahere studeret, sæuus admodu[m] fuit,

Imagines restituit & colit Theodora Augusta.

Insignis Theodoræ cultus erga imagines.

Theodora Imp. mariti iracundiam callido cõmento eludit.

& vtiustitiæ, sic & eius quam ipse probabat pietatis acerrimus defensor, subditos à cultu imaginum abducere insano studio contendebat: eaque de causa multos puniebat, vt eos, quemadmodum intemperanti lingua dicebat, ab idolomania depelleret, ac multos confessores fecit.

II. *De laudabili Zelo mulierum Orthodoxarum pro honore imaginum contra Leonem Isaurum Iconomachum.*

Constantinus Manasses Zonar. & alij in Leone Baron. to. 9. an. Do. 726.

Leo Imperator furens contra rectam fidem sacrosanctam, Saluatoris imaginem super portam æneam publice expositam è loco eminenti deiicien- dam præcepit. Rei autem gestæ historia in Actis Sancti Stephani martyris iunioris, apud Ioannem Damascenum positis, sic enarratur. Ac primum (ô ingentem Christe patientiam tuam) aduersus tuam imaginem audacissima illa anima grassatur, eamque quæ supra portam fixa erat ac vulgo ęrea dicebatur, Theandricam formam tuam deiici, atque oblitterari iubet. Cum autem ad hoc facinus perpetrandum missus satelles, imposita iam scala, conscenderet, diuino zelo incensæ mulieres, præclarissimũ ac generosissimum virtutis specimen edẽtes, arreptam manibus scalam in terram [deiiciunt], vnaque eum, qui hoc facinus aggrediebatur, præcipitem agunt: qui statim ad hoc præstiti ministerii hãc mercedem tulit, vt vita orbaretur: quæ [item] sequuntur, postea contigerunt, cum electo [Anas]tasio Germano Patriarcha, homo hæreticus, [in] eius locum subrogatus est. Sanctæ autem illæ mulieres ob Christũ, cuius zelo [ar]debant, opportune abiecto, & contempto pudore, curiũ effuso in Ecclesiam feruntur, atque impiũ Patriarcham, qui tum illic erat, illum (inquam) vt Christi verbis vtar, * desolationis abominationem in loco sancto stantem, lapidibus incessunt, mercenarium, non pastorem, lupum, nõ pastorem, ecclesiasticarum de[cre]torum de sanctionum proditorem appellantes. Ille autem pudore simul & metu correptus, confestim ad Imperatorem confugit, eiq; quod factũ fuerat, narrat, atque ad mulierum cædem eum extimulat. Huiusmodi enim boni illius ac pacifici pastoris erat, tanquam videlicet per ea, quæ agebat, docere cupientis, malum pro bono rependendum esse. Mox igitur gladio necantur, ac pro pietatis præmio mortem ferunt.

Zelus mulierum orthodoxarũ pro honore imaginum.

* *Matth. 24.*

III. *Heraclius Imp. ita erga imagines afficiebatur, vt eas secum etiam in bello deferret.*

Ex Annalibus in miscella ex Theophane & Georgio Cedreno Baron. tom. 8. an. 610. 2.

Heraclius in Africa Imperator appellatus, anno Domini sexcentesimo decimo Constantinopolim venit cum nauibus castellatis, habentibus intra scirculas, & imagines Dei matris, expugnaturus Phocam tyrannum: sed prius abiit Abidum, vbi inuenit Theodorum Comitem Abidi, & sciscitatus ab eo, cognouit quæ Constantinopoli mouebantur. At vero Nicetas misit fratem suum Domentiolum magistrum ad custodiendos muros longos. Qui cum comperisset Heraclium Abidum adiisse, muris dimissis,

missis, fugit, & introiuit Constantinopolim. Porro Heraclius apud Abidum recepit omnes exules Principes, quos ibidem Phocas relegauerat in exilium & ascendit cum eis Heracleam. Stephanus autem Cyzici Metropolites acceptum stemma sanctæ Dei genitricis Mariæ de Ecclesia, detulit Heraclio. Præterea cum Constantinopolim peruenisset, diuertit ad portam Sophiæ, initoque bello vicit gratia Christi tyrannum. Ex Cedreno autem adduntur ista: vexisse nimirum secum ex Africa Heraclium venerãdam quoque imaginem Saluatoris nullo manuum ministerio factam, sed miraculo effigiatam, quam etiam secum habuisse cum aduersus Cosroen profectus est in bellum Persicum iidem Annales edocent.

Imagines sacræ in bello deferuntur.

IV. *Profanas statuas è Catholicorum ædibus exterminandas, atque earum loco sacras imagines esse proponendas.*

Ex Eustachio Baron. to. 7, an. Do. 564.

Iuuenis quidam arte pingendi peritus eam in domo Chrysaphii piæ memoriæ in ipsa ciuitate Amasenorum exercebat. Hic aliquando veterē in pariete Veneris picturam delebat, vt historias pias reponeret. Volebat enim vir ille ex domo suâ superiore Archangeli oratorium facere, ex inferiore autem oratorium sanctæ immaculatæque Dominæ nostræ Dei genitricis, & semper Virginis Mariæ. Cum igitur pictor fœdam impudicæ Veneris historiam inuertisset: dæmon, qui illi inhærebat, artificis manum sic inuasit, vt inflammata tumesceret, & graui vulnere affecta necessario amputanda videretur. Quare cum periculum aspiceret, vtile capit consilium, & ad virum sanctum confugit, vt ipse sibi à Deo auxilium impetret, at ille cum pro eo Deum rasset, vnxit oleo sancto dexteram ipsius manum, quæ inflammatione & vlcere laborabat: idque fecit tribus diebus, & manus eius diuino auxilio conualuit, atque alteri similis reddita est. Et quo in loco pictor vulnus acceperat, in eo memoriæ & grati animi declarandi causa sancti viri depinxit imaginē, vt manus, quæ curationis beneficium acceperat, medicum suum secundum Deum testaretur.

Imagines turpes dæmoni multũ placent.

V. *Sacras imagines pro oculis habendas esse suo exemplo ostendit Chrysostomus.*

Leo August. in vita S. Io. Chrys. Metaph. Ioan. Damascen. orat. 1. de imaginib. apud Baron. to. 5. Annal. an. Do. 407.

Hic non omittenda historia de D. Ioanne Chrysostomo insigni sacrarum imaginum cultore: qui in sacris literis peculiarem Doctorē sanctum Paulum Apostolum habuit, cuius immenso tenebatur amore. Fidem facit huius rei sanctus Proclus, qui postea Constantinopolitanæ ecclesiæ fuit creatus Episcopus, rem gestam sic narrans. Cum diuinas Pauli Apostoli epistolas earũ interpres & expositor percurreret: erat (vt est verissime) dubia & suspensa cogitatione, dicens: Quis scit, an Deo grata mea sit interpretatio; Hæc cogitans rogabat, vt de ea re à Deo certior fieret. Quod etiam cito hoc modo factum est. Quidam ex his, qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorē, qui mortem minatur. Et mittitur qui apud diuinum Pontificem intercederet, vt noctu ad eum veniret propter metum Imperatoris, & sua ei exponeret. Quibus assentiens sanctus, per Proclum iubet vt veniat. Nox erat, & simul etiã aderat is, qui supplex erat. Vt eum admoneat, dat operam Proclus. Deinde primum adspicit per quoddam foramen, & videt Pontificem, vt consueuerat, in sede sedentem, & scribentem (ea autem erat interpretatio diuinarum epistolarum.) Tunc autem ille terribili illo dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus diuinum Apostolum Paulum inclinatum post sedem ad caput Pontificis, & os admouentem auri eius dexteræ, & cum eo colloquentem. Proclũ incessit stupor & admiratio, quanam ingressus esset, quem cernebat. Ignorabat enim quis esset: & negat hominem, vt parum exspectet. Rursus paulo post aspexit & semel & bis. & erat idem spectaculum. Reprehenditur Proclus ab ipso optimate: qui dixit: Non oportebat te, cum videres mortem, quæ mihi exspectatur, alium ad sanctum adducere: Ille autem ei affirmat, se de eo nihil cogitasse. His adhuc dubitantib. præco ad matutina cantica excitat ligni pulsibus. Homo itaque reuertitur, in secũdam noctem spem reiiciens. Accessit secunda nox & tertia, & erat rursus simile spectaculum. His obstupefactus vix tandem sensit Proclus, nemine vidente, à Deo missum esse eum qui loquebatur. Dicit itaque illi optimati: O optime Deo resistente studiis omnibus, labor est inutilis. Roga ergo Deum vt tibi opem ferat. Dies aderat, & cum supplicis recordatus esset Pontifex, rogauit an accersisset. De eo ergo significat ei Proclus, qui etiam hæc dixit: Cum præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temere accedere. Cum sanctus autem rogasset, quisnam esset: incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum, digito autem per imaginem euidentissimè probans eum fuisse Apostolum Paulum, totam narrat seriem miraculi: quibus cum adhibuisset mentem, hic vir diuinus aperte intellexit spectaculum, & factus certior se suam accepisse petitionem, Deo gratias egit: deinde sic rursus accersit supplicem, & eum conuenit, & pro eo intercedit apud Imperatorem, & priori restituit magistratui: impletq; promptius & alacrius, quæ restabant ex diuinis epistolis. Habebat autē effigiem Apostoli Pauli in imagine, in loco vbi propter corporis imbecillitatem parum perquiescebat; erat enim supra quam natura patiatur vigilans. In hanc ille effixit, quando perlegebat illius epistolas, oculos faciem intendebat: in eaq; non secus, ac si Paulum ipsum coram ipse, viuus obtutu defixus inhærebat, beatum eum appellans, totāque animi cogitationem ad illum dirigens, & cum eo veluti loquens contemplando. Cum autem Proclus loquendi finem fecisset, oculis in Pauli effigiem defixis, figuram eius, quem viderat, simulem conspicatus, omni desiderium inijciens, hic cum (digito demonstrans imaginem) allocutus est. Ignoscite mihi, quæso, qui inuidi loquentem tibi, hanc

Visio ostensa Proclo de præsentia S. Pauli cum Ioan. Chrysost.

Imago S. Pauli apud Io. Chrys.

Io. Chrysostomi immensum studium erga imaginē S. Pauli Apostoli.

huic similis est, atque adeo, si recte memoria teneo, ipse est.

TIT. LXV. De beneficiis tam animæ, quã corporis, collatis sacrarum imaginum cultoribus.

EXEMP. I. *De Edessa ciuitate à Cosrhoe Persarum Rege oppugnata, per imaginem Saluatoris præseruata.*

Niceph. Callist. lib. 17. ca. 16. hist. eccl. Euagr. lib. 4. c. 27 Adria. 1. Pont. to. 3. Conc. cap. 8. Surio 6 Aug.

Vrbis Edessenæ oppugnatio.

CVm Cosrhoes Persarum Rex falsa esse conuincere vellet, quæ de effigie Christi credebantur à fidelibus Christianis, quod scilicet Edessa numquam in potestate alienigenarum futura esset, maximo impetu vrbem adortus, atque omnia fere experrus, innumerabilibusque tentatis viis, tandem aggerem tantum excitauit, vt ciuitatis etiam mœnia superaret: aliasque infinitas præterea molitus artes & fraudes, cum probro tamen, re infecta, discessit. Quæ vero is contra vrbem eam tentarit, pro eo atque potero, exponam. Lignorum multam vim & materiam aliam, quæcumque facile ignem concipit, milites suos aliis rebus relictis omnibus, ad vrbem aggerere iussit. Atque vbi id dicto citius factum, & materia circumcirca constructa est, terram deinde ingessit, & aduersam aciem contra vrbem duxit: & celeriter propugnaculis in altum lignorum & aggere collocatis, eam oppugnauit. Vsque adeo vero vrbem altitudine operis superauit, vt ex munitionibus tela in defensores vrbis coniicerentur. Itaque cum obsessi aggerem velut montem aliquem vrbi imminere viderent, & hostes ex locis superioribus, pedibus quamprimum in vrbem excursuri existimarentur, sole oriente ex aduerso aggeri cuniculos aggere instituerunt, & ignem subiicere, vt lignorum materia flamma consumpta agger pessum iret; opusque totum corrueret. Cæterum igne immisso cœptum eos consilium fefellit, quod flamma exitum non haberet: quam aerem concipere, atque ita materiam comprehendere, sicut cõsueuit oportebat. Itaque vbi eos consilium prorsus destituit, in extremam dejecti desperationem, ad supernam anchoram, diuinitus scilicet acceptam imaginem, cõfugerunt, quam nulla hominis fecerat manus: ipse vero Christus Deus Abgaro videre eum cupienti, facie in linteum impressa, miserat. Hanc ipsam imaginem ad cuniculum produxerunt, & aqua cõspersam contra pyram ardentem. Et subito diuina virtute insensibili quodam modo eorum fidei, qui hoc faciebant, succurrente, eiusmodum quod desideratum antea fuerat, est perfectum, vt confestim ligna ignem conceperint, & quam maxime combusta, immineret statim materiæ eandem ignẽ immiserunt, carpentem & consumentem omnia. Obsessi ciues postquam fumum exire ex aggeris mole viderunt, talia insuper sumpserunt. Vasculis siquidem quibuscumque fictilibus & sulphure & pice, aliisque rebus ex materia, quæ facile flammam corripit, cõpletis, fundis ad cuniculi fossam coniecerunt. Quæ fumum emittentia, igne scilicet iactus impetu accenso effecerunt, vt fumus qui ex aggere promanabat, inde prodire non existimaretur. Omnes enim fumum omnem ex ollis excitari autumabant. Triduo vero post, vbi ignis quæ in medio erant, consumpsit, flammas eius terra reddidit, & qui in aggere constiterant Persę propugnatores, tandem intelligere cœperunt, in quodnam discrimen peruenissent. Tũ Cosrhoes, veluti aduersus virtutem diuinam contrariis cœptis eundum esse sibi existimaret, quæ vrbem præterfluit aquam, contra pyram ardentem, extinguere eam volens, immisit. At illa magis magisque accendebatur, aquarum vim omnem perinde atque sulfur, aut oleum, aut liquorem alium ad inflammandam materiam idoneũ concipiens, in sublime eo vsq; ferebatur, donec agger omnis in fossæ cuniculis cõsidens in cineres est redactus. Itaq; Cosrhoes rebus ipsis ad desperationem abductus, tandem vim eam, quæ Vrbem defenderet, cognouit: & pudore perculsus in regnũ suum redit, pœnitentia ductus, quod tantos frustra labores subiisset, per quos ita manus cõtra Deum tollere voluisset. Atque equidem in hæc sic habuere.

Edessenæ ad imaginem Christi Abgaro olim missam cõfugiunt.

Persarum discrimen in obsidione Edessena

Aqua diuinitus ignem alit & auget

II. *De veneranda Christi imagine, quæ Romanum exercitum comitata, ipsi victoriam parit.*

Miscella author. lib. 17. & Cedrenus in annal in Mauritio. Baron to. 7. an Do. 589.

Anno Domini nostri Iesu Christi quingẽtesimo octogesimo nono, Mauritii vero Imperatoris quarto, Philippicus egressus è regia vrbe, hostili sumpto apparatu, ad ciuitatem Amidam properabat: & collectis armatis, percunctatur eos, si in promptu haberent properandi ad bellũ. At Romanis iuramentis credulum eum reddentibus, se alacriter bellaturos, venit ad Anazarbum. Erat vero Cardarigas (dux iste erat exercitus Persarum) hoc cõperto, risui auditionem mandauit omnium esse, quod dicebatur, opinans: accersitisq; magis interrogauit: Quis esset victor? Dominus? Ast dæmonũ placatores Persas astruebant à diis victoriã laturos. Cõsulebant igitur Persæ magos, læti promissionibus facti, & parabant cõtinuo cõpedes ex ligno ferroq; quibus Romanos vinciant cõpeditos. Prætor aũt commonet Romanos, ne agrorũ exterminent labores; ne iustitia Dei, quæ malũ odit victoriam ad barbaros trãsferat. Postera die Prætor dirigit duos Philargos Saracenorum, & capiunt Persas viuos, per quos mores aduersariorum didicerunt. Qui asseruere, ducem velle quotidie barbaros in Romanos irruere. Porro Philippicus diluculo valedicens Romanis, tribus phalangibus occurrit in prælium: ipseque assumpta Dei hominis facti imagine, quam ἀχειροποίητον, id est, non manu factã Romani prædicant, eam videlicet, quam ad Abagarum à Christo missam produnt veteres, discurrens per aciem, armatis diuinam impertiebatur virtutem, & stans post aciem hæc reci-

Magos consulunt Persę

Imagine Christi Romani Persas vincunt.

nens

nens arma, lacrymis multis Deum placabat: Sicque cœlestium ordinum principes auxiliatores assumpsit. Cum autem bellum ageretur, Viralianus princeps aciei præ omnibus aliis audacius motus, phalangem perrupit Persarum, & sarcinam tulit. Romani autem circa spolia cœpere vacare: quos aspiciens Philippicus, ne ad exuuias etiam reliqui reuersi, prœlii obliuiscerentur, conuersique barbari prædarent eos, Theodoro Tribuno galea sua imposita, misit gladio percutere eos, qui circa exuuias vacabant: quem videntes, & existimantes esse Philippicum, dimissis spoliis properarunt ad bellum. Cum autem bellum per multas horas ageretur, vox sicà Prætore, Persarum equos lanceis percutere: quo facto, in fugam versus est Persarũ exercitus, & triumpho ingenti potiti sunt Romani, & occiduntur Persæ multi, comprehenduntur etiam viui duo millia, & Byzantium mittuntur. Aufugit quoque Cardarigas, quem Persæ cum iniuriis respuunt.

Philippici incursu Romanus exercitus in discrimẽ coniectus.

III. *Ad herbam, quæ creuerat iuxta imaginem Domini nostri Iesu Christi in Paneade quilibet curatur morbus.*

Niceph. Call. lib. 10. c. 30. & prius lib. 6. c. vl. Euseb. lib. 7. cap. 10. Gregor. Turon. lib. 1. de glor. martyr. c. 2. Baron. tom. 1. ann. Dom. 31. 75.

Ego porro aliud quoque insigne miraculum, potentiam Christi exhibens, temporum obrui non patiar. Phœniciæ vrbs est, quæ antiquissimum nomen habuit Dan, appellatione ea ab ipsa Dan, ex Patriarchæ Iacobi filiis vna accepta, qui tribus & gentis eius locum eum tum colentis Princeps & auctor fuit. Longo deinde tempore post, Herodis filius Philippus Cæsari gratificatus, de suo ac illius nomine vrbem magnifice ornatam ædificauit, Cæsaream nuncupauit. Græci autẽ propterea quod in ea dei Panis statuam collocauerint, Paneadem vocarunt. In hac ipsa vrbe fons quidam est: ad hunc mulier illa, quæ sanguinis fluxu laborauerat, præclaram ex ære Christo erexit statuam, aliquam saltem benefactori suo ob depulsum sibi grauem morbum, officio eo gratiam rependens. Statua ipse spectantibus plurimum tribuit gratiæ & amœnitatis. Ad huius pedes herba enata est, præsentissimum ægritudinum omnium, potissimum vero, rabidi morbi remedium. Et cum, qui ea curabantur, summa diligẽtia causam tantæ efficaciæ inquirerent, inuenire tamen eam omnino non potuere; temporis enim diuturnitate & obliuione interciderat, cuiusnam ea statua formam referret, & cuius rei gratia ibi esset collocata. Quod namque diuinum simulacrum sub dio astaret, non parum corpus eius etiam est immutatum, & imbres ex locis superioribus limum secum trahentes statuæ ipsi aggesserant: quam ob causam cognitio ea, quæ ex litteris omnia indicãtibus prouenit, incerta reddita. Cæterum cum cura & diligẽtia maiore promanans inde gratia inuestigaretur, terra illa effossa, literæ tum demum apparentes, rem ipsam certo indicarunt. Et deinceps herba ea, ab eo tempore, neque eo ipso, neque alio loco est conspecta. Sed enim Christi statua Iulianus deiecta, suã ipse in locum eius constituit. Et ecce derepente ignis è cœlo vehemens deiectus simulacrum illius circa pectus discidit: caputq; vna cum collo deiectũ à pectore abruptum in faciem prostrauit. Atque id longo postea tempore sic durauit, fuliginem eam fulminis aperte, veluti per inscriptionem columnæ incisam, testificans. Statuam autem Christi Christiani tum in Diaconicum ecclesiæ transtulerunt, & honoratiore loco positam, cultu conuenienti prosecuti sunt. Locum namq; eum libenter frequentantes, & imaginem ipsam inspectantes, desiderium suũ & amorem erga statuæ ipsius archetypum primariumq; exemplar declararunt. Impii porro, Imperatoris istius temporibus, qui Paneade fuere Græcæ superstitionis sectatores concitati statuam eam, sicuti dixi, loco suo motam, funibus ad pedes vinctis, per mediam traxere viam, omniq; impietatis genere contumeliosissime affecere. Ita illi reliquum imaginis corpus comminuerunt, & caput a membris suis diutulsum distraxerunt. Quod sane nonnulli, qui flagitio tanto, ita vt par erat, indoluere, clã sublatum, sicut potuerunt, conseruarunt, itidemque & alias corporis partes collectas in ecclesia repositas. Herbę, quam ibi enatam diximus, species, nulli vel medicorum, vel aliarum peritiam talium rerũ consectantium cognita fuit. Mirum vero minime videatur, nouas hominibus exhiberi beneficia, nouo subinde modo Deo ipso eos inuisente.

Iuliani statua fulmine deiicitur. Pius & legum imaginũ vsus. Christi statua ab Idolatris cõtumeliosissime tractata.

Herba ἀπὸ ξυλίδ; μιμησις ad pedes statuæ Christi nata salutaris.

IV. *De Paralytico ad imaginem Christi Domini sanato.*

Anno Domin. incarnationis nongentesimo quadragesimo quarto, Indictione secunda, Europalates de famosissima illa imagine Christi Redemptoris, miraculo expressa, ipso Christo viuente, & ad Abagarum missa, & Cõstantinopolim Edessa translata hæc habet: Cum v. Romanorum copiis Edessa obsideretur, Edessani malis obsidionis grauiter oppressi, Legatos ad Imperatorẽ miserunt, petentes, vt exercitus ab obsidione recederet, seque polliciti sunt, pretiũ daturos sanctam Christi effigiem. Soluta igitur obsidione, tradita est imago, & ad regiã vrbem perducta, eam excipiente Imperatore cũ pio & decenti satellitio, per regii cubiculi præfectum Theophanem: & vt ait Constantinus Porphyrogenitus Imperator, qui hanc historiam prosequitur, in tẽplo Pharos, illic est, quod nominatur Pharos, Virg. quæ reposita est. Quo demũ venientes Imperatores die 16. Aug. pie & reuerenter eam susceperunt, & adorarunt. Illinc sacerdotes & [illegible] cum psalmis & [illegible] & copioso lumine, per descensum ad mare eam [illegible] regia imposita, prope vrbẽ remigãte, vt quodammodo vrbe conseruaret, per ipsum maris ingressum [illegible] extra muros ciuitatis, qui sunt ad Occid[illegible] Ocioſa a turba concurrente ad spectaculum [illegible] quidam paralyticus, & imbecillus, imaginem & quia [illegible] tempore suis innitebatur famulis, surrexit [illegible] eam imaginẽ transeuntem,

Ex Ioan. Curopal. & Metaphr. 16. Aug. Baron. tom. 10. ann. Eccl. an. Do. 944. 13. Edessa a Romanis obsessa. Imago B. Virg. quæ reposita est. Constantinopolim. Paralyticus sanatur ad B. Virgin.

qui simulatque aspexit, præter opinionem sanus effectus: cum cognouisset esse confirmatas & corroboratas bases suorum pedum, accurrit ambulans suis pedibus, & exosculatus est capsam imaginis, & Deum glorificauit narrans quod in se factum fuerat miraculum. Quem cum vidissent omnes, qui simul aderant, & verba eius audiuissent, emiserũt gloriam Deo vniuersorum, qui semper facit mirabilia. Tam multæ autem lachrymæ præ gaudio sunt profusæ, & tam multæ ad eum preces & gratiarum actiones factæ sunt ab vniuersa ciuitate, diuina imagine, & venerãda epistola transeunte per mediam ciuitatem, vt verbis explicari nequeant, vtpote quod vidit oculus, non possit consequi oratio. Res enim, quæ sunt excellentes, pulcrius est videre, quam audire, solentque talia à tergo relinquere.

Ex Glabro li. 2. c 5. Bar. to. 10. annal. eccl. an. Do. 888.

VII. *De imagine Christi Domini per multos dies lachrymas emittente.*

Crucifixũ Aurelianis miraculose per dies multos lacrymatur.

Anno Christi incarnati octingentesimo octogesimo octauo, contigit in vrbe Aureliana Galliarum admodum memorabile atque formidolosum portentum. Constat ergo in eadem vrbe monasterium in honorem Apostolorũ Principis antiquitus constitutũ, in quo primitus collegium sanctimonialium Virginum omnipotẽti Deo deseruisse cognoscitur: quod etiam exinde cognomento Puellare dicitur. In cuius monasterii medio defixum stabat vexillũ, præferens ipsius Saluatoris pro salute humana mortem patientis imaginem. A cuius scilicet imaginis oculis, per aliquot dierum spatium continue multis cernentibus, riuus emanauit lacrymarum. Ad quod nimirum terribile spectaculum inspiciendum multitudo maxima conuenit hominum: plerique tamẽ cum illud cernerent, admodum animaduertentes, quoddam esse diuinitatis præsagium, videlicet, illius vrbis superuenturæ calamitatis. Quemadmodum enim ipse per se Saluator præsciens imminere vrbi detrimentum Hierosolymitanæ, fleuisse illum perhibetur: sic denique & hanc, videlicet Aurelianam, paulo post imminentem cladem passuram, per expressam suæ imaginis figuram fleuisse comprobatur. Contigit ergo post paululum in eadem ciuitate inauditæ rei id ipsum, vt putatur, portendens euentus. Denique cum vna noctium custodes maioris ecclesiæ, videlicet Episcopi, ex more exurrexissent, atque ipsius ecclesiæ portas, quibuslibet ad matutinales laudes præparantibus aperuissent, subito lupus affuit, ecclesiam que ingressus, & funem signi ore arripiens, agitauit, illud insonuit. Cernentes nimirum qui aderant mentis stupore concussi: tandem clamore emisso, etsi inermes, [illegible] uere, illum exturbantes ab ecclesia repulerunt. Sequenti vero anno tota illius ciuitatis humana habitatio cum domibus ecclesiarum [illegible] liter igne cremata est. Vnde etiam nulli venitur[illegible]um, quoniam vnius cladis euentus vtriusq[illegible] cessisset portentum.

Quid Crucifixi lacrymæ portendant.

Lupus portentose Aurelianis Ecclesiam ingressus campanam pulsat.

VIII. *De imagine Deiparæ Virginis à Manuele Comneno Imp. Constantinopolitano insigni triumpho honorata.*

Nicetas Choniat. li. 5. de reb. gest. Man. Comneni Imp. Petrus Canis. li. 5. de Depara virgine ca. 24.

Nicetas Choniates in Annalibus de rebus gestis Manuelis Comneni Imperatoris ait: Pannoniis superatis, Imperator tanta victoria lætus & exultans Deo gratiis actis, statim rei bene gestæ nuntios in vrbem mittit: ac post dies aliquot & ipse Constantinopolim regressus, triumphum ducit ab Orientali porta, quæ ad arcem patet, eumque ob insignem & incruentam victoriam, quam splendidissime, & magnificentissime adornat. Expensæ sunt omnes purpureæ & auratæ vestes: & ciues alii aliunde ad pompam illam confluentes instar torrentis ex monte decurrentis, fora, ædes, templa, officinas, & loca omnia vrbis amplissimæ deseruerunt. Sunt & captiui in triumpho ducti. Platea illa vtrimque suggesta habuit ad binas & ternas contignationes educta, tecta quoque omnia spectatoribus referta fuerunt. Imperatorem quadrigæ argenteæ auratæ cum equis niue candidioribus præcedebant: quibus imposita erat imago inuictæ adiutricis & insuperabilis commilitonis matris Dei. Eum currum Imperatoris propinqui atque amici, senatus, viri magistratibus & dignitatibus insignes, pone sequebantur. Deinde ipse Imperator prodit, quo feroci insidens, vir inclytus, & maximus, ornamentis illustribus insignis.

Triumphus insignis Manuelis Imper. Græcorum de victis Hungaris.

IX. *De insigni Io. Comneni pietate erga imaginem beatissimæ Virginis pietate & victoria.*

Imago Deip. Virginis in publica processione in gratiarum actionem à Græcis in curru triumphali circumducta.

Idem Nicetas de imperio Ioannis Comneni, qui Michaeli [illegible] successit, illud insignem eius pietatem [illegible] tetigit: Cum Romanæ phalanges vrgentibus hostibus, & audacibus se inferentibus laborarent, imaginem Dei genitricis cum gemitu, & miserabilibus gestibus intuens, lacrymas bellicis sudoribus calidiores fundebat, neque id frustra: statim enim cælesti robore [illegible]atus, Scythicam aciem profligat: quemadmodum olim Moyses extensione manuum Amalechiticas turmas dissipauit. Ob hãc victoriam de Scythis partam idem Ioannes vota Deo Virginique persoluit, & festum Pazinacarum, vt vocarunt, in rei gestæ monumentum gratique animi testimonium instituendum curauit.

Idem de Imp. Io. Comneno, & Petrus Canis. ibid.

Imperator ante imagi. B. Vir. lacrymas fundit, non frustra. *Exod. 17.*

Io. Comneni gratitudo.

X. *Constantinopolitani à Saracenis obsessi imaginem B. Virginis in supplicatione circumferunt, & Deipara patrocinio liberantur.*

Anno secundo Imperatoris Leonis III. orationibus & præliis fortiter restiterunt Constantinopolitani Saracenis. Fertur autem miraculose Saracenos hoc modo victos fuisse apud Constantinopolim. In monasterio sanctæ Dei genitricis iuxta palatium in mari iuxta sanctam Sophiam erat imago beatæ Virginis, quæ tenebat filium in brachiis, quam depinxit sanctus Lucas in tabula, cum adhuc viueret sancta Maria. Hæc imago vocatur Ægidatoros, i. e. deductrix: quoniam duobus cæcis aperuit

Mart. Pol. de Imp. & Pon. Rom ad an. Christi 715. P. Pet. Canis. li. 5. de Depara Virg. c. 24.

Bredem li.2. cap. 24.

ruit oculos hæc ſancta Maria, & deduxit eos ad ſanctam Eccleſiam ſuam, & illuminauit eos. Cum iſta imagine facere conſueuerunt omni die Martis proceſſionem per totam ciuitatem. Cum ergo obſeſſa eſſet ciuitas Conſtantinopolitana à dictis Saracenis & ciues ieiunarent ſimul & orarent, & pugnarent, quidam ciuis admonuit adferri imaginem, & ab omnibus fieri orationem ad illam hoc modo, Sancta Maria Dei genitrix, quæ toties nos liberaſti, libera nos modo de inimicis filii tui, & ſi vis, vt imaginem tuam non mergamus in mari, merge illos. Et cum hoc dixiſſet, ille ſecrete tenuit imaginem ſub vnda, & ſtatim procella ſurrexit, & omnes Saracenorum naues merſit ac confregit.

XI. *Imagine B. Mariæ Virgin. ſolenni ritu delata fugatur peſtis Romæ.*

Carol. Sigon. l. 1. de Regno Italiæ P. Pet. Canis. l. 5. ca. 22. de B. Virg Maria Bredemb. l. 2. ca. 19. & Baro. to. 8. an. Do 590. 13.

Gregorius Pontifex, cum ſæuiſſima peſtis Romæ graſſaretur, ac multæ ſimul aliæ calamitates accederent, religioſam in die reſurrectionis ſupplicationem inſtituit, & virginis Dei genitricis imaginem in publicum efferri curauit, piamque circumgeſtationem Deus præſenti miraculo comprobauit. Etenim quacunque ferretur imago, peſtilentis cæli grauitas depulſa, & opt[illegible] ſalubritas in vrbe conſecuta eſt. Vbi gratulan[illegible]bus omnibus Deo, ecce ibi Angelus, qui ſanctam Virginem his vocibus è cœlo alloqueretur: Regina cœli lætare Alleluia, quia quē meruiſti portare Alleluia, Reſurrexit ſicut dixit, Alleluia. Quam orationē ſimulatque Gregorius coram audiuit, diuino ſpiritu [illegible]tus, eam in hunc modum expleuit. Ora pro [illegible]eum, Alleluia. Quod canticum inde ſolenne man[illegible] eccleſia, & Paſchalis lætitiæ argumentum, vel confirmatio quotannis eſſe conſueuit.

Ad imaginē B. Virg. fugatur peſtis.

XII. *De quibuſdam perſonis [illegible]maginem Genitricis Dei deductis, à cacodæmone liberat[illegible]*

Exl. 1. dialo. Thomæ Mori quos Anglice ſcripſit Laurent. Sur. in Annal. ann. 1576. P. Pet. Canis l. 5. de Deipara Virg n. ca. 22.

Recentius eſt miraculum, quod Thomæ Moro, laudatiſſimo viro, vel potius Martyre, commemoratur, quod ante paucos annos, in cuiuſdam [illegible]nobilis Rogeri Vuentunorrhi aliquot proles declaratum fuit diuinitus, præcipue autem in vnam ex filiabus eius, annorum non amplius duodecim, quā malus dæmon inuaſerat, & multis modis diuexarat. Erat illa iam mentis inops, deliranſque procaciter & petulanter, in Deum ipſum incurrebat, execrabaturque res quaſque precibus ſacratas, & quod mirum eſt, facile etiam nullo indicante à non conſecratis illas internoſcebat. Fiebant hæc proculdubio illo efficiente, qui puellam occupabat Interim vero tum ſua voluntate, tum diuina admonitione [illegible]mota eſt, vt ad S. Mariæ [illegible]ppiſuuitchij (eſt hoc Angliæ oppidum) accederet In illo autem itinere quæ id temporis alibi dicebantur & fiebant, citra mendacium edicere potuit, multaque rapta in extaſim ſara & ſublimia promebat, licet ipſa eorum rudis eſſet, & imperita, vt etiam viri doctiſſimi non mediocriter admirarentur talia ab ipſa dici. Vbi porro ad locum ventum eſt, erat ibi imago beatiſſimæ Virginis Mariæ. Coram ea dum illa puella ſiſtitur, aderāt perplures ſplendidi ac nobiles viri, & ecce ab illo tetro ſpiritu horrendum in modum dilaniatur, facies & oculi terribilem in ſpeciem transformantur, os contorquetur & diſtenditur, oculi in maxillas prominent, vt ſine horrore nemo poſſet eam intueri. Aderant & aliæ perſonæ, in quas, permittente Deo, improbus Sathan mirabiliter ſæuiebat. Atqui mox omnes illæ vna cum puella perfectæ ſunt redditę ſanitati. Huic tanto ſpectaculo aderant parentes puellæ, homines & ordinis ampliſſimi, nempe equeſtris, & rebus locupletes: aderant & alii permulti magnæ dignitatis, prudētiæ & experientiæ. Liberat vero omnis fingendi vel ratio, vel ſuſpicio, tū quod puella tenera eſſet ætate, tum quod rei ipſius immanitas & horrenda ſpecies omnem excluderet ſimulationem. Cernens autem puella ſe liberatam, licet pater obluctaretur, mundo huic illico nuntium remiſit, & in cœnobio bene inſtituto ſanctarum Virginum religionem profeſſa monaſticam, pie & ſancte vixit.

Miraculum inſigne.

XIII. *De puella quæ voto ante imaginem Deiparæ facto à diuturna infirmitate conualuit.*

Thilmannus Bred. l. 3. Col lat ſacr. c. 25. an. Do. 1566.

Retulit nobis quidam doctrina, ætate & vitæ ſanctimonia admodum venerandus, qui Delphis agēs, anno Domi[illegible]cæ incarnationis ſupra milleſimum quingēteſimo trigeſimo quinto, habuit iſthic inter cæteras religioſas Virgines, quandam ſuæ confeſſionis filiam circiter decem annorum, quæ cum id temporis aliquamdiu graui premeretur infirmitate, puellæ matertera, etiamnum ſuperſtes, templum quod ibidem vocant nouum, ingreſſa, ante quandam imaginem dolorum ſacratiſſimæ Dei Genitricis Mariæ in orationem ſe reſoluens, vouit tantum frumenti, quantum infirma iuuencula ponderaret. Quo voto præſtito, mox puella priſtinæ ſanitati reſtituta eſt. Imago vero illa tātæ antiquitatis, vt plane eſſet cariоſa, neceſſumque eſſet exeſo capiti nouum ſubſtituere. Quin & brachium lōga vetuſtate laxatum, vnō dumtaxat clauiculo firmatum, quali-tercunq; adhuc exeſo corpori adhærebat. Hāc Deiparæ imaginem Iconomachi anno reparatæ ſalutis [illegible]cas ab milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto [illegible]rerā. Belgio tumultuantes inuaſerunt inie[illegible]ptara illæſa. è loco ſacro trahentes, per vniuerſa[illegible] ciuitatem, per aſpera & confragoſa loca paſſim [illegible]praueruerunt, nec tamen ex tanta concuſſione [illegible]am accepit læſionē, quæ ex carie & nimia vetu[illegible]iam ante erat plane fragilis & caduca, altero [illegible]acio prorſus luxato.

Imago Deiparæ confragoſa per illæſa.

XIV. *[illegible]mulier claudа, quæ cum oraret coram imagine Deiparæ Virginis prouoluta membrorum integritatem con[illegible]equi[illegible]*

Idem ibid. cap 19.

Non a[illegible] multos annos in ciuitate Embricenſi fœmi[illegible]qua[illegible]m Odilia Vuyeri vocata, à prima ætate c[illegible]da, vel diuino nutu, vel ſola animi pietate

ducta, cum ad ecclesiam sanctæ Aldegundis quo poterat modo progressa esset, coram imagine sanctæ Virginis Deiparæ prouoluta, preces suas in sinum pientissimæ matris effudit, nec multo post exsurgēs lætabunda, comperit se insperatam debilium membrorum sanitatem consecutam. Pulsatæ mox ob facti miraculum, & populi lætitiam omnes campanæ. Vidit autem eādem mulierem & claudam & membris integram, ipsumque campanarum pulsum audiuit quædam probatissima matrona Anna, nuper in Domino defuncta, mihi propinquo cognationis gradu coniuncta, aliique insuper testes rem suis sermonibus confirmauerunt. Eadem matrona vidit eandem imaginem vberrime lacrymantem, adeo vt religioso quodam viro lacrymas abstergente, nouæ defluerent, & pectorale madefacerent. Pulsatæ ob facti miraculum omnes eo tempore campanæ.

Mulier claudā curatur ad B. Virginis imaginem.

XV. *De Ioan. Damasceno insigni B. Virginis cultore, cui dextera ob iniquam proditionis suspicionem abscissa, eadem à B. Virgine restituitur.*

Leo Isaurus Iconoclastarum patronus imperabat, & ad tuendam sectam pseudosynodum celebrari iusserat, ingentes motus excitans, vt sacras imagines ferro & igne deleret, prorsusque aboleret in Ecclesia. His rugientis Leonis furoribus, si quis alius, certe Damascenus sese fortiter opposuit, & in patria degens tres libros pro sacrarum imaginum defensione conscriptos edidit, eoque opere animos Iconomachorum vehementer offendit. Qui cum dolerent suas laudes & artes tanti viri industria desegi atque labefactari, falso illum apud Saracenum in Arabia Principem proditionis accusarunt, quod ad rumpenda Principum fœdera litteras manu sua consignatas subdole misisset, ac pacem publicam perturbare aggrederetur: Hinc Princeps Barbarus accusatorum querelis nimium credens, Damascenum quantumlibet innocentem de proditione suspectum habet, eumque in iudicio damnat, pœna illi in amputatione manus dexteræ constituta. Quæ res à Saraceno Principe perpetrata, sed absentiū Iconomachorum dolo nequissimo procurata, felicioremquam illi sperabant, exitum habuit, & Maria quidem Duce, Catholicis lætam victoriam impetrauit. Damascenus igitur, post vulnus acceptum (manum enim dexteram illi amputarunt) suum Larium ingressus: ante Virginis Deiparæ imaginem sese prostrauit, lacrymas fundit, suam calamitatem deplorat, multisque precibus sese Virgini matri commendat, duplex his verbis clementissimam implorat. Domina, sanctissima Mater, Deum meū peperisti, amputata est dextera mea ob sanctas & diuinas imagines: tu, quæ Leo sæuiat, non ignoras, protinus quanto cum fiducia succurre: dextera enim altissimi, quæ de te incarnatus est, per tuas intercessiones multas habet virtutes, sanabit, oro, & hanc meam dexteram tuis precibus, tuasque & eius, qui ex te incarnatus est, [illegible] videris,

Ioa. Patriarch. Hieros. hanc hist. Græce scripsit, eamque tamquā fide dignam interpretatus est Oecolampadius insignis ecclesiæ Cath. hostis P. Petrus Canisius lib. 5. c. 19. de Deipara Virgine. Ioan. Naucl. Vol. 2. gener. 34. sub ann. Dom. 390. Bredemb. coll. sacr. li. 2. c. 2. Baro. to. 9. ann.

numeris Rythmicis, & melodiis præscribat, & orthodoxi cultus sit cooperatrix, ô Deipara. Hæc orans Ioannes, & lachrymans, in somnum vertitur, videtque sanctam Dei genitricis imaginem, misericordibus & lætis oculis ad se respicientem, & ita dicentem: Ecce sana facta est manus tua, caue posthac ne segnior fueris, sed calamum eam fac scribæ velociter scribentis, quemadmodum nunc pollicitus es. Vt autem restituturus euigilauit, & manum curiose contemplans, curatam vidit, tum exultare cœpit spiritu in Deo salutari suo, & matre eius, quia fecit secum magnalia, qui potens est.

XVI. *Periclitantes in mari ad B. Virginis imaginem confugientes periculum diuinitus euadunt.*

Cum mercator quidam natione Anglus in mari ob exortam tempestatem periclitaretur, nullaque sibi, naui, qua vehebatur inter scopulos versante, maritimisque fluctibus magis magisque intumescentibus, atque atra nocte imminente, salutis spes residua esset, quocunque humano auxilio atque remedio longe posthabitis, ad deuotissimam quandam glorioſæ Virginis imaginem, quam secum deferebat, cum cæteris nautis supplex oraturus confugere decreuit. Quam cū nullo pacto inuenire potuisset, sua spe fraudatus, nihil aliud præter naufragium, & amaram mortem expectabat. Et ecce dum nihil minus cogitat, lumen quoddā ex Arabici mōtis vertice sibi alluxit. Ad quod cum nauis proram direxisset, post breuissimi temporis spatium in placidum quietem, optatam ac omnino securum portum ingressus, & anchoras præter omnium spem [illegible] que tantum imminens periculū euasit. Dum igitur sequenti luce Deo optimo maximo gratias pro tanto beneficio accepto redditurus, locum ex quo lumen se conspiciendum prodiderat, religiose peteret, illa gloriosissimæ Virginis Mariæ imago, quam in naui deuotissime conquisitam reperire minime potuerat, scopulo quodam innixa, tum sibi, tum quoque congredientibus nautis ex insperato apparuit. Quod diuinæ bonitati atque misericordiæ tribuens ipse mercator, mercibus primo diuenditis, ipso eodem loco, in quo præfata imago consederat, eremitorium, turrimq; sibi contiguam (in qua quod sibi vitæ reliquum fuit, sub anachoritico habitu, in summa paupertate, perpetua oratione, atq; sanctitate consumpsit) construenda curauit.

Franciscus Gonzaga de Orig. Seraphicæ religionis part. 3. Conuentu. 1. Prouincia Arabicorū.

TIT. LXVI. De Iconomachis, seu de imaginum impugnatoribus in genere, eorumque pœnis.

EXEMP. I. *De Xenaia, qui primus omnium linguam contra sanctas imagines laxauit.*

XEnaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua recte voces) genere Persa, & fortuna seruus,

Niceph. Callist. lib. 16.

hist. eccl. c. 27 Pet. Can. in 1. præcept.

uus peridoneus satanæ minister, qui sub Calandionis Episcopatu, cum ab hero suo profugisset, ad ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans; cum quidem nondum diuino regenerationis lauacro initiatus esset, Calandion vbi hominem eum, & latentem in eo malevolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab Ecclesia eum proscripsit. Vbi vero Calendioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiam ille non solum recepit; verum etiam nondum baptismo initiatum vicinæ Hierapolis Episcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandem se Episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationē. Xenaias iste primus (ô audacem animam, & os impudens!) vocem illam euomit: Christi & eorum, qui illi placuere, imagines venerandas non esse. Itaque impietatis illud mancipium magno cum tumultu, multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, & nō exigua ex Cynegetico siue Venatico monasterio multitudine assumpta, vna cum innata sibi improbitate in vrbem peruenit, & Flauiano vim maximā intentauit, vt Chalcedonensem Synodum, & Leonis tomum ille anathemate damnaret.

Profanus Xenaias primus linguam laxauit contra imagines sanctas.

Edictum prauum cōtra imagines sanctorum.

II. *De impio edicto Gizidi Principis Saracenorum contra imagines sanctorum, deque eius vltione.*

Conc. Nicænum 2. Actione 5. Theopham. Cedrenus apud Baron. to. 9. Annal. eccl. an. Do. 723.

Cum diem extremum impiorum Arabum Tyrānus, quem Sulymam nonnulli nominabant, claudisset, subsecutus est illum Vmarus, qui postea quam regnum adiisset, Anaschaphum Masalmanicæ hostem sane atrocem per gratiam Domini nostri Iesu Christi Saluatoris, eiusque Deiparæ matris cum magna exercitus sui clade & ignominia terra ista expulit, in Syriamque fugauit: neque de redeundo spem illi vllam reliquit. Vmaro autem fato defuncto, * Ezidus quispiam homo leuis & inconstans regnum accepit. Per ea tempora in Tiberiade dux quidam erat Hebræorum impius, cui nomen Sarantapechys, officina diabolorum, quibus vitiare animas lusus est & iocus, homo præstigiator, & venefic⁹, & Ecclesiæ Dei hostis implacabilis. Hic animaduersa Ezidi Regis leuitate, hominem aggreditur, polliceturque Hebræorum ingenita malitia, se Regi quædam prædicturum, & vatem acturum in maxime necessariis rebus se offert. Eas ob res cum esset insinuatus tyrāno: Volo (inquit) ô Princeps, modo me audias, rationem quandam indicare tibi, qua poteris facillime, & vitam commode degere, & triginta annos regnū æquabili in potestate conseruare. Strultus autem tyrannus, spe & desiderio longioris vitæ, animi leuitate elatus (erat enim homo voluptatibus deditus & præditus) respondit: Quæcumque me iusseris facere, modo possim, agam. Veneficus autem Hebræus confestim inquit: Sine vlla dilatione, iube vniuersim per regnum epistolam, quæ passim circumferatur, scribi & mitti, qua omnem imaginem & picturam, siue ea in tabulis, siue in opere musaico, in parietibus, siue in vasis sacris, aut indumentis & altaribus sit, & quæcumque in Christianorum ecclesiis reperitur, deleri, expungi, auferri, & ex toto subuerti mandes: neque illas solum, verum omnes similitudines & earum etiam, quæ in foro ornatus & honestatis gratia collocantur. Nulla igitur ratione alia, quam vt odium & furorem aduersus Christianos exerceret, præstigiator id tētauit. Præstigiatori autem tyrannus nefandus leuitate sua auscultans, missis nuntiis, omnes sanctas imagines & similitudines per vniuersam prouinciam abstulit. Hoc itaque modo primum ecclesiæ ornamenta, procurante Hebræo veneficō, ablata sunt. Christiani autem cum id suis manibus facere derrectarent, missi sunt Hebræi & Arabes, homines in Deū impii, qui imaginibus exustis, ecclesiarum quasdam calce, quasdā aliis coloribus dealbarunt, & inctustarunt. Hęc autem cum peruenissent ad aures Pseudo Episcopi Nacoliæ, & qui eiusdem erant cum illo opinionis, impios Hebræos & Arabes imitati, ecclesias, veluti Crucem Christi, verecundantes reddiderunt. Ezidus autem, qui facinus perpetrauerat, vltra annum cum dimidio non vixit, in ignemq; æternum descendit. Postquam autem mortuus fuit, in pristinum ordinem & statum imagines restitutæ sunt. Filius autem illius, Vlidus nomine, indignatus Hebræo, tāquam interfectori patris, turpissima morte hominem mori coegit. Ita is falsi sui vaticinii dignum præmium accepit.

Hebræi nefarium consilium.

Ezidi Iconomachi mors accelerata & infausta.

Consiliarii iniqui mors turpissima.

III. *Quomodo Leo Armenus venerandas imagines impugnarit, & quibus impostoris ad hoc inductus sit.*

Vnde in eum furorem inciderit Leo Imperator, vt sacras imagines oppugnaret, exponam. Ei pronuncio à quo ipsi prædictum fuerat, gratiam relaturus, per quendam ex intimis suis dona misit. Is non in ipsum incidit, quippe iam mortuum: sed cum alium inuenisset ibi habitantem, eum, vt quem non nosset, accessit. Ille vero (erat enim oppugnator imaginum, eiusque sectæ vehementissimus propugnator) neque munera accepit, & eo, à quo adferebātur, dimisso, se à simulacrorū adoratore nihil accipere dixit. Leoni & regni & vitę iacturam breui comminatus, nisi adoratione simulacrorum (sic enim venerandas imagines appellabat) abstineret. Hæc [illegible] solicitum fecerunt Leonem; rem ipsam cum quodam ex familiaribus Theodoto Melisseno communicat, qui oppugnationibus imaginum studebat. Is eum dolo aggressus, [illegible]et, vt negotium cū quodam monacho, qui [illegible] eadem secum opinionis esset, [illegible]; & quod ille suasisset, exequeretur. Virum enim eum plenum esse gratia spiritus, acres curas & præuidere, & prædicere. Adsciscit Imperator monachum confestim, Imperatorem habitu priuato dominis ad eum venturum esse indicat, & quo die fieri sit venturus, quæque cum eo differenda sint, instruit. Imperator noctu ad monachum abit, mutato vestitu, ne agnosceretur, Theodoto comitan-

Io. Zonar. to. 3. Ann. Cedren. in Leone Armeno. Baron. to. 9. Annal. ad an. Do. 814. & 820.

Leo Armenus qua occasione cœpit imagines oppugnare.

Monachus iconoclasta Leonem Armenum seducit.

mitante: A monachus, vt ab illo spiritu commentum edoctus, Leonem pro Imperatore salutat: &, Ne, inquit, maiestatem tuam celaris, neq; impone re velis nostræ vilitati, sed scito te de religione peperam sentire, & plane simulacrorum cultorem esse, & te & omnes qui tibi parent. Quod si ex Ecclesiis simulacra sustuleris, & vita & imperium tibi diuturnum & fortunatum est futurum: Sin minus, scito te breui vtrumq; amissurum, præterea supplicia æterna subiturum. His Leo auditis, miratus monachum ob prædictionem, vtiq; ignarus impostura Theodori, verbis illius captus est, & contra sacrosanctas imagines vehementissime sæuit, & eas omnes edicto tolli iussit: cumque sanctissimum Patriarcham Nicephorum in suam sententiam pertracturus esset, ille vero acriter aduersaretur, & edictum illud & scripeis & oratione impietatis argueret: virum iustum telegat, qui quidem improbos Leonis mores præsensisse fertur, qui orthodoxis offendiculo futurus esset, Ecclesiæ tumultus occasio: nam cum eius capiti diadema imponeret, manum suam spinis cõpungi putauit. Dum aurem Præconnesium exulatum abducitur, magni agri magister Theophanes confessor, transitu illius spiritu cognito (neq; enim videbat sanctum) cereis incensis, & suffitu, eminus eum excepit, & prosequitur, atque ille vicissim eum flexis genibus veneratur, cum neque videret, neque videretur. Quod Patriarchæ comitibus admirantibus, & cui honorem illum præberet percunctantibus, respondit confessori Theophani magni agri magistro: confessionem vaticinatus, nec dum enim ea dignatus fuerat. Leo autem imperator post multas monitiones diuinitus sibi factas, vt ab Iconomachorum hæresi abstineret, tandem a Michaele Traulo vitam misere conclusit. Ipse enim insidias sentiēs, in penetrale altaris se recepit, direpta thuribuli cathena, aut (vt alii perhibent) sancta Cruce, ictus percussorum excepit. Verum ii non singuli, sed facto cuneo irruentes, alius capiti, ventri alius, alius aliæ corporis parti plagas intentabant. Leo aliquamdiu Cruce se defendit, ictibus gladiorum repulsis, donec feræ instar vndequaque impetitus succubuit. Tandem quendam immani corpore gigantis similē inferre ictum cernens, per inhabitans templum illud [illegible] iratum obsecratus est, vt sibi parceret. Fuit nobilis ille Cramborarum stirpe oriundus, ac dicens, non [illegible] mentorum esse hoc, sed cędis tēpus, graui ictu ma[illegible]m Leonis abscidit clauicula, simulq; cornu Cruci[illegible] Tandem vulneribus victo, & ad terram subsidenti [illegible]am caput amputauit. Aiūt vocem quoq; statim [illegible]elit[illegible]diam, quæ lætum de eius morte nuntium multis patefecerit, [illegible]eculiarios quosdam, qui eam audiuissent, no[illegible]ctempore & nocte ea, ratiocinando veracem e[illegible]deprehendisse. Interfecti Leonis cadauer perse[illegible]es crudeliter per spolia in circum traxerunt, o[illegible]metus vacui, quod suis armis regiam vndeq[illegible]que c[illegible]xisset. Aula quoque Augustam eie[illegible]cum [illegible]tuor filiis eius, Sabbatio, qui Imperator designatus Constantini nomen susceperat, Basilio, Gregorio & Theodosio, quos omnes in lembum impositos in Protam insulam auexerunt, ibique omnes castrati sunt, & Theodosius vita functus vna cum patre est sepultus.

Theodotus Melissenus pseudoepisc. Cõstantin. Leo Armenus palam detestatur cultum imaginum

Leo Imp. ab ignoto occiditur ꝛta altare.

Cœlestę nuncium necis Leonis.

Cœna vxoris & filiorū Leonis.

IV. *Leo Isauricus Imp. nefandus ob sacrarum Imaginum confractionem omnium Principum Occidentalium in se conuertit odium.*

Rebus humanis ad sceleratissimum Leonem III. delatis (proh qualia sunt Dei iudicia!) grauis tempestas Ecclesiam excepit magnis cum hominum cędibus coniuncta. Nam execrabilis Imperator parturiebat illa quidē absurda nouaque contra Christum consilia, sed fœtum improbitatis nullo modo parere poterat: quippe timidus animo eum ab instituto reuocabat: tandem vero captata opportunitate, summaq; audacia fœtum edidit, aluus rupta est, viperę soboles prodiit, accitaque & coacta senatorum classe, absurdum illud & impium euomuit: imaginum picturas formam quandam idolorum retinere inquiens, neque iis cultum adhibendum esse, ne alioqui Dei loco imprudētes idola veneremur. Dimisso igitur Senatu, protinus [illegible]gens tumultus excitatus est à plebe, ac mœstitiæ n[illegible]es Orthodoxorū ecclesiā obtegebat. Quod vt vehispellis ille sensit, statim Gygis annulum vertens, v[illegible]obscurū esset quod agebat, laborabat, non videli[illegible]Leonis libertatem imitans: Non, inquit, huc mea spectat sententia, vt eæ prorsus deleantur [illegible]hoc aio, eas sublimiore loco collocan[illegible], ne ore quisquam eas contingat, atq; [illegible] quodam modo rebus honore dignis contumeliam inferat. Quorsum hoc tandem, & quid moliens? nimirum vt eas à nobis longe collocando, ac procul ab oculis nostris remouēdo, ne eas facile aut cernere, aut contin[illegible]queamus, paulatim (vt sæpe nobis in eis quæ [illegible]amus vsu venit) in obliuionem ineidamus, [illegible]quæ chara habere dediscamus, atque ita sensim, & citra tumultum hoc à nobis obtineatur vt [illegible]nō adoremus, nec honore afficiamus. De hac impietate, quæ & multum abstrusæ, & multum itē apertę absurditatis habebat, cum certior factus fuisset Germanus Patriarcha Cõstantinopolitanus: vir libera atque intrepida pietate præditus, per quendam ex præcipuis ecclesiæ ministris Leonem monuit. Qui contra rectam fidem furens, abducto beato Germano, cœpit blandis sermonibus eum delinire. At vero beatus, summusque Sacerdos dixit ad eum: Depositionem sanctarum imaginū audiuimus quidem futuram, sed non tempore imperii tui. Cum [illegible]em ille cogeret eum dicere, sub cuius Imperio: [illegible]ait sub Cononis. At ille: Re, inquit, vera ex baptismo mihi Conon nomen est. At ille dixit: Absit Domine, vt per imperium tuum illud malum perficiatur. Antichristi præcursor est, qui hoc adimpleturus est, & diuinæ incarnationis euersor. His ergo Imperator insanieps, minas beato Germano præ-

Constantin. Manasses Graecus historicus Io. Damasc. in Act. mart. Steph. & socia Theo. Baro. tom. 9. an. Do. 726. & 740.

Leonis Isaurici edictum aduersus sacras imagines.

Vanus prætextus Imperatoris.

Germanus Patriarcha Constantinopol. cultum imaginum tuetur.

Antichristi præcursor est, qui sacras euertit imagines.

no prætendebat. Reducebat autem ad memoriam eius Patriarchæ sponsiones ipsius ante imperium factas, qualiter sibi Deum dederit vadem, in nullo commoturum Ecclesiam à suis Apostolicis, & diuinitus traditis ritibus. Verum Imperator sancti viri monitiones pro nihilo ducens, ad abolēdum sacrarum imaginum cultum totum se contulit Dum inter hæc igitur, quasi (vt sibi visus) de idololatria profligata triumphans, lætus incederet, atque superbus, vtpote quod de prostrata impietate, & puro cultu reddito deitatis, ipsum Deum sibi fecerit debitorem. Qui, sicut in psalmo est, de cœlo auditum fecit iudicium: terra tremuit, & quieuit: iuxta illud: Nam respiciens iratus terram fecit eam tremere: haud enim diutius tolerans mala, prænuntiis ipse suæ perterrefecit Imperatorem: Et enim iraro numine totus contremuit Oriens, ciuitates complures æquatæ solo fuere, & quæ erant in vrbe statuæ Imperatorum collapsæ, contritæ sunt, quasi ipsæ stare non possent, vbi sacræ imagines essent ab ipso impio Leone prostratæ: qui nec ipse quidem amplius potuit esse superstes: nam paucos post menses à terræmotu ex hac vita sublatus est.

Germani Patriarchæ monitiones Leo contēnit.

Leo Præfectus Oriētis terræ motu è terra sublatus.

Zonar. to. 3. Annal. Cedr. in comp. Annal. Theoph. Græc. hist. in An. & Baro. to. 9. an. Do. 780.

Irene Imperatrix propter sacras imagines redarguitur

Leo proceres ob adoratas imagines male tractat.

Interitus horribilis Leonis IV.

to Curopala. & Gennadius Patriar. constantinopolitan in expos. pro Conc. Floren. Sess. 5. Baro. to. 9. an 811.

Theophobus cum carcerem missus.

Theophil. Imp. Michaelis Balbi filius Imag. impugnator facti pœniter.

Visio de anima Theophili Imp.

Anima Theophili liberata & per quos.

V. *Leo IV. Constantini Copronymi filius imagines sacras, ac earundem cultores sub gravamno persequitur.*

Leo IV. Imperator imagines sacras imagines virus suum effūdere cœpit an. 780. Nam media ieiuniorum septimana duas imagines deprehendit in puluinari vxoris suæ Irenes, quas cum diligenter esset contemplatus, inquisitione facta deprehendit à Papia Palatino, aliisq; nonnullis Primiceriorum fuisse, quos & cruciatibus, suppliciisque grauissimis adhibitis, in vxoremque Irenem acriter inuectus, eamque nauci esse dixit, quæ suo patri Imperatori horribilibus, atque intemeratis fidei mysteriis prolatis diuersum plane iurasset, constanter asseuerantem eas à se non visas repulit, neque postea cum ipsa habuit. Inter aulicos vero tentus est Iacobus Protospatarius & Papias, & Strategius, & Theophanes cubicularii, vna cum aliis religiosis viris, eo quod imagines adorarent. Tunc demum occultam malitiam suam Leo, persecutoris filius, patefecit, & hos immisericorditer cæsos & tonsos, & per medium vrbis vinctos ad pompam duci fecit, & includi in prætorio mandauit. Inter quos moritur Theophanes, confessor effectus, & coronam est martyrii cōsecutus: reliqui autem omnes post huius obitum probati monachi inuenti sunt. At miseratus tandem Deus Oriētalis Ecclesiæ, eam hoc modo liberauit. Nam cum dictus Imperator circa lapides pretiosos insaniret, nimis adamauit coronam magnæ ecclesiæ, & accipiens portauit eam, Tunc exierunt carbunculi in capite eius, & captus valida febre mortuus est, cum regnasset annis quinque, & diebus sex.

VI. *Theophilus Imp. imaginum impugnator in quanto animæ periculo fuerit.*

Theophilus Imp. ab imperii sui exordio in cultores sacrarum imaginū obstinato prorsus animo furere non cessans, à Deo ipse flagella passus meritā vindictam accepit, qui aduersus eum erigens Saracenos, eisdem in eius perniciem fauit, adeo vt ob acceptas ab hostibus clades mœrore confectus in morbum lethiferum inciderit, quotidem modo miserando consumptus, vltimum obire diem coactus sit anno Redemptoris octingentesimo quadragesimo secundo. Vt autē sibi vitæ finem adesse nouit Theophilus, in maxime obscurum carcerem Theophobum coniiciendum curat ad Bucoleonem (hunc enim de affectatione imperii calumniis impetitum fuisse pluribus idem narrat auctor.) Iamque appropinquante fine, caput ei amputatum sibi afferri iussit. Quo accepto manibus capillos cōtingens, sic primum hoc verbum dixit: Neque post hæc ego ero Theophilus, neque tu Theophobus. Nihilominus tātus imaginum oppugnator diuinorum & sanctorum virorum, & Augustæ seruatus est precibus. Sed incassum fusæ sanctorū virorum fuissent preces, & Augustæ studiū pro Theophilo nihil valuisset, nisi prius ille suum peccatum confessus esset, sanctasq; imagines colere & honorare, iustum esse asseruisset. Quoniam is valde illustris extitit, sed cum in hæresim delapsus esset eorum qui imagines oppugnabant, os eius admodum diductum est, vt viscera cōspicerentur. Post, cum ipsam venerabilium imaginum adorationem sanctam esse comprobasset, arrepram ex sinu cuiusdam eorum qui aderant, quandam imaginem reuerenter osculabatur. Paulo post inde ad tribunal raptus est. Pro quo cum assiduæ preces à sanctis viris & à Regina effunderēntur, ei venia data est. Nam Theophilum in somnis Regina conspexit vinctum, tractumque ad innumerabili præcedentium & subsequentium multitudine: ante illum ferebantur diuersa instrumētorum genera ad torquendum accommodata: ipsaque videbatur eos sequi qui ad pœnam adducebant, quousque ad conspectum terribilis Iudicis peruenerunt, Theophilumque ante ipsum statuerunt. Prouoluta igitur ad illius Iudicis tremendi pedes enixe multis lacrymis Augusta pro viro suo deprecabatur. Ad quam terribilis Iudex dixit: Mulier magna est fides tua: propter te, sacerdotumque tuorum preces, coniugi tuo do veniam. Tunc ministris suis dixit: Soluite eum vxorique eius tradite. Scilicet & sacer Pater noster Methodius scilicet, omnium hæreticorum, Theophiliique ipsius adnotatis scriptisque omnibus, hæc eadem sub sacra mensa collocauit eademque nocte, qua Regina visionem adspexerat, dixit & ipse diuinum quoddam vas magnum rem... ingredientem, qui dixit: Exaudita sunt preces tuæ, & Theophilus vestram... perrauit. Somno ergo experrectus, ad sacram mensam aduenit, ibique cum legeret paulo ante conscriptum libellum, inuenit, ō Dei iudicia! Theophili nomen abolitum.

VII. *Miserandum cultum sacrarum imaginum diuinitus punitum.*

Anno

Ex actis vitæ Stephani Baro. tom. 9. an. Do. 765.

Anno Domini nostri Iesu Christi septingentesimo sexagesimo quinto, miles quidam nomine Stephanus, genere Armenius, ab Europæ partibus profectus, qui dimidia sui parte contabuerat, totusque præmorbo humi vergebat, cũ magna illa miracula, quæ à sancto Stephano Confessore, & viro sane magno designabantur intellexisset, ad eum perrexit: atque ad eius pedes accidens, ea postulare cœpit, quæ & ipse accipere summopere optabat, & ille facile præbere poterat: at ille, qui fide erga Dominũ ac beneuolentia præditus erat, miraculum ad ipsum trãsfert. Cumque ei qui ægrotabat, vt & ipsius & Matris imaginem adoraret, imperasset, atque ille id faceret, sanum eum ac prorsus valentem reddidit. Vt igitur ad commilitones suos se recepit, quærebatur ex eo, quanam ratione conualuisset: ille autem minime eam reticebat, nimirum: Monachus quidam, dicebat, Stephanus nomine, qui apud Proconnesum in angustissima quadam ædicula degit, duas me imagines adorare iussit: vnam, quæ Christi; alteram, quæ Deiparæ dicebatur: ac protinus conualui, corpusq; omnino erexi. At impii illi, ac conscelerati, manus non sine magno terrore complaudentes: Vę tibi, inquiunt, qui in idololatriam prorusisti: confestim itaque eum ad summum Thraciæ Præfectum deferũt. Qui cum de eo quæstionem habuisset, nulla interposita mora eum ad Imperatorem misit. Is vero cum accuratius eum examinasset, atque vanitudinis modum intellexisset, pro ea, qua laborabat stoliditate, non intelligit. Verum quod in summo studio erat, percunctabatur eum, qui morbo liberatus fuerat, an in simulacrorum cultu perstaret. Qui cum ingenti pœnitudine se affici, atque huiusmodi simulacra execrari dixisset Tyrannus, vt ei impietatis mercedem referret, Centurionem eum creauit. Cæterum vindex Dei iustitia è vestigio ingratum illum persecuta est: Cum enim statim ab aula reuerteretur, atque in equum conscendere pararet, ille subito saltitans in terram ipsum prostrauit, atque contriuit: nec calcibus in eum insilire destitit, quoad ille ingratam animam euomuisset.

Gibbosus adorata Deiparæ imagine cõualescit.

Impii idololatras vocant imaginũ cultores

Vltio diuina in militẽ eiurantem SS. imagines.

VIII. *De quodam Iconomacho per preces Ioannicii oculis capto.*

Baron. to. 9. Annal. ann. Christi 821 Ioannicius Anachoretarum decº insequitur iconoclastas etiam sibi conuictos.

In hoc loco minime prętereundum, quod in rebus gestis magni Patris Ioannici, sacrarum imaginum cultoris statuarissimi, plane memorabile habetur. Sicuti, qui res ab eo gestas fidelissime eius temporis auctor prosecutus est, ait. Cuidam Senatori ægrotabat vna ex filiabus suis membraque ei erant soluta, cum esset pia, & Christiana seruaret religionem. Qui autem sancti sororem Ioannicii [illegible] uxorem, aduersus Christi imagines grauiter ferebat, & in eas inuehebatur. Accedens autem Abbas, illam quidem precibus & signo Crucis à grauissimo morbo liberauit: hunc vero, cum admonens non posset persuadere, vt à graui illa abstineret insania, tradidit disciplinæ, & viscerũ defectionem [illegible] sui sanguinis oblitus propter veram religionem, precibus eum oculis orbat. Ita zelus pietatis & verus Dei cultus gloriatur etiam contra ipsam naturam, & verum in Deum desiderium est validius necessitate cognationis: nam illam quidem etiamsi genere ad eum non attineret, quoniam tamen Christianam obseruabat religionem, à morbo liberauit, hunc autem, etiãsi sororem duxisset in matrimonium, quoniam cum diuinis pugnabat imaginibus, visu priuauit: & æquum censuit, vt mali, qui erant, manifeste castigarentur pro iis, quę non cernebantur oculis.

Iconoclasta pertinax oculis orbatur.

IX. *De peste Constantinopoli sæuiente, ob offensas sacras imagines.*

Anno Dominicæ incarnationis septingentesimo quadragesimo sexto, à quarta Augusti vsque ad Octobris Kalendas tenebræ factæ sunt caliginosæ: anno sexto Imperii Constantini factus est terræ motus magnus in Palæstina, & circa Iordanem & totã Syriam: mense Ianuario, hora quarta, & multa millia, quin & innumerabilia hominum mortua sunt: ecclesiæque & monasteria corruerunt, & maxime pene eremum sanctæ ciuitatis. Eodem anno pestilens morbus è Sicilia & Calabria incipiens, veluti quidam ignis depascens, ad Bonobasiam & Helladem, atque interiacentes insulas venit per totam quartam decimam indictionem, flagellans impium Constantinum, & cohibens ab insania, quam aduersus sanctas ecclesias, & sanctas ac venerabiles imagines intentabat. Verum ille, vt Pharao quondam, incorrectus permansit. Sæuit hæc pestilentia, [illegible] dicta, discurrẽs [illegible] quarta indictione ad regiam perlustrauit. Cœperunt autem fieri subito, tam in hominum indumentis, quam in sacris ecclesiarum ornamentis, & in velis cruciculæ plurimę veluti ex oleo designatæ. Facta est ergo hinc tristitia & defectio animi multa, propter dubium eiusmodi signũ. Venit nihilominus & diuinitus indignatio, dissipans incessanter, non solum vrbis ciues, sed & in omnib' suburbanis eius degentes. Factæ vero sunt & phantasiæ multis hominum, qui in extasi facti existimabant se cum peregrinis quibusdam (vt putabant) & trucibus faciebus comitari: & eos qui in itinere obuii fiebant, se quasi amicos salutare, ac colloqui fingebant. Notatis vero iis, quæ dicebantur ab eis, hęc postea referebant. Cõtemplabantur autem eosdem domos ingredi, & alios quidem ex domo deferre, alios autem vulnerare: Cõtigit vero eorum quæ dicta sunt ab eis, plurima, vt viderunt, fieri. Præterea vernali tempore primæ Indictionis magis extensa est, æstiuo autem prorsus incendit, ita vt integræ quoque domus penitus clauderẽtur, nec essent, qui non haberent mortuos sepelire. Ex necessitate itaque multa excogitatum est, quod super animalia tabulæ sternerentur, & ita super has impositi mortui deferrentur. Cum autem repleta fuissent vniuersa, tam scilicet vrbana, quam suburbana monumenta & cisternæ quoque [illegible] aqua, & lacus, & plurima vineæ,

Ex Theophane in Constãtino Coprony. Theodorus Studita in ora. de S. Platone Baron. to. 9. annal Eccl. an. Do. 746. 45.

Terræmotus in Palæstina.

Pestis dira grassatur Constantinopoli.

Cruces paruæ in vestimentis hominum.

Pestis sæuit Constantinopoli ob offensas sacras imagines.

vineæ, nec non & interiores horti, qui intra veteres muros erant, ad huiusmodi capessendam sepulturã effossi sunt, & ita vix omnia hæc ad tantam necessitatem sufficere valuerunt: omni autem domo calamitate repleta propter depositionem, quæ impie facta est ab Imperatoribus, sacrarum imaginum.

X. *De Episcopo reprehenso, quod imagines sanctorum, ne adorarentur, confregisset.*

D. Gregor. Magn. lib. 9. epist. 9.

Gregor. Magnus scribens ad Serenum Massiliensem Episcopum, sic ait: Perlatũ ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, cõfregeris. Et quidẽ, quia eas adorari vetuisses, omnino laudauimus: fregisse vero reprehendimus: Dic frater, à quo factum Sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare, & despectis aliis fratribus solum te sanctum vt esse crederes & sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiã, quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa etiam ignorantes vident, quod sequi debeant; in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere à te qui inter gentes habitas, attendi debuerat, ne dum zelo recto incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. Frangi vero non debuit, quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia locis venerabilib⁹ sanctorum depingi historias non [illegible] exercitas admisit, si zelum discretione cõdiuisses, nec dubio ea quoque quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed potius dispersum poteras congregare, vt pastoris in te meritum nomen excelleret, nõ cura dispersoris incumberet.

Imagines pictæ idiotarum libri.

Imagines quo fine in ecclesiis erectæ.

TIT. LXVII. De imaginum Christi Domini violatoribus, ac eorum pœnis.

EXEMP. I. *Miraculum in pictore, qui Saluatorem nostrum in Iouis forma pinxit.*

Niceph. lib. 15. hist. Eccl. cap. 23.

NIcephor. lib. 15. histor. Eccles. scribit, Gennadio Patriarcha Constantinopolitano Episcopatum gerente, quod pictor quidam Seruatorem habitu & forma Iouis pingere ausus facinoris eius mercedem tulit: Nam manus eius exaruit; quam, cum ille crimen id publice confiteretur Gennadius restituit. Illud vero notandum, verius esse, Seruatorem nostrũ capillum molliter inflexum & subcrispum, eumque minus densum habuisse.

D. Athan. in libell. de

II. *De imagine Christi à Iudæis ignominiosè tractata miraculum in Beryto.*

Athanasius in libello de passione imaginis Domini nostri Iesu Christi, qualiter crucifixa est in Beryto vrbe Syriæ, capite quarto describit. Postquam curati sunt per unctione sanguinis, qui ex imagine fluxerat, cuncti, qui ægritudine detinebantur, concurrit omnis multitudo Iudæorum ad domum sanctæ Ecclesiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbi & Metropolitanum inuenerunt. Cuius prouoluti vestigiis, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Is cum ab eis perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam icona Saluatoris Domini eidem demonstrantes annuntiauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant, & qualiter ab ictu lanceæ sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius: nec non de mirabilibus ab eo ostensis ipsi retulerunt per ordinem. Ille vero interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, & si ab aliquo eam accepissent. At illi retulerunt ei, quod quidam Christicola per obliuionem in cellula Synagogæ proxima dimisisset eandẽ iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri, & repert⁹ in præsentia Domini Metropolitani statuitur. Cumque ab eo studiosissimè fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel à quo tam mirabiliter posita esset, respondit, dicens: Quod Nicodemus, qui ad Iesum nocte venerat, propriis manib⁹ eam composuisset, & moriens Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem Doctoris gentium Pauli magister, cum diem cernens sibi adesse extremum, Iacobo eam reliquit & Iacobus Simeoni, & Simeon Zachæo, & sic per successiones temporum in Hierosolyma perdurauit vsquequo euersio illius ciuitatis patrata est quadragesimo & tertio anno post Ascensionem Domini Saluatoris ad cœlos. Sed biennio antequam Titus & Vespasianus eandem subuerterent vrbem, admoniti sunt à Spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, vt relicta vrbe ad regnum se transferrent Agrippæ Regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egressi ab vrbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis, vel fidei pertinere videbantur, secum auferentes, in has regiones se transtulerunt. Quo tempore etiam icona cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, vsque hodie in Syria permansit, quam ego ipse à parentibus ex hac luce migrantibus, mihi traditam, iure hæreditario vsque nunc possedi. Hæc certa & manifesta ratio est icona sancta Domini Saluatoris, quæ de Iudæa in Syriæ partes deuenit.

imag. Salu. Dom. nostri ex 7. Synod. Oecum. act. 4. Ioan. Naucl. tom. 2. gener. 27. Chron. Sigebert. ad ann. Dom. 764. Surius tom. 6. die 9. Aug. Eredemb. lib. 3. c. 6. Fusius habet hanc histor. Carol. Sigon. lib. 3. de Regno Ital. ad ann. 766. Alfonsus Ciaconius in vita Pauli 1. ann. 766. die 9. Nouemb.

Christi imago ignominiosè tractata.

Ea imago Christi quomodo & quando in Syriam deportata.

III. *De Iudæo, qui Saluatoris imaginem cultro percussit, ex qua sanguis multus erupuit. Inde cum vxore Christianus effectus.*

Sed cum in his versetur oratio, rem publicis monumentis [illegible]que testatam, & in ecclesia legi publice solitam, hic [illegible]gamus, quæ ex scripto antiquo codice sanctæ Mariæ ad martyres eodem argumento edita recitari in ecclesia cõsueuit, his verbis. In ecclesia sanctæ Sophiæ Cõstantinopoli extat puteus, qui sanctus dicitur, tectus cooperiorio deaurato, argen-

Ex antiquo Cod. Baron. tom. 6 ann. Dom. 446.

to exornato, de quo ista scribuntur: Christianus homo in ianua domus suæ erexerat imaginem Saluatoris: quam Iudæus odio Christianæ religionis nocte furto abstulit, cultroque eius vultum punxit: ex quo infecto vulnere magna copia sanguinis effluxit, Iudæique vestes aspersit: qui magno timore affectus eandem acceptam imaginem in propinquum puteum coniecit, & reuersus est in domum suam: quem cum sanguine aspersum eius vxor videret, in suspicionem adducta est, patratum ab eo fuisse homicidium; quod ille negauit: sed maiorem augebat suspicionem, dum eum timere & tremere cerneret. Mane autem facto, venerunt ex more, qui ex publico puteo hauirent aquam: sed dum pro aqua sanguinem se haurire conspicerét, magno sunt horrore exterrefacti: reque statim per vrbem vulgata, aduenit illuc tandem Præfectus vrbis, quod existimaret illuc cadauera occisorū esse proiecta. Qui de causa iussit totum puteum exhauriri aquis, in cuius fundo non defuncti alicuius hominis corpus occisum inuenerunt, sed sacrosanctam imaginem Saluatoris vulnere perforatam, & è vulnere recentem adhuc sanguinis guttam fluere, vt vnde sanguis emanasset, certo indicio doceret. Eam Præfectus acceptam ad Imperatorem attulit. Cuius iussu, voce præconis inquiri iubetur, qui adeo sacrilegum facinus perpetrasset, promittens indulgentiā criminis ei qui sponte sese reum proderet, pœnam capiti secus facienti comminatus. Quæ cum Iudæi vxor audisset, de viro suo suspicionem concepit, secretoque eum detulit magistratui, à quo missis apparitoribus capi iussus est, & ad Imperatorem perductus, rem ipsam, absque tormentis, vt se habebat, palam fecit, confessatus se esse Christianum. Qui vna cum vxore baptizatus est. Ipsa vero Saluatoris veneranda imago super puteum collocata est, puteus autem ambitu murorum intra sanctam ecclesiam comprehensus. Cuius rei gratia Kalendis Nouembris in facti memoriam ea historia recitari consueuit.

Sanguinis copia ex imagine Saluatoris.

Miraculum ex imagine Saluatoris.

IV. *De Christi imagine telo à Iudæo trajecta, ex qua sanguis profluxit.*

Anno Domini nostri Iesu Christi supra quingentesimum sexagesimo, Iudæus quidam imaginē Saluatoris de ecclesia furtim deponens, eam telo transfixit, & eam secum in domum suam deferens, cum vellet flammis eam urere, se sanguine imaginis cruentatum videns præ timore eam abscondit; quam Christiani requirentes, & per vestigia sanguinis inuenientes, eam sanguinolentam receperunt, & Iudæum lapidarunt.

Ex Sigeb. Chron. an. 560. & Greg. Turon. lib. 1. de glor. martyr. cap. 22. Baron. tom. 7. ann. Dom. 560.

V. *De pœna hæretici ob violatam imaginem Saluatoris.*

Cum de metis Bohemiæ à ciuitate egressi venissemus, vbi ex parte Basilienſis Concilii hæreticis audientiam sibi dari, si venirent, promissimus, venimus in comitatu Domini Friderici Marchionis Brandeburgensis, in oppidum suum, quod Culmach dicitur, super quo castrum inexpugnabile in altoriacet in monticulo dictum Plassembergh, ibi mirum tale narrante nobis Marchione paulo ante euenerat. Intrauerant enim hæretici territorium idem cum tanta potentia, cui nullus resistere valuit; & oppidum prædictum statim obtinuerunt. Fugerant igitur de omnibus locis adiacentibus, & de ipso oppido ad castrum gratia præsidii, monachi & clerici, moniales & Iudæi, & vulgus magnum. Interea armigeri, qui erant in castro, dietim certo tempore castrum exeuntes, cum balistis & bombardis manualib⁹, per decliuum montis descendebant supra oppidum, in perfidos iacula pro posse iacientes, & vice reciproca idem ab hæreticis exspectantes. Quadam autem die cum nostri more solito à castro descenderent, inter se Iudæum quendam habuerunt in manualib⁹ bombardis satis tritum: Videntes hæretici nostros, statim ad ecclesiam oppidi cucurrerunt, imaginem Christi de monte Olineti, qui ibi effigiatus erat in lapideis, vel coctis lateribus, de ecclesia ad plateam, vt nostri conspicerent iniuriam, traxerunt: videntibusq; nostris, quid maligni nouum prætenderent: viderunt quod imaginem Saluatoris manibus protensis orātem quidam perfidus accessit propius, & educto gladio clamauit alta voce ad nostros deriſorie: Ecce, inquit, Deus vester, si placet, liberet se. Et ita illico imagini caput obtruncauit. Quo viso Iudæus bombardam suam ad iactum [illegible] fuit, & ad Christianos ait: quanquam alterius [illegible] fidei à vobis, tamen pro posse fidem vestram [illegible] rendam. Ignem igitur machinæ immisit, primo iactu reum hæreticum o[illegible]antibus, Iudæus tetigit, & occidit.

Imagini Saluatoris iniuria intoleranda ab hæretico facta.

Vindicta in hæreticum iconomachum.

Fr Ioan. Nyder. Formicar. lib. 3. cap. 12.

VI. *De Iudæi morte multatis ob illusam ab ipsis in Parasceue Saluatoris Christi imaginem.*

Anno Dominicæ incarnationis supra millesimū decimoseptimo, & Parasceue post Crucem adoratam vsq; Sabbatum sanctum circa vesperam concussa est Roma à vi ventorum, & pene omnes Romani mortui sunt, tam Christiani, quam Iudæi. Et quidam Iudæus Christianis intimauit, quod in Parasceue, in Synagoga Iudæorum, imaginem Christi deluserunt, sicut fecerant Domino parentes eorum. Quod Benedictus Papa sollicite inquirens, & probans, mox Iudæos, qui hoc egerant, iussit decollari, quibus decollatis, cessauerunt venti.

Ex Glabro Baron. tom. 11. an. Dom. 1017. num. 6

Tempestas Romæ exorta ob illusam Christi imaginē.

VII. *Theodora Imperatrix Ioannem Patriarcham Iconoclastam flagris sæuissimis cædi iubet.*

Theodora Imperatrix Theophili Imperatoris defuncti vidua, Ioannem, vel, vt alii, Iamnem Patriarchā eo nomine indignum, Iconoclastam, Pontificia sede, quam per sexennium nefarie tenuerat, detraxit, in eiusque locum introduxit sacrum & diuinum Methodium. Quo populum Orthodoxum gubernante, de Iconoclastarum secta inquisitio facta est, & sacræ effigies palam & restitutæ & adoratæ. Ioannes vero ita electus, & in monasterium quoddam

Zonar. tom. 8. Annal.

Methodius fit Patriarcha.

Ioannis Iconomachi ob violatas imagines pœna.

quoddam relegatus, cum ille Christi imaginem, & eius, quæ illum sine semine peperit, reperiisset, oculos sacrarum imaginum effodit. Quo Imperatrix cognito sancto zelo incitata impio homini oculos erui iussit, sed mandatum eius non est peractum, iusta illius ira à nonnullis mitigata: nihilominus tamen eum flagris cædi iussit, plagis ducentis illatis.

VIII. *De iniqui aleatoris pueri Iesu imaginem percutientis vindicta diuina.*

Rutil. Benzon. Episc. Laur. l. 1. discursu 1. quæst. 2.

Vir quidam, qui suo ipse nomini pepercit, cum aleis luderet, & summam pecuniæ magnam perderet, accensus ira, ac diabolico furore correptus in Lauretanam Virginem, eiusque filium, cuius tunc imaginem habebat, desæuit; cumque puero Iesu supremum labium euaginato ac stricto ense confregisset, non multo post eius vxor filium peperit. Ne vero miser homo Deum sui facinoris ignariorem cogitaret, vindex Deipara, quæ imaginem filii sui supremo labio confractam sciebat, effecit vt natus puer inciso etiam labio in patris peccati vindictam in omnium oculis appareret. Obstupuit pater, eumque non modo viso miraculo pœnituit, sed Lauretanæ Virginis ædem petens, deposito miraculo filii sui in tabella peregrinus abscessit.

Imaginem percutiens aleator diuinitus punitur.

IX. *De sacris Christi eiusque sanctorum imaginibus ab hæreticis impiissime in Anglia tractatis.*

Laur. Surius in chron. ad annum D. 1559.

Anno Domini 1559. mense Martio, quiddam prodigiosum, quod ad hanc rem pertinet, accidit in ea regione Angliæ, quam veteres Cambriam, hodie Walliam vocant. Annosa quædam arbor tempestatis deiicitur, trunco ad septem pedes e terra extante. Is vero cum media sui parte eo ventorum turbine dissectus esset, in eius parte interiori Crucis admiranda effigies humanæ pede longior, colore nucis auellanæ apparuit. Ager, in quo ea arbor fracta est, hominis fuit non vulgaris, sed torquatitequitis: Et quod maiori quoque admiratione dignū est ea arboris pars, quam ventorum impetus à trunco auulsam humi strauerat, eandem omnino Crucis figuram referebat. Et vt ad plurimorum notitiam rei stupendæ miraculum perferretur, aliquot annis in arboris trunco Crux illa perdurauit, non sine stupore eam aspectantibus hominibus, qui frequenter eo confluebant rei nouitate permoti. Porro qui commode eo accedere nequibant precibus ab aliis contenderunt, vt Crucis effigies ad viuum pictoris manu & arte expressa, ipsis visenda deferretur. Quod etiam factum est, idque adeo, vt in exteras quoque regiones multa eius exempla peruenerint. Successerat iam in regno Angliæ Mariæ Reginæ piissimæ Elizabetha quæ religionem mutauit, permisitque Caluinistas & Zuinglianos illic nidificare, immo & primas obtinere. Ea vero hominū fæx vbique demolitur statuas & imagines, & nec ipsius Christi figuram & effigiem pati potest. Voluit aūt præpotens Deus illos Antichristi satellites hoc stupendo Crucis in arbore existētis prodigio admonere, vt ab impietate sua mature animum reuocarēt, desinerentq; persequi Crucem illius, quæ idcirco variis modis figuratur & exprimitur, vt apud homines perpes sit memoria ineffabilis illius charitatis, quæ filium Dei compulit ob nostra expianda peccata ad tam immane & ignominiosum vsque supplicium se deicere & offerre. Ipsa quidem Regina Elizabetha, licet admodum molestē id ferentib. noui Euangelii in Anglia buccinatoribus, fertur in basilica aulæ suæ Christi Crucem erectam retinere, nec æquis aurib. ferre cōcionatores in eam impie debacchantes. Et quid tādem aliud est ita passim deiicere & profligare sacras illas Christi crucifixi imagines, nisi ab hominū memoria penitus tollere omnē memoriam ineffabilis erga nos amoris & beneuolentiæ illius, qua redempti sumus: Sæuitū porro est immaniter in Anglia in statuas & imagines: & è templis ita exturbatæ sunt, ac si nisi ab ethnicorum simulacris distarēt. Nec tamen satis fuit impiis hominib. eas è templis exegisse, sed in campum raptatas pro scopo collocarunt, ad quem sagittas & iacula contorquerent. Sed neque hic impietas se sistere potuit: Nam in vrbibus celebrioribus non diuorum modo, sed Christi ipsius etiam imagines in ignem coniecisse ludus fuit.

Effigies Crucis ab Elizabetha retinetur.

Iconoclastarum impietas.

TIT. LXVIII. De sacrarum imaginum beatæ Virginis prophanatoribus, eorumque pœnis.

EXEMP. I. *De Cyprio, qui Deiparæ Virginis imaginem violans meritas suæ impietatis pœnas luit.*

Constantinus Cyprius Epi. in Concil. Nicen. Actio. 4. & Petr. Cantis. l. 5. de Deipara Virgine c. 12. Alan. Copus li. 4. dialog. c. 15.

FVit vir Cyprius in vrbe Constantia armentarius, qui orandi causa in Virginis Deiparæ sacellum concessit, atque cum inter orandum susbiceret imaginem Virginis ex coloribus in pariete expressam indagabundus dixit: Quorsum hæc? statimque stimulo, quo boues agebat, sublato, eidem imagini Virginis dextrum oculum effodit. Egressus vero dum forte pecus ad maturandum iter pungit, ecce stimulus confringitur, & ea pars, cui ferrum erat affixum in dextrum hominis oculum recta inuolat, miserum oculo priuat. Narrat hoc Constantinus sanctissimus Cypri Episcopus cōcilio confessu Patrum, verbisque disertis adiungit: Hunc ego Cōstantinus virum vidi, vnoculum etiamnum ex hac causa esse cognosco.

Violatorum imaginis B. Mariæ meritas impietatis suæ pœnas luit.

II. *Diuinitus prohibetur, qui conabatur deiicere coronam*

Iacob Maior lib. 13. Annal. Eland. ad an. 1346.

Anno Domini supra millesimum trecentesimo quadragesimo sexto, Teruanam captam Angli diripiunt, direptamque incendunt. Templum quoque dispoliari cœptum: sed cum Anglus quidam iactu sagittæ coronam Deiparæ imaginis quæ sublimi quodam stetit pegmate, id est sustentaculo seu pe-

Hæretici Crucis Christi hostes.

daneo, conatur deiicere: fractus arcus circumstantes grauiter fragmentis suis vulnerauit. Tum parcitum templo, creditumque diuinitus direptionem prohiberi, Religiose supplicatum, ac dona ab Anglis aræ Virginis collocata.

III. *Iudæi audax facinus à Deo & hominibus vltum*

Anno Domini trecentesimo vigesimo quinto supra millesimum, Iudæus quidam in Hannonia baptismum suscipiens, à Willelmo Comite Hollandiæ, Hannoniæque de sacro fonte leuatus est. Qui transiens, & conuersans inter Christianos deuotum se fingebat malicia Iudaica repletus. Nam vice quadam transiens in ecclesia cuiusdam monasterii *solus imaginem beatæ Mariæ semper Virginis pulcherrime depictam indignus conspexit. Qui veteri mox odio, innatoque furore repletus, pugionem extraxit, prorumpensque in verba blasphemiæ contra sacram Dei genitricem, nitidam imaginis faciem configens turpiter vulnerauit: & ecce, confestim sanguis ab imagine vulnerata copiosus erumpens circumfluere cœpit. Quod cernens infelix de ecclesia latenter aufugit. Sanguis à fidelibus reseruatus multis ægritudinibus medela fuit. Verum posteaquam tanti sceleris auctor aliquamdiu latuisset, nec sciri à quoquam potuisset, beatissima Dei genitrix, semperque intacta Virgo Maria cuidã fabro ferrario in somnis apparens, qua vulneribus confossa, auctorem ei sceleris ostendit & eum ad duellum pro veritatis declaratione contra perfidum animauit. Vocat ad Iudicem faber, sceleris accusat Iudæum, vbi cum testimonio probationis obiecti criminis sufficientia non adesset, duelli conditio à Christiano petitur, & conceditur. Inito certamine duelli, à sanctissima Dei genitrice adiutus vicit perfidum fidelis, impium iustus, Iudæum Christianus. Superatum se cernens blasphemus veritatem aperuit; sceleris sui immanitatem, & quod ex animo nunquam fuerit Christianus, publice confessus est. Quibus auditis præfectus Comitis laqueo illum suspendi fecit

Alberti Carmelita Ioan. Mariæ Polit. Sur. 7. Aug. c. 24. to. 4.

Sanguis ab imagine B. Virginis Cãbron. erumpit.

Io. Trithem. in Chron. monast. Hirsaug. an. Do. 1365.

Cambrotensis.

B. Virgo fabro apparet

Duello vincitur Iudæus.

IV. *De quodam Constantino imaginem Deiparæ Virginis violante ac diuinam in eum vltione.*

Eutropius lib. 21 rerum Romanarum, an. 327.

Constantinus quidam strator Artabasdi videns imaginem Dei genitricis stantem, apprehensum lapidem aduersam proiecit, & contriuit: & cum cecidisset, calcauit. Et vidit in somnis stantem sibi Dominam nostram, dicentem: Nosti, quam fortem causam in me operatus fueris: verum contra caput tuum feci. Postero die Saraceni aduersus murum congressionem facerent, & ageretur bellum, currens ad murum, vt fortis miles interficeretur à lapide transmisso ex Mangone, & contritum est caput eius & facies, ac sic ipse dignum impietatis suæ retributionem percepit.

Constantinus violans imaginem B. Virginis punitus fuit.

V. *Taxillarum lusor imaginem beatæ Virginis & S. Alberti ludens fulmine percutitur*

Ex vita S.

In castro Drepanensi quidam taxillarum lusu omnem rem suam perdidit, tanto animi sui dolore, vt pariter à fide ad desperationem deficeret: & ecce venit ad locum, vbi erant imagines beatæ Virginis, & sancti Alberti: Eas intuens dicit ad imaginem sancti Alberti: Toties inuocauit te, & non me audisti in necessitatibus meis. Quid igitur causæ est, vt te sanctum prædicem, cum nulla ratione me potueris iuuare? Absit, vt posthac te pro sancto habeam. Tu quoque Maria, quæ Mater gratiæ diceris, pias aures tuas occlusisti ad preces meas. Inde arrepto gladio vtramque imaginem secat, & confestim ex ambabus distillat sanguis multus in terram. Vidit id quidam puer, sublataque voce clamat in sacrilegũ. Ille audito clamore exit è templo: sed repente horrendo existente tonitru, fulminis ictu totus in puluerem ad fores ecclesiæ redigitur.

Lusor taxillarum in imagines B. Virg. & S. Alberti in furgit. Iconomachus fulmine per cussus in cineres redigitur.

VI. *De Iudæo grauem iniuriam B. Virginis imagini inferente à dæmonibus arrepto & asportato.*

Pet. Comest. tract. de laudib. Virgin. cap. 137.

In vrbe Constantinopolitana Iudæus quidã imaginem sanctæ Mariæ Virginis in tabula breui figuratam, & parieti cuiusdam domus affixam conspiciens, interrogauit, cuius esset figura; audiensque, quod esset beatæ Mariæ Virginis, iratus valde tulit ipsam de pariete, & ad vicinum currens domum, vbi humana stercora egeri solent, ibi eam proiecit; statimque digna & ignominiosa morte consumptus, postea nusquam cõparuit: dæmonibus scilicet mancipatus, vt creditur, maligni horum spiritus, hominum substractus est adspectibus. Quidam autem Christianorum imaginem sanctam requirens inter sordes absconditam reperit, subleuansque, & diligenter eam conspiciens, ac leuans, secum honorifice in domo collocatam habuit, & ad honorem Dei genitricis ex eadem tabella, in qua sancta imago depicta erat, oleum ebulliens distillare cœpit. Vsque hodie vero miraculum perseuerat.

Vltio diuina in Iudæũ qui diuæ Virg. imaginem in secessum proiecerat.

VII. *De Iconoclasta Michaele Imp. insigni pœna multato.*

Ioan. Zonaras to. 3. Annal. Constan.

Michael Rangabus à Patriarcha Nicephoro Imperatorio diademate ornatus, cum multi insaniam contra venerabiles imagines renouare studerent, quosdam comprehensis, & mediocriter multatis, cæteros à simili conatu deterruit, & monacho cuidam, qui ostentandæ forsitan religionis ergo, Deiparæ imaginem eraserat, linguam præcidit.

Deiparæ imaginem eradenti monacho lingua præciditur.

VIII. *De quodam, qui Augustæ Vindelicorum diuæ Virginis imaginem violans furiosus actus interiit.*

Bredem. lit. 3. collat. sacr. c. 20. an. 1536.

Anno Domini millesimo supra quingentesimum trigesimum sextum, Senatus Augustæ Vindelicorum instigantib. nouæ doctrinæ præconibus, vniuerso vrbis clero mandauit, vt ante solis occasum vrbe excederent. Eadem igitur die circa horam vndecimam reuerendus & nobilis vir Dominus Philippus N. Decanus ecclesiæ Cathedralis templum, idem, cui præerat, ingreditur, visurus, quid rerum in eo molirentur. Cumque altaria omnia illæsa videret,

Augusta Vindelicorum Ausburg. in Germania.

ret, statuas quoque illæsas & inuiolatas in vnum locum congestas, tandem videt quendam diuæ Virginis Matris statuam, pallio cæruleo coopertam, ac iuxta chorum ad parietem erectam inuadere & confringere conantem. Quem cum increpasset illeque alio se proriperet, mox furiis Parthenomachus ille, & œstro corripitur, interrogatusque, quid sibi accidisset, hoc solum respondit: Mulier cæruleo pallio vestita, me insecuta, manu me pupugit, ac tandem, durante insana mentis impotentia & furore, extinctus est.

D. Virginis statuam frãgens quidã furiis agitatus moritur.

IX. *Ex imagine B. Virginis Burburgi pugione militis confossa sanguis copio ius exundat.*

Ex Archiuis ipsius Eccle siæ Burburgensis in Flandria, & ex traditione an. Do. 1383. 26. Sept.

His accedit aliud miraculum mirabilius, multoque magis stupendum, quod accidit Burburgi 26. Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, quo tempore Carolus Francorum Rex eam vrbem ab Anglis captam recepit, ac Principi suo restituit, pugna prius in agro Rosebecano acerrime commissa. Est ibi in maiore ecclesia imago quædam ex ligno fabrefacta ad honorem & venerationem B. Mariæ Virginis in puerperio decumbentis, ipso aspectu venerabilis, & nescio quid gratiæ præ se ferens. Ad [illegible] ex Regis militibus vnus Brito natione, spe præ[illegible] accedit, ratus auream esse imaginem, quam bracteis quibusdam incrustatam videbat pugionem ex[illegible]it, & illam magno impetu veluti carneam transuerberauit. Mirabile visu. Illa accepto vulnere, roseo cruore perfusa est totaque commaduit, nec aliter sanguinis [illegible] ligno dimanare visæ sunt, quam ex corpore humano affecto. Dum hoc crudele facinus in templo peragitur, muliercula quædam pia ac Deo deuota, Mariæque cultui multum addicta, quæ exemplo Annæ filiæ Phanuel, nocte sæpe & [illegible] templo versabatur, forte superuenit ad sacellum B. [illegible] viæ, vt pro more orationem faceret; vbi imaginem [illegible] ginis puerperæ sanguine perfusam conspicicns obstupuit. Accessit propius, & peplum seu linteum capitis sui attrahens, eo vulnus extersit: nec illud ita extergere potuit, quin cruoris vestigia vsque in hodiernũ diem vulneri adhærere videantur. Mulierecula vero linteum lauatura domum abiit: at quantumcunq; lauit, cruorem è linteo eluere non potuit, citius ac facilius Æthiopem, quam linteum, dealbasset. Illud etiamnum in thesauro ecclesiæ inter sacras reliquias conseruatur & honoratur. Impius vero parricida, vt primum statuæ vulnus pugione incussit, in humum furibundus deorsum cecidit, & crepuit; hoc est, factis suis dignam mercedem accepit. Cadauer eius mox templo extractum est, & in medio foro, vbi à canibus discerperetur, positum est. At illi præter naturæ suæ instinctum, intactum reliquerunt, tanquã indignum, quod dilaceraretur ipsorum vngulis aut dentibus. Prædictum cadauer manum qua tantum facinus perpetratum fuerat, semper porrectam habebat, & quomodocunque illa vesperi, vel simo, vel stercore, vel terra tegeretur, mane discooperta videbatur. Non poterat frangi, neque à canibus vorari, & hoc in testimonium perpetrati sceleris. Vbi duos tresue dies omnium oculis expositum in foro iacuisset, tandem ad equinam caudam alligatum extra vrbis mœnia extractum est, & in veterem cisternam proiectum, quæ adiacuit horto, qui tunc pertinebat ad Sodalitatem siue ad Confratres S. Georgii: nunc vero ad Matthæum Bers ceroferiarum, ciuem Burburgensem. Ferunt illud aquis obrutum, sed manum, qua scelus perpetrauerat, semper exeruisse, & omnibus spectandam præbuisse, & tempore hyberno in glaciem minime coaluisse, sed vaporis cuiusdam fumum continuo exhalasse. Tandem cisterna ita sensim fuit ruderibus oppleta, vt nulla eius cernantur modo vestigia.

Imago B. Mariæ Burburg. à Britone cæsa cruorem effundit.

Luc. 2. 36.

Brito percutiens statuam B. Mariæ in furias agitur.

X. *De Iconomacho, qui fluxum lactis & sanguinis ex imagine B. Mariæ profluentis sistere non valens seipsum submergit.*

Idem ibid. cap. 21.

In monasterio montis sancti Ruperti, vbi requiescit corpus sanctæ Hildegardis, prope ciuitatem Bingam, infra Moguntiam, contigit anno Domini millesimo trecentesimo secundo, quendam militem animo sacrilego in templum irruere: cumque apud altare quoddam imaginem Virginis Deiparæ depictam videret, quæ in pectore quinque gemmis crystallinis decorata erat, prorepsit ad imaginem, & gemmas quatuor scalpendo luxauit, & extraxit. Cum vero ad quintam simili modo luxandam progrederetur, ecce intemeratæ Virginis sanctissimus animus, non sustinens hostilem in [illegible] more contrectationem, exanduit, stupendoque prodigio, mox ex quintæ gemmæ [illegible]ula, quæ sacratissimis vberibus inerat, lac, & sanguis profluxerunt. Sacrilegus miles, viso prodigio, expalluit, arreptoque puluere fluxum sistere conatus est, nec potuit, quin lacteus ille sanguineusque liquor magis magisque proflueret, moxque præ mentis inopia in profluentem Nahum procurrit, ac seipsum miser submergit, in Virginem Deiparam impius, in se ipsum crudelissimus. Lacteus ille sanguineusque liquor à sanctimonialibus illius loci collectus, vitroque exceptus in sacrarium diligenter repositus est, vbi etiamnum asseruatur, & a multis religiose visitur.

Hildegardis reliquiæ vbi.

Lac & sanguis ex imagine B. Virginis.

Iconomachus submergitur [illegible]tis impulsus factus.

XI. *Iconomachus Deiparæ Virginis imaginem deiciens à puero esu eius filii seuere punitur.*

Bredemb. Collat sac. lib 3. c. 22. an. Do. 1577.

Circa annũ Dominicæ Incarnationis supra millesimum quingentesimum octuagesimum septimum, cum passim in tota [illegible] Belgio Iconomachi imagines & imagi[illegible] dire cœpissent, contigit in celebri quodam pago Lokeren appellato, quatuor miliaribus à Gandauo dissito, quendam Deiparæ Virginis statuam inuadere ac demoliri: cumque magno labore tandem imaginem [illegible]xasset, decidens illa sui ipsius casu vindictam inflixit Iconomacho. Nam casus iste imaginis nutu diuino sic accidit, vt puellus iste Christus Dominus, quem Virgo Mater

Statuam D. Virginis demoliri studens mox grauiter vulneratur.

vnis gestabat, quantumcunque antea blandulus, nunc vltrici manu (quam arte sculptoris protensam habebat) recta in caput, ipsamque maxillam Iconomachi impingeret, eandemque velut armilla quadam acuta perforaret, sicut de Leuiathan apud Iobum legimus. Iob. 40. & Psalmo trigesimo primo: *In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Quamquam hic animo præpostero nimis approximauerit. Historia ab oculatis & fide dignis testibus in consessu honoratorum virorum nobis relata est.

Iob 40. Psal. 31.

XII. *De imagine Virginis Deiparæ, quæ nulla Iconomachorum vi aut rabie loco deturbari potuit.*

Idem ibid. c. 23. an. Do. 1566. Prob. 8.

Antuerpiæ celeberrimo totius Belgii oppido, cū Iconomachi anno Domini nostri Iesu Christi supra milliesimum quingentesimo sexagesimo sexto, ac deinceps, ecclesias passim vastarent, in Monasterio Franciscanorum eodem furore debacchati sunt, cūque altaria, imagines, & statuas vniuersas essent demoliti, progressi sunt ad imaginem beatæ Virginis Deiparæ amictā sole, & lunam sub pedibus habentem, ex laqueari ecclesiæ dependentem: hanc vero nulla vi, nec arte, quantumcunque fatigarentur, luxare: nedum deturbare potuerunt, inuicta illa & immota, inuitis omnibus istis, perdurante, & de furore hostium suorum triumphāte. Ipsi nouandem imaginem eodem in loco etiam tum pendentem paulo post cōspeximus. Non haberent homines isti in Christi & sanctorum eius venerandas imagines potestatem vel minimam, nisi data illis esset desuper. *Qui legem ponit aquis, ne transeant fines suos*, idem & eiusmodi hominum rabiem vel minimo nutu coercere potest, & sæpenumero vel miraculose coercet, vel exertam in se suosque sanctos rabiem, cum acceperit tempus, seuerissime vindicat.

TIT. LXIX. De pœnis Iconoclastarum seu violantium imagines aliorum Sanctorum.

EXEMP. I. *De infausto interitu militum inuadentium imaginem S. Io Baptistæ, necnon gazophylacium ecclesiæ Burburgensis.*

Ex Archiuis Burburgens. eccl. & ipsa vulgi traditione.

ANno Domini 1383. Carolus Francorum Rex, cum in agro Rosebecano Flandros deuicisset, & Burburgi Anglos expugnasset, contra edictum Principum aliquot sceleratissimi milites, Britones, non contenti sua sorte prophanas aedes deuastare, in templum sanctū Dei, quod diuo Ioanni Baptistæ dicatum est, irruerunt, impetumque fecerunt non sine magno suo incommodo: quidam enim ex illis, cuius nomen relatu indignum est, auaritiæ vitio oculum mentis gerens excæcatum, ad gazophylacium, quem truncum templi nostrates vocant, deuenit, & ratus ingentem thesaurum in illo contineri, bipenni, id est, halabarda, aut alio quopiam baculo militari, in partes comminuit. Impius voti factus confestim in terram concidit, & tanquam à dæmonio obsessus alienata mente terribiliter vociferabatur, caput pauimento allidebat, labra mordebat, dentibus stridebat, calcitrabat, spumabat, dixisses canem vel rabiosum fuisse, vel hominem dæmoniacum: exitum templi quærebat, nec inueniebat; tandem prope baptisterium in pauimentum lapsus crepuit medius, & dispersa sunt omnia viscera eius. Mirabilis Deus in excelsis, faciens prodigia in cœlo & in terra: qui vt malos male perdit, ita bonos bene remunerat. Alii tres non paulo inhumaniores, nefarii homines ruptis templi cancellis irruunt in chorum, ac ibidem visa statua seu imagine S. Ioannis Baptistæ in summo altari posita, quæ ex auro facta videbatur, ad illam diripiendam appulsi sunt. Et quidam eorum ausu temerario, nec iudicium Dei habens præ oculis, in altare conscendit, & impurissimos pedes ponens in loco sanctificationis, statuam illam de suo tabernaculo deducit in terram. Inibi orta est contentio inter eos, cuius eorum futura esset statua; vnusquisque enim habere volebat, & quisque suam esse asserebat, cum reuera nullius propria esset. Dum autem lis in longum protenditur, & inter se inuicem tumultuantur, ecce repente emissus diuino factum est, vt statua visa sit pristinum locum occupare. Mox vnus ex illis, qui vi eam auferri voluit ceteris duobus audacior, & nequior caput, haud terrefactus tanto miraculo, immemor mirabilium operū Dei, conscenso denuo venerabilem statuam iterum voluit auferre in terram, vt eam sibi vendicaret, factus in agonia toto corpore tremuit, & tanquam glacies obriguit. Denique miserabiliter ante ipsum altare interiit & animam infelix efflauit. Gloriosus Deus in Sanctis suis, & mirabilis in maiestate & factis suis.

II. *De quodam, qui licet non de industria, sed fortuito imaginem D. Petri violasset, non id tamen impune tulit.*

Constantinus Constantiæ Cypri sanctissimus Episcopus præsens venerandæ Synodo Constantiensi narrauit, quendam apud Citium, dum clauum in parietem immitteret, frontem imaginis diui Petri in eodem pariete depicti transfodisse, statimque quasi non imagini, sed suæ fronti clauum illum impegisset, caput frontemque hominis intolerabilem dolorem cruciasse: nec prius eum depulisse, quam clauum illum exemisset. Adfuit ipsius Citii Episcopus, diuina in qui coram Synodo huius narrationis veritatem iurando persancte contestatus est.

Alanus Copius Dial. 4. contr. oppug. Imag cap. 15. ex 6. Synod. Constantiensi.

Vindicta violatorē imaginis D. Petri.

III. *De violata imagine B. Mariæ Magdalenæ miraculum.*

In ruinis, vbi fuit aliquando Conuentus sancti Francisci Carcassonæ, ex præcipuis Prouinciæ Narbonensis, erectum videtur sacellum, & Crux lapidea auro & vario colore insignis, cum imagine

Francisc. Gonzag. de vit. Seraph. Patr.

Mariæ

3. part. Prom. S. Ludou. i conuent. 8. S. Clarę.

Mariæ Magdalenæ ad pedes Crucifixi tanquam typus pœnitentiæ. Ad hanc Crucem accessit in secundis tumultibus hæreticus quidam volens illam ad terram deiicere, (quia scandalum illi erat) iniectoq; laqueo ad collum imaginis bęatæ Mariæ Magdalenæ multum laborauit, vt desideria, pro sui cacodæmonis voto perficeret, ratum habens illam imaginẽ non esse tantæ fortitudinis, vt posset vi à se intentatæ resistere. Sed Dominus Deus non permisit inultam manere hominis flagitiosi temeritatem; scilicet immisit subito spiritum vertiginis, & relicto laqueo appenso in collo dictæ imaginis aufugit. Quod vbi relatum fuit Episcopo, & Christiano populo, solenni supplicatione indicta nedum ciuitati, verum & locis vicinis ad præfatã crucem cum maxima pompa itur. Antistes scalam iubet erigi, per quam ascendit, & laqueum collo imaginis amouit, non sine fletu & eiulatu omnium, & postulatione veniæ pro tanto reatu commissio.

B. Magdalenæ imaginem euertere tẽtantis pœna.

Imago B. Magdalenę quomodo honorata.

IV. *De imagine S Theodori martyris à Saracenis vulnerata.*

Ioan. Damascen. de Imag. l. 3. Baron to. 6. ann. Dom. 309. 9.

Quatuor millibus passuum Damasco distat locus, qui Carsatas dicitur; vbi templum sancti Theodori est. In hoc templum ingressi Saraceni, dum Syriam depopularentur, omnibus illud sordibus & immunditiis ex fœmin[illegible]um & puerorum, atq; animalium rationis expers[illegible]um commixtione fœdauerũt. Quadam igitur die, [illegible]m plures illorũ considerent, & colloquerentur, vn[illegible]lorum sagittam in sancti Theodori contorsit imag[illegible]m, & dexterum ipsius humerum vulnerauit: statimq[illegible]uis effluxit, & ad extremam imaginis vsque partem [illegible] omnibus id quod factum fuerat, sagittamq; in sancti humero defixam, & sanguinem emanantem contuentibus. Quo tamen tam admirabili signo perspecto non resipuerunt: nec [illegible], qui sagittam eiaculatus fuerat, pœnituit; nec qui[illegible]am eorum commotus est: non recesserunt è templo, [illegible]s illud commaculare destiterunt. Attamen extremo sunt affecti supplicio. Cum enim viginti essent eorum familiæ, qui in templo commorabantur, intra paucos dies omnes acerbo morbo deleti sunt, cum in eo loco nemo ipsorum diebus illis interierit, exceptis iis qui in templo fuerant commorati. Hæc igitur imago sagitta percussa adhuc supereſt, sagittæ vulnus habet & vestigium sanguinis. Multi autem eorum, qui rem viderunt, & eo tempore fuerunt, quo res ha[illegible] admiranda contigit, adhuc viuunt. Et ego eius imaginem vidi, & quod vidi, monumentis mandaui.

Sanguis fluit ex imagine S. Theodori.

V. *De funesto interitu eorum, qui imaginem S. Simeonis mirifici deturbare conati sunt.*

Ioan. Damas. l. 3. de imag. ex Arcad. Archiepisc. Cypri. ca[illegible].

Contigit (inquit Ioan. Damascenus) virum quendam negociatorem ciuitatis Antiochiæ periculoso angore animi detineri, id procurante maligno dæmone diuque ita anxietate vrgeri, vt compressione anheli spiritus pæne illum suffocaret. Hic cum sanctum Simeonem adiisset, essetq; eius deprecatione consecutus sanitatem, ita vt nullum videretur eatenus passus malum, in suam domum regressus, pro gratiarum actione erexit sancto illi imaginẽ in publico & conspicuo omnibus ciuitatis loco, supra fores officinæ suæ. Eam vero cum perspexissent infidelium quidam tanto honore & gloria illustrari, vna cum luminaribus & descriptione actorum ipsam ambientium, impleti zelo homines sui similes, nempe turbulentos, & incompositæ vitæ conciuerunt ad seditiosam coitionem, sic vt numerosa multitudo conuenerit, & obstreperas voces ediderit, clamando: Tolle via, qui hoc fecit, ac deturbetur imago: Dei autem dispensatione contigit tunc virum non potuisse in sua deprehendi domo: prius enim magno tenebantur studio, vt eum male multarent, & occiderent, aliis alia vociferantibus. Istorum nequitia multa, & nimis quam magna in cõspectu Dei apparuit, inuidia insuper præter omnem modum, per quam dæmoniaco spiritu obsessi in hoc conspirarunt, arbitrati se occasionem inuenisse concitandæ seditionis, & contumeliis consectandi sanctum, quod is sæpenumero coarguisset perfidiam, & ipsorum errorem, qui gentilium superstitionem sectabantur. Tantum igitur insaniæ pondus cum ferre nõ possent, vni cuipiam militum hanc prouinciam delegarunt, vt conscensis gradibus deturbaret imaginem. Ille cum ascendisset, manusq; expandisset, vt demandatum expleret opus, ex alto in imam delapsus terram, momento est medius perruptus, & in turba nõ mediocris exortus est tumultus. Nihilominus reaccensis animis adiecerunt & alterum eo adigerent. Et ille quidem exporrectis manibus, vt imaginem detraheret, in terram pariter delapsus, perfractus est. Hoc edito exemplo terrore percussi omnes cœperunt sibi imprimere S. Crucis signaculum: cumq; perfidi illi vehementiore insania furerent, adiecerunt, vt & tertiam ad hoc opus adigerẽt. Et hic, vt manus extendit primum ad deiiciendam imaginem, consimiliter perruptus concidit in terram. Tunc timor magnus inuasit omnes, qui fideles circumsteterant, & attoniti super cæcitate ac temerario ausu perfidorum & impiorum, adorata imagine cum supplici deprecatione illinc abierunt.

Imago S. Simeoni gratitudinis ergo erecta.

Imagines non colere impii.

Imaginem deiicere conantes diuinitus inhibentur, & puniuntur.

1.

2.

3.

VI. *Apud Embricam quidem D. Antonij imaginem pedibus conculcans corporis incendio, & mortis dirus punitur.*

Bredemb. Coll sacra. lib. 3. cap. 27.

Publico multorum sermone traditisq; scriptis cõstat, atque etiamnum hodie superstites sunt viri fide dignissimi, qui nobis rem narrant, eo ipso tempore, quum Gœsii in Belgio iam tuarentur, & Guilielmus Comes Mont[illegible]ensis Aurangiæ Principis Guilielmi Sororius, Monasterium Franciscanorum prope Embricam ab eiusdẽ Comitis maioribus (vt fertur) quondam religiose fundatum demoliretur, (cuius demolitionis per menses aliquot successim durantis postremos actus ego ipsemet vidi) quendam hominem nouis dogmatibus dementatum supereuenisse, &

niſſe, & omnibus iam ſtatuis, imaginibus, & altaribus vaſtatis & exturbatis, inueniſſe adhuc reſiduam ibi ſtatuam diui Antonii. Quam iſte protinus proteruа manu corripiens in terram illiſerit, pedibusq; conculcauerit, & quibuſcunque poterat modis exagitauerit. Euenit autem, vt quæpiam aſſiſtere mulier Catholica: quę hominem compellans, ait: Quid in te peccauit D. Antonius, quod ſtatuam eius tam indigne exagitas? Ille protinus in proteruam hanc vocem prorupit: Quid tu mihi obſtrepis de ſancto Antonio? Si quam ille vim, aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora, eueſtigio iſte in ſanctum blaſphemus, igne ſacro (quem vocat diui Antonii) corripitur, toroque corpore vſtulatur & tandem ſacro igne conſtus, Deo vindicate, excarnificatus, animam turpiter exhalat.

D. Antonii imaginem conculcans igne ſacro corripitur.

VII. *De Gœſio ſtatuam eiuſdem B. Antonij Buſcoduci inuadentibus, & de diuina earum vindicta.*

Anno illo Gœſiaco ſupra milleſimum quingenteſimo ſexageſimo ſexto, cum per Belgium paſſim Iconoclaſtæ in venerandas ſanctorum imagines deſæuirent, Buſcoduci accidit, quoſdam diui Antonii imaginem in fruſta concidere, vt incendio via publica abolerent; verum quid acciderit non ſane impune tulere impij: è veſtigio enim illa peſte, quam diui Antonii iam olim appellarunt Chriſtiani (quod illi depellendæ eum apud Deum plurimum experti ſint ſæpe patrocinium) corripiuntur, totoq; vtriuſq; corpore inſtar granorum ſiperis, peſtilens ille ignis ebullit, domum ſe recipiunt infelices, quorum plaga ſocii deterriti, regum deſerunt trepidi. Tam atroci atque voraci conſumuntur miſeri totum per corpus incendio, vt poſtridie impiam efflarint animam, & funeſta reliquerint cadauera variorum colorum ſtigmatibus, cæruleis, praſinis, atris inſignita. Iſtud tam eſt tota vicinia notum, vt plurimos eius rei non ſolum audierimus concorditer hiſtoriam ad viuum depingentes, additis etiam eam ſacrilegorum, quam familiarium nominibus: ſed publici etiam videri- us Notarii fide non indigni neque obſcuri teſtimonium.

Willelm. Lindan. l. 2. de ſug idol. cap. 1. Idem Apologetici ad Germanos tom. 2. c. 11. apud Breden. b. ibid. c. 29. Tho. Boxius l. 15. de ſign. Eccleſ. c. 12. an. 1565 Gœſiorum in ſanctorū imagines inſolentia. Horenda in eos vltio.

VIII. *De tribus militibus Huguenotis, qui eiuſdem S. Antonij Auguſtis imaginem inuadentis mox diuinas ſuæ impietatis pœnas dederunt.*

Anno humanæ redemptionis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum milleſimo ſupra quingenteſimum ſeptuageſimo ſecundum, vigeſimo primo die Iulij, dum Dux Alenſonius frater Regis Franciæ eſſet in vrbe Caſtillon, & excubiæ pedeſtrium copiarum in villa, quæ dicitur Soulci, à dicta ciuitate vno plus minus miliari diſtante, agerentur, tres milites impietate feriati deprehenderunt præ foribus imaginem beati Antonii in petra erectam, ac poſt multa ſcandala, ludibria & dicteria in eam congeſta, caput quidem imaginis galea, manus vero armarunt halle-

Idem Lindan. ibid. Bredemb. l. 3. cap. 30. Coll. Iulii, Bucc. ſac. & Boz. ſup. an. 1576.

bardia, tália cum execrandis blaſphemiis euomentes: Tu, ſi quid vales, ſi qua tibi poteſtas in præſentia, nunc eam demonſtra contra nos, aut te defende. Quo dicto ſuis armis imaginem impetunt multis ictibus. Quibus non contenti, vnus eorum bis, aut ter diſploſa bombarda imaginem illam oppugnare aggreditur. Ac eius facrem inferius labrum iaculatus globulo, tormentario lacerat ſacrilegus. At non impune. Nam eodem momento il- Blaſphemi le in humis, magno eiulatu exclamans, horridumque horrenda eiulans: *Totus, inquit, ardeo, totus comburor, ſta- in S. Anto- tim q; prolabitur mortuus in terram. In cuius facie, nii imagi- eodem loco vbi imaginē globo violarat, vice red- nem. dita ignis ſceleratæ vindex, qui totum deinde os replebat, velut via facta, erumpens, perluxit, eam deuorans, etiam cum iam miſeram exhalaſſet animā.* Secundus autem non minus ſentiens Dei omnipo- Pœna hor- tentis manum, exclamat quoque, ignis vim ſe ferre rida in Hu- non poſſe, volensq; inteſtina tormenta per aquam gue notorū effugere, in torrentem proximum præceps inſiliit: Iconoma- nec Dei tamen præſentiam effugit: Nam ſtatim a- chum. quis ſubmerſus & ſuffocatus interiit. Porro tertius Militis ſe- cernens ſuorum miſerabilem exitum, ſui impos, ac cundi pœ- totus exanimis humi affligitur, ac deportatus in p- na horren- ximam domum, totus ferentiſſimis febribus æſtua- da. bat: adeoque violentis, vt miſerum de ſe ſpectaculum omnibus exhiberet. Cui miſeria permoti cognati, amici maximè, & commilitones Catholici, Pœna tertii ad templum velut ad aſylum confugere, Deo patri, militis miſacerdote perquiſito ſacrificium mediatoris ſoleni cantu pro imperato Antonii immolare, ac v- animis feruatim proruentes, tam milites, quā dicti loci incolæ, Deum ſumma animi deuotione Culpam apro miſeri fratris ſalute comprecari, poſtque ſacrifi- gnoſcit tercium & multas preces afflictum inuiſere, præmiſſis- tius miles que multis aliis orationibus; aquam ei benedictam & veniam ſacerdos aſpergebat, veſtigio ille miſer ſibi reddi- obtinet. tus crimen agnouit; Dei miſericordiam inclamat, ac manus tendens in cœlum, humilibus, ac magnis precibus ſuum errorem profeſſus ſe accuſans omnium deprecationes ſupplex ambit, vt pro ipſo Deum clementiſſimum interpellent. Nec defuit diuina miſericordia: Nam ſtatim priſtinæ valetudini ac men- Imaginum ti reſtituitur, eaque etiamnum hodie fruitur. Hæc ſacrarum veraciter ſub oculis pluſquam trium millium homi- vtilitas. num palam geſta docent, quam reuerentiam venerandis Sanctorum imaginibus debeamus: quam etſi homines in illis nullam ſit; tamen eorum nobis refricant ſubinde memoriam, quos repræſentant, ac ad gloriosa Dei in ſuis ſanctis opera collaudanda, eorumque pia patrocinia imploranda pleroſq; Chriſtianorum exſtimulant. Quin & contumelia illata ipſis in veros ſeruos, immo in communem Dominum redundat. Qui hic aliquando etiamſi ſilere videatur, non tamen ſilebit ſemper.

* * *

TIT.

TIT. LXX. Ob defensum venerandarum imaginum honorem, exilium, mortem & alia tormenta passi quamplurimi.

EXEMP. I. *Pro Christi imagine sanguinem paratus est fundere S. Germanus Patriarcha.*

Ex Theod. Dam. lib. de imag. Baron. tom. 9. ann. 730.

ANno Dominicæ incarnationis septingentesimo trigesimo impius Leo Isauricus, Imperator Orientis, sicutium, concionaturus ad populū conuocatus sanctas ac venerabiles celebrauit iconas in tribunali decem & nouem subditorum, aduocato quoque Germano sanctissimo Patriarcha, ratus posse illi persuadere, quod subuerteret contra sanctas iconas. Sed fortis Christi testis nullatenus acquiescens detestabili cacodoxiæ ipsius, cum verbum veritatis recte dixisset, abrenuntiauit summum Sacerdotium, tradens pallium, & post multos diuersos sermones, dicens: Ego sum Ionas, mittite me in mare. Absque vniuersali quippe Synodo innouare eadem impossibile est mihi secundum Apostolicam doctrinam, & paternam traditionem, ô Imperator. Et abiens ad locum, qui dicitur Placidiarum, in parentali domo quietis petram dedit, sacerdotio functus annis quatuordecim, mensibus quinque, & diebus septem.

S. German. Patriarcha ob defensum à se imaginum cultū throno deponitur.

II. *Ioannes Abbas pro confessionem sacrarum imaginum multa passus exilio moritur.*

Ex Menologio Græcorū. Baron. tom. 9. ann. 734. 2.

Ioannes Abbas monasterii Studiorum sub impio Imperatore Leone Isaurico, pro sacrarum imaginum defensione cum in exilium mitteretur, conuocans multos, eosque admonens: Vigilate, inquit, Patres & Fratres, ne à diabolo ad negandam sanctarum imaginū veneration. subripiamini. Ductus autem ad Imperatorem, libere voce impietatem illi exprobrans, iussus est in oculos verberari, ac ferreis catenis vinctus exul mittitur ad castellum Pendactylum nomine, ibiq; ligatis pedibus carcere inclusus, decem & octo menses detentus est. Post hæc in vrbem ipsum in conspectum Imperatoris tanquam ad triumphum duxerunt. Deniq; post multas ærumnas cum alijs pluribus relegatus in Insulam Aphrussiam, exactis illic duobus annis cum dimidio, vitione quadam admonitus, cū eis, qui illic cum ipso erant, obitum suum prædixisset, migrauit ad Dominum.

Ioan. Abbas pro imaginum defensione in exilium mittitur.

III. *Tormenta, carcerem, & exilium sustinet Theophilus monachus pro imaginum defensione.*

Ex Menologio Græcorū, Baron. tom. 9. ann. 735. 2.

Theophilus monachus, cuius natalis dies colitur secunda Octobris in Menologio Basilii Imperatoris, sanctarum imaginum cultor ac defensor acerrimus extitit atq; ob id in exilium missus est, eiusque certamen in dicto Menologio ita describitur: Sanctus Pater noster, & Christi Confessor Theophilus monachus & Deum timens, sub Leonis Isauri principatu certauit: nam conspicatus eum sanctas imagines subuertere, & omnes ad Iconomachorum perueretere factam, diuino motus zelo coram eo stetit, eumq; cum fiducia redarguit, impium vocans, & Antichristi præcursorem, & Orthodoxæ negatorem fidei. Cum igitur illum iniquitatem atq; furorem concitasset: primum quidem crudeliter vapulauit, & missus in carcerem fame cruciari iubetur. Carcere eductus rursus Sanctorum adorationem, & cultum iussus abnegare imaginum, nec acquiescēs, in exilium mittitur: vbi multas pallus tentationes & incōmoda ferens, in omnibus Deum glorificans, & eius sancto gratias agens nomini, ad Christum lætus migrauit.

Zel. Theophili monachi pro cultu imaginum. Theophil. in exilio ad Deum migrat.

IV. *De sancto Lazaro Monacho ob cultum imaginum tormentis affecto.*

Ex Ioan. Cedrenata Baron. tom. 9. ann. D. m. 832. 5.

Theophilus Imperator Tyrannus sacris imaginibus infestus cum properaret pictores omnes perdere; vel, si viuere mallent, iubebat, vt ipsas expuentes tanquam prophana quædam pedibus in terram proiecta conculcarent: præter alios comprehensus est & Lazarus monachus, qui tunc pingendi arte celebris erat, ac prius ille Theophilus Deo repugnans, obsequijs ipsum deuincire tentauit, sed vbi omni adoratione præstantiorem eum vidit, ad iustam sibi vim conuersus est, tantisq; tormentis ipsum excruciauit, vt nec superesse quidem posse existimaretur: & ita corpore male habentem concludit in carcere. Sed postquam illum conualuisse audiuit, rursumq; imagines depingere, laminas ferreas ignitas plus palmis iussit admoueri. Igitur carnes pascebatur ignis, quoad animo tandem defecisset Athleta iacuit semimortuus. Verum oportebat diuina gratia hunc reseruari, vt posteris esset incitamentum. Quare Tyrannus vt extremum iam spirare sanctum didicit, Reginæ precibus ille cum quibusdam aliis, qui sibi maxime propinqui erant, e carcere liberatur, & in templo Præcursoris, quod ita vocabatur, formidabilis, occultatus est, atq; vt sese habebat, plagis male affectus, Præcursoris expressit imaginem, quæ diu conseruata sanata grotos.

Lazari monachi pictoris egregia confessio pro defensione imaginum.

Pictor imaginum à Theophilo Imp. acerbe tractatur.

V. *Des. Innocentius martyr e morte affectus pro sacrarū imaginum contra Constant. Copronymum defensione.*

Ex Sim. Metaphr. Sur. 17. Octob. 5. 6 & seq.

Cum Constantinus Copronymus Imperator, & impiissimus Tyrannus in Christicolas, & [illegible] cultores imaginum quam rabiem exerceret, & ante ciuitatem in martyrio Mamantis (quæ dicitur) basilica, suo consuero præsedisset concilio: & magnū ex scenica alla specie fastum magnam autem ex assentante illo satellitio gloriam sibi inuasisset: & nec eos quidem, qui adorent, solum intueri sustineret: orthodoxos vero torue & ferociter adspiceret, & nihilo minus, quam fera agrestis, in eos ferretur: & alios bonum nexuis crudelissime cæderet: alios autē igni & alijs supplicijs traderet: multorum vero ipsos oculos & linguam eruueret, vt illis quidem aliorum athletarum non adspicerent animi magnitudinem, nec hinc tolerantiæ magnum acciperent solatium: hæc autem adeo non possent alios ad

certamen incitare, neque eis veluti manum præbere per consilium & suasionem: aliis autem simul manus & pedes auferret, propter vehementiam iræ & acerbitatem: sanctus Andreas martyr animo sauciatus, & pro Domino spirans virtutem & animi magnitudinem, cum è medio corde sibi esset precatus, & subinde dicitasset: Domine serua, Domine dirige, se ipsum in media conicit pericula, & eorũ, qui circumstabant, diuisa multitudine, latens eos, qui abigebant, cum veniſſet in conspectum Imperatoris: Cur, inquit, ô Imperator, si Christianus es, hæc mala machinaris aduersus Christi imaginem, eiusq; seruorum? Ille autem non ferens hanc loquendi libertatem, sed apertam contumeliam rem esse existimans, loquentem sanctum statim interrumpit, & iis, qui adstabant, iubet eum comprehendere. Ii autem cædem spirantibus manibus in eum irruentes, & alii quidem eius caput, alii autem manus apprehendentes, alii vero superhumerale, & alii tunicam, per summam contumeliam, vt ei, qui iusserat, magis gratificarentur, cum humi deiiciunt, qui erat animo excelso. Tandem post innumera tormentorũ atrocissimorum genera ab illo constanter tolerata cum videret Tyrannus se illius fidei thesaurum subtrahi non posse, iamq; esset animi dubius & perplexus, eo descendit, vt se fateretur superatum, nempe vt eum morte deinceps damnaret: & iubet funibus alligatis beatis illis pedibus, in solo trahatur per totam viam [illegible]: deinde vt cum ductus fuisset ad locum maledictum, ibi iaceretur, qui Eden, qui supernis tabernaculis, qui erat dignus ipse cœlis. Cum autem martyr curreret hunc cursum decertationis & in terra per plenum vrbis forum traheretur, vir quidam, qui è mari fuerat piscatus piscículos, & eos in foro proponebat venales, sedebat autem super cathedram pestilentiæ, cum vidisset eum tam turpiter trahi, & quænam esset causa accepisset, exiliit statim, tanquam à malo aliquo motus dæmone, & cum è propinquo cultrum macelli arripuisset, eo & pedem sacri martyris amputat, & fistit martyri cursum decertationis, eiq; finem imposuit certaminis. Nam simul cum pedis amputatione è vita quoque excedit vir generosus, vel potius ad eum currit, & ad eum ascendit, qui posuit eius viam nulli reprehensioni finem, & perfecit pedes eius tanquam cerui, & collocauit super excelsa.

*Pet. Canis. in primum precept. de imag. cap. 9. Baron. tom. 3. ann. Dom. 324. * aliis 370.*

Imagines Saluatoris & Apostolorũ argenteæ in templo positæ.

Imagines argenteæ 4. Angelorum.

Ioan. Baptistæ imago argentea.

Ioan. 1.

Crux aurea.

gium argenteum habens in fronte Saluatorẽ sedentem in sella quinq; pedum, pensantem libras * centũ viginti: & duodecim Apostolos, habentes singuli quinos pedes, pensantes libras nonaginta, cum coronis ex argento purissimo. Item à tergo respicientem in absyde Saluatorem sedentem in throno in pedibus quinque ex argento purissimo, pensantem libras centum quadraginta: & angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui pensant singuli libras centum quinq; cum gemmis Alabandenis. *Et infra:* Annexum ex stipa Ammienti in labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam, pensantem libras triginta: ad dexteram agni Saluatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque, pensantem libras centum septuaginta: in læua agni beatum Ioannem Baptistam ex argento, in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, pensantem libras cẽtum. *Ibidem:* Super corp⁹ beati Petri, super os quod conclusit illud, fecit crucem auream purissimã pensantem libras centum quinquaginta: sed & crucem auream super locũ beati Pauli Apostoli posuit pensantem libras centum quinquaginta.

II. *De templis Hierosolymis à Constantino Imp. erectis, ab eodem imaginibus ornatis.*

Cyrillus Hierosolymitanus scribit Hierosolymis fuisse templum Martyrij, hoc est, testimonium, nempe Christi resurrectionis monumentum & testem. Dictum idem deperitur ab aliis basilica Constantiniana, quam inter complura ornamenta fuisse etiam sacris picturis decotatam, & inter alias Deiparæ imagine, Acta Mariæ Ægyptiacæ fidem faciunt, recitata in Concilio Nicæno, & Ioannes Damascenus. Eusebius autem tria ab eodem Constantino tradit ibidẽ templa erecta esse, cum ait: In media vrbe, quæ & ad Hebræos primas obtinet, non modo Ecclesiam amplissimam, quæ ad memoriam Christi passionis ædificata fuit, verum etiam templum sanctum salutari signo Crucis dedicatum magnificis sumptuosisq; insignibus exornauit: quin etiam monumentum Saluatoris, quod sempiternæ memoriæ commendandum est, illiusque trophæa contra mortem statuta, ornamentis, quæ dicendo exprimi non possunt cohonestauit.

Cyrill. catech. 14. Io. Damasc. de imag. l. 3. Euseb. orat. in laud. Constant. Apud Baron. tom. 3. an. Dom. 326 Nican. Conc. 2. Act. 4.

Templa à Constantino M. sumptuose exornata.

III. *De imagine aurea duodecim portis & gemmis ornata super confessionem B. Petri Apostoli à Valentiniano posita.*

Agens Adrianus Papa in Epistola ad Carolum Magnum de cultu sacrarum imaginum, cum, quæ essent in Vrbe nobiliores, recenset, hæc subdit. Sed & perrogatum eius (nempe Sixti Papæ) Valentinianus Augustus fecit imaginem auream cum duodecim portis, & Saluatore duodecim gemmis ornatam pretiosis, quam voto gratiæ super Confessionem B. Petri Apostoli posuit, & à tunc vsq; hactenus apud nos ab omnibus fidelibus veneratur.

Ex Adriano Papa in epi. ad Carol. M. Imp. Baron. tom. 6. an. Dom. 455

Templũ D. Petri aurea imagine à Valentiniano ornatũ.

IV. *De*

TIT. LXXI. De templis Catholicorum sacris imaginibus exornandis.

EXEMP. I. *De statuis argenteis Saluatoris & duodecim Apostolorum in templo à Constantino Magno collocatis.*

Ex libell. Pontificali Damasi Papæ.

DAmasus Papa è libro Pontificali in vita Syluestri hæc refert: Huius temporibus fecit Constantin. Augustus basilicas istas, quas & ornauit: Basilicam Constantinianã, vbi posuit dona ista: Fastigium argenteum habens in fronte Saluatorẽ sedentem in sella quinq; pedum, pensantem libras * centũ viginti: & duodecim Apostolos, habentes singuli quinos pedes, pensantes libras nonaginta, cum coronis ex argento purissimo. Item à tergo respicientem in absyde Saluatorem sedentem in throno in pedibus quinque ex argento purissimo, pensantem libras centum quadraginta: & angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui pensant singuli libras centum quinq; cum gemmis Alabandenis. *Et infra:* Annexum ex stipa Ammienti in labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam, pensantem libras triginta: ad dexteram agni Saluatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque, pensantem libras centum septuaginta: in læua agni beatum Ioannem Baptistam ex argento, in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, pensantem libras cẽtum. *Ibidem:* Super corp⁹ beati Petri, super os quod conclusit illud, fecit crucem auream purissimã pensantem libras centum quinquaginta: sed & crucem auream super locũ beati Pauli Apostoli posuit pensantem libras centum quinquaginta.

*Pet. Canis. in primum precept. de imag. cap. 9. Baron. tom. 3. ann. Dom. 324. * aliis 370.*

Imagines Saluatoris & Apostolorũ argenteæ in templo positæ.

Imagines argenteæ 4. Angelorum.

Ioan. Baptistæ imago argentea.

Ioan. 1.

Crux aurea.

II. *De templis Hierosolymis à Constantino Imp. erectis, ab eodem imaginibus ornatis.*

Cyrillus Hierosolymitanus scribit Hierosolymis fuisse templum Martyrij, hoc est, testimonium, nempe Christi resurrectionis monumentum & testem. Dictum idem deperitur ab aliis basilica Constantiniana, quam inter complura ornamenta fuisse etiam sacris picturis decotatam, & inter alias Deiparæ imagine, Acta Mariæ Ægyptiacæ fidem faciunt, recitata in Concilio Nicæno, & Ioannes Damascenus. Eusebius autem tria ab eodem Constantino tradit ibidẽ templa erecta esse, cum ait: In media vrbe, quæ & ad Hebræos primas obtinet, non modo Ecclesiam amplissimam, quæ ad memoriam Christi passionis ædificata fuit, verum etiam templum sanctum salutari signo Crucis dedicatum magnificis sumptuosisq; insignibus exornauit: quin etiam monumentum Saluatoris, quod sempiternæ memoriæ commendandum est, illiusque trophæa contra mortem statuta, ornamentis, quæ dicendo exprimi non possunt cohonestauit.

Cyrill. catech. 14. Io. Damasc. de imag. l. 3. Euseb. orat. in laud. Constant. Apud Baron. tom. 3. an. Dom. 326 Nican. Conc. 2. Act. 4.

Templa à Constantino M. sumptuose exornata.

III. *De imagine aurea duodecim portis & gemmis ornata super confessionem B. Petri Apostoli à Valentiniano posita.*

Agens Adrianus Papa in Epistola ad Carolum Magnum de cultu sacrarum imaginum, cum, quæ essent in Vrbe nobiliores, recenset, hæc subdit. Sed & perrogatum eius (nempe Sixti Papæ) Valentinianus Augustus fecit imaginem auream cum duodecim portis, & Saluatore duodecim gemmis ornatam pretiosis, quam voto gratiæ super Confessionem B. Petri Apostoli posuit, & à tunc vsq; hactenus apud nos ab omnibus fidelibus veneratur.

Ex Adriano Papa in epi. ad Carol. M. Imp. Baron. tom. 6. an. Dom. 455

Templũ D. Petri aurea imagine à Valentiniano ornatũ.

IV. *De*

IV. *De ecclesiis à S. Leone V. erectis, & sacris imaginibus ab eodem exornatis.*

Ex eodem Idem ibid. an. D. 461. Imaginibus exornat ecclesias, quas erexit S. Leo.

Leo Papa ecclesias fecit, quas in musiuo ex diuersis historiis, seu imaginibus pingens decorauit: magis autem in basilica sancti Pauli Apostoli, arcum ibidem maiorem faciens, & in musiuo depingens Saluatorem Iesum Christum Dominum nostrum, & secum viginti quatuor seniores nomine suo versibus decorauit, & à tunc vsque hactenus fideliter à nobis venerantur.

V. *Pictura repraesentari iubet Anastas. Imp. miraculum de vxore Olympio blasphemo diuinitus irrogatum.*

Damascen. orat. 3. de imag. apud Bar. to. 6. Ann. Eccl. an. Do. 494. Anastas. Imp. 4. pictura miraculũ Olympii repræsentari iubet. Pictura sunt repræsentanda miracula.

Cum ad aures Imperatoris Anastasii peruenisset, Olympium Arrianum graues dedisse pœnas pro sua in sanctam Trinitatem blasphemia, iussit miraculum in tabula coloribus expressum ad Necophorũ collocari Ioannes autem quidam ædis illius Stephano protomartyri sacræ diaconus & curator, vir qui, vt si quis alius, decreti illius, quo Filius eiusdem cũ Patre essentiæ declaratur, se perpetuo studiosissimum ostendit, ipse quoque rem pictura, sed non simpliciter promulgauit: nam eorum qui illic lauabantur, spectatoresque fuerant, quique in balneo ministrabant, nomina inscripsit, & vbi eorum singuli habitarent, indicauit. Quæ quidem pictura ad hoc vsque tempus rem ipsam testatur, in fronte quartæ porticus, quæ sæpe vocatum est Oratorium, affixa. Cæterum quando res adoranda rem admirandam consecuta est cum eiusdem commenti fit, nefas est eam contemnere. Itaque licet [illegible] subeat tempus, illam non grauabor commemorare. Cum illi, qui Arii partibus studebant, triumphum progredi perspicerent: precibus impulerunt eum, cui Palatii Helenianorum cura fuerat demandata, vt tanquam balnei administrationis præfectus imaginem auferret & abscõderet. Hic occasione inuenta excusatione, quod ob aquarum humiditatem esset corrupta, sustulit eam (vt aiunt) interdiu tandum, & abscondit. Verum cum Rex singula loca regia inspiceret atque inuiseret, ad hunc quoque peruenit, & imaginem inquirendam, ac parieti rursus affigendam curauit. Ar Eutychianum (ministro enim illi id erat nomen) diuina quædam sic inuasit indignatio, vt dexter oculus ei diffluereret, pessimeq; reliqua item membra conflictarentur, quoad sacrum Oratorium, vbi beatorum Pantaleonis & Marini pars reliquiarum conseruatur, accederet: quod quidem Oratorium Concordia vocatur, quoniam illuc Episcopi centũ & quinquaginta, Imperatore Theodosio Magno regnante, concordes in eam sententiam conuenerũt vt diuinæ Trinitati eandem essentiam constituerẽt & Dominum ex Virgine humanam carnem assumpsisse declararent. Verum cum illic septem circiter dies commoratus nihil acciperet adiumenti, quinetiam gemini oculi excederẽtur, media quadam nocte minister, cuius erant partes vt totam noctem insomnis duceret, secundum quietem vidit quendam Regem adstantem, manuque illum qui ægrotabat ostendentem, dicentemque: Quomodo hunc suscepisti: Iste cum illis sentit, qui in me maledicta coniiciunt. Iste miraculi abscondit imaginem, Clericus igitur somno solutus, quod in quiete viderat, enarrauit, negans fieri posse, vt is ab ea calamitate liberaretur. At Eutychianus, eadem nocte, cum doloribus subactus obdormisset, adolescentem quendam Eunuchum adstantem vidit, splendido indutum vestimento, seque sic alloquentem: Quid habes? Cum autem ille: Vi morbi consumptus intereo, nec curationem vllam inuenio, respondisset: audiuit eum dicentem: Nemo potest tibi opitulari: Rex enim vehementer iratus est tibi. Ipse vero: Quem, inquit, mouebo, aut quid faciam? At ille: Si vis, inquit, curari, ad Helenianorum balneum contende, & prope combusti Ariani imaginem quiesce. Protinus is expergefactus vnum è ministris vocauit. Admirati sunt autem, quoniam tertium iam diem vocis vsu caruerat. Se igitur, vt fuerat imperatum, abduci iussit. Verum cum ad locum peruenisset: prope imaginem collocatus exspirauit. Is enim, quem in somnis viderat, per animæ seiunctionem à corpore morbi curationem significans, vera prænuntiauit.

Eutychianus Arianus occultans imaginem dat pœnas.

Eutychianus nullam consequitur veniam.

TIT. LXXII. De cerea imagine, quam Agnum Dei vocamus, eiusque virtutibus.

EXEMP. I. *Carolus Magnus à Leone [illegible] imaginem Agni Dei cum pietate accepit.*

Ex Registro summorum Pontificum.

LEgimus in Registro summorum Pontificum, quod Leo tertius, & nonagesimus nonus à sancto Apostolo Petro, qui rexit Ecclesiam annos viginti, dedit imaginem Agni Dei Carolo Magno quem in Imperatorem coronauerat, & is illam tanquam magnum thesaurum cum insigni pietate accepit.

II. *Vrbanus quintus Agnos benedictos misit Imperatori Constantinop.*

Idem.

Vrbanus quintus, qui ducentesimus sextus à sancto Petro Pontifex Romanus fuit, Ecclesiam gubernauit ab anno supra millesimum trecentesimo sexagesimo tertio, vsque ad annum millesimum trecentesimum septuagesimum, qui plures Agnos cereos benedictos misit ad Imperatorem Constantinopolitanum. Is autem solenni processione institutus cum Clero & populo obuenit, & triumphali more in vrbem inuexit.

III. *Agni virtus daemonis artes dissipat.*

Ex Epistolari historia Societ. an. 1585. Martin. Delrio to. 1. disquis. Magic. l. 2. sect. 4. q. 3.

Drepani fuit anno redemptionis humanæ supra millesimum quingentesimum octogesimum quinto pater familias quidam, cuius in ædibus variis diebantur aliquot iam menses ex occulto voces exire. Familiaris is erat dæmon, qui variis modis conabatur hominibus illudere: iactabat saxa præ-

Cantilenis turpibus delectatur dæmon.

grandia, nullius tamen capitis detrimento: vasa quoque domestica alte saltans non frangebat: cū in his rectis fidibus caneret adolescens, dæmon, cūctis audientibus, lasciuis cantibus prosequebatur testudinis sonum, apertèque dæmonem se esse iactabat: cumque ædium dominus vna cum coniuge quoddam in oppidum ad sua negotia discederet, comitem sese dæmon adiunxit: eum autem ille madefactus aqua rediret, nequam spiritus anteuertit, sublatisque de via clamoribus, prænonere domesticos cœpit, ignem vt exstruerent, herum iam esse in ianuis, totum imbribus madefactum. Verum, cum ita se illudi dominus ædium intelligeret, minitatus est dæmoni adductum se Patrem de Societate, qui è suis eum sedibus exturbaret. Ille vero, ne id faceret, clamitare, minitarique inimicitias & odium, & quādiu Pater in iisdem versaretur, fore, vt sese conderet & occuleret. Venit tamen herus ad Patrem, & rem illi narrat ex ordine, domum etiam mutat, & vt se illis molestiis liberet, obtestatur. Pater, ne imperita multitudo elata cupiditate videndi id quod fore videbatur, accurreret: ad eum sibi proficiscendum nō censuit: tantum monuit, vt ipse, & tota eius familia, ablutis generali confessione peccatis, cælesti pane se confirmarent, cauerentque, ne qui aut ex domesticis, aut ex externis sermonem cum hoste miscerent, neue ex eo, vt antea fecerant, occulta perquirerent: iuberent potius, quæ ab eo dicerentur, & vt orta ex [illegible] patre plane contemnerent. Illi cū se facturos recepissent omnia, dedit eis Pater ex cōsecrata cera Agni cælestis simulacrum: quod filiæ cerui cubus, vt quæ maxime omnium à dæmone vexabatur, inferetent. Hic tertere dæmon cœpit clamoribus filiam, minitarique, ni ceram illam abiiceret, fore vt ei obtorto collo animam eriperet. Sed illi patris monita & consilia secuti, cum loquenti respōsa non redderent, seseque inuicem contra hostem Sacramentorum telis armarent, facile se ab eius insidiis molestiisque tutati sunt.

cap. 2. sect. 3. qu. 3. to. 3. ex litteris annuis an. 1585. in Prouin. Rheni Coll. Treuir.

quædam puerum octo circiter annos natum, suis præstigiis ac carminibus circumuentum, in eas sedes solita erat abducere, vbi per licentiam noctis ac tenebrarum nefariis lusibus indulgerent. Hic suæ quoque partes puero dabantur, vt dum illæ choreas consertis manibus inter se ducerent, is earum saltationem tympano prosequeretur: nec modo ludorum erat chorique spectator, sed sæpe etiam præstigiarum, quibus illæ humanis corporibus vitiisque Sagarum nocent. Hunc Archiepiscopus deductum in aulam maleficiū cussi odiri iussit, vt Catechismo, cuius erat plane rudis, imbueretur: cui cum Sacerdos noster effigiem cælestis Agni de ceruicibus suspendisset, noctu adfuit dæmon, grauiterque puerum increpans, quod tam facile se decipi passus esset, iussit ceram illam, ni vapularet, abiicere. Territus puer fecit imperata, Dæmonis continuoque dæmon, eo quod iam metuebat amoto, ad muros vrbis eum abripit, nigroque impositum hirco, ad impurissimas sagarum regiones momento transfert. Qui cum aliquamdiu inter veneficas latitasset, restituitur iterum in Palatium, fracta implicitaque nodis resticula, vnde cera illa pendebat.

odium in Agnum Dei.

V. Per imaginem ceream Agni benedicti expelluntur præstigiæ dæmonis.

Idem Del. disquisitionis magic. to. 1. li. 2 q. 21. an. 1599.

Vis Agni Dei contra præstigias siue incantationes.

Narrauit mihi Pater Bernardus Oliuerius, tum Visitatoris nostræ per Belgium Prouincialis, prope Samarobrinam anno Domini supra millesimū quingentesimo nonagesimo nono captam puellam strigatricem, quæ nec pedum vsfulationem sæuissimā nec flagra validissima sentiebat: donec Sacerdotis cuiusdam monitu illa Agni Dei benedicti ceream imaginem in collum iniecere: tum enim vi præstigiolæ ludibria depulsa, & illa vim doloris cœpit persentiscere.

V. Virtute cereæ imaginis benedictæ contra sagarum tormentum.

P. Mart. Del. l. 6. seq. Magi.

Sub annum Dominicæ Incarnationis supra millesimum quingentesimum octogesimum quintum, in Treuirensi ditione, vt sunt plurimæ illic sagæ,

VI. *De Agni Dei cerei virtute aduersus dæmonis præstigias.*

P. Mart. Del. tio disq. magic. to. 3. li. 6. sect. 3. qu. 3. c. 2. an. 1586.

Anno subsequente in eadem ditione fuit adolescens rusticus, sed peracrini genio intra quintum decimum annum. Hic nouercæ mel acceſſerat ad feralem locum, vbi per [illegible] fœminis mares, & ætatis teneræ maioribus [illegible]one magistro copulabantur, noctis [illegible] discrimine pudoris exstincto. Ipse tamen nondum Deo Deiparæque renuntiarat, execrandas nondum precationes fecerat, dæmone præeunte. Felis tantum cerebrum cum sumpsisset in cibum, decrescente luna, sentiebat sibi mentem imminui. Vbi Treuiren. ingressus est vrbem, quam nunquam antea viderat, eo nimirū ducente ad supplicium, qui viderat ad maleficium: vbi fanaticus deductus est in ædes Principis, vt seorsim ab aliis certa in domus parte curatus à nostris dæmonem excuteret. Sed cum ei nulla à dæmone nocte daretur quies: coniuratisque, à quibus diuerberabatur, cerea effigie sacri Agni, quam ad collum habebat, auulsa: Archiepiscopo placuit mitti in collegium Societatis: nec hic quidem fuit misero pax, nisi solenni ritu cubiculo expiato. Pretium erit quædam ex eis memorare, quæ ab ipso narrabantur: Ita enim ipsemet Antistiti: Cum exerceretur nostra comessatio, fuit vnus è tua cohorte, qui gloriatus est quadam nocte (indicabat enim eam, quæ fuisset) dormienti tibi potionem pestiferam ingessisse, reperto ad te aditu ex occasione Agni Dei, quem iturus cubitum reliqueras imprudenter in mensa. Quod si paulo capacior fuisset calix, mortem non effugisses. Certe ipse Archiepiscopus dixit, se post illa nectem ita infirma fuisse valetudine, vt per aliquot dies decumbere cogeretur. Cum hæc dicens in magna corona nobilium non faceret fidem, ad Præfectum

ctum vrbis, Quin & te, inquit, noſtræ Lamiæ bis inuaſerunt, ſed ab ea pixidula, quam fers continenter, vbi ſunt imagines binæ, & neſcio quid conſecratum (Agnum Dei intelligebat) ſunt à conatu repulſæ. De harum geſtatione rerum confeſſus eſt Præfectus.

VII. *Cereum Agni Dei imaginem ad expellendum dæmonem vim habere.*

P. Ludou. Froes, in relat hiſt. de rebus à Socie. geſt an. 159. in Collegio Ariminen.

In quodam loco dicto Iamada, cum adoleſcens Chriſtianus quindecim aut ſedecim annos natus frequentius à dæmone torqueretur: Bonzius eius patruus primum conatus eſt dæmonem ſuis gentilitiis ritibus & vanis deprecationibus ad Chami & Fotochi depellere, ſed cum irritum videret conatum, piæ cuidam Chriſtianæ ad ſe ex vicinia accerſitæ totius rei ſucceſſum percenſuit. Illa bona ſua fide freta Agnum Dei in obſeſſi collum iniicit, & manus pedeſque fune ſacris verbis benedicto illigauit.

Vis Agni Dei contra dæmones.

Tum dæmon mox exclamare: Soluite me, & mox exceſſero. Reſpondit fœmina: Prius te torquebo, & ſi non promiſeris te diſceſſurum, non te ſoluam: ſic fecit, & iuuenis liber à dæmone, corporeque integer euaſit.

VIII. *De arreptitio quodam à ſæuitia dæmonis virtute Agni cerei liberato.*

Ex litteris annuis Societatis anni 1592. in Prouinc. Mediol. miſſ. ad Lucernam Vallem.

In Patria Lucern[illegible], dum quidam Pater Societatis in reuocandam [illegible]holicæ fidei ſinceritatem totus incumberet, proc[illegible]s interdum Deus eius videtur ſtudia conatuſq; iuuiſſe. Inſerat enim ipſemet Pater, quodam in oppido ſe è ſuis [illegible]catum ad ferendam miſero opem, qui raptabatur à dæmone, vt præceps ageretur in profluentem: cumque ad fluuium tam immitis carnifex aduentaret, exaudito ſtrepitu accurr[illegible], qui miſerum illum incredibili conatu retraherent, ad eas tamen ægre ſua tueri capita ab eius laniatibus potuiſſe: eum enim tanquam in rabiem efferatum in obſ[illegible]um quemque ſubito irruiſſe, vt peteret morſibus quem arripiſſet: addebatque Pater, cum ſaluari illum Crucis ſigno muniſſet, iuſſiſſetque ſecum Dominicam, Angelicamque precationem effari, impoſito cereo Agno ceruicibus, quieuiſſe: mox cum lacrymis ſe amplexatum confirmaſſe, ſubito ſuo aduentu fugatum eſſe atrum quendam horribilemque gigantem, qui [illegible] ex hominum conſpectibus abripuiſſet, vt præcipi[illegible] ruina ceruices frangeret: tum iuſſum à ſe hominem rite expiare peccata, pauidumque pectus aduerſus hoſtium impotentiam Euchariſtiæ præſidio firmare: quod cum feciſſet, ita demum exauidiſſimis lupi faucibus euaſiſſe.

IX. *A præcipitii periculo liberatur mulier geſtans Agnum Dei veſti inſutum.*

P. Mart. [illegible] rio vbi ſ[illegible]ra ex litter[illegible]n:

Sub anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo, Auenioni mulier maligno vexata ſpiritu, cui ſuaſerat vnus è noſtris, vt conueniret ſacerdotẽ (dato interea parentibus cæleſti Agno, quem Ignaræ inſuerunt in veſtem) cum conſilium obliuiſcitur, aut differt, à quatuor quaſi felibus per feneſtram rapta eſt ſupra domeſticũ tectum: mox audiuit humana voce minantem præcipitium, niſi ceream imaginem abiceret, quam in veſte habebat. Intellexit illa quid eſſet, & agnouit ſuaſores malitiæ: ergo magno animo negauit ſe facturam, ſtatimque conuerſa eſt ad preces, & relicta eſt (vt eum inuenit maritus eius excitatus clamoribus) de tecto ſuſpenſa.

nuis, anni 1590. in Coll. Auenion.

X. *De muliere à mentis delirio per Agni Dei geſtationem liberata.*

Ex litteris annuis Soc. Ieſu an. 1523. in Miſſ. Sedun.

In Miſſione Sedunenſi, quæ in Allobrogum finibus ſita eſt, & tutiſſimum hæreticorum hac tempeſtate perfugium, quia inter hæreticos agebatur, diſtribuenda fuerunt Catholicis, quæ Catholicorum ſunt propria. Itaque cerea cæleſtis agni ſimulacra tributa tanto in honore à Catholicis habebantur, vt eorum beneficio multa diuinitus exorarint. Religioſa mulier ex his ceris particulam duntaxat quandam in ora veſtis cuiuſdam delirantis fœminæ conſuit. Ea fuit tum ſacræ illius ceræ vis, tum inceſſæ mulieris fidei, vt continuo facta ſit ſana. Aliæ, cum viros haberent immites & feros, eoſdemque hæreticos, clam in eorum thoracibus caligiſue hac eadem cera conſuta, leniſſimos ſibi & mitiſſimos reddiderunt. Quo factum eſt, vt in pietatis officiis nullo iam ſuis coniugibus impedimento ſint viri.

Delira mulier per agnum Dei liberatur. Maritorũ feritas qua arte mitigata.

XI. *De incendio debilitato per virtutem Agni Dei [illegible] diæ flammas iniecti.*

Ex litter. an. 1584. Prou. Sicil. Coll. Meſſan.

In Prouincia Siciliæ, pridie [illegible]cendas Iunii tantum eſt incendium, neſcio qua incuria, in proximis ædibus Collegii Meſſanenſis exc[illegible]tum, vt niſi clementiæ ſuæ Dominus Deus meminiſſet, longe lateque peruagaturum fuiſſe videbatur. Edito, quo ſolet, ſigno, ad reſtinguenda nata recens incendia, tota pæne ciuitas excitata eſt. Noſtri nõ cunctandum rati, vbi ſalus agitur proximorum, ſtatim aduolant, & in crebris flammarum minis, alii aquas ad exſtinguendum afferunt, alii ab incendio domeſticam ſupellectilem [illegible]rohibent, quidam mœrorem miſeris conſolando [illegible]uant, alii obuium quemque ad magandos ignes hortantur: horum ſtudium pia Rectoris charitas incitabat. Is laborantibus, vt [illegible]det[illegible]ſet, ignium contagia non horrens, in eam ſe[illegible], vbi maxime popularetur ignis, iniecit. Sed cum malit velocitas remedia anteiret humana, Pater diuina confugiens, Agnos è cera factos rite conſecrata iaculatur in ignem, ſtatimque quaſi quibuſdam imbribus debilitata primum flamma, & compreſſa mox eſt.

XII. *De alio admirabili incendio in eodem Collegio Meſſanenſi per eandem Agni virtutem mirabiliter compreſſo.*

Ex litteris annuis an. 1585. ead. Prou. & eodem Coll.

Placuit diuinæ Sapientiæ fortuito incend[illegible] partim noſtrorum in hac vrbe explorare virtutem, partim præteritam remunerari pietatem: vt qui proximo anno externum extinxiſſent incendium, do-

mesticum hoc anno ac proprium externorum ope auxilioque restinguerent. Sed vt a principio tota res repetatur: decimo Kalendas Aprilis, quarta circiter noctis hora, nescio quo casu excitatum est in æde vetere, vnde in nouam biennio ante migrauimus, peracerbum incendium. Erat eo in templo tanta lignorum strues, quanta ne in reliquo quidem Collegio vniuerso. Quare vt natus ignis erupit, collectis subito viribus adeo longe lateque vagari cœpit, vt alia præter domestica requireret auxilia. Nostri igitur incendii viribus impares, dum accersuntur externa, sentit hoc arx ciuitatis: quæ cum in editissimo sita sit loco, flammarum magnitudinis territa, quas extolli ad cælum vique prospexerat, noto ciuibus campanæ signo ad ferendam Collegio opem vniuersos excitat. Vt Collegium ardere cognitum est, is subito cõcursus hominum fuit è summis, mediis, infimis, vt testari suam in nos beneuolentiam illustriore significatione non possent. Laborabat pro se quisque oblitus quodammodo sui, vt singula in momenta crescens malum aliqua ratione comprimeret. Alii aquarum vasa plena conuehere, alii obuia quæque aduocare subsidia, alii scalas parietibus admouere. Feminas quoque sua pietas ad ferendam opem è suis domibus expulit. Quin ipse quoq; regni Præses quamuis valetudinarius & imbecillus, ad Collegium vsque contendit, popul[illegible]um inflam[illegible] ad opem. Sed in auxilio ferendo primas tulit Gener[illegible] [illegible]fectus Siculæ classis, vir omni humanitate refertus, qui cum aliis equitibus, & mancipiorum multitudine, quam ex classe deduxerat, perspicuis periculis se obiecit. Nec vero obscura suæ charitatis argumenta dederunt Dominicanæ, Augustinianæque familiæ patres, qui subito experrecti ad propulsandum periculum conuolarunt. Ac Dominicani quidem tanti casus commiseratione commoti, ne nostri eo die præparata alimenta requirerent: opiparum ipsi suis in ædibus conuiuium apparauerunt. Quod etsi nostri plus rei domesticæ damno, quam cibi cura solliciti recusarunt: intellexerunt tamen, id quod sæpe iam erant experti, quanta sit eorum Patrum in Societatem charitas & humanitas. Tenuit incendium septẽ circiter horas, tãta ignium vis fuit, vt conflagrare videretur vrbs tota: atque ea quidem conflagrasset, nisi iactis Agnis è cera consecrata, vis venti, quæ initio vehementior exiterat, subito conquieuisset. Ac nobis quidem nisi in tempore Dei bonitas occurrisset, actum esset multo deterius quibus ignis præter ædem veterem, vbi instrumentum omne Sodalitatis absumsit, totum cœnaculum inflammauit. Illustre diuinæ prouidentiæ documentum existimarunt est, multos, cum in medias flammas & aperta pericula cecidissent, intactos tamen [illegible]igue atque incolumes euasisse.

XIII. *Incendio extinguendo Agnum Dei præsentissimum fuisse remedium.*

Ex litteris In Prouincia Mediolanensi in vicinis ædibus Collegii Taurinensis erat multum straminis, cui cum intempesta nocte tenuis principio ignis hæsisset, nactus opportunitatem pabuli, quo se aleret, crescere in momenta cœpit, & longe lateque diffundi. Præsentissimo remedio fuit sacer Agnus è cera, quẽ cum coniici Sacerdos noster iussisset in ignem, continuo constitit ignis ipse: vt eius videretur effigiem pertimuisse, cuius nutui atque impetio mare quondam ventique paruerant. Auxit rei miraculum effigies ipsa cælestis Agni in mediis conspecta flammis, quæ diu suspensa & immobilis permanebat, vt & nostrarũ religionum testis esset, & eorum ora, qui hæc deriderent, tacito pudore perfunderet.

Annuus an. 1585. rou. Mediol. Collegii Taurinensis.

Agni Dei vis contra incendium.

XIV. *Vim ignis auertit opposita imaginis ex cera benedictæ præsentia.*

Sicut ingens misericordia Dei elucet in vocandis ad Ecclesiam sanctam infidelibus, sic non minor benignitas diuinæ protectionis se prodit in auertendis fidelium periculis & ærumnis. Cum igitur ignis alicubi corripuisset domum, vicinus Christianus, veritus ne flamma in ædes quoque suas & ecclesiam insiliret, profugium habuit ad Agnum Dei è collo suo suspensum. Illum enim arundini bene longæ impositum magna fiducia & [illegible]to & flammæ serpenti oppositi, ac mox à dom[illegible] & ecclesia incendium auertit.

P. Petr. Gomez. Vice Prou. Indiæ in rela. rer. in cap. est. an. 1590.

Incẽdium auertit Agnus Dei à vicina domo.

XV. *De virtute cereæ imaginis benedictæ contra ictum bombardarum.*

Anno Dominicæ incarnationis supra millesimum quingentesimo octuagesimo octauo, cum Princeps Auraicus numeroso exercitu in Brabantiam irrumpere tentaret: in agro Iuliacensi prope Traiectum ad Mosam quendam Hispanum captiuum habuit, quem capitis damnatum milites arbori alligatum sclopetis, vel bombardis occidere conabantur. Verũ frustra sua in illum emiserunt tormenta ænea: tantũ enim abfuit, vt illum sic arbori alligatum bombardis transuerberare, vt nec creberrimis emissionibus lædere potuerint. Quo viso obstupefacti cœperunt eum suis spoliare vestibus, arbitrantes hominem occultis quibusdam armaturis munitum, quas vis tormentorum penetrare non potuerit: verum nihil præsidii ab ipsis inuentum fuit, præter dependens ex collo amuletum Agni, quo eidem sublato, primo ictu bombardæ extinctus occubuit.

Pet. Math. in 7. secre. ex Io. Molano. P. Pet. Tyreus part 3. disp. de dæmoniac. c. 45. nu. 17. an. 1588.

Imaginis cereæ benedictæ vis contra tormentum bellicum.

XVI. *Agni consecrati virtutem rustici duo irridentes, eorum alter punitur ac eius vim experitur.*

In Germania superiore mulier visitato ac frequente illarum regionum morbo tenebatur, horrendis pectoris formis ille se obicientibus: idque tam assidue, vt omnem ei nocturnam quietem interturbarent: quæ pestis ad corporis etiam perniciem peruadebat. Si quidem lassatis in somno membris, vires sensim tabescebant. Hæc rem nostro detegit Catechistæ. Feruidus Pater, quæ in prõptu habebat statim expedit arma: sacram agni consecrati ceram illi præ-

Ex Annal. Societ. an. 1590. ab Coll. Ratisbon. pag. 181.

præbet: magnum animum habere iubet, magnam in diuina prouidentia, & religiosa illa consecratione fiduciam: omnino futurum, vt fallaces illæ laruæ euanescant: Fratris promissa mulieris fides, fidem res secuta est, illa infestatione mulier erepta. Vulgata eius rei fama, tanta omnium animos de sacri agni virtute subiit religio, vt sequentib' catechismi scholis certatim accurrerent viri fœminæque, adulti, grandesque, ac sese puerorum ac puellarum cœtibus insererent, fronti, ori, pectori cruces imprimerent, & puerorum more clara voce Christianæ disciplinæ rudimenta pronuntiarent, vt & ipsi ex certamine victores præmium consequerentur agnum consecratum. Quod sequitur ex turbido initio feliciorem euentum est cõsequutum. Ipso sacro Pentecostes die Catechista idem suam de more in templo docebat conciunculam. Et vt fit, magna & vocis, & spiritus alacritate personabat, vt longe extra templum audiretur. Interea rustici duo veneno imbuti Caluiniano, ex vrbe Ratisbonensi domum in vicum alium redeuntes illac iter faciebant. Hi voce dicentis percepta exploraturi, quid hoc rerum sit, se inferunt in templum. Accedunt cum aliis, quæ dicuntur, audiunt silenti[o]. Forte flagrans ille Frater sermonem de virtute consecratorum agnorum explicabat. Quæ dixe[rat] euentu rei certæ confirmauit. Fœminam parturientem grauissimis diuturnisque doloribus solut[am] fœtum magna felicitate edidisse statim atque ad[ferri] est agni sacri cera. Hic illi, vt nulla est maior contumacia, quam imperitorum, & eorum maxime, qui [se] volunt haberi sapientes, in stolidissimum cachinnum effunduntur: quæ audiuerant, risum iocumque habuerunt. Sed non diuturna ea fuit subsannatio. Ita alterius diuinitus fracta est contumacia: nam domum ingressus, vxorem reperit tam grauibus puerperii doloribus oppressam, vt in ipso iam versaretur mortis discrimine. Tunc omnis illi ex animo risus discussus. Adhibentur illa, quæ tenuis vicus subministr[are] potuit adiumenta irrito conatu. Tota insequens nox summis infelicis puerperæ cruciatibus transigitur. Frustra fic remediis omnibus pertentatis, venit in mentem postero die homini rustico remedii, quod cum risu pridie exceperat: necessitate adactus statuit illud experiri. Filium curriculo mittit ad Collegium, qui periclitanti vxori ex difficultate partus remedium Fratre postularet, quod ille tali tempore prodesse pridie eius diei prædicauerat. Datur sine mora quod petitur, ægrotæ admouetur: confestim diuina sentitur virtus: sedantur cruciatus, moxque filiolum edit magna totius familiæ admiratione & lætitia. Rusticus gratias agit, & hæresim, in qua natus erat, eiurauit.

Laruæ nocturnæ agni sacri vi dissipantur.

Agni consecrati virtus ab hæreticis ridetur.

Subsannationis Agni Dei vltio.

Miraculũ.

Præceptum III. Decalogi.

Memento vt diem Sabbathi sanctifices.

TIT. LXXIII. De Sabbato siue Dominico die colendo.

Obseruatio Sabbati originem trahit ex eo, quod in Scriptura habetur: Benedixit Dominus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauit ab omni opere suo. Genes. cap. 2.

Sexto die filij Israel in deserto colligebant manna in duplici quantitate, vt die Sabbati vacarent ab omni opere. Exod. 16.

Homo deprehensus colligere ligna in Sabbato, præcepto Domini à toto populo lapidabatur. Deuter. 5. & Num. 15.

Die Sabbati offerebantur duo agni vltra illos, qui quotidie in iugi sacrificio offerebantur: diebus aliis vnus tantum, nisi in solemnitatibus & calendis, ad designandum quod in festis abundantius Deum laudare debeamus. Num. 28.

Videns Nehemias homines torcularia calcantes, & onera portantes venalia in Sabbatis, obiurgauit eos, tanquam diei Sabbati prophanatores. 3. Esdr. 13.

Nicanor cogitauit cum omni impetu die Sabbati bellum committere: sed Iudæi, qui eum per necessitatem sequebantur, dixerunt ei: Ne ita ferociter ac barbare feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis. 2. Macch. 15.

Discipuli Christi Domini spicas vellentibus, easque manducantibus, dixerunt Pharisæi: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis. At ille: Non[dum] quid fecerit Dauid, &c. Matth. 12. Luc. 6.

Vt Christus Dominus huius rei intelligentiam aperiat, non esse abstinendum prorsus opere cessandum, miracula fecit, & alia bona opera: nam Sabbato manũ aridam curauit, Matth. 12. Mulierem inclinatam sanauit, Luc. 13. Matth. 12. Num. 20. Luc. 6. n. 6. Luc. 13.

Dies Sabbati erat apta & conueniens ad audiendum verbum Dei & legem eius: nam in Actis Apostol dicitur: Voces Prophetarum, quæ per omnes Sabbatum leguntur. Num. 11. Actor. 13.

EXEMP. I. *Diem Dominicum loco Sabbati ab Apostolis ad colendum fuisse institutum.* Catech. Concil. Trid. ex Aug. sermon. 251. de temp. & ep. 118. ad Ianuar. c. 1. & ep. 119. c. 13.

CVm aliqua pars temporis esse debeat, quo diuinæ celebrantur, cultusq; Deo debitus tribuatur, rectissime Apostoli ex illis septem diebus eum, qui primus est, ad diuinum cultum consecrauerunt, quem Dominicum diem dixere; Nam & sanctus Ioannes in Apocalypsi Dominici diei meminit; & Apostolus per vnam Sabbati, quæ est dies Dominicus, vt S. Chrysostom. homil. 43. in 1. ad Corinth. interpretatur, collectas fieri iubet, vt intelligamus, iam tum in Ecclesia Dominicum diem sanctum habitum esse. Apoc. 1. 1. Cor. 16. Dies Dominicus à quo institutus.

II. *Diem Dominicum sanctione sua celebrari & sanctificari statuit Constantinus Imperator.* Lib. 3. de Feriis. & lib. 1 de Fer. C. Theo-

Anno Christi Domini trecentesimo vicesimo primo Constantinus Imp. hanc de feriando die Dominico edidit sanctionem: Sicuti indignissimum vide-

dos & Euseb. in vita Constant. l. 4. cap. 18. & 19.

videbatur, diem Solis veneratione sua celebrem, altercantibus iurgiis & noxiis partium contentionibus occupari: ita gratum ac iucundū est, eo die, quæ sunt maxime votiua, compleri. Atque ideo emancipandi atque manumittendi die festo cuncti licentiam habeant, &c. Et Eusebius testatur, tandem feriationem diei Dominici ab eodē Constantino imperatam, & quid eo die faciendum esset præscripsisse, dum sic ait: Idoneum vero prædicationi tempus salutarem diem Dominicum constituebat: quippe qui tum vere præcipuus est, tum haud dubie primus; ac paulo post: Satellites etiam fidi corporis custodes beneuolentia erga Principem & fide armati, Regem ipsum piorum morum præceptorem sequebantur: cum qui perinde salutarem & Dominicum diem venerarentur, & preces ab Imperatore descriptas eodem die persoluerent. Hoc idem vt facerent, omnibus persuasit beatus Princeps: quasi huc preces suas retulisset, vt sensim & pedetentim mortales omnes ad Dei cultū traduceret. Quapropter statuit, vt cuncti Romano imperio parentes, diebus de Saluatoris nomine nuncupatis ab omni opere feriarentur, vt etiam dies, qui Sabbatum antecederent, venerarentur, ob memoriam (vt mihi videtur) earum rerum, quæ iis diebus à communi omnium Saluatore fuerunt gesta. Cumq; hunc salutarem diem, quem Lucis vel Solis diem appellamus, vniuersum exercitum omni studio colere docuisset: iis, qui diuino instituto eidem secuti erant, otium fecit, vt libere possent ecclesiam Dei frequentare, quo fine vllo impedimento, precationes persoluerent; Sed aliis, qui nondum diuinam gustarant doctrinam, alia quadā lege mandauit: Dominicis diebus in patentes suburbiorum campos exirent: atque vt ibi eadem precationis forma, dato ab vno aliquo signo, omnes simul ad Deum verterentur: Non enim oportere aiebat, armis vti, & rerum suarum spem in armis aut corporum viribus ponere; sed vniuersitatis Deum, rerum omnium bonarum & ipsius victoriæ auctorē agnoscere, cui oportere etiam pansis in cœlum manibus, & sublatis altissime ad Deum cœlestem Regē mentis oculis, constituras preces referre, vt illum victoriæ largitorem, & conseruatorem, custodem eorum adiutoremq; precibus implorarent. Formulam vero precandi ipse militibus omnibus præscripsit: Te solum Deum agnoscimus; te Regem profitemur: te adiutorem inuocamus; per te victorias consecuti sumus; per te hostes superauimus: abs te & præsentem felicitatem consecutos fatemur, & futura nos capturos speramus: tui omnes supplices sumus. A te petimus, vt Constantinum Imperatorem nostrum vna cum piis eius liberis, quam diutissime nobis salvum & victorem conserues. Eiusmodi sanctionem à militibus Solis die fieri, talesq; ab eis vocem in diuinis precibus adhiberi. Addit Sozomenus: Dominicum diem, quem Hebræi primum Sabbati appellant, Græci Soli deputant, à iudiciorum & aliarum rerum negotiis liberum à cunctis celebrari, inque illo oratione ac supplicatione Deum coli voluit. Eum vero diem sic honorauit, quod in eo Christus à mortuis resurrexit: alterum autem, quod in illo crucifixus fuerit.

Dominicis diebus feriandum præcipitur.

Dies Dominicus ex mandato colitur.

Diem feriæ sextæ venerari præcipit Constantinus.

Feriatis diebus quid agendum.

Militibus precandi ritus à Constantino præscriptus.

Lib. 1 c. 8.

Dies Dominicus à iudicijs & negotijs liber.

III. *Resurrectionis Dominicæ dies miraculo confirmatur.*

Vigesimo die Maii in Galliis, ciuitate Ebredunēsi, sancti Marcellini eiusdem vrbis Episcopi & confessoris memoria recolitur: qui diuino iussu cum sociis Vincentio & Domnino ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum, verbo & signis admirandis, quibus vsque hodie refulget, ad fidem Christi conuertit; ita vt baptisterium, quod ipse apud præfatam vrbem condidit, in sacrosanctis Paschalis vigiliis, diuina virtute, singulis annis aquis subitis inundetur, & per septem eiusdem solennitatis dies gratia exuberante permaneat.

Ado Viennensis in martyr. 12 Cal. Maij. Aloys. Lipom. to. 4.

Latinos maxime congruo tempore celebrare Pascha contra quarta decimanos, cum miracula faueāt.

IV. *Sanctio Imperatorum de sanctificando Dominico die resurrectionis.*

Anno Christi Domini trecentesimo sexagesimo septimo, Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus Augusti, ad Lampadium Viuentium vrbis Romanæ præfectum: Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus, omnes, quos reatus astringit, carcer inclusit, clausitra absoluimus. Attamen sacrilegus, in maiestatem reus, in mortuos veneficus siue maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius diei non prius separentur. Datum Romæ 3. Non. Mai.

Ex lib. 3. de Iud. cap. Theodosius. Baron. tom. 4. ann. 367.

V. *Dominico die à laboribus cessandum, & rebus diuinis insistendum.*

Ad me perlatum est, inquit D. Greg. vobis à perversis hominibus esse prædicatum, vt Dominicorū die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxu animi atq; voluptate quis lauari apperit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis hoc nec Dominico die prohibemus. Scriptum quippe est: *Nemo vnquam carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet eam.* Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit: Nam si Dominicorum die corpus lauare peccatum est, lauari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte cōceditur, cur hoc exigente necessitate toto corpori denegatur: Dominicorum vero die à labore terreno cessandum est, atq; omnimodo orationibus insistendum. Vt si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ precibus excipietur.

Ex Bibliotheca Vaticana & codice vetustiss. m. s. Io. Diac. Rom in vita eius l. 4. c. 51. Ephes. 5.

Dominico die quid agendum.

VI. *De Dominico die violato vindicta diuina.*

Sub vrbis Turonicæ territorio apud vicum Langauiensem, mulier quædā ex incolis conspersa Dominica die farina panem formauit, quem segregatis prunis cinere feruenti contegit decoquendum

Greg. Turon. lib 1. de Glor. martyr. c. 16. Aloys. Lipo. tom. 4.

Quod

Dies Dominica sine opere manuũ transigẽda.

Quod cum feciſſet, protinus eius manꝰ dextera diuino igne ſuccenſa cœpit exuri. At illa vociferans, & plangens, baſilicã huius vici, in qua reliquiæ beati Ioannis Baptiſtæ continentur, expetiit. Et oratione fuſa vouit, in hac die diuino nomini conſecrata nullam operam exercere, niſi tantum orationi vacare. Nocte vero ſequenti facit cereum in altitudine ſtatus ſui. Tunc in oratione pernoctans, tanto tota nocte manu propria cereo, extinctis ardoribus incolumis eſt egreſſa.

Cereus accenditur ad reliq. S. Io. Baptiſtæ.

VII. *Aliud ſimile miraculum de Dominico violato à mulierepanem conficiente.*

Laur. Sur. in vita S. Huberti 3. Nou. c. 7.

Dum ſacratiſſimus Domini famulus Hubertus Epiſcopus Leodienſis, curam gregis gerens, parochiamque ſuam circuiens, ouili ſibi commiſſo inuigilaret, ne qua luporum verſutia aditum in eo inueniret, & in villam, cui Viuoch vocabulum eſt, deueniſſet, & ſecunda Dominica temporis Quadrageſimalis adeſſet, mulieris cuiuſdam pulſatus eſt neceſſitate, vt & cum quanta reuerentia dies reſurrectionis Dominicæ coli debeat, Dominus oſtenderet, & cuius ſanctitatis idem Præſul eſſet, declararet: nam cum iam dicta mulier, poſthabita Dominici reuerentia, panifico, quãquam iuſſa, deſeruiret miniſterio, manus illæ, quæ ſacram ſolennitatem inſolenter temerare tentauerant, ſubito obriguere: areſcentibuſque à ſanguinis hu[illegible]nectatione venis, ac neruis ſiccitate contractis [illegible] ſtupidæ ſunt redditæ, vt vngues eius palmis ambabus viderentur infixi. Quę tanta neceſſitate adſtricta vi[illegible] ſibi ſolummodo reſtare remedium credidit, vt virum Dei adiens, cuiuſmodi vrgeretur neceſſitate, exponeret: atque eas, quas ſibi temeritas abſtulerat, per eius orationẽ ſibi reddi manus flagitaret. Neque ſpes eam fefellit: nam exeũti viro Dei ab ecclęſia obuia mulier ad pedes proruit, & quæ eam neceſſitas vrgeret, expoſuit; ſubſidiumque, quo ab ea poſſit erui, poſtulauit. Cui vir Dei: Vade, inquit, & deinceps talẽ præſumptione abſtineto, & emendationem tuam ſanitas cõſequetur. Cuius promiſſionem Dominus non in longum diſtulit, ſed ſtatim opere compleuit: nam manus illius dudum pallido perfuſæ colore in genuinũ ſtatũ reuocatæ repente, ſiccitaſque peregrina foſpitaueceſſit, & recepta ſanitate priſtina creatori omnium benedixit, atq; Dei famulo pro ſe oranti gratias reddidit.

Panem cõficiens die Dominico mulier punitur.

S. Huberti manum cõtractam ſanat.

VIII. *Sabbato molens farinam mox iram Dei experitur.*

Chronicon Sigeberti an. Dom. 1126.

In Gemblacenſi parochia, dũ paterfamilias Dominica die mixturam ſegetum præ penuria famis moleret in vſus familiæ, ſubito iuſta Dei indignatione arſit farina cum putoris nigredine, ad exemplum poſteris, ne quis præſumat ſimile.

IX. *De pœna al us molitoris diem Dominicum profanantis.*

In vita eius apud Surium to. 4. Maij 20. c. 9.

Refert Surius in vita S. Auſtregiſili Archie. Bituricenſis, de molitore quodam nomine Monulpho, qui magna temeritate ductus voluit molam corrigere; arreptoque inſtrumento ferreo cœpit terere molam. Et ecce diuina in eum ſeueritate animaduertente, manubrium inſtrumenti adeo manui eius adhæſit, vt nullus id inde poſſet amouere: prorupit vero etiam ſanguis inter digitos eius, qui computreſcens fœtore ſuo nauſeam mouebat aſpectantibus. Acceſſit autem ad B. Auſtregeſilum, & ab eo remedium petiit, neq; id fruſtra: nam viro ſancto manum illius contrectante, & ferrum auferente, dolor omnis abſceſſit, & manus ſanata eſt.

Molitoris diem Dominicum profanantis pœna.

X. *De fuſte adhærente manibus agricolæ die Dominico colentis agrum.*

Greg. Turo. mirac. li. 2. c. 11.

Quidam auſu temerario die Dominica iungens boues agrum ſulcare cœpit, apprehenſaque ſecuri vt aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis manubrium in dextra eius inhæſit: cumque præ dolore nimio cruciaretur, poſt duos annos veniens ad Beati martyris Iuliani Baſilicam vigilias fideliter celebrauit: ſtatim in ipſa die dominica reſerata manus lignum, quod inuitus tenebat, amiſit, magnam inferens populo diſciplinam, vt quod die Dominica fuerat perpetratum, ipſa quoq; die Dominica purgaretur. At ille magnificans gloriã Martyris receſſit incolumis, nec vltra die reſurrectionis Dominicæ quidquam auſus eſt operari.

Dominicæ cõtemptor pœnas luit.

XI. *De vltione auari ſacratiſſimam diem Dominicam violantis.*

In vita S. Mauritij apud Sur. to. 5. Sept. 13. c. 17. & 18.

Vir quidam auarus, inſtigatus cupiditate, arrepta ſecuri die Dominica au[illegible]ator exiterat. Quem, ſecuris manubrio in manibus inhærente, vltio ſtatim diuina ſubſecuta eſt. Ideoque eum cogentibus doloribus, poſt menſes quinq; Mauriliũ Epiſc. Andegauenſem expetẽs ſuæ ordinem culpæ flebiliter confitebatur. Cuius cum vir beatus pœnitudinẽ vidiſſet, commotus ſpiritu dolere cœpit. Sed cum ſanctus Maurilius manubrium tetigiſſet ſecuris, illico laxatis neruis, & erectis digitis, omnique fugato dolore, manus integre reformantur, & ſoſpes cũ gaudio eſt regreſſus. Et alter quidam Belgicus nomine, primo die Paſchæ proprias ſegetes ſeruis propriis temerarie cure mundare præceperat. Mancipia autem cum rem[illegible] cœpiſſent, ac dicere, contra auctoritatem fore, tali die opera agerentur ſeruilia, Dominus eorum, vt id agerent, eos coegit inuitos. Sed cum ſegetes i[illegible]reſſi, ſolia & quæcunque inutilia ſarrire tentaſſent, mox Belgicus oculorum excitate percuſſus, cœpta deſererent, immenſis vocibus clamabat inuitus. Cum autem per tres annos in ea cæcitate permanſiſſet, dum beatum Maurilium pro commiſſi ſibi populi ſaluatione, vt Epiſcopi eſt, [illegible]as ac villas circuiſſe audiſſet, cogentibus continuis doloribus, ſedulus ac deuotus expetit, vt ei vel veſtimentum tangere Sacerdotis conceſſum, confidens per hoc ſe poſſe ſtatim ſanari. Quod cum præparantibus amicis tangere meruiſſet, mox merito Sacerdotis lumen amiſſum recipere meruit.

Miraculum.

Excæcatur Dominicũ diem violans.

Cæco lumẽ reſtituit S. Mauril.

XII. *De tribus piscatoribus Resurrectionis Dominicæ noctem violantibus horrende castigatis.*

In vita eius apud Sur. 19. Septemb.

Tres industrii piscatores apud Monasterium B. Mauritii martyris, cuius erant serui, Dominicæ Resurrectionis nocte in Rhodanum, conscensa naui, retia iactarunt. Tum vero non vti consueuerat, sed ingentem piscium multitudinem ceperunt, ita vt pluribus annis neq; tam magnos, neq; tam multos pisces illic se cepisse fatererentur. Læti ergo nauim appellunt eo loci, quo soliti erant, sed ex ea exire non possunt. Duo enim ex ipsis manuum & pedum officio priuati toto corpore contriti erant. Tertius vero & claudus & surdus effectus est, diuina in eos vltione animaduertente, quod Dominicæ Resurrectionis noctem violassent. Porro is, qui audiendi & gradiendi vim omnem perdiderat, duobus se sustentas scipionibus, & aliorum etiam opera adiutus, sanctorum loca visitat, & apud venerabilia seruorum Dei sepulcra diuinam implorat misericordiam, vt eorū præclaris meritis possit amissam recuperare sanitatem. Cum iam autem multa peragrasset loca, venit etiam ad beati Bertini monasterium Sithiu, vbi corpus eius quieuit: & fratribus eius loci nocte Dominica Resurrectionis in ecclesia vigilantibus, ille acerbo correptus morbo à sociis precandi causa in ecclesiam introducitur, atque illic cum multis lacrymis salutem à Domino per beati Bertini merita petens, cum sacrosanctum Euangelium recitaretur, vidit ad se quædam ardere lumina, & ita sensim morbo recedere, subito se curatum sentit coram fratribus. Post [illegible] gratias immensas agens Deo & sancto Bertino, lætus in [illegible] digressus est.

Resurrectionis Dominicæ noctem violantes diuinitus corripiuntur.

Ad reliquias D. Bertini insigne miraculū.

XIII. *De vltione SS. martyrum Thebæorum in Dominicæ iuris violatorem.*

Eucherius Lugd. in vita S. Mauritij & sociorum, 22. Septemb. cap. 11. apud Sur.

Postquam inuenta essent Thebæorum martyrū corpora post multos passionis suæ annos, sancto Theodoro Agaunensium Episcopo reuelata, in eorum honorem cum exstrueretur basilica, quæ vastæ tunc adiuncta rupi vno tantum latere accliuis iacebat, sed nunc iubente præclaro meritis Ambrosio [illegible] illius Abbate denuo ædificata, bicliuis esse dignoscitur: quid miraculi tunc apparuerit, nequicquam tacendum putaui. Accidit, [illegible] inter reliquos [illegible]; qui inuitati ad hoc opus conuenisse videbantur, quidam esset aurifex, quem adhuc gentilem esse constaret. Hic cum Dominico die, quo cæteri ad exspectanda diei eius festa abscesserant, in eadem domo in qua artem agebat, solus subsistitisset, in illo secreto se subito manifestantibus Sanctis, hic idem aurifex rapitur, & ad pœnam, vel ad supplicia distenditur. Et [illegible] sibiliter turbam martyrum cernens, verberatus etiam increpatur, quod vel die Dominico solus cæteris deesset, vel illum ornatum operis sanctorum sibi gentilis aderet. Quo ideo misericorditer à Sanctis factum constitit, vt artifex ille consternatus & territus salutare sibi nomen posceret: statimq; Christianus effectus est.

Thebæorū martyrum corpora reuelantur.

SS. vindicta in profanatorem diei Dominicæ.

XIV. *Profanatio diei Dominicæ quomodo à S. Stephano Episcop. correcta.*

Cum sanctus Stephanus Diensis Episcopus iam concionando, exhortando, visitando cœpisset exercere munus suum, & totius populi cum multo zelo studere saluti, inuenit gentem illam execrabili consuetudine cæcam non honorare diem Dominicum, immo vero contra Dei præceptum diabolo illum dedicare, quod illo solo die exercerentur nundinæ, tabernæ, choreæ, ludi, luxus, & pernicioſa spectacula. Quamobrem ad populum concionatus, blandis & mellitis verbis, apertissimisq; rationibus ostendit eis peccati illius enormitatem, diuinæque maiestatis offensionem & contemptum. Sed gens belluina & cæca non solum non admisit sermones eius, sed etiam per cōtemptum eos audire recusauit. Dolens autem seruus Dei tam proteruos illos ad corrigendos mores, ad ritus impios tam plane barbaros, tam erga religionē Christianam insolentes, tam vita profanos, acrius insistendum existimauit. Itaq; intelligens se non mercenarium esse, sed Pastorem, constituit, opportune, importune prædicationi incumbere, si fortassis possent resipiscere à diabolilaqueis, à quo captiui detinebantur. At surdas illorum aures sermo diuinus minime penetrabat. Tum vero animi magno concepto dolore, Apostolicum virū referens, & sui Apostolatus munia euidenter ostendens, præcepit dæmonibus, quæ ad ea, quę diximus, facinora illos incitabant, quorum voluntati parebant, vt sine vlla cuiusquam læsione palam se eis visendos exhiberent. Statim ex parent illi dæmones, quē homines pertinaces audire nolebant. Videre tum licebat horrendum & terribile spectaculum, dæmones procera & immani statura, nigerrimos, cornutos, fœtorem & flammas spirantes, ad viri imperium apparere cunctis, rursusq; recedere, nec quenquā lædere posse. Cœpit ergo occæcata gens aperire oculos, vitam & mores corrigere.

In vita S. Stephani Ep. Diensis, apud Sur. to. 1. Sept. 7. c. 9.

Abusus diei Dominicæ.

Verbi Dei contemptus.

Pastoris officium.

Violatæ Dominicæ dæmones auctores.

Dæmonū horrendorum obedientia.

XV. *De ludis & spectaculis diebus Dominicis, & festis à Leone Imp. prohibitis.*

Anno reparatæ salutis humanæ per Dominum nostrum Iesum Christum quadringentesimo sexagesimo nono, Leo quintus Imperator ad concilianda sibi in summo discrimine diuinitatem, mense Decembri, de sanctificandis festis diebus, prohibēdisq; in eisdem Circensibus, scenicisq; spectaculis huiusmodi promulgauit sanctionem: Dies festos maiestati altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorari decernimus venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur. Nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat, respirent è controuersiis litigantes, & habeant fœderis interuallum, ad sese simul veniāt aduersarii non

L. vlt. C. de feriis, apud Baron. tom. 6. ann. Dom. 469.

Leonis V. de diebus festis colēdis constitutio.

non timentes, subeat animos vicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur.

Spectacula diebus Domin. & festis vetita.

Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes quęquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vendicet scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lacrymosa spectacula. Et si in nostrum ortum aut natalem celebranda solennitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis vnquam hoc die festo spectaculis interesse, aut cuiuscunque Iudicis apparitor prætextu negotii publici vel priuati, hæc quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Data Idibus Decembris, Constantinopoli, Zenone & Marcellino Consulibus.

XVI. *De violenta morte Regis Castellæ ob Dominicum diem negligenter cultum.*

Rodericus Toletan. 4. part. hist. Hispan.

Postquam Ioannes Castellæ & Legionis Rex feliciter bella gessisset contra Ducē Alencastriæ, quadam Dominica die, cum esset apud Alcala de Henares, ante prandium equitauit equum quendam nō satis domitum, & cum extra oppidum cursum faceret, equus ipse tam fortiter cespitauit, vt supra regem caderet. Taliter eum inter sellam & terram oppressit, quod infra pauc[illegible] horas mortuus est. Nec dubitandum est displicuisse immortali Deo, hunc Principem Dominic[illegible] festiuitati non satis honoris tribuisse: Nam scriptum est: *Benedixit Dominus diei septimo, & sanctificauit eum*: Nec enim solum ab omni opere cessare prohibe[illegible] sed & à venationibus & vanis iocularionibus.

Gen. 2.

XVII. *Dies sabbatinus olim quam[illegible] honore apud Scotos.*

Hector Boethius lib. 13. Histor. Scotorum.

Olim in Scotia Concilio approbante decretum est, vt dies Sabbati à duodecima hora meridiei sacer esset, neque quisquam re[illegible] profanas, quemadmodum festis diebus veritū erat, exerceret: idque campanæ sono populo indicaretur, ac postea sacris rebus operam darent, concionibus interessent, vesperas, quas vocant, audirent, idque vsque[illegible] diem lunę facerent, constituta aduersus contemptores graui multa.

Sabbato à meridie cessatur à virili opere in Scotia.

XVIII. *De indulgentia rerum tempore Paschali à Valentiniano Imperatore concessa.*

L. 8. De indulg. crim. C. Theodos. Baro. tom. 4. an. Do. 386.

Anno Dominicæ Incarnationis trecentesimo octogesimo sexto, Valentinianus Imper. de relaxandis tempore Paschali vinctis eiusmodi generale proposuit edictum: Nemo deinceps tardiores forassis affatus nostræ perennitatis expectet. Exequātur Iudices quod indulgere consueuimus: Vbi primum dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula soluantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia lętitiamq; communem, si dimittantur, aduertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem in summa quiete, & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem Vinculorum, qui quieuerit sepelire quendam

Valentiniani lex de relaxandis vinctis tempore Paschali.

sceleris immanitate non fuit. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque monetæ. Homicida quod fecit, semper expectet. Reus etiam maiestatis, de Domino, aduersus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. Mediolani.

Indulgentia reorum tempore Paschali.

XIX. *De similli indulgentia in Oriente à Theodosio Imper. data.*

D. Io. Chrys. Orat. de Flauiano Episcopo Baro. ibi.

Flauianus Episcopus Antiochenus legatione fungens Constantinopoli coram Theodosio Imp. pro populo Antiocheno sub gladio ira Principis periclitante; hæc ad eum: Recordare priorum, quando solennitate hac (nempe Paschali) superueniente, per totum orbem terrarum epistolam misisti, iubentem carcere detentos dimitti, & illis ignosci crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus per litteras dicebas, Vtinam mihi liceret & defunctos reuocare & resuscitare, & ad priorem vitam reducere.

Theodosij lex de soluendis vinctis temp. Paschatis.

TIT. LXXIV. De sacro Dei verbo audiendo, ac de eius effectu.

2. Reg. 12. *Dauid, etsi sapientissimus, in peccato tamen mansit, donec voce Nathan Prophetæ admonitus fuit. A quo excitatus mox resipuit.*

Dan. c. 24. *Nabuchodonosor arborem illam, qua statum suum designabat, contemplans, nihil ea mouebatur, donec Danielis vocem audiret, qua ad pœnitentiam fuit adductus.*

Ion. cap. 3. *Verbum Ionę peruenit ad Regem Niniuę, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum [illegible] indutus est sacco, & sedit in cinere.*

Ioan. 7. *Qui missi fuerant à Pharisęis, vt Christum comprehenderent concionantem, eum audientes ita compuncti sunt, vt ad Pharisæos sint reuersi: Et interrogati, cur eum non adduxissent, responderunt: Numquam sic loquitus est homo.*

Act. c. 4. *In domo Cornelij prædicante Petro cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum Dei, & iussit eos baptizari.*

Act. 9. *Paulus vir doctus in lege ad pedes Gamalielis enutritus, Christum non agnouit, nisi voce de cœlo missa.*

Act. 10. *Loquente Petro cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum illius.*

Act. 16. *Quędam mulier nomine Lydia, purpuraria, audiuit Paulum loquentem: cuius cor Dominus aperuit, & baptizata est cum domo sua.*

Act. 19. *Mansit Paulus Ephesi per biennium, quotidie disputās in schola Tyranni cuiusdam, ita vt omnes qui habitabant in Asia audirent verbum Dei.*

EXEMP. I. *Prædicatione S. Eleutherij pertinax conuertitur.*

Ex Metaph. Sur. 18. Apr.

Eleutherius ab Anicero Ecclesiæ Romanæ Pontifice ad verbum Dei nuntiandum missus, cum multos ad pietatem conuertere dæmon inderabie

Veritatis offor dæmon.

agitatus, & Adrianum Imperatorem concitans, cum illo contra veritatem armatur. Itaque Imperator ante alios omnes Eleutherium de medio tollere contendit, & statim cum terribili legatione mittitur Felix ex Ducibus exercit⁹ vnus, iussus vt & per vim eum adducat, & ante tribunal imperatorium sistat. Qui cum ad ecclesiam peruenisset, eam extrinsecus militum multitudine circumsidet, vt prædam intercideret: deinde templum ingressus, & truculentis oculis, & truculentiore etiam spiritu, tanquam ipso vultu, eius, qui miserat, sæuitiam indicans, vbi vidit Episcopum suauissimum doctrinæ fluentem profundentem, & ornatissime pietatem annuntiantem iis, qui cum eo versabantur, ille mirum in modum admirabatur Christi virtutem: & statim mutata sæuitia (visus est enim habere animum aptum ad suscipiendum semina pietatis) fit ouis pro lupo, & pro persecutore discipulus: & priorum veluti oblitus, non latro & persecutor, sed Christi, quem persequebatur, amicus & discipulus: despicit Imperatorem, & ad pedes sancti procidit, & ab eo tempore lubens versabatur cum magistro, eius verbis illuminatus, & sic quidem, vt non curarit reuerti ad eum, qui miserat. Et cum inter eundum in aquam incidissent, ab Eleutherio baptizatur, & idololatriæ caligine, tanquam putrido aliquo indumento, exuitur.

Vis verbi Dei.

II. *De conuersione Boniuilli hæresiarchæ ad B. Antonij Paduani concionem.*

In vita eius c. 9. apud Sur. Iunij 13.

D. [illegible]ius Paduanus ordine Franciscanus tanto Dei zelo [illegible]cendo feruebat, vt quasi alter Elias prodiisse videretur. [illegible]a [illegible]sus flectebatur personarum ac [illegible]one, nulla adula[illegible]e molliebatur, non popularis [illegible]ansuersum rapiebat fauor & opinio, sed iuxta Prophetæ vocem, quasi plaustrũ triturans, habens rostra serrantia, mõtes comminuit, & colles quasi puluerem posuit. Personas sublimes reprehensione dignas tanta nonnunquam seueritate obiurgauit, vt plerique alii celebres concionatores illum audientes ad intrepidam illius constantiam trepidarent, vultusque suos quodam pusillanimitatis rubore perfusi obtegerent. Circumibat per vicos, castra, vrbes & agros, & vitæ semina vbique largissime spargebat. Cumque obstupuissent illum animarum passim discarrere, omnemque requiem sibi penitus vellet interdictam, contigit eum Dei nutu Arminum peruenire, vbi cum cerneret multos hæresi correptos, mox totius oppidi conuocato populo, feruenti spiritu ad eos concionari cœpit, versutaque hæreticorum dogmata luculenter confutauit. Eas autem in auditorum pectoribus efficax sermo & doctrina salutaris fixit radices, vt profligatis tetris erroribus non pauci ad fidei integritatem sint redacti. In quibus etiã Boniuillum hæresiarcham, quem tri[illegible]nis errorum tenebræ occæcauerant, ad sanitatem reuocauit effecitque vt vsque ad mortem Ecclesiæ mandatis deuotus steterit.

Esa. 41. D. Anton. Vlysb. zelus

Boniuilli hæresiarchæ conuersio.

III. *De alio excellenti effectu prædicationis B. Antonij Paduani.*

In Francia pia quædam fœmina B. Antonium Vlysbonensem pro habenda concione extra vrbem exeuntem sequi desiderans, à marito ægro non permittebatur. Fuit hoc illi molestissimum, & cum cõcioni interesse non liceret, ascendit in solarium domus suæ, & ex fenestra locum concioni destinatum cupida respexit, vt vel sic nonnihil suo desiderio satisfaceret. Accidit tùm res admiratione digna: cum enim ad duo milliaria abesset locus ille, vocem viri Dei prædicantis audiuit. Cuius suauitate delectata hæsit diutius ad fenestram, quam vir eius ferre posset: qui etiam eo nomine obiurgauit eam, sed illa respondit se patrem Antonium audire concionantem. Quod ille audiens irrisit eam, delirare illam existimans. Illa contra asserente se opinione audire eum, ascendit vir ad fenestram eandem, & etiam ipse viri Dei vocem meritis fidelis coniugis percepit: atque ab eo die nunquam ab illius concione abesse voluerunt.

In vita S. Antonij Paduani c. 15. apud Sur. 13. Iun.

IV. *Concione Episcopi Henr. Germ. Rex perduellem Henr. cum carcere detentum liberum dimittens in gratiam recepit.*

Anno Dom. 1005. cum Henricus Germaniæ Rex diem natiuitatis beatæ Mariæ solenni ritu Pragæ veneraretur, Godescalcus sanctæ Ecclesiæ Frisigensis venerabilis pastor, nomen [illegible]n re possidẽs, Missam canere, ac populos instituere [illegible]b eo præcipitur, & ab Episcopo sedis illius permi[illegible]tur. Perfecto tum Euangelio, præsentes ide[illegible]dmonet de timore diuino, & de conseruand[illegible]geminæ dilectionis vinculo, de obedientia [illegible]nni, sublimiorumq; honore potestatum: & ad vltimum, Regem suauiter aggreditur, vt semet agnoscere, & omnia, quæ à primis vitæ huius cunabulis vsque ad hoc tempus honoris alicuius aut cõmoditatis vnquam percepit, largitati diuinæ potius, quam suis meritis adscribere voluisset. Misericordiæ elogiũ. Insuper misericordiæ mentionem fecit, quæ vnicũ est salutis præsidium, venerabile fidei ornamentum, & m[illegible]orum remissio peccatorum. In cuius operedeficiendo vnicuique Christi fidelium tria sunt semper optanda, posse, & velle, ac perficere. Quæ cum à cunctis sint adimplenda, ab his maxime, qui nullum lædentes, sibi auent similia ad non recompensare, & vt acceptabile ab his Domino votum fiat, ex corde debẽt vnumquodq; largiri, & cunctis debitoribus remitti, ne mali vice serui diris astringantur tormentis. Et his concludens. Te, inquiens, obtestor per nomẽ & amorem eius, qui suo debitori decem millia talentorum, id est, ludæis recutitis suorũ transgressionem præceptorum indulsit, Henrici quondam Marchionis (qui à te defecit, & in te arma mouit) nunc autem, vt spero, vere pœnitentis Senior charissime, miserearis, vincula soluas, & gratiam dones, vt eo liberiori animo hodie Dominum interpelles. Dimitte nobis debita nostra, &c. Hac exhortatione lacrymabiliter profusa placatus Rex se facturum firmiter spospondit, & post hæc domum veniens misericorditer adimpleuit.

Ex Ditmaro Baron. to. 11. Annal. anno Dom. 1005. 2.3.

Propter verbum Dei captiuus liberatur.

V. De

V. *De admirabili zelo S. Clara circa audiendum verbum Dei.*

In vita eius iussu Alex. 4. Pont. scripta, cap. 2. apud Sur. Aug. 12.

Sancta Clara virgo sanctitate clarissima, licet non esset litterata, litteratorum tamen gaudebat audire sermonem, rata quod in testa verborum nucleus lateat, quem ipsa attingebat subtilius, & sapidius degustabat. Nouit de cuiuslibet concione loquentis elicere quod animæ prosit: sciens non minoris esse prudentiæ de rudi quandoque spina flores decerpere, quam fructum ex arbore nobili manducare. Cum semel Dominus Papa Gregorius prohibuisset, ne quis fratrum ad monasteria Dominarum sine sua licentia pergeret, dolens pia mater cibum sacræ doctrinæ rarius habituras sorores, cum gemitu dixit: Omnes nobis auferat de cætero fratres, postquam vitalis nutrimenti nobis abstulit præbitores. Et statim fratres omnes ad ministrum remisit, nolens habere eleemosynarios, qui corporalem acquirerent, postquam panis spiritalis eleemosynarios non haberet. Quod cum audisset Pontifex, statim prohibitionem illam in Generalis ministri manibus relaxauit.

Zelus mirabilis audiẽdi verbum Dei.

VI. *Vt Babylas Mimus ad verbum Dei,* Pœnitentiam agite, *cum duabus concubinis Cometa & Nicosa, sit conuersus.*

Sophronius in Prat. spir. c. 32.

Babylas quidam Charsi Ciliciæ, mimus professione, & magus, vir [illegible]iosissimus duas concubinas tenebat. Multa pro dœmonis arbitrio, quo vtebatur familiariter, siue cum eo, siue cum aliis nefarie transigebat. Ingressus quodam die ecclesiam, auditoque

Matth. 3.

Euangelio, quod ad pœnitentiam hortatur: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum,* ita compunctus est, vt redierit domum, & suis concubinis: Quo, inquit, amore, quam æquabili vtramque complexus sum, sat superque animaduertistis? iam mutatus aliud de rebus meis cogor statuere: quæcumque labore consecutus sum, per me licet (iam monachus fio) accipite. Illæ orationi huius permotæ responderunt cum lacrymis: Et nos flagitiis tibi sociæ fuimus, erimus & pœnitẽtiæ. Omnibus ergo in pauperes erogatis, incorrupte deinceps caste sancteque vixerunt. Hunc Babylam antiquus auctor Ioannes Moschus dicit se vidisse, venerabilem, modestum, & clementissimum virum. Quis hunc hominem flagitiosissimum fuisse dixerit; Hæc certe mutatio dexteræ excelsi: Nam meretrices & latrones multos præcedent in regno cœlorum.

TIT. LXXV. De verbi diuini contemptoribus.

Exod. 15.

Pharao Ægyptiorum Rex verbo & signis per Moysen editis moueri non potuit, vt populum dimitteret: at ipse pertinaciter ipsum iam abeuntem insequens, in mari rubro cum suis perijt.

1. Reg. 2.

Impius Rex Achab non est veritus dicere aperte de Michea Propheta, Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum.

Isa. c. 7.

Et noluerit per contemptum iubente Deo signum petere à suis è cœlo vel terra.

Ezechiel ad populum Israeliticum mittitur, vt verbum Domini ei annuntiet: verum illud audire domus Israel renuit, quippe quæ attrita sit fronte, & duro corde.

Ezech. 3.

Cum Paulus Proconsuli Sergio verbum Dei nuntiaret, Simon Magus resistebat, quærens auertere Proconsulem à fide: Paulus autem intuens in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videns solem vsq; ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manum daret. Tunc Proconsul cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.

Act. c. 13. v. 7 & seq.

EXEMP. I. *De ciuitate Persica ob despectum Dei verbum funditus euersa.*

ANno Christi Domini trecentesimo quinquagesimo, sub Rege Sapore grauis persecutio in Persia aduersus Ecclesiam sæuiit. Per id vero tẽporis etiam Milles Episcopus martyrio occubuit. Is primum apud Persas militauerat, postea vero deserta militia Apostolicam vitam est imitatus. Cum autem Persicæ cuidam ciuitatis Episcopus esset, multosque sæpe numero cruciatus pertulisset, nec vlli isthic persuadere posset, vt Christianus fieret, eo impietatem ferens animo, [illegible]atem execrabatur, inde discessit. Non [illegible]ost tempore, cum primarii vrbis [illegible]s in Regem peccassent, exercitus diuini pœnis trecentis elephantis eo profectus urbem euertit, & velut agrum colentes in ea sementem fecere. Hunc in modum verbi diuini contemptus pœnas iustas & graues, tum Deo, tum Episcopo persoluit.

Sozom. l. b. 2. hist. eccl. c. 4. Niceph. Calist. l. 8. hist. eccl. c. 37. an. 350.

Contemptus verbi diuini.

II. *Dominum Deum saltem ira, ti populo nullum fructum ex concione audita facienti.*

Tempore B. Laurentii Iustiniani Patriarchæ Veneti Deus Venetorum vrbi ob grauia scelera, quæ in ea perpetrabantur, grauiter succensuit. Precatur pro ea B. Laurentius inibi degens Bellum exortum est inter Venetos & Mediolanenses. Incolebat eo temporis locum desertum & horridum insulam Corcyræ finitimam Eremita sanctus vaticinandi spiritu præditus Hunc Venetus quidam, vir primarius, adiens in Corcyram adiit, & percunctatus est, num bellum illud feliciter cessurum esset Venetis. Qui respondit, Deum vehementer iratum esse Venetis, quod ex verbi diuini prædicatione nullum fructum colligerent: eosque iampridem instar Sodomæ periisse, nisi precibus sui sancti Patriarchæ furor diuinus auersus esset.

Bernard. Iustinian. in eius vita.

Ira Dei in verbi sacri contemptores.

III. *Quomodo Sathan homines pios à concione audienda auertere contendit.*

In vita eius c. 29. apud Sur. 13. tom. 3.

Cum aliquando [illegible]s à Padua concionaretur, tum præsens nobilis [illegible]omina auide verbum

Verbo Dei dæmon inuidet.

Dei audiebat. Quod cum non ferret impurus Sathan, vt fructum concionis ab ea excluderet, cursoris speciem præ se ferens ad eam cum litteris venit, aitque filium eius ab hostibus captum, & interfectũ. Eas maligni hostis versutias spiritu cognoscens vir Dei (nam corporeis auribus de eius filio perceperat) coram omnibus dixit: Nihil timeas, Domina, filius tuus & viuit, & recte valet. Cursor autem iste diabolus est. Ad quas voces instar fumi ille egregius cursor euanuit.

IV. *S. VVolstanum quidam à concionis habenda deterrens egregie excipitur.*

Breuonius monac. VVigorn apud Sur. 19. Ian.

S. Wolstanus Wigorniensis Episcopus solebat omni die Dominica sedula deuotione populo verbum Dei prædicare: quem frater quidam increpans solius asseruit esse Pontificis prædicare: monacho vero silentium & claustrum competere. Cui sanctus respondit: Verbum Dei non est alligatum, nihilque Deo gratius, quam Christum annũtiare, populumque ab errore viæ suæ reuocare, ideoque se non omissurum. Nocte sequente frater ille ad tribunal ignoti iudicis in visione ductus, & cursetuum suum obiurgasset, redargutus, in pauimentum iussus est sterni & cædi. Lacrymæ vero in maxillis, & liquores euidentes in scapulis euigilantis apparuerunt. Cuius calamitate motus vir Dei benedictionem ei dedit, & statim sanitas ei rediit, omneque doloris vestigium aquieuit.

S. Wolstanum à concionando auertens miro modo plectitur.

V. *Vt auditoris concione fastidientes compescuerit Cæsarius Arelatensis episcopus.*

In vita eius cap. 12. apud Surium 27. Augusti.

Cum dicendum B. Cæsarius Arelatensis Episcopus esset ad altare, animaduertit quosdã lecto Euangelio ex ecclesia egredi, quod sancti viri conciones auscultare initio detrectarent. Mox igitur aduolat, his vocibus compellans populum: Quid facitis filii? Quid ita foras abscediti mala persuasione subuersi? State pro animabus vestris ad accipienda verba adhortationis nostræ, eaque auscultare solliciti. Non licebit id vobis in illo tremendi iudicii die. Moneo & clamo atque contestor: Nescij, obsecro, aut surdi, vel profugi. Auditis oris me buccinam, perinde ac si animas vestras suo mugitione Satan iugulet. Non ego taciturnitatis arguar? Hac de causa sanctissime ostia lectis Euangeliis occludi iussit, donec propitio Deo, ipsi gratulantur ea coercitione se profecisse, qui solebant esse fugitiui.

Cæsarius Arelat. vt populum in concione retinuerit.

TIT. LXVI. De ipsa scriptura sacra.

Principes sacerdotum, Scribæ & Pharisæi impugnant Christum. Ipse eos arguentes ipse sæpe per scripturas tacuit.

Matth. 9. & 21.

Idem de scripturam respondens discipulos suos contra Pharisæos defendit: Nonne legistis, inquit, quid Dauid fecerit, quando esurijt? 1. Reg. 21.

Matth. 12. & 15.

Tentatus à diabolo per scripturam respondit, & tentatorem ipsum scriptura auctoritate confudit.

Matth. 4.

EXEMP. I. *De scriptura sacra à septuaginta interpretibus miro modo in Græcum sermonem versa.*

Ex Irenæo Euseb. Cæsar. li. 5. hist. eccl. cap. 8.

PRius quam Romanorum in ualesceret principatus, cum adhuc Macedones Asiam possiderent, Ptolemæus Lagi filius, volens bibliothecæ suæ, quã apud Alexandriam ex omnium veterum Græcorum voluminibus cõstruebat, maiorem gloriam quærere, petit etiam ab Hierosolymis, vt Hæbræas eorum scripturas in Græcam linguam interpretatas acciperet. At illi (subiecti quippe erant Macedonibus) electos, & in scripturis sanctis eruditissimos, atque in vtraque lingua peritissimos viros septuaginta presbyteros miserunt ad Ptolomæum, in quo tamen Dei voluntas & consilium gerebatur. Tum ille singulorum volens accipere documenta, & verens ne forte per interpretationem occultarent insertam diuinis voluminibus veritatem, singulos à se inuicem separat, & eadem seorsum positos interpretari iubet, eumque ordinem interpretandi in singulis quibusque voluminibus obseruari, quousque rursum corã se in vnum omnes reuocari, & conferre ad inuicem, quæ singuli interpretati fuerant, facit. Et tunc Deus vere glorificatur, & scriptura sancta, quod vere diuina esset, iisdemque nominibus ac sententiis scripserant ab initio vsque ad finem ita vt & ipsi, qui aderant gentiles, agnoscerent, quia Dei nutu scripturæ tunc interpretatæ fuerant. Et nihil mirum, si diuina prouidentia hoc ita fieri procurauit, cum & in ea captiuitate, quæ populo acciderat sub Nabuchodonosor Rege, corruptis scripturis, cum post septuaginta annos Iudæi ad patriam suam redirent in temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspirauerit Deus Esdram sacerdotem ex tribu Leui, vt omnia priorum Prophetarum volumina ac verba repararet, & restitueret populo legem, quæ per Moysen fuerat data.

Scripturæ sacræ interpretes septuaginta.

II. *Pro sacrorum librorum defensione sanguinem fundunt sancti viri.*

Ex actis S. Saturnini Sur. 11. Feb.

Temporibus Diocletiani & Maximiniani bellũ diabolus Christianis indixit, vt sacrosancta Domini testamenta, scripturasque diuinas ad exurendum proferret, basilicas Dominicas subuerteret, & ritus sacros, cœtusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet: sed non tulit exercitus Domini Dei immane præceptum, sacrilegamque iussionem perhorruit, & mox correptis armis fidei in prælium descendit, non tam contra homines, quam contra diabolũ pugnaturus. Itaque pro iis conseruandis libenter sanguinem suum profuderunt quam plurimi, qui placati Deo, prostrato diabolo, victricem palmam in passione gestarunt. Tum etiam in medio foro ciuitatis Alutinensis cœlum ipsum pro diuinis scripturis inicauerat: cum enim Fundanus eius vrbis quondam Episcopus eas scripturas magistratui exurendas

Scriptura sacra quanti facienda.

pitinen-sis.

Diuino miraculo scripturæ sacræ seruatæ.

rendas tradidisset, & magistratus sacrilegus iam igni apponeret, subito imber sereno cælo diffunditur, ignis scripturis sactis admotus extinguitur, grandines adhibentur, omnisque regio ipsa, pro scripturis Dominicis, elementis furentibus deuastabatur.

III. *De pœna ciuili in militem, qui libros Moysis in partes discerpserat.*

Iosephus antiquit. Iudaicarum lib. 20. c. 4.

Instante Paschę festo, per quod nostris hominib. vesci panibus infermentatis mos est, cōcurrentibus vndique ad solennitatem turbis plurimis, ob vnius militis impudentiam ingēs ibi excitatus est tumultus, quo viginti millia extinctorum numerata sunt, versaque in luctum festa lætitia. Vix hic luctus desierat, cum aliud malum accidit. Qui enim ex illa turba fugientes euaserant, in publica via centesimo ab vrbe stadio Stephanum Cæsaris seruum iter facientem aggressi sunt latrocinio, omnesque eius diripuerunt sarcinas. Quo audito Cumanus Iudææ Præses confestim eo misit milites, iussos vt vicos loco propinquos diriperent. In hac autem populatione miles quidam libros Mosaicos in quodam vico inuentos protulit, eosque lacerauit in conspectu omnium, multis debacchatus & in legem & in gentē totam conuitiis. Hoc vbi ad Iudæos perlatum est, facto concursu agmine magno petunt Cæsaream, in qua tum Cumanus aderat, supplicātes, vt non suam sed læsi numinis vlciscerētur iniuriam. Tum Præses veritus defectionem [illegible]uli, de amicorum consilio militem illum violatorem legis secuti feriit.

Militis libros Mosaicos discerpentis pœna.

IV. *Non licere profanis sacram scripturam attingere.*

Ioseph. antiquit. l. 12. c. 2. Baro. an. Do. 233.

Demetrius Phalereus bibliothecæ regiæ præfectus à Ptolemæo Ægypti Rege interrogatus, qui factum sit, vt tam admirādæ scripturæ diuinæ nec historicus vllus, nec poeta mentionem fecerit, tunc respondit, neminem auſum eam attingere, quam constaret diuinam esse, & omni veneratione dignissimam, & punitos esse quosdam à cælesti numine, qui illam temere attrectare non sint veriti. Theopompum enim volentem inde quædam suis scriptis inserere, mente morum fuisse diebus triginta, & per interualla insaniæ Deum placasse, facile coniicientes quæ morbi causa fuerit, atq; in somnis admonitum hæc ideo pati, quod fuisset circa res diuinas curiosior, eaque voluisset proferre humanis hominibus. Quare cum à cæpto destitisset, sanam mētem ei fuisse redditam. Theodecti etiam poetæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid è sacris libris admiscere, oculos glaucomate suffusos calligasse: & cum erratum cognouisset, exorato Deo redditam sibi aciē. Acceptos dein à Demetrio libros (antiquæ legis) Rex cum adorasset, asseruari iussit diligenter, vt incorrupti manerent.

Scripturæ sacræ abutēs Theopompus amētia percutitur.

Theodecte poeta abutens diuina scriptura diuinitus punitur.

V. *Diuinæ scripturæ vocula vna, licet barbara videri possit, haud immutanda.*

Sozom. l. 1. hist. eccl. c. 11. & Nicep. li. 8. cap. 42.

S. Spiridion ille Magnus Trimithuntis in Cypro Episcopus tenacissimus erat ecclesiasticæ antiquitatis, custosque paternarum traditionum, nec vnius voculę mutatione patiebatur eam quauis occasione labefactari. Vnde accidit, vt cum aliquando gentilem suum Triphyllium Ledrēsem in Cypro Episcopum, virum (vt testatur Hieronymus) omnium suæ ætatis eloquentissimum in Synodo orātem audiret, & locum illum Marci Euangelistæ citaret: *Tolle grabatum tuum & ambula*: pro grabato, lectum dixit. Quod molestę ferens Spiridion: Tune, inquit, melior es illo, qui grabatum dixit, vt eius verbis vti dedigneris? Quod cum dixisset, exiliit è sede sacerdotali, populo inspectante: atque hoc modo Triphyllium eloquentia se arroganter efferentem ad modestiam erudiuit: nam satis in se habuit auctoritatis ad pudorem alteri incutiēdum, quippe cum & veneratione dignus esset, & rerum admirabiliter gestarum gloria maxime nobilitatus, quin etiam cum eum & ætate anteiret, & dignitate sacerdotali.

Scripturam mutas Triphyllius ut S. Spiridion ne carpitur.

VI. *Scripturæ sacræ vti nihil detrahendum, ita nihil addendum.*

Socr. Hist. Eccl. li. 7. c. 5. & Nicep. l. 14. c. 13.

Sabbatius presbyter Nouatianus in ordine presbyterii sui manere nolens, sed iam statim ab initio ad Episcopatum anhelans, cum spe sua frustratus esset ab ecclesia Nouatianorum discessit, Iudaici Paschatis obseruantiam prætexens. Separatim itaque conuentus faciens rem ausus est multis periculis dignam. Nam cum die quodam in eo conuentu locū euangelii legeret, in quo dictum est: Erat autem festum quod Iudæorum Pascha vocatur, addidit quæ nec vspiam sunt scripta, nec vnquam audita, nempe ista: Maledictus sit, inquit, qui Pascha extra azyma facit. Hoc audito factum est, vt multi Nouatiani ad ipsum defecerint. Verū nihil illi profuit hoc sophisma: nam malum finem cōsequuta est ista diuini verbi adulteratio: etenim festū hoc paulo post per anticipationem celebrauit; & confluxerunt ad eum secundum consuetudinem multi, & dum pro more nocturnis vigiliis immorarentur, inciderunt in dæmoniacam quandam tumultuationem, quasi Sisinnius ipsorum Episcopus multa cum multitudine super ipsos irruisset: eamque ob rem suborto tumultu, sicut euenire solet, nocte, ac loco angusto comprehensi seipsos contriuerunt, ita vt ex illis supra septuaginta interierint. Hoc factum multos permouit vt à Sabbatio deficerent.

Ioan. 2. Hæretici scripturam deprauant.

Sabbatius scripturam corrumpēs diuinitus eum suis punitur.

VII. *Scripturæ sacræ verba etiam nō intellecta vim habēt.*

In vit. Petr. li. 2. c. 90.

Apud sanctum Arsenium quidam ex fratribus conquerebantur, sibi sacrarum litterarum quas & nosset, & didicisset, intellectum perdifficilem esse, & reipsa experiri se, quod exilis admodum consolationis fructus ex illis redeat, eaque de causa animam suam vehementer turbari. Ad quæ Arsenius: Fili mi, necesse est, vt magno cum ardore meditationi diuinæ doctrinæ insistas. Audiui enim Abbatem Poemenem, aliosque Patres, quod serpentium incantatores ipsimet verba, quibus serpentes effascinant,

nant;

nant, non intelligant, serpentes autē audientes verba, ea intelligant, eorum vim percipiant, eisque obediant. Idem & nobis faciendum est: etiamsi virtutem & efficaciam sacrarum literarum plene non intelligimus, attamen virtutem verborum diaboli percipiunt, & fugantur.

VIII. *De infirmo per attactum Euangelij S. Matthæi sanato.*

Sigebert. Gemblac. ad an. 489. S. Barnabæ mors.

D. Barnabas Apostolus, qui apud Salaminam Cypri à Barieu mago, & à Iudæis pro Christo igne crematus est, corpus suum, quod à Ioanne Marco cōsobrino suo in crypta occultatum adhuc latebat, reuelatione sua inueniri fecit: cūm quo etiam Euangelium Matthæi, ipsius Matthæi manibus Hebraice scriptum, quod erat simul reconditum, inuenitur. Quod ipse Barnabas ex doctrina Apostolorum secum semper ferre solebat: & vbicunque inueniebat infirmos, ponebat illud super illos, & tam fide Barnabæ, quam merito Matthæi sanabantur.

Euangelii virtus.

IX. *Scripturæ diuinæ verba in laudes hominum non esse detorquenda.*

D. Greg. l. 6. epist. 6. Baron. to 8. an. 596. Postquam Hierarcha vrbis Constantinopolitanæ Ioannes, qui *νηστὴς*, hoc est, ieiunator à Bizantiis cognominatus est, de medio sublatus est, in locum eius Cyriacus Oeconomus, optimi nominis vir, nonnihil antea reluctatus, substitutus est. Cum vero D. Gregorius Magnus eius nominis septimus ad Ep[illegible] & ad Mauritium Imperatorē litteras scriberet de eius substitutione, gratulabatur quidem de tanti viri electio[illegible] de eos redarguit, quod scripsissent [illegible] in Eccles[illegible] Cyriacum sicut solem, ob id [illegible] dem illud prophet[illegible] cūctos acclamasse: Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

X. *De puero Indo per verba Euangelii descripta & collo appensa curato.*

Exlitt. an. Societ. ann. 1597. Missione ad Mogorem, sub Prouinc. Ind. In India Mogoris vrbis Præfectus, vno è filiis ei' graniter ægrotante, remedium expetiit à nostræ religionis sanctitate. Data itaque sunt illi sacra ex Euangelio verba nonnulla membrana [illegible] byracea descripta. Quæ cum puero è ceruice ap[illegible] endissent, mag[illegible] ua cum omnium admiratione stat[illegible] convaluit.

TIT. LXXVII. De piis & sanctis libris legendis, aut scribendis.

EXEMPL. I. *Capitur à Greg. VII. Theodorus medicus quod diligenter scripturam sacram [illegible]*

D. Greg. li. 7. Epist. Ep. 84. & li. 6 epist. 89. [illegible] medicus Constantinopolitanus mi[illegible] B. Greg. VII. Ep. Rom magnam pecu[illegible] nia[illegible] vim pro cā[illegible] norum [illegible] emptione. Eius liberalitatem Gregorius commendat, negligentiam interim in euoluendis sacris literis reprehendit, inter cætera his verbis vsus: Imperator cœli, Dominus Angelorum & hominum, pro vita tua tibi epistolas suas transmisit, & tu illas ardenter legere negligis? Quid est enim scriptura sacra, nisi quædam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam?

II. *De sanctorum Patrum scriptis reuerenter legendis.*

Wilhelm. Abbas in vita eius li. 1. cap. 4. D. Bernardus Abbas Clarauallensis, dum ab opere corporali vacaret, iugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur. Canonicas scripturas simpliciter ac seriatim libentius ac sæpius legebat, nec vllis magis, quam ipsarum verbis eas intelligere se dicebat: & quicquid in eis diuinæ sibi elucebat veritatis aut virtutis, in primæ sibi originis suæ fonte magis, quā in decurrentibus expositionum riuis sapere testabatur. Sanctos tamen & orthodoxos earum expositores humiliter legens nequaquam sensibus eorum suos sensus æquabat, sed subiiciebat formandos: & vestigiis eorum fideliter adhærens, sæpe de fonte, vnde illi hauserant, & ipse bibebat. Inde est quod plenus spiritu, quo omnis scriptura diuinitus est inspirata, tam confidenter & vtiliter ea vtique hodie, sicut Apostolus dicit, vtitur ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendū; & dum prædicat verbum Dei, quicquid de ea affert in medium, sic patens & placens efficit, & circa id, vnde agitur, efficax ad mouendum, vt mirentur omnes in verbis gratiæ, quæ procedunt de ore eius.

Reuerenter legendæ Patrū scripturæ.

2. *Tim.* 3.

III. *Pro scripturarum sacrarum intelligentia præceptore ac etiam [illegible]ctia vtendum esse.*

Ex Simeone Metaph. Sur. in vita SS. Chrys. & Dariæ martyr. cap. 2. Oct. 25. Polemius Alexandrinus in ciuitate sua illustris ac Princeps, ordinisque Senatorii, Romam cum filio suo Crysantho profectus, à Senatu Romano amice susceptus, maximis honoribus ab Imperatore Numeriano auctus, sed iam in Senatu Romanorū obtinuit. Hic filium suum, quem disciplinis omnib. imbuendum curauerat, philosophorum studio tradidit. Erat [illegible]em adolescens ingeniosus, & ad discendum [illegible]ssimus. Quantæ autem prudentiæ fuerit, res [illegible]a indicabit. Cum enim omne scriptorum ge[illegible]is diligenter conquireret, incidit in libros Euā[illegible]liorum. Quibus accurate perlectis, sic ipse secum: [illegible]amdiutè decuit, Chrysanthe, tenebrarum libros [illegible]oluere, quo ad lumen veritatis inuenires? Non est [illegible]utem sapientiæ, nec prudentis, vt à lumine rursum [illegible]d tenebras reuertaris: perderes enim labores, quos [illegible] suscepisti, si laborum fructum abiiceres. Est autem laborum fructus, qui à Deo quærentibus datur: sic enim præcipit Deus, quemadmodum legisti: *Quærite, & inuenietis.* Quamobrem si, quod quæsisti, atque inuenisti, reliqueris, amentibus ac stultis eris homini[illegible]us similis. Studiosè igitur complectere, quod toto animo est complectendum. Autum inueneristi, inueneristi argentum, inueneristi lapides pretiosos Ideirco quæsisti, vt reperires, & ideo reperisti, vt possideres. Caue finas à te diripi, q[illegible] inueneristi. Vtere, fruere

Prudentia in legendis scripturis. Euangelii sacri lectione verū Deū cognoscit S. Chrysanthus. *Luc.* 11.

pri-

primitiis laborum tuorum, & vide, ne si eas reiecerit, frustra conquisisse atq; expetisse videare. Hæc enim ipse locutus esset, ecquis esset diuinarum scripturarum magister: & quemadmodũ eloquentes ac litteratos audierat, sic cupiebat magistros indoctos & piscatores inuenire: Legerat enim Apostolum dicentem: Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hæc ille cũ quotidie cogitaret, & Christi seruos conquireret, cuidã occurrit, qui dicebat, se nosse virum Christianum nomine Carpophorum, diuinarum scripturarum peritissimum, qui propter impiam persecutionem in montibus in spelunca quadam habitaret, qui locus perquam paucis notus esset. His gauisus Chrysanthus, & narrantis genua complexus supplicat sibi indicari locum. Dei autem prouidentia factum, vt eo peruenitet. Cum igitur Carphophorum conuenisset, paucis mensibus omnes diuinas scripturas didicit, & in fide confirmatus perfectus euasit in Christo, adeo vt septimo post baptismum susceptum die Iesum Christum filium Dei prædicaret.

1. *Cor.* 1. Sapientiam huius seculi stultam fecit Deus.

Sacrarum scripturarum cupidus indiget doctore.

IV. *Diuus Augustinus vita B. Antonij Magni lectione fit Christianus.*

Lib. 9. Confession. c. 12. Diuus Augustinus diuinitus in corde admonitus fuit vt conuerteretur, & oborta est ibi ingens procella ferens ingentem lacrymarum imbrem. Quã vt totam effunderet, surgens abscessit, qui eius lateri affixus erat, solitudinem petiit. Vbi sub quadam ficu arbore strauit se, nescio quomodo dimittens habenas lacrymis, vnde prorumperunt flumina oculorum, acceptabile Deo sacrificium. Et has voces miserabiles iactans dicebat: Et tu Domine vsquequo? Vsquequo Domine irasceris in finẽ? Ne memor fueris iniquitatum nostrarũ antiquarum. Quamdiu, quamdiu, cras & cras? Quare non modo, quare nõ hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebat hæc, & flebat amarissima contritione cordis sui. Et ecce audit vocẽ de vicina domo cum cantu dicentis, & crebro repetentis quasi pueri an puellæ, nescio: Tolle, lege: tolle, lege. Statimque mutato vultu intentissime cogitare cœpit, vtrum nam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid: nec occurrebat omnino eum vsquam audiuisse. Repressoq; impetu lacrymarum surrexit, nihil aliud interpretans diuinitus sibi deberi, nisi vt aperiret codicem, & legeret primũ caput quod inuenisset. Audierat enim de Antonio, quod ex Euangelica lectione, cui forte superuenerat, admonitus fuerit, tanquam sibi diceretur quod legebatur: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me*, & tali oraculo ad Deum esse conuersum. Itaq; Augustinus concitus rediit ad eum locum, vbi sedebat Alipius: sibi enim posuerat codicẽ Apostoli, cum inde surrexerat. Arripuit, aperuit, & legit, in silentio capitulum, quo primum coniecti sunt oculi eius: *Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentiis.* Nec vltra voluit legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huiusce sententiæ quasi luce securitatis infusa cordi eius, omnis dubitationis tenebræ diffugerunt. Tunc interiecto aut digito, aut nescio quo alio signo, codicem clausit, & tranquilo iam vultu indicauit Alipio. At ille quid in se ageretur, nescientate Augustino, sic indicauit: Petit videre quid legisset Augustinus. Quod cum vidisset, quid sequeretur attendit. Sequebatur vero: *infirmum in fide assumite.* Quod ille ad se retulit, & Augustino aperuit. Et tali admonitione firmatus est. Cuius rei conscia Augustini mater exultat & triumphat benedicens Domino, qui potens est vltra quam petimus, aut intelligimus facere.

Augustini lacrymæ ex cordis contritione.

Vox inusitata ad Augustinum.

Matth. 19.

Augustini conuersio.

Rom. 13.

Rom. 14.

B. Monicæ triumphus.

V. *Lectione actorum Apostolorum Domna facta Christiana.*

Ex Actis martyr. Nicomedien. apud Metaph. 19. ianuarij. & B. ron. to. 2. an. 303. Fuit olim in Maximiani Christianorum immanissimi persecutoris consulatu fœmina illustrissima & pulcherrima nomine Domna, quatuor supra viginti annos nata, gentilitiis Deorũ sacrificiis præfecta, quæ cum incidisset in Acta Apostolorũ, & ex eis pietatem prægustasset, cupiens plenius ad Christianam fidem institui, noctu conuenit Cyrillum Nicomediẽsis Ecclesiæ episcopum; à quo reliqua edocta, signoq; Crucis ex more consignata, effectaq; Catechumena Agapum Diaconũ ab eodem catechistam accepit, rei tantum silentio. Inde barbaro homine, eunucho regio, paribus votis Christianum fieri expetente: quo cum etiã statuto tempore baptismũ susceperit; & quod in Actis Apostolorum legerat, quæcunq; habuit, vt gemmas, thesauros & vestes pretiosas, ad Cyrilli pedes in pauperes eroganda portauit. Ea vero à Persa quodã eunucho Indes collega, domus regiæ Præfecto delata, quod eũ Inde fidem Christianã excoleret: is rem accuratius exploraturus, suasione delatoris cubiculum eorum ingreditur. Quænam vero in eo inuenerit, & quæ solerent esse Christianorum suppellectilia, ante oris verbis, ac sic describentis, referimus: Cũ Præfectus libenter eam adhibuisset probationem, auferri eis claues, & cum aperuisset, inuenit protinus non vt ipse sperabat, sed ea quæ vere erant venerabilia, nempe diuinæ Crucis figuram, & librum sacrosanctum, nimirum Apostolorum Deo gratas Actiones, & præterea possessionum varietatem eorum, quæ in cælis maximum thesaurum recondebant. Cuius præclaræ opes erant duæ storeæ in nudo solo stratæ, generosorum & beatorum Domnę & Indes [illegible] fici, præterea thuribulum & lucerna, & liber Abbatis, in qua repositæ erant sacrã oblationem, cuius erant participes. Sic detecti detinuntur in carcere, ac fame diutius cruciantur: Præfectus autem in-

Act. 4.

Christianorum supellex quæ.

Eucharistia domũ portari solita.

pertitis alimentis pellunt inediam. Tandem dimissi cum spiritum vsq; ad finem vitæ, donec pro Christo sanguinem profunderent, conseruarunt.

VI. *Lectione vitæ B. Antonij eremitæ ad vitam solitariam conuertuntur duo aulici.*

D. August. Confess. tom. 2. l. 6.

Cum Potitianus ciuis Afer, vir Christianus & fidelis, ad Augustinum & Alipiũ aliquando veniſſet, inter colloquendum incidit, vt diceret, neſcio quãdo ſe & tres alios cõtubernales ſuos, nimirum apud Treuiros, cum Imperator (Theodoſius) pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur, exiſſe deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic vt forte combinati ſpatiabantur, vnum ſecum ſeorſum, & alios duos itidem ſeorſum pariterque digredi contigit: & illos vagabundos irruiſſe in quandam caſam, vbi habitabant quidam Dei ſerui, ſpiritu pauperes, qualiũ eſt regnum cœlorum, & inueniſſe ibi codicem, in quo ſcripta erat vita Antonij: quam cæpit legere vnus eorum, & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia ſeruire Deo. Erant autem ex eis quos dicunt Agentes in rebus. Tunc ſubito repletus amore ſancto & ſobrio pudore, iratus ſibi coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic, quæſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris, quo ambimus peruenire? quid quærimus? cuius rei cauſa militamus? Maiorne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quam vt amici imperatoris ſimus? Et tibi quid non fragile, plenumque periculis? & per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? & quamdiu iſtud erit? Amicus autem Dei ſi voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturiens nouæ vitæ reſedit oculos paginis & legebat, & ædificabatur intus, vbi Deus videt, & excutiebatur mundo mẽs eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis ſui, infremuit aliquando & diſcreuit, decreuitque meliora: & ait amico ſuo: Ego jam abrupi me ab illa ſpe noſtra, & Deo ſeruire ſtatui, & hoc ex hora hac in hoc loco aggredior. Te ſi piget imitari, noli aduerſari. Reſpondit ille, adhærere ſe ſocio tantæ mercedis tantæque militiæ. Et ambo jam ædificabant turrim ſumptu idoneo relinquendi omnia ſua & ſequendi Chriſtum. Tum Potitianus, & qui cum eo per alias horologii partes deambulabant, quærentes eos deuenerunt ad eundem locum, & inuenientes admonuerunt vt redirent, quoniam declinaſſet dies. At illi narrato placito & propoſito ſuo, & qualis quoq; modo in eis talis voluntas orta eſſet atque firmata, petiuerunt, ne ſibi molesti eſſent, ſi adiungi recuſarent. Illi autem nihilo mutati à priſtinis fleuerunt ſe tamen, atque illis bene congratuláti ſunt, & commendauerunt ſe orationibus eorum, & trahentes cor in terra abierunt in palatium: illi autem affigentes cor cœlo ſeruum non ſunt. Et ambo habebant ſponſas. Quæ vbi & ipſæ audierunt, dicauerunt etiam ipſæ ſe Deo.

Potitiani duorum Agentium siue Aulicorum conuersionem refert.

Ex lectione vitæ B. Antonij conuertuntur duo aulici.

VII. *B. Dominicus conuersionem sanctorum Patrum legendo meditabatur.*

S. Dominicus Prædicatorum parens, cum adhuc religionis Canonicæ nouitium ageret, de antiquis ſemitis inquirebat, vt ſciret, quæ eſſet via bona, vt ambularet in ea. Vnde librum illum, qui Collationes Patrum inſcribitur, ſtudioſe legendum ſuſcepit, deditq; operam, vt lecta intelligentia comprehenderet, affectu ſentiret, effectu & reipſa fortiter exequeretur: Didicit enim ex eo puritatem cordis, contemplationis viam, omniumque virtutum perfectionem, idque vnctione magiſtra. De huiuſmodi enim liber ille agit. Itaque abiiciens & deſpiciens ſeipſum in cordis humilitate reuerentiam Canonicis & honorem exhibebat.

Theodor. de Appoldia lib. 1. vitæ eius cap. 4. Ierem. 6.

VIII. *B. P. Ignatius piorum librorum lectione priorem vitæ ſtatum in meliorem commutat.*

Beatus P. N. Ignatius Societatis Ieſu fundator, vt prolixe in eius vita ſcribit Petrus Ribadeneira, cum militiæ ſæculari deditus, lectoque ob læſum grauiter pedem affixus, codicem ſibi aliquem porrigi fallendi temporis ergo poſtulaſſet, nec alius ad manũ eſſet, niſi qui vitam Chriſti & Sanctorum contineret, lectione illa ſenſim ita immutatus eſt, vt abiectis armis, mundoque contemptototum ſe diuino cultui manciparit, ac tandem viros doctiſſimos propoſiti ſui ſectatores ſibi diunxerit, ac religionem Societatis Ieſu jam tot orbe ſparſam, à ſede Apoſtolica ſæpe approbatam condiderit.

Pet. Ribadeneira l. 1. c. 2. vita eius.

TIT. LXXVIII. De libris impiis & profanis vitandis.

EXEMP. I. *De pœnitentia Pij 2. quod iuuenis minus honeſta ſcripſerit.*

PIus ſecundus nomine Pontifex ſummus, cum ſciret per ætatem iuuenilem excidiſſe quædam ſibi non ſatis modeſta, poſtea magnopere pœnitens hoc vnice laborauit, vt intelligerent omnes, cupere illum iſta veluti monſtruoſos partus, eſſe ſuppreſſos. Caueat igitur omnes, vt poſterius hoc conſilium priori anteferant temeritati: Seni, inquit, magis, quam iuueni credite: nec priuatum hominem plus ſapere, quam Pontificem facite. Æneam reiicite, Pium inſcipite.

Æn. Syl. ep. 114. & 393.

II. *Heliodorus Epiſcopus ob amatorium poema, quod compoſuerat, Epiſcopatu cedit.*

Heliodorus Epiſcopus Tricenſis in Theſſalia, cum iuuenis adhuc eſſet, libellos amatorios compoſuit, quos Æthiopiam inſcripſit, nunc autem eos Χαριδέων, quaſi gratam gloriam dicas, nominauit. Quo nomine etiam ei Epiſcopatus ademptus eſt: Nam cum lectione eorũ opuſculorum iuuenes multi in periculum coniicerentur, Synodus Prouincialis ſtatuit, vt libellos ipſos, qui amores accendebant, igni conſumptos abolendos, vel qui eos compoſuiſſet auctori ſanctionem Epiſcopalẽ abroganda-

Niceph. Call. li. 12. hiſt. Eccl. c. 34. Heliodorus mauult Epiſcopatu cedere, quã amatorium ſuum poema abo

dam esse. Ille vero Episcoparum deponere, quam scripta sua supprimere maluit.

III. *Per impiorum librorum lectionem homo fit impius & per pios fit pius.*

Lud. Granat. in prologo ad 2 part. Catechismi §. 4.

Hoc loco adiicere visum est, quod nuper vir nobilis vnus ex Inquisitoribus Regni Lusitaniæ mihi narrauit: quod non parum faciet ad dignoscendum, quanta fuerit vtilitas in piorum librorum, & quantum periculi in impiorum reuolutione. Is ergo narrauit quendam vltro, nõ etiam delatum, veniæ impetrandæ causa ad Inquisitores accessisse, fatendo se ita à recta veritatis tramite declinasse per librorum impiorum lectionem, cui admodum addictus erat, vt nihil sibi aliud superesse videretur, quam lucis vsura frui, & vitam cum morte commutare. Sed ex quo, nacta nescio qua occasione, vel Deo potius ita disponente, sacræ doctrinæ libros euoluere cœpisset, ab ea mentis caligine liberatum se testabatur. Vnde veniam, quam petebat, consecutus est. Aliud ibidem æque verum ac notatu dignum narrauit D. Fernandus Catillo Legati munere fungẽs de Mauro quodam captiuo, cui, vt mihi videtur, Hametio nomen erat. Hic Orationum & Meditationum librum habebat, quas quotidie legendo percurrebat, quod tamen do[illegible]esticis omnibus risum mouebat: à quo cum quærerent: Quid Hameti ibi legis? Vernacula lingua respondebat: Ne vobis curæ sit, finite me legere. Ipsi tandem in lectione persistenti Dominus Deus, qui aperuit oculos illuminauit intellectum Eunuchi Reginæ Æthiopiæ prophetiam Esaiæ legentis, & huic aperuit. Paulo post enim sacro lauacro perfundi, & Christo nomen dare postulauit. En quam prosit sacra lectio ad fidei confirmationem, & eiusdem amplexum.

IV. *Sacrorum profanorumque librorum commixtionem Deo displicere probat D. Hieronymi pœna.*

D. Hieron. epist. 22. ad Eustochium cap 13.

D. Hieronymi historiam, lice[illegible] communem & omnibus notam non prætermittam [illegible] inferc[illegible]. Referã tibi, inquit ipse ad Eustochium [illegible]rinem, meæ infelicitatis historiam. Cum ante ann[illegible] plurimos domo patentibus, sorore, cognatis, & [illegible]od his difficilius est, consuetudine lautioris cibi p[illegible]pter cælorum me regna castrassem, & Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio ac labore conf[illegible]eceram, carere omnino non poteram. Itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabã: post noctium crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi præteritorũ recordatio peccatorũ ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus, si quando in memetipsum reuersus Prophetas legere cœpissem, sermo horridus incultus: & quia lumen cœcis oculis nõ videbã, non oculorũ putabam culpam esse, sed solis. Dum ita [illegible] antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus inuasit exhaustum, & sine vlla requie, quod dictu quoque incredibile sit, sic infelicia membra depasta est, vt ossibus vix hærerem. Interim parabantur exequiæ, & vitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore, in solo tantum repente pectusculo palpitabat. Cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor, vbi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram sursum aspicere non auderem. Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi. Et ille, qui præsidebat, Mentiris air: Ciceronianus es, non Christianus, vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Illico, obmutui & inter verba (nam cædi me iusserat) conscientiæ magis igne torquebar, illũ mecũ versiculum reputans. *In inferno autem quis confitebitur tibi:* Clamare autem cœpi, & eiulans dicere: *Miserere mei Domine, miserere mei.* Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua prouoluti qui adstabant, precabantur, vt veniam tribueret adolescentiæ, & error locũ pœnitentiæ commodarer, exacturus deinde cruciatũ, si gentiliũ litterarum librosaliquando legissem. Ego qui in tanto constrictus articulo vellem etiam maiora promittere, deierare cœpi, & nomen eius obtestans dicere, Domine, si vnquam habuero codices seculares, si legero, te negaui. In hæc sacramenti verba dimissus reuertor ad superos, & mirantibus cunctis oculos aperio, tanto lacrymarum imbre perfusos, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec vero sopor [illegible] fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe de[illegible]. Te stis est tribunal illud, ante quod ie[illegible] testis iudicii triste, quod timui [illegible]iam contingat in talem incide[illegible] quæstionem. Liuen[illegible]scor habuisse me scapulas, plagas sensisse po[illegible]omium, & tanto dehinc studio diuina legisse, quando non ante moralia legerem.

D. Hieronymus punitur ob liberam gentilium librorum lectionem. *Psal. 4.*

V. *Erasmi Roterodami libros reiicit B. Ignatius Societ. nostræ parens, & in Societate legi vetat.*

Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Ignatius Loiola grandis iam natu annum trigesimum agens cœpit primum Barcinonæ Grammaticis studio operam dare. In hac studiorum palæstra versanti pii quidam, ac docti viri consilium dederunt, vt Erasmi Roterodami, qui eo tempore bonis Latinitatis auctor habebatur, libellum de milite Christiano legeret, vt sermonis scilicet elegantiam rerum pietate cõiungeret. Cuius consilii Confessarium etiam ad reliquos auctor accessit, Quod cum Ignatius simpliciter fecisset: [illegible]uauit illius libelli lectione refrigescere in se spiritum Dei, & deuotionis sensim ardorem restingui. Quare De combuanimaduersa, librum de manibus omn[illegible] abiecit, rendis libris & in [illegible]est [illegible]atus, vt nec ipse amplius legerit illius o[illegible]cænis & auctoris libros, & passim à Societa[illegible]stra legi vetuerit. Thomæ vero de Kempis [illegible]ppe the Ch[illegible]vide P. Lotuerit. Thomæ vero de Kempis libello plurimum tum vtebatur, [illegible] Abbas [illegible]o- tigny in c. nem valde semper probauit: [illegible]q; ra[illegible]ni spi- 19. Actuum ritũ & doctrinã hausit, ta[illegible]ide arripuit, tam perfe- Apostol. cte in se expressit, vt (multi[illegible]ncio) Ignatii vita

Libri profani à viris Christianis modeste legendi.

solida quædam, eminens, ac viua esset imago eorum præceptorum omnium, quæ aureo illo libello continentur.

VI. *Syngraphas iniquas & libellos similes ratione non legitima confectos esse concremandos.*

Anastas. Bibliothec. in Bonifac.

Cum Bonifacius hoc nomine II. Pontifex Romanus Clerum adegisset, vt se adhuc viuente & vidente, Vigilium Diaconum sibi successorem daret: conscripta in eum finem constitutione, singulorúmque chirographo consignata, tandē pœnitentia ductus est: quod videret hæc Canonibus aduersari. Itaque, vt quod malefactum fuerat, expiaret, ipsam Constitutum, vt ait Anastasius Bibliothecarius, in præsentia omnium sacerdotum & Cleri Senatus incendio consumpsit. Et Agapetus Pontifex, vt refert idē Anastasius, libellos anathematis, quos extorserat Bonifacius Presbyteris & Episcopis contra Canones, & contra Dioscorum, in medio ecclesiæ, congregatis omnibus, incendio consumpsit.

Syngraphæ iniquæ concremandæ.

VII. *Scripturas inique conceptas & iam vulgatas numinis diuini placandi gratia esse comburendas.*

Greg. Turo. hist. Franc. lib. 5. c. 34.

Pulchrum huius rei memorat exemplum Gregor. Turonensis de Chilperico Francorum Rege, & Fredegunde Regina: Cum enim grauissimis flagellis diuinitus castigarentur, existimarunt id quod res erat, pœnas illas ideo à Deo sibi irrogari, quod colligendorum opum gratia subiectum populum nimis premerent & atterrerent. Quapropter Regina sero pœnitens ait: Ecce nos male agentes pietas diuina sustentat: nam sæpe febribus & aliis malis corripit, & emendatio non succedit. Ecce iam perdimus filios: ecce iam eos lacrymæ pauperum, lamenta viduarum, suspiria orphanorum interimunt, nec spes remanet cui aliquid cōgregemus thesaurizamus, nescientes cui cōgregemus ea: ecce thesauri remanent à possessore vacui, rapinis ac maledictionibus promptuaria vino: nunquid nō horrea replebantur frumento: nunquid non erant thesauri referti auro, argento, lapidibus pretiosis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? Ecce quod pulchrius habeamus, perdidimus. Nunc, igni tradite, si placet, venite, incendamus omnes descriptiones inimicas, sufficiatq; fisco nostro, quod sufficit patri Regi q; Chlotario. Hæc effata Regina, pugnis verberans pectus iussit libros exhiberi, qui de ciuitatibus super Marcum veneraut, proiectisque in ignem, rerum ad Regem conuersa: Quid tu, inquit, moraris? Fac quod vides à me fieri, vt & si dulces natos perdimus, vel pœnam perpetuam euadamus. Tunc Rex compunctos corde tradidit omnes libros descriptionum igni, conflagratisque [illegible] quæ [illegible] descriptiones.

Descriptiones iniquæ igni traditæ.

Tributa cur Chilpericus remiserit.

B

VIII. *Verbum [illegible] non libenter audiendum.*

[illegible] diebat doctrinam [illegible] nomen Domini non continueretur.

De Hermanno Steinueldensi Canonic. ex Ordine Præmonstratensi, quem eximia sanctitas, & singularis erga beatam Virginem deuotio mirabiliter sublimauit, hæc ad verbum narrat eius historia. Quoties, more puerorum, fabulas poetarum vel discere iubebatur, vel legere, nō tulit parienter: imo & ipsos se docentes, super quos iam intus spirituali vnctione docente profecerat, reprehendit, asserens: quod Deo vero contumeliam irrogarent falsorum deorum nomina in poetarum libris etiam recitando: solebatque nobis postmodum de quibusdam magistris suis, qui cæteros religione anteire videbantur, narrare, se non sufficienter admirari, quod viri religiosi in scriptis possent poeticis delectari, cum tanta sint scripta veritate subnixa, per quæ ad Dei possit notitiam peruenire. Quis enim, nisi stultus, quærat librum inter spinas, vnde sine punctionibus non possit abstrahi, quod facilius & vtilius sine læsione possit acquiri.

In vita capite 9. apud Sur. die 7. April.

TIT. LXXIX. De sacris verbi Dei ministris.

Noluit Dominus instruere Cornelium Centurionem, sed mandat ei, vt accerseret Simonem Petrum, & ille diceret ei, quid eum facere oporteret. *Act. 10.*

Cum audissent Athenienses Paulum loquentem de resurrectione mortuorum, quidam irridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam vero adhærentes ei crediderunt, in quib. Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. *Act. 17.*

Veniens Paulus Berrhœam intrauit Synagogam Iudæorum, & quidam susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberēt. Et multi crediderunt ex eis. *Ibidem.*

EXEMP. I. *Non facile prædicandum Dei verbum absque sufficienti doctrina.*

In Epist. eius 178 an. Do. 391.

[illegible] Augustinus ordinatus ecclesiæ Hipponensis presbyter circa annum ætatis trigesimū sextum à S. Valerio eius loci Episcopo cogeretur Dei verbum populo ministrare, ipse cum non tam deesse doctrinæ sibi videretur, vt tam grande munus obiret, indutias saltem petiit in sequēs Pascha, quo in diuinis scripturis fieret eruditior. Extat adhuc libellus precum ipsius ea de causa tunc oblatus Episcopo in Epist. 148. quam hic breuitatis ergo prætermitto.

II. *Prædicationis officium minime suscipiendum nisi ab eo, qui legitime mittitur.*

D. Greg. li. 1. dial. c. 4. apud Bar. to. 6. an. Do. 590.

[illegible] ita esse exemplo docet D. Gregorius. Quidam, inquit, Felix nomine, Martæ Prouinciæ nobilis, patre huius Castorii, qui nunc nobiscum in Romana [illegible] commoratur, cum venerabilem virum Dei famulum Equitium sacrum ordinem non habere cōspiceret, & per singula loca discurrere, atq; studiose præ-

se prædicare, eum quodam die familiaritatis ausu adiit dicens. Qui sacrum ordinem non habes, atq; à Romano Pontifice (Symmacho eius nominis VI.) sub quo degis, prædicationis licentiam non accepisti, prædicare quomodo præsumis? Qui eius inquisitione compulsus vir sanctus iudicauit, prædicationis licentiã qualiter acceperit, dicens: Ea quę mihi loqueris, ergo quoq; mecum ipse pertracto. Sed quadam nocte speciosus mihi per visionem iuuenis astitit, atq; in lingua mea medicinale ferramentum id est, phlebotomum posuit, dicens? Ecce posui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum. Atq; ex illo die, etiam cum voluero, de Deo tacere non possum. Tantus quippe illum feruor ad colligendas Deo animas accenderat, vt sic monasteriis præesset, quatenus per ecclesias, per castra, per vicos, per singulorũ quoq; fidelium domos circũquaq; discurreret, & corda audientiũ ad amorẽ patriæ cælestis excitaret. Erat vero valde vilis in vestibus, atq; ita despectus, vt si quis illum fortasse nesciret, salutatus etiam resalutare despiceret, & quoties alia tendebat ad loca, iumento sedere consueuerat, quod esse despicabilius omnibus iumentis in cella potuisset repiriri, in quo etiã capistro pro freno, & veruecum pellibus pro sella vtebatur. Per semetipsum sacros codices in pellicceis sacculis missos dextro læuo portabat latere, & quocunq; peruenisset, scripturas aperiebat fontẽ, & rigabat parata mentẽ, & accusatus apud Rom. Pontificiũ & comparere iussus, mox cum honore fuit dimissus.

Equitius à Deo missus prædicare Euangelium.

Equitii feruor pro salute animarum.

Adulatores accusant Equitium.

III. *Vt ad seminandum Dei verbum missi sint Fratres Ordinis S. Dominici.*

Anno primo à Confirmatione Ordinis Dominicanorum, dum gloriosus Pater Dominicus Romæ orationi intẽtus, ac feruidus pro dilatatione sui Ordinis in ecclesia D. Petri Apostoli instat, glorioſos Apostolorum Principes Petrum & Paulum in spiritu ad se venientes cõspicit, & dicentes: Vade prædica, quia ad hoc ministerium electus es. Cui paulo post videbat sibi fratres suos in vniuersum orbem videre dispersos, binos & binos incedentes, & Apostolica munia deuote ac sedulo adimplentes. Qua quasi diuinitus edoctus, Tolosam rediens, eos dispersit, alios in Hispaniam, alios in Galliam, alios in Italiam & Germaniam dirigens, ac fidem Christi annunciandã, & nouum Ordinem dilatandum, & fratribus tunc ibidem præfecit Fratrem Matthæum Gallicum in Abbatem, sed post hunc nullus fuit in Ordine Abbas nuncupatus.

Antonius Senensis in Chron. Ordin. Prædicat. ann. 1217.

Dominicani ad Euangelizandum mittuntur.

Tho. Cantipratt. l. 1. Apum. c. 22. Iacob. Meyerus li. 8.

IV. *Fulco Vtenhoue Gandensis & Canonicus Insulensis renuens concionari ad mandatum Legati Apostolici hemorroide correptus fere diu afficitur.*

Incidit prior in Albigenses Cruciata expeditio in annum Christi M. CC.X. vel IX. Crucem prædicante Iacobo de Vitriaco, qui cum Fulconem de Gandauo socium prædicationis sibi adsciscere summis precibus contenderet, nec tamen Fulco precibus locũ darer, mire pœnas detrectati obsequi dedit. Rem his verbis exponit Cantipratanus, qui eo tempore viuebat: Venerabilis Fulco de Gandauo natus, Canonicus apud Insulas erat. Hic, vt nobis ipse narrauit, de se ipso, à Magistro Iacobo de Vitriaco Legato, & prædicatore Crucis contra Albigenses, rogatus vt secum Crucem per Flandriam prædicaret, renuit. Cui cum instisteret per amicos, vt eum adiuuaret in negotio Ecclesiæ tam necessario & deuoto, renuit ille secundo, & nullo modo se hoc facturum asseruit. Tunc magister Iacobus illum magis præceptum timere confidens: Et ego, inquit, præcipio vobis auctoritate qua fungor, vt nomine Iesu Christi, in remissionem omnium peccatorum vestrorum istud negotium assumatis. Cui dictus Fulco: Nullo modo, inquit, assumam, & ego rogo vos, vt nequaquam me de hoc vlterius fatigeris. Mox Magister Iacobus in corde grauiter commotus, & fere vsq; ad lacrymas fatigatus ait illi: Cũ vtiq; digne possem auctoritate mihi commissa vos excõmunicare, & omni beneficio iam priuare propter inobedientiam contumacem, nolo tamen, no tanto viro tantum grauamen videar ingerere. Rogo tamen Deum, qui omnium cordium est inspector, quatenus reddat vos nõ solum ad istud quod spernitis, sed prorsus ad omne opus inutilem. Miseres. Mox ad hæc verba quartana febris [illegible] fluxu ventris inuasit, & vsque ad finem vitæ suæ per viginti quatuor annos [illegible] fatigauit.

Fulco renuit concionari, sed suo malo.

Laborat febri & hæmorroidis 24. an.

V. *Quomodo Concionatores non modo verbis, sed etiam factis alios docere debeant:*

In vita eius apud Sur. 23. Aprilis.

B. Ægidius Minorita D. Francisci socius, audiens aliquando Dominum vineæ, quæ propinqua erat habitationi eius, vinitores suos obiurgantem, iisque dicentem: Fate, fate, & non parlate, id est, operamini, operamini, & verba facessant: cũ ingenti feruore è sua cella prorumpens clamauit alta voce: Audite vos concionatores, quid iste vir dicat: Facessant verba, & manus operi admoueantur. Loquens aliquando cuidam scientiam & doctrinam suam miri iactanti: Si, inquit, vniuersa frugifera humus vnius ditione teneretur, qui tamen eum nõ coleret, quis inde fructus ad eum rediret: Certe nullus, cui alius paruum haberet agrum, eumq; diligenter excolat, & pro se & pro aliis percipit. Non est igitur quod nimiũ fidas scientiæ tuæ, nam etiamsi [illegible] ibus disciplinis & artibus sis instructus, nihil tibi conferet, si bonis operibus sis destitutus.

VI. *Quo ostento vsus sit S. Patricius ad perm[illegible]endam peccatorum d[illegible]em.*

Ad peccatores concionando perm[illegible]os necessum fere modo foret illo vti consilio, quo [illegible] fertur in Hibernia S. Patricius. Vbi [illegible] Abbatis rationibus nihil proficere vide[illegible] tus est, vt ostento aliquo hominum [illegible] S. Patricii tiem commolliret, quo ab errori[illegible] tandem dissipiscerent, & ad veram religionem conuerterentur.

Matth. Mar. 3. c. 4.

Diuinitus admonitus humi circulum designauit, atque inibi terra penitus subsidente hiatus ingens apparuit, magnumq; omnibus incussit terrorem, ne in profundū acti pœnas iam incredulitatis darent. Vt ita dicam, infernum quasi illis patentem ostendit, quo absorbendi essent, nisi se emendarent. Vestigia huius hiatus adhuc demonstrari perhibentur. Ita opus esset hodie quousdāad gehennæ fauces perducere, imo etiā extrema pedum parte igni admouere, adeo verbis & prædicationibus nihil commoueri videntur. Ita strepitus rerum mundanarum per aures animum que cum ingenti tumultu ruentium & fluentium facit, vt insitum verbū non suscipiant quod posset saluare animas eorum. *Facti sunt sicut aspidis surdæ obturantes auris suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* *Psal. 57.*

VII. *Quibus indiciis demonstratum sit Concionatorem frugem feciſſe in populo.* *Franciſc. Gonzaga de Origine Seraphica relig. par. 3. Conuent. 2.*

Cum Alphonsus à Spina Franciscani Ordinis in Conuentu Palentiæ religiosus, insignis concionator, animarum salutem supra modum sitiret, in id præcipue incumbebat, vt aliquos Christo lucrifaceret Cumq; ex Melancholica imaginatione subtristior quadam die effectus puteo iuxta Minoritici Conuentus Vallesolerani sacrarium hæreret, & cuius agitaret, num frequentissimis suis concionibus [illegible] fecisset, vocem è sublimi delatam sibi præcipientem, vt situlam ex trochlea pendentem in puteum demitteret, eamq; hauriret, audiuit. Cui cum [illegible] operasset, vigintiquatuor subalbos lapillos [illegible] nine insignitos iuxta viginti quatuor conciones, quas paucis ante diebus ad populum Vallesoletanum de sanctissimo nomine Iesu habuerat, in situlæ fundo inuenit. Ex quo demum euentu confirmatus, omnibus neruis prædicationis officio in posterum incubuit, atque doctissimum libellum, cui Fortalitium fidei titulus est, edidit typisque mandauit.

VIII. *Quanti Catharina Senensis faceret Prædicatores, & animas existentes in gratia.* *Lud. Granat. in Sylua locorum communium classe 3.*

Beata Catharina Senensis sæpe vestigia Prædicatorum humi impressa exosculabatur. Causamq; huius rei interrogata dicebat, Dominum sibi aliquando animarum existentium in gratia decorem & pulchritudinem ostendisse: cuius illa amore sic capta & incensa erat, vt cōtinere se non posset, quo minus terram oscularetur, quam eorum pedes calcassent, qui ministerio verbi Dei animas à peccati deformitate ereptas honestare & pulchras efficere studerent. Sed quid mirum si species animæ diuini Spiritus gratia decorata, & diuinæ [illegible] sic ad sui amorem incendat, quando [illegible] pulchritudo, quam philosophi naturali virtute [illegible] oculis humanis cerneretur, [illegible] Deinde tanta eius pulchritudo [illegible] animus ille formarum conditor & amator, intelligens nullam animam decorem suum assequi posse, nisi sanguinis sui rubore tingeretur, & passionis acerbissimæ meritis iuuaretur, non dubitauerit sanguinem suum fundere, vt hac tanta pulchritudine animas honestaret. Quod illa Apostoli verba significant: *Christus dilexit Ecclesiam.* *Eph. 5.*

Dignitas animæ gratia.

Præceptum IV. Decalogi.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.

TIT. LXXX. De pietate liberorum erga parentes.

Ioseph commendatur, quod patrem una cum filiis & nepotibus suis in Ægyptum vocasse it, & magno cum honore, lætitia & amplexibus eos susceperit, & tempore famis sustinuerit. *Genes. 45. 46. 47.*

Dauid cum Regis Saulis furorem fugiens incertis vagaretur sedibus parentes suos Regi Moabitarum commendauit. *1. Reg. 22.*

Cum Bersabee aliquando venisset ad Salomonem Regem filium, ab eo rem paruulam petitura statim Salomon matre nondum loquente, sed visa duntaxat, assurrexit in eius occursum, adorans eam: & posito illi throno ad dexteram, edentique dixit: Pete, mater, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam, &c. *3. Reg. 1.*

Tobias Tobiæ filius vt paterna cæcitati remedium quæreret puer adhuc, omniumque rerum ignarus, domo peregre profectus, cælestem meruit ducem sortiri, cuius ductu felix exitu, felicior reditu puer, præsentissimum attulit patri remedium. *Sabell. l. 3. c. 6. ex Tob. cap. 11.*

Idem quoque manuum suarum labore patrem iam senem & luminibus orbum curauit. *Tob. 11.*

Christus Dominus idem officium matri suæ præstitit: Ipse enim de ea solicitus, vt haberet qui ipsam pie sustentaret, in summa crucis supplicio, memor suæ in illam pietatis, dilectissimo discipulo Ioanni commendauit, qui statim recepit eam in suam. *Ioan. 19.*

EXEMP. I. *Helena Imperatrix à Constantino filio suo quomodo honorata.*

HElena Constantini Imper. mater fœmina fuit vt Ruffinus verbis vtar, incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia singulari, diuinis etiam claris visionibus, sacris vero peregrinationibus, templorum ædificiis, & sacri cultus propagationi multū dedita: quæ licet Regina orbis & mater Imperii appellaretur, Augustaq; publicè renuncupata esset: tamen per summā modestiā famularum Christi se famulā præbuit, ac sanctis Virginibus ad mensam humiliter admodum inseruiuit. Tanti vero illam habuit filius Constantinus, vt potestatem ei faceret regiis thesauris vtendi pro suo arbitratu, quoq; ciuitates duas matris nomine ad sempiternā eius memoriam insigniret: defunctam etiā honoribus maximis prosequens, ac eidē statuā publice instiru- *Ruffin. lib. 10. hist. eccles. 7. & 8. Nicephor. li. 8. c. 3. & Euseb. l. 3. de vita Constantini cap. 40.*

instituens, quæ, Suida teste, Augustæum nuncupata est.

II. *De pietate & reuerentia ab Alphonso Rege patri suo Ferdinando exhibita.*

Anton. Panormit l.2. de gest. Alph. c.28.

Alphonsus Rex Aragonum, cum peregre aduenienti Ferdinando patri obuiam progressus animaduertisset, illum lectica vectari valetudine affectum, statim equo desiliit, vt patrē pedibus comitaretur: & si opus esset, humeris aut ceruice etiā sustolleret. Cumque è lectica pater identidem cohortaretur, vt exemplo multorum procerum juxta adequitantiū, & ipse quoq; equum ascenderet: Alij, inquit, ô pater, quid ad se attineat, ipsi viderint: ego quidem adduci ipse neutiquam potero, quin Regem, quin patrem, & eundem ægrotum pedibus sequar. Eundem postea decem ac septem aureorum millibus funerauit, magno pietatis argumento.

Pietas Alphonsi in patrem.

III. *De ingenti Cardinalis charitate erga patrem, ac de eius ob eum affectum ad maiora promotione.*

Egnat. lib.5. cap. 4.

Vixerat Antonius Grimanus fama opibusque Venetiis insignis, cum primum rei maritimæ Imperator, prouincia satis feliciter administrata, domum reuersus procuratoria dignitate donatur: iterumq; Turcico bello ad vniuersam Græciam liberandam classi Imperator datur. Non multo post, abrogato illi imperio, Venetias reuocatus: quo tempore sane licuit spectare, cum summa omnium, qui interērāt, admiratione, filiorum in eum pietatem, & præcipue Cardinalis eius filij, qui illi juxta carcerem occurrens, patrem amplexatus, lacrymabunduſque: Ego, inquit, pater, pro te tuaq; salute in publica vincula me conijciam, nec prius inde discedam, quam audiero te publico absolutum judicio. Cæterū à patre publicorum ministrorum opera diuulsus petebat ab illis, vt se filium in carcere patri adjungerent, cui inseruire ipse posset. Sed cum non multo post maioris consilij judicio in exilium relegatus esset, ipseq; pater Romam aduolasset, relegationis suæ finibus non contentus, sic à Cardinali filio exceptus, sic in summo gaudio summam pietatem præstitit, vt beatum ac felicem patrem esse dicerent, qui talem filium sortitus esset. Qui mox in patriam restitutus incredibili omnium gaudio, iterum diui Marci procurator factus, quod nulli vnquam ante contigerat, denique in Lauretani Principis clarissimi locum ipse dux eligitur.

Filius pro patre incarcerari optat.

IV. *De insigni item alterius filij erga parentem charitate.*

Fulgos. lib.5. cap. 4.

Inter alia insignium virorum charitatis erga parentes exempla, illud hominis Toletani hoc loco commemorandum, in quo quod fortunæ defuerat, id rei magnitudo æquauit. Huius pater faber auri, à Petro primo Rege Castulonis ob falsas suspitiones morti damnatus erat. Filius amore erga patrem compulsus lacrymis precibusq; agere non destitit, vt seruato patre ipse pro eo occideretur. Quod

Filius loco patris mortem eligit.

assecutus vitam amisit, vt in vita seruaret eum, à quo ipse per genituram acceperat vitam, tanto omnibus aliis in hac charitatis laude præferendus, quanto aliis rebus omnibus vita charior est.

V. *Alexius Isaaci Imp. Constantin. filius Imperatoriam dignitatem paternæ charitati postponit.*

Idem ibid.

Cum Isaac Constantinopolitanus Imperator ab Alexio fratre imperio luminibusque simul priuatus esset, Isaaci filius & ipse Alexius nomine, Balduini, atq; aliorum Principum, qui ea tempestate ad Syriacam expeditionem pro Christi fide proficiscebantur, ope adiutus, armis imperiū recuperauit. Et quāquam eum omnes Imperatorem salutarent, eo nomine abstinuit, eductumque è carcere patrem in consuetum honorem restituit, atque imperatoriam dignitatem paternæ charitati postposuit.

Alexii charitas & pietas quanta erga patrē.

VI. *De duobus fratribus dissentientibus, qui interuentu Matris concordes facti sunt.*

Sabel. lib. 3. cap. 5.

Childebertus & Chlotarius fratres, regia Francorum stirpe orti, atq; ipsi Reges, cum de regni possessione armis disceptarent, essentque acie dimicaturi, Crothildis matris interuentu primo, ferrum inhibuere, maternis precibus & lacrymis moti: inde non solum prælio abstinuerunt, sed concordes facti mutuo se complexi sunt.

VII. *Piorum filiorum esse, parentum virtutes imitari, ac iisdem ornari.*

Egnat. lib.5. cap. 4.

Ludouicus Pius Francorum Rex, Caroli Magni filius, paterni regni & diadematis imperatorij successor, bellicis artibus [illegible] minus pacis gloria celebris, [illegible] cognomentum, [illegible]uit optimo jure, quod patri summo studio semper adfuit, illius virtutem & laudem imitari studuit, eiusq; mortem acerbissime tulit. In Christiana pietate tuenda propenso adeo animo, vt nihil illo studiosius esse potuerit. Quem Regis ardorem, & Christianissimi Imperatoris affectum vtinam & subsequentes Reges & præsentes retinerent.

Ludouicus cur Pius cognominatus.

VIII. *Parentum consilium & mores sequi proborum filiorum est officium.*

Pontan. l.1. de Obedientia.

Ferdinandus Rex Neapolitanus dixisse fertur nihil maiorem sibi voluptatem arrulisse, quā quod parentis sui, quamdiu superstes fuisset, consilium vti sibi licuisset: contra vero nihil maiorem sibi afferre dolorem, quam quod in rebus gerendis parentis sui post obitum eius restitutus esset consilio. Quibus verbis mirificam erga patrem suum pietatem & charitatem testatus est.

Ferdinandi Regis in patrem pietas.

IX. *De admiranda Caroli Zeni in patrem pietate & munificentia.*

Carolus Zenus Petri filius, pat[illegible] in primis insigni ad Smyrnam à Turcis inte[illegible] sacris nullo hostili metu auer[illegible] puer septimum [illegible] Clementem Pontif. Max. c[illegible]

Egnat. lib.5. cap. 4.

Auenioni tunc in Galliis agentem, apud quem eam orationem habuit, deplorans patris mortem, suamque in illum pietatem obtestans, vt Pontifex ipse admiratus tantâ in puero indolem penes se aliquot annos habere voluerit. Quo Pontifice tandem mortuo, ad suos domum reuersus, tanta pietate in patrem semper est vsus, vt eius memoriam frequentissime repetereret, singulisque diebus sacris operarus manes patris Deo commendaret, & domi agens inopes pauperes, nomen eius in ore semper haberet: adhortatus liberos suos, vt infixam sui memoriam pectore gestarent, eiusque virtutem, patria id exigente, referrent.

Caroli Zeni pietas in patrem.

TIT. LXXXI. De obedientia erga parentes.

Isaac ad iugulum victue patri suo paret, & impositus rogo vibratum in ceruice. acinacem non expauescit. Genes. 22.

Iacob matri sua obtemperans ad fratrem illius Labanem in Haram proficiscitur. Patru etiam mandatis obaudiens ne desitabus Canaan uxorem asciperet, Deum in omnibus sibi præsentem sensit. Gen. 27.

Ioseph à patre suo iussus, vt fratres in deserto ouium custodiam agentes accederet, ei paret, licet fratres extremo sui odio flagrare compertum haberet. Gen. 37.

Rechabita filij Ionadab patris sui præcepta firmiter in[illegible] Quem eorum zelum, licet circa humanas versetur [illegible], Deus tamen ipse apud Prophetam commendat. Ierem. 35.

Obediens fuit [illegible] patri vsque ad mortem; & [illegible] putatiuo per omnia subditum ac morigerum filium decent. Luc. 2.

EXEMP. I. *Pater vt obediat ab Eremo reuocat B. Gregorius Nazianzenus.*

PAter Gregorij Nazianzeni ecclesiæ Nazianzenę Pastor, cum per ætatem grauiores labores ferre non posset, hoc secundo egit apud filium, vt pro se [illegible] ecclesiæ Nazianzenę curam administrationemque susciperet. Ad eâmque rem non admonitionem tantum & cohortationem adferebat, sed & imprecationem admiscebat ex senecturis contemptu nascentem. Hic autem quietem nullis occupationibus interpellatâ sibi procurans, & maximi momenti esse censens parentem patri gerere, his vxorem cum alloquitur: [illegible], tametsi mihi molesta sint, quę imperas, in gratiam tamen tui haudquaquam recuso Nazianzi curam suscipio. Hoc tamen velim sacrosancta tua & pia prudentia cognoscat, nulla ratione fieri posse, vt te ex hac [illegible] egressio ecclesiam retinens [illegible] Ita sane, inquit, ô fili, mihi viuenti [illegible], senectutem meam fulciens, parentem [illegible] fultus. Cum autem è vita ex[illegible] tuas cõstitue. His auditis [illegible] erebat, præclarissime curans tum ipsius canitiem, jam ad centesimum accedentis, tum matris senectutem, non multum ab ea ætate distantis.

Gregor. Presbyter in eius vita apud Surium die 9. Maij.

II. *De obedientia Marcellæ viduæ erga matrem.*

Scribit D. Hieronymus de Marcella vidua, quod in tantum Albinæ matri suæ obediens erat vt interdum faceret, quod nolebat: Nam cum illa suum diligeret sanguinem, & absque filiis, & nepotibus vellet in fratris liberos vniuersa conferre: Marcella vero pauperes eligeret, tamen matri contraire non poterat, Monilia, & quicquid supellectilis fuit, diuitibus peritura concedens, magisq; volens pecuniam perdere, quam parentis animum contristare.

In Epitaph. Marcellæ viduæ ad Principiam to. 1.

III. *De obedientia Eustochij virginis & pietate erga matrem.*

Eustochium virginitatis & Ecclesiæ pretiosum monile ita semper adhæsit matri Paulæ, & eius obediuit imperiis, vt nunquam absque ea cubaret, nunquam procederet, nunquam cibum caperet, ne vnũquidem nummum haberet potestatis suę, sed & paternam & maternam substantiolam à matre distribui pauperibus lætaretur: & pietatem in parentem hæreditatem maximam & diuitias crederet. Cum mater incidisset in grauissimam valetudinem, & quod optabat, inuenisset, vt mundum desereret, & plenius Domino jungeretur, in eo languore Eustochij filiæ probata in matre pietas magis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, puluillum supponere, fricare pedes, manu stomachum confouere, mollia strata componere, aquam calidam temperare, mappulã apponere, omnium ancillarum præuenire officia, & quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu, inter jacentem matrem & specum Domini discurrebat ne priuaretur tanto contubernio, ne illa absente viueret, vt eodem feretro portaretur.

Vsuar. Martyrolog. in Append. lit. C. ex D. Hier. in Epitaph. Paul. vid. ad Eustoch. virg.

IV. *Deo magis parendum esse quam parentibus.*

Trasamundus Rex Vandalorum Ariana impietate infectus, cum jam morti vicinus esset, Hilderichum filium suum ex Eudoxia filia Valentini Imperatoris à Genserico captiuata, sacramento astringit, vt Catholicis in regno consuleret. Qui patre mortuo Deo magis obediendum esse quam hominibus recte judicãs, antequam regnum susciperet, omnes Catholicos ab exiliis jussit reuocari, & Episcopis ecclesias reformari. Sicque suscepto regno regnauit annis octo, euolutis septuaginta annis, ex quo Genserici auus eius statum Ecclesię in Africa profanauit.

Ex Chron. Sigeber. ad an. Dom. 520.

In quo magis obediendum sit Deo, quam parentibus.

Hoc autem licitum esse huiusmodi exemplo demonstrari potest ex dialogis B. Gregorij desumpto:

D. Greg. li. 3. dial. c. 11.

Rei, inquit, ille, quam narro, vir sanctissimus Eleutherius senex pater testis extitit: missiq; hoc intimare curauit, quod in Spoletana vrbe puella quædam jam nubilis cuiusdam primarij filia cælesti vitæ desiderio exarsit, eique pater ad viam vitę resistere conatus: sed contempto patre conuersionis habitum suscepit. Qua ex re factum est, nihilque ei aliud, nisi sex vncias vnius possessiũculæ largiretur. Eius vero exemplo prouocatæ cœperunt apud eam multæ nobilioris generis puellę conuerti: atq; omnipotenti Domino dedicata virginitate seruire. Quadam v. die idem Eleutherius Abbas vir vitæ venerabilis, ad eam gratia exhortationis atq; ædificationis accesserat: & cum ea de vero Deo colloquens sedebat. Cum repente ex eodem fundo, quem in sex vnciis à patre perceperat, cum xenio rusticus venit: dũ ante eos assisteret, maligno spiritu correptus cecidit, fatigarique nimiis stridoribus atque balatibus cæpit. Tunc sanctimonialis fœmina surrexit, atque irato vultu magnis clamoribus imperauit, dicens: Exi ab eo, miser, exi ab eo miser. Ad cuius vocem mox per os vexati diabolus respondit, dicens: Et si de isto exeo, in quem intrabo? Casu autem juxta porcus parnulus pascebatur. Tũc sanctimonialis fœmina præcepit, dicens: Exi ab eo, & in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exiuit, porcum, quem jussus fuerat, inuasit, occidit, & recessit.

TIT. LXXXII. De impietate liberorum in parentes.

His in exemplum Absalon esto, qui postquam patri suo Dauidi rebellis domi bellia fuisset, cumque solio regiaque vrbe expulsum etiam toto regni corpore eum ad mortem persequeretur, & in fugam actus mul[to], cui infederat perfugiente, à densa quercu penderet imbellis, à Ioab tribus lanceis perfossus interiit, lapidibusque in tumuli speciem congestis obrutus omnibus sui similibus prodigiis filiis de se exemplum meritæ castigationis reliquit.

EXEMP. I. *De bufone adhærente fronti filii parentibus suis necessaria suppeditare refugienti.*

Tho. Cantipr. lib. 2. Apum ca. 7. p. Simile est in Cæsario l. 12 lib. 6.

SVper hoc quiddam valde memorabile contigit, quod subiungo. In Normannia partibus vir admodum diues erat, sed ignobilis. Hic filium habebat vnicum & dilectum, quem delicate educauerat ad robur viri. Conuenit ergo patrem militis quidam nobilis cum amicis, dicens: Filia est nobis, decora nimis & prudens, per quam, si tibi placuerit, posteritas tua exaltari poterit, & juuari. Hanc filio tuo dabimus in vxorem, hoc tamen modo, vt cedas possessionibus vniuersis, & filius tibi, & matri, quam duxeritis, abundantissime prouidebit. Casus enim diuersi sunt, in quibus filius tuus posset, te in possessione manente, hæreditate frustrari. Hoc patre audiente, & hęrente sub dubio, ab amicis tandem cõpulsus est, etsi mente pauidus, cedere cunctis bonis: peractis ergo nuptiis, filius, & vxor eius, anno quidem primo honorauit parentes, victum copiosius ministrauit, sed secundo minus & tertio inuerecundius quam decebat. Quarto autem, suggerente vxore, filius parentibus suis domunculam paruam in posito domus suę constituit, vt minus esset indecentia senum juuenibus onerosa: ibique eis secretius insufficienter necessaria ministrarent. Pertulit ergo senex pater ibidem cum vxore decrepita non modicam egestatem, & vix interdum domum filij audebat intrare: sed per clientulum mandabat ea quibus carere non poterat. Vna autem dierum accidit, vt mater ex opposito domus suæ visa auca infixa veru in domo filij, diceret viro suo: Mea fœmina magis decet paucis esse contentam, tu autem vadas ad domum filij, & saltem semel esurientem animam saties de auca, quam ibidem vidi esui præparatam. Hoc audito, senex excitº baculo properabat ad domum filij, sed mox vt eum filius vidit, aucam retraxit ab igne, & clam abscondit, statimque patri obuius, quid quæreret, inquisiuit. Et mox factum paternotans dissimulauit, & rediit ad domum suã. Filius igitur puellæ præcipit, vt mox aucam reponat ad ignem. Nec mora, vbi puella in thalamo aucam vidit, bufonem maximum aucæ pectore inhærentem inuenit. Et ergo clamãte, accurrit juniot dominus, nisusq; bufonem excutere, vt violenter institi[t] fo ab auca resiliens faciem adeo conat[us] vt nulla arte vel consilio deponi posset, aut excuti: sed sic multis annis ho[rum] inhærendo puniuit. Et erat ille supremi stupo[ris] culum, vt si quando ministri illius pars aliqua [tan]gebatur, ac si in corde percuteretur, ita homo sensibiliter lędebatur. Conterritus igitur mirabiliter & contritus adiit diœcesanum Episcopum, & cum omni dolore confessus pro pœnitentia recepit ab illo, vt per omnes fines Normaniæ, & Galliæ ciuitates, reuelata facie circuiret, & vbique narraret populis euentum rei, vt per hoc, exemplum sumerent filij honorare parentes & discere[nt], quam periculosum sit & nociuum, vi[ros] non re[d]dere laboribus, quos ipsi parentes [in] iliis impende[runt]. Hoc ergo hominem cum bufoni[s] monstro circ[u]meuntem, vt diximus, frater Ioannes de Magno Po[n]te Ordinis Prædicatorum, [qui] per ipsum nobis re[l]atum est, vidit in juuentute [pa]rissiis palam referente[m] omnibus & monstrantem, quod pro inhonoratio[ne] parentum passus fue[rat] multis annis, & adhuc secundum Dei voluntatem [pa]teretur. Hunc postea, sed non per dictum fratrem Ioannem, audiuimus sanctorũ quorundam pr[e]ib. liberatum, & dissolutisse subito fœdũ monstrum. Huius igitur exemplo discat fideles filij h[onorare] & adiuuare parentes, & eis vice an[te] [bo]nis

Bufo adhæret fronti eius, qui parentes contemnens necessaria non suppeditabat.

II. *A dæmone vexatus Carol[us] Cra[ssus] tiam & molestiam prębens.*

Carolus junior cognom[ento] [Cra]ssus, Caroli Calui nepos ex [Lu]dou. Gallorum Regis filius, à dæm[one] [va]xatur in pr[i]ncipio

Sigiberti Chronic.

ann. 878. Mart. Polon. in Chron. anno 872.

sentia patris & optimatum eius veratur, & in ipsa vocatione confitetur, hoc sibi ideo contigisse, quia contra patrem suum conspirationem facere moliebatur.

III. *De funesto interitu Glyssemari, qui patrem supplantauerat.*

Ex append. ad histor. Franc. diui Greg. Tur. cap. 98.

Ebruino interfecto, Franci, accepto consilio, Waradonem illustrem virum loco eius in honorē Maioris domus constituerunt. Idcirco præfatus Waradonis obsides à Pipino Duce accipiens pacem inuicem impetrauit. Erat id temporis memorato Waradoni filius valde efficax atq; industrius, eruditus in consilio, qui vice patris curam palatij gerebat, nomine Ghyssematis, qui ob nimiam calliditatem ac sagacitatem patrem à honore proprio supplantauit, quē S. Abdonius Episcopus sæpius ob hoc impetrabat, vt ad pacem vel patris indulgentiam remearet; qui audire renuit, & in cordis duritia permansit. Fuerunt igitur inter Pipinum & præfatum Ghyssemarum discordiæ multæ & bella ciuilia plurima: nam ad castrum Manucum contra hostem Pipini Ducis Ghyssemarus consurgens fraudulenter falso juramento dato, quam plurimos eorum nobiles viros occidit. Inde vero reuersus ob supplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetrauerat, à Deo percussus predictus Ghyssemarus, vt dignus erat, iniquissimus, fudit spiritum, illoque mortuo pater eius Wardo honorem pristinum Maioris domus recepit.

Filius patrē supplantat.

Ghyssemari perfidia.

Infaustus Ghyssemari interitus.

IV. *De Chramni in patrem insurgentis miserando interitu.*

Greg. Tur. lib. 5. histor. Franc. c. 20. apud Baron. tom. 7. an. 564. 30.

Clotharius [illegible] incorum Rex cognomento Chramnum frendens, cum exercitu aduersus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi timuit: cumque in vno campo conglobatus vterq; resideret exercitus, & Chramnus contra patrem aciem instruxisset, incumbente nocte à bello cessatum est. Ea quoq; nocte Coonober Comes Britannorum dicit ad Chramnum. Iniustum censeo te contra patrē tuum debere egredi: permitte me hac nocte, vt irruam super eum, ipsumque cum toto exercitu proteruam. Quod Chramnus (vt credo) virtute Dei præuentus fieri non permisit. Mane autem facto, vterque commoto exercitu ad bellum contra se properat: Ibatq; Clotharius Rex tanquam nouus Dauid contra Absalonem filium pugnaturus, plangens atq; dicens. Respice Domine de cœlo, & judica causam meam, quia iniuste à meo iniuriā patior. Respice & judica juste, illudque impone judicium, quod quondam inter Absalonem & patrem eius Dauid posuisti. Confligentibus igitur pariter Britannorum Comes terga vertit, ibiq; & [illegible] Chramnus [illegible] iniit naues in mari paratas habēs [illegible] iuxta eum filias suas liberare voluit, ab exercitu [illegible] esset, captus atque ligatus est. Quo [illegible] Rex innotuisset, jussit eum [illegible] igne consumi, incluso[illegible]

Chramnus impius in patrem cō buritur cū vxore & liberis.

in tugurio cuiusdam pauperculæ Chramnus super scamnum extensus oratio sigillatus est, & sic postea super eos incensa casula, cum vxore & filiabus interiit. Cum eo illas par pœna coniunxit, quas ad rebellandum contra patrem habuit impellentes: ignemque pati iidem meruerunt, quorum occasione incensa fuerat Turoni basilica S. Martini.

V. *Patri mortem intentans à dæmone suffocatur.*

Alexan. ab Alexandro lib. 1. dierum genialium c. 19. Petr. Tyraeus p. 2. de damoniacis cap. 30.

Non prætermittendum hoc loco, quod scribit Alexander ab Alexandro: Res admiratione digna est, inquit, quam recenti admiratione comperimus Romæ. Quippe notatu res est: cum apud Gabios quidam infimæ sortis & obscuris natalibus adolescens, vesanus & furiosus (cuius praui mores & vita facinorosa fuerat) in parentem grauibus jurgiis ferretur post jurgia immodica, cum furiis agitatus aduocato dæmone, cui se deuouerat homo ille improbus, & impurus: furore cæcus & amens, discessisset, & Romam petere cœpisset, eo consilio, vt aliquod dirum facinus in patrem moliretur: dum iter faceret, dæmonem facie hominis truculenta, sordida barba & capillo, vesteque obsoleta & squalida, obuiam habuisse, quo cum simul pergerent, illum interrogasse juuenem (quem animo anxio & solicito videbat) quare tam tristis incederet: atque ille cum quid jurgij cum patre fuisset, quodque aliquid scelesti facinoris patrare cuperet, respondisset: Dæmonem illū se quoque simili casu percitum fuisse dicere: proinde pergerent, & iniurias suas vltum irent. Cumque nocte apperente ad vrbem applicuissent, in proximo hospitio diuertisse, atque in cubiculum, quod à caupone vtriq; exhibitum fuit, haud multo post cubitum iuisse. Cumque vna cubarent, pestem illam immanem, cum illum somno oppressum videret, infestis manibus jugulum hominis apprehendisse, vt elisis faucibus necaret: quem jam oppressisset, ni expergefactus ille Dei opem & auxilium aduocasset: quo audito furiam illam deterrimam stridore & tumultu magno, cantoque impetu cubiculum, vnde euasit, citum collisisse, vt tigna & tectum euerterit, [illegible]lasque penitus perfregerit.

Dæmonis carnificinā experitur filius impius in patrem.

VI. *De adolescente parentes contemnente à dæmone arrepto.*

Simeon Metaph. in vita S. Parthenij Epis. apud Sur. 7. Febr.

Ad eandem rem facit illud, quod in vita S. Parthenii refert Metaphrastes: ad hunc enim cum parentes filium suum nomine Niconem, qui grauē dæmonis carnificinam patiebatur, adduxissent, instantius rogantes, vt eius misereretur juuentutis, & ab immundo spiritu liberaret, vir sanctus dixit eis. Nō est dignus qui curetur, ad castigationē enim datus ei fuit stimulus spiritus, est n. parricida, vos namq; [illegible] ab eo habiti cōtemptui, in animæ vestræ amaritudine à Deo petiistis, vt ipse castigaretur. Sinite eum [illegible] esse: expedit enim. Ille vero, vt qui essent parentes & vinceretur viscerib, exclamauerunt, rogantes cum lacrymis. Precare Deum pro ipso, vt liberetur

à sæuo & immani dæmone. Beatus autem Parthenius misertus abunde profluentium lacrymarũ parentum, intensè Deum precatus est pro ipso, & protinus egressus fuit ab ipso dæmon, & mũdatus fuit homo. Tunc parentes eius eum sanum acceperunt: & domum redierunt, Deum laudantes atque glorificantes.

VII. *De adolescente horrende matrem tractante in carcere coniecto qui propterea à fide Catholica excidit.*

D. Aug. Epist. 168. tom. 1.

Quid execrabilius hic adiici potest, quam illud, quod narrat diuus Augustinus? Corripitur ab Episcopo suo iuuenis, crebris cædibus matris insanus, & impias manus nec illis diebus, cum etiam sæuitas legum sceleratissimis parcit, à visceribus vnde natus est, reuocant. Minatur eidem matri, se in partem Donati transiturum: & eam, quam incredibili furore solet cædere, perempturũ. Minatur ei: transit ad partes Donati, rebaptizatur furens, & in maternum sanguinẽ fremens albis vestibus candidatur Constituitur intra cancellos eminens atq; conspicuus, & omnium gementium oculis matricidii meditator, tanquam renouatus opponitur. Hæccine tandem tibi placent, vir grauissime? Nequaquã hoc de te crediderim] & paulo post: Quid aliud expectamus, vir honorabilis Eusebi, nisi in miseram mulierem senectute decrepitam, viduitate destituram, à cuius cædib[illegible] catholica prohibebatur, iam Donatista securus armetur? &c.

Immane sceius adolescentis in matrem.

VIII. *De duobus pueris, qui à percussa matre diris deuouentur, & à dæmone corripiuntur.*

Io. Archipresbyter. Aretin. in Vita S. Zenonis apud Sur. 25. Maij

Mulier quædam pagana, generis & opum existimatione valde clara in ciuitate Florentina, mortuo viro, duos superstites habebat filios, quos delicatissime enutrierat, & cum ad perfectam illi iam peruenissent ætatem, quodam die in iram versi matrem propriam pluribus verberibus enormiter flagellarunt. Quod sceleris ipsa impatiens, abhorrens corpora illorum horrendis imprecationibus detestata fuit, genibusq; procumbens, & terram manibus pulsans, Erynnen cæteraque infernas pestes in rabiem filiorum magno cum gemitu inuocat. Et audiunt dæmones ab imis tenebris: iuuenes cõgrediuntur, illos in furias exagitant. Qui statim, vt rabidi canes, mordaciter adinuicem sua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingens. Alii funes, alii catenas ferunt. Ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent. Iam mater pietate commouetur in filios, iam facti pœnitet, & tantæ calamitatis euentum deflet: plangit, ne quid inde agat, cauitare valebat. Interim occurrunt memoriæ, quę à Zenobio audierat, & accepto cõsilio, spreque prorsus recuperandæ salutis, licet pagana sit, tamen credula ad Zenobium filios adduci procurat, precibus & lacrymis fideliter orat. Ille infelicem iuuenum captiuitatẽ miseratus, pieq; commotus: ait ad mulierem: Cõstanter age mulier, & crede, quod Dominus noster Iesus, qui illos modo post orationem meam sanitati restituet, verus est Dei filius, & omnium creator & Dominus. Et statim in basilica Saluatoris, vbi aderant, coram vexillo Crucis se prosternens cõponit: vbi cum duabus horis in oratione iacuisset, h.e à prima diei hora, qua illi aduenerant, vsque in horam tertiam, surrexit ab oratione, & iuuenes signo Crucis benedicens, dæmones ab illis prorsus effugauit, vt in eo compleretur quod scriptum est: *Psal. 17.* *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertor, donec deficiant. Affligam illos, nec poterũt stare: cadent sub pedibus meis: quia præcinxisti me virtute ad bellum.* Illi vero sanissimi effecti, vna cũ matre, & omni familia, constituto corpore, baptismi gratiã receperunt: qui vsq; ad Simpliciani tempora, ipso attestante, in feruore fidei magna sanctitate durarũt.

IX. *De vltione diuina in impietatem Guilielmi Bauari Comitis erga parentes.*

Anno Domini milleſimotrecẽtesimo quinquagesimo octauo, mense Aprili, feriis diui Gregorii martyris, Guillelmus Bauarus Comes Hanoniæ & Hollandiæ phrenesim & amentiam incurrit, ita vt claudi ac seruari per totam reliquam vitam deberet, eoque statu perseuerauit per annos triginta ad vltimum vsque vitæ diẽ. Vltio diuina fuisse putatur, propterea quod tam asper, durus ac rebellis fuisset matri suæ Margaretæ Augustæ. Magnũ [illegible] templum pro reuerentia obseruantiaque parentum. *Iacob. Meyer. lib. 13. Annal. Fland. an. 1358.* Impietas parentes punita.

X. *Alfonsi VI. impietas in [illegible] qua ratione castigata.*

Alfonsus VI. [illegible] pan. Rex filiã [illegible] bastardam nomine Th[illegible]nam dedit vxorem [illegible] Henrico Comiti Lotaringiæ consanguineo Imperatoris, qui de patribus Gallarum venerat. Motus est ad id Alfonsus, quia illum strenue pugnantem contra Mahumetanos exercuerat: is enim erat belli peritissimus, deditque ei dotem partem Galliciæ, quę nunc Portugalia dicitur. Comes igitur patriam illam possedit cum solida recognitione Regi Hispaniæ debita. Genuit autem Comes ex ea filium Alfonsum Henriques nomine, quẽ Rex Castellæ primo Ducem Portugaliæ creauit. Deinde aliquibus prœliis habitis [illegible] Saracenis, & rebus prospere gestis volente Rege [illegible] Castellæ regium titulum assumpsit. Hoc a Comite Henrico vita functo, Theresia [illegible]us vxor nupsit cuida[illegible] Fernando Comiti: quæ res multũ displicuit Alfonso [illegible]us filio. Quare orta est [illegible]os implacabilis discordia grauiaq; bella cõserebant, vsque adeo, vt in quodam campestri prœlio Alfonsus victor euasit contra Fernandum victricem, matremq; suã Theresiã captiuauit & in vinculis trusit. [illegible]aq; cõquesta est Rom[illegible] Pontifici, qui per Episcopũ Conimbriẽsem me[illegible]um [illegible] vt matrẽ liberaret, alias illum excommunicationem [illegible] Vero renuit: quem Episcopus [illegible] numque interdixit, & Rom[illegible] prædictus Rom. Pontifex Card[illegible] tum, sed non profuit: quinimo cum Alfonsum [illegible] *Discordia inter matrem & filium.* Alfonsus excommunicationem nihili facit.

Maledictio Therasiæ in filium.

excommunicasset, ille in reprobum sensum datus Legatum fugientem persequitur & capit. Materi-gitur videns differri relaxationem suam, maledixit filio suo, dicens: Quia crura mea vinculis alligasti & mihi abstulisti honorem à patre relictum, Deum precor, vt ab hostibus fis captiuus, vt ego sum, demum crura tua fracta conspicias, sicut mea ferro vinxisti. Quod paulo post expletum est. Cum enim bellum apud Pacensem ciuitatem cum Fernando Rege Legionis Alfonsus conseret, exiens per portam ciuitatis ad prælium iam cœptum, tibia vectis ferro inuoluta est, pariter & rupta: ille vero in bello victus & captus est. Itaq; eadem inobedientia ad mandata Apostolica, simul & maledictio materna eum comprehenderunt. Scriptum est enim: *Filius stultus deficit matrem suam.* Et iterum Sapiens ait: *Maledictus à Deo, qui exasperat matrem suam.* Et rursus: *Maledictio matris eradicat fundamenta.*

Alfonsi impietas in matrem castigata.

Prou. 15. Eccles. 3. Ibidem.

Ex Annal. Societ. an. 1592. Prouinc. Franciæ.

XI. *De vltione diuina per muscam in filium quempiam, qui matrem vixando percusserat.*

Libet & illa recentiora ad multorum documentum adscribere. Petraconii, filius dum cum matre altercatur, illam colapho lædit addiditque eam imprecationem: Vtinam manifeste Deus ostendat, vter nostrum culpam, iniuriamue sustineat. Nocte manum vtramque ita arcte sibi ligari atque constringi sensit ab eo, quē non videbat, vt paulo post obscissum iri videretur. Exprimunt clamores dolor, timor: sed non ante destitutus est, quā suggerente conscientia, supplex veniam petit à matre, & illa tandem miserata filio reddit. Rediit paulo post ad ingenium: simulque simul admittantur, musca insitatæ magnitudinis lumen extinguit: & iniecto terrore altercationem dirimit. Rixantur iterum, redit musca eadem longe molestior, diu noctuq; domi, extra domum, in via, in vrbe, in agro etiam atque etiam vtrumq; diuexat, omnibus videntibus, atq; contremescentibus ad conspectum tantuli animalis: quod non obscure Dei vindicem esse, aut fortasse diabolum intelligebant, donec de nostrorum consilio vere pacificari, & confirmari sacramentis, suas vtetque patres implere pietatis, atque caritatis instituit: & sic abactum est animal lustrali importunum animal.

Musca vexatus filius qui matri molestus erat.

XII. *De repressa alterius in matrem viduam impietate.*

Ex iisdem Annalibus eiusdem anni.

Elius ibidem magis etiam in matrem viduam impius eam à sua coniuge, ab ancilla, ita perpetuo contemni, contumeliis onerari, atque pessundari permittebat, vt misera prope versa in desperationem cohibenda fuerit à nostris, quo minus sibi mortem inferret. Filius ab iisdē obiurgatus, & propositis exemplis, officium commonitus, nihil valuit effectus: sed paulo post ad [illegible] impietatē, magna omniū offensione. Nam cum [illegible] pudoris in capitis iudiciū [illegible] doceret filium impium, in pa[illegible] docetur febri filiolam, quam [illegible] neue casu factū existimaret, no-

cte intempesta, qua sopor artissimus omnes habebat, intimi eius cubiculi fores pulsari cœptæ sunt tanto fragore, vt tota domus contremisceret. De lecto omnes exiliunt: accensis facibus, atreptisque armis singula loca curiose lustrantur: sed omnia inuenta, vti fuerat obserata, clauibus, vecte, pessulis: nullum vestigium furis aut hostis: domesticis timor in admirationem conuersus. Ipse vero Deum timere cœpit, non homines: illudque nutante conscienria omnem dubitationem exemit, quod paulo post filiolæ ad lumen accensum ridenti, atq; alia omnia cogitanti pectrum obiectum, quo ita deterrita atq; vexata est, vt eam nullæ vestes nulli recessus satis abdere posse viderentur: cumque nulla vis morbi solito maior appareret, illicò excessit è vita. Tum vero pater accepit vexatione intellectum: vir albescente die sacerdotem adit, à quo fuerat obiurgatus: suum fatetur scelus, seque in matrem commissa flagitia beneficiis, obseruantia, pietate compensaturum pollicetur.

Filii in matrem vidua impietas diuinitus quomodo repressa.

TIT. XXXIII. De inobedientia puerorum erga parentes.

Esau inobediens parentibus amisit nobilissimam benedictionem. Gen. 26.

EXEMP. I. *Rex filium inobedientem priuat regno.*

SVb an. Dominicæ incarn. octingentesimo sexagesimo octauo, gens Bulgarorum ferocissima ac bellicosa, relictis idolis abrenuntiatisque Gentilium superstitionibus, in Christum pro maxima parte credidit, & abluta salutari baptismatis vnda in religionem Christianam transiit. Fuerunt autem de huius gentis Rege, quod tanta perfectione post perceptam baptismi gratiam viuere cœperit, vt diebus, ornamentis regiis indutus coram populo procederet: noctibus vero sacro vestitu latenter ecclesiam intrans, super pauimentum ipsius Basilicæ, substrato tantū sibi cilicio, prostratus in oratione iaceret. Nec post multum diuina inspiratione commotus regnum terrenum dimisit, vt in cælis æternaliter regnaret cum Christo. Et ordinauit in suum locum regem filium suum maiorem natu, comam capitis deposuit, habituque sanctæ conuersationis susceptro monachus effectus est, eleemosynis, vigiliis & orationibus die noctuque intentus. Interea filius eius, quem Regem constituerat, longe à paterna intentione & operatione recedens prædas cœpit exercere, ebrietatibus, commessationibus, & libidinibus vacare, & omni conamine ad gentilitatis ritum populum nouiter baptizatum reuocare. Quod cum pater audiisset, nimio zelo accensus sactum habitū deposuit, & militiæ cingulum resumpsit, & cultu regio indutus adsociatis sibi Deū timentibus filiū persecutus est, quem mox absque difficultate cepit, oculosque eius effodit, & in carcerem misit, deinde

Regino li. 6. Martin. Polon. lib. 4. Chron.

Regis Bulgarorum pietas.

Bulgarorū Rex regnū deserit vt Deo seruiat.

Filius à patris moribus degenerat.

Filius degenerans à patre castigatur.

conuocatio omni regno suo filiũ iuniorem Regem constituit, interminatus coram omnibus similia fore passurum, si in aliquo a recta Christianitate deuiaret. His ita patratis, deposito cingulo, & resumpto sanctæ religionis habitu, in monasterium ingressus in sancta conuersatione reliquum vitæ præsentis tempus duxit.

Bulgarorũ Rex fit monachus.

II. *Carolomano item parentis sui monita aspernanti eruuntur oculi.*

Anno Dominicę incarn. octingentesimo septuagesimo, Carolomannus, cum adhuc esset puerulus, iussu patris attonsus clericus effectus est, deinde procedente tempore ad Diaconatus officium, quãuis inuitus atque coactus, in præsentia genitoris ordinatus est, legitq; publice Euangelium, & Pontifici missam celebranti iuxta morem ministrauit. Post hæc in Apostasia recedens ab ecclesiastica religione, abiiciens ac spernens negligenter gratiam, quæ ei data erat per impositionem manus, alter Iulianus efficitur, collecta quippe prædonũ non modica turba, ecclesias Dei cœpit deuastare, ea, quæ pacis sunt impugnare, cuncta diripere, & mala inaudita perpetrare, pro quibus cũ crebro à patre correptus fuisset, nec tamen vllatenus accepta prauitas cessaret, nouissime ex præcepto patris ei oculi eruuntur, iusto Dei iudicio lucem exteriorẽ amittens, qui interiorem, quæ Christus est, à suo pectore effugauerat, in tenebras exteriores missus, qui interioribus tua ipsum se tradiderat. Orbatusque Ludouicum auunculum suum adiit, miseriarum & calamitatum suarum ærumnas apud eum lugubriter deplorans. Ille, miseratione motus, Absternatũ monasterium sancti Willibrodi ei ad subsidium vitæ præsentis concessit, vbi non multo post tempore mortuus est & sepultus.

Regino li. 2. Chron. an. 870.

Carolomanus Diaconus fit Apostata.

Carolomano cur eruti oculi.

III. *Vt adolescentes immorigeri ac parentibus inobedientes vitam sibi contrahant.*

Nostra ætate, ait S Bernardinus, in Hispaniæ citeriotis oppido, cui nomen Sui, [illegible] ita procul Valentia, adolescens fuit, qui per parentũ inobedientiam eo deuenerat, vt anno octauo decimo propter latrocinia, & publica facinora in vincula conijectus, & suspendio damnatus sit. Erat etiam tum puerilis imberbis: pendenti vero iam, atque exanimi subito prorumpit barba, spectante populo, comæ capitis plane canescunt, vt ætatem referret hominis nonagenarii. Miraculo rei accitus cum populo & toto clero accurrit Episcopus: omnes in genua prostrati expectant, dum ostendat Deus, quid sibi monstrum hoc velit. Atque ecce tibi, Episcopus editiorem capiens tumulum ad omnes ait, voluisse Deum ostendere, quantum de vita eis detrahat, qui de parentũ obedientia detraxerunt: victurum etiam hunc iuuenem fuisse ad eam ætatem, quæ iam appareret in facie, nisi ipsos septuaginta annos parentum inobedientia detraxisset.

Tom. 2. Dominica 1. quadr. serm. 17. & Guil. Baldesan. li. 3. stimulat. adolesc. c. 16. Filius inobediens in mala cruce canescens quid signet.

IV. *Dein infausto exitu adolescentis vita turbulenta, & parentes ad mortem vsque amaricantes.*

Alium quempiam, inquit Thomas Brabantius, in partibus Galliæ, sub Philippo Rege, nostris temporibus, viro religioso referẽte, fuisse cognouimus. Hic ab ineunte ætate peruicacissimæ vitæ, vt illud quod de Ismaele scriptum est: *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum*, in eo ita videretur impletum, vt nec parentes proprios quiescere, sustineret, sed ad amarissimum vitæ finem perduceret. Post quos & ipse miserabiliter infirmatus, & in agone mortis positus, sumptis ecclesiasticis sacramentis, subito inter manus assistentium clamans horribiliter exiliuit dicẽs: Surgite omnes, arma accipite, iuuate me contra proprium patrem, quia omnium inimicorum meorum ductor factus est, & me conatur occidere. Et hoc dicens, quasi contra ingredientẽ multitudinẽ ad ostium ire conatus est. Nec mora, cadens, euersis terribiliter oculis clamauit expirans: Heu me, pater meus modo validissimo lapide frontẽ meã percutiẽdo contriuit. Hi a qui assistebant, neminẽ quidem videbant, sed quasi turbas se cõprimentiũ, & ingredientium audiebant. Vide ergo, qui nec patrem proprium propitiũ habere potuit, quantis diuinæ vindictæ animaduersionibus dignus sit. Non tamen absolute eũ, qui apparuit, illius patrem dixerim: Sed quemcunq; forte ex spiritibus siue bonis, siue malis, cũ dictum sit: *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum contra insensatos.*

Tho. Brabantin. lib. 2. Apum c. 14. p. 7.

Genes. 16.

Pœna horribilis adolescentis parentibus infesti.

Sap. 5.

V. *Diua Virgo Catharinam Suedicam, increpat de sua erga matrem Brigittam inobedientia.*

Catharina Sued[illegible]am matre Romæ esset, iussa est aliquando ob impiorum iniquitias domi manere, donec per dum mater ad [illegible]es & indulgentias abiret. Interim adest Sathan, & acerbas in eius animum cœpit cogitationes immittere, tanquam aliis suarum animarum lucra captantibus, ipsa instar bruti animantis ab omnibus spiritualibus bonis arceretur. Addebat his, eius cognatos, fratres & sorores in patria cum summa tranquillitate seruire Deo, ipsam vero miseram ducere vitam: præstare igitur, ne in lucem quidem editam fuisse, quã id genus inferim vitam ducere. Erat hæc in animo sanctæ virginis tentatio vehemens, adeoque eam mœrore & perturbatione oppleuerat, vt matre illius reuertente & serio præcipiente, vt tanti mœroris causam ederet, simpliciter responderet, se id quinõ posse. Et certe iam plane instar mortuæ facies eius expalluerat, [illegible] transuersi erant: in [illegible] molestus erat dæmon id genus importunissimis ingerendis cogitationibus. Porro nocte proxima in somnis visa est sibi videre totũ mundũ quasi inflammatũ, seque in medio ignis positã in parua quadam planitie, planeq; desperantẽ ab illis [illegible] esse flammis eripi: tum vero apparentẽ ipsi beatam Mariam virginem, quam his verbis deprecata est, charissima Domina mea. Illa [illegible] Et qua te possum ratione [illegible] teneris desiderio, oblita spons[illegible]

Tentatur Catharina Suedica a Sathana.

Visum eius.

Virginis apparitio.

Deo, neque mihi, neque matri tuæ, neque patri spirituali obediens: Sic vero offerentem ad omnia exequenda, quæ iuberet Dei mater: atque tum demum Dei genitricé dicentem: Obedias igitur matri tuę, & patri spirituali. Expergefacta inde Catharinam matrem cum omni humilitate celeriter adiit, veniam suæ inconstantiæ petiit, promisitque se deinceps ad mortem vsque libenter in exilio cum ipsa permansuram.

Obedientiã maiorẽ promittens liberatur à tentatione.

TIT. XXXIV. De parentum officio erga liberos.

1. Reg. 1. *Ingens fuit Elcanæ & Annæ circa filioli sui Samuelis institutionem pietatis, dum eum totum Deo consecrant, vt cunctis diebus vitæ suæ ei ingrater inseruiret.*

3. Reg. ca. 2. *Nec minor Dauidis fuit pietas, cum filium suum Salomonem magna & fide & solicitudine tradidit Nathan Prophetæ instituendum, cui breui post moriturus regni administrationem, & cultus diuini curam commendauit.*

Iob. ca 1. *Quantam pro liberorum suorum salute curam gesserit pius Iob, ex eo patet, quod quotidie pro iis apud Deum deprecatus sit. Magna etiam in Tobia seniore pietas elucescit, dum filium ingenti cura erudit, & quæ ipsi facienda præcepit.*

Tobiæ 10. *Raguel & Anna filiam suam Saram pie & pudice educatam dimittentes, monent eam, vt honoraret soceros, diligeret maritum, regeret familiam, gubernaret domum, & seipsam irreprehensibilem exhiberet.*

Dan. 13. *Susanna parentes scribit commendat, quod cum ipsi iusti essent, filiam eruditam secundum legem Moysi erudirent.*

1. Mach. 3. *Magno etiam feruore Matathias filios suos, ne à veritate, eiusque propugnatione deficiant, exhortatur, cuius præcepto pio illi animo sedulo obsecuti sunt.*

2. Mach. 7. *Magnam meretur admirationem septem filiorum fratrum constantia, qui fidelem matri suæ vidue exhortationem imo pectori infixam habentes immanissima tyranni Antiochi tormenta despicatui habuere, eique superatis mente inuicta inter sanctos Angelos triumphant.*

EXEMP. I. *Constantinus Magnus diuisitio inter filios imperio, eos artibus, & pietate, & per se, & per alios optime instituit.*

IMperator Constantinus Magnus, vltimis orbis terrarum finibus victorias suas terminasset, vniuersi imperii statum tribus filiis suis parcitus est: Auiano seniorem grandiori natu filio: Orientis partes huic ætate proximo: quod vero inter hæc medium interiacebat, tertio filio tribuit. Sed cum vellet hanc eis fortunam feliciter cedere, & ex animo rum salute [illegible] ætatis etiam eis semina iecit, cũ suis disciplinationibus, tũ magistrorũ diligẽ- [illegible] virtutibus insignes eis præfece- [illegible] & in aliis disciplinis eos asciuerat [illegible] genere, consummatissimi. Nam [illegible] disciplinis exercebãt, alii præceptis de Repub. imbuebant, alii legum peritos efficiebant: eos vero absentes litteris regiis compellans salutaria præcepta dabat: in quibus illud maximum & præcipuum fuit, vt Dei, qui omnium rerũ Dominus est, cognitionem, & sanctam aduersus illum religionem omnibus opibus, atque ad eo ipsi regno anteponerent. Hortabatur etiam, vt summa cura afficerentur erga Ecclesiam Dei, præcipiebatque, vt plane & sine faco Christiani essent. Atque eos quidem pater sic instituebat.

Eusseb. Cæs. li. 4. de vita Constantini c. 51. & 52.

Filios suos instituit Constantinus Imp.

II. *Solicitudo Caroli Magni Imp. in filios & filias.*

Carolus Magnus Imperator maxima cura liberos educauit. Nunquam domi sine ipsis cœnauit, nunquam iter fecit, quin filii adequitarent, filiæ vehiculo extremum agmen claudente subsequerẽtur, ipsos liberalibus studiis instituisset. Mares simul ac per ætatem licuit, more Germanorum equis, armis, venationibus exercuit: fœminas vero etiam lanificio, colo fusoque, ne otio torperent, assuefecit.

Annales Boiorum li. 2. 10. Cuspin. in Carol. Mag.

III. *Theodosii cura in educatione liberorum.*

Prouidentia diuina illud præcipue curans, vt pius maxime Theodosius Imperator fieret, alium quoque tutorem germanum magis imperio eius præfecit: Pulcheriam nimirum sororem, quæ à prima statim ætate ita sapuit, vt virtute & ciuili prudentia eis non cederet, qui in his rebus maxime excellunt. Illud a plurimum curauit, vt in imperatoriis artibus is educaretur, atq; di[illegible]ætati cuique conuenientibus institueretur. Ita ille rem militarem & equestrem ab eis, qui rerum talium accurate periti erant, didicit. Vt a in publicis progressib. quouis tempore, ita vt Imperatorem decet, magnificus esset & splendidus, ab ipsa edoctus est: quemadmodum scilicet vestem sibi ipsi circumdare, quomodo confidere, incedere, & risum moderari deberet: vt in rebus quibusque se, prout tempus ferret, vel placidum vel terribilem exhiberet, & commodum audiendis supplicantium precibus præberet. Potissimum vero eum docuit iustitiam & veram pietatem sicuti colere, precari continenter templa adire frequenter, ædes sacras Deo constructas vasis, donariis, & ornamẽtis locupletare; sacerdotum ordinem, simulq; viros bonos, qui Christianorum legibus optime viuerent, plurimi facere. Hæc eius erant institutiones.

Niceph. lib. 14. hist. Eccl. ca 2. Deus tutelæ sororis Pulcheriæ Theodosium commisit. Educatio & institutio Principis Christiani.

IV. *Theodosius Imp. filios suos Arcadium & Honorium Arsenio viro doctissimo in disciplinam tradit.*

Theodosius Imperator liberis suis virtutis magistrum præficere volens, Arsenio illi, cuius gloria terram sub sole omnem peruagata est, inuento eos commisit: quibus ille susceptis, cum disciplina omni[illegible]ceptoris, tum liberali educatione patris illis loco fuit. Imperator enim illum, ne quem ex imperii sublimitate conciperet metum, sed illis potius vt se tuis vteretur adhonorat. Tantum vero, vt id ille fecerit, abest, vt insigne modestia & moderatione diuersum potius fecerit. Et quũ deinde Theodosius

Nicephor. Callist. lib. 12. hist. Eccl. c. 21. apud Bar. in Ann. Christi 383.

dosius ad eos aliquando veniſſet, pueros quidem cum ſplendore magnifico conſidentes, Arſenium autem inter docēdum eis aſtantem reperit. Qua de cauſa imperator indignatus, cum illos inſignibus principalibus nudauit, tum ſempiterna memoria dignum, & vere imperiale illud verbū eſt proloquutus: Si tales ſe præbituri eſſent, vt mores vitamque ſuam ad diſciplinam & leges Dei componerēt, propenſum & illum fore, vt eius imperium in manus tradat, ad ciuium & ſubditorum commodum & vtilitatem accommodatum: ſin minus, conducibilius eis eſſe dixit, vt ſic priuati vitam exigerent, quam doctrina nulla cum periculo imperarent.

Theodoſij verbū ſempiterna memoria dignum.

V. *Arcadius Theodoſio filio Iſdigerdem teſtamento curatorem deſignat, qui puero pædagogum Antiochum tradit.*

Idem lib. 14. cap. 1.

Arcadius Imperator vitam cum morte commutaturus, adoleſcentulo admodum Theodoſio iuniore filio ſuo, octauum videlicet annum ingreſſo, à matre quoque, cum trimulus eſſet, relicto, ne quid cō tingeret metuens, Iſdigeredem Perſarum Regem curatorem eius, & ſimul imperij, donec ille in virū euaderet, teſtamento inſtituit. Quod vbi Iſdigerdes cognouit, re ea minime neglecta, nouum quoddam admirandæ virtutis exhibuit ſpecimen; Pace namque prolixa, [illegible] annorum induciis cum Romanis initis, imperium Theodoſio, quo minus periclitaretur, conſer[illegible] Antiochum quendam virum admirandum & præclarum, delectum veluti tutorem & pædagogum, cum litteris in hæc verba ad ſenatum Romanum miſit: Quum Arcadius Imperator veſter me filij ſui curatorem inſtituerit, qui officio meo fungatur, virum iſto miſi. Ne quis igitur puero inſidias ſtruere audeat, ne bellum ipſe implacabile aduerſus Romanos moueam. Et Antiochus vbi Conſtantinopolim venit, puerum ita vt Imperatorem decet, educauit: illud prouidens & curans, vt ſimul puer & magnificentiam in publicum progreſſus retineret, & rebus bellicis optimus eſſet. Quum autem quadriennium cum [illegible] fuiſſet, diſceſſit.

Inducię centum annorum inter Roman. & Perſas. Antiochus Theodoſij junioris pędagogus.

VI. *Cura Iacobi Aragonum Regis erga liberos.*

Luc. Marin. de reb. Hiſp. lib. 10.

Hunc imitatus Iacobus VIII. Aragonum Rex vehementiori febre morboque grauatus, cum ſe moriturum pæne cognouiſſet, vir Chriſtianiſſimus, omnibus negotiis & humanis rebus omiſſis, animæ ſtatim prudentiſſime conſuluit: accito enim ſacerdoti magna contritione confeſſus, omnia eccleſiæ ſacramenta deuotiſſime recepit. Poſtremo die non minori diligentia teſtamentum condidit, in quo Petrum filium natu maiorē in regno Aragonum, Valentiæ &c. & Iacobum filium minorem inſtituit in regno Maioricorum &c. Hoc modo teſtamento celebrato, Petrum filium ab exercitu vocari, & ad ſe venire juſſit, cui corā multis nobilibus, cum ea quæ teſtamento ſcripta fuerant, recitaſſet, primum Dei cultum & omnes res diuinas, & deinde fratrem Iacobum, & omnes equites, domeſticos, familiares, & populos diligentiſſime commendauit. Petrus autem genibus flexis patris manus & pedes oſculatus eius omnia juſſa libentiſſime ſe facturum reſpōdit. His rebus confectis, Rex, vt qui rebus humanis renunciaret, ſibi Ciſterciēſis Ordinis habitum induit, & de Rege ſe monachum & religioſum fecit, atque Deo ſeruire maxime cupiens Populetum proficiſci ſtatuit, ibiq; permanere. Cæterum cum ex Algezira Valentiam delatus eſſet, ibi grauius ęgrotans vitam finiuit an. 1276. 8. id. Aug. ætat. an. 72.

VII. *Solicitudo Regis Ludouici Craſſi erga filium.*

Ludouicus Craſſus Francorum Rex regnauit triginta annis: & ne quid fortunato deceſſui deeſſet: cum fatalem ſibi diem appetere ſentiret, re[illegible] uit filium Ludouicum juniorem Regem è Vaſconia: coramque hortatus eſt, obteſtatuſque, vt magis pie regnaret, quam ipſe feciſſet, religionem coleret: egentibus conſuleret: orbis pupilliſque proſpiceret: paci communique dignitati ac ſaluti inſeruiret: Regnum nihil aliud quam procurationem munuſque publicum exiſtimaret: cuius in vita adminiſtrati reddendam exacte rationem continuo poſt fata ſciret, ſedente in ſe immortali judice, ſua cuiq; facinori patata præſenti ſempiternaque mercede.

Paul. Æmil. lib. 5. hiſt. Francor.

VIII. *Blancha S. Ludouici Mater, mulier religioſiſſima quam pie filium inſtituerit.*

Blancha Hiſpana D. Ludouici mater, eo adhuc impubere, ex mariti teſtamento rebus adminiſtrandis præfecta, quod [illegible] externa, quod externorum fide [illegible] vtereti[illegible] nos æmuloſque habuit: alioqui ſine controuerſia, ſine exceptione laudibus cumulata. Ferunt illam à puero filium ita inſtituiſſe, eaque religione imbuiſſe, vt in animum induceret malle emori, quam ſcelus concipere. Patrem quoque Ludouicum Regem opinio eſt ea continentia in ſumma omnium rerum licentia, temporibuſque corruptiſſimis extitiſſe, vt vſum voluptatum intra ſepta monaſterij cohibuerit: vt mirum non ſit, tali vtrimq; indole, domeſticiſq; inſtitutionibus ac exemplis ſobolem ſanctam fuiſſe. Et ſanctam erit in per ſe matrem filium, vbi adoleuit, etiam ſanctiorem effecit.

Paul. Æmil. lib. 7. hiſt. Franc.

S. Lud. pie à Blancha matre inſtructus.

IX. *Quantopere laborarit Monica, vt Auguſtinum filium vnicum ad eccleſiæ gremium adduceret.*

S. Monica diui Auguſtini dupliciter ma[illegible] eum & mundo & cœlo peperit, marito mortu[illegible] quē ſenectute confectum Ieſu Chriſto conciliau[illegible], caſtam, & operibus miſericordiæ exercitam v[illegible] ditatem agebat: in aſſiduis vero ad Deum or[illegible] nibus pro [illegible] Manichæorum ſectam [illegible] derat, lacrymas effundebat frequens in ſacri[illegible] nibus, atque aſſidua in eccleſia erat.

D. Auguſt.

Quanti ſit momenti ab ineunte [illegible] bibiſſe.

Si vnquam oſtendit educatio, o[illegible]

beat ad mores ingenerandos, certe in illis duobus fratribus Venceslao & Boleslao mirifice demonstrauit. Nam Venceslaus Boemiæ Princeps, quem Ludmilla religiosa mulier educauit à puero, sanctissimus euasit, atque optimus: at Boleslaus iisdem ortus parentibus, quod à Drahomira impia scelestissimaque fœmina educatus sit, impius, immanis, crudelis & importunus extitit, eoq; peruenit, quò ad progredi ferè hominis amentia potuit. Nam Drahomiræ luæ ultricis vestigiis ingressus, quæ ad Ludmillam socrum, ac multos Christi sacerdotes occiderat, Venceslaum fratrem quoque interemit, humanaque & diuina jura violauit. Nutricis vero, magistræque Drahomiræ nefaria institutio impunita non fuit: cum enim per eum locum, vbi sacerdotum corpora insepulta jacebant, curru vecta transiret, subito terra dehiscens Drahomiram ex numero viuorum exturbauit, currumque & vectores reliquos depressit, atq; demersit, vnico incolumi auriga, qui rintinabuli signo admonitus ad aram non longè positam frementeDrahomira, thesaurique religionem & pietatem execrante, ex equo desiliens Christi sacrosanctum corpus veneraturus accurrerat, quod sacerdos rem diuinam celebraus offerebat: nec non sacrilegi & patricidæ Boleslai dementia punita est, & vindicata diuinitus: nam templi paries, quem Venceslai cruore frater insanus, & præceps amentia inquinauerat, detergi abluique non potuit, vt nefariæ cædis testis esset æternus. Sic videlicet principiis exitus, primisque extrema consentiunt.

D. Io. Dubrauius Olomuc. Epi. 4 & in hist. Boemica, & ex eo Io. Bonif. de Institut. pueri Christiani lib. 1. cap. 1.

Voluſiani mater laborat pro filij conuerſione.

XI. *Quomodo Iulianus Imperator in pietate educatus, poſtea in [illegible] lapſus ſit.*

Iulianus Imperator cum adhuc tenera esset ætate, & necdum ex pueris excessisset, lac suxit piæ sinceræq; doctrinæ. Quin etiã cum pubesceret, & ipsam attingeret adolescentiam, eandem doctrinam tenuit. Nam veritus Constantium, qui dum exerceret tyrannidem, cognatos è medio sustulerat, in electorum numerum adscriptus est, & sacros libros in ecclesiasticis conuentibus perlegit. Sacramentem edem Martyrum cõstruxit ille quidem: sed Martyres eam non æqui bonique consuluerunt, propterea quod præuiderant illum à vero Dei cultu & impietatem deflexurum. Nam fundamentis eius, dissimilitudine incostantis & leuis mentis vulian agitatis, ædes prius quam consecraretur, dissecta corruit. Iulianus siquidem postea merum, qui ei perutilis & necessarius erat, eiecit ex animo: & ita armare se audacia & contra quam debuerat, imperij cupiditate exardescere cœpit. Imperium nactus diu suam occultat impietatem, eam tamen postmodum patefecit.

Theodoret. Cyri Ep. li. 3. hist. Eccl. ca. 2. & 3. Socr. 3. c. 1. Sozo. 5. c. 2. 3. Niceph. 10. cap. 1.

Iulianus puer in fide recte institutus. Templum ab eo constructũ cito corruit.

Ambitio eum ferit apostat[illegible]m.

Voluſianus factus Chriſtianus ex hac vita migrat.

Melania junior monasticam vitã agens Byzantium venit ad patruum.

Augustinus etiam laborat in eiusdem conuersione.

XII. *Quanto [illegible] etiam laborarit Voluſiani mater pro filii [illegible] conuerſione.*

Ex D. Aug. epſ. 2. & 3. Baron. to. 5. Annal. an. 412. & 414.

[illegible] Nam cum [illegible]ius Gentilis homo, inter Romanos [illegible]us, & philosophicis discipli[illegible]nos philosophos adnumeran[illegible]dus [illegible] Christiana fœmina religiosissima erat. Quæ occasionem nacta profectionis Marcellini Tribuni in Africam, apud ipsum solicite egit, vt cum Augustino, (quem fama sciret omnium disertissimum) ageret, vti scriptis suis Voluſianum filium ad fidem Christianam amplexandam, omni studio adhibito, conaretur adducere. Interpellatur igitur Augustinus literis Marcellini, & ipse matris Voluſiani precibus fatigatus, qui ad eius conuersionem addixit animum: nã cum Carthagine esset, cum ipso frequenter egit, vt Christianum se faceret. Prouocauit, aperuitq; Augustinus illi viam, vt de fidei Christianæ veritate solicitius inquireret, diuinas scripturas legeret: & si quid in illis oboriretur quæstionis, ad se scriberet. His acceptis litteris Voluſianus, quæ in fide Christiana sibi viderentur absurda, declarat, eadem q; soluenda proponit: nimirũ videri sibi Deo indignum, carnem suscepisse humanam, aliaque ad hæc spectantia operãtum. Huic autem quæstioni, aliisq; id genus obiectionibus egregie licet responderit Augustinus, daris ea de re vltro citroq; litteris, ab ipso tamen Voluſianus, vt conuerteretur, persuaderi tunc minime valuit; quod prauamens eius ob cultum magorũ nimium in transuersum acta esset. Vt tamen vel sero fidei sigillo per baptismum ante obitum muniretur, ardentissimæ matris ad Deum preces pro ipsius salute feliciter impetrarũt, hac data occasione sanctæ Melaniæ neptis eius, quam videre auide cupiebat, ad ipsam pr[illegible]dit litteras, quo tempore creatus erat Præfectus Romanæ ciuitatis, & missus Legatus Byzantiũ ad Eudociam Imperatricem. Itaq; beata Melania videndi Voluſiani patrui sui pariter cupida, Hierosolymis egressa eo iter facit. Inuenit autem patruum graui morbo oppressum. Qui eius habitum ac formam admiratus (extenuatus enim admodũ erat vultus eius exercitatione) magna voce exclamauit: O qualẽ ex quali te video Melania charissima. Illa vero ex eius sermone sumpta occasione: A me quoque, inquit, disce, ô beate patrue, accipe judiciũ futurorum bonorũ: nam nec [illegible]cantam despicatui gloriam habuissem, nec pe[illegible]am, nec corporis curam abiecissem, nisi perfectum haberem, me his propediem longe maiora recepturam. Falsam autem eius religionem sensim studebat labefactare, tam perse, quam per alios: ac tandem effecit, eam infestante quantumcunque hoste, vt baptismum consequeretur, & cum eũ confirmasset, & de ea, quæ sursum est, vita disseruisset, lætum, & bona spe præditum transmisit ad viam, quę ducit ad Deum, cum pulcherrimo viatico nempe pretioso Christi corpore & sanguine.

XIII. *Quanto vitæ æternæ desiderio puerulum excitarit [illegible]ter Christiana ad martyrium.*

Narrat Prudentius Poeta, Christianum puerulum, nondum septenẽ, Romani martyris nobilissimi filium rogatum coram Asclepiade Præfecto Dei vnius essentiam & Christi Deitatem, exposa deastrorum ethnicorum multitudine, cõstanter asseruisse

Prud. libr. Periſtephan. ſiu de Choron. Hymno 10.

seruisse. Matre accersita jussit tyrannus carnificem, vt pusionem sublime tolleret, manu pulsaret nates, mox remota veste virgis verberaret. Cunctis flentibus, & ad tam immane spectaculum obstupescentibus mater imperterrito vultu & serena fronte, amore Christi contumax doloribus stetit. Paruus se sitire exclamat, mater autem eum increpans dicit: Christianum cedere morti non debere, aquam vitæ in Christo sufficere: fontem illū perennem esse proximum, calicem infantum Bethleemiticorum esse exhauriendum. Isaaci paruuli obedientiam, & septē puerorum ex Machabæorum historia commemorat. Paruulus vili animo virgas strepentes & dolores vulnerum ridet, tortoribus & tyranno insultat victor. In rabiem actus Asclepiades puerulum capite multari jubet. Mater natum gerebat amplexu & sinu. Puerum poposcit carnifex, mater dat, nec immorata est fletibus, tantum oleulo impresso ei dedit. Et dum amputat ceruiculam carnifex, mater psallere docta Dauidis Psal. 116. canebat.

Pretiosa sancti mors sub aspectu Dei.
Tuus ille seruus, proles ancillæ tuæ:
Talia retexens explicabat pallium.
Manusq; tendebat sub ictu, & sanguine
Venarum vt vndam profluam manantium
Excepit, & charo applicauit pectori.

XIV. *Aliud eiusdem argumenti exemplum.*

In vita S. Symphor. martyr. apud Sur. 22. Aug.

Aureliano Principe aduersus Christianum nomen diram persecutionis procellam excitante, Augustoduni erat Symphorianus, Fausti nobilis viri filius, Christiana familia ortus, litteris & moribus probe institutus, adeo vt tantam bonis omnib. virtutum suarum spem faceret, vt cuncti non sine admiratione cum superis ciuibus magnum eum cōsortium habere statuerēt. Illustrabat enim eum cœlestis sapientiæ spiritalibus gemmis ornata simplicitas, & ipse prudēter male blandientis mundi naufragia vitabat. Per id tempus Heduorum ciuitas Augustodunum, antiquæ nobilitatis titulis & sacrilegæ religionis referta cæremoniis, diuersis gloriabatur idolorum templis, errorique seruiens, Berecynthiæ imprimis, Apollinis, & Dianæ cultum fidio propensiori complectebatur. Conuenerat tunc ad Berecynthiæ matris dæmonum profanam solennitatē multa populi frequentia. Porro Heraclius consularis ea in vrbe, ad perquirendos discutiendosque Christianos comprimis sagax & curiosus, residebat. Adfuit & Symphorianus, & cum statuam Berecynthiæ, quę carpento vehebatur, agminibus stipatam populorum per contemptum adorare nollet, publicæ seditionis prętextu cōprehensus tenetur, & Heraclio cōsulari offertur. Is vero pro tribunali residens ait ad eum: Nomen tuum conditionemq; edito. Ille respondit: Symphorianus dicor, Christianus sum. Iudex dicit: Christianus es? Nos igitur, vt video, latuisti. Nobis huius nominis professio, non magni momenti videtur. Sed cur deæ matris effigiem pro fana abusione despectam adorare noluisti? Symphorianus respondit: Paulo ante jam dixi, Christianus sum, Deum viuum adoro, qui regnat in cœlis. Simulacrum vero dæmonis non solum non adoro, verum etiam, si permittis mihi, malleis illud mea auctoritate comminuam. Tum Iudex: Iste, inquit, non solum sacrilegus, sed etiam rebellis conatur existere. Sed forsitan decretorum Principum ignarus, nimium sibi de nobili familia & indole [illegible] applaudit. Itaque ab officio Imperatorum edicta recitantur. Lectis igitur edictis Symphorianus, Iudice vrgente vt intenta crimina diluetet, respondit: Nunquam ego hanc statuam aliud, quam diabolicæ persuasionis infaustum simulacrum, & publicæ perditionis dæmonem putabo. His auditis Iudex furore percitus ait: Symphorianus publici criminis reus, qui sacris aris nefariis vocibus iniuriam irrogauit, gladio vltore feriatur. Ea prolata sententia, cum vir beatus duceretur ad mortem, Christi victima futurus, venerabilis mater eius de muro sedula illum voce & oratione ita exhortabatur: Nate, nate Symphoriane, memento Dei viui: Concipe fili, concipe animi constantiam. Timere non possumus mortem, quæ citra dubium perducit ad vitam. Sursum, fili, erecto corde aspice illum, qui regnat in cælis: Hodie tibi, nate, vita non tollitur, sed mutatur in melius. Si hodie perduraueris, fili, ad cælestem gloriam, & supernam nobilitatem fœliciſſima commutatione migrabis. Ita ergo S. Martyr extra muros eductus à carnifice cæsus est, purpurei sanguinis sui vnda perfusus.

XV. *Vt Iustina Imperatrix Valentinianum filium suum adolescentem haretica prauitate subuerterit.*

Theodorus hist. eccl. l. 5. cap. 13.

Iustina Valentiniani Magni cōiunx, & mater adolescentis, pessime hoc officio erga filium perfuncta est: dum Arianæ doctrinæ semina, quæ olim exceperat, filio exponit. Nam fidei ardore mariti sui cognito, toto, quo ille vixit, tempore hæc occultare studuit. Verū cum filij sui animum mollem & flexibilem cerneret, errorem in mente sua delitescentem profert[illegible] lacius. Adolescens autem matris monita vsui sibi fore arbitratus (nam ad esca illecebris naturam delinientem oculis mentis adiectis, lethalem hamum perspexit) primum cum Ambrosio hac de re communicat: tutus, si hunc ad suam perduceret sententiam, se alios facile superaturum. At Ambrosius reuocat ei in memoriam pietatis paternæ: & vt hæreditatem, quam ab eo acceperat, integram seruet, cohortatur. Exponit ei præterea [illegible] trinarum differentiam: & quomodo hæc cum doctrina Domini, Apostolorum prædicatione cōsentiant, illa legibus Ecclesiæ Spiritus sancti instinctu sanctis penitus repugnent. Adolescens vero, vtpote adolescens, & à matre errore cæcatus, [illegible] tum aberat, vt Ambrosij assentiretur [illegible] iam iracundia inflammatus [illegible] mis peditum, tum graui tum [illegible] circumsideret. Vbi autem fortiter [illegible]

Iustina corrupit filium suum Valentinianum.

Ambros. contendit, & reuocat. Reprehensionem Ambrosij contemnit Valentinianus iunior.

bellatorem his rebus minime perterrefactum videt (eas enim pro lætuis, quæ ad terrendos adolescentulos obiici solent, habebat Ambros.) tandem bile commotus palam dat ei mandatum, vt è sacris templi vestibulis egrediatur. Tum Ambrosius: Non sum istud, inquit, volens facturus, neque ouile ouium lupis proditurus, neque blasphemiæ auctoribus sacrosanctum Dei templum tributurus, sed si libet me interficere, hic intus vel gladio, vel cuspide hastæ confodito: sum enim cupide & libenter hanc cædem excepturus.

Minas eius contemnit Ambr.

TIT. LXXXV. De nimio parentum in proles amore & indulgentia.

Heli summus Israelitarum Pontifex, dum post multas easque manifestas de Ophni & Phinees filiorum suorum impia & impura vita querelas, nihil nisi blanda verba adhiberet; ipse cum illis, no die horrendas pro tanta disciplinæ remissione luit pœnas. Illinamq; ambo in prælio cæsi sunt: Arca Dei, quam portabant, à Philistæis capta est & ipse Heli hæc audiens cecidit de sella retrorsum iuxta ostiū & fractis ceruicibus mortuus est.

1. Reg. 4.

Heli pro nimia indulgentia cum filiis punitur.

EXEMP. I. *De Andronico Iuniore, qui ob nimiam licentiam imperio auum deturbauit.*

Nicephor. Greg. hist. Rom. lib. 8.

ANdronicus senior Imperator tanto amore prosecutus est Andronicum juniorem Michaelis filiū, & ita eius aspectu gauisus est, vt omnes & ante & post natos filios, & filias, & neptes multo minoris faceret, optaque quam [illegible] perire mallet, si optio detur, tum ob firmiorem [illegible] imperij successionem, tum propter ingenij præstantiam, tum propter vultus maiestatem. Forsitan & similitudo nominis aliquid ad benevolentiam fecit. Quibus de causis cum apud se regia disciplina instituendum, eiusque conspectu noctu atque interdiu fruendum esse, lætandumque censuit. Cum autem jam adolescentiæ limen ingressus esset, quo tempore voluptatum ardor maximus existere solet, omnis castigationis & modestiæ inimicus fuit, in regia præsertim potestate, & flore adolescentiæ. Ad hæc, æquales eius omnium earum cupiditatum, quas effrenes adolescentiæ libidines ferunt, ministros atq; auctores sese præbuerunt. Ac primum deambulationes ad venationes, aspectacula educere illum cœperunt: deinde [illegible] turpes vagationes, non satis dignas imperio. Quæ cum magnos sumptus postularent: auus vero certam summam, eamque frugalem pro victu quotidiano numeraret: in amicitiam Latinorum, præsertim equitum qui Galatæ habitabant, sese insinuat. Inde [illegible] mutua, æs alienum, inquisitio pecuniæ, [illegible] consilia & conatus clandestinæ fu[illegible] Andronicum diu viuere, eoque [illegible] Michaelem successurū esse cer[illegible] Imperij abiiciebat. Vnde am[illegible] & animi pusillitas, ge-

nerosum pectus longo tempore afflictantes in talia illum consilia impulerunt. Cum enim auo tanquam pædagogo parere, & aliorum voluptatibus seruire instar pueri nollet, Imperatoriam lientiam, & copiam rerum requirebat, vt & ipse, quod satis esset, haberet: & alios, vt Imperator ministros suos, remunerari posset. Quod cum, auo viuente, patreque rerum potiente, non licere cerneret, aliarū prouinciarum dominatum ambiebat, nunc Armeniam matris causa ad se pertinentem, nunc Peloponesum, nunc Lesbum & Lemnum, cæterasque maris Ægæi insulas somniabat.

II. *De infelici interitu filij Zenonis Imp. malè morati.*

Suidas in hist. apud Baro tom. 6. an. 485. 17.

Zeno Romanorum Imperator filium suum admodum adolescentem Imperij successorem relinquere cupiens, & dignitatibus ornabat, & corpus exercere jubebat ad staturæ incrementum. At Imperatorij proceres potestatem nacti fisci affatim exhauriendi, curabant, vt adolescens Sybaritico luxu corrumperetur, & lenocinio suo ad insanos amores æqualium incitabant. Itaque vitæ ratione ad voluptatem & superbiam comparata, ab omni honestate remotus, & jam tum arrogantiam ob expectationem Imperij è vultu elucentem præse ferens, sublimis incedere, & erigere ceruices cœpit, ac (vt paucis dicam) erga omnes non alium se præbere, quam aduersus aduersos. Verum inspector omnium rerum, & natiua edocta eius improbitas perspecta, ita illum mulctauit, vt alui profluuio multos dies sine sensu lectum inquinans immatura ætate rebus humanis eximeretur.

III. *De filio, qui nimia licentia eff enis factus, tandem ebrius patrem occidit, &c.*

Ex Serm. 330. ad Frat. in Eremo, qui D. Aug. nomine conciliantur.

Accidit hodie terribilis casus præclarissimo ciui nostro Hipponensi Cyrillo. Ecce enim vt scitis potens erat inter nos opere & sermone, & fere dilectus ab omnibus Filium habebat, & eum vnicum possidebat: & qui vnicus erat, eum superflue diligebat & supra [illegible]. Ideo superfluo amore inebriatus filium corrigere negligebat, dans etiam potestatem faciendi omnia, quæ placita essent illi. O dolorosa libertas, ô grandis filiorum perditio, ô paternus amor mortiferus. Ecce filios se dicunt diligere, quos ingulari procurant. Dicunt eos amare, quibus jam suspendia parant. Dicunt patres filios se nutrire, sed ecce jam pater & filius ambo in foueam cadunt. Quare pater cum filio cadit in foueam, nisi quia pater cæcus est, quia malus, & quia saluté suam, & filiorum videtur negligere? Quando & quomodo præter hæc neglexerit, nisi quando filio libertatem donauit, quando eū corrigere neglexit, quando virgæ pepercit, quando ei semper serenam faciem demonstrauit? Cupitis audire nunc quomodo pater & filius ambo in foueā cadunt? Licet n. sciatis, tamen, quia est necesse, vt vos quamdiu viuitis, timeatis, ideo quæ hodie facta sunt, iterum dicere non erubesco.

Nimius parentum amor in filium eum perdit.

Facinus immane filij in morigeros in parentes.

Ebrietatis mala.

sco. Ecce enim Cyrillus vester filium habebat, vt scitis, quem corrigere negligebat, & luxurioſe viuendo *consumpſit partem bonorum ſuorum*: ſed ecce hodie ebrietatem perpeſſus matrem prægnantem nequiter oppreſſit, ſororē violare voluit, patrē occidit, & duas ſorores ad mortem vulnerauit, &c.

IV. *De puero à dæmone è patris ſinu erepto.*

Gregor. Magnus li. 4. Dialog. c. 18.

Gregorius libro quarto Dialogorum capite decimo octauo: Etſi (inquit) omnes baptizatos infantes, atque in eadem infantia morientes ingredi regnum cæleſte credendum eſt, omnes tamen paruulos, qui ſcilicet iam loqui poſſunt, regna cœleſtia ingredi credendum non eſt: quia nonnullis paruulis eiuſdem regni cæleſtis aditus à parentib. clauditur, ſi male nutriantur. Nam quidam vir cunctis in hac vrbe notiſſimus ante triennium filium habuit annorum ſicut arbitror, quinq; quem nimis carnaliter diligēs remiſſe nutriebat: atq; idem paruulus, quod dictu graue eſt, mox vt eius animo aliquid obſtitiſſet, maieſtatem Dei blaſphemare conſueuerat, qui in hac ante triennīū mortalitate percuſſus venit ad mortem: cumque eum ſuus pater in ſinu teneret, ſicut hi teſtati ſunt, qui præſentes fuerunt, malignos ad ſe veniſſe ſpiritus trementibus oculis puer aſpiciens, cœpit clamare: Obſta pater, obſta pater. Qui clamans declinauit faciem, vt ſe ab eis in ſinu patris abſconderet. Cumque ille trementem requireret, quid videret, puer adiunxit dicens: Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixiſſet, maieſtatis nomen protinus blaſphemauit, & animum reddidit: vt enim omniporens Deus oſtenderet, pro quo reatu talibus fuiſſet traditus executoribus, vnde viuentem pater ſuus noluit corrigere, hoc morientem permiſit iterare: vt qui diu per diuinitatis patientiam blaſphemus vixerat, quandoque per diuinitatis iudiciū blaſphemaret & moreretur: quatenus reatum ſuum pater eius agnoſceret, qui paruuli filii animam negligens, ne paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutriſſet.

Paruulus quibuſdam aditus regni cœleſtis à parentibus præcluditur.

Terribile exemplum de puero blaſphemo

Diabolus puerulum extinguit ob parentum culpam.

V. *De filio, cui malam mortem pater imprecatur, & ille eo ipſo die trucidatur.*

Ino Magiſtri in Theatro exemp.

Ciuis quidam Mediolanenſis filio vnico mortis auctor fuit ob diſciplinam & correctionem in tenera ætate non adhibitam: cum enim videret adultum filium rebus ludicris & inanibus addictum, præter conſuetudinem eum increpare cæpit. Filius id indigne ferens, aduerſus inſolita patris monita contumax, obtemperare renuit. Pater id ægre ſuſtinens filiū opprobriis & maledictis onerat: Egredere domum meam, nequam, nunquam te videant oculi mei, niſi in terram euectum: opto vt hoc die in hoſtium tuorum gladios incurras. Filius, velut furiis quibuſdam inſtar Cain actus, pietatis conſortium fugiens in quendam impegit debitorem, à quo importune pecuniam exigens, eodem die percuſſus occiſus eſt, & in domum patris illatus, ob quem caſum pater, velut amens, barbam vellere, & indigne ſe furiis agitare cœpit, ſeque flebiliter arguere quod filium adhuc mollem & tenerum non caſtigaſſet: id enim ſi pro more piorum parentum feciſſet, non ei tantum nefas accidiſſet.

VI. *Caſtigatio exhibita ſapientiam ingerit.*

Ex Veridico Chriſtiano P. Ioan. Dauid. s. 48.

Prou. 22.

Noui ego ante complures annos puerum, cui neque morum probitas, neque litterarum ſtudium cordi erat. Rogatus ab eius auunculo: quid remedii: Conſilium dedit iuxta Salomonis ſententiam: *Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ effugabit eam.* Qua prolata, puerog; perſuaſa ea Salomonis ſententia: credidit puer, ſi ſtultitia in corde vbi ſapientiæ ſedes eſt: haud dubie ſapientiam alibi eſſe oportet. Ibi virga adhibeatur, & ſapientia loco cedens aſcendet: Illa autem aſcendente fugabitur ex corde ſtultitia, & filio ſuo ſapientia potietur. Prima data poſt dies aliquot occaſione factum eſt periculum, rogatus ab auunculo ſub virgarum ictibus puer, quidnam affulgeret ſpei: iam incipere ſapientiā loco moueri, & adſcendere reſpondit. Tam felici auſpicio re illa aliquoties reperita, tandē accreſcentibus annis ita in probum doctumque euaſit adoleſcentem: vt nihil niſi ſummā, & ab eius auunculo, & à præceptoribus, laudē de illo audierim, iamq; adeo in virtum egregium ſit euectus.

TIT. LXXXVI. De nimia ira, & ſeuerita-te parentum erga liberos.

Saul, qui primus in Iudæa regnauit, cum Ionathas filius ingentem hoſtium fudiſſet exercitum, fuſumque Rex cum ſuis à tergo premere, ac forte dictum eſſet, ne quis cibum caperet, niſi debellatum prius eſſet cum hoſte, ipſum victoriæ auctorem filium, qui ætate & labore feſſus fauū mellis media hoſtium inſectatione per obliuionē comediſſet, ad ſupplicium arreptum capite damnauit, eſſetque, niſi pœna conſecuta, ne victor exercitus fortiſſimum iuuenem iam ara admotum impenſiſſimis precibus à Rege impetraſſet, vt & eum ſeruaret, per quem vniuerſa gens ea die ſeruata eſſet.

1. Reg. 1.

EXEMP. I. *De nimia Herodis Aſcalonitæ in ſuos proprios crudelitate.*

Oroſius lib. 7. c. 3. & Sabellicus li. 1. Theatri vitæ humanæ.

HErodes Aſcalonita, qui in pueros Bethleemiticos, qui infra bimatum eſſent, ſæuiit, filios ſuos Alexandrum & Ariſtobulum egregios iuuenes falſis adductus ſuſpicionibus laqueo ſuffocauit, quibus addit quartum Macrobius intra bimatum peremptum. Quam ob cauſam & [illegible]nitatem eius Auguſtus dixiſſe fertur: Melius eſt Herodis porcum eſſe, quam filium.

II. *Sigiſmundus Rex Burg[illegible] in [illegible]it in necem filii.*

Greg. Tur. de Gest Franc. li 3. c. 5. apud Baron. to. 7. an. 526.

Huic subiungenda Sigismundi Burgundionum Regis seueritas in filium: Mortuo, inquit Gregorius Turon. Gundebaldo, regnum eius Sigismundus filius eius obtinuit, monasteriumq; Agaunense solerti cura cum domibus basilicisque ædificauit: qui perdita priori coniuge filia Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat nomine Sygiricum, aliam duxit vxorem: quæ valide contra filium eius, sicut nouercarũ mos est, malignari ac scandalizare cœpit. Vnde factum est, vt vna solennitatum die, cum puer super eã vestimenta matris agnosceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim meas digna, vt hæc indumenta tua terga contingerent quæ dominæ tuæ, id est, matris meæ fuisse noscuntur. At illa furore succensa instigat verbis dolosis virũ suum in cædem: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat, teque interfecto, id vsq; in Italiam dilatare disponit, scilicet vt regnum, quod auus eius Theodoricus Italiæ tenuit, & iste possideat. Scit enim quod te viuente hæc non potest adimplere, & nisi tu cadas, ille non surget. His & eiusmodi ille incitatus verbis, vxoris iniquæ consilio vtens, iniquus exitit parricida: nam sopitum vino dormire post meridiẽ filium iubet: cui dormienti lorum sub collo positũ ac sub mento ligatum trahentibus ad se inuicẽ duobus pueris, suffocatus est. Quo facto pater sero iam pœnitens, super cadauer exanime ruens flere cœpit amarissime. Ad quem senex quidam sic dixisse fertur: Te inquit, plange modo, qui per consilium nequam factus es parricidia fæuissimus. Nam hunc, qui innocens iugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agaunenses abiens, per multos dies in fletu & ieiuniis durans veniam precabatur, psalmodiam ibi assiduam instituens: Lugduno regressus est, vltione diuina de vestigio eum prosequente.

Sigismundus Rex filium necat.

III. *De decem fratribus qui maledicto matris horribilẽ quatiebantur tremore membrorum, quorum duo ad memoriam S. Stephani venientes liberati sunt.*

D. Aug. li. 22 de ciuit. Dei c. 8. P. Mart. Delrio to. 2. Disqui. magic. li. 3.

Vt parentes filiis imprecantes non frustra inultum videant, D. Augustinus libro de ciuitate Dei, & morbi & sanationis ad reliquias S. Stephani tanquam oculatus testis, de decem fratribus non ignobilibus (quorum septem sunt mares, tres fœminæ) horrendum narrat exemplum, quod adscribere præstat ex ipso* libello, quem Paulus, vnus è fratrũ numero, D. Aug. huc in modum obtulit: Cum adhuc in patria nostra Cappodociæ Cæsarea moraremur, frater noster natu maior grauibus atq; intolerandis cõmunem matrem affecit iniuriis: in tantum, vt ei ẽt manus nõ dubitaret inferre. Quod nos omnes filii pariter cognouimus, patienter tulimus: vt ne verbum quidem [illegible] nostro pro matre nostra, cur hoc faceret, [illegible]. Illa a fœminei doloris stimulis [illegible] filium maledicendo puniri [illegible]. Cumque ad sacri baptismatis fontem [illegible] gallorum cantus, memorato filio suo iram Dei imprecatura properaret: tunc ei nescio quis in patrui nostri similitudine, vt intelligitur, dæmon occurrit, & ab ea prior, quo pergeret, requisiuit. Cui illa, ad maledicendum filio suo ob intolerabilem contumeliam se ire respondit: tunc ille inimicus, quoniam in mulieris insanientis corde locũ facile inuenire potuit, vt omnibus malediceret, persuasit. Illa a viperiis inflammata consiliis, sacrũ fontem prouoluta corripuit, & sparsis crinibus, nudatisque vberibus, hoc à Deo potissimum postulauit, vt extortes patria & circũeuntes alienas terras omne humanum genus nostro terreremus exemplo. Mox maternas preces efficax vindicta prosequitur: eundemq; continuo fratrem nostrum ætate culpa maiorem tremor membrorum tantus inuasit, quantum in me vsque ante hoc triduum vestra sanctitas vidit. Seruato autem ordine, quo nati eramus, ante vnum annum eadem nos pœna omnes corripuit. Videns a. mater maledictiones suas ad tantam efficaciam peruenisse, impietatis suæ cõscientiam, & opprobrium hominum diutius ferre non potuit: sed laqueo guttur astringens, luctuosam vitam termino funestiore concluſit. Egressi ergo nos omnes opprobrium nostrum nõ ferentes, & cõmunem patriam relinquentes, passim sumus per diuersa dispersi. (Subiungit D. Augustinus) Ex his etiã ad nos venerũt duo, frater & soror, Paulus & Palladia, multis aliis locis [illegible] diffamante iam cogniti. Venerunt autẽ ante Pascha ferme dies quindecim, ecclesiam quotidie, & in ea memoriam gloriosissimi Stephani frequentabant orantes, vt iam sibi placaretur Deus, & salutem pristinam redderet. Et illic, & quacunque ibant, conuertebant in se ciuitatis aspectum. Et nonnulli, qui eos alibi viderant, causamque tremoris eorum nouerant, aliis, vt cuique poterant, indicabant. Venit & Pascha, atque ipso die Dominico mane, eũ iam frequens populis præsens esset & loci sancti cancellos, vbi martyrium erat, idem iuuenis orans teneret, repente prostratus [illegible] dormienti simillimus iacuit, non tamen tremens, sicut etiam per somniũ solebat. Stupentibus qui aderant, atque aliis pauentibus, aliis dolentibus, cũ eũ quidã vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, sed potius exitũ expectandũ esse dixerunt. Et ecce surrexit, & non tremebat, quoniam sanatus erat, stabat incolumis, intuens intuentes.

Maledictũ matris effi-cax.

Liberi de-cem tremo-re mem-brorum vnde cor-repti.

Matris de-speratio.

S. Stephani ope sanatur vnus ex illis.

IV. *Per impium matris votũ corripitur filius à dæmone.*

Ioan. Archipresbyter Aretinus in vita S. Zenonis, apud Sur. 8. Maij.

Cum plures diuersis oppressi languoribus pro obtinenda salute confluerent ad tumbam S. Zenonis Episcopi Florentini, inter alios puer quidam à dæmone miserabiliter obsessus nulla via vel modo ingressum in ecclesiam inuenire poterat: nam hic cũ olim febribus laboraret, & ob contractam sitim, matti nocturno potissimum tempore poculum offerenti ingentes molestias adferret: illa tandem fessa & somno oppressa, cum iterum à puero excitaretur, indignanti animo poculum dira hac deprecatio-

Imprecatione matris dæmon arripit puerum.

precatione tradidit dicens: Vna cum hoc diabolum bibe: quod nec minus secutum est. Mox enim malignus poculo adfuit, qui sæua adeo crudelitate eum exagitauit, vt vix vllis vinculis constringi, remedio vero nullo liberari potuit. Tandem pius quorundam precibus & ieiuniis adiutus adit ad S. Zenobii monumentum inuenit, vbi à malo hospite non sine astantium horrore tandem liberatus fuit.

V. *Martina Imp. vt Heraclonas eius filius regnaret, Constantinum de medio tollit: sed ipsa cum filio relegatur.*

Io Zonar. tom. 3. Annalium. Nouercæ crudelitas in priuignum.

Constantinus Heraclii Imperatoris filius imperium & summam potestatē successione adeptus, ea non diu est lætatus: nam cum vnum regnasset annum, veneno periit à Martina nouerca, eademq; sorore patrueli temperato. Constantino ita defuncto, Martina cum filio Heraclona imperium sibi vendicabat. Sed cito etiam & ipsi imperio exciderunt: nam ob Constantini patricidium Senatui inuisa, per seditionem regio solio auulsa est; ipsaque lingua excisa: Heraclonas decennis adhuc naso præciso à Senatu relegatus.

VI. *Nimia seueritas Basilij Imp. in filium Leonem qua ratione mitigata.*

Et Ioan. Curopalate Baron. to. 10. Annal ad ann. Christi 886.

Basilius Macedo Imp. artibus & fallaciis cuiusdam Theodori Santabareni commotus in filium Leonem, eum Imperatorem iam ante creatum in ordinem redactum carceri mancipauit. Multo interiecto tempore (ait Curopalates) ex quo in carcerem coniectus est, cū Senatus pro ipso oluisset deprecari, & variis de causis prohibitus fuisset, tandē opportuna oborta est ei occasio, qua posset, quod in animo habebat, & studiose curabat, perficere. Erat quædā auis in Regia in cauea inclusa ad spectaculum, & oblectationem audientium & videntium. Psittacus auis est nomen, quæ humanam vocē imitans multum loquitur: quæ quidē siue ab aliquo edocta, siue alioquin casu sæpe: Heu, heu, Domine Leo, pronunciabat. Cumque aliquando lautum fecisset Imperator conuiuium, & accessissent principes Senatus cum eo simul essent, auisque sæpe id quod modo diximus loqueretur: mœsti conuiuæ cibis abstinentes cogitabundi sedebant. Quod animaduertens Imperator causam ab eis, cur non comederent, percontabatur. At illi perfusi lacrymis: Quem cibū inquiunt, comedemus, quibus ab istius rationis expertis aue tale quid dicitur conuiciū, cū tamen ratione præditi, & domini nostri studiosi habeamur? Nā hoc animal ratione carens suū dominū requirit: nos a genio indulgentes, dominū, qui nihil peccauit, obliti sumus. Qui si peccasset, conuincitur, & in parentē dexterā armasse, omnes nos manu nostra eum interficiemus, neq; eius vnquam explebimur sanguine. Si vero, de quibus accusatus est, calumniam coarguit, quo ad lingua calumnians tantum in ipsum potent? Mollitus igitur talibus verbis Imperator tunc ipsos fedare iussit, seque rē diligentius exploraturum spopondit: neq; sane multo post ad suū ingenium rediens è custodia eductum sibi præsto esse iubet filium, ademptaque ei lugubri veste, & superuacua, quæ in luctu excreuerat, coma pristinum ei imperii honorem restituit.

Psittacus Leonem Imp. carcere inclusum deplorat.

Leo Imp. Basilii filius è carcere liberatur.

VII. *Irene Constantini Copronymi Cæsar Constantino filio imperium & oculo eripit.*

Ex Annal. Io. Zonarę to. 3. & aliis. Alfonsus Ciacconus in vita Leonis PP. III. Irene filiū Constantinum male tractat.

Anno Domini septingentesimo nonagesimo septimo XVII Kalend. Septembris, Constantini VII. mater Irene filii flagitia, & insolentiam nequaquam ferens (eam enim, vt solus dominaretur, in exilium relegarat) quibusdam ciuibus impellentibus Constantinopolim reuertitur, ipsique manus iniici, atque effodi oculos iussit, & carceri mancipauit: vbi & merito tanquam sacrilegus nimiæ pietatis, qui matrem relegarat, & vulneris dolore, & animi mœrore contabescens vitam finiuit.

TIT. LXXXVII. De temporali liberorum pœna ob parentum peccata.

Chanaan filius Cham ob patris culpam graui pœna plectitur. Genes. 9.

Dauidis adulterium cum homicidio coniunctum morte filij inde nati punitur. 2. Reg. 12.

Ionathas in bello perit ante patrem Saulem, quo illum non impedierit, ne à diuinatrice consilium peteret. 1. Reg. 28.

EXEM. I. *Ethelredus Rex ingentes patitur calamitates ob peccatum matris, qua huius filii promouendi gratia Eduardum eius fratrem occiderat.*

Ex Matthæo Westmonasteriensi Baro. to. 10. an. 979. 1.

ANno redemptoris nonagesimo septuagesimo nono Kalend. Maii die Dominica, à sanctis Archiepiscopis Dunstano Cantuariensi, & Oswaldo Eboracensi, & aliis Ecclesiæ Episcopis Ethelredus puer decennis Rex coronatur. In qua coronatione S. Dunstanus prophetiæ affluus spiritu hæc ad Regem: Quoniam aspirasti ad regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua, sæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de semine tuo, quousq; regnū tuum transferatur in Regem alienum, cuius ritum & linguam gens, cui præsides, non nouit: nec expiabitur nisi longa vindicta peccatum tuū & peccatū matris tuæ, & peccatū virorum aliorum, qui interfuere consilio eius nequam. Post hæc Dunstani viri Dei prophetiam nubes per totam Angliam nunc sanguinea, nunc ignea visa est.

S. Dunstani vaticinium de futuris calamitatibus Ethelredi Regis.

II. *Ob bona ecclesiastica per Lud. Francorum Regem usurpata a morte multatur Philippus eius filius.*

Gilbertus Gaguinus lib. 6. Annalium de Francorum Regibus gestis.

Dum Philippus Ludouici Francorum Regis filius extra muros ciuitatis Parisiensis equo vectetur, inter cruta lasciuientis equi domesticus suus incurrisset, equus ferox [illegible] in terram humi deturbat: quo lapsu [illegible] est decessit.

cessit. Cuius mors sicut mœrori Ludouico fuit: ita eum admonuit rerum futurarum solicitum esse. Tum enim in mentem venit diui Bernardi Clarevallensis vaticinium. Nam cum Ludouicum Cleri bona aliquando vsurpantem Bernardus argueret, nec propterea abstineret: Hæc, inquit, tua Rex pertinacia filij interitu mulctabitur.

S. Bernardi vaticiniũ.

III. *Ob bona aliena à parentibus male detenta proles interdum corpore afflictuntur.*

Hist. trip. lib. 1. cap. 11.

Proximum vero miraculum huic quoq; rei congruit. Iniusti parentes alicus à cane rabido percussum filium, & pene morituum obtulerunt viro Dei Ammoni Ægyptio, & eiulantes deprecabantur, vt curaret. Tum ille ad eos: Non eget, inquit, mea curatione: sed vos, si vultis reddere bouem, quem rapuistis, dominis suis, ægrotus repente sanabitur: quod etiam contigit: nam vt restitutus est bos, passio mox recessit à puero.

IV. *Ob parentum incontinentiam filij morte diuinitus afficiuntur.*

Gregorius Episc. Alex. in vita Io. Chrys.

Mulier quędam Euclia nomine vxor vnius è proceribus Antiochiæ filiæ habebat vnigenitum morbo febrili vsque adeo laborantem, vt is de vita periclitaretur, eumque mox videbatur [illegible] rupturus. Mater vero perpendens eum despondentem animum, ac deploratæ esse salutis, ipsum arreptum festinato in ecclesiam adduxit, demisitque ad pedes eximij Ioannis Chrysostomi Episcopi. Cum lacrymis continenter [illegible]abat, dicens: Domine mi, deprecare Dominum, vt vnigenitum hunc mihi gratificetur filium: parũ abest ab inferni portis. Credo enim Deo, quia quæcunque postulaueris eum, præbebit tibi. Ne deinceps asperneris me in tanto languore & animi deliquio consistentem, Pater sancte. Respondens autem Ioannes dicit ei: O mulier, non est nostræ facultatis tale quid conferre quibus ipsi velimus, neq; vero qui volunt possunt accipere, Dei siquidem hoc opus esse per Apostolum edocemur. Toto igitur animo crede in Deum, & per pœnitentiam supplex procide ei, sicque sanitati restituet filium tuum. Cęterum deinceps abstineto à prioribus tuis delictis, & coniungere Christo: & ex nunc in pœnitentia transige vitam. Omnino enim filium tuum affligunt tui causa. Siquidem filius hic tuus quintus est: quatuor enim sunt præmortui, futurum insuper est, vt & hunc propter peccata tua ac viri tui mandes sepulturæ. Deus enim orbitate filiorum vestrorum erudiuit vos, vt à vestris operibus flagitiosis ipsi abstinereris. vos autem ne sic quidem vobis temperastis, vt etiamnum deteriora prioribus addentes à pri[illegible]non destitistis. Vel sero tandem ali[illegible]ando resip[illegible]e, nec modo vobis ad sanitatem gratuito reu[illegible]nue, sed & cœlorũ regno digni habeamini. Mulier [illegible]em vna cum viro suo, vt respondi[illegible]us, [illegible]missione vultus dixerunt: Credimus [illegible]ominum & Deum nostrum Iesum Christum, qui morbum omnem, omnem languorem sanare potest: ipsi nobis ex hac hora temperabimus ab omni flagitioso opere, Deum contra nos ad hoc responsurum tibi adhibentes. Beatus autem Ioannes perspecta eorum humilitate, & quam citissima permutatione, accepta aqua consignauit eos, ac dixit: In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Per acceptabiles & Deo gratiosas orationes honorandi Patris & Episcopi nostri, aqua hæc fiat in auersionem & profligationem totius morbi. Cumque tertio aspersisset puerum, eadem hora dimisit eum febris: ac surgens institit pedibus sanus & incolumis, in se ne vestigium quidem retinens prioris morbi. Eo igitur sospite recepto parentes se in domum receperunt cum gaudio & lætitia ingenti, glorificantes Deum, in admirationem conuersi ob stupendum illud & admirabile signum. Pater autem ipsius secum delatã multã vim auri continenter deposuit ad pedes beati Ioannis dicens: Suscipe hoc, Pater, à me seruo tuo pro salute filij mei. Respondens autem dixit ei: Qui seruus Christi est, nihil horũ est indigus, Dei enim donum nullis quantislibet pecuniis venale proponitur. His itaque receptis hinc facessito domum, in eosque dispertitor, in quos fuisti iniurius: simul & quæ tibi superfluunt, in eos distribuito, qui necessitatem patiuntur in cæcos, claudos, mutilos, & mancos, circumspecte obseruãtes, ne ex hac hora in pristina peccata reuoluamini. Castigauit enim vos Dominus, non quasi vos oderit, sed quod cupide amẽt animarum vestrarum salutem, quæ fiat per maxime commendabilem ad ipsum conuersionem & pœnitentiam salutarem. His dictis, dimisit eum.

V. *Dum quidam Fortunato Episcopo cum damone detraheret, mox filium à demone possessum videt.*

Fortunatum Tudertinæ ciuitatis Episcopum infamiæ probro lacessiuit diabolus: per ipsum namq; ab homine expulsus peregrini formam assumpsit, & cum clamore incedens passim queri cœpit, quod Fortunatus Episcopus, qui ab omnibus hospitalis & pius existimatur, se ab hospitio exturbasset. Hunc quidam, malignis rumoribus nimis credulus, ac simul vt se munificentiorẽ Episcopo ostenderet, domi suæ excepit. Sed dum vna cum illo ad ignem sedens (frigus enim erat) Fortunato licentius detraxisset, animaduertit confessorẽ suum nusquã comparere: & filium parnulum [illegible]jam ab eo possessum, vertiginoso volutatu inter prunas deiici, vitaq; destitui. Vnici tandẽ filij orbitate didicit pater, quantum scelus sit, & quale crimen, sanctorum hominũ vitam vel cauillari, vel cauillantibus facile credere: talesque hospitio excipere, qui vel lingua sola se produnt quales sunt, si attenderetur.

Detractoris pœna.

Parentes aliquando in filiis plectuntur.

VI. *De pœna filis sicariorum S. vidua Ludmillæ diuinitus flicta.*

S. Venceslaus factus Pragę Princeps aucta dignitate & potentia non mutauit: ab omni ambitione inuictus demissus plane aliquando diligẽtius obser-

Ioan. Dubravius Episcopus

uabat

Olomucenſ. lib. 4. hiſt. Bohem.

uabat, ne quid de inſtituto prioris vitæ apud auiam Ludmillam tranſactæ intermitteret: nam & noctibus intentius quam prius ad pſallēdos pſalmos laudesq; Deo dicendas vtebatur, & dies per plura pietatis officia tranſigebat, crebrius in funus prodeundo, languentes inuiſendo, laceros nudoſque conueſtiendo, pauperes alimentis ſuſtentando. Inſtituerat præterea ſibi inediæ ac vigiliæ quoddam quaſi cum auia certamen, experiri fatagens, ipſe, an illa ſæpius jeiunaret, peruigilaretq;. Interim Drahomira dirumpi præ inuidia, ſecumque nefaria aduerſus ſocrum meditari, quod illa maiore gratia apud Venceslaum, quam ipſa mater polleret, religionemque Chriſtianam prolixe proueheret. Nec longius nefarie meditata perficere diſtulit, quam inuenit cædis perficiendę audaces ſicarios. Inſtare exitij die, quem Ludmilla futurum diuinitus præuiderat, vocat ad ſe cliētulos omnes, mercedemq; cuiq; ſuam diſſoluit, & præterea quicquid in penu, in cella, in horreis, in loculis redundaret, id ſua manu in ſinus, vſuſque pauperum transfudit. Poſt hæc remotis arbitris, ac ſolo adhibito Paulo ſacerdote, ante arā prouoluitur, factaque exomologeſi de manu eiuſdem ſacerdotis ſacroſanctum vitæ accipit viaticum: mox inde ſini ſuo propitium Deum exorat: cum ecce tibi eadem hora ſubmiſſi à nuru Thomás & Guino, non tā genere quam ſcelere nobiles, in ſacrariū irrumpunt, ac velo, quo ſancta vidua caput velatum habuit elisis faucibus proſtratā ſuffocant. Non defuere qui Venceslaum ex cæde auiæ vehementer perturbatum ad vlciſcendum inflammarent. Alij, ſi ipſe vlciſci nollet, ſibi hanc dari prouinciam depoſcebant. Vtroſq; ille quam potuit grauiſſimis verbis corripuit, quod aliena à pietate erga qualemcunque matrem, aliena deinde à modeſtia & tolerantia Chriſtiana ſuadere auderent, ignari, aut parum memores, quid ore ſuo dicat Dominus: *Mea vltio eſt, & ego retribuam illis in tempore.* Quemadmodum euenit anno nondū reuoluto, vt ambo ſceleris miniſtri ſolum non miſere ſed etiam notabiliter extinguerentur: nam videlicet vterque ſuam ad proſteros tranſmittens, iam cum alter eorum barba rutila inſignis, alter malo datus eſſet, non alter nati natorum, & qui hodie naſcuntur ab illis, vel rufeſcunt, vel à pedibus laborant. Nam vtraque familia apud Bohemos etiam nunc extat. Cæterum impiæ matri ideo immunitas diuturnior conceſſa videbatur, vt filij pietas, quo diutius illam mater inſectaretur, hoc clarior eūaderet.

Venceslai pietas ab auia inſtituti.

Inuidia Drahomirę in Ludmillam primā Bohemiæ Chriſtianam.

S. Ludmilla Venceslai auia à ſicariis ſuffocatur.

Deuter. 32.

Vltio cæleſtis in ſicariorum progeniem.

TIT. LXXXVIII. De honore, reuerentia & obedientia ſuperioribus Eccleſiaſticis exhibenda.

EXEMP. I. *Iuſtinianus Imp. Ioannem Papam à Theodorico Rege ad ſe miſſum honorificentiſſime excepit.*

Ex Anaſt. Bib. in the-

IVſtinus Imperator eo nomine primus cum omni ciuitate Conſtantinopolitana, cum cereis & cru-cibus, in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli, Ioanni Papę primo obuiam proceſſit ad duodecimum milliarium cum nullum alium Pontificem vidiſſet: & ipſe Iuſtinus Imperator dans honorem Deo humiliauit ſe protinus in terram, & adorauit beatiſſimum Ioannem Papam: de cuius manu cum gloria coronatus eſt Imperator.

cario Ioan. Azor. p. 2. Inſt. moral. l. 5. c. 44.

II. *Iuſtinianus II. quam venerabundus Conſtantium Papam excepit.*

Iuſtinianus ſecundus Conſtantinopolitanus Imperator Conſtantinum Papam venerabundus excepit. Accedente Conſtantinopolim Conſtantino, Tiberius Iuſtiniani filius, & Cyrus Patriarcha cum Patritiis, Clericis & ciuibus vniuerſis obuiam ad ſeptem millia paſſuum exierunt: & in vrbem ingreſſis ornatiſſimis cum comitatu ſuo impoſitum, Pontificiam chlamydem de more indutum induxerunt, & in ædibus Placidię, vbi paratum erat hoſpitium, collocarunt. Iuſtinianus de aduentu Pontificis certior factus, litteras ad eum ex Bythinia miſit, gratiis actis rogans, vt Nicomediam accederet, nam ſe illuc quoque proceſſurum promiſit. Profectus eſt ergo Nicomediam Conſtantinus Papa ingenti honore ab illa quoque ciuitate exceptus. Imperator eam vrbem ingreſſus ad Pontificem ex compoſito expectantem acceſſit: & de more coronatus ad pedes eius procubuit, & ei oſculum dedit.

Ioannes Azorius p. 2. Inſtitu. Moralium l. 5. c. 44.

III. *Stephanus Papa honorifice à Pipino, eiuſque filio Carolo Magno excipitur.*

Stephanus II. Pontifex Rom. in Franciam pergens ad Pipinum Francorum Regem, continuato itinere ad monaſterium S. Mauritij peruenit: quo Rex ſe venturum oſtenderat. Ibi cum Floradus Abbas, & Rotardus Dux obuiam à Pipino miſſi honorifice exceperunt, & Regis nomine, vt Pontigonē accederet vellet, orarunt. Progredienti inde ad Pontigonē Pontifici Pipinus ad centum millia paſſuum Carolum filium, qui poſtea Magni cognomentum obtinuit, obuiam cum ſuis optimatibus miſit. Ipſe cum vxore ad tertium lapidem ſeſe obtulit, & ad eius cōſpectum de equo deſcendens, & ad terram inclinas vna cum coniuge, & filiis, optimatibuſq; ipſum excepit: & cum per aliquod ſpatium ſtratoris operam ei nauaſſet, cuncto cum laudibus & hymnis occurrente populo in regiam Pontigonis perduxit.

Idem ibid.

IV. *Leo III. Papa Carolum Magnum ad eum in Germania ſummo cum honore ab eo ſuſcipitur.*

Carolus Magnus Imper. vbi venientem ad ſe, ſuperatis Alpibus, Leonem tertium cognouit, magno ſibi excipiendum honore conſtituit: & ne Pipino patre in hoc officio & obſequio inferior videretur, qui Stephanum Pontificem [illegible] plexus, effuſa in omnem honorem magnificentia fuerat, habito conuentu ad Rhenum in loco, qui Lippia dicebatur, in caſtris Pontificis aduentum ſuperi decreuit Primum autem Hildimaldum [illegible] & appel-

Idem ibid.

Capellanum ſuum, deinde Pipinum filium Regem, qui forte tunc apud ipſum erat, cum honeſtiſſimo procerum comitatu obuiam miſit: poſt eũ ipſe quoque occurrit, & ſolenni ritu venerabundus excepit. Poſt oſcula & amplexus inuicem datos, Pontifex, *Gloria in excelſis Deo*, decantauit, & reliqua ſuſcipiente Clero ſolennem ſuper aſtantem populum precationem effudit, & inde ad hoſpitium ſibi paratum, Rege regiaque familia deducente, diuertit. *Luc. 2.*

V. *Lud. Pius Imperator Sergij II. & Nicolai I. Pontificum pedes reuerenter oſculatur.*

Ibidem. Ludouicus Piuc Lotharij Imperatoris filius, jam Imperator coronatus cum Romam petiiſſet, anno octingenteſimo quadrageſimo quarto, & Sergius [illegible]is ipſum in Vaticano expectaret, ſimulatque ſacratas cruces aſpexit, ex equo deſiliens pedeſtris acceſſit, & per gradus ad Pontificem progreſſus oſculum ſancto pedi dedit. Idem Ludouicus anno octingenteſimo quinquageſimo octauo Nicolao Pontifici ad ſe aduenienti obuiã aliquanto viæ ſpatio proceſſit, & pedes frenum per totum ſagittę ſpatium Pontificis equo tenuit, turſuſque abeuntem proſecutus certo loco iterum ad frenum accedens oſculum ſancto obtulit pedi.

VI. *Ludouicus VII. Francorum, & Henricus II. Anglorum Reges Alexandrum III. Papam ad ſe accedentem quam eximiis honoribus exceperunt.*

Idem ibid. Ludouicus ſeptimus Francorum Rex, & Henricus ſecundus Rex Anglorum ad Ligerim amnem apud Toriacum oppidum, Alexandrum tertium eo accedentem eximiis honoribus exceperunt, quippe qui ſtratorum officio functi, pedites dextra læuaque frenum equi tenuere, & ad præparatum tabernaculum perduxere, & eius auctoritate pacem inter ſe confirmauere.

VII. *Federicus I. Ænobarb. Alexandro III. Venetiis omne humilitatis & benenolentiæ officium præſtat.*

Ibidem. Federicus primus cognomento Ænobarbus Venetiis ad Baſilicam S. Marci proceſſit cauſã componendæ pacis cum Alexandro tertio: qui ex compoſito Cardinalibus, & Epiſcopis circumfuſus, in ipſa Baſilica ſedebat, Federicus vbi ad Pontificem acceſſit, inclinatus ad terram pium ei pedum oſculũ exhibuit. Vbi dextrum Pontificis latus regens ædem intrauit. Poſtridie eius diei Alexander rogatus à Federico, ſacrificium facturus, ad prædictam S. Marci ædem acceſſit: ei aduenienti Federicus obuiam extra Baſilicam proceſſit: & ad dextram receptum in eam introduxit: perfectis ſacris ad fores proſecutus, & facto ſtratoris officio, aſcendenti in equum Pontificis ſtrepam tenuit, & omne obſequium præſtitit, quod eius anteceſſores Pontifici antea præſtare conſueuerant.

VIII. *Valentinianus Imperator Leoni primo Pontifici maximo [illegible] obedientiam & præſtiterit.*

Cum Romam ardenti furore Attila raperetur, jamque copias, vbi Mincius ad Padum influxit, traiicere pararet, occurrit ei Pontifex Leo malorum Italiæ impendentium miſericordia motus: cuius diuina eloquentia perſuaſum eſt Attilæ, vt regrederetur. Qui interrogatus à ſuis, cur præter conſuetudinem inflexus eſſet, atq; tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret? reſpondit, & confeſſus eſt, quod verum eſſet; nimirum ſe vidiſſe, Leone loquẽte, aſtantem alium quendam habitu ſacerdotali decorum, quid diuinum præ ſe ferentem, minantemque mortem, niſi Leonis Papæ juſſa capeſſeret. *Baron. to. 6. Annal. Eccl. ann. 452. 58. Attila à Leone coercetur.*

IX. *De obedientia & reuerentia Theodoſii Imp. erga diuum Ambroſium.*

Quod ab Attila actum, immentem reuocat pari facto ſingularem Theodoſij ſenioris in parendo promptitudinem, qui ab Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo publice prohibitus templo, niſi ante pro innoxio ſanguine, quem Theſſalonicę, & in Pannonia ſparſerat, Deo palam ſatisfeciſſet, eam notã, patienter atq; humane tulit: neq; ante redire ad templum eſt auſus, quam iis, quę Ambroſio ad criminis emendationem iniuncta fuerant, peractis: quo tempore Ambroſius templo eum atque diuinis omnibus inhibuit. Hac igitur re nonne humanam fidem ſuperare videretur, vt Imperator juuenis victor à ſene ſacerdote ſibi ſubito publice erroris ſui impune arguereturꝰ Adeo enim ætate noſtra neglectus creuit, vt vix plebei ordinis vir laturus fuerit, quod orbis terrarum dominus non ſolum ęquo animo tulit, verum etiam humiliter petita venia obediendo impleuit. Itaque qui armis inter mille diſcrimina aduerſus tyrannos atq; Imperatores auguſtalem maieſtatem illeſam ſeruarat, non modo de conſueta animi magnitudine nihil amiſit, cum lacrymarum plenus Ambroſij pedibus ſe prouoluit: verum omnium victoriarum ſuarum, quia ſe ipſum vicit, triumphos ſuperauit. Merito igitur & Ambroſij auctoritas Mete Rom. Pont. & Theodoſ. Poſthumij Conſulis Regioni, quos tantopere antiquitas laudauit, præponetur. Siquidẽ Conſulem plus Senatus ac populi reſpectus, vt Pontifici pareret, quę religio videri poteſt, mouiſſe: at Theodoſiũ, qui nihil inter mortales ſupra ſe norat, vt Ambroſij Epiſcopi audens dicto eſſet, nihil profecto, niſi religionis cultus & Dei reuerentia, mouiſſe dici debet. *Baron. to. 4. an 390.*

X. *De obedientia Edgari Regis Britanniæ Dunſtano Archiep. Cantuarienſi exhibita.*

In ordine noſtro poſt Theodoſium Edgarus Britannię Rex ſequetur, quia etiam in religione colenda ei haud diſſimilis fuit: nam cum virginem deperiret, quam in Vincceſtrenſi monaſterio viderat educari, quæ vt virginitatem à Regis iniuria tueretur, velo vnius ipſius monaſterij monachorũ ſe texerat: eque ob id ab iniuria Rex deſtitiſſet, profectus ad eum Dunſtanus Cantuarienſis Archiepiſcopus, ceu *Fulgoſius lib. 1. cap. 1.*

Nathan

Nathan ad Dauid Regem reprehendendum, porrigentem in congressu dextram suam honoris gratia Regem à contactu repulit: tanquam propter incestum indignus, qui sacerdotem contingeret, videretur. Quam notam non solum patienter tulit Edgarus, verum agnito errore, in quem nimia libidine victus inciderat, ad sancti sacerdotis pedes prostratus, lacrymabundusque crimini veniam petiit: & cum pœnæ loco ei, vt à gestando diademate septem annos abstineret, & sacris quoq; virginibus monasterium conderet, iniunctũ esset, obedienter ea peregit.

XI. *Henricus I. Imp. ab Abbate Stabulensi correptus mox obedientiam præstat.*

Baron. to. 11. Annal. an. 1014. 14.

Henricus Imperator eius nominis primus, quoscunque poterat scire viros iustos, eos, audire cupiebat, atq; colere satagebat, eorumque capessere consilia, & monitis parere non negligebat: vt accidit, cum eundem ad se venientem Popponem excepit: de quo Euerhelmus in vita ipsius: ab illo vero tam magnificentia, quã honorificentia regia Poppo est susceptus, vtpote qui primum amicitiæ locum inter cæteros jam apud eum fuerat adeptus: cuius etiam sanctitas humilitatem, mansuetudinem Imperatoris in amorem sui ita accendit, vt etiam reuerentia dictante, magis parere quasi ad iussa ab eo visus fuerit, quam rogata ab illo implere voluit. Contigit etiam ludis histrionum Imperiales tunc fores occupari, atque eo spectaculi genere Regem cum suis delectari. Visis enim nudus quidam membra melle perunctus exhibetur: illo plurimum pro periculo sui timente, ne forte ab iisdem vrsis ad ossa sua mel le consumpto peruenireturPorro Rex eiusdem spectaculi amore in oculis suis ita captus tenebatur, vt male prouidus propere cito viri parum esset solicitus. Vnde super tam iniqua in Christianum illusione Regem beatus Poppo redarguit, eumque ab hoc spectaculo suis cum optimatibus mox compescuit: tum etiam à periculo vrsorum virum liberauit: & ne id vltra fieret, arguendo & obsecrando obinuit. Henricus enim Imperator tam obsecrationi, quam correptioni eius humiliter paruit: & quem honorifice ad se venientem susceperat, honorifice etiam à se digredientem dimisit.

XII. *Carolus V. Imp. & Franciscus Francorum Rex cum suis aulicis Pontificum pedes osculantur.*

Laurent. Sur. breui Commentario rerum in orbe gestarũ an. 1530.

Pontificum pedes osculantur

Anno Domini 1530. Carolus V. Bononiæ post coronationem imperialem, pie inflexo genu pronus exosculato pede Clementis VII. Pontificis eum adorauit: & postea conscendenti equum Pontifici Cæsar ad læuam pedes adstitit, vti benigne iuratam staffam sacrato pedi protinus inducturus Anno vero 1538 Carolus Cæsar & Franciscus Rex Franciæ in mutuos venere complexus, ac tum vterque more Christiano Pontificem Max. Paulum III. venerari sunt, ita vt vna cum Rege multi quoque eius proceres dextrum Pontificis pedem oscularentur, idem facere recusantibus nonnullis, qui cum Rege erant, Lutherana forte labe conspersis. Verum si ipse præpotentis Dei Filius ad pauperum piscatorum pedes se amantissime demisit, eosque beneuolentissima sedulitate & lauit & extersit: quid, obsecro, piaculi est, si homines Pontificis non quidem nudos, sed tectos pedes supremis labris Christianę cuiusdam declarandæ modestię causa deosculentur? O quantum interest inter spiritum Christi, & spiritum huius mundi. An non Christus ipse dicit omnibus: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* *Imp. & Reges. Ioan. 13.* *Matth. 11.*

TIT. LXXXIX. De contemptu superiorum ecclesiasticorum punito.

Cum aduersus Moysen & Aaron sacerdotes Dei insurrexissent tres ministri Core, Cathan & Abiron, inusitato supplicio & ipsi, & eorũ omnia terra hiatu absorpta sunt. *Num. c. 16.*

Maria ipsa soror Moysis, quia contra eum murmurauerat, lepra percutitur. *Num. 12.*

Samuelem Iudæi spreuerunt, vel Deum potius in illo: ait enim Dominus: Non te spreuerunt, sed me: ideo vt hoc vlciscereturꝝ (ait Cypr.) excitauit eis Saul Regem, qui eos in variis grauibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas superbum populum calcaret, & premeret, vt contemptus sacerdos de superbo populo vltione diuina vindicaretur. *1. Reg. 8.* *Lib. 3. ep. 9.*

Saul ipse, quia Samuelis Prophetæ non obtemperauit, regno excidit. *1. Reg. 31.*

Achab propter contemptum, & in vincula coniectum Micheam Prophetam in bello occisus est. *3 Reg. 22.*

Amasias Rex Iudæ quia Prophetam Dei contemnens dixit: Num consiliarius Regis es? tace ne interficiam te: traditus fuit in manus Ioas Regis Israel, omnibus rebus spoliatus, postea à suis interfectus. *2. Paral. 25.*

EXEMP. I. *Imperator Barbarossa ob contumaciam in Pontificem periit.*

FRidericus Barbarossa, qui multis annis Ecclesiæ Dei persecutus est, in Sedem Apostolicam superbus ac rebellis valde, quadam die calore æstuans, cum lauandi gratia ad quendam descendisset fluuium, rapidum amnem inexploratum ingreditur: tantorumq; exercituum Imperator in vndis periit. *Chronogr. vol. 2. generat. 17. an. 1189.*

II. *Ob S. Germani Episcopi contemptum Clotarius Francorum Rex afflictus.*

Post obitum Childeberti Regis Clotarius germanus eius regnum, filiabus eiectis, accepit, solusq; totius Francorum regni monarchia potitus est. Cum S. Germanus ad glorioſum Regem occurrisset, nec tamen de sancto viro stante auditorium effusile indicatum, mora facta ante vestibulum, non admissus sentatus domum reuertitur. At cum nox consueris in oratorio vigiliis duceretur, Rex dolore, atque febris infestatione torquebatur, quo mo diu *Fortunatus in vita S. Germani apud Surium tom. 3. & Baronium 1077. an. 561.*

luculo ad domum Pontificis à proceribus concursatur, pœna Regis exponitur: & vt sua visitatione Regis doloris vim mitiget, optimates deprecantur. Mox apud pietatis virum iniuriæ causa postponitur: & qui ante nec nuntiabatur, intrat jam honoratus, & exoratus palatium visitat. Tunc Rex vix assurgens de lectulo cæsum se diuino flagello cõqueritur, allambitque palliolum, & vestem sacerdotis deducit gaudens per loca doloris: culpam namque confessus est criminis, & sic dolor omnis fugatur. Itaq; actum est, vt cuius incurrebat de contemptu periculum, sentiret de contactu remedium.

III. *Gisa Rugorum Regina propter contemptum Seuerini Noricorum Apostolum dat etiam pœnas.*

Iugipp. in vita S. Seuerini cap. 8. apud Baron. tom. 8. ann. 475. 6.

Gisa Regina impia Feliteum virum suum à clementiæ remediis semper reuocabat. Hæc ergo inter cætera iniquitatis suæ contagia etiam rebaptizare Catholicos alios cõ[illegible]ata est: sed ob sancti reuerentiã Seuerini, non consentiente viro, à sacrilega quãtocius intentione defecit. Romanos tamẽ, captiuos scilicet, duris conditionibus aggrauans, quos tamẽ Danubio jubebat abduci. Nam cum quadam die in proximo à Fauianis vico veniens aliquos ad se trãsferri Danubio præcepisset, vilissimis scilicet ministeriis seruitutis damnandos: dirigens ad [illegible]m vir Dei, vt eos dimitteret, postulat. Verum illa facib. fœminei furoris exæstuãs mandata reportari jussit aspernima: Ora (inquit) tibi serue Dei, intra cellam tuam delitescens: liceat nobis de seruis nostris ordinare quod volumus. Audiens autẽ hoc homo Dei: Confido (inquit) in Domino meo Iesu Christo, quod necessitate compelletur explere, quod praua voluntate despexit. Velox itaque secuta correptio prostrauit animos arrogantis. Quosdã enim aurifices barbaros profabricandis regalibus ornamentis clauserat arcta custodia (nã eos jure seruitutis possidebat inuitos.) Ad hos filius memorati Regis admodum pa[illegible]ulus, nomine Fridericus, eo die quo Regina seruum Dei contempserat, puerili motu c[illegible] citus introiuit. Tunc aurifices pectori infantis gladium imposuere, dicentes, quod si quis ad eos absque juramenti præsidio, quo vita cum libertate promitteretur, ingredi conaretur, paruulum regium primitus transfigentes semetipsos postea trucidarent: quippe cum sibi nullam spem vitæ promitterent macerati diutur[illegible] ergastulis. His auditis Regina crudelis, & impia, vestibus præ dolore conscissis, talia clamabat: O serue Dei Seuerine, sic, sic a Deo illatæ vindicantur injuriæ. Hanc mei contemptus vltionem effusis precibus postulasti, vt in mea viscera vindicaret. Itaque multiplici contritione ac miserabili lamentatione decurrens fatebatur se prio scelere contra[illegible]s, quod in seruum Dei commiserat, plagæ plurimis vlcere pe[illegible]cellit confestimque directis equibus, veniam poscens, Romanos quos eadem dierum [illegible] obedibus & rogantem contempserat, [illegible]

TIT. XC. De honore & obedientia Principibus aliisq; Superioribus secularibus exhibenda.

Dum Pharao Rex Ægypti castissimum Ioseph super totum regnum Ægypti constitueret, dixit: absque tuo imperio nullus mouebit manum aut pedem in vniuersa Ægypto. Et iterum: Ad oris tui imperium cunctus obediet populus. Pharaone imperante, circumductus est Ioseph per totam Ægyptum: & omnes coram eo genu flectebant. Gen. 42.

Cum filij Israel mortuo Moyse, præfecissent Iosue accepissent, Deo ordinante in principem dixerunt ad eum. Quicunque non obedierit vniuersis sermonibus tuis, quos ei præceperis occidatur. Iosue 1.

Cum Assuerus Rex præcepisset Aman qui post se primus summusque fuit, vt Mardochæum Iudæum regaliter adornaret, & regio superponeret equo, ipsumque equum per ciuitatem deduceret, atq; clamaret. Hoc honore dignus est, quem cunq; rex voluerit honorare: præcepto isto audito Aman protinus obediuit, nil contradicere audiens, quamuis Mardochæum maxime sperneret ac odiret. Hester. 6.

Dauid licet vnctus Rex Saulem quamuis impium, quia Rex erat, semper est reueritus, & ei obediuit. 1. Reg. 24.

Cum Absalon in pugna contra patrem Dauid m, quem regno expellere conabatur, inferior fugeret, & cæsarie sua ramis patulæ quercus implexus hæ[illegible]uidam militum, pendentem videns, interficere noluit, quia regis filius erat, & Dauid suis omnibus pepercerat, vti filio Absalon parcerent. 1. Reg. 18.

Christus cum discipulis Capharnaum veniens tributum pendit, non quod iure cogeretur (neque enim peregrinus erat) sed ne scandalum daret. Petro igitur præcepit, vt piscatum profectus, ex piscis qu[illegible] primum cepisset, aperto, statorem acciperet, eumq; publicanis offerret. Matth 17. Mar. 9. Luc. 9.

D. Petrus Principibus Iudæorum fidei prædicationem interdicentibus respondit, Deo magis obediendum, quam hominibus. Act. 4.

D. Paulus Romæ in suo conductu Euangelium prædicans, & [illegible]eorum cultu, quos Cæsar colebat, omnes, quos poterat, abducens indicabat ea, quæ ad fidem & Dei cultum pertinent, non esse deferenda hominibus. Act. 21.

D. Paulus ne iniuriam à Iudæis pateretur, ad Cæsarem appellans reddit Cæsari, quæ Cæsari debentur, eius supremo tribunali se se submittens. Act. 25.

D. Petrus docens regem honorificandum, eique tanquam præcellenti obediendum, reddidit Cæsari quæ sunt Cæsaris. 1. Pet. 2.

EXEMP. I. *Iuliano Apostatæ in iis, quæ iusta erant, milites parebant.*

IVlianus Imperator quamuis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat: Producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant: cum autem diceret eis, Producite armam Christianos, tunc cognoscebant imperium

Ex Ambr. Gratian. 11. q. 1. c. Iulian. & ex-

coni-

Auguſt. ibid. cap. Imper. Superioribus impiis quando, & quando nō obediendū.

cœli, non terræ. Quibus conſentanea habet Auguſtinus ſcribens in Pſalmum centeſimum vigeſimum quartum: Iulianus extitit infidelis Imperator: nonne extitit Apoſtata iniquus, & idololatra: Milites Chriſtiani ſeruierunt infideli Imperatori: vbi veniebant ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum qui in cælis erat. Quando volebat, vt idola colerent, & eis thura adolerent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam gentem, ſtatim obtemperabant, & diſtinguebant Dominum æternum à Domino temporali.

II. *Cum quanto honore Lud. I. Lotharii filius Romam profectus à Sergio Papa ſit receptus.*

P. Ioan. Azorius Inſtituti. Moralium par. 2. lib. 5. cap 44. an. Do 844.

Ludouico Lotharii Imperatoris filio Caroli Magni pronepoti venienti Romam Sergius II. tria obuiam agmina miſit, & ipſe in ſummis Baſilicæ Vaticanæ gradibus de more ſacro Clero vndique circumfuſo aſſedit. Primum vniuerſi Iudices cum vexillis ad nouem ferme millia paſſuum Ludouico occurrerunt: deinde omnes militiæ ſcholæ decoras laudes canentes cum patronis ad primum lapidem: poſtremo auguſtę cum ſignis Cruces ad portam Vrbis extitere. Ludouicus, vbi primum ſacratas Cruces aſpexit, protinus ex equo deſcendit, & populo, iudicibus, & ſcholis præcedere juſſis, in Baſilicam Vaticanā pedeſtris acceſſit, & ſui proaui Caroli exemplum imitatus per gradus ad Pontificē progreſſus, oſculum ſancto eius pedi infixit: & dextera eius apprehenſa, ad poſtes eius argenteos peruenit.

III. *Principes Chriſtiani quotannis à ſummo pontifice Roſa aurea, Dominica Lætare, honorantur.*

Ex Actis Alex. P P. III. Baro. to. 12. Annal. 1178. 18.

Anno Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, cum Alexander Papa III. Venetiis eſſet, turbæ multæ irruerunt in eum, & ex ciuitatibus circumpoſitis multitudo nobilium properabat ad eius præſentiam, vt viderent illum, & audirent tanquam Angelum à Deo miſſum: dignum duxit in proxima Dominica Lætare Ieruſalem, ad eccleſiam beati Marci ſolennia Miſſarū celebraturus accedere. Indutus ergo ſacris veſtibus, & de conſuetudine auream ferens roſam, cum Epiſcopis & Cardinalibus ad altare maius proceſſit. Poſt Euangelicam lectionem populo Dei ex diuerſis partibus congregato paſtoraliter prædicauit: & completis Miſſarum officiis, roſam quam detulerat, Duci Venetiarum in ſignum gratiæ ſedis Apoſtolicæ contulit.

Roſa aurea Dux Venetiarum ab Alex. III. honoratur.

IV. *Eiuſdem argumenti aliud exemplum.*

Iacobus Meyerus libr. 16. Annal. Fland. an. 1449.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo nono, Dominica Lætare, quæ tum Idibus erat Martiis, Nicolaus Pontifex Max. eius nominis quintus de more roſam conſecrauit, illamque miſit Lantgrauio Thuringiæ Haſſiæ Comiti, qui ſtirps ſexta poſt diuam Elizabetam inter omnes Germaniæ Principes præcipua celebrat pietate, eamque roſam grataanter ac religioſe accepit.

TIT. XCI. De Principatu & poteſtate ſeculari.

EXEMP. I. *Imperatoriam dignitatem à Deo dari, ſignis ſeu prodigiis plerumque ipſe oſtendit.*

Procop. lib. 1. de bello Vandal. Baron. tom. 5. An. no. an.

AQuila, quæ circum Marciani caput volitabat, eum aliquando imperio potiturum prænūcia bal. De qua re ſic Procopium ſcribentem audi. Sub id tempus, Theodoſij I ſcilicet, Wandali Africam flammis rapuere: captiuos vero, quos ceperant, in cuſtodia habuere. Inter quos Marcians fuit, qui Theodoſio ſucceſſit. Cum igitur Genſericus Wandalorum Rex forte præcipere, vt captiui in nuda ſub dio cogerentur, vt aſpectibus eorum conſideſane conſpiceret, ſi quis regiam haberet indolem, ac indigna præſente fortuna pateretur, interim iidem inedia, ac labore feſſi humi obdormiſcerent, aquila forte volans ſupra Marciani caput paſſis adſtitit alis. Genſericus igitur portentum tacite notans non fruſtra hoc fore, iuſſit ad ſe venire, & quinam vir eſſet, interrogat. Ille ſe Aſparis Romanorum Ducis arcanorum omnium ſocium fuiſſe inquit: quem Romani domeſticum Comitem vocant. Genſericus igitur meditans, & aquilæ greſſum, & Aſparis quanta eſſet apud Byzantium potentia, hominem de medio tollere ab re putauit eſſe, neq; veriſimile, vt quam primum interituro ſigno volatu illa oſtendiſſet: nulla enim ratione eum interfici oportere. Nam ſi poſt eo regnaturus eſt, morti non eſſet apud eum locus derelictus: quod ea quæ ſunt Dei decreta, nullatenus prohiberi poſſunt. Quapropter jureiurando eū obligat ſibi amicum fore, neque vllo modo contra Wandalos venturum. Eiuſmodi ergo pactis ſimul initis, dimiſſus eſt Marcianus redire Conſtantinopolim, vbi non multo poſt, vita functo Theodoſio, Imperator renunciatur.

II. *S. Wolfgangus Ratiſpon. Epiſc. Henrico Bauariæ Duci per ſomnium apparet, & imperium p. edicit.*

In vita S. Wolf. ca. 19. apud Sur. 31. Oct. tom. 5. & Baron. tom. 11. an. 1007. 1.

Anno Redemptoris milleſimo ſeptimo, Henrico Regi, antequam eſſet Imperator, ſanctus Wolfgangus apparuit dormienti. Videbatur ille ſibi in ſancti Emmeranni eccleſia eſſe, atque orandi cauſa beati Wolfgangi adire ſepulcrum. Ibi vero Deum & S. Wolfgangum orans, viſus eſt ſibi videre ſanctum adſtare, & hunc in modum ipſum appellare: Aſpice dili genter characteres in muro, qui eſt apud tumulum meum, exaratos. Vidit ille, nec aliud legit, quam ſex. Expergefactus vero ſummopere incumbebat ad earum dictionum apprehendendam ſignificationem. Primum igitur ſuſpicatus ſe poſt ſex dies rediturum, multa largitus eſt pauperibus. Ad ſex menſes attinere arbitrabatur, tumque ſe obiturum credebat. Sed neque tum male ſe valere ſen-

tiens, ad sex annos earum dictionũ significationem retulit. Porro sex annis iam expletis, septimo anno à Pontifice Maximo Imperator vnctus est. Atque tũ demum animaduertens, quid sibi ea verba vellent, gratias egit Deo & beato Wolfgango, quod sibi reuelare dignatus esset, ea se dignitate potiturum.

III. *Vt Pribislao viro ignobili & obscuro Bohemiæ principatum detulerit Deus.*

Albertus Crantzius VVandal. li.1.c.17.

De Pribislao Bohemiæ Rege, quomodo ad regiam cuectus sit dignitatem, ita scribit Crantzius fide dignissimus. Bohemis, inquit, imperabat Libussa vnica Regis filia, quæ moriente patre, virgo cœpit administrare paternam ditionem, tam prudenter, vt Rex diu nullus desideraretur in ea gente, cum sperit omnia, ita iustitia insignis erat, vt nemo sub illa quereretur se suo destitutum: adeo scelerum vltrix, vt impune nemo peccaret. Mansissent proceres sub fœmina longius, sed mortalem prospicientes totius populi consensum atque desiderium explicarunt. Illa torno primum vultu intuita referentes: Quid est, inquit, quod vobis desit in hoc rerum statu, vt Regem desideretis? At illi: Nihil, si re immortalem haberemus, sed nunc, quoniã cõmuni omnes sorte sumus defecturi, cum te carere iam debeamus, semen ex te regium mitigaret populi desiderium & ingentem nominis tui affectum. Dissimulabat aliquamdiu casta mulier populi desiderium: tam illam delectabat thorus siue socio, tam cœlibatus illi inhærebat. Sed cum illi finem non facerent, illa oraculo commonita iussit ornari candidum gradarium equum, cui proficiscens insidere solebat illi sequi præuntẽ proceres iubet: & apud quem is cõsisteret quiescens, qui de ferrea mẽsa cibum caperet, Regem mox consalutarent: nã illũ dignaretur thoro maritum, quem fata iumento imperantia monstrarent. Sedulo implent quod iusserat Regina: sternunt iumentum, & permisso illi freno liberum præire sinunt. Illi porro sequũtur obseruantes quo vadat. Abibat in agros viã non paruam, nec per solita gradiebatur itinera, sed compẽdia quærere visus ibat indirectum per nemora, per dumeta, per agros, donec ipsa iam meridie deprehenderet hominem labore fessum se ad refectionẽ in agro, quem arauerat, reponentem. Verterat aratrum, & ferrum ex sulco attrito splendescens in planitie positum pro mensa habebat. Cũ hominem cernit tui iumentum, ecce steterit immobile nusquam diuertens, aut circumspiciens. Aderãt dicti Primores qui id obseruabant. Vbi vident hominem aratri ferro vti pro disco, recolunt quid de ferrea mensa illis Regina mandasset obseruandũ. Voto se potitos interpretantur, & gaudent. Mox scisciantur de nomine. Pribislao, inquit, mihi nomen est: Illi vt surge protinus, & conscende stratum tibi iumentum, deferrahuntque ad Reginam, insinuantes quid reperennt. Illa stato mõstratũ virũ cõplectitur, & propria de ciuitate suis nudatũ vestibus ornari, & thoro dignatur. Nec mobile fuit dispar hoc coniugium, vt nec principatus. Nam quietam & sine vlla contentione vitam cum vxore traduxit, & insuper Rempub. retinuit, & feliciter administrauit; leges enim non paucas (si nobilissimo Fulgosio fides) tulit, quibus Bohemi in alta pace viuerent. Quibus quidẽ meritis adeo affecti fuere Bohemi, vt in primario vrbis templo ligneas soleas, quibus arans vtebatur, diutissime seruarint, easq; ceu rem sacram nouis Regibus, dũ diademate ornarẽtur, præferrẽt.

IV. *Quo indicio Cosmus Medices ad Principatum sit prouectus.*

Petrus Matth. in hist. Henr. 4. li.2. narrat.4.

Cosmus Medices Ioannis filius, quo die, qui brumalis erat, Alexander à Laurentio consanguineo necatus est, bulbos momento temporis florescentes vidit: At, quid aliud designabãt, quam Florentiã vrbem Italiæ florem diuinitus illi deberi: Obtinuit ergo principatum: & quidem tam fausto omine, vt subditi fidem clientelarem è vestigio illi præsentarent.

V. *Pietate maxime & iustitia Principes ornari debere.*

Anton Panormita. de rebus gestis Alphonsi Idem ibid.

Celeberrimus ac potentissimus ille Alphonsus Arragonũ Rex dicebat, eos demũ magnificiendos Principes, qui pietatem atque iustitiam probe excolerẽt: quippe in quo cæ virtutes fuerint, eius imperium æquo omnes animo [illegible]ur, illiusq; moderationi sese etiam sponte subiiciunt. Ille idem etiam dicebat, eos, qui aliis præsessent, tanto priuatis hominibus meliores esse oportere, quando honoribus & dignitatibus antecellerent. Sentiens dum demum subditorum mores recte formari posse, sibi, quibus Reipub. gubernatio commissa est, vitæ inculpatæ exemplo præcedat, & viuum sint exemplar omnis virtutis. Sicut enim boni Principis vita, probitatis quædam præscriptio, & per vniuersos viuendi forma est, ita Imperatoris colluuio, lex flagitiorum est.

VI. *Clementia decere ornari Christianum Principem.*

D. Chrys. hom. 10. ad pop. Antioch.

Cum populus Antiochenus missum à Theodosio Præfectum leui de causa peremisset, & eam ob rem ex illis multi detinerentur in custodia, multi profugissent, & reliqua ciuitas periculo cõsternata in magno esset metu, Flauianus Episcopus Antiochenus, omniũ ciuiũ nomine, legatione fungens, Imperatorẽ adiit, pro remissione criminis supplicaturus. Pepercit clementer Theodosius: factaq; condonatione, vrsit vehementer Episcopi ad suos reditum, ne ex reditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Sed de venia certiores ab anxietate & dolore, quo tabescebãt, respirarent. Qua benignitate Theodosius non tantum Antiochenorum ciuium, sed etiam omnium, qui imperio eius parebant, animos ad sui amorem, & beneuolentiam pellexit, & Principis non minus pii & clementis, quam fortis & magnanimi gloriam consecutus est.

VII. *Aliud.*

VII. *Aliud eiusd̃ rei argumentum.*

Ex Anton. Panormit. li. 1. de rebus gestis Alphonsi Petrus Ribadeneira lib. 2. de Principe. cap. 8. Alphonsi Regis clementia in hostem.

Inter cetera virtutum ornamenta, quibus claruit Alphonsus Rex Neapolitanus, eluxit maxime clementia, qua vsus est in hostem suum Antoniũ Caldoram filiũ Iacob Caldoræ celeberrimi quondam Ducis, & Regi, prout & filius, infinitissimi. Cum ergo multi auctores & suasores essent Regi, vt bellò captum tanquam hostem, hostisque filium, qui datæ fidei iura sæpenumero temerasset, capite plecti iuberet, non acquieuit, verum vita & pristina dignitate donatum, & magno affectum honore in aulicorum & intimorum suorum numerũ retulit.

VIII. *Principes quidam nimia seueritate ducti suum dominum in magnum discrimen coniecerunt.*

Hieronym. Surit. lib. 4. Annal. cap. 23.

Id Carolo Siciliæ Regi accidit: Is enim, postquam ab illo regnum defecerat, Gallis in peruulgato illo vespere, quem Siculum vocant, contrucidatis, Messanam cum exercitu venit, eamq; arcte obsessam sic pressit, vt Messanenses, cum Caroli Regis viribus, & copiis obsistere non possent, desperantes defensionem legatos de impetranda venia admiserint, & honestis quibusdam, ac lenibus conditionibus suppliciter postulatis deditionem obtulerint. Sed Rex illos in extremam necessitatem redactos videns, suasque manus effugere non posse, preces eorum respuit, & iracundum ac stomachi plenum responsum dedit. Messanensis ciuitas stomachose re penitus indignata in eam desperationem venit, statuere vt ante flammis arderet, & funditus euerit, quam se tam inhumano & immani Regi subdere. Egressi igitur ciues, & seipsos cohortantes, cũ exercitu Regis prælium ineunt, legationes dissipant, hosteque fuso & deuicto obsidionem soluunt. Ex quo factum, vt vniuersum Siciliæ regnum in libertatem vindicatum temeritate sua Rex Carolus amittens, in Petri Aragoniæ Regis potestatem venerit, sub qua ad hoc vsque tempus plus quam trecentis annis permansit.

In clementia sua Carolus Siciliæ Rex amittit regnum.

IX. *Lud. Comes Flandriæ ob nimium in Gandenses seueritatem ipsis odiosus est, & ab iis claadem magnam patitur.*

Iac Meyer lib. 13. Annal. Fulgos. lib. 5. Petr. Ribad. lib 2. de Principe c. 19.

Ludouici Maleani Comitis Flandriæ exemplum maxime est memorabile, & ad rem, de qua agimus confirmandam accommodatissimum. De quo apud historicos ita legimus. Cum Gandauensem vrbem, quæ ab eo desciuerat, non longe ab ea castris positis Comes obsideret, in magnam populũ Gandauensem rerum necessariarum penuriam coniecerat. Itaque, spe auxilii destituti, missis oratoribus supplices rogarunt, vitam vt ciuibus donaret, cetera voluntati suæ reseruaret. Ludouicus ad hæc superbe respondit, nullam se conditionem aliam admittere quã vt in omnibus Principis sui potestati se submitterent, & mistæ viris mulieres pedibus nudis, abiectis exterioribus vestimentis, fune collo inserto, extra vrbem ad eius pedes veniã postularent: adiicerent id cum egissent, deliberaturum se quid facto opus esset. Quo responso tam acerbo cõmota ciuitas decreuit in acie potius fortiter mori, quã per summam contumeliam tam superbo & crudeli Principi se dedere. Eruptione igitur facta, cũ quinque millium hominum numerum non excederent, magnamque tormentorum vim in curribus, & simul paucorum dierum cibaria secũ deferrent: Christiana prius confessioni lustrari, Deo eiusque iustitiæ ac orationibus & lacrymis afflictissimæ ciuitatis confisi; aduersus Comitem & dominum suum agmen direxerunt: qui, munitis iam castris, cũ circiter triginta hominum millibus in eos impetum fecit: ipsi vero, omnibus tormentis vno tempore in Comitis exercitum explosis, castris simul egressi, sublato ingenti clamore, tanto animorum furore in eum irruerunt, vt temporis momento non absq; sanguine omnes eius copias fuderint ac profligarint fugientes autem insecuti, superueniente nocte, cum eis Brugensem vrbem ingressi sunt. Nec abfuit multum, quin ipse Comes caperetur, sed nocte & vili pauperculæ mulieris casa tectus miraculo velut quodã elapsus est. Amisit in ea clade, præter Brugensem vrbem, alias plures sui Principatus ciuitates. Eiusmodi successibus vult Deus Principes instructos, quid sibi faciendum sit, & quando plus firmitatis habeat amor quam timor, lenitas quam austeritas, clementia quam seueritas, & denique quantum cum veritate congruat illa Spiritus sancti sententia, *Regis thronũ clementia & misericordia roborari.* *Prou. 20.*

Gandenses Lud. Maleanum explodunt.

Comitis Maleani clades.

TIT. XCII. De Magistratu ciuili.

EXEM. I. *Constantinus Magnus Magistratus, qui Christiani erant, ad honores efferebat: & qui gentiles erant, sacrificare interdicebat.*

Euseb. Cæsarien. lib. 2. de vita Constantini Imp. c. 44.

INter res illustres & magni momenti, quas Constantinus Imp. cœpit aggredi, primum gentibus per varias prouincias dispersis præfectos, qui maximam partem salutari Christi fidei se addixissent, misit, qui vero Gentilium consuetudinem ac ritus imitari vsi sunt, his ne sacrificia idolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eodem lata fuit de illis dignitatis gradibus, qui præfectorum honores suo splendore superabant: aut enim si Christiani erant, ita se gerere præcepit, vt appellationem eorum dignitas postulabat: aut si aliter animo affecti, mandauit, ne idolis hostias offerrent.

II. *Ad magistratum qui & quomodo designandi.*

Annales Nicetæ Choniatæ lib. 2.

Andronicus Comnenus Imperator in reformandis prætoriis Magistratibus viros præstantes & integerrimi ordinis optimos diligebat, amplissimis muneribus donatos ablegabat (non enim ea munera publica vendebat, aut leui mutuo conciliatius conferebat, sed gratuito) vt qui officiis tantis ornati minus graues essent ciuitatibus ac tuendis ac

Magistratuum designatio.

subleuandis pauperibus semper intendi. Quibus cum abunde suppeteret, vnde viuerent, (nam quadragenas & octogenas argenti minas secũ auferebant) tanq; sacrilegio etiam iis abstinebant, quæ à Prouincialibus vitro offerebantur, quod ante manu potentis erepti, aut alii beneficiis affecti essent. Vnde ciuitates exiguo tempore creuerunt, & terra centuplum fructum tulit, annona paruo veniit: & multi olim profugi, & publicis calamitatibus pæne immortui, quasi Archangeli tuba audita, & diuturno veterno experrecti, reuixerunt, pristina felicitate recuperata.

III. *Magistratui quæ stipendia designanda.*

Æneas Sylvius lib. 2. Comment. de gestis Alphonsi c. 54. Magistratui sufficientia stipendia assignanda.

Sigismundus Imperator interrogatus, cur apud Italos ciuitates peculatus crimen adeo frequens inueniretur? Idcirco respondit, quod nudos honores ciuibus commendant populus autem ad lucrum inhiat. Indicat autem Magistratum ipsum in causa esse, quod peculatus crimine tam multi hodie insimulantur: Cum enim tam varia Reipublicæ sint officia, singulis certa & sufficientia stipendia deberẽt esse assignata; quo hi, qui ad eiusmodi honores & officia vocãtur, haberent vnde viuerẽt, sine vlla vel furti vel peculatus suspicione. Verũ cũ desint hæc stipendia, vel nimis sint tenuia, fit vt pleriq; fiabello diuitiarũ accensi, ambitionisq; cupidine permoti, ex publico thesauro sibi per nefas prospiciant, & pauperes primum ad amplissimas opes perueniant.

IV. *Ex sententia Augustini nonnisi sapientes & maturi ad Magistratum gradum sunt admittendi.*

Aug. ad Fratres in eremo ser. 14.

Id clare testatur verbis memoratu dignis: Regnũ Romanorum, inquit, tamdiu perseuerauerit, quamdiu sapientes regere permiserunt. Sed dum iuuenes inexpertes elegerunt, tanquam iustitiã ignorantes acceptores personarum facti sunt, & iustitiam perdentes dominum orbis terrarum amiserunt. Iuuenes ergo imprudentes constituendi non sunt Duces, vel ecclesiarum Pastores, ne ipsi simul cũ populo pereant: tales n. si præsunt, non solũ præterita & futura non cogitant, sed aures etiam obturant, ne quod verum, & bonum est, audiant.

Ad Magistratum seniores admittendi.

V. *Magistratu hominum mores maxime demonstrari atque cognosci.*

Anton. Panorm. lib. 3. de dict. Alphonsi c. 8. Magistratus dicti similis.

Sigismundus Magistratum corem appellare solitus est, quo hominum mores & ingenia dignoscuntur. Quemadmodum enim argentarii ad auri atque argentum probandum cote iudice vtuntur, ita Rex vti Magistratibus ad cognoscendos mores & animos asserebat.

TIT. CII. De honore præceptoribus deferendo.

Elisæus magistrum deserere noluit, sciens eum propediem raptum iri in cœlum.

EXEM. I. *Præceptoribus quantus honor à discipulis deferendus sit, exemplo Theodosii Magni imp. declaratur.*

Nicephor. Call. hist. Eccl. lib. 12. cap. 13.

THeodosius Imperator liberis suis Arcadio & Honorio virtutis magistrum præficere volens, Arsenio illi, cuius gloria terram sub sole omne peruagata est, inuento, eos commisit: quibus ille susceptis, quum disciplina omnia præceptoris, tum liberali educatione, patris illis loco fuit. Imperator enim illum ne quem ex Imperii sublimitate conciperet metum, sed illis potius vt seruis vteretur, admonuerat. Tantum vero, vt id illic fecerit, abest, vt insigni modestia & moderatione diuersum potius fecerit. Et quum derepente Theodosius ad eos aliquando veniisset, pueros quidem cum splendore magnifico considentes, Arsenium autem inter docendũ eis astantẽ reperit. Qua de causa Imperator indignatus, cũ illos insignibus principalibus nudauit, tũ sempiterna memoria dignũ, & vere imperiale illud verbũ est proloquutus: Si tales se præbituri essent, vt mores vitãq; suã ad disciplinam & leges Dei cõponerent, propensum & illũ fore, vt eis imperiũ in manus tradat, ad ciuium & subditorum cõmodũ: & vtilitatem accõmodatũ: sin minus, cõducibilius eis esse dixit, vt sic priuati viram exigerent, quam doctrina nulla cũ periculo imperarent.

Præceptorem vult esse seuerum Theodosius erga filios.

Memorabile Theodosii dictum de filiis suis.

II. *Pædagogo suo quantum honoris & obedientiæ detulerit Balduinus Comes.*

Ex 3. vol. Annal. Hannon. cap. 80.

Balduinus Hannoniæ Comes, qui Philippi Comitis Flandriæ sororem Theodorici filiam in vxorem duxit, vir fuit non minus virtutibus, quam maiorum nobilitate illustris. In primis enim præclara non in parentes modo, sed etiam in præceptores fuit obseruantia. Illorum siquidem mandatis ita parebat, vt ne latum quidem (vt aiunt) vnguem ab iis discederet, neq; vel minimã aut offensionis, aut iracundiæ ansam parentibus præberet. Præceptoribus vero tantum deferebat, eosque ceu parentes venerabatur, quod sentiret scilicet nõ minus se præceptoribus debere, quam parentibus: ab his siquidem bene esse, ab illis autem, vt bene esset acceperat. Itaque iam factus eques, accidit vt quodã die, quo Christianis lege ecclesiastica ab altera corporis refectione abstinendum erat, apud quosdam esset, vbi ipso inscio erat etiam præceptor eius, & orex in equitando concitasset, cum lupum piscem mensæ appositum dentib. attigisset, mox præceptor ad primum bolũ tussim emittit: quã Balduinus agnoscens, veluti pudibundus bolum sumptum ore eiicit dicens: Haud mihi salubris est pisces iste. Sicque inde in cubiculum recessit, vbi tam propter Ecclesiæ mandatum, quam propter præceptoris reuerentiam, totam insequentem noctem, licet magna fame pressus abstinuit.

III. *Dagobertus ob iniuriam padagogo suo illatam Patris indignationem incurrit.*

Robert. Gaguin. de gestis Francorum li. 3. sub Clotario Paul. Æmil. lib. 1.

Dagobertus Clotarij Gallorum Regis filius, eum præceptorem, qui eum secularibus ornatum redderet institutus, à patre accepisset, quem Aquitanię ducatu pater donauerat, intellexit nõ rudis adolescẽs, quantum Sadragesillus (id enim nomen erat Pædagogo) propter acceptam à patre dignitatem superbiret, ita vt eum neque satis reuereretur neq; obseruaret: vocatum ad conuiuium Sadragesillum, cum è regione Dagoberti velut par illi assedisset, poculúque tanquam ex æqualis manu delumpsisset, iubet eum virgis cædi, & barbam, quam promissam habebat, amputari. Qua accepta iniuria, ad Clotarium Sadragesillus fere lacrymãs procurrit. Eam rem pater furente animo excepit: Dagobertumq; protinus ad se venire iubet. Exasperatum patrem quia adolescens pertimesceret, non alium fugæ locum, quam ad sacellum (sancti Dionysii & sociorum) quo à canibus tutus fuerat cervus, [illegible] reputans, eo se cõfert: non minus præsidij [illegible] sanctis conferri arbitratus, quam belluæ contulissent. Cognito filij perfugio Clotarius Dagobertum inde extrudi, & ad se deduci ferociter imperat. Id vt facerent abeuntibus seruis, cum prope ad sacellum minus miliari constitissent, tam fixi stupentesque hæserunt, vt vltra procedere minimé possent: quanquam progredi maxime conarentur. Tandem reuersi, quod illis obtigisset, patri renunciant. Credidit Clotarius fabulamentũ esse quod narrarent serui, veritate Dagobertum offenderent: secundis, qui præceptum exequerentur, par accidit. Nec sic ab ira temperari potuit ferox pater, nisi & ipse miraculum experiretur. In sacello dũ sopori se mandasset Dagobertus, vidit per quietem tres reuerendissimos patres sese affari: Adolescens, inquiunt hi, martyres sumus, quos multo supra tempore pro fidei veritate mactatos hoc loco Catula sepeliuit. Qui locus quandoquidem non satis cultus decoratusque est, minore nos dignatione populus colit. Quare si de te receperis digniore apparatu tumulos nobis extruere, cum tibi securitatem, tum placatum patrem restituemus. Et ne somnio te illusum existimes, si terram vbi delitescimus, effoderis, optimis characteribus suo quemque nomine compertes esse signatum. Huiusmodi visione confidentior factus adolescens: se, quæ diui martyres petiissent, impleturũ religiosè promittit. Ad filium pater eum indignabundus contenderet, eodem, quo serui, stupore & miraculo perculsus filio pepercit: eumque non multo post regni consortio donatum Austrasiæ præfecit.

IV. *Carolus V. Imp. erga Hadrianum Padagogum beneficij accepti memorem se exhibet.*

Ex histor. Gallica Petri Matth. lib. 1.

Sempiterna memoria digna fuit gratitudo Caroli V. Imperatoris erga Hadrianum præceptorem suũ. Insigniter enim remunerauit, dum post varios maximosque honores delatos, apicem dignitatum, id est, summum Pontificatum sua commendatione illi procurauit: Eiusque imitatione Philippus II. eius filius Hispaniarum Rex Ecclesiæ Hispanicæ Primatum præceptori suo Ioanni Martini contulit, vt taceam alios honores, aliasque beneficentiæ, & grati animi notas, quibus eum mirifice insignauit.

Gratitudo Caroli Imp. erga pedagogum.

V. *Matthiæ Coruini in præceptorem beneuolentia.*

Ant. Bonfin. libr. 1. Decad. 4.

Matthias Coruinus Vngariæ Rex Ioannem Vitesium Varadiensem Episcopum præceptorem suum amplissimo illo ditissimoq; comitatu perpetuo donauit, vt ipse posteriq; Pontifices eo legitime fruerentur. Demum ad Strigoniensis Episcopatus dignitatem eum euexit.

VI. *Honorificam sepulturam procurat Præceptori, [illegible] Quirinus memor beneficiorum ab eo perceptorum.*

Egnat. lib. 5. cap. 2.

Ioannes Quirinus defunctum Benedictum Primulum præceptorem sepelien[illegible]um curauit, monumentumq; marmoreum mox insigne in Minoritana æde posuit: memor nimirum & egregiæ illius bonitatis, & singularis, quam sub eo imbibisset, eruditionis. Inuisunt igitur locum studiosi iuuenes frequenter, vt hoc exemplo edocti, quantum discipuli ipsi præceptoribus suis debeant, perpetuo meminisse velint.

VII. *De Ioannis Damasceni erga magistrum obœdientia.*

In vita eius cap. 18. apud Sur. 6. Maij.

Ioannes Damascenus diuturno temporis spatio per omne tentationis & experimẽti genus à præceptore sene institutus, in omnibus rebus certam obedientiã præ se ferebat. Non obstrictabatur ille in iis quæ ipsi imperabantur, in lingua murmur non erat, nec vlla in corde disceptatio, interne ea explorans, quæ magister præscriberet. Verum hoc vnum in media mente, non secus atq; in tabulis penitus exsculptum, & inciſum habebat, nempe vt in omni negotio, & edicto sine mumuratione, velut Paulus

1. Tim. 2.

præcipit, ac disceptatione, quod imperatum esset, faceret. Nam alioqui quidnam ad eum, qui boni aliquid, quodcunq; tandem id fuerit, efficit, vtilitatis redire queat, si vel in ipsius labiis murmur insideat, vel improba cogitatio serpentis instar in pectore delitescat? Et quando vlterius proueheretur? Id nimirum causæ est, quamobrem multi frustra laborent, nec ad ea, quæ à fronte sunt, progrediantur.

VIII. *Ob inobedientiam erga præceptores [illegible] missam veniam precatur Elizabeth Regis Vngariæ filia.*

Montanus Spirensis in vita S. Elisabeth. c. 6.

Conradus Marpurgensis vita & erudi[illegible]one celebris, Elizabeth Regis Vngariæ filiæ præce[illegible] [illegible] cionem aliquando habiturus de rebus (vt [illegible]bat) diuinis, eidem Christi famulam interesse [illegible]pe-rat. Quod cum illa inopinato [illegible]is im[illegible]ri[illegible] tu præpedita non impleſſet. Itati[illegible] [illegible]obedienti remandat (incertum, serio [illegible] [illegible]rendi ast[illegible]) nolle se deinceps quicquam [illegible]ubere, quæ datam obedientiæ fidem tam facile [illegible]rum deiocerit.

ceps libertate sua, haud eum se virum esse, qui verba sibi dari æquo animo posset ferre. Hoc nuntio vehementer Elizabeth perculsa magistrum postridie maturius adit, deiectisq; in terram profundo pudore luminib. veniam sibi dari supplicirer poscit. Quã cum ille velut indigna abũdus aduersaretur, ad pedes eius regia mulier, nulla habita generis sui ratione aduoluitur, ea demũ humilitate veniam consecura.

IX. *Quam sit pernitiosa neglecta puerorum instituendorum à Pædagogis cura.*

Euseb. Cæsar. l. 3. hist. Eccl. ca. 18. Niceph. li. 2. cap. 41. D. Antonin. Chron. p. 1. tit. 6. c. 6. §. 1. Bar. tom. 1. Annal. an. Christi 98. 14.

Sequentem historiam, quam ex Clemente Alexandrino recitat Eusebius, si inseramus, vtilem fore legẽtibus credimus. Sic vero se habet: Audite fabulam, quid dixi fabulam: immo vero & certam historiam de Ioanne Apostolo memoratam, quæ nobis constanter tradita est, & memoria firme custodita. Vbi vero tyranno mortuo, ex Insula Patmo erat Ephesum reuersus, vicinorum ab eo rogatu, ad finitimas gentes proficiscitur, hic Episcopos, cõstituturus, illic integras ecclesias rite dispensaturus, alibi certos homines sibi Spiritus sancti instinctu demonstratos, in clerum delecturus. At cum ad vrbem quandam non longe inde distantem, cuius etiam nomen memorant, se contulisset: & alia quoq; officia, quæ ad animos fratrum inter se dissidentium conciliandos pertinebant, obiisset: ad extremum adolescentulũ, corporis viribus valentem, vultu & oris conformatione venustũ, animi impetu flagrantem forte conspicatus, statim in eum, qui ibi Episcopus erat constituturus, oculos conuertit, eumque sic affatus est. Hunc adolescentulum omni studio, cura & cogitatione, coram Ecclesia, & Christo teste, tibi tuæque fidei commendo. Quem cum Episcopus in suam tutelam accepisset, & omnia se facturum fuisset pollicitus: Ioannes iterum atq; iterum illi edisserit, eiusque fidem contestatur. Ephesum deinde redit. Episcopus adolescentulum sibi concreditũ in domum suam recipiens educauit pro suo, in officio continuit, fouitq; humaniter, ad extremum baptismi sacramento illumiuat. Postea vero, vbi sigillo Domini (nempe sacramento Confirmationis, vt addit interpres) tanquam perfecta tutaq; eius animæ custodia obsignasset, nonnihil de cura & obseruatione in eo instituendo suscepta remisit. Quem quidem non solum liberior viuendi potestas, quam fuerat paulo ante tempus adeptus, verum etiam quidam adolescentes sibi æquales otio languidi, inertia dissoluti, & ociosi malorum genere affecti corruperunt: cum in exquisitis conuiuiorum opiparorum delitiis [illegible], inuitumq; noctu deinde educentes ad [illegible] societatem coeundam attrahunt: eum etiã [illegible] flagitia hortantur. Iste pedetentim [illegible] generosam animi magnitudinem, tanquam [illegible] equus effrenatus, & nimium sibi fuisque viribus [illegible], extra rectam viam impetu fertur: frenaque [illegible] præmordens, procliuius in profundum [illegible] gurgitem se precipitat. Atque

Io. Euangelista liberalis ingenij juuenem instituendum commendat.

Adolescens per Episcopi negligentiam à seipso degenerat.

cum jam in desperationẽ salutis in Deo sitę veniret, deinceps non de exiguis noxis cogitauit: sed maximis quibusdam ac nefariis facinoribus admistis, vbi semel omni improbitate & nequitia perditus euaserat, nullam non sceleris labem ex equo cum aliis cõtrahere secum statuit. Illis igitur in familiaritatem adscitis, & magna latronum turba collecta, animo prompto paratoq; se ducem manu violentissimum, sanguinis effusione crudelissimum, seueritate denique acerbissimum præbuit. *Dux prædonum fit.*

Interea temporis, vbi necessaria ad rem incidebat occasio, Ioannes accersitur. Ille vbi alias res, quarũ gratia venerat, recta ratione disposuisset: Age, inquit, Episcope, depositum nobis redde, quod ego & Christus, Ecclesia teste, quam gubernas, tibi commisimus. Hic vero primo attonitus obstupuit, arbitrans pecuniam, quam nunquam acceperat, à se per fraudem & dolum malum repeti: & tamen neque facile credere poterat ea à se reposci per calumniam, quæ neutiquam habuisset: neque Ioanni depositum repetenti omnino di[illegible]. Verum simulatq; Ioannes dixerat: Adolescentulum repeto, & animam fratris, senex demisso vultu ingemiscens, & item lacrymãs, ille, inquit, mortuus est. Quomodo, & quo genere mortis: Deo, inquit, mortuus est, nam nequam & perditus & vno verbo, latro euasit: & jam pro ecclesia, in qua versabatur, montem cum nefaria hominum sui similium turba occupat. Apostolus ergo veste dilacerata, ingenti cum gemitu caput feriens: Bonum, inquit, custodem animæ fratris tui te reliqui. Equus jam jam mihi adsit, & dux aliquis itineris. Inde ab ecclesia ita vt erat, cum festinatione se proripuit. Profectus autem ad locum, à primis latronum excubitoribus prehenditur: qui neq; fugam parans, neq; euitare studens, sed vociferans admodum, dixit: Huc huius rei causa accessi, me ad vestrũ Principem deducite. Qui quidem ad tempus, vt erat armatus, exspectabat. Verum vt Ioannem aduentantem agnouerat, præ pudore fugam capessit. Hic vero ætatis suæ oblitus, illum pro viribus propere insequitur, atq; clamans: Quid, inquit, fili, me tuum ipsius patrem inermem & ætate confectum fugis? Miserere laboris mei, fili, ne formides: adhuc tibi salutis spes reliqua est. Ego pro te Christo reddam rationem: &, si sit opus, pro te lubens mortem oppetam, sicut Dominus pro omnibus nobis: pro tua anima meam dabo: consiste, crede: Christus me misit ad te. Ille vbi hæc audiuerat: primum oculis humi defixis constitit: deinde arma abiecit: tum horrore perfusus grauiter & acerbe lamentatus est, senem ad se aduentantem complectitur: fletu & mœrore, quoad poterat, pro culpa satisfacit, & dextera sola occultata, lacrymarum vnda secundo baptizatur. Apostolus rata & constanti asseueratione ei se à Saluatore veniam & remissionem peccatorum precibus suis impetraturum pollicetur: atque ad genua accidens, ipsam manum dexteram, tanquam aqua pœnitentiæ ablutam purgatamque osculatus, illum ad

Ioannes reposcit male custoditum depositum.

Reuocatur atque reducitur ad frugem bonã perditus adolescens.

Eximium resipiscentiæ exemplum.

ad ecclesiam reducit. Crebris item precibus Deum pro illo inuocat, continuis jeiuniis vna cum eo se macerat, variis diuinæ sapientiæ sententiis eius animum, quasi quibusdã blanditiis mitigat, tranquillatque, neq; prius (vt fertur) inde decessit, quam illũ ecclesiæ ministerio præfecisset. Cuius conuersione magnum pœnitentiæ exemplum, præclarum secundæ regenerationis specimen, illustre denique trophæum à peccatis resurrectionis per exteriora pœnitentiæ signa hominibus proposuit ad mirandum.

TIT. XCIV. De Officio seruorum erga dominos.

Gen. 24. *Seruus Abrahæ missus in Mesopotamiã ad quærendam Isaac vxorem, Domini sui mandatum fideliter implet.*

Gen. 39. *Ioseph quoq; fidelis admodum seruus fuit, in carcere enim & vinculis maluit esse, quam heri sui domum adulterio polluere.*

1. Reg. 31. *Armiger Saulis Saulum Regem obnixe id rogantem noluit interficere. At cum Saulus sibi manus intulisset, ipse quoq; gladio incubuit.*

2. Reg. 21. *In prælio Philistinorum contra Israël Dauid Rex defit ions, & in periculo constitutus, per Abisai, qui Araphæum interfecit, liberatur.*

4. Reg. 5. *Naaman Regis Syriæ Princeps lepra perfusus, suggerente ancilla ad Eliseum Prophetam sanandus aduenit.*

Esther cap. 2. *Bagathan & Thares duo eunuchi Regis Assueri, qui ianitores erant, in dominum suum manum mittere quærentes, vterque eorum appensus est in patibulo. Mardochæus vero per Esther Regem monens egregie fuit compensatus.*

EXEMPL. *Sannes apud Persas confessor mauult famulo seruire, quam à veritate Christiana deficere.*

Historia Tripar. lib. 10. cap. 32. CVm* Sannes mille famulorum dominus, & apud Persas Christi confessor, impietati Varanis tyranni Persarum Regis resisteret, & negare Creatorem omnium nollet, tum Rex requirens, quisnam seruorum eius esset sæuissimus, illi alicuius seruorum tradidit dominatum: cui ipsum quoque dominum seruire præcepit, simul & eius vxorem: per hoc putans propugnatorem se flectere veritatis: sed spe sua deceptus est: habebat enim ille domum in petra constructam.

* Fuenes Sannes nobilis propter Christum fit seruus.

II. *Famulus qui Domino Deo non est fidelis, nec hero suo fidelis esse potest.*

Niceph Callist. eccl. hist. lib. 16 ca. 35. De Theudericho Ariano in Africa Rege huiusmodi quiddam historiæ tradunt. Ministrumis quẽdam sanioremfidem sectantem habuit, quem amore insano prosequebatur, & ad voluptatem eo abutebatur. Et ille, vt quæ grata placitaq; ei essent faceret, à Ὁμοουσίᾳ, consubstantialis fide defecisens ad Arianismum deflexit. Quod vbi Theuderichus cõperit, caput illi, quem tantopere amauerat, resecuit, inquiens: Si Deo fidem synceram non seruasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis.

Seruus à domino proprio cur jugulatus.

III. *Phocas perfidus domino suo Mauritio mortem affert.*

Niceph Call. hist. eccl. 40. lib. 18. Phocas tyrannus ex ordine militari ad Imperium Romanorum euectus, è vestigio apparatu præclaro Byzantium ingressus, postera die totus ad cædem Mauritij Imp. veluti furiis quibusdam raptus est. Itaque illum cũ podagræ & chiragræ doloribus conflictantem, vna cum coniuge & liberis in Eutropij portum traduxit: & primum liberos ipsos in conspectu patris occidit, in quorum cuiusque cæde verba illa pater protulit. *Iustus es Domine, & iustum iudicium tuum.* Deinde vero & ipse Mauricius resectione capitis sustinens ferro cæsus occubuit, egregia animi virtute in summa ea calamitate exhibita. Quũ namq; liberorum nutrix infante vno imperiali subtracto, puerum ipsa suum lactentem ad cædem protulisset. Mauricium astantem percussoribus arcanũ suppressi pueri sui consilium indicasse ferunt: quod minime æquum esse duceret, vt in alium, cum ab ipso Deus pœnas exigeret, animaduerteretur. Atque eo infante jugulato, cædes eiusmodi pro sanguine lacteum liquorem profudit.

Psal. 18. Miseranda Mauricij Imp. suorumque cædes.

IV. *De seruo Stiliconis ob facinus commissum à dæmone arrepto, & à B. Ambrosio postea liberato.*

Paulin. in vita S. Ambrosii. Baron. to. 5. an. 396. Superioribus diebus, cum Stiliconis tunc Comitis seruus, qui dæmonio laborauerat, in Ambrosiana basilica jam sanatus maneret, commendatus à domino suo (ferebatur enim, quod libenter ab eodem haberetur) facere falsas epistolas Tribunatus compertum est: in tantum vt tenerentur homines, qui ad ministrandum pergebant. Sed vbi ad personam serui sui peruenit Comes Stilico, qui in seruo suo noluit vindicare, homines etiã, qui decepti fuerant, interuentu sacerdotis dimisit, de ipso vero seruo sacerdoti questus est. Quem vir sanctus Ambrosius, cum de basilica Ambrosiana egrederetur, requiri fecit, atq; ad se perduci. Quem cum interrogasset, & deprehendisset auctorem tanti flagitij, ait: Oportet illum tradi satanæ in interitum carnis, ne talia aliquis in posterum audeat admittere. Quem eodem momento, cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis sancti, spiritus immundus arreptum discerpere cœpit. Quo viso, non minimo timore repleti sumus & admiratione.

1. Corinth. 5.

Seruus Stiliconis cur à dæmone arreptus.

V. *De perfida ancilla, quæ Athanasium in spelunca latitantem pecunia corrupta prodidit.*

Constante Imperatore adhuc viuente, & Constantio insidias Athanasio viro sanctissimo [illegible] nte, cum fuga sibi consuluisset, [illegible] hominem in subterraneo & cani[illegible] arque olim cisterna, latuit, nemine [illegible] nciam conscio. Quæ, quod fidelis esse [illegible] etur, ad vsus necessarios ei inseruiebat. Pos[illegible] autem in hoc ma-

Nicep. Call. lib. 9. cap. 39.

Ancilla infida perfidiæ mercedem recipit.

guo ſtudio aduerſarij incubuere, vt virum viuum caperent: & ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede eum proditura erat, præueniens Deus inſidias ei indicauit. Ita ipſe alio conceſſit. At illa, vt quæ contra heros ſuos falſa dixiſſet, plagas reportauit. Grauis ſiquidem eis conſtituta fuerat pœna, qui Athanaſium celare comperti fuiſſent, vt qui contra imperatoria juſſa niterentur, & rectam Reipublicæ adminiſtrationem tollerent. Multi ſane eo nomine res duras ſunt experti.

VI. *Præſtat fidelem eſſe Deo, quam hero impio.*

Ex Hiſtoria Victor. Vtic. de perſecut. Vandal. l. 1.

Tempore perſecutionis Vandalorum, vt ſcribit Victor Vticenſis, erant ſerui cuiuſdam Vandali (fuit hic Vandalus de illis, quos Millenarios vocãt) Martinianus, Saturninus, & eorum duo germani: erat & conſerua eorum quædam egregia Chriſti ancilla nomine Maxima, corpore ſimul & corde decora. Et quia Martinianus almifactor erat, & domino ſuo ſatis videbatur acceptus, & Maxima vniuerſæ domui dominabatur, credidit Vandalus, vt fideles ſibi magis memoratos faceret famulos, Martinianum Maximamq; coniugali conſortio ſociare. Martinianus adoleſcentulorum ſecularium more coniugium affectabat: Maxima namq; jam Deo ſacrata humanas nuptias refutabat. At vbi ventum eſt vt cubiculi adirentur ſecreta ſilētia, & Martinianus neſciens quid de illo decreuerat Deus, maritali fiducia quaſi cum coniuge cuperet cubitare, viua ei voce memorata famula Chriſti reſpondit: Chriſto ego, ô Martiniane frater, membra mei corporis dedicaui, nec poſſum humanum ſortiri coniugium, habens jam cœleſtem & verum ſponſum, ſed dabo conſilium: ſi velis, poteris & ipſe tibi præſtare cum licet, vt cui ego concupiui nubere, delecteris & ipſe ſeruire. Ita factum eſt Domino procurante, vt obediens virgini etiam adoleſcens ſuam animam lucraretur. Neſciente igitur Vandalo compunctus, atque ſpiritualis ſecreti commercium mutuatus Martinianus, etiã ſuis fratribus perſuaſit, vt theſaurum, quem inuenerat, haberent, vtpote germani communem. Conſenſus eſt itaque cum tribus fratribus ſuis, Dei puella comitante nocte clam egredientes, Tabraceno monaſterio, cui præerat tunc nobilis paſtor Andreas, ſociantur. Illa vero haud procul monaſterium incoluit puellarum. Inueniens itaque jam non ſua, ſed Chriſti mancipata, conijcit in vincula, & variis tormentis Dei famulos infectatur, agens cum eis non tantum vt pariter miſcerentur, ſed quod grauius eſt, per remotionis cœnum fidei ſuæ ornamenta turparent. Sed hoc ipſum vſque ad noctis Geiſerici [illegible] Rex, vt tamdiu implacabilis herus ſeruulorum, nec tamdiu illius ſuccumberent voluntati, [illegible] ferrarum fuſtes & buſtos velut palmarum [illegible] fierent, qui quatientibus tergis non ſolum [illegible] confringerent, ſed etiam terebrantes aculei intra [illegible] remanerent. Qui, dum ſanguis efflueret, [illegible] carnibus viſcerarentur.

Maxima ancilla Deo ſacrata.

Seruus & ancilla religionem ingrediuntur.

Catholicorum ſeruorum fides.

derentur, ſequenti die Chriſto medente incolumes reddebantur. Hoc ſæpius ac multo factum eſt tempore, & nulla plagarum veſtigia videbantur, ſancto Spiritu ſubinde curante. Poſt hæc arctatur Maxima duræ cuſtodiæ, cuſpidique crudeli extenditur. Cui cum Dei ſeruorum non deeſſet frequentia viſitantium, videntibus cunctis ingentium lignorum putreſcens ſoluta eſt fortitudo.

uorũ martyrum medicus Chriſtus.

VII. *De Geſualdo Longobardo, qui Domino ſuo ita fidelis fuit, vt mori maluerit, quam eum prodere.*

Hector Pinto Dialog. 1. de tranquilli. vitæ cap. 20. Fulgoſ. lib. 3. cap. 8.

Remoaldus Grimoaldi Longobardorum Regis filius Beneuentum Italiæ vrbem incolebat, cum Conſtantius II. Imperator, hæreticus, & Chriſtiano nomini ſupra modum infenſus, eam oppugnaret: Remoaldus Dux periculoſa preſſus obſidione Geſualdum ſeruum ſuum ad parentem cum litteris mittit, quibus opem ſubſidiumq; efflagitat. Remiſſus ergo ſeruus cum reſponſoriis ad Remualdum, quibus nunciabat ſe breui auxiliares copias ad ſoluendã obſidionem miſſurum, vt interim bono eſſet animo, in manus explorato rum Imperatoris incidit. Imperator, lectis Grimoaldi ad filium litteris, eius præſtolari aduentũ noluit, de vrbe expugnanda (vt ſi dolo) profus diffidens, priuſquam aduentarent hoſtes. Captiuo itaque nuncio mandat, vt ea nocte ad muros vrbis accedat. Principem Remoaldum ad colloquendum euocet, ſuadeatque, vt Imperatori vltro ſe dedat, quod parens omnino opitulari non poſſet: ni faceret, mortem ſibi paratam intelligeret. Eius rei gratia, milites armatos, qui eum comitarẽtur, ac ad mœnia vſq; deducerent, tradit. Quo cum acceſſiſſent, Remoaldus accitur. Tum ſeruus: Mene, inquit, agnoſcis, ô Princeps ſeruum tuum? hęc à parente tuo accipe. Is te bono jubet eſſe animo certãque tibi opem ſpondet: jamq; ad Sãtricum fluuium peruenit cum maximo exercitu. Pluribus tecum agere non licet, quod hoſtium manibus detineat, à quibus præſentiſſima mihi mors imminet: quod ſupereſt, vxorem, liberoſque commendo. Atque hæc proferens interficitur.

Conſtans ſerui fidelitas.

TIT. CXV. De officio dominorum erga familiam.

Filiis Iſrael Deus præcepit per Moyſen, ne immoderate grauarent miniſtrantes ac laborantes ſibi. Exod. 35

Hoc regi obſeruauit ſapiens Salomon, qui operarios mitteba: in Libanum per ſingulos menſes, ita vt duobus menſibus eis eſſent in ædibus ſuis. 3. Reg. 5.

Cornelius ille Centurio erat religioſus, id eſt, multum pietati deditus, ac timens Deum, talem dicitur habuiſſe familiam. Act. 22.

EXEMP. I. *Qualem debeant habere magni viri familiam.*

P. Hieronym. Plat. libro de

SCarolus Borromeus Cardinalis id aperte oſtendit in epiſtola, quam ſcripſit ad Battoreum Cardina-

Cardinal. dignitate c. 23. & Thesaurus Politic aphorism. lib. 5. cap. 1.

dinalem. Curabis, inquit, familiam castam, nec patieris inter domesticos tuos quempiam viuere, cuius modo non impudica sint facta, sed cuius etiam non sint verba & mores admodum pudici, habeasque domi probatæ virtutis viros, qui in hanc rem inuigilent, & qui te crebro de domesticorum vita commonefaciant. Modestia in verbis, & cultu corporis cernatur. Insuper curabis, vt iuramenta à familia tua absint, turpes sermones, scurriles ioci, conuicia, contumeliæ, & omnium verborũ genera, quæ alios lædant, inter tuos nec dici, nec audiri fines. Vestitus autem etsi decens esse poterit, cauebis tamen vt à familia viri ecclesiastici procul sit is corporis ornatus, quo milites, & profani iuuenes vti solent: hoc enim & grauitatem redolet, & illis ipsis quandam maioris modestiæ necessitatem imponit, & magis etiam conuenit Cardinali. Vt enim dedeceret profano Principi clericos clericali habitu famulari: sic indecorum videretur, si laici in habitu seculari ministrarent.

II. *Quantam suorum domesticorum curam habebat ipse S. Carolus Borromeus Cardinalis.*

Idem ibid.

In cura domesticorum corporibus ac liberalitate impendenda plurimum enituit, vt & in cæteris, B. Caroli Borromei virtus, quem scimus, idque adhuc tradunt eius intimi, amasse suos omnes, non vt seruos, sed vt filios, & fratres, & large suppeditasse quæ oportebat, quin etiam, quanquam nollet ab vllo sibi seruiri spe vllius beneficii ecclesiastici, omnium tamen merita pro ratione personarum, atque pro meritis cumulare remunerabatur. Insuper & consueuerat quotquot domi habebat alloqui, interdũ etiam cum singulis colloqui, etiam infimis, atq; ex ipso stabulo, aut coquina, vt resciret quomodo tractarentur, & an alicui fieret iniuria. Et quamuis in seipsum admodum seuerus esset, in famulos tamen omnẽ moderationem tenebat. Itaq; cũ nocte ad sua studia surgebat, ne cuiquã onerosus esset, ipsemet manu sua lumen petebat ex lampade quã ob hanc ipsam causam in suo cubiculo ardere perpetuo volebat. Ipse quoque, cũ maturũ erat, a nagnostæ suo lumen deferebat, sed silentio, ne dormientem excitaret, vt cũ per se expergisceret, accensam inueniret lucernam. Idem etiã, cũ aliquis suorum ægrotaret, iubebat eum omnino quam diligentissime curari, eique muneri certos homines peritos, & charitate flagrantes præfecerat: subinde ab aliis domesticis visitari volebat, & ipsemet etiã visitabat, non solum nobiliores, sed & infimos, tanta comitate, & suauitate, vt nemo esset, cui non illa Domini sui humanitas morbũ leuare videretur.

Salaria honesta famulis statuenda.

S. Carolus Borrom. suis famulis ministraret.

III. *Famuli quomodo à Dominis in ægritudine tractandi.*

Idem ibid.

Eadem etiam laus tribuitur Iuliano illi Cæsarino Cardinali, qui cum paruos admodum haberet redditus, quantũ scilicet ex Galero, atque ex tenui quadã ecclesia percipiebat, mediocrem alebat familiam, non amplius quam trigiata hominum, sed hanc præcipuo quodã amore cõplectebatur ac fouebat: in morbis ipse quoque tum necessaria præbebat omnia, tum etiam vltro inuisebat, & consolabatur ægrotos. multisque contigit, vt in eius manibus cũ magno suo solatio spiritũ Deo redderent.

IV. *De clementia & humanitate Pii II. in famulos.*

Platina de Vit. Pontif. in Pio II.

Pius II. Pontifex Romanus mira comitate & facilitate in omnes domesticos vtebatur: nam quos vel insciția, vel ignauia & negligentia deliquisse deprehendisset, paterna charitate admonere potius quam seuera obiurgatione excipere solebat.

V. *Quanta pace & prosperitate familiam suam regebat Dauid Rex Scotorum.*

Hector Boethius lib. 12. hist. Scot.

Dauid Pictorum siue Scotorum Rex tanta prudentia fuit in gubernanda aula sua, vt quod apud omnes corruptissimum est, quod omni vitiorum genere scaret, cura sua & exemplo non modo purgarit, & ab apertis prohibuerit flagitiis, sed etiam in omne genus virtutum exercuerit. Non illic impudicum verbum illum ex ore cuiquam audiebatur, non lasciuus motus occurrit oculis, non comportationes aut commessationes ebriosorum crapulosorumq; manduconum apparebant, nulla in domum corruptela vnquam amissa, nemo flagitiosus illic delitescere potuit. Casta ac pura vbique omnium oratio extra sermonem familiarem nil nisi pium inter se conferentium. Sobria & cõtinens vitæ omnis conuersatio, nullæ vnquam rixæ, nullæ querelæ: mutuo inter se omnes velut fratres amore prosequebantur, mutua inter se officia comiter deferebant. Itaque non monasterium vllum tanta concordia, tantaque religione conspirat, vt illius familia regia, charitatis vinculis atq; reliquis omnibus virtutibus connexa deuinctaque spectabatur.

VI. *Vt Pius V totam familiam suam, atque adeo ipsam Vrbem reformarit, & ad meliorem frugem reduxerit.*

Laurent. Surius Chron. an. Do. 1566.

Pius V. familiam suam magno studio reformabat, quod sciret inde exempla manare ad Ecclesiasticos omnes, vt ipsi quoq; se suosque ad ipsius exemplum componerent. Sacerdotes vt minimum ter in hebdomada sacrificium facerent: cæteri, præsertim Diaconi & subdiaconi, saltem decimoquinto quoque die communicarent, edixit: Sacris ordinibus initiatos, aut ecclesiæ prouentus percipientes, habitum iubebat ferre clericalem atque tonsuram, nec vestes habere nisi ex lana simplici absque vllo fetico. Aulicos suos omnes, ne otio tempus [illegible] derent, iubebat sacræ lectioni, quam ter in hebdomada sacri Palatii Magister habet, interesse. Fi[illegible] etiam in aula prælectiones philoso[illegible] cos suis scriptorum ecclesiasticorum [illegible]at, vt legendis, dũ Pontificem vicissim [illegible]uant, tempus vtiliter transigerent. Nihil [illegible]orũ moribus, habitu, colloquiis, & tota de[illegible] uendi ratione vitiosum, & quod praui esset exc[illegible]olebat. Exe-

Familiam reformat Pius V.

Meretrices proscriptæ.

fecto custodiæ corporis sui mandabat, daret operam, vt milites sui tranquille, & sine insolentia viuerent. Impudicas mulieres publico edicto ab vrbe expelli iubebat, & ne quis exiis qui Romæ degunt, hospitia publica & cauponas vrbis cõpurãdi gratia aditet, nec quisquam in iis ludere sineretur. Eo edicto multa flagitia & peccata resecata sunt, Familiã deniq; eiusmodi se habere velle dicebat, quę & vita & habitu cæteris exemplo esset: nec tam ministrorum numerum aut cultum corporis, quam virtutem & integritatem sibi spectandam statuebat.

VII. *De disciplina S. Wolstani Episcopi in suos domesticos, tam laicos, quam Clericos.*

Branonius monachus in vita eius ca. 8. ap Surium 19. Ianuarij.

Wolstanus Wigorniensis Episcopus, disciplinam domus suæ tam in Laicis, quam in Clericis, seuerissime exercebat. Legem statuerat, vt omnes tã missæ, quam aliis horis omnibus interessent. Custodes ad hoc constituebat, vt nullum impune ridere sinerent: aliqui autem potu eo die carebat, aut palmarum ferulæ excipiebat. Laicum nullum è domesticis quoquam misit, cui non preces septies in die dicendas iniungeret: hoc asserens, vt sicut Clerici septem horas, ita Laici septẽ orationes Deo libarent. Si quis ante ipsum iuraret, statim ferulæ vindicta sequebatur. Indigne admodum ferebat, si quis coràm aliorũ vitam roderet, vel mores carperet: quo etiam hoc summæ malitiæ deputabat.

Disciplina domus S. Wolstani.

VIII. *Quomodo paterfamilias teneatur suos subditos corripere, horta ri & instruere.*

Dionys. Carthusian. lib. 2. de doctrina vitæ Christian. c. 4.

Idipsa præstabat Iudex ille, de quo in primo vitæ sanctorũ patrum scribitur, quod cum Abbas Paphnutius vitæ Angelicæ Deum rogasset intente, vt ei dignaretur ostendere, cui similis esset, adstitit ei Angelus Domini, dicens: Similis es primario iudici vicinitatis illius. Quo audito perrexit ad eũ Paphnutius, & interrogauit, quæ esset conuersatio eius. Quo de se humiliã respõdente, instituit Paphnutius, donec secreta sua aperiret, sicque inter cætera fatebatur: Triginta annis cum vxore mea continenter penitus vixi. Peregrinos & pauperes semper suscepi, nec eos sine iudicio abire permisi. Famulos meos sic rexi, vt nemo mortalium eos reprehendere posset. In iudicando, nec filii mei personam contra æquitatem suscepi. Semper studui in vita mea, vt nemini iniuste contristarem: discordes semper studui concordare.

IX. *De disciplina in regenda familia ab Elzeario Comite seruata.*

vita eius ad Surium 2. Septembr. cap. 8.

Elzearius Comite Ariano ita in vita eius scri[ptum] legimus, adeo fuisse secretum in disciplina familiæ [ut] diceret nolle quenquam suo pane, [aut] mortali peccato polluticatum sciret, id quod ex[pe]ctabat: statim enim expellebat, quę cognoratur [hoc] admisisse. Multas non leges præscripserat [quas] omnibus volebat seruari: & hanc inter alias, [vt] omnes aulici, ac milites quoque, quos domi habebat, singulis hebdomadis peccata confessione expiarent. Blasphemias autem, immo vero sacramenta leuiter ac temere pronunciata nullo modo tolerabat. Quin etiam lanxerat, nequisquam alterũ offenderet: quod si faceret, statim in gratiam rediret, volebatq; omnes in summa pace & concordia degere.

X. *De muliere profluuium sanguinis patiente, quod acerbius ancillas exciperet, & alia, acriora committeret.*

Greg. Alexandrinus Archiep. in vita S. Io. Chrysost.

Mulier quædam Christiana nomine, iam annos supra septem profluuium patiebatur sanguinis: cõtubernalis vir eius, vt qui anxiam ageret curam pro eius curatione, multa iam insumpserat in medicos, nec quicquam eualuit efficere. Eadem cum audisset, quæ per Ioannem Chrysostom. Deus edidisset signa, obsecrabat virum suum, vt se traduceret ad illum: credebat enim: tametsi sum indigna, quæ cernam Angelicam eius effigiem, at certe noui quia non me aspernabitur, neque abominabitur me peccatricem exemplum imitatus communis omnium Domini, quia à se nequaquam dispulit simili vitio obnoxiam, sed tactu fimbriæ vestimenti sui sanitati restituit. Huius igitur vir cum iumento impositum Matth. 9. fert, ducit ad monasterium: & relicta ea extra ianuam vna cum ipsius comitibus ingressus ad Ioannem processit se ad pedes eius dicens: Pater auxilio sis nobis apud Deum. Hic illius causam exposuit aduentus. Tũ Ioannes, excusatione facta de tanta potestate sibi data, & aliarum causis, cur Deus homines percutiat, dixit: Dic vxori tuæ, si ẽ vt imponat ancillæ impudenti suæ volũtati: desinat à præfracta & contumaci temeritate, qua erga ancillas suas vsa est, ab heris agnoscens se esse eiusdem cum eis naturæ, & ex eadem constitutam, tametsi in præsenti vita domina earũ vocetur, isthæc omnia demolitur ac dissoluit, factaq; repentina impressione, vtrãq; (dominam & ancillam) exæquat. Dic rursus, vt se ab hoc curam obeat animæ propriæ, solitę incumbens refouendis pauperibus & egenis: Obseruet præfinitos, & expresse statutos dies Sanctorũ ac venerabilium Iouis. In eis diebus ne se cõtaminet per inguinũ immodica, sed in sancta Dei ecclesia vacet orationi. Quod si hæc audierit & obseruauerit, Deus quoque vires suggeret & sanitatẽ. Vir autem hæc omnia renuntiat vxori. Ancilla exerta voce ait: Pater sancte, tua hæc cũ primis honoranda & quæ Deum nihil dedecent, præcepta omnia obseruabo ad extremũ vsque vitæ halitum. Reuersus ad sanctũ virum eius dixit: Ecce, Pater, condixit quæ arua sanctitate tua sunta ei omnia se facturam. Reliquũ est, vt ne nos auerseris, vt ne excidamus aut frustremur præcepta spe nostra eo vsq; humiliari. Tunc respondens B. Ioannes exiit viro: Perge in pace Dominus noster Iesus Christus sanabit eam à tormento, quo cruciatur. Eadem hora se sensit sanguinis profluuium, sensitque sibi restitutam sanitatem. Cumque gratiarum actionem exoluissent, quicum

ca-

ea erant, vniuersi receperunt se in domos quique suas cum gaudio magno, publico præconio protestantes beneficia & admirabilia Dei opera erga se facta per sanctum seruum suum Ioannem.

Præceptum V. Decalogi.

Non occides.

TIT. XCVI. Si alios non licet occidere, multo minus seipsum.

1. Reg. 31. *Saul eiusque armiger, ne ab hostibus illudentibus interficerentur, suis ipsi gladiis incumbunt, & moriuntur, non minus misere, quam impie.*

2. Reg. 15. *Achitophel consiliarius Dauidis cum videret consilia sua euelgi, ipsum suspendit, & flammis æternis addixit.*

3. Reg. 16. *Tyrannidem in Israele affectans Zambri, cum videret quod expugnanda esset ciuitas, in quam confugerat, ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatu suis.*

2. Mach. 14. *Razias vnus de senioribus Iudæ, ne in manus Nicanoris deueniret, seipsum gladio petiit: sed cum per festinationem non certo ictu plagam dedisset, recurrens audacter ad murum præcipitauit seipsum in turbas: Cum autem adhuc spiraret, petra conscendit præruptam, complexus intestina sua vtrisque manibus proiecit supra turbas, atque ita vita defunctus est:* Fortiter magis quam prudenter, inquit D. Aug. epistola 61.

Actor. 1. *Iudas scleratus proditor sibi ipsi aqueo guttur præclusit, mediusque crepuit.*

EXEMP. I. *Nero indigna & desperabunda morte perit.*

Albas Vrspergensis in Chron. Baron. to. an. Christi 70. 2. ANno Dominicæ Incarnationis septuagesimo, Domitius Nero, qui primus persecutionem in Christianos mouit, per omne regnũ suum, ipsumque nomen extirpare cupiens, Principes Apostolorum Petrum & Paulum occidit: ipse Vespasianum cum filio suo Tito ad destruendam Hierusalem misit. Inter hæc Galba Hispaniæ prætor, & Caius Vitellius imperium corripuere. Nero autem omnibus execrabilis, hostis à senatu iudicatus est: decretum est, vt furca collo eius inserta nudus per publicum duceretur, & virgis vsque ad mortem cæsus de saxo præcipitaretur. Quod ille audiens, simulq; aduentum Galbæ comperiens, fugit è palatio, & cum eo Nephtus, noctisque medio vrbe egressus est. Secuti sunt eũ Phaon, & Epaphroditus, & Nephtalis, & spado Nelpho: cumq; venisset in subiectum sibi rus, quod est inter Salariam & Nomentanam viam, ad quartum vrbis milliarium, ictu gladii se percutere vellet, sed trepidante manu hoc perficere non potuit. Et cum nullum inueniret, à quo feriretur, exclamauit dicens: Ita nec amicũ, nec inimicũ habere possum? Videns hoc Nespero adiunxit manũ trementẽ: & ita periit anno vitæ suæ trigesimo primo, imperii decimoquarto: sicque omnis Augusti familia in eo consumpta est.

11. *Non esse sibi mortem inferendam ob melioris vitæ expectationem.*

Theobrotus Philosophus, de quo Augustinus lib. primo de ciuitate Dei, legens librum Platonis & animam hominis immortalem esse, ipse & desiderio futuræ vitæ seipsum interfecit: sic animam & vitam perdidit. *D. Aug. lib. 1. de ciu. Dei.*

TIT. CXVII. Proximo vitam propria auctoritate non esse auferendam.

Tantus est horror effundendi sanguinem humanum, vt Dominus inhibuerit Dauidi, licet optimo, ædificare ei templum: Non ædificabis inquit templum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sanguinem fudisti. 3. Reg. 7. 2. Para. 28.

Ioab, licet miles probus in armis fuerit, & domino suo valde fidelis: quia tamen occidit duos viros proditorie, omnes eius gratiæ quasi pro nihilo computatæ fuerunt. Vnde fecit eum occidi Salomon, licet teneret cornu altaris. 2. Reg. 2.

Procurante impia Iezabel, Naboth fuit crudeliter lapidatus: cuius vindictam fecit Dominus. Nam ex præcepto Domini Iehu interfecit Achab & Iezabel homicidas, quorum sanguinem linxerunt canes. 3. Reg. 21. 4. Reg. 9.

EXEMP. I. *De animaduersione diuina in Constantinopolitanos ob Michaelem Imp. Romanum iniuste interfectum.*

MIchael Romanus Imperator cum imperasset annos quinque & menses sex, ab adultera cõiuge Zoe Augusta veneno parato consumptus paulatim, sed necdum defunctus, opera eiusdem coniugis, & eius, qui in locũ cõiugis ipsius Michael origine Paphlago adulter est subrogatus, misere strangulatus interiit. De quo sic Curopalates: Hac nocte cũ sacrosancta Christi tormenta canerentur, accersitus est Alexius Patriarcha ab imperatore, vt sacro ad palatium conferat: qui cum præsto fuisset, reperit mortuum Imperatorem Romanum. Illato autem triclinio in suggesto sedens Zoe educit Michaelem, & Patriarcham cogit ipsum secum consecrare: qui verbis illius obstupefactus obmutuit, & benedictionem anceps differebat. Ioannes cum Zoe quinquaginta auri libris Patriarcham, & quinque intra clero traditis effecit, vt magnos eos putaret quos consecraret. Romanus autem Imperator, vt diximus, interemptus, in recens condito illustri sepelitur, ipso magno Parasceues die. Zoe autem Michaelem in monasterio à se collocatum existimauit se principatore seruum & nostrum habere, cum patriis eunuchis in palatium introiit, strenue aggrediebatur publica munera, & omnia præter pẽ aperte succedere, & contra spem. Nam impe-

Ex Ioan. Curopalate Baro. tom. 11. an. 1034. 29. 30.

ratoris frater vir strenuus, & rerũ peritus, simulatq; in regiam ingressus est, Reginæ eunuchos à palatio amouendos curat, & fidelissimas eius ancillas eiicit, & mulieres sibi cognatione propinquas custodes eius imposuit, & nulla res aut parua & magna gerebatur, nisi eo volente, & prorsus ab omnibus illa prohibebatur ac ne balneum quidem attingebat, nisi eo volente, &c. Inferius autem ista subiicit: Nõ placuisse autem Deo quæ fiebant, statim ex ipsis exordiis demonstratum est. Vndecima autem hora sanctæ & magnæ Dominicæ decidit intolerabilis & violenta grando, adeo vt confringerentur nõ solum arbores siue fructuosæ, siue infructuosæ, sed etiam domus corruerent, & templa vsque ad solum, & [illegible] vites. Quare fuit hoc ipso tempore magna omnium frugum & fructuum inopia.

II. *S. Eduardi Regis Angl. homicidium miraculose detegitur.*

Append. ad Bed. de gestis Angl. l. 2. Matth. West. apud Baron. to. 10. anno 978. n. 3.

Anno Domini 978. vt antiqua Anglicanæ ecclesiæ monumenta docent, Eduardus Rex Angliæ infidus sceleratæ nouercæ occiditur, vt eius filius Ethelredus puer annorum decem Regnum consequi posset. Porro ita innocentissimus Rex necatus miraculis coruscans cultus est ab Anglis vt martyr. Cuius tragœdiam, quomodo se habuerit, ac accipe breuitate restrictam: Cum Rex Eduardus die quadam in venatione lassus, & siti nimis affectus potum solus quæreret, commilitonibus suis & ministris carens, quocunque casus duceret, insequentibus, audito quod nouerca eius & frater in villa quadam, quæ Corneſgare dicitur, habitarent: concito equitatu illuc pertendit, nihil siniſtrũ propter innocentiam suspicans, sed aliorũ corda ex sui pectoris moderamine ponderans. At nouerca eius blandis eum sermonibus aduenientem alliciens sibi fecit intendere: & post oscula sibi porrecto poculo, Regem illud auide haurientem per lictoris manus fica transfodit. Rex vero cum se vulneratũ lethaliter cognouit, equum calcaribus vrgere cœpit, vt rediret ad suos, exundante iugiter cruore, vnde suæ mortis indicium se quærentibus dedit, & in terram cecidit. Tunc Elfdritha mulier illa nequissima, eiusq; filius Ethelredus corpus sancti Eduardi Regis & martyris sine honore apud Matham sepeliri iusserunt. Quã licã lætitiam agentes & festiuã, ac si cum corpore pariter & memoriam sepeliissent. Inuidebant enim mortuo ecclesiasticam concedere sepulturam, viuenti decus regium auferebant. Sed attulit [illegible] miserationis consensus, qui innocentem [illegible] miraculorũ gratia sublimauit. Nam adeo [illegible] delapsa fuisse luminarium [illegible] vinum radiis, clamique [illegible] restituerentur gressus, [illegible] vitus, muti loquela, & cuiuscunq; infirmitatis [illegible] decenti optatæ sanitatis præmia cõsequerentur. [illegible] concursus populorũ totius Regni ad Ma[illegible] pulturã, & inter alia, interfectrix illud iter ar[illegible]. Iamque equum ascensum cum stimulis vrgeret, qui antea ventis promptius auras ipsas procurrerat, & dominam vrgenter quasi effrenis portare assueuerat: tunc Dei nutu stabat immobilis, præcipue cum ministri hinc verberibus, illinc clamoribus equum vndique & stimulis agitarent. Inanis labor assumitur, dum equo mutato casus idem subsequitur. Tunc Elfdritha, viso Dei miraculo, mire pœnituit, adeo vt multis annis carnem suam in deliciis enutritam apud Warenuellam cilicio domaret, solo prostrata somnum caperet, & cruciatus quoscunque potuit, corpori applicaret.

III. *Vt Popielus Princeps ob parricidii crimen misere cum vxore & liberis à muribus absumptus perierit.*

Martinus Cromerus de reb. gest. Polonorum lib. 2.

Popielus iunior, suscepto principatu à Patre destinato, concordi patruorum procerumque voluntate: etiam tum impubes inauguratur, delectis aliquot de numero patruorum, qui rem administrarent, quoad ipse per se publica munia obire posset. Cum pubertatem attigisset, quæ maxime lubrica & procliuis ad licentiam voluptatesque ætas est, suo iam arbitratu viuere, patruorum monita aspernari, cum æqualibus consilia capere, conuiuia comportationesque largiores cum iisdem frequentare, perditos plane mores sequi, & vt ad res agendas ineptus, Rempublicam, iudicia & querimonias negligere cœpit. Capiunt patrui cum Proceribus consilium, quonammodo tam dissoluta illi Principis sui vita, tamque profligata licentia refrenaretur. Vxorem ei dant eleganti forma puellam Teutonici Principis cuiusdam filiam. Videbatur sane mulier mariti vitam ad meliorem frugem reductura, torpotemque ignauo excussura. Sed res aliter accidit, nimirum, vt nihil ille de flagitiis & nequitia sua remitteret, & quibus vitiis antea carebat, vxoris consuetudine ea sibi adiunxit: nam & auarior factus, decreta, honores, atque magistratus vendebat: &, cum virtute ac dignitate non posset, quotidianorum peccatorum suorum sibi conscius, fastu & crudelitate principatum sibi stabilire; & metui à suis volebat, cum amari non mereretur. Atque hæc omnia vxore & impellente, & sequestra faciebat, quæ degustata semel dominatus atque lucri dulcedine, despectaq; viri inertia, muliebri astu imperium omne ad se transtulerat, maxime cum duobus filiis Lecho & Popielo aucta mollẽ viri animum amore sui penitus adstrictum teneret, & firmum perpetuumq; apud Polonos dominatum suum fore sibi persuaderet. Vnus obstabat scrupulus, patruorum viri sui gratia, & auctoritas apud multitudinẽ integritate vitę grauitate morũ & prudentia collecta. Hos metuebat, hos iã blandius admonentes, iã liberius obiurgãtes oderat: horum tacitã etiã conscientiã pertimescebat. Itaq; viro eos quam maxime potest suspectos & inuisos confictis etiam criminibus reddit, persuadet, illis viuis & incolumibus principatum ipsi certum firmumque esse non posse. Quam si retinere ipse vellet, & liberis suis relinquere, tolleret patruos de medio

Popieli lasciui mores.

Popieli auaritia & tyrannis.

Mulieris consilium tarox.

de medio. Si ipse satis animi ad id facinus non haberet, sibi mandaret eam prouinciam: illos armis atq; viribus, se dolis instructiorem esse: confecturam se negotium sine vlla populi offensione vel suspicione. Quibus dictis, facile ægrum atq; timidum viri animum in deteriorem partem impulit. Initur necandorum illorum ratio. Grauem & periculosum morbum Princeps simulat: patruos necidestinatos acciri eius nomine vxor jubet: conueniunt sine mora: circunstant mœsti ægrotum Principem, consolantur. Ille morbi magnitudinem gemitu assimulabat: adesse vitæ suę finem diuinitus sibi indicatum: vxorem, paruosque filios illorum tutelæ fideique etiam atque etiam commendabat. Completur mulierebribus eiulatibus, planctibus & lamentis regia: parantur funebres exequiæ, ipso jubente Principe. Absumpto in his die: cum jam ad occasum sol tenderet, Princeps patruos quasi moribundus jam dimissurus, nomine quemq; blande compellat, & in signum amoris & beneuolentiæ suæ erga ipsos, circumferri medicatum poculum, paratum ad eam rem, jubet: prægustare se simulat: cæterum spumam tantum à medio extantem halitu difflat, potum ne extremis quidem labiis attingit. Cum omnes bibissent ordine, fingit somno se premi, & velle quiescere. Discedunt illi reuerenter salutato Principe. Conceptum præcordiis venenum vitalia membra occupat. Nec mora, de statu mentis dimoti, & furentes maximo cum cruciatu cadunt & exanimantur. Ibi mulier re per exploratores nunciata, cadauera insepulta proiici mandat. Insidiatos eos vitæ necessarij & bene merentis Principis, justa & euidenti deorum immortalium vindicta percussos repēte periisse diuulgat. Quanquam autem liuores corporum, & effusa ruptis præcordiis viscera manifestum veneni indicium faciebant: nemo tamen indignum optimorū principum interitū aperte deplorare ausus est, metu tyranni non amplius morbum mortemque simulantis. Sed non finit inulta esse diu diuinum numen scelera. Nam ex cadaueribus putrefactis enati mures inusitatæ magnitudinis impium parricidam cum scelerata vxore atque liberis fugientem quoquo versus per aquam flammamque persequuntur: nec claustra prosunt, aut abigentium satellitū præsidia. Ad extremum diffugientibus omnibus, absumptis prius filiis, deinde vxore, postremus ipse infelix miserabiliter lenta morte consumitur in arce Cruſuilia. Et rita non cassæ ceciderunt patris eius imprecationes, quibus solitus erat murium deuorationem sibi suisque imprecari.

Morbum simulat Princeps.

Popielus patruos & proceres veneno extinguit.

Popielus cum suis à muribus absumitur.

IV. *De horrendo parricidio & horrida parricidarum vltione.*

Ex historica narratione parricidij apud Lubecū perpetrati.

Huc age dispersos lacerant Elegia capillos.
Suggere luctisona carmina fa[illegible]acheli.
Ploro nefas ma us quam vidit cœna Thyestæ,
Aut qua Progne a mensa parata manu est.
Lubecum validus præclaram mœnibus vrbem,
Germano celebris terra sub axe fouet.
Vir fuit hic quidam patriæ gratissimus orbi,
Et morum summa commoditate senex.
Idalias aquilæ volucres generare negantur,
Et similes natos patribus esse ferunt:
Sustulit ille tamen g[illegible]minos ex coniuge natos,
Tigride qui rabida plus feritatis habent.
Qui simul atque nouæ tecti lanugine malas
Cœperunt iuuenes inter habere locum,
Aurea Thyrsigero tribuebant tempora patri,
Sectantes Cypria castra proterua dea.
Ad tabulæ casum loculis comitantibus ibant:
Posset hic immensas perdere ludus opes.
Denegat his tandem patris indignatio sumptum,
Ad vitæ redeant quo melioris iter.
Seriùs inijcimus stringentia lora molestis,
Cum pigrum co[illegible]pus tarda senecta [illegible]:
Impetus hic primis fuerat cohibendus ab annis,
Ætas quandoquidem sternit adulta iugum.
Quam male fl[illegible]untur durati tempore rami!
Quod semel imbiberit testula, semper olet.
Hinc veteris nequeunt vestigia linquere vitæ,
Sed Bromio & Veneri rursus, vt ante vacant.
Debita conflantur, conflati debitor æris
Sæpe dare pretium voce monente petit.
Hinc odio patrem nati infectantur amaris,
Pauper ut ecti nil male suada iubet.
Februa Luna fuit, reuehis cum Phœbe Calendas,
Emensus rutili vasta theatra poli:
Tum Pater Homburgi turres de more petebat,
Mutandus ora[illegible]eram[illegible]ert bus ille dabat.
Natus vterque studet cursu præuertere patrem,
Et patris in miserum c[illegible]mp[illegible]rat arma caput.
Nil minus exspectans pater appropérante caballo
Natorum structas venit in insidias,
Sternunt fulmineæ confestim glande caballum,
Et latebris celeres diuit vterque pedes.
Esurions vt cum latis conspexit in aruis
Prædam Numidico qua latet vrsa iugo,
Constitit, vt validò contactus fulmine mescit,
Quid faciat, vel qua debeat ire pater,
Cuius opem imploret! socios deserta negabant,
Quo fugeret senio debilitante gradum?
Dum gemitu & lacrymis sua tristia fata reuoluens,
Supplice quos genuit, voce manuq; rogat.
Sumite, quos, dò, inquit, lumbos multo ære tumentes,
Sanguine nec patrio commaculate manus.
Tum senior patris nequicquam vota moratus
Horrida distrinxit talibus ora sonis:
Perficiam, scelerate, animam cum sanguine fundam,
Dentibus atque tuum corlacerare meis.
Nec mora, ceu timidum tigri Gan[illegible]etica Da[illegible]
Discerpunt pueri sauia membra patris.
O qui cælesti fulmen iacularis ab arce,
Cur tua tam serò tela sustinet ira manus?
O amor, ô pietas! pastæ[illegible]ica ni[illegible]
Linquitur in vacua triste cadauer humo.
Interea turpem nummo sibi vterq[illegible]abe[illegible]am,
Palma velut fueris robore parta [illegible]uum.

auctore Liberto Honthemio Leodio Hieronymiano suos instituit.

Mores dissoluti duorum fratrū.

Odium filiorum in parentem vnde natum.

Patrià filiis struuntur insidiæ.

Pater à filiis occidatur.

Nudus

Nudat præcipiti senioremtessera iactu,
Quare blasphemo prouocat ore eum.
Inmo dum mergit furibundi pectoris æstus,
Aera sub vacuam tela nefanda iacit.
Sic auolat tenues nunquam redituraper auras,
Mensaque sanguineo rore cruenta madet.
Horresco referens diuini flagra furoris,
Mens abit, & morior, cum meminisse volo.
Blasphemum vasto cellus consumsit hiatu,
Viuus ad inferos decidit vsque latus.
Tardior interdum Domini fert ira scelestos,
Supplicia tandem sed grauiore premit.
Stat minor arrectis gelido terrore capillis,
Nec scelus admissum dissimulare potest.
Tandem rebecus manibus post tergareuinctis,
Ducitur, & crimina morte luit.
Quæ tibi Musa nouus recitauit carmina, Lector,
Sunt non vulgata cognita vera fide.

Horrenda duorum parricidarum vltio.

V. *De homicidio seu parricidio Kenelmi pueri diuinitus propulato.*

Wilhelm. Malmesb. de gest. Reg. Anglorum.

Sanctum Kenelmum tenellæ ætatulæ puerum, vtpote septennem, Kenelphus Rex Merciorum. Quendridæ sororis fidei educandum reliquerat. Sed illa falso sibi regnũ præsagiens, fraterculum tollendum de medio satellici, qui alumnus erat, commendauit. Is insontem, causa remittendi animum vel recreandi, quasi venatum ducens inter fruteta obtrũcatum occuluit. Et mirum dictu, quod fraus tam celata in Anglia commissa Romæ diuinitus innotuit. Siquidem membrana super altare sancti Petri supernè colũba ferente delapsa, necis & sepulcratus loci per ordinem index, quæ quia elemẽtis Anglicis erat conscripta, à Romanis, & aliarum gentium hominibus, qui aderant, frustra legi tentata. Sed salubriter & in tempore Anglus linguæ inuolucrum latialiter Quiritibus euoluens, effecit, vt Apostolici epistola Regibus anglis compatriotam martyrem indicaret. Quapropter frequenti cœtu innocentis corpus leuatum * Winchelcumbam vehebatur. In clericorum vocali cantu, & laicorum alacri plausu parricidalis femina commota est, & fenestra cœnaculi, in quo stabat, caput extulit, & forte psalterium præ manibus habens continuatione lectionis ad psalmũ peruenerat: *Deus laudem meam &c.* quem à fine, nescio quo præsagio, retrogrado dicens nitebatur lætitiam tantum infirmare. Tum vero vi diuina lumina ita veneficæ canis orbibus euulsa cruore versum profluerant. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud me, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.* Cuius tubris signa extant hodie in humanitatem Herculæ & Dei vltionem spirantia.

* alias Wincelcũbam.

Psal. 108.

VI. *Parricidium miro modo in Cœnobio deprehensum.*

In vita S. Walburgæ apud Surium 31. die Maij.

Accidit nuper, & pensanda, & prope incredibilis, cum multorũ rei fuerit, his fulciretur. Anno superiori, quo dira fames multos pressit, duo inopes eius vitandæ causa peregre profecti sunt. Illis autem obiter quidam ex longinqua regione comitẽ se adiunxit. Interrogatus ab illis, cuias esset, aut quo iter intenderet, respondit, ad S. Walburgam religionis ergo se proficisci. Tum illi: Et nos, inquiunt, eo cupimus peruenire, erimusque inter nos non iniucundi socij, & securius itinerum pericula euitabimus: sed interim nos fame premimur, & præ defectu virium ægre pedes promouemus. At ille: Deo, inquit, fratres mei, itineris prolixitatem commendantes, quæramus locum aptum vbi jam appetẽte meridie paulisper quiescamus, & cibo nos refocillemus. Reperto loco, pariter consederunt, & ille de escis suis proferens obtulit eis. Comederunt igitur, & sumpto cibo, ait ad illos: Iam etiam somno lassa membra recreemus, sed excubias agat vnus ex nobis, ne quid accidat periculi dormientibus. Probant illi consilium, sed mente maligna. Namaltero è duobus his se dormire simulante, alter vigilabat: tertius, qui se illis annexerat, nihil sibi metuens, intrepidus dormiebat. Tum surgentes illi scelesti hominem innoxium crudelissime jugularunt. Sed cum anxios eos haberet, quid facerent de cadauere, tandem alter id in suos sustulit humeros, in aliquem locum auium illud proiecturus. Ecce autem dum illud conaturà suis deponere humeris, tam tenaciter sibi illud sentit inhærere, vt nulla vi id possit à se auellere. Mire igitur & misere discruciatur infelix homicida, videns se suum facinus celare non posse. Interea quidam ei amicus fit obuius, qui conspecto cadauere non sine multa admiratione sciscitabatur, vnde id esset. Ille autem tanquã amico fidens, refert quidquid actum sit, orat vt suæ calamitatis velit misereri. Non cunctatur ille, districtoque ense brachia cadaueris hominem arctius complectens, etiam articulatim nititur dissecare, vt à tanta ignominia amicũ liberet. Ibi tum nouum licuit planeque stupendum videre miraculum. Nam simulatq; manu sua cadaueris lacertos attigit, eos præcidere volens, etiam ipse tenacissime adiunctus est cadaueri, atq; homini illud ferenti, ita vt se ab illis abstrahere non posset. Mox igitur ductus pœnitentia & lugens ob admissa peccata, toto pectore rogauit Dominum, vt ob beatissimæ Walburgę virginis merita sui misereretur. Cũque sic oraret, & multa sanctæ Walburgæ nuncuparet vota, multasq; funderet lacrymas, absolutus est horribili nexu illo, jamque libere ingrediens Deum & sanctum Walburgam laudabat. nec tamen deserebat miserum illum, sed ad Rheni litus vsque eum comitabatur. Quo cum ventum esset, non ferens alter, tum cadaueris pondus, tum intolerabile dedecus, in Rhenum cum cadauere se præcipitem dedit. At vero tam immanem homicidam Rhenus ferre non sustinens, quamprimum hominem scelestum cum cadauere in littus euomuit. Qua re nõ mediocriter terrefactus alter, de sua quidem ereptione gratulans, ob illius vero calamitatem illacrymans, ab eo recessit, & ad S. Walburgæ monasterium celeri cursu

Historia memorabilis.

Immane & plane barbarum facinus.

Cœlestis vindicta in homicidã.

Stupendũ miraculum.

Aliud.

Aliud item miraculũ.

cursu aduenies, quid gestum esset omnibus enarrauit, paratus etiam sua dicta, si id vellent permittere, iureiurando confirmare. Porro infelix ille homicida, vt aiunt, sæpe quidem voluit beatæ Walburgæ implorare patrocinia, sed nunquam ecclesiæ eius potuit fines attingere, vt vel inde omnes perspicue possent intelligere, quã immani scelere se obstrinxisset, qui tam procul à S. Walburgę ecclesia arceretur. Viderunt hunc multi tali onustum sarcina exanimis corporis, qui tum fuere in viuis, vt ambigi non possit falsum & commentitium non esse, cuius multi extitere testes.

Quartum miraculũ.

VII. *De vltione diuina in sacrilegos interfectores S. Kiliani.*

Geila vxor Ducis Franconiæ D. Kilianum jussérat occidi. Res latebat: sed Deus auctorẽ hoc pacto prodidit. Vnus eorum, qui sanctos viros gladio peremerat, subito à dæmone arreptus ingenti vóce clamare cœpit: Kiliane acriter me persequeris: igne enim consumor: quod feci, celare non possum. Video imminere mihi gladium tuo sanguine respersum. Talia diu vociferans, & propriis dentibus se lanians à præsenti migrauit ad pœnas æternas. De talibus quippe scriptum est: *Duplici contritione contere eos Domine.* Alter vero cædis sanctorum conscius in rabiem versus gladio se petiit, effusisq; viscéribus per tormenta præsentis temporis ad æterna peruenit. Quisnam, Geila, talia cernenti tibi sensus tunc erat, infelix cruciatibus aucta furebas. Non multo post & ipsa bellua, de qua loquimur, cruciatibus arrepta, quantis poterat vocibus clamabat: Iuste torqueor, quæ sanctis viris tortores adhibui. Recte crucior, quæ cruciatus illis praui. Acriter instas, Kiliane, ignem accendis Kolmanne; fomẽta ministras Tornane. Sufficiat vobis vicisse, nimis vestras vlciscimini iniurias. A calice dict⁹ es Kiliane, sed nimis amaram mihi potionem infundis. His dictis miserabiliter torquebatur, ita vt à multis teneri vix posset. Tãdem cum magno cruciatu ad cruciatus diabolo paratos migrauit. Cernimus impletum quod veritas in Euangelio dicit: *Dominus non faciet vindictam, electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Amen dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum.*

Surius in eius vita tom. 7. Maij 8. apud Baro. tom. 8. de S. Kiliano an. Domin. 689.

Hierem. 17.

Luc. 18.

VIII. *S. Bonifacij interfectores rigidi & immobiles diuino miraculo permanent.*

Cum Russorum Rex à S. Bonifacio, qui Russis Euangelium prædicabat, miraculo ad fidem Christianam esset cõuersus, decreuit regnum filio relinquere, & Bonifacius, quã diu viueret, adhærere. Frater autem Regis cum ipso pariter habitãs, dum nolet credere, absente Bonifacio, ab ipso Rege interemptus est. Alius vero frater, qui jam à Rege erat cohabitatione diuisus, cum ad eum vir venerabilis venit, audite verbum eius noluit, sed de cõuersione fratris nimia aduersus eum ira succensus continuo comprehendit. Deinde timens, ne si viuum teneret, Rex eum de manu eius eriperet, in sua præsentia, circumstãte non parua hominum multitudine, decollari præcepit. Statim vero & ipse cæcatus est, & tantus eum cum omnibus, qui astabant, stupor oppressit, vt nec loqui, nec audire, nec aliquod humanitatis officium agere aliquatenus possent: sed cũcti veluti lapides, rigidi & immobiles permanerent. Rex autem hoc audiens, nimio dolore perculsus, omnino deliberat non solum fratrem occidere, sed & cũctos, qui tanti reatus fautores extiterãt, gladiis trucare. Sed cum illuc protinus aduenisset, & corpore Martyris adhuc in medio posito fratrem cum reliquis hominib. sine sensu & motu stupefactos astare conspiceret: hoc sibi cum sua omnia displicuit, vt prius pro eis oratio fieret, si forsitan illis diuina misericordia sensum, quem abstulerant, reformaret. Deinde si acquiescerent credere, indulto crimine viuerent: sin autem, omnes vltoribus gladiis interirent. Cum igitur & ab ipso Rege, & à cæteris Christianis diutius esset oratum, non solum prior sensus stupefactis hominibus redditur, sed insuper consilium flagitandæ veræ salutis immittitur. Nam continuo pœnitentiam sui criminis flebiliter expetunt, baptismi sacramentum magna claritate percipiunt: super corpus quoque beatissimi Martyris ecclesiam construunt.

Pet. Damia. in vita Romualdi c. 29. & 30. apud Baron. to. 1. an. 1008. 6. 7

IX. *De diuina vltione in parricidam S. Lamberti.*

Pipinus Crassus Austrasiæ Dux Lambertum virum sanctum, Traiectensem Episcopum ab Ebroino virtutum hoste sede pulsum, & in cœnobium velut portum tranquillitatemque profectum, in locum pristinum restituit. Verum postea, vt omnibus rebus lætis diuturnitas felicitatis libidinem negligentiamq; importare assolet, & patri & filio pellices magis cordi, quam vxores erant. Pipinus namque spreta Plectrude coniuge, Alpaidem colebat. Id ausum culpare Lambertum Dodo pellicis frater interemit. Quod parricidium continuo manifesta numinis ira pœnaq; atrox insecuta est. Ille enim tineis toto corpore repente scaturientibus, fœdo odore cruciatuq; vexatus in Mosam per furorem rabiemque se præcipitem dedit, Lamberto jam enitescente multis diuinitatis signis.

Paul. Æmil. hist. Franc. li. 1. & Sigeb. an. 699.

X. *Fratricidium à Deo vltum & castigatum.*

De nefando facinore Constantis Imperatoris, qui impulsu malorum dæmonũ fratrem suum Theodosium jã Diaconum nece abstulit, ita crudeliter fratricidiũ sacrilegio magis infamans, ex Theophane habent Græcorum Annales: Anno [illegible] Imperij Constans germanum suũ fratrem Theodosium interfecit: quem quidem [illegible] opera Patriarchę attonsum [illegible] erari voluisset [illegible] ministrum [illegible] operator sancto sanguinis pocul[illegible] sanctis mysteriis impertitus fuisset.] Istam vero [illegible] impune, inquit Baronius, patrauit: exegit [illegible] fulus sanguis innocentis à Deo vindictam, vt omnibus [illegible] vitæ suæ diebus, instar

Ex Theophi & Cedreno in Comp. Baron. an. 8 ad an. Chr. 659. n. 2.

instar Cain conscientiæ stimulis agitatus, profugus & vagus viueret super terram: eo infelicior, quod non sicut ille signum accepit à Domino, ne ab aliquo interficeretur: etenim insequente eum culpa, tremens vbiq; locorum fuit & pauens: sed etiam ea ex causa infelicissimus, quod ob oculos positum proficuum remedium pœnitentiæ non arripuit, sed in fuga insanus præsidium collocauit; vane putans mutatione locorũ ab insequẽte se culpa non expiata posse defendi. Quidnam autẽ memoria dignum tunc acciderit, audi inchoatæ tragœdiæ dignũ exitum. Vbi enim sceleris in mo in vno plura scelera nefandissima perpetrasset, cum extinctum penitus fratrem, & obliuione sepultum omnino putauit, didicit suo damno miser supereſſe post cædem homini, quẽ viuat[illegible]set. Sed accipe quæ in Græcorum leguntur Annalibus: Is ergo Theodosius à morte sua ipsi Constantio crebro per quietem visus est habitu diaconi poculum sanguine plenum porrigens, atq; dicens: Bibe, frater.] ac si diceret: Inebriare fraterno sanguine, quem fudisti: talem decet propinare poculum plenũ sanguine auidæ crudelitatis. Explere cruore germani porrigentis, nõ vt olim in ecclesia porrigebat in tuarum redemptionẽ culparum sanguinem Christi, sed in vltionem paratum. Sume de manu non sanguine agni referum poculum, quo percussor Angelus abigatur, sed qui vltorem excitet in te Deum. Accipe sanguinem victimæ, non quo sancitum est fœdus, sed quo tua est damnatio comparata. Porrigo calicem non salutarem, sed ira Dei poculum plenũ, quod hauriasest necesse. Meus ecce sanguis, qui tuum à Deo vindice suis vocibus exigit. Audiebat hæc, & metuebat Imperator, vltrice accusante patiter conscientia, & fugientem maioribus clamorib. insequente Eius visionis acerbitate victus infelix Imperator statuit in Siciliam abire. Itaq; in vrbe relinquens vxorem, & tres filios, celocem conscendit (est nauigij genus) cumque soluisset, conuersus retro vrbem Imperij sedem consuluit. Sed ne in Sicilia quidem insomnium illud[illegible]exare Constantem desiit. Syracusas sibi delegit, vbi vitam ageret, vbi & statuit Imperium Romanum transferre, cum inuisus esset ob Monothelitarum hæresim, aliasque prauas de religione sententias. Misit ergo qui vxorem & liberos adducerent: sed hanc Bizantij cum liberis detinuerunt.

Divina vltio exagitat Constantẽ Imp. fratricidam.

Exod. 12.

Isai. 51.

XI. *Theodericus Veronensis Gothorum Rex ob duplex homicidium male & ipse intra triduum mœstitia extinctus est.*

Procop. de bello Goth. lib. 1. Cras. lib. 3. Suetius ca. 19. Baron. to. 7. ad an. Christ. 526. Symmachi Con-

[illegible]chus, & huius gener Boetius, à suis maioribus [illegible] nobilitatem adepti, inter Romanos & [illegible]os vitos principes erant, & Consulatus v[illegible] [illegible]ueti, philosophiæ supra ceteros & æq[illegible] [illegible]erunt multisque [illegible]an ciuium, quam ex[illegible] [illegible]piæ [illegible]rendo saluti fuere. Hi postquam [illegible] gloriam euasere, deterrimos quosq; in sui[illegible]am concitarunt. Nam his delatoribus Theodo[illegible]us Rex persuasus Symmachũ Boetiumq; perinde ac res nouantes occidit, eorumque bona omnia publicauit. Sed paucis post diebus cænanti sibi cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctum caput appositissent, Symmachi nuper occisi caput illi est visum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & torue intuentibus oculis, furibunde sibi & acerbe comminari. Vnde monstri nouitate territus, membrisque præter modum tremebũdus & rigens in cubiculum statim citato gradu secessit: identidemque jubeado, togarum vt sibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit. Elpidio deinde medico omnibus, quẽ admodum accidissent, diligẽtius explicatis in Symmachum, Boetiumq; à se scelus patratum deflebat. Quo deinde deplorato, ex accepta calamitate dolore ingenti affectus haud longe post moritur, cum primum id iniustitiæ & vltimum in suos idcirco exercuisset exemplum, quia non suo & priſtino more diligenter perueſtigata causa in tantos viros animaduerterat.

sulis Romani & Boetij mors perinuidiam.

Conscientiæ remorsus Theodoricum afflixit.

XII. *De Parthenio homicida postea crudeliter occiso.*

De Parthenij nece, cui regni Francorum à Theodoberto Rege cura commissa erat, sic tradit Gregorius Turonensis: Franci cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo quod tributa eis antedicti Regis tempore inflexisset: ille vero in periculo positum se cernens, confugium ab vrbe facit, & à duobus Episcopis suppliciter exorat, vt eum ad vrbem Treuericam deducentes populi sæuientis seditionem sua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in stratu suo decumberet, per somnium vocem magnã emisit, dicens: Heu, heu, succurrite qui adestis, & auxilium ferte pereunti. A quo clamore expergefacti qui adsunt, interrogabant quid hoc esset. Respõdit ille: Ausanius amicus meus cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad judicium me accersibant, dicentes: Veni ad respondendum. Zelo enim ductus, ante aliquot annos, cõiugem innocentem amicumq; peremerat. Igitur accedentibus Episcopis ad ante dictam vrbem, cum strepentis populi seditionem ferre non possent, eum in ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper stramenta vestimenta quæ erant ad vsum ecclesiæ. Populus autem ingressus, perscrutatusque vniuersos angulos ecclesiæ, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur. Tunc vnus ex suspicione locutus, ait: En arca, in qua non est inquisitus aduersarius noster. Dicentibus vero custodibus, nihil in ea aliud nisi ornamenta ecclesiæ contineri: illi clauem postulant dicentes: Nisi reseraueritis velocius, ipsi eam sponte confringemus. Denique reserata arca, amotis linteaminibus, inuentum extrahunt, plaudentes atq; dicentes: Tradidit Deus inimices nostros in manus nostras. Tunc cædentes cum pugnis, sputisque perurgentes, vinctis post tergum manibus ad columnam lapidibus obruunt.

Greg. Turo. hist. Franc. l. 6. cap. 36. Baron. to. 7. an. 552. 19.

XIII. *De certum miraculo homicidium.*

Vir-

D. Greg. li. 3. Dialog. ca. 5.

Vir venerabilis Sabinus Camisinæ ciuitatis Episcopus in prouincia Apuliæ, cum in longum senũ vitam traheret: eius Archidiaconus ambitione adipiscendi Episcopatus accensus eum extinguere veneno molitus est. Qui cum vini fusoris animum corrupisset, vt mixtum vinum veneno sibi poculum præberet: resurrectionis hora cum iam vir Dei ad edendum discumberet, ei præmiis corruptus puer hoc quod ab Archidiacono eius acceperat, poculũ veneni obtulit. Cui statim venerabilis Episcopus dixit: Biberu hoc quod mihi bibendum præbes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiens, maluit moriturus bibere, quã pœnas pro tanti homicidii culpa tolerare: cumq; sibi ad os calicẽ duceret, vir Dei compescuit, dicens: Non bibas, da mihi ego bibo, sed vade, dic ei qui tibi istud dedit: Ego quidem venenum bibi, sed tu Episcopus non eris. Facto igitur signo crucis venenum Episcopus bibit securus. Eadem hora in loco alio, in quo erat Archidiaconus eius, defunctus est: ac si per os Episcopi ad Archidiaconi viscera illa venena transissent. Cui tamen ad inferendam mortem venenum quidem corporale defuit, sed hunc in conspectu æterni iudicis venenum suæ malitiæ occidit.

XIV. *De Saraceno Anachoreta interfectore à dæmone in sublime rapto.*

Sophron. Prat. spirit. cap. 21.

Si subiungam quod Sophronius scribit in prato spirituali, non arbitror cuiquam fore incredibile: sic enim ille de Abbate Gerũtio; Tres simul eramus inquit, transmare mortuum, ambulantibusque nobis in montem, Anachoreta quidam alius circa maris ripam deambulabat: contigit autem Saracenos transire per loca illa, & occurrere ipsi. Cum ergo præteriissent eum, reuersus vnus ex illis Anachoretæ caput abscidit, nobis de longinquo spectãtibus. Iam enim conscendebamus montem. Dum vero lacrymaremur istis propter Anachoretæ casum, repente cernimus auem superne venientem raptum Saracenum in sublime tulisse, atque inde in terram illum dimisisse, ex eoq; lapsu Saracenum interiisse.

XV. *Qua pœna vel pœnitentia multandi sint parentes, quorum incuria opprimuntur paruuli in lectulis.*

Ex Gratiano 2. q. 5. c. Consuluisti Alfons. Ciaconus de gestis Stephani V.

Anno Domini DCCCLXXXV. Stephanus V. Pontifex Romanus Humberto Moguntino Episcopo respondens: Consuluisti, inquit, de infantibus qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, vtrum ferro candenti, aut aqua feruente, aut alio examine huiusmodi parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi sunt namque, & protestandi parentes, nec tam tenellos secum in illo lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimãtur: vnde ipsi homicidii rei inueniantur. Nam ferri candentis vel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri à quolibet sacri non censent Canones, & quod sanctorum Patrum documento sacitũ nõ est, superstitiosa adinuenti one non est præsumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero, & incognita illi sunt relinquẽda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Hi autem, qui probantur, vel censentur tales reatus se noxios, tua eos castiget moderatio: quia, si ille, qui conceptum in vtero per abortum deleuerit, homicida est, quanto magis qui vnius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit.

Homicidæ

TIT. XCVIII. Licere publica auctoritate malefactores morte [illegible].

Achabo Regi Israel, eo quod Benadad Syrorum Regem mortis pœna exemisset, Prophetas quidam mortem comminatus est.

3. Reg. 20. & 22.

EXEMP. I. *Miraculo Gregorii VI. Innocentia ostenditur.*

GIlbertus historiarum scriptor, affirmat Gregorium eius nomine VI. bene de Ecclesia Dei meritum fuisse, eum sedis Apostolicæ dignitatem negligentia superiorum Pontificum labefactatam sua auctoritate, & animi magnitudine breui restituerit: Nam & ditionem Ecclesiæ recuperauit: & latrones circa vrbem positos, quorum seuitia peregrini ad vrbem religionis causa accedentes necabantur, è medio sustulit, prius execrationibus & interdictis admonitos, deinde vi & armis domitos. Hanc ob rem ferunt à pernitiosis hominibus vulgo homicidam, simoniacũ, & sanguinis humani appetentissimũ habitum: idque à Cardinalibus etiam quibusdam prædicari solitum. Motum itaque Gregorium ipsum in ea ægritudine, qua postea moritur, Cardinales ad se vocatos verbis castigasse, quodq; iuste & sancte fecisset, ipsi liuore moti reprehenderent, & vt inquit, scire possitis, vbi mortuus fuero, recte an perperam fecero, corpus meum ante fores ecclesiæ sistite vectibus obseratas: si diuino nutu aperientur, censetote me dignũ Christiana sepultura; sin secus corpus meum vna cum anima damnatum, quo volueritis, eiicitote. Fecere mandata Cardinales, atq; ita portæ cooito graui vento [illegible] sunt, & corpus cum admiratione omnium, & opinione magnæ sanctitatis introlatum est.

Apud Platinam de Vitis Pontif. in Greg. 6.

II. *Otto III. iniuste condemnans Comitem [illegible] Comitis iniustitia arguitur.*

Anno Domini nongentesimo nonagesimo [illegible] Otto III. Imp. Romam cogi[illegible] perueniss[illegible] iuxta ipsam in vil[illegible] spitio susceptus [illegible] occidiss[illegible] quæ magna admiration[illegible] refridus Viterbiensis: ner[illegible] id iustitia ab eo exigente, A[illegible] Mariani nomine, filiam Regis A[illegible] nis innocentissimi ream publi[illegible]

Albert. Cranz. in Saxon. li. 4. c. 26. Seff. presbyter in Epitom. Bar. tom. 10. an. 998.

dicare. Coniecit enim fœmina procax oculos in dictum Comitem virum integerrimum, forma pulcherrimum: quæ à viro passa repulsam, illũ de pertentata pudicitia calumnioſe acculauit apud Imperatorem, qui facile nimis adhibens fidem ipſi, Comitem morte damnauit. Quem cum capite amputatum audiuiſſet eius vxor, magna audacia, quam pudoris neſcius dolor miniſtrauit abunde, Ottonẽ conuenit pro tribunali ſedentem, clamans de nece iuſtiſſimi viri vindictam, proiectoque capite viri in medium, ipſum Imperatorem reum ſanguinis innocentiſſimi apud ipſum iura reddentẽ accuſat. Probationem per contrectationem ferri candentis, veritatis iudicem offert. Conſentit ille, paratur ignis [illegible] exhiberent, mulier conſcia innocentiæ viri [illegible] arripit illud illæſa, contrectat inuſta, quia iuſta, fingit, vt flores, ignitum metallũ, quo ſolũ exuruntur præcordia Imperatoris. Qui tunc inſultans victrix fœmina vindictã in Imperatorẽ à gladio exigit imperantis. Faretur ille eulpã, nec refugit pœnã, ſpõdens iugulũ, ſed poſcit inducias. Interim proceres accurrunt, pro vita fœminam exorant Imperatoris, ſed fruſtra diu laboratũ. At tandem ea eſt conditione tranſactum, vt auctrix ſceleris Auguſta, ex qua cauſa proceſſerat viri necis, flammis comburenda daretur. Quo facto, ſuã redemit vitam iuſtiſſimus Imp. qui eandẽ donatam tribus caſtris, ſolutus ipſe ac liber ſubeundi ſupplicii, eam abire rogauit.

Imperatricem vxorem ſuam iniuſti iudicii [illegible]

III. *Vltio innocentis occiſi.*

Ioan. Nauclerus. Chronograp. volum 2. Generat. 44. an. Dom. 1308.

Anno Domini 1308. Ioannes Dux fratruelis Regis Alberti, quem Rex in curia cum filiis ſuis educauerat, aſſeruit munitiones domini de Ryburg, ad ipſum pertinere nomine matris ſuæ. Tandem Ioannes cum Baronibus, Rudolpho de Bart. V. Valthero de Eſchelbach, & Vlrico de Palma, regem interficere cogitauit. Haud longe poſt equitante rege per ſata, colloquente ſibi de Caſtel milite, accurrerunt Ioannes Dux & ſui conſortes, primuſq; Rudolphus dixit: Quam diu cadauer illud equitare permittimus? & accedens Ioannes Dux cultrũ collo Regis infixit, Rudolphus vero cum gladio confodit, Vlricus de de Palma gladio caput diſſecuit. Sicq; Albertus Rex [illegible] propria terra ſua anno prædicto Kalend. [illegible] eſt occiſus, *in quo loco monaſterium* Ringſtet eſt fundatũ, corpus vero eius Spirã delatũ, honorifice ſepultũ. Verũ occiſores Regis fu[illegible] Vlricus de Palma obſeſſus per Ludolphũ filium [illegible] Imperen obiit, in quo caſtro decapitat[illegible] viri. Caſtra V Valtheri de Eſchelbach [illegible] terra comitis de Birtemberg paſtor[illegible] annis 15. In [illegible] pandẽs, honorifice [illegible]. Rudolphus de Bart, volens ire ad ſedẽ Apo[illegible] ſoditus capitur, & iuxta locum occiſionis duc[illegible] ad mortem eſt adiudicatus, vnde ad candã [illegible] ligatus & diſtractus, poſtea ſuper rotã eſt poſitus, Ioannes vero Dux poſt multas latebras tandem in forma Beghardi venit Piſas, ibi ab Imperatore Henrico captus, atque in ordinem fratrum Eremitarum S. Auguſtini intruſus, poſt Imperatoris mortem pluribus annis in eodem manens, tandem ibi ſepultus.

IV. *Profligati impii Iudæi à Philippo Gallia Rege.*

Robertus Gaguin. l. 6. ſub Philippo Auguſto. Ritius Neapolit. li. 1. de Regib. Franc.

Philippus Adeodatus Francorum Rex acceptis à patre regiis inſignibus, adhuc adoleſcens in Iudæos, quorum erat per omnem Franciam ingens multitudo, ſeueritatem exercuit. Huic enim perfidæ genti impia conſuetudo erat ſurreptum quotannis aliquẽ infantẽ Chriſtianũ in locũ apud ſe ſubterraneũ ducere: atque illũ diu pœnis affectum tandẽ die Veneris ſanctę Cruci affigere, contemnentes ſuo hoc immani facinore Dei Chriſti mortem, & Chriſtianorum religionem ludibrio habentes. Quã rem poſtquam Rex certo cognouit, iubet eos omnes comprehendi: comprehenſos auro argentoq; atque veſtibus ſpoliat. Poſtea vero execrabile eorundem Iudæorum facinus ad Philippum delatum eſt. Apud Brayum caſtrum quendam Chriſtianum, quem furti homicidiique inſimulabant, captum, ferro ſpineo coronauerant, deductumque per oppidum, & multis verberibus affectum tandem cruci affigentes interemerant permittente loci domina, quam ipſi muneribus euicerant. Cognita iniuria Rex, nulla mora interpoſita, neſcientibus aulicis, quid animo agitaret, ad Brayum præpropere ſe contulit, moxque portas & viarum exitus à ſuis diligenter obſeruari præcipiens, ſupra octoginta Iudæos comprehenſos cremari iuber.

V. *Vltio mortis innocentis.*

Anton. Bonfin. l. 1. hiſt. Boemica Decad. 2.

Stephani Vngarorum Regis ſanctitas apud Beſſos Bulgaroſque in tanta fuit exiſtimatione, vt ſexaginta ex illis apprime nobiles fortunas omnes ſecũ ducentes, ad eum in Pannoniam properarint. Quos cum Tribuni aliquot auri cupidine circumuenſſent, Rex ſceleris auctores in regni finibus in crucem egit. Quare factũ eſt, vt quoad vixerit, ne minimum quidem latrocinium in Vngaria poſthac patratum ſenſerit.

VI. *Eiuſdem argumenti.*

Æneas Syluius in hiſt. Bohemica.

Ladislaus Ioannis Huniadis F. Vlricum Ciciliæ Comitem in comitatu Ladislai Regis Vngariæ Albam venientem, & in conclaue ſeductum, à ſatellitibus occidi curauit, eo quod patri ſuo ſæpe inſidias poſuiſſet, rebus illius geſtis inuidens. Rex eam iniuriam ad ſe pertinere diſſimulans comprehenſum non multo poſt Ladislaum Budæ ſecuri percuſſit, religata prius à carnifice coma, vt vulneri aditum faceret.

VII. *De latronibus in rotam ſublatis.*

Æneas Sylvius lib. 4. de Aphion.

Iacobus Marchio Badenſis vbi latrocinium in ditione ſua commiſſum didicit, vocatis iis, qui damno affecti fuiſſent, tantũ eos ex fiſco ſuo accipere iuſſit, quanti eſſe, quæ amiſiſſent, iureiurando affirmaſſent.

massent. Exinde latrones insecutus apprehensos in rotam sustulit. Id est supplicii genus apud Teutonicos formidabile. Atque ita breui pacatissimam prouinciam reddidit.

IX. *Graui morte multantur qui magnis viris interitum machinabantur.*

Bello contra Fr. Carrarium Patauinum Principem suscepto, cum resciuissent Veneti subornatos fuisse quosdam facinorosos homines à tyranno, qui aliquot ex patricio ordine viros trucidarent, data est opera, vt ii tota vrbe diligenter inquirerentur: eorum quidam apud plebeiam fœminam cognomento Gobbam capti sunt: Iudici, cui veritas vltro expressa est, vitam Patres condonarunt, ita tamen, vt decem annos in custodia esset: reliqui tota vrbe equis distracti, & adgeminas columnas in quatuor partes dissecti pœnas concepti sceleris meritissimas luerunt. Hospitis filius, qui nobiles cõficiendos percussorum oculis subiecturus fuerat, laqueo necatus. Nec multi post nonnulli eiusdem sceleris conuicti eodem genere mortis affecti sunt.

Sab. lib. 4. Decad. 2.

X. *Sine iustitia Rempublicam non posse diu subsistere.*

Totilas Gothorum Rex (vt scribunt quidam) rogatus, vt parceret cuidam, qui virgini stuprum intulerat, respondit: Eiusdem ingenii esse, delicto se obstringere, & delictorum supplicia impedire: omnino autem, si hunc pœnas dare, aut Gothorũ Remp. interire necesse esse: Theodorus postquam æquitatẽ diuitiis posthabuerit, Deum Gothis minus propitium esse factũ, præstantius a. esse, iustitiam custodire, quã negligendo inuidiã concitare.

Carol Sig. de imperio Occident. lib. 19. an. 543. Totilæ dictũ notabile.

TIT. XCIX. De bello licite contra hostes inferendo.

Genes. 14. *Abraha, cum debellasset quatuor Reges cum suis trecentis octodecim famulis suis, dictum est à Melchisedech: Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.*

Exod. 17. *Ad preces Mosis Deus dedit victoriam Hebræis contra Amalech.*

2. Reg. 2. *Dauid, mortuo Saule, iuste bellum gessit contra Isbosetli filium Saulis, qui occupare nitebatur regnum Israel, quod Dominus per Samuelẽ Prophetã tradiderat Dauid.*

2. Reg. 20. *Idem quoque Rex bellum iustum mouit contra Seba filium Bochri, propterea quod populum solicitasset, vt à Dauide Rege ad ipsum deficeret.*

Num. 21. *Iustum etiam bellum instruxerunt filii Israel, quando pugnarunt contra Seon & Og Reges Amorrhæorũ, propterea quod illis permittere noluerunt transitum innoxium in terram sibi à Deo promissam.*

Iosue c. 19. *Pugnante Iosue sol stetit, & Dominus pluebat de cælo lapides magnos, & plures occidit Deus lapidibus grandinis, quam filii Israel hastis & gladiis.*

2. Mac. 10. *Angeli in specie equitum pro Machabæis aliquando pugnasse leguntur.*

Eo prælio, quo Iudas Machabæus Timotheum vicit, quinque in equis ornati aureis armis apparuere: è quibus duo Machabæum defendebant, tres autem alii ante primam aciem acriter hostes inuadebant. *2. Mac. 10.*

Item alio prælio, quo Iudæi contra Lysiam dimicauerunt, procedere in aere viderant duos equites insignes pro Iudæis pugnantes, quorum præsidio ferocis Lysiæ exercitum prostrauerunt. *2. Mac. 11.*

EXEMP. I. *Iuste pugnauit Constantinus contra Maxentium.*

CONstantin. Imperator, qui primus in lege Christiana ex Imperatoribus publice Ecclesiam defendit, eo fere modo Maxentium [illegible] hostẽ deuicit, quo Moses Pharaonem: [illegible] eo enim fic cum Eusebio Augustinus: Constantium Imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit, & defendit, in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est: grandæuus ægritudine & senectute defunctus est: filios imperantes reliquit.

Euseb. lib. 9. hist. Eccles. c. 9. Aug. lib. 5. de ciuit. Dei, c. 25.

II. *Eiusdem argumenti.*

Pro Honorio etiam plane Catholico, & Romano Pontifici addictissimo, vt patet ex eius epistolis ad Bonifacium Papam, scribit Augustinus: ita Deũ pro illo pugnasse, vt vno prælio multo amplius, quam centum millia Gothorum prosternerentur, & Rex ipse Radagaisus cum filiis caperetur, & occideretur, ex Romanis ne vno quidem vulnerato, nedum extincto.

Aug. lib. 5. de ciuit. Dei c. 23.

III. *Idem.*

De Theodosio iuniore narrat etiam Socrates, exercitu eius pugnante contra Persas Barbaros, & ipso interim in Vrbe precibus apud Deum vacante Imperatore, circiter centum millia Saracenorum ab Angelis, qui se eius belli dispẽsatores à Deo missos nũciauerãt, acta in Euphratẽ miserrime periisse.

Socrat. hist. Eccles. lib. 7. cap. 17.

IV. *Idem.*

Tempore Vrbani II. anno Domini 1098. Christiani in bello sacro à Papa indic[illegible]o recuperatione Hierosolymæ cum essent An[illegible]chiæ in summa desperatione, eo quod prope ade[illegible]t infinitus exercitus Turcarum & Persarum, & [illegible]si pauci essent & diuturna fame prope enecti, i[illegible] viri fortissimi baculis innixi incederẽ[illegible] quos [illegible] haberent, nisi pauciss[illegible]mos, ita vt præcipu[illegible] inceps Go[illegible] freus equo cõmodat[illegible] Principes in [illegible]equitare cog[illegible] Deus reuelauit, vbi effe[illegible], & [illegible], in bello victoriam dedit, ita vt occ[illegible]centum millia Turcarum, & ex ipsis vix quat[illegible] millia ceciderint. Cecidit etiam ros diuinitus in [illegible] qui animis & cor-

Paul. Æmil. lib. 4. hist. Franc. Guilliel. Tyrius l. 6. de bello sacro [illegible] finem.

poribus vires addidit: denique apparuerunt tres viri sancti pro illis de cœlo pugnantes.

V. *Idem.*

...ue bello Wandali lib.1.

Anno Christi Domini 533. Iustinianus Imperator septimo sui principatus anno aduersus Wandalos bellum ducturus, in veris initio, nauim prætoriã ad littus iuxta ædes Imperatoris deduci iussit. Tunc Epiphanius ciuitatis Præsul classi de more benedicés ac bene precatus, milites paulo ante baptizatos, nomen profitentes Christianum singillatim in nauim introduxit] Noluit pius Imperator quenquam non plane Christianum in classe, quam aduersus impios pietas Christiana ducebat, penitus inuenire: si quis ergo inter scriptos milites inuentus esset adhuc [illegible]menus, baptismũ susc[illegible]pere iubebatur: sed & Catholicã fidem omnes æque professos, exomologesi[illegible]q; alios fecisse, atq; ita vniuersum exercitũ expiatũ Principis voluntate putamus.

VI. *Non licere sacris Ecclesiæ ministris sanguinem fundere exemplo Iacobi Senonens. Ep. docemur.*

Iac. Meyer. lib. 15. h. Fland.

In pugna illa Agicurien[illegible] inter Hesdinium & Rentiacum, in qua Angli aurea calcaria Francorum reportarunt, anno Domini 1415. Iacobus Senonum Pontifex, quamuis & monachus & Episcopus, fundendo tamen Christiano sanguine auctorem se & assertorem pugnandi præbuit: vnde pœnas sæuitiæ suæ sacrilegiq; in Suessionibus patrati luculẽter exoluit.

VII. *Quod liceat Sacerdotibus vti armis defensiuis aduersus hostium impetum.*

Nicephor. Call. lib. 14. hist. Eccl. c. 4. Trip. 10. c. 28.

Cum Persæ quidam Goranne duce cognominẽ Imperatori Theodosio vrbẽ oppugnarent, omnisque generis machinis adoriretur, & turres extra muros contra eam excitarent, neque quidquã efficerent, ridendos sese dedere, Eunomio eius Episcopo machinas hostiũ omnes perfringente. Quũ namque nostri propter oppugnatorũ multitudinẽ animos desperatione desponderent, precibus ipse contra illos pugnans vrbem saluam conseruauit. Ex satrapis tum ibi qui sub Goranne erant, quidam ad blasphemias conuersus, itidem vt Rabsaces & Sennacherib, animo furibundo minatus est, sacrum ie eius ciuitatis templum igne consumpturum. Contumeliam eam non ferens diuus Eunomius, tormentum [illegible] cum saxa iaciens, ad propugnaculum, cui Apo[illegible]i Thomæ cognomen fuit, dispont, ingentẽq; [illegible]idẽ eo in os blasphemi illius emitti iussit. Illicet[illegible]xũ balista ea tortum maledici illius sa[illegible]pæ[illegible]standum perculit, faciemq; eius omnem [illegible]minuit, capite rectissime arrrio, cerebro [illegible]mi dispers. Quem vbi Goarines conspexit, [illegible]ũ vrbis desperata, fugas inde discessit, [illegible] se esse clamitẽs. Hinc correptus, de cæteris [illegible]ta [illegible]uenta cum Romanis inita pacẽ est cõpl[illegible]ntã Deus ipse fidelis ministri sui Imperatoris [illegible] curã gessit: qui eo nomine illi gratias egit, [illegible]ẽq; religione debita coluit.

Clericis in bello quibus armis vti liceat.

VII. *Constantius pugnaturus contra Magnentium milites non baptizatos in exercitu habere noluit.*

Theodoret. lib. 3. cap. 1. hist. Eccl.

Rem à Constantio Constantini Magni filio, eius in Imperio Orientali successore, præclare gestam dignam sane prædicatione hoc loco commemorabo: ex qua vna eius erga pietatem studium satis cognosci poterit. In bello namq; contra Magnentium suscepto, toto suo exercitu coacto in vnum, omnes cohortatus est, vt diuina percipiant mysteria: quippe exitum vitæ tum alias semper, tum in bello potissimum incertum esse, præsertim cum in eo infinita tela, iacula, hastæ vtrinq; mittantur: quineriam intententur gladii, sicæ, & alia instrumenta bellica, quibus violenta infertur mors. Proinde oportere singulos stolam illam pretiosam induere, quæ in illa altera vita nobis omnibus cum primis necessaria est. Quod si quisquã eam vestẽ accipere recuser, eũ inde iam domum abire iubet: nã se nolle cum hominibus mysterijs minime initiatis bellum gerere.

IX. *Licitum esse ecclesiasticis bello interesse ad audiendas militum confessiones, eosque excitandos ad pietatem.*

Euseb. Caesar. lib. 4. vitæ Constantini cap. 56.

Illud etiam hoc loco memoratu dignum, quod cum Constantinus Imperator de tumultu quodam barbarorum Orientalium audiuisset, hanc sibi postremam de illis victoriam reliquam esse affirmans, exercitum contra Persas educere properaret. Nam cum id plane secum statuisset, milites ordines eduxit: & de expeditione cum Episcopis, quos secũ habebat, communicabat: existimans, oportere ex his aliquos ad pietatis officia maxime idoneos perpetuo sibi adesse. Illi vero libenter quidem sequuturos se, nec vestigium ab eo discessuros, sed vna militiam obituros, & apud Deum suplicibus votis se pugnaturos recipiebant. Hac ille voluntate & studiorum professione vehementer delectatus, totius expeditionis quasi vestigia eis expressit: ac ad bellum illud suscipiendum, tabernaculum interim ad ecclesiæ similitudinem magnificentia faciendum curauit, in quo Deo victoriarum datori ipse cum Episcopis supplicaret. Theodoretus lib. 1. cap. 8. suæ historiæ addit eum extruxisse tabernaculum ecclesiæ figurã exprimens, & cum contra hostes prælio contenderet, secum circumferre consueuisse, ad eũ finem, vti neq; sibi in solitudine vitam agenti, neq; exercitui deesset ædes sacra, in qua quidem deberent Deum laudibus efferre, precibus solicitare, & sacra mysteria percipere: nam Sacerdotis & Diaconi, qui secundũ Ecclesiæ institutũ ista munera obirent, tabernaculũ assidue secuti sunt: Ex eo tempore militares Romanorum ordines, qui iam vocantur Numeri, singuli sibi tabernaculũ sacerdotes & diaconos ad rem diuinam faciendam designatos.

Ædem portatilem secum ferri.

Sacerdotes & Diaconos cur secum ad bellum duxerit.

X. *Non licere à militia cœlesti ad terrenam sese transferre.*

Anno

D. Hieron. in Chronico Oros. lib. 7. Rerum Rom. ca. 31. Baron. to. 4. 375.

Anno Christi Domini 318. Valens Imperator nequitia exardescens, sic oratione Themistij visus est ab ecclesiarum persecutione abstinuisse, vt tamen alia via, nouo excogitato prætextu, diram aduersus monachos persecutionem conflarit, cum eos exutos monastica professione, è monasteriis lege lata, ad militiam reuocari præcepit, eo ipso anno, quo Valentinianus ex hac vita sublatus est, vti eum Hieronymo scribit Orosius: Valens ille, inquit, post fratris obitum, velut effrænata libertatis audacia legem dedit, vt monachi hoc est Christiani, qui ad vnum fidei opus, dimissa sæcularium rerū multimoda actione, se redigunt, ad militiam cogerentur. Vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasq; diffusas, in quibus propter sitim, ac sterilitatem, periculosissimamq; serpentum abundantiam conuersatio humana non esset: magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Huc Tribuni & milites missi, qui sanctos & veros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent: interfecerunt ibi agmina multa sanctorum.

Monachi à Valente coguntur ad bellum.

XI. *Sine armis à Christianis hostes superantur instar Gedeonis.*

Ado Vien. in Chron. ætat. 6. circa an. 458. & fusius narrat Baro. Anna. tom. 5. ad an. 459. ex Sur.

Eo tempore, quo Saxones Pictique bellum aduersus Britones susceperunt, Germanus Ducem se prælij profitetur, eligit expeditos, circumiecta percurrit, & è regione, qua hostium sperabatur aduentus, vallem circumdatam editis montibus intuetur, quo in loco nouum componit exercitum, ipse dux agminis. Etiam aderat ferox hostium multitudo, quam appropinquare intuebantur in insidiis constituti. Cum subito Germanus signifer vniuersos admonet, & prædicit vt voci suæ vno clamore respondeant: securis hostibus, qui se insperatos adesse confiderent, Alleluia, tertio repetitū, sacerdotes inclamant. Sequitur vna vox omnium, & eleuatum clamorē, repercusso aere, montiū inclusa multiplicant. Hostile agmen terrore posternitur & ruisse super se nō solum rupes circumdatas, verum etiam ipsam cæli machinam contremiscunt: et epidationique iniectę vix sufficere pedum pernicitas credebatur. Passim fugiunt, arma proiiciunt, gaudentes & nuda corpora erupisse discrimini. Plures etiā timore præcipites, flumen, quod sensim venientes transierant, deuorauit. Vltionem suam innocens intuetur exercitus, & victoriæ præstitæ otiosus spectator efficitur. Spolia colliguntur exposita, & prædam cælestis victoriæ miles religiosus adipiscitur. Triumphant Pontifices, hostibus fusis sine sanguine: triumphant victoria, fide obtenta, non viribus.

XII. *Quod sine Deo nulla comparatur victoria.*

Antonius Panormita. li. de dictis Alphonsi Regis cap. 51.

Alphonsus Aragonum ac Siciliæ Rex, cum filium suum Ferdinandum ad vlciscendas Florentinorum iniurias, qui cum hostibus perperam & inique fœdus contra Alphonsum fecerant magno cum exercitu misisset, post longam filij institutionem hæc adiecit: Nunc quod maxime te moneo, fili charissime, illud est, Ne tantum, aut tuæ, aut commilitonum audaciæ tribuas, vt pures absq; numinis auxilio victoriam vllam haberi posse. Victoria, mihi crede, non hominum disciplinis, aut industria cōparatur, sed Dei Opt. Max. benignitate & arbitrio. Scientia itaq; rei militaris ita demum profutura est, si Deum nobis pietate atq; innocentia pacatum propitiumque habuerimus. Deum igitur inprimis cole, in eū confide, à quo tūm victorias omnes, cūm optima queq; prouenire proculdubio est. Quē si quando tibi iratum suspicaberis, caue contendas: imo quicquid ab eo tibi accidisse videatur, boni consule, & patientia ac pœnitentia eum placa, & tibi beneuolum redde. Sane quos Deus amore corrigit, affligit: sed si afflictos dolentes interim & metuentes videt, eos postea recreat, reficit, & fundat.

Insignis Alphonsi admonitio ad de re mil

Victoria belli vnde

XIII. *Northmanni 40. peregrini Salernum à Saracenis obsessam magna virtute liberant.*

Ex Leone Ostiensi lib. 2. c. 8. Baro. to. 10. Annal. an. 16.

Ante annos ferme sedecim Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolymis, quo orationis causa perrexerant, redeuntes Salernum applicuerunt; viri & statura proceri, & specie venusti, & armis præcipui. Quā ciuitatem cum à Saracenis obsessam reperissent, accensis nutu Dei animis, à Guaimario maiore, qui tunc Princeps erat, equos, armaque poscentes subito in illos irruerunt, plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria, Deo largiente, potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnisq; à Principe illustrati muneribus, vt manere secum deberent, multis precibus inuitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianæ fidei assertione hoc se fecisse asserentes, & dona respuunt, & manere ibi se posse denegant. Prædictus itaq; Princeps, consilio habito, cum eis Legatos suos in Northmanniam dirigit, & veluti Narsetes alter, citrina per eos poma, amygdala quoque, & inauratas nuces: ac pallia regia, & equorum phaleras auro argentoque distinctas illuc dirigens, ad huiusmodi gignentem humum illos non modo inuitabat, verum etiam attrahebat.

Sacrae rum exercitus à paucis Christianis superatur.

XIV. *De Constantini Magni in deuictos milites misericordia.*

Euseb. de Vita Constantini lib. 1. c. 13.

Constantinus Imperator diligenter [illegible] adhibebat cautionem, ne inter dimicandum fieret [illegible] altorum cædes. Vnde non magis suorum, quam hostium saluti prospiciebat. Quapropter suos, cum fuissent in pugna victoriam adepti, hostari solebat [illegible] uorum misereretur: & cum homines [illegible] humanæ nequaquam eos caperet oblitio: [illegible] si aliquando militum animos ferocio [illegible] ri munusculo [illegible] refrenare, pra[illegible] vt qui aliquem ex hostium [illegible] episset, aliqua certi auri summa re[illegible]. Atque hanc velut illecebram ad homini[illegible] conseruationem Imperatoris excogitauit prudentia; adeo vt infiniti; etiam

victos misericordia.

Prudentia Constantini.

etiam ex ipsis barbaris incolumes euaserint, Imperatore ipsorum vitam auro redimente.

TIT. C. De disciplina militari.

Luc. 3. *Ioannem Baptistam interrogauerunt milites, dicentes, Quid faciemus & nos? & ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.*

EXEMP. I. *Bona militaris disciplina Deum propitium & adiutorem facit.*

Greg. Tur. hist. Franc. lib. 2. c. 37. apud Baron. tom. 6. an. Christi 507. Carol. Sigon. de Imp. Occident. lib. 6 an. 507.

REX Christianissimus Clodoueus aduersus hæreticos Arianos pugnaturus, accepta à sancto Remigio Rhemensi Episcopo ad tam periculosum bellum conficiendum benedictione, à quo & sacrũ quoque baptismum acceperat, edita sanctione hæc vniuerso exercitui mandauit: Imprimis de ministerio ecclesiarum omnium præcepimus, ne ad subripiendum ea aliquis conaretur, neque de sanctimonialibus, neque de viduis, quæ in religione Domini deuotæ esse probantur: simili conditione de clericis, vel filiis supradictorum tam cleticorum, quã viduarum, qui cum illis in domo ipsorum consistere videntur. Idem de seruis ecclesiarum, quos de ecclesiis tractos per Episcoporum sacramenta constiterit, præceptum est obseruare, vt nullus ex ipsis aliquam violentiam vel damnum patiatur. Quod vero religiosissimus Princeps lege sancita cauit, illud ipsum inuiolabiliter quidem voluit custodiri: vt quæ de ipso his verbis scribit Gregorius Turonensis aperte declarant: Quoniam (inquit) pars hostium per territorium Turonicum transibat, pro reuerentia beati Martini dedit edictum, vt nullus de regione illa aliud quam herbarum alimenta, aquamque præsumeret. Quidam autem de exercitu, inuento cuiusdam pauperis fœno, ait: Nonne Rex herbã tantum præsumi mandauit, & nihil aliud? & hoc (inquit) herba est. Non enim erimus transgressores præcepti eius, si eam præsumimus: cumque vim faciens pauperi, fœnum vi abstulisset: factum peruenit ad Regem. Quo dicto citius, gladio exempto, ait: Et vbi erit spes victoriæ si beatus Martinus offenditur? Satisque fuit exercitui, nihil vlterius ab hac regione præsumere.

In fœni raptorem leuere vltus Clodoueus.

II. *Militem immoderata rapacitas suos auctores rapit & perdit.*

Procop. de bello Goth. lib. 3. apud Baron. to. 7. an. 553.

NARSES Dux fortissimus à Iustiniano Imper. cum Totilam in Italiam missus, re bene gesta lætior Deo acceptum (vt erat in vero) [illegible] rebat. Conuersus deinde ad ea quæ proxime [illegible] in primis ne [illegible] Longobardorum in expeditionem sequentium vindicta [illegible] & expiare curauit. Illi namque ad exteras vitæ factorumque impietatem & scelus, [illegible] ædificia ipsa in quæ diuerterant, iniussi cremabant, stuprumque fœminis & vim inferebant sacras in ædes refugientibus. Vnde magna pecunia hos primum donatos ad proprios redire penates permisit, Valeriano, Damianoque suis cum copiis Ducibus traditis: qui eos tã diu deducerent, quoad in Romanorum confinia peruenissent: & illis iniunctum, vt sine aliorum iniuria pertransirent. Delegit potius, inquit Baronius, robore fortissimorum carere militum, quam Deum eorum perperam facti offendi, probescens ex militum delictis infirmiorem exercitum reddi, ex pietate autem imbelles effici quosque fortissimos.

III. *Bona belli disciplina & spes in Deo victoriam affert.*

Anno Christi 555. Bucellinus Dux Francorum cum dicto Narsete prælio decernens apud Capuam ab eo victus est, ac necatus cum omni Francorum exercitu, adeo vt ex tam ingenti hostium numero quinque tantummodo fuerint reperti, qui remarint ad propria. Rem porro egregie gestam cum Agathias describat, id tribuit eius pietati ac iustitiæ, qui legionibus & ordinibus in acie dispositis, non ante conserere manus cum hoste voluit, quam purgato exercitu; inuentum enim tunc vnum Herulorum nobilem militem, qui seruum occidisset, pari illum pœna plectendum esse jussit: nec magni fecit, etsi in tanta temporis ac rerum necessitate ingens Herulorum multitudo sese ab exercitu, mortem gentilis sui ægro ferens animo, separaret.

Agathias lib. 2. Baron. tom. 7. 555. Petr Ribaden. l. 2. de Principe c. 5.

IV. *Eiusdem argumenti.*

Belisarius Constantinopoli à Iustiniano in Africam missus, cum exercitu, cum Heracleam, & inde Abydum peruenisset, ibi dies quatuor dum hæreret maris tranquillitatem exspectans, casus contigit huiusmodi: Duo Massageræ quendam è sociis vt ebrios irridentem interfecerunt: nam omnium maxime vino dediti Massagetæ sunt. Belisarius igitur ambos hos in Abydi quodam promontorio palo infixit. Quod factum cum alij, tum ex eorum genere viri maxime ægre ferre: Belisario dixerunt, se non ex lege aut pœna aliqua coactos, cũ Romanis subditi non sint, sed sponte in exercitu esse: tali igitur supplicio non esse apud eos consuetudinem delinquentes plectere. Cum his itaque plures consensere qui maxime propter scelera, impunita esse delinquẽtium peccata cupiebant. Belisarius igitur vniuersum congregãs exercitum, hæc alloquitur. Si nunc apud vos belli expertes, ac nunc primum militantes verba haberẽ, longa mihi opus esset oratione ad enarrandum, quantam vim habeat ad victoriam obseruatio iustitiæ. Huius disciplinæ summã, tum pugnę finem atq; fortunam imperiti in dextris consistere tantum existimant; vos autẽ qui sæpe inimicos vicistis, neq; corporibus, neq; virib. vobis inferiores, sæpe etiam victi fuistis, non ignorare puto, quod homines quidem vtrinq; exacie inter se dimicant, finem

Procop. de bello Wandal. lib. 1. Baron. tom. 7. anno 533.

finem vero tantum, quem Deus voluerit, consequuntur. Nam & corporis prosperitatem, & armorum diligentiam, cæteramque belli præparationem longe inferiora justitia & in Deum observantia esse, non dubium: quam si quis sectatus fuerit, magis ei quam ex supradictis felicitas obuenerit. Prima igitur justitiæ cura, iniuste interfectos vlcisci. Si enim justi & iniusti judicium in eos exerceri, qui prope nos sunt, prætereatur: nullus jā metus erit: vilis admodū fuerit homini animæ ratio. Si quis enim barbarus proximum per ebrietatem occiderit, ac veniæ propterea postulata, se crimine solutū dixerit: peccata licentia longe fuerint peiora. Neque enim vlla ratione fas ebriū esse, multo minus in exercitu militi proximos ob id interficiendo. Ipsa enim per se temulentia, vel cæde non consequente, pœna est digna: quanto magis si ea consequatur: multo item magis in proximum, quam alienum. Exemplum iraq; facti quale sit, & quam detestabile, ipsi conspicitis. Vos ergo manibus temperare, ab iniuriaq; abstinere opus. Nec putatote me conniuentem, iniustum quoquo modo toleraturum: neq; illum quamuis hostibus formidolosum ac terribilem, qui alioquin manibus in hostes puris non feratur, vllo modo commilitonem putaturum: cum frustra sit fortitudo, vbi justitia defuerit. Vbi Belisarius finem dicendi fecit, exercitus omnis & verba Imperatoris non contemnenda considerans, & illorum supplicia spectans, timore corripitur: jamque ex illo frugi esse & ex æquo inter se viuere apud talem Ducem non iniusta passurum cogitabant.

V. *Wamba pugnaturus aduersus tyrannos, adulteros punit milites, & ope diuina hostes superat.*

Ex Luca Tudensi Baron. tom. 8 ad an. Dom. 647. 1. 2. 3. 4.

Anno Redemptionis sexcentesimo septuagesimo quarto, Indictione secunda, Wamba Rex Hispaniarum aduersus tyrannos, qui Galliam Narbonensem, & alia loca regni sui proditione subegerant, comparato exercitu progrediens, diuino munitus auxilio sex mensium spatio eosdem feliciter debellauit, penitusque deleuit. Ad hos autem debellandos tyrannos expeditionem parans Rex maxime pius, primū omnium studuit exercitum communire justitia: quamobrem in ipso procinctu, quo sciuit milites adulteria perpetrasse, jussit amputari virilibus, hanc tanto Principe dignam sententiam promens: Ecce jā judicium imminet belli, & licet fornicari, vt Deus ad iracundā prouocetur? Frustra pergit ad bellum, quem iniquitatis comitatur exemplum. Qui vero primum sceleribus militum eo modo purgauit exercitum, à Deo accepit, vt Angelos haberet cōmilitones. Ita quidem restatur dignus cui credatur auctor nempe visum esse Angelis vallatum exercitum; sed reddamus hic eius verba: Manifeste, inquit, diuina protectio adfuit: quod cælestibus indiciis patuit euidenter. Visus est enim Angelorum excubiis protectus noster exercitus, & ipsos Angelos super castra coruscā volitatione protectionis suæ signa

Adulteros milites punit Wamba certamen initurus.

Wambæ exercitus Angelorum

portendere. Quod & rerum declararunt euenta: siquidem difficillimum bellum aduersus duos tyrannos Vasconum Francorumque roboratos auxilio, ciuitatibus munitissimis tutatos, breuissimo temporis spatio summa felicitate confecit: insuper & post deiectos tyrannos, Lupum Ducem pollentem Francorum viribus nullo negotio superauit, deque omnibus triumphum glorioſissimum egit.

præsentia protegitur.

VI. *Seueritas disciplinæ militaris.*

Ex Roderic. Santio par. 4 hist. Hisp. cap. 7.

Santius IV. qui Alphonso huius nominis decimo patri suo in regnis successit an. Domini 1284. virtutibus pollebat, quæ Reges non mediocriter ornant, præcipue tamen in bellis disciplinæ militaris fuit seueriſſimus custoditor: sæpe enim pro parua inobedientia milites virgis cæsi: ma[illegible] amputauit, inobedientesque in mediis castris [illegible] jussit percuti, nonnunquam propria manu [illegible]cidit: nam cum contra Saracenos bellum gereret, orta semel seditione & tumultu in exercitu, cum per alios sedari non posset, processit Rex nudus sola indutus camisia, ac se in medio suorum inuicem pugnantium iniecit, dicens: O strenui milites, vbi est fides vestra: non in vestros commilitones, sed in me gladios figite, qui vos huc adduxi. At cum ab armis non cessassent, ille inermis vt erat, arrepta lancea duos percussit milites, qui principales in tumultu videbantur, dicens: Aut Saracenos vestros hostes, aut me percurite, qui vos percussi: nec hodie eisdem infidelibus tantam dedetis gloriam, & vobisipsis tam funestam ignominiam, vt gladiis vestris, non hostilib. pereatis. Tunc omnes aut metu, aut pudore ab armis abstinuerunt.

Rigor disci[illegible] mili[illegible]tar[illegible]

VII. *Eiusdem argumenti.*

Constantinus Manasses in Annal.

Inuicta res est justitia, quæ prius infestos potest amicos reddere, ac hostes perinde attrahit, atq; magnes ferrum. Quidam miles Belisarij auem domesticam rapuerat. Ea qui per iniuriam spoliatus erat, clamorem tumultuarium tollit. Quo Belisarius audito factum illud molesto tulit animo: militem rapinæ reditum perquirendo reperit: ardentius excādescens pœnam pro delicto non magno atrocem & grauem statuit: quippe miserum in crucem agi jussit, atque hoc supplicij propter animum iniuriæ cupidum perpeti. Quamuis enim à natura sic comparatus erat, vt perhumaniter cum hominibus ageret, dulcique melle verba sua temperaret, tamen idem notat, experientes & claros in arte sua medicos solere nonnunquam amara miscere.

Belisarij justitia in castigando milite.

Humanitas seueritate diluenda.

VIII. *Consilio vtendum Imperatori in deleiandis hostibus.*

Ex eodem par. 4. hist. Hisp. cap. 3.

Alphonsus X. Castellæ & Legionis Rex [illegible] qui regni initio, oppidum de Niebl[illegible] [illegible]ara-cenos diu [illegible]upatum mensibus [illegible]dit, illudque machinis [illegible]inuo [illegible]t. Occurrit tamen in castris suis in[illegible]dam muscarum plaga, quæ manducare ho[illegible]nes non sinebat, quin & illas vna cum cibis manducarent. Ex quare omnes fere

fere de castris ventris fluxum, quem dysenteriam vocant, incurrerunt, plurimiq; moriebantur. Cum Barones & milites Regi suaderent, vt ab obsidione discederet, ille tamen perseuerandum dixit in re incepta, vt alter Ioab in obsidione Rabba, qui vt scriptura testatur, suorum suasionibus non acquieuit, donec ciuitas, licet cum suorum incommodo, caperetur. Sciebat enim quod (vt ait Hieronymus) absq; perseuerantia nec qui pugnat, victoriam, nec victor palmam triumphi assequitur. Vix itaque Alphonsus verba expleuerat, illico duo monachi ad Regem accesserunt mouentes ad perseuerantiam obsidionis, quoniam Mauri victualibus carebant, muri deniq; rupti erant. Plagam vero muscarum pollicebantur cessare, si eorum consilio Rex annueret. Persuaserunt enim Regi, vt publica banna acclamarentur, vt quisquis certam muscarum summam ad quosdam puteos prope castra afferret, duos Turonenses argenteos pro salario obtineret, qua industria euenit, vt infra biduum tribus profundis puteis muscarum spurcitiis repletis plaga muscalis, simul & dysenteriæ morbus penitus cessarent. Quare à Saracenis cognita, non modo Regi oppidum dedere, sed & multa alia castra & oppida.

IX. *Temeritas in bello periculosa, & epulis vacare atque otio.*

Ribad. libr. 2. de Princip. Christ. c. 48.

CAPTA ab Alphonso Rege VI. Toleto vrbe, & multis oppidis ac populis in potestatem redactis, ita fracti sunt ac debilitati Maurorum animi, vt per multum tempus arma capere non fuerint ausi, atque ita factum, vt Christiani summa quiete & pace frueretur, eiusque dulcedine capti, otio & voluptatibus deliniti, remissa multum pristina virtute, robur illud, quo antea pugnabant, prorsus amitterent. Cum igitur postea Hali Almorauidum Rex Toletanos fines cum numeroso & forti exercitu inuaderet, nec posset Alphonsus Rex ob ingrauescem ætatem & morbos arma capessere, & hostibus obsistere, filium suum Sanctium cum copiis misit: qui victus, & cæsus fuit ad Valessium, (Vrcessium quidam vocant) milites enim, quos ducebat, illecebris deliniti, otio atque voluptatibus effeminati, manibus obtorpescentibus prælium inibant: nec ea erant virtute, qua, cum asperius educarentur, ad labores & Martem obdurauerant. Rex igitur tanti dedecoris ac ignauiæ hanc esse causam intelligens balnea, & alias domos ad voluptatem factas solo æquari jussit, curauitque, vt milites labori ac rebus asperis, vsui & exercitationi assuescerent: atque ita amissum decus

TIT. [illegible] monomachia seu de duello.

1 Reg. 17. *Mirabile duellum [illegible] Dauid & Goliath Gathæum gigantem: Dauid enim puer & inermis, tamen in Domino confidens gigantem Philistæum, fortem peritum & armatum vicit funda & lapide in nomine Domini.*

EXEMP. I. *Bonis adest Deus in se confidentibus, & omnibus bonus praua et multis.*

ANNO Domini vigesimo quarto post sexcentesimum, dum Persæ Romanos bello insequerentur in duello tum facto diuina protectio adfuisse cognita est Heraclio Imperatori, vt merito Dauidicum illud ipsi fuerit occinendum: *Obumbrasti super caput meum in die belli?* cum enim Heraclius ad Sarũ amnem peruenisset, Sarbaras Barbarus Persarum Dux à Cosrohe missus contra Romanos, ponte ex funibus & lana contexto Euphratem transiit, Romanosque insequitur. Imperator Saro transmisso, exercitum quiere relaxat. Venit & Barbarus ad alteram fluminis partem, cumq; cerneret amnem, pontem & propugnacula in eo à Romanis occupata, castra posuit. Romani porro incomposito agmine per pontem excurrentes multos Persas interfecerunt, nequicquã Imperatori obtemperantes, ne ita sine ordine euagarentur, atque insidiis hostium se exponerent. Itaque non multo post à Persis per insidias circumuenti pœnas suæ contumaciæ & temeritatis dederunt. Ipse tunc Imperator suis in periculo constitutis opem tulit, aequendam giganti simili in medio pontis secum congressum ferit, inq; profluentem deturbauit. Cuius casu reliqui etiam barbari territi cum fugam facerent, obsistente pontis angustia, alij in amnem, alij gladiis interfecti sunt. Imperator paucis stipatus sic pugnã obiit fortitudine quam pro hominis natura maiore, adeo quidem, vt Barbaras admiratione perculsus cuidam Cosmæ dixerit: Ridesne, ô Cosma, Cæsarem (agnoscebatur enim insignibus Imperatoriis) quanta is audacia prælium subit, soluſq; contra tantam multitudinem certat? Nox superueniens prælium diremit: Barbarus autem sibi metuens retro abiit.

Theophan. an. 15. Heracl. & Cedren. in compend. Baron. 8. an. 624. 2. 3. Psal. 139.

Inobedientiæ militaris pœna.

Duello Gigantem superat Heracl. Imp.

II. *Radislaus aduersus Wenceslaum insurgens ab eo ad monomachiam prouocatur.*

Radislaus Gurimensis Princeps, Missibogij filij, per iniuriam inuaserat Boemiæ fines, coactus à suis tandem optimus Wenceslaus Boemorum Rex militem collegit. Cum jam dimicaturæ essent acies, Si aliter, exclamat Wenceslaus, nisi prælio res componi nequit, cur non potius sine insontium sanguine, ipsi inter nos singulari certamine decernimus? Nulla fit mora. Loriculum super cilicinam vestem indutus, paruoq; enseculo succinctus Wenceslaus in arenam prodit: at Radislaus cataphractus hastatusque, cum ingenti machæra se infert. Wenceslaus signo crucis frontem pingens subito Angelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, audit: Ne feri, Et repente Radislaus humi procumbens veniam audaciæ popoſcit, seque potestati victoris permisit. Alleuans prostratum Wenceslaus monuit, data venia & dignitate ei restituta, vt contuma-

Io. Dubrauius lib. 4. hist. Boem.

Monomachia Radislao à Wenceslao oblata.

Prodigium.

cumaciam in obsequium debitum verteret, ne post grauius ab irato numine plecteretur.

III. *Duellum inter duos iniquos cum vtriusque detrimento permittitur, vt se mutuo castigent.*

Ex Pet. Mexia Syl. var lect. p. 2. ca. 10. Mart. Delrio to. 2. to. 2 Disq. magic l. 4. ca. 4. q. 4.

Quando miraculo Deus non fauet alteri parti, fieri solet, vt vel maneat res dubia. Sic accidit in pugna duorum Hispanorum nobilium tempore Alfonsi Regis: qui fuit Petri Regis Castellæ pater. Hi fuere Ruy Paez de Viedma, & Paz Rodriguez de Anila: ille hunc proditionis accusauit: hic illum sceleris grauioris vicissim recriminatione pulsauit. Cum ventum esset ad duellum, tribus continuis diebus ab ortu solis ad occasum pugnarunt, multisque se vulneribus affecerunt, & dubia prorsus, nec in vnum, alterumue inclinante victoria, vtrumque Rex innocentem pronunciauit, & æquali virtute præditos amicos esse voluit: asserens eos animositate potius, quam veritate sese mutuo criminis apud Regem accusasse.

Manifestandi criminis gratia duellũ olim concessum.

IV. *Duella iam olim, vt nunc per Concil. Trident. prohibita.*

To. 3. Conciliorum edit. Venet. apud Baro. to. 10. an. 855.

Circa annum Domini 855. creuerat graui animarum damno in populo Francorum abusus, vt causæ sæpius duello dirimerentur: ne inolitũ scelus vlterius patraretur, canonica censura, dignaq; collibuere seueritate: hæc statuit Synodus Valentina: Statuimus iuxta antiquum ecclesiasticæ obseruationis morem, vt quicumq; tam iniqua & Christianæ paci inimica pugna alterum occiderit, seu vulneribus debilem reddiderit, velut homicida æquissimus & latro cruentus, ab ecclesia & omnium fidelium cœtu seperatus, ad agendam pœnitentiam modis omnibus compellatur. Ille vero qui occisus fuerit, tanquam sui homicida, & propriæ mortis spontaneus appetitor à Dominicæ oblationis commemoratione alienus, nec cadauer eius iuxta sanctorum Canonum decretum, cum Psalmis vel orationibus ad sepultũ deducatur. Supra quibus duobus titulis propter funesta & horrenda animarũ, vel etiam corporũ exitia Christianissimi Imperatoris pietas sacerdotali omnium nostrum supplicatione imploranda est, vt tantum malum à populo fidelium suis publicis sanctionibus amoueat, &c. Apertissime vero Concilium Tridentinum id prohibet in hæc verba: Detestabilis duellorum vsus, fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur, &c. Denique laudatissimus Pontifex Gregorius decimus tertius ad omnes Christianos etiam priuatos voluit hanc prohibitionem pertinere, per bullam anno 1050. editam nono Decembris, quæ sic incipit,

Duellum exercentes qua pœna digni habiti.

Duellum à Concilio Trid. prohibitũ.

Ad tollendam intestabilem.

* *
*

TIT. CII. De execratione, seu mala imprecatione.

Istiusmodi imprecatio extat in Deuteronomio: Sitque cadauer tuum esca cunctis volatilibus cæli & bestiis terræ.

Iosue Ducis Israelitarum imprecationes in eum, qui 3 Reg. 16.
Hiericuntem instauraret, ratæ fuerunt. Hiel eum Hierichuntem instaurans duos amisit filios.

Dauid quoque Rex Ioabo, qui Abnerem perfide trucidarat, eiusque domui dira ob hoc facinus imprecatus erat, vt scilicet nunquam ex eius familia deesset, qui leprosus non esset, & quærens panem. 2 Reg. 3.

Christus Dominus fecus Sinam arborem cum solo verbo arentem reddidit. Matth. 21.

EXEM. I. *S. Seuerus imprecatione arborem sterilem fecit, & oratione fertilem.*

Greg. Tur. de gloria Conf. c.

CVm S. Seuerus Presbyter iteraret, incaute Mespili arboris ramo percussus in capite est: quamobrem arescere iussit, & confestim exaruit: at quarta post die, cum rediens animaduertisset eam aridam, pœnitentia ductus, in seipsum animaduertens, iis verbis vsus est: Væ mihi, qui in amaritudine cordis maledixi huic arbori, & ecce aruit, Et quo descendens prostrauit se ad radices eius, & orauit Dominũ, vt reuiresceret arbor: mox ab astantibus visa est virorem, foliaque recipere.

II. *Cum Milles vbi maledixisset subuersioni obnoxia facta est.*

Sozo. hist. Eccl. lib. 2. cap. 14.

Milles Martyr primum apud Persas militauerat, postea vero deserta militia Apostolicam est vitam imitatus. Fertur autem cum Persicæ cuiusdam ciuitatis Episcopus esset, multaque sæpenumero passus, & verbera sustinuisset & tractus, nec vlli isthic persuadere posset, vt Christianus fieret, moleste tulisse, quitatique maledixisse, & abiisse. Paulo post vero, cum primores illic in Regem peccassent, missum esse exercitum cum trecentis elephantis, ciuitatemq; illam subuertisse, & instar arui aratro subegisse ac seminasse. Milles vero peram duntaxat circumferens, in qua sacrum Euangeliorum codicem habebat, Hierosolymam vsque peruenit, in votis habens illinc & in Ægyptum descendere, vt monachos illic videret.

III. *Seuerus assensus Synodo maledicere sibi licio afficitur.*

Euagrius l. 1. hist. eccl. lib. 4. ca. 4. Niceph. 17. cap. 2.

Seuerus quidam qui Antiochiæ thronum Episcopalem per tyrannidem occupabat, [illegible] in Chalcedonensem Synodum inuectus, [illegible] Anathemate damnare non cessabat, præsertim in litteris, quas ad amicos mittebat. Hunc autem Seuerum fidelissimus Imperator Iustinus primus, primo Imperii sui anno, comprehendi, cõmeritasque pœnas pendere, linguamq; eius radicitus ex-

scindere iussit: eamque exequutionem Irenæo demandauit, qui in Oriente Antiocheno Magistratui præerat.

IV. *Virgo diabolum compellans obsidetur, & à viro religioso liberatur.*

Ioan. Nider. li. 5. Formicarii. c. 2.

Tempore quo in Vniuersitate Colonien si sacræ Theologię studio adscriptus fui (vt ait Ioannes Nider:) quædam virgo quindecim annorum, moribus, secundum sæculum, totis composita, in domo cuiusdam suæ consanguineæ nutriebatur extra domum parentem. Cumque cognatæ suæ scyphum satis vilem terreum quendam à casu fregisset, cognata ita replebatur in lapsus negligentiam, & in eam virginem [illegible] virgo tanto hoc molestius tulit, quanto vasculum [illegible] filius extitit. In iram ergo commota virgo, hora [illegible] mendi cibũ, nec comedere, nec ad mensam præ ira se præsentare voluit: cuius cognata ait: Oportet vt comedas: at virgo apud se (vt mihi postea & exorcistæ retulit suo) huiusmodi verba submurmurando dicebat: Si me oporret edere, in nomine diaboli fiat: sic mensam accessit, benedictionem mensæ, quã benesciebat, dicere neglexit: & in primo morcello, vt putabat, muscam ori illatam sensit: quam cũ nulla arte ei cicere valeret, deglutiuit, & immediate obsessa fuit: semper tamen vsum rationis bonum habuit, licet sæpe satis vexaretur à dæmone. Cum autem in domũ parentum cum magna mœstitia reduceretur, & diutissime nullus reperiretur: qui liberare posset: tandem quidam frater nostri ordinis, nunc Magister Gotfridus Schlusselsacræ Theologiæ professor, calamitati parentum & puellæ compatiens, se in eius exorcisatione intromisit, pactorali præuio: vt si liberaretur, nihil terreni exorcistæ daretur: sed puella in castitate solita si vellet, libere, & nõ in matrimonio de cætero Deo militaret. Legit igitur pater præfatus missam, obtulit obsessa oblationem consuetam, in eadem adfuit per totam, & in nullo vexari videbatur: sed postquo officio, post satis diutinum exorcismi actum, membris omnibus virginei corporis pæne præcontusis, exiit dæmon, & ita virgo deinceps Domino in castitate seruiuit.

V. *De Stephano presbytero, cui diabolus aduocatus caligas è tectis extraxit.*

Gregor. Magn. li. 3. Dial. cap. 20.

Qui iam qui nunc nobiscum sunt, rem hanc, quam narro, testantur. Vir vitæ venerabilis Stephanus nomine Valeriæ prouinciæ presbyter fuit, huius [illegible] Bonifacii Diaconi atque dispensatoris ecclesiæ [illegible] dione proximus. Qui quadam die de itinere domũ regressus mancipio suo negligenter lo[illegible] dicens: Veni diabole, discalcia me. Ad [illegible] mox cœperunt [illegible] de corrigiæ in subito velocitate [illegible] soluere, vt aperte cõstaret, quod [illegible] dominatus fuerat, ad extrahendas caligas [illegible] obediisset. Quod mox vt presbyter vidit, vehementer expauit, magnisq; vocibus clamare cœpit, dicens: Recede miser, recede, non enim tibi, sed mancipio meo locutus sum. Ad cuius vocem protinus recessit: ita vt inuentæ sint magna iam ex parte dissolutæ corrigiæ. Qua in re colligi potest, antiquus hostis, qui tam præsto est factis corporalibus, quam nimis insidiis nostris cogitationibus insistat.

Diabolus inuocatus discalciat Stephanũ.

VI. *Comitissa Hollandiæ per pauperculæ mulieris imprecationem 365. proles parit.*

Albert. Crant. in Vandalia. Ludouic. Guicciardin. in sua Belgiographia. Aurian. lun. in h. st. Batauiæ c. 20. Iac. Meyer. Ann. Fland. lib. 9. an. 1278.

Margarita Florentii Comitis Hollandiæ & Mathildis filia, cum mulier mendica illam accederet geminis vlnis geminos gestans filios vno partu genitos, & eleemosynam ab illa peteret, eam non solum cum repulsa, sed cum acerbo etiam conuitio excepit: nec fieri posse dixit, vt vno ventre duos filios pareret, nisi duos simul patres habuisset, alterũq; filiorũ ex adulterio concepisset. Pauperula contumeliã sibi factam valde dolens, à Deo precibus hanc gratiam in pudicitiæ suæ testimoniũ impetrauit, vt Margarita, vterũ tum ferens pares numero cum diebus anni filios pareret. Vnde postea per omnipotentiam suam votis fœminæ pauperis, cuius se adiutorem fore in sacris litteris passim profitetur, benigne annuit, & Comitem trecentarum sexaginta quinq; proliũm vno partu matrem effecit, vt testatur inscriptio epitaphii in templo pagi Losdunensis haud procul Hagha Comitis siti quæ talis est: Illustris Domini Florentii Comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mathildis filia Henrici Ducis Brabantiæ, fratrem quoq; habuit Guilielmũ Alemaniæ Regem: Hæc præfata Domina Margarita anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, ætatis suæ anno quadragesimo secundo, ipso die parasceues, hora nona ante meridiem, peperit infantes viuos promiscui sexus numero 365. qui postquam per venerabilem Episcopum D. Gudonẽ suffraganeũ præsentibus nonnullis proceribus & magnatibus, in pelui quadam baptismi sacramentũ percepissent, & masculis Ioannes femellis vero nomen Elizabeth impositum fuisset, ipsorũ omniũ simul cũ matre animæ ad Deum æternaliter victuræ redierunt: corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

Horrendus imprecationis malæ effectus.

Partus mirabilis Mathildis Comitis Hennembergensis.

VII. *Dæmonem aduocans eius sensit præsentiam.*

Ex Annal. Sacer. anni 1595. Nouembre pag. 250.

Nobilis adolescens, sanguine potius quam virtute, cum aduersus fœdam aeris tempestatem calceos induere, & alterum, quod angustior esset, cacodæmoni deuouisset, mox vocati ars non defuit: fulmen enim maxima vi in pedem incidit, calceũque pedi excussit: & qua vi deciderat, eadem dimidiatum calceum fulmine conspersum Carpentoratum ad energumenũ detulit: quem vt vidit obsessus: Bene habet, inquit, alter calceus meus erit. Qua supplicii leuitate didicit adolescens non euocandũ facile tam facilem ad inferenda supplicia humani generis hostem.

VIII. *Imprecatione dæmonum domus occupatur.*

Fœmina.

Fœmina quædam nacta ex Anabaptistarũ fæce maritum, cum iniquo pateretur animo quotidianis hæreticorum conuentibus sedes domesticas inquinari, illis sedibus imprecata est, vt quotquot celebrari capitibus consuessent, tot dæmoniis redderentur infestæ: habueruntque subitum tam diræ preces euentum. Ex eo enim tempore, tanquam accepta possessione traditi domicilii, tanta ibi malorũ dæmonũ turba debacchari solita, vt diu domini pauore perterriti cedere nouis dominis sint coacti.

Præceptum VI. Decalogi.

Non mœchaberis.

TIT. CIII. De fœdo adulterii peccato.

Leuit. c. 20. *Adulteri lege à Domino præscripta lapidibus obruebantur.*

Num. 34. *Ob vnius libidinem, non solum qui scelus admisit, sed & vniuersa interdum ciuitas deleta est.*

2. Reg. 11. *Dauid Rex post commissum adulterium sui dissimillimus, repente ex mitissimo crudelis factus est.*

3. Reg. 11. *Salomon cum se totum in mulierum libidinem profudisset, ita à vera religione se auertit, vt deos alienos sequeretur.*

EXEM. I. *De fœdissimo Maxentii tyranni adulterio.*

Euseb Cæsar. lib. 1. vita Constantini Magni c. 27. & 28. MAxentius tyrannus, qui vrbem omnium regiam vi & armis occupasset, tantum scelere & impietate processit, vt nullum audax, nullum nefarium & impurum facinus omnino, prætermisisse videretur, quod non perpetrasset. Nam coniuges legitimas vi à viris abstraxit, easque turpissime oppressas violatasque ad viros remisit: idque petulanter & contumelioſe admisit nõ in ignobiles aut obscuros, sed in eos, qui in senatu Rom. facile primas tenuerunt. Et quamuis infinitas fere liberas & ingenuas mulieres per vim flagitioſe violasset, nullo modo tamen poterat intemperantem & effusam animi sui libidinẽ explere. Postquã autem in Christianas mulieres cęca cupiditate ferri cœpit, nõ potuit omnino per suos prouidere, quo facilius sibi ad eas pateret aditus. Nam illæ citius vitam cum morte commutare volebant, quam corpus ei violandũ permittere. Ex quibus vna, eaque vere Christiana, viro ordinis senatorii, qui Præfecturam Romanorũ gerebat, in matrimonio collocata, vbi i los qui in talibus flagitiis tyranno subseruire cõsueuerant, præ foribus ædiũ adesse, & virum suum meru adductum, illis, vt prehensam abducerent, præcepisse accepit, exiguo tẽporis spatio postulato, quo corpus consueto apparatu decenter ornaret, in cubiculum ingreditur. Quæ cum sola esset, gladio transfigit pectus, statimq; mortua cõcidit: cadauere

Maxentius homo libidinosissimus.

Mulieris coniugatæ illustris continentia.

ductoribus relicto. Quæ reuera omnibus hominibus, tum qui sunt, tum qui post futuri sunt, rebus ipsis, quæ multo plus habent ponderis ad fidem faciendam, quam verba, perspicue declarauit, celebrem illam & multorum sermonibus nobilitatam Christianorum continentiam, rem esse solam, quæ nec libidine expugnari, nec flagitio perimi labefactarique possit.

II. *De adultero, qui cultum dæmonis præse ferre videbatur.*

Tho. Cantipr. l. 2. de vniuerso c. 30 p. 40. Hic de latere coniugis intempestę noctis silentio vice quadam exsurgens, completo cũm aliena flagitio, domũ luna lucente redibat. Cuius faciem per feneſtram intrantis vxor eminus contemplata; clamar horrifice: ad eius clamorem ancillæ domus & famuli concurrentes mox cultum domini pariter conuolarunt, quasi aconspectu dæmonis exturbati. Quod vt miles vidit, animaduertit faciem suam à forma propria recessisse, & diuino iudicio secundum vtilitatem peccati confusionis ignominiam induisse. Ergo vbi delituit vsq; mane, properat versus ecclesiam, vt cõfessus sacerdoti speciem propriam recipere mereretur. Cui cũ vaccę & pecudes vllæ procedentes ad pascua longius obuiarent, mendiros dedere mugitus, & quasi subito minaci fremine retroactæ, quæque quoq; possunt diffugiunt. Item pastores & obuii quiq; fecerunt. Sacerdos autem in ostio ecclesiæ ad dicendas horas residens, mox vt illum vidit, signauit se, & intrans ecclesiam, ostium post se clausit. Tunc miles ante fores ecclesiæ sese prosternens, Miserere, inquit, pater sancte, miserere miserrimo peccatori. Non sum ille, qui videor, sed hoc mihi peccatis meis exigentibus accidit, vt mea larualis facies videatur, sed pœnitenti iniunge quod vis, & sic de me quod Deus voluerit, expectabo. Nec mora, vbi miles cum mira contritione & lacrymis est confessus, larualis illa confusio derelicta est, & propriam faciem cum sua integritate recepit.

III. *Species gratiosa mulieris in ingratam & horridam per adulterium mutatur.*

Ioan. Nider. lib. 2. Formicar. c. cap. 10 Noui aliquando nobilem & deuotum militem, qui vxorem pulchram habuit, deceptam occulte paulisper à quodam adulterio, cui satis conglutinato amore affecta & iuncta erat. Expertus illud miles maritus prudens, qui animam pulchritudinis vxoris curare volebat, secrete vxorem accersiuit, vultum eius (vt mihi miles retulit) horridum animis vidit: ei sanctis & piis monitionibus contritionem super scelere, & pœnitentiæ sacramentum [illegible] & per Dei gratiam ad hoc exequendum vsque perduxit. Quo facto & sacramentali [illegible] a sacerdote sedes, casto marito [illegible] vita est pristinã recuperasse faciem [illegible], quam antea sensibiliter perdidisse debebat.

IV. *Paulus Simplex Bononiæ discipulus vxorem in adulterio deprehensam occidit, & fit eremita.*

Legitimam adulterij pœnam

commota illa resonarent, & prætereuntes quandocunq; flagitium tantum non lateret, sed potius tinnabulorum sonitu pœna illa cum iniuria & contumelia coniuncta indicaretur. Quam & ipsam vbi cognouit, pudicissimus non tulit Imperator, sed tam impudentem & obscœnam consuetudinem abolere renouauit. Nam & fistra (ita enim quæ ad tantam contumeliam extructæ erant domunculæ vocabantur) omnino euertit, & adulteras aliarum legum coercitionibus constitutione lata subiecit. Sic fœda illa contumeliæ plena consuetudine diuinissimus Imperator vrbem Romam liberauit.

VI. *Quibus pœnis affecti sint olim adulteri apud infideles.*

Bonif. sedis Apost. legatus epist. 23. ad Theobaldū an. Christi 170.

Adulterij crimen non solum Christianis, sed & ipsis etiam Paganis in opprobrium & verecundiam vertitur: qui licet Deum verum ignorent, naturaliter tamen quę legis sunt, & quod ab initio Deus cōstituit, custodiunt in hac re nam propriis vxoribus fœdera seruantes, fornicatores, & adulteros puniūt. In antiqua Saxonia si virgo paternam domum cum adulterio maculauerit vel si mulier maritata, fracto fœdere matrimonij, adulterium perpetrauerit: aliquando cogunt eam propria manu per laqueum suspensum vitam finire: & super bustum illius incensę & concrematæ corruptorem eius suspendunt, aliquando congregato exercitu fœmineo flagellatam eam mulieres per pagos circumquaq; ducunt, virgis cædentes, & vestimenta eius abscindentes juxta cingulum, & cultellis suis totum corpus eius secantes, & pungentes minutis vulneribus cruciatam, & laceratam de villa in villam mittunt, & occurrunt semper nouę flagellatrices zelo pudicitiæ adductę, vsquequo eam aut mortuam, aut vix viuam derelinquant, vt cęterę timorem adulterandi, & luxuriandi habeant: & apud Persas, quod fœdissimum & deterrimum genus hominū, tam magno zelo matrimonium amore mutuo obseruant, vt mulier viro proprio mortuo viuere recuset: & laudabilis mulier inter illos esse judicatur, quæ propria manu sibi mortem intulit vt in vna strue pariter ardeat cū viro suo.

TIT. CV. De incestu, aliisque fornicationis speciebus.

Gen. 49. *Ruben filium Iacob, quod patris lectum incestu polluisset eum in benedictionem in maledictionem conuertit.*

1. Paralip. 5. *Item quoque ætatis prærogatiua ablata, & Iosephi filij ætate natu primi eius iure primogenitorum, sed filij Iosiph Ephraim & Manasse.*

2. Reg. 13. *Ammon filius Dauid Thamar sororem suam oppressit, propter quod posteà occisus fuit.*

EXEMP. I. *Vt percussum incestus hominem dementatum reddat.*

POST mortem Edelberti Regis Anglorum, cum filius eius Eadbaldus regni gubernacula suscepisset, magno tenellis adhuc ibi Ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non solum Christi fidem recipere noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter gentes auditam Apostolus testatur, ita vt vxorem patris haberet. Quod vtroque scelere occasionem dedit ad priorem omitum reuertendi iis, qui sub imperio sui parentis vel fauore vel timore regio fidei & castimoniæ jura susceperant. Nec supernæ flagella districtionis perfido Regi castigando vel corrigendo defuere. Nam crebra mentis vesania, & spiritus immundi inuasione premebatur. *Beda lib. 2. hist. Eccles. gentis Ang. cap. 5.*

II. *De canibus contemnentibus panem ab incestuoso homine proiectum.*

Cum tempore Alexandri Papę I. incestuosorum numerus increbesceret, iidemque contumaces & contemptores excommunicationem ecclesiæ vilipenderent, nec recedere ab improbato coniugio vellent: Deus in vnum ipsorum in exemplum ceterorum diram vindictam exercuit, atque irrationabilium bestiarum facto, quid rationali homini sit faciendum, ostendit. Rem gestam ab Episcopo Aptarensi Pio nomine acceptam omni fide testatam sic ipse recitat Petrus Damiani in epistola ad Alexandrum Papam electum, & ad Hildebrandum: Quidam, inquit, degener quidem moribus, sed maiorum titulis insignitus suam cōsanguineam nuptiali fœdere copulauit. Quid plura? Prohibitus perstitit, excommunicatus adhæsit, torumq; ecclesiasticæ censuræ vigorem nugatum puerilium fabulas deputauit. Cui hoc certe ad diuinæ indignationis indicium contigit, vt panes de baptialibus mensis in plateas ante canum ora proiecti minime tangerentur. Insuper (ô diuinę animaduersionis pauēda seueritas) dum rigidus stat, dum præceptis sacerdotalibus se non humiliat, qui vigilare sibi ad salutem noluit, in cubiculo dormientem repente de cælestibus irruens fulmen extinxit. Sic diuini furoris expertus est moriendo sententiam, qui vulneri suo, dum viueret, adhibere contempserat medicinam. *Ex Petr. Damian. epist. ad Alex. pp. Baron to. 11. ad an. Chri. 1065. 23.*

Incestuosus punitur diuinitus.

III. *Grimoaldus Dux incestuosus à S. Corbiano egregie redargutus resipiscit: sed relapsus cum tota domo perit.*

Grimoaldus Dux filius Theodonis Ducis Bauariæ fratris sui Theodoaldi viduam sibi in vxorem copulauerat, quod cum Corbianus Frisingensis Episcopus cognouisset, Principi per dilectum eius cubicularium demandauit, nequaquā se faciem illius videre velle, antequam lasciuam coniugem à se expelleret. Sed cum Episcopi dictis consentire nolleat, ipse in sua perseueraret sententia, eiq; egregij prædicatoris Pauli ea verba demandauit, inter cetera: Quia *neque adulteri, neq; fornicatores regnum Dei possidebunt.* Illa autem funestæ Herodiadis sequens exem- *Ex Aribone in vita S. Corbian Baron. tom 9. 724.* *1. Cor. 6.*

exemplum, de morte viri Dei cum maleuolis quibusdã tractare cœpit. At vir Dei meminerat pro tali crimine Ioannem increpasse Herodem propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo viuenti vxorem, atque ob hoc ab eo interemptum esse: ideoq; nullatenus in tantum facinus se consentire prædixit, anteq; se esse potius moriturum. Sic ergo quadraginta diebus ab eorum se subtraxit obtutibus, eosque per suos jugiter admonere non destitit, vt tam execrabile coniugium relinquerent; congruisque temporibus jam quidem si conuerterentur ad pœnitentiam, blandis sermonibus, Dei regnũ promisit: porro si permanerent in malitia, terrorem magni judicij Dei, æternumque eis cito venturum minabatur supplicium. Tandem omnipotentis Dei consolante clementia, perduxit eos ad promissionem separationis suæ. Tunc vir sanctus in Domini Iesu Christi confisus gratia eos fecit ad suam venire præsentiam: qui venientes humi se prostrauerunt ambo, & extẽsis ad pedes eius brachiis, se grauiter peccasse, se nimium reos esse confessi sunt, & ita pura confessione ad pœnitentiæ confugerunt remedia. Quorum capitibus vir Dei manus imponens signo æternæ salutis eos munire curauit, ex humo eos erigens, tum grauiter pœnitentiam designauit, viam eis salutis ostendit, remediorum solatia eleemosynarum largitate, jeiuniorum & orationum frequentia adipiscẽda monstrauit: & vt amplius peccare cauerent, solicite præmonuit. Deq; domum ingressi communiter sumpserunt cibum: sicut autem à mensa Principis vir Dei alimoniam corporis sumpsit, ita illis alimoniam animarum prædicando verbum Domini ministrauit. Verum cum non longius (vt par erat) à se fœminam illam Grimoaldus ablegasset, reuersus ad vomitum, vlciscẽte numine, in se suosque Dei vindictam miser expertus est: siquidem illa nece subtrahere virum Dei hausto veneni cum cogitaret, & opere explere curaret, defendente Domino vir sanctus periculum impendẽs euasit: vindicta autem in domum eius conuersa est. Quę autem (inquit) tales insidias fuerit secuta vindicta, silentio non est premendum. Filius Grimoaldi, quem nefando crimine machinis diaboli incantauerat, reb. excessit humanis: eoque mortuo, Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus est. Prędictus Ninus, qui necem Episcopo per venenũ scilicet afferre voluit, probrosa morte vitam finiuit: cum enim ventrem purgaret, lancea percussus interiit. Ad vltimum vero Phildrud Carolum Marcellum scilicet in Gallias sequens, pro meritis eius ab eo repudiata omnem honorem & gloriam perdidit, propriisq; exuta substantiis, nouissime nihil nisi vnum asellum ad subuectionem possidens, in Italia vitam finiuit: nati eius, qui ex illius prodierant vtero, cum multa tribulatione regno priuati vitalem amiserunt statum.

Matth. 14. *Marc.* 6. *Luc.* 3.

Incestuosorum pœnitentia.

Dei vindicta in Grimoaldum & Phildrud fratris viduam.

IV. *De horrenda pœna viri filiolam, quam vocant, violantis*

Terribile etiam quiddam in Valeriæ prouincia contigisse, vir vitæ venerabilis Maximianus Syracusanus Episcopus, qui diu in hac vrbe meo monasterio præfuit, narrare consueuit, dicens: Quidam curialis illic sacratissimo Paschali sabbato jnuenem cuiusdam filiam in baptismate suscepit. Qui dum post jeiunium domum reuersus, multoque vino ebriatus eandem filiam suam secum manere petiit: eamque nocte illa (quod dictu nefas est) perdidit. Cumq; mane facto surrexisset, reus cogitare cœpit vt ad balneum pergeret, ac si quod balneum lauaret maculam peccati. Perrexit igitur, lauit, cœpitq; trepidare, an ecclesiam ingredi vellet, scilicet si tanto die non iret ad ecclesiam, erubescat homines: sin vero iret, pertimescebat judicium Dei. Vicit itaque humana verecundia, perrexit ad ecclesiam: sed tremebundus ac pauens stare cœpit, quę per singula momenta suspectus, quod horrenda immundo spiritui traderetur, & coram omni populo vexaretur. Cumq; vehementer timeret, ei in illa Missarum celebritate quasi aduersi nihil contigit, qui lętus exijt: & die altero ecclesiã iam securus intrauit. Factumque est, vt per sex continuos dies lætus ac securus procederet, æstimans quod eius scelus Dominus aut non vidisset, aut visum misericorditer auertisset. Die autem septimo subita morte defunctus est: cumque sepulturæ traditus fuisset: per longum tempus cunctis videntibus de sepulcro illius flamma exiit: & tamdiu ossa eius concremauit, quousque omne sepulcrum consumeret, & terra, quæ in tumulum collecta fuerat, defossa videretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens ostendit, quid eius anima in occulto pertulit: cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma consumpsit. Qua in re nobis quoque hæc audientibus exemplum formidinis dare dignatus est: quatenus ex hac consideratione colligamus, quod anima viuens assentiens pro reatu suo patitur, si tanto hic ignis supplicio etiam in sensibilia ossa concremantur.

Greg. libr 4. Dial. cap. 32.

Judicium Dei timendum.

Iustitiæ Dei seueritas in peccatores etiam hic apparet.

TIT. CVI. De stupro & raptu.

Pharao, cum Saram vxorem Abrahami (sororem eam esse illius credens) matrimonio sibe copulasset, magnis cladibus à Deo fuit affectus, donec eam Abrahamo reddidit. *Gen.* 12.

Abimelech Gerarorum Rex, cum Saram Abrahami vxorem rapuisset, Domini manum vindicem expertus est: ita vt tota eius familia sterilis fuerit reddita, quoad Saram Abrahamo cum muneribus restituit. *Gen.* 20.

Puella stupro sponte consentiens apud Israelitas lapidibus obruebatur. *Deut.* 22.

EXEMPLI. *Diuinitus puniuntur volentes violare beatam Flauiam.*

CVm ad Ducis in Sicilii imperium leones sanctam virginem Flauiam vellent stuprare, vim ei inferre volentes, quicunq; eorum ad eam conringentam missent, stupebant nerui eorum, & arefiebant

In vita S. Placidi c. 12. apud Sur. 5. Oct.

manus & brachia eorum, & præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant.

II. *Luxuriosi B. Iulianam violare tentantes ab Angelo prohibentur.*

Metaph. 5 S. Pauli & Iuliana Martyrum ca. 17. apud Sur. 17. Augusti.

Cum Aurelianus Imperator Iulianam jussisset in lupanari constitui, multi qui circumstabant, scelesti & nefarij homines, certatim contendebant, quis ad eam primus ingrederetur: erant n. velut equi hinnientes, eius puellæ forma compulsi. Mox v. Angelus Domini descendit de cœlo, & dixit: Ne timeas, Iuliana, Dominus enim Iesus Christus, quem tu colis, misit me, vt te protegam, & sanctum nomen eius notum faciam omnibus timentibus eum. Cum vero impudici illi à cœpto illo minime desisterẽt, Angelus excussit è pedibus suis puluerem, & in eorum oculos iniecit: atque eos excæcarit. Quapropter neque amplius cernebant vbi essent, aut quo irent, neque ad illam accedere poterant. Id cum turbæ vidissent, quod admirabiliter factum fuerat: vno animo clamabant: Magnus est Deus Pauli & Iulianæ, qui vbique eos seruat & protegit, qui illum timent. Qui autem excæcati fuerant flexis genibus supplices eius opem implorabant, dicentes: Iuliana, serua Dei altissimi, peccauimus quidem contra te, cum stulte atque insipienter nos gessimus: sed tu da, quæsumus, nobis veniam, vt Dei serua: & precare Christum tuum, vt nobis visum restituat. Eorum misericordia commota Iuliana paulum aquæ accepit: & cum oculos in cælum extulisset, Deum inuocauit, ita dicens: Dñe Iesu Christe auctor omnium salutis, exaudi me, & nunc etiam ostende miracula & prodigia, quæ facis propter nos filios hominum. Restitue his viris facultatem videndi, vt sanctum & gloriosum nomen tuum celebretur. Hæc cum dixisset, aquam supra turbas illas infudit, & omnes, qui excæcati fuerant, eum receperunt. Tum illi ad terram prostrati Deo gratias reddebant pœnitentiam agentes. Cumque peccata sua confessi essent, Christiani facti sunt.

III. *Perpetuis carceribus destinatur Comes Sanctius ob stuprum cum sorore Adefonsi Regis perpetratum.*

Eus. Tud. in Chron. ara 818.

Adefonso casto & pio Froylani Regis filio soror erat nomine Xemena, quam Sanctius Comes adamauit, & ex ea filium genuit nomine Bernardum. Rex autem, vt factum comperit, nimis iratus Comitem Sanctium in castra de Luna sub juramento perpetuo incarcerauit, & sororem suam in ordine monastico posuit. Fecit tamen Bernardum delicate nutriri: & quia non habebat filium, illum tenerrime diligebat. Ille Bernardus postquam ad adolescentiam venit, tanto viguit robore, vt nullus miles tunc temporis posset ei viriliter adæquari.

IV. *De raptore legitimi castigato.*

Io. Zonar. to. 3. Annal.

Leo Armenius Imper. etsi non ita pius, tamen in Repub. administranda non segnis erat: sed acer admodum & vigilans, iniuriasque coercebat. Orâtus igitur à quodam, qui vxorem à senatore quodam sibi raptam esse querebatur, & addebat, se frustra Præsidis opem imploraſſe: Crimine probato, statim Præsidi potestatem abrogauit, raptoremque legibus puniendum tradidit.

V. *De stupratore & simul raptore à puella ad raptum oppressa occiso, & bonis omnibus spoliato.*

Io. Zonar. to. 3. Annal. & Cedren.

Tempore Michaelis Paphlagonis Imper. Constantinopolitani accidit quiddam memoria dignũ. Barangorum per Prouinciam Thracensium in hyberna dispersorum quidam mulierem indigenam solam nactus de stupro appellauit, ac recusanti vim inferre aggressus est. Ea barbarum, correpto viri acinace, in eum ferit, ac statim necat. Quod factum cum per vicinam innotuisset, coiuere cæteri Barangi, & mulierem coronauere, omnibus etiam bonis eius, qui ipsum voluerat violare donatam: ipsum autem insepultum abiecerunt, vt lex jubet eos, qui sibi mortem consciuerunt.

Miræ castitatis exemplum.

VI. *Ob stuprum bello vincitur & regno Hispania privatur Rodericus Rex.*

Ex Ioan Magno Thesaurum Politicor. Aphorism. lib. 6. cap. 2.

Rodericus Gothorum Rex in Hispania Iuliani Comitis Calabriæ filiam per vim stuprarat. Qua iniuria motus pater ingentes aduersus eum Saracenorum, & Maurorum copias in Hispaniam aduocauit: à quibus Rodericus cum filio est interfectus. Quo factum est, vt imperium tum Gothi in Hispania amiserint. Feruntur autem cæsi ex vtraque parte septies centena millia hominum: atque ita ruina & mutatio regni Gothici extitit à libidinis pœna.

Præceptum VII. Decalogi.

Non furtum facies.

TIT. CVII. De furto, eiusque pœnis.

EXEMP. I. *Fures pecuniarum auiditate incensi duos pauperes eremitas S. Romualdi socios trucidant.*

Apud Sur. to. 3. die 19. Iunij cap. 32. & Baron. t. m. 10. ann.

BOleslaus Dux Poloniæ volens coronam sui regni ex Romana auctoritate suscipere, duos ex discipulis S. Romualdi (qui ibi erant prædicationis gratia) obnixa cepit supplicatione deposcere, vt ipsi plurima eius dona Papæ deferrent, & coronam sibi à Sede Apostolica reportarent. Qui regiæ petitioni assensum penitus denegantes dixerunt: Nos in sacro ordine positi sumus, tractare nobis sæcularia negotia minime licet. Et ita relinquentes Regem ad cellam reuersi sunt. Quidam v. Regis familiares agnoscentes eius desiderium, sed quid sancti viri respondissent, ignorantes, copiosum auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, secum eos detulisse ad cellulam falso opinati sunt. Deinde intra se conditione pacta condicunt, vt noctu eremum latenter ingressi, & monachos interficerent, & pecuniam aspor-

Negotia sæcularia per viros spirituales non tractanda.

Mo. & Benedictus eremitæ à furibus trucidati.

asportarent. Quos cum beati viri tentantes irrumpere persensissent, aduentus eorum causam protinus agnoscentes confessionem inter se fecere, & sanctæ crucis se cœpere vexillo communire, erant autem ibi duo pueri, eorum obsequio ex aula regia deputati, qui, prout vires dabant, stare pro sanctis, & furibus resistere nixi sunt. Fures reperto tandem aditu irruentes extractis gladiis omnes pariter occidere. Tunc thesaurum anxie perquirentes, sed enersis omnibus & nihil inuenientes: vt tanti reatus crimen obtegerent, & humana suspicio non armis, sed flammis potius, quod fuerat, deputaret: cellam incendere, & ipsa Martyrum conati sunt, cadauera conflagrare. Sed admoti ignes amissis naturæ viribus nihil omnino consumere vllis hominũ studiis potuere: ita n. eos ipsa etiam parietum materia repellebat, ac si pro lignis durissimi silices essent. Erustrati itaq; fures in fugã se conferre nituntur: sed & hoc illis diuina prouidentia denegatur: tota siquidẽ nocte per frutera nemorũ, per latitudinẽ saltuũ, per opaca siluarũ viam anxiati sunt quærere, quam nullatenus valuere errantibus vestigiis inuenire: sed neq; pugiones in vaginas arefactis brachiis recondere potuerunt. Vbi vero Sanctorum iacebant corpora, copiosum lumen vsq; ad diem splendescere, & dulcissima Angelicæ cantilenæ non desiit suauitas resonare. Aduenientẽ a die, quod factum fuit Regem latere non potuit. Qui illico aduenies cum copiosa populi multitudine festinauit, & ne fures euaderent, facta corona hominũ, totam siluam vndique circumcinxit: qui tandem reperti sunt manifesti criminis rei, & ad gladios suos adhuc vltione diuina ligati. Rex a quid de eis faceret habita consideratione deliberãs, hoc postremo decreuit, vt nequaquam eos, sicut merebantur, occidi præciperet, sed ferreis catenis vinctos ad sepulcra Martyrum destinaret, quatenus aut ibi vsq; ad obitum in vinculis viuerent miserabiliter, aut si sanctis Martyribus aliter videretur, ipsi eos sua misericordia liberarent. Qui cum ad Sanctorũ tumulum fuissent ex præcepto Regis attracti; mox ineffabili diuinitatis omnipotentia fractis sunt nexibus absoluti. Deinde facta super Sanctorum corpora basilica, innumerabilia non solum tunc, sed & nunc ibi fiunt ex diuina virtute prodigia.

Sanctorum cadauera conflagrare nequeunt.

II. *De fure ob ereptum S. Odiloni mẽsa velamen vltione diuina pedibus, & manibus correpto.*

Pet. Damia. Cardin. Ostien. de vita eius apud Sur. 1. Ian.

Cum B. vir Odilo cum Henrico Rege, qui postmodum factus est Imperator, in Ticinensi vrbe simul consisteret, & Dominicæ Natiuitatis gloriam celebraret, contigit, vt velamen mensæ eius, artificiosa textrini laboris operatione conspicuũ, sacrilega fuisset fraude sublatũ. Postquã autẽ vir Dei cũ Rege discessit, fur qui rapuerat, iam securus, proposuit velamen in foro venalium. Sed dum illi dispositio cœlestis obsistit, sancta distrahi præda non potuit. Ter igitur quod subduxerat, inter nundinarum merces exposuit, tertio subtiliter attentauit: sed cum emptoribus de pretio penitus conuenire non potuit, nec inter distrahentem & coementes pacisci valuit venale cõmercium: quia diuina dispositio conatibus hominũ negauit effectum. Interea sceleris huius auctorẽ vltio diuina corripuit, & manus, quæ sacrilegium perpetrauerant, ad pedes, quibus raptor aufugerat, arefaciens intolerabili dolore constrinxit. Mox itaque compulsus languore ad ecclesiam beati Maioli manibus alienis auehitur, mantile sublatum ad reatus indicium corã cunctis appenditur, & diuina clementia ab omni populo, qui pericus huius famæ rumore confluxerat, imploratur. Sic itaque beati Maioli meritis, ac precibus fratrum sibi seruientium [illegible] & incolumis factus, velamen reddidit alienum, & recipit semetipsum.

III. *De furibus diuinitus per miraculum vinctis, & inde ad meliorem frugem redactis.*

Euseb. Cæs. lib. 5. c. 4. Nic. lib. [illegible] cap. 42.

Illustre illud Spiridonis factum huic subiungam: Fures aliquando noctu irruisse dicuntur in sancti viri ouile, insidias gregi eius tendentes, & clamores aliquot capere conantes. Et cum nemo eis cõpedes iniceret, derepente diuinitus vincti sunt. Aurora illucescente, magnus ille vir adest, manus eorum post terga redactas inuenit, subridet: vincula illa, quæ sub oculos nõ caderent, soluit: docens eos admonet, licuisse eis, si quid petiissent, accipere: neque opus fuisse, cur noctu se ærumnose fatigarent: mores eorum ad meliorem vitam, vt [illegible]sto quæstu vitam tolerarent, transformat: & postremo ærumnæ eorum misertus: Abite, inquit, & arietem hunc accipite, ne noctem hanc frustra peruigilasse videamini, repsehensionemque mihi, propter toleratos domi meæ labores, veluti qui vacui abieritis, impingatis. Vnum hoc est, quod à Spiridone non sine admiratione facete est factum.

Fures à Spiridone oculo vincti ad meliorẽ frugẽ rediguntur.

IV. *De fure, qui de loco, vbi furtum commiserat, exire nequiuit.*

Greg. Turon. lib. 2. mirac. c. 18.

Alius quidam per vigiliam festiuitatis S. Iuliani Martyris, equum alicuius, qui tunc forte ad eandẽ sollennitatem venerat, furto cõprehendit, ascensoq; velociter properat, scilicet vt qui lumen perdiderat veritatis non inueniretur à luce: & cuius pectus cupiditatis tenebræ obsederat, eius & furtiuam fraudulentiam nox celaret. De talibus enim Dominus dicebat in Euangelio: *Omnis qui male agit, odit lucem.* Albescente igitur cœlo mecebat, Iam securus sum: nam triginta leucas à sancti Basilica elongatus sum: iam secus propria domũ esse me credo. Dum hæc tacitus reuoluerat intra se, demotis ex axe tenebris, cognouit se ipsi vico propinquum inter populos deuagari, timensque ne scelus suũ patefieret publico, cũ cautela standi caballũ in loco, vnde digressus fuerat, reformauit: sic miser virtute martyris tota nocte detentus in circuitu vici, & vt

Fur exire nequit.

ego credo ab auctore, qui eum obsederat, est delusus: vt viam, quam adprehendere voluit, non valeret. O scelerata cupiditas; quid agis? Semper amatores tuos in confusionem præcipitas.

V. *De fulmine in eius aream corruente, qui alterius manipulos furatus fuerat.*

Theodor. in SS. PP. hist. l. 4.

Vir quidam, qui non erat suis iustis contentus laboribus, sed aliena concupiscebat, proximi quidem aliquot sustulerat manipulos: per hæc autem conabatur suum augere cumulum: sed statim in eius furtum diuina lata est sententia: cecidit fulmen, & exusta est area. Miser autem ille ad Dei hominem accessit, qui non procul à vico fixerat tabernaculũ: & quæ sibi acciderat, narrabat calamitatem: furtum autem celare conabatur. Postquam autem vera dicere iussus, est furtum confessus, coegit enim casus vel seipsum accusare: iussit vir ille diuinus, vt corrigendo iniuriam, faceret vt liberaretur à pœna. Nam si tu, inquit, illos solueres manipulos, extingueretur ille ignis immissus diuinitus: licebat ergo videre illum quidem currentem, & spicas furto surreptas, ei cui facta fuerat iniuria, offerentem, pyram autem absq; igne extinctam, diuini senis oratione, & intercessione. Hoc nõ incolas solum impleuit terrore, sed etiam totã ciuitatẽ Antiochiam.

Bona alterius capiẽs, suorum iacturam patitur.

VI. *Pambonis Romani furtum ex tempore maiori furto diuinitus immisso castigatur.*

Pet. Damian. in epist. ad Pandulphum Clericum in Biblioth. SS. Patrum to. 3.

His visum est adiicere illud, quod habet Petrus Damianus Cardinalis in epistola ad Pandulphum his verbis: Vir quidam Pambo nomine, clarus quidem genere, sed tenuis facultate, Romæ constituto in vno mecum versabatur hospitio, cum Henricus piæ memoriæ Rex coronam suscepit Imperii. In ipsis autem vigiliis, propinquę iam nocti imminentibus tenebris, non paruus porcorum grex per longam nundinarum porticum ducebatur. Tunc præfatus Pambo inter opaca venalium vnũ porcis irruẽs arpaxauit: fauces ne gruniret, obstrinxit: sicque gratulabundus ad socios, vt in crastinum pararetur, adduxit. Illuscente itaque sacrosancta solennitate suo fruitur scelere, & satiatus exultat de sui criminis impunitate, putabat enim fortasse quod hoc non attenderet Deus, sed subsequente proxima nocte didicit, quia super eum diuina retributio vigilauit. Nam dum equum suum male custodiens obdormiret, subito fur habenam, quam ille innexerat manibus, astute subduxit, equum cum freno & sella sumsit, & transposuit. Euigilans itaque, subtili se sensit mulctatũ esse iudicio, quia ex eadẽ manu, qua porcum rapuerat, aucto fœnore caballum sibi subreptum esse cognouit. Sed quamuis in hoc homine è vestigio sit vltio secuta post culpam, nõ mirum quod quibusdam rebus aliquando pœna, differtur, suisque sceleribus diutius perfruuntur: vt enim scriptura testatur: *Ducunt in bonis dies suos, & in punctò ad inferna descendunt.*

Pambonis furtum furto castigatum.

Iob. 21.

VII. *Quam periculosum sit furandi consuetudini acquiescere.*

Periculosum est valde in habitum passionum & vitiorum incidere, quas cum voluerit homo non possit solus superare, sed opus sit sanctorũ vitorũ auxilium implorare. Libet narrare vobis de quodam confratre nostro, qui miser & infelix in habitum passionis lapsus erat. Accipite rem lacrymabilem. Cum essem in cœnobio, consueuerant fratres omnes cogitationes suas ad me deferre, vel per iocum, vel per quandam simplicitatem, ita vt etiam Abbas hanc mihi curam seniorum consilio imponeret. Die igitur quadam ad me venit vnus è fratribus postulans pœnitentiam, quia furtim comederet. Qui à me interrogatus, quare id ageret, respondit, fame se cruciari, nec posse in mensa cum reliquis saturari. Hortabar, vt hoc Abbati insinuaret: ille autem pudore teneri sese dicebat. Ego igitur Abbatem adij, & Fratris fragilitatẽ aperui, qui mihi omnẽ eius curam commisit, vt eum scilic. curarem, vt mihi visum esset. Accessi è vestigio ad cellariotã, imperauiq; illi, vt quacunq; hora frater edere vellet, nihil ei negaret, omnia præstaret: sicq; vt imperauerã, agebat. Dies itaq; aliquot cauit à furto frater: scilicet non multo post ad me veniens, cum lacrymis veniam poscebat & deprecabatur, quia adhuc ad furtum pristinum rediisset. Ad hunc ego conuersus sciscitabar, hæc cur faceret, aut, si pateretur repulsam vllam à cellariota. Negabat ille quicquam sibi deesse, sed vereri & erubescere cellariotam illum. Ego tunc ab eo quærere cœpi, an de me erubesceret. quod cũ negasset, iussi, vt deinceps ad me accederet, & à me solo necessaria caperet, neque furtim amodo quippiam attingeret. Erat autem tunc forte mihi cura infimorum. Perseuerauit igitur apud me dies aliquot absque furto, egoque illi deesse nihil patiebar. Non multo autem post, vt primum, lacrymans ad me venit, & ad furtum rediisse se denuo confitetur. Interrogo rursum, cur id faceret, cũ & de me erubesceret, & nullã inediã & necessitatem pateretur. Respondit simpliciter, nescire sese, quare, aut quo pacto id faceret, sed id esse quadã ex consuetudine mala. Quę etenim furaretur, non sibi ipsi reseruare, sed asino apponere, atque ita inuentum est. Fabas, palmulas, ficus, cepas, & quicquid aliud inueniret, ab eo asino apponi: Nã cũ illa surripuerat, lecto supponebat, cumque iam putrescere inciperent, insciis quid de his ageret, asino obiiciebat. Contemplamini ex hoc fratres, quam miserum, quam infeliciſſimum sit in habitum passionis peruenire. Non ignorabat infelix male facere sese, non ignorabat adeo iniquum esse: affligebatur dolore & lacrymis crebris, & tamen trahebatur miser nolens à mala hac consuetudine, quam in se induxerat ex præmissa negligentia. Recte igitur aiebat, sentiebatque Abbas Nischeron, qui raperetur à passione, fieri seruum passionis.

Furandi consuetudo quam pernicio sa.

VIII. *A qua aliena furto qua ratione deterretur mulier.*

Est in

B blioth. pp. to. 2. Doctrina 11. b. Dorothei Archimandrite.

Ex Annal. Societ. an. 158. sub Prou. Sicilien. Colleg. Messanensi.

Est in Prouincia Siciliensi ingens bombycũ copia, vnde sericum depecti solet: horum pastus sunt mori folia, quæ cum primum emicant (emicant autem oriente Martio) tara admodũ sunt. Raritas facit, vt alendis suis quisq; bombycibus primis ab ortu diebus alienas mori frondes occulte præripiat. Cui incommodo vt occurreret Pater, Eucharistiã populo præbiturus, imprecatus est eis pœnas, qui non ab eo furto temperassent. Non defuit contumax muliercula, quæ Patris iussa cõtemnens bombyces furtiuis frondibus pasceret Sed eo ipso die industriis vermibus interemptis vim illarum comminationum experta est: agnouit erratum, frondes abiecit, alienis didicit abstinere. Sed vt hæc suæ contumaciæ pœnas dedit: ita qui dicto audientes fuerunt, iis ex animi sententia res cessit. Constat enim magnam sericorum abundantiam eo anno præter consuetudinem, præterque spẽ omnũ, qui eius rei penuriam potius & caritatem, quam copiam & vtilitatem animo præceperant, consecutam.

IX. *Furtum committens etiam legi Canonicæ siue Ecclesiasticæ punitur.*

Gratian. 3. q. 5. c. Constituimus. Eures infamiæ labe aspergũtur.

Quod furtum committere sit contra legem Canonicam, id vere est apud Gratianum 3. q. 5. c. Constituimus; Constituimus cum omnibus qui nobiscũ sunt, Episcopis, vt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores adulteri, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi: quia infames sunt, & iuste repellendi. Idem patet 6. q. 1. c. Infames. Deinde, si in furando fur occiditur, non est pro eo orandum: vt patet extra de furtis, vbi dicitur: Fures & similiter latrones, si in furando & deprædando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum. Dicit ibidem, quia in mortale peccatum eos decidisse constat.

Pro furib. quando nõ orandum.

X. *De furto per miraculum detecto.*

Ex litt. Iapon. Luisii Frois an. 1594. apud Martin. Delr. to. 2. disquis. li. 4.

Fuerat Christianus quidam degens inter ethnicos accusatus furti, & quia hoc crimen seueriſſime castigatur in Iaponia: sic vt de eo, quantumuis minime conuictus, morte cum nulla veniæ spe mulctetur, nec tamen possent hunc Christianum vere conuincere, ecce mox gentiles eum obsident, & dũ aliud non possunt, importune compellunt, vt ritu ipsis consuetο iuramentum edat: qui erat, vt in folio chartæ subscripto scriberet quod erat iurandum, deinde folio in palmam manus deposito imponeret ferrum candens, manumque constringendo in suum caput vindictam & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si manus forte amburatur aiunt experientia probatum, eum noxæ esse reum: si vero à læsione cũ folio maneat immunis, esse innoxiũ. Cũ igitur hic Christianus in has angustias adductus esset, quippe vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat, vitæ discrimẽ adeundũ, innocentiæ suæ confisus dixit: Fas sibi non esse, vtpote Christiano, per falsum Deum iurare. Ille ergo signo crucis in folio ferroque cadenti imposito, quia id facere cogebatur, magna animi præsidentia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus nec folium [illegible] buritur. Itaque non solum solutus est pœna, qui gentiles illi minabantur, verum etiam culpa, quam falso illi impingebant.

Furtum miraculo detectum.

TIT. CVIII. De Sacrilegio.

Sacrilegium hoc loco est, cum res sacra de loco non sacro, aut res non sacra de loco sacro aufertur.

Ioas Rex, qui thesauros templi temere surripuerat, à seruis suis interficitur: 4. Reg. 12. & 2. Para. 26.

Balthasar Nabuchodonosoris pronepos, quia vasis sacris cum Principibus & concubinis abutebatur, à Deo corripitur, & postea occiditur. Daniel. 4.

Rex Antiochus ob spoliatum & profanatum templum Hierosolymitanum, variis malis, ac doloribus oppressus miserrima morte occubuit. 1. Mach. 1.

Heliodorus à Seleuco Asiæ Rege missus ad rapiendos templi thesauros, sacerdotibus Deum inuocantibus, ab angelis flagellatur: rursusque Onia summi Sacerdotis precibus liberatur: 2. Mach. 3.

Lysimachus multis commissis in templo sacrilegiis, ante ærarium interficitur. 2. Mach. 4.

EXEMP. I. *Ioannes Baptista redarguit violatorem sepulcri Rotharis Regis Longobardorum.*

Paul. Diac. de gestis Longobard. l. 4. c. 48. apud Baron. tom 8.

ANno Domini sexcentesimo quinquagesimo quarto Rotharis Longobardorum Rex Arianus, vbi regnasset annos sexdecim & menses quatuor, moriens regnum reliquit filio Rodoaldo. De eius sepultura hæc habet Paulus Diaconus: Hic cũ iuxta Basilicã B. Ioannis Baptistę fuisset humatus, post aliquantum tempus quidam iniqua cupiditate succensus eius sepulcrum noctu aperuit, & quicquid in ornamentis eius corporis reperit, abstulit. Cui beatus Ioannes per visionem apparens eum vehementer exterruit, eique dixit: Cur ausus es corpus istius hominis contingere? Fuerit licet non recte credens, tamen mihi se commendauit. Qui igitur hoc facere præsumpsisti, nunquam deinceps in meam Basilicam ingressum habebis. Quod ita quoque factum est. Quoties enim cumq; voluisset B. Ioannis * oraculum ingredi, statim, velut à validissimo pugili guttur eius feriretur, sic subito retro ruebat: impulsus. Veritatẽ in Christo loquor: hoc mihi ipse retulit qui hoc ipsum suis oculis factũ vidit.

S. Ioannes Baptista arguit spoliatorem sepulcri Rotharis.

* oratorii.

II. *De varia Dei vindicta in milites rerum ecclesiasticarum inuasores.*

Greg. Tur. de Glor. Mart. c. 66. & Baron. to. 7. an. 561.

Tempore quo Chramnus Auernum abiisset, diuersa ab eius gerebantur ministris: ex iis vero quinque milites sacrosanctum oratorium domus Iciacensis furtim appetunt: habentur autem in eo S. Saturnini reliquiæ: irrupto que ablatis pallio, vel reliquis ministerii ornamentis, nocte tegente, discedunt. Sed presbyter recognoscens furtum,

cum, ac inter vicinos ſcrutans, nullum potuit ex his, quæ ablata fuerant, indicium reperire. Protinus vero latrones, qui hæc admiſerant, in Aurelianenſe territorium tranſtulerant, diuiſiſque rebus, accepit vnuſquiſque partem ſuam: ſed mox inſequente vltione diuina, quatuor in ſeditionibus interfecti ſunt: quintus vero totam furti huius hæreditatem ſuperſtes remanens vendicauit. Sed vbi hęc in domum ſuam contulit, ſtatim obtectis ſanguine oculis excæcatus eſt. Tunc compunctus tã dolonibus, quam inſpiratione diuina vouit dicens: Si reſpexerit Deus miſeriam meam, & mihi viſum reddiderit referam loco illi ſancto, quæ abſtuli. Et hæc cum lacrymis orans viſum recepit. Accedens vero ad oppidum Au[illegible]genſe, prouidente Deo, Diaconum Aruernenſem inuenit, cui traditis rebus, ſuppliciter exorauit, vt eaſdẽ oratorio reſtitueret. Quod Diaconus deuotus impleuit.

Voti facti vilitas.

III. *Excæcatur diuinitus Princeps Capuanus direptor bonorum Eccleſiæ cœnobii montis Caſſini.*

Leo Oſt l. 3. hiſt. Caſſin. c. 45. & 46. an. Dom. 10[illegible]

Tempore Michaelis Conſtantinopolitani Imperatoris Roſellanæ eccleſiæ Pontifex ad cœnobium montis Caſſini veniens non paruam pecuniæ ſummam in hoc loco depoſuit. Quod vbi Iordani Principi Capuæ relatum eſt, miſſis militibus, eum de ſecretario eccleſiæ abſtrahi, & adſeruari præcepit afferri. Ad hæc fratres: Pecuniam, inquiunt, quæ patri Benedicto credita eſt, nos nulli omnino viuentiũ damus; verùm in ſecretario conditam, qui præſumſerit, tollat. Milites diabolico furore dementati pecuniam de ſecretario abſtrahunt, ac abſtractam ad Principem deferunt. Tantum vero, & tam immane inauditumq; facinus Gregorii Papæ dum peruenisſet ad aures huius temeritatis noxam inultam eſſe non ferens, & verens, ne hoc tutſus exemplo eccleſia noſtra violaretur, diuinum officium in eccleſia patris Benedicti interdixit, altariaq; omnia nudari fecit, aſſerens in tanto ſcelere nimiæ negligentiæ, damnandæque formidinis Deſiderium Abbatem, ac Fratres argui merito poſſe: neque aduerſus Congregationem noſtrã ſeuerius cõmouendum, niſi ea quæ ſemper locum iſtum dilexerat charitate teneretur: ſiquidem tolerabilius eſſe villas, & caſtella iuris noſtri in prædam & direptionem dari, quam ſanctum locum vbique terrarum famoſiſſimum tantæ ignominiæ ſubiacere. Sed non diu diuina vltio dilata eſt, nam Princeps tanti auctor ſceleris, poſtquam pecuniam tulit eccleſiæ lucrũ amiſit. Inde vero Gregorius in Concilio præſidens conſtituit, vt ſi quis Northmannorum vel quorumlibet hominum, prædia monaſteria, villas poſſeſſioneſq; monaſterii Caſſinenſis inuaſerit, & ſecundo & tertio admonitus non emendauerit, excommunicationi ſubiaceat: quouſque ſatisfaciat.

Ex Ditma. Epiſc. Meſpurg. Barc.

IV. *Vindicta horrenda diuinitus immiſſa in milites rerum monaſticarum inuaſores.*

Non ſilebo hoc loco quoddam miraculum tempore Cæſaris Ottonis tertii Romæ cælitus exortum anno Chriſti Domini nongenteſimo nonageſimo nono. Nam cum Ducis Hermanni milites monachorum S. Pauli prata vel ſua comprehenderent, ſuppliciter ab eis rogati diſcedere noluerunt; & continuo nubes variæ aſcendunt, fulmine micant, terrorem Dominicum monſtrantes. Tonitru terribile protinus ſubſequitur, & ex eorum numero optimos quatuor occidens, cæteroſque fugans, pauperes Chriſti in hoc mundo non eſſe contemptibiles oſtendit Protector enim talium miſericors Dominus & hos honorantes, & in neceſſitate ſua exaudientes digna retributione prouehit, eorumque perſecutores, aut hic (quod leuius habetur) aut in futuro (quod grauius) punit. *tom. 10. an. 999.*

V. *De alia horrenda Dei vindicta in milites rerum ſacrarum raptores, nec non imaginis S. Ioannis Baptiſtæ deturbatores.*

Carolus Francorum Rex à Ludouico Malano 26. Flandriæ Comite vocatus in auxilium ann. Domini 1383. 26. Septembris, reportata in agro Roſebecano contra Anglos victoria, Broucburgum inter alia oppida ab illis capta recepit, ac Principi reſtituit. Nullũ ex omnibus receptu difficilius quã iſtud. Ibi enim Angli factis aliquot propugnaculis, vnde ſe defenderent, fortiter reſtiterunt. Milites Reges ter aſſultum fecerunt, ter quoq; à ciuibus repulſi ſunt. Rex tamen ſtatuit, non potius abeundũ, quã vrbs in principis ſui poteſtatem veniſſet. Facta tandem inter ſe cõpoſitione, Angli omnibus bonis & bellicis machinis relictis, ſaluis duntaxat corporibus loco ceſſerunt, ac Regi ſuo Eduardo victorias referunt. Rex itaque cũ vrbem ingrederetur, cum ſuis Principibus & Baronibus edictum fecerunt, vt oppidum incenderetur, & ciuium bona diriperentur, exceptis eccleſiæ bonis: vidiſſes mox miſerandam rerũ faciem, milites ædibus inſultãtes, rapientes, tumultuantes, vẽdentes, emẽtes & quantũ quiſque poſſet prædæ auferentẽ. Porro, vt ſunt ſemper plures mali, iuxta verbum Sapientis, contra edictũ Principem, ſceleratiſſimi aliquot nebulones Britones, ſua forte nondum contenti in templum diuo Ioanni Baptiſtæ dicatum nõ ſine magno ſuo incõmodo irruerunt: quidã enim ex illis auaritiæ vitio oculum mentis gerens excæcatum ad gazophylacium (quẽ truncum tẽpli noſtri vocant) deuenit, ratus ingentem theſaurum ibi contineri, bipenni, id eſt, halabarda, in partes comminuit. Impoſ voti factus confeſtim in terrã cecidit, & tanquã à dæmonio obſeſſus, & alienata mente horrende vociferabatur, caput pauimento allidebat labra mordebat dentibus ſtridebat, calcitrabat, ſpumabat (dixiſſes vel canem rabioſum, vel hominem dæmoniacum) exitum templi quærens, nec inueniens prope baptiſterium in pauimentum lapſus crepuit medius, & diſperſa ſunt omnia viſcera eius. Alii tres nõ paulo inhumaniores, ruptis templi cancellis irruerunt in chorum. *Ex Archiuis Eccl. Broucburg. & vulgari Ciuium traditione an. 1383.*

chorum, ibique visa statua seu imagine S. Ioannis Baptistæ, in summo altari posita, quæ ex auro facta videbatur, ad illam diripiendam accesserunt. Quidam eorum ausu temerario, nec judicium Dei metuens, altare conscendit, & impurissimos pedes ponens in loco sanctificationis statuam de tabernaculo deturbat in terram. Ibi vero orta quæstio inter eos, cuius futura esset: vnusquisq; enim habere volebat, ac suam esse asserebat, cum reuera nullius propria esset. Dum autem lis in longum protraheretur, & inter se tumultuarentur, ecce repente permissu diuino factum est, vt statua visa sit pristinum locum occupare. Mox vnus ex illis, qui videri volebat cæteris duobus audacior, & nequitiæ caput, haud terrefactus tanto miraculo, neq; habens memoriam mirabilium operum Dei præ oculis, conscenso altari venerabilem statuam iterum volens deducere in terram, vt eam sibi soli vendicaret, factus in agonia toto corpore tremuit, & tanquam glacies obriguit. Denique ante ipsum altare interiit, & animam infelix efflauit. Gloriosus Deus in sanctis suis, & mirabilis in maiestate & factis suis.

VI. *De militibus post exspoliatum diui Leuini sacellum diuinitus exacerbatis.*

Lat. Meyer. lib. 1. Annal. Fland. ad an. 1007. Anno ab incarnatione Domini 1007. cum Henricus Cæsar, is qui in cælum dicitur relatus, Flandriã vastaret, & quidã eius milites diui Leuini sacellum apud Holtam, prohibente, quoad potuit, Adalberto sacerdote, spoliare conarentur, luminibus repente capti, magnis vocibus, vt à sacro abducerẽtur loco efflagitabant: quo attonitus Augustus miraculo supplicem se ad sancti protectionem, Deumq; Optimum Maximum profe suisque orauit, sacramq; æ diculam amplis honorauit donis. Rursus (vt idem ait) anno Domini M. D. XXXV. punitus Ramfridus presbyter, qui cum apud Etthelgem sacris operaretur, argenteum furatus calicem stanneum supposuit: cæterum ad precationem Dominicam cum venisset, gemens tremensque stetit, ac finire illam nullo modo quiuit.

Ecclesiæ bona diripientes excæcantur.

Libr. 5. an. 1535.

Sacrilegus inter mysteria diuina corripitur diuinitus.

VII. *De horrendo Iuliani auunculi interitu, cum Felice & Elpidio Iuliani imp. Quæstoribus, ob direptum magnum Antiochiæ templum.*

Niceph Call. li. 10. ca. 29. hist. Eccl. Iulianus illustri dignitate præditus Iuliani desertoris auunculus, aduersus Christianos & veram pietatem, imo & aduersus ipsum vniuersarum rerum Deum atma sumens, sacra vasa longe pretiosissima ecclesiæ magnæ, quam Constantinus Magnus construxerat, in fiscum imperatoris inferri mandauit: & foribus templi, quod tum Ariani habebant, clausis, ne quis eo ingrederetur, curauit. Cum Iuliano Felix & Elpidius imperialium pecuniarum quæstores, publicarum alter, alter priuatarum, in templum id diripturi venerant. Horum Iulianus difficili & incognito morbo correptus, ad dies quadraginta in distentus jacuit, vt neque loqueretur, neque sentiret quidquam. Causa morbi erat, quod sacris vasis, quæ terræ illiserat, pro sedili vsus fuerat: & Episcopum Euzoium, qui piaculum tantum inhibere conatus fuerat, in caput vehementer verberauerat, dicto illo insuper ingesto: Christianorum res à diuina prudentia non curari. Et valetudine paululum recuperata, quum seipsum ob nefandam sententiam suam condemnauit, tum vindictam diuinam, qua affligebatur, sensit. Et quum ita aduersus seipsum impiorũ facinorum suorum testis ipse esset, ventrem deinde eius putredo & omnis generis vlcera conuulserunt, quæ ei mortem etiam attulere. Visceribus enim atque extis putredine ea corrosis, excrementa non jam per naturalia vim expellendi obtinentia membra egerebat: verum os scelestum, quod blasphemiæ & maledictorum effecerat instrumentum, pars corporis obscœna, per quam excerneret, effractum. Pudenda ipsa, & qui circa ea sunt, cærus, corrupti itidem sunt: caroque eis in partibus putrefacta in vermes abiit, & morbus ipse medicorũ arte longe fuit potentior. Illi enim reuerentia & metu Imperatoris omnia experti sunt, & omni remediorum specie adhibita, pinguedineq; pretiosarum auium, quas diis sacrificabant, membris corruptis applicata, vermes profundius latitantes in apertum quasi quibusdam illecebris euocare contenderunt. At illi in membris occultiores ad carnem viuam magis magisq; prorepsere, neque corrodere hominem destitere, donec violenta morte miserum enecarunt. Porro tanta calamitate propterea mactatum esse ferunt ex ira diuina quod sic ecclesiæ, & sacris eius vasis insultauerit. Felix autem vasis tanti precij conspectis (Constantinus namque & Constantius liberalissime ea comparauerant) arridens, & vrbane jocans: Ecce, inquit, qualibus vasis Mariæ Filius diuina re peragenda colitur: eamq;, nec ob aliam quampiam causam, ex interioribus eius venis vna quæ maxima esset, rupta tanquam per fistulam sanguinem per os eius emisit. Sic & ipse horrendum cernentibus omnibus spectaculum factus non totum perduxit diem, sed circa crepusculum, vna cum sanguine jam deficiente, simul etiam animam euomuit. At tertius Elpidius, qui blasphemus quoque in Christum fuerat, tardius ille quidem, quam alij pœnas luit: sed tamen inter eos, qui tyrannidem affectarunt deprehensus, bonis omnibus exutus, grauesque ærumnas alias in carcere perpessus, turpiter vitam finiit, face & detestandus ab omnibus judicatus. Præter hos alius quidam cum reliquis, in ecclesiam, quam donaria & res alias pretiosas prædecessorum more auferentes, eumque, qui sacra vasa curabat, contumeliis afficientes, vastarunt atque diripuerunt, ingressus: super reliquas indignitates, veste subducta sacrificij aram petulantissime coinquinavit. Verum illico per graues & acres tanti flagitij sulit pœnas. Per quæ enim peccauerat, ad interiora vsque viscera putredine consumptis membris, incredibilis inde vermium vis prognata miserãdum in modum, vt dicere calamitatem eam pudeat, miserum extinxit.

Theodoret. addit Iulianum in sacram quoque mensam minxisse.

Iuliani auunculi ægritudo & mors horrenda.

Felicis Quæstoris in Christum blasphemia.

Eiusdem miserandus obitus.

Diuina in Elpidium Quæstorẽ vltio.

Mors fœdissima ei⁹, qui sacrum altare cõminxit.

VIII. *Dehorrenda Dei vltione in Pandulphum altare Dei inuadentem.*

Leo Oſt. in Chro. lib. 2. Bar. an. 968. 4.

Pandulphus Princeps Capuanus cuidam fideliſſimo ſuo Adelgiſio nomine jubet, vt quantocius ad monaſterium veniat, atq; planetam, & calicem Imperatoris, & nonnulla alia, quæ modo non recolo, eccleſiæ ornamenta præcipua Aquini & Sexti Comitibus ſub pignore habenda perniciter deferat. Cumque ille aduenies, cuius rei gratia adeſſet, Fratribus aperuiſſet: quidam ea danda, quæ poſcebantur, ne irato Principe peiora paterentur, cenſebant: cumq; ille prorſus inſiſteret, Adam, qui tunc eccleſiæ curam gerebat: Ego, inquit, quæ requiris, nec tibi, nec vlli prorſus hominum daturus ſum: ſed ea ſuper ipſum beati Benedicti altare ponam: inde ille qui voluerit, aut præſumpſerit, tollat. Quod cum feciſſet, ille mox temerarius audacter exceſſit: & cum jam iam ad altare manus extenderet, mirabile dictu, protinus in facie corruit, & vehementiſſima epilepſi ſubito paralyſique correptus, vniuerſis aſtantibus mirum de ſe, dirumq; ſpectaculum præbuit, ac de ipſa quidem infirmitate poſtera die quoquo modo conualuit, & ſine affectu ad Principem rediit: diſtorto tamen ore atque oculo vſque ad obitum perſtitit: cunctiſque inquirentibus, quoniam id ſibi modo contigerit non ſine magna audientiũ admiratione referebat: Princeps hoc facto aliquantulum quidem reuerſus eſt: ſed in mente peſſima diu non potuit voluntas bona durare. Poſt non multũ enim temporis iterum Baſilium præpoſitum miſit, omnemq; monaſterij theſaurum ad ſe per illum deferri juſſit. De Capuano vero monaſterio abtulit argenteas coronas, & codicem vnum gemmis ornatum, & planetam citrinam optimam, & tria altaris pallia, cunctaq; ſimul in arce, quam in monte ſanctæ Agathæ, qui Capuæ imminet, conſtruxerat, condidit: in qua item arce innumera aliarum multarum eccleſiarum, viduarumque & pupillorum ſpoliatum dolo, tum violentia direpta condiderat.

Paralyſi corripitur Pandulphus Comes tyrannus, & cur.

IX. *De pœnis ſacrilegorum corpus diui Audomari, è Sithiu furtim efferentium.*

Iac. Meyer. lib. 5. Annal. Flandr.

Hugo filius Caroli Magni ex Reguina concubina, Veromanduorum, idemq; Sithiuenſium Abbas, per Morum quendam monachum ſubornatum furatus eſt in Sithiu corpus diui Audomari Morinorum Epiſcopi, vt aſportaret illud in Veromandiam. Agebat tum Folquinus Morinorum Epiſcopus apud Woromholt in Mempiſco viſitans eccleſias ſuas, ac verbo Dei indefeſſus inſiſtens qui vt de tanto certior factus eſt furto, coacta per Folcardum fratrem virum militarem non pœnitenda Morinorum manu, raptim Veromanduos inſequitur: quos, priuſquam Legiam fluuium ad Lisburgium vicuſũ tranſmittere poſſent, ſancti Præſulis reliquias reddere coegit, eaſque reportauit in Sithiu, metuque Normannorum interam ſolicitus recondidit: & paucis poſt diebus pœnas dedere ſacrilegii: mente captus eſt Morus, & Hugo à Carolo Rege miſſus ad Toloſæ vrbis obſidionem interiit.

D. Audomari reliquias furtim auferẽtium pœna.

X. *De Guarnerio Theodorici Regis miniſtro rei eccleſiaſticæ inuaſore cæleſti vltione vindicato.*

Anno Domini 611. Auſtregiſilo Bituricenſi Epiſcopo ſucceſſit Sulpitius eius Diaconus. Cuius tempore iterum rediit Guarnerius Theodorici Regis miniſter, homo fæuiſſimus, auaritiæ & turpi lucro addictiſſimus, ſuperbia tumidus, executurus ſub Sulpitio quod ſub Auſtregiſilo non poterat. Sulpitius vero anxius ad Dominum confugit, ab illo conſilium rei bene gerendæ petens: erat enim vir mitis & lenis, hominiſq; violentiæ vt reſiſtere poſſet, non videbat. Deinde Guarnerium adit: orat, vt qui ſub ipſius deceſſore ab huiuſmodi onere immunes fuiſſent, illos etiam ſuis temporib. pateretur ſolita gaudere libertate. At Guarnerius homo ferus viri Dei preces contempſit. Dixit itaque ei Sulpitius: *Siquidem contra jus & fas tua eri potitus voluntate, non diu tamen impune feres.* Ille vero in vrbem ingreditur, facit vt erat juſſus: omnibuſq; pro voto expeditis, corpore, non animo adit S. Auſtregiſili eccleſiã, tanquam preces illic oblaturus. Vt vidit autem monumentum ſancti viri à fidelibus Chriſtianis auro ſepulcra antiquitus ẽt argentoque mirifice exornatum, dixit arrogantiſſime: Auſtregiſilus aurum ſuum & argentum in pauperes erogare debuit, non jubere, vt ſuum ſepulcrũ illo tegeretur. Non hoc ille dicebat quod ei curæ eſſent paupercs, ſed inſtar Iudæ proditoris auaritia æſtuabat. Poſtea à ſepulcro viri Dei diſcedens orationis cauſa altaria circuibat. Cumque in ipſa baſilica ambularet, lignum quoddã, ad quod vela ſuſpenſa etant, ab alto ruit ſuper caput eius. Manauit igitur ſanguis à capite per oculos & barbam, & ad terram vſq; defluit: & miſer ille clamauit voce, qua potuit: Auſtregiſilus, dũ vixit, ſemper in me hoſtili animo fuit, & jam mortuus me prope interfecit. Ita infelix nec culpam agnouit ſuam, nec à beato viro veniam petiit, immo vero feruens malitia Auguſtodunum ire inſtituit, vt eius loci Epiſcopum perderet. In ipſo autem itinere in pago quodam, cum omnes recubuiſſent, ſurrexit à menſa, & ad exonerandum ventrem ſeceſſit. Interim ſomno correptus obdormit. Euigilans dicit aſſiſtentibus. Auſtregiſilus & Sulpitius hac hora vrceum aureum miſerunt mihi: quis veſtrum habet illum? Negantibus illis ſe quicquam huiuſmodi vidiſſe, ſua verba repetiit, neſciens quid diceret: mox vero inteſtina eius & viſcera omnia in cloacam deciderunt, eaq; nocte vitam perdidit. Ex eo tempore nemo auſus fuit regiorum miniſtrorum ab vrbe Bituricenſi eam pecuniam extorquere, abſterrente omnes tam diro interitu illius, qui talis exactionis primus auctor fuiſſet.

Ex Actis Auſtregiſili Ep. c. 3 apud Sur. die 20. Maij & Bar. to. 8 an. 611.

VI. *Raptor eorum quæ erant circa ſepulcrum D. Gudulæ grauiter plectitur.*

S. Gudula, vt erat inſigni erga pios pietate, ita im-

In vita eius

pios

apud Sur. 8. die Ianu.

pios auersabatur mentesque scelere obduratas acerbo odio persequebatur: cuius rei exemplum in villa Gain contigit. Hæc virgo, vt erat nobilitatis & diuitiarum gloria admodum clara, ita parentum studio, magno sumptuum splendore sepulchrum eius ornatum fuit. Horum cupiditate iniqua latro quidam accensus tertia ab obitu eius nocte sepulcrum accessit, totusque mortifero auaritiæ veneno ebrius, aurum & argentum, cuius magna vis erat, deprædatur, & sacrilegis onustus spoliis domum rediit, & filiam armillis, quas sacræ virginis brachiis detraxerat, exornat, sed sacrilegi immanitatem diuina breui vltio subsecuta est: nam Embertus virginis sanctissimæ frater, mox vt tanti sceleris auctores cognouit maledictionis iaculum in eos vibrauit, & à S. Dei Ecclesiæ gremio atque fidelium consortio sequestrans damnauit. Quibus sacro fulmine merito percussis, veluti arbor à sua præcisa radice vniuersis ramis sempiternum interitum adfert: ita omnis illa progenies tam detestabili stirpe profluens grauissimis postmodum infirmitatibus vexata est: nulla enim eius familiæ persona extitit, quæ non insigni aliqua deformitate & languore membrorum tanti sceleris pœnas lueret.

XIII. *De exitu Leonis IV. Imp. rem Deo sacratam vsurpantis.*

Zonar. to. 3. Michael. Glycas 4 p. Annal. Niceph. 8. c. 42.

Leo Constantini Copronymi filius religiosus quidem, & pius ab initio, verum vbi coronam Ecclesiæ à Mauris donatam gestasset, carbunculi morbo vexatus ardenti febre tandem extinguitur.

XIII. *Eiusdem argumenti aliud exemplum.*

Gr. Turon. lib. 2. mirac. cap 13.

Cum Theodoricus Rex in militaribus expeditionibus esset, & res Gothorum in Gallia pertentaret, memoria quidem dignum (quod & in vniuersa Gallia vulgatum fuisse tradit Gregorius Turonensis) nos hic describendum putamus: pertinet enim ad eiusdem Regis virtutem in sacrilegos vlciscentis, & ad Dei gloriam ex miraculis sanctissimi martyris Iuliani: sic enim ait: Et quia nullum latere credo aliquid hostilitate Theodorici Regis, ac infirmitatibus Sigualdi, quæ in Auerno posito contigerunt: propter virtutem tamen beati martyris Iuliani id diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur. Igitur cum ob dieceptionem Aruernorum Rex antedictus Theodoricus festinaret, & ingrediens terminum vastationi cuncta subigeret, pars aliqua exercitus separata ad Briuatensem vicum infesta prorupit, fama vulgante, quod in basilica essent incolæ cum multis thesauris adunati: cumque peruenissent ad locum, inueniunt multitudinem promiscui sexus, obseratis ostiis, in templo ipso cum propriis facultatibus residere: cumque intrare non possent, vnus effractam ceu fur in altari sancto fenestram vitream ingreditur: quia *qui non intrat per ianuam, hic latro est.* Dehinc reseratis ædis illius valuis exercitum intromittit. At illi direpta cuncta pauperum supellectilia cum ministris ipsius basilicæ, reliquumque populum, qui intra erat, eductum

Ioan. 10.

fotis diuiserunt haud procul à Vico. Quæ cum ad Regem delata fuissent, comprehensos ex his aliquos diuersis mortibus condemnauit. Fugiens vero ille, qui irrupta æde caput fuit huius sceleris, i[illegible] de cælo dilapso consumptus interiit. Super quem cum multi aceruum lapidum congregassent, à tonitruis & coruscationibus detectus terrena caruit sepultura. Qui vero de consentaneis latentes Regem in patriam sunt regressi, correpti à dæmone diuersis exitiis hanc vitam crudeliter finiebant. Hæc audiens Rex, omnia, quæ exinde sunt sublata, reddidit: præceperat enim, ne à septimo à basilica milliario cui vim quis inferret. Subdit idem Gregor. Tunc Siginaldus cum Rege præpotens cum omni familia sua in Aruernam regionem ex Regis iussu migrauit, vbi dum multorum res in[illegible]ste competeret, villam quandam, quam gloriosæ memoriæ Tetradius Episcopus Bituricensis basilicæ sancti Iuliani reliquerat, sub specie obumbratæ commutationis auidus peruasit: sed mense tertio postquam ingressus est, correptus est febre, & sine sensu effectus declinauit caput in lectulum. Cuius vxor dum de hoc exitu mœsta penderet, à quodam sacerdote commonita est, vt eum, si videre vellet incolumen, indiscriminis addu- auferret è villa. At illa hæc audiens, præparatis carrucis, cum positoque plaustro, quo eum ueheret, mox vt prædium sunt egressi, protinus diuina sunt pariter gratia munerati: nam iste sospitate, illa meruit ex huius incolumitate lætitiam. Ferunt etiam in oratorio prædicti illius S. Iulianum martyrem cum Tetradio Episcopo colloquentem cuidam religioso reuelatum fuisse, promittentem se Episcopo, villam, quam pro animæ suæ remedio sibi reliquerat, recepturum.

De gest. Frãc. lib. 3. cap. 12. de mirac. l. 2. cap. 14.

Rerum ecclesiasticarum fores [illegible] pererunt

Villæ ecclesiæ occupatores

XIV. *Petrus Aragon. Rex ob vsurpatum Ecclesiæ Dominium diuinitus corripitur.*

Hier. Sur. lib. 10. Annal. cap. 39.

Mitior fuit, sed justa tamen Dei in Petrum IV. Aragonum Regem manus. Hic enim cum vellet se dominum, ad quem dominium vtile, vt vocant, pertineret, ab omnibus oppidis aclocis ciuitati & Episcopatui Tarraconensi subiectis agnosci, graui bello eandem Ecclesiam afflixit: sed apparens S. Thecla, in cuius tutela ac præsidio ea ciuitas est, nimis imperiosum porrecta palma in faciem percussit: qua ex pulsatione languidior & imbecillior factus, cum summa agniti criminis detestatione mortuus est, factoque prius testamento mandauit, vt Tarraconæ Pontifex in pristinas possessiones restitueretur.

XV. *De diuina vlti- ne in Gomacharium Comitem Agathensis ecclesiæ agrum inuadentem.*

Gr. Turon. l. 1. de glor. Martyr. cap. 79. apud Baronium to. 7. ad ann. Christi 583. 47. 48.

Ecclesia quoque Agathensis vrbis, quæ sancti Andreæ Apostoli reliquiis plaudit, plerunque gloriosis lustratur miraculis, peruasores rerum suarum sæpius arguit. Denique Gomacharius Comes agrum ecclesiæ ipsius peruadit. Tunc Leo Episcopus huius ecclesiæ valde mœstus concurrit ad eum

Leonis Epist. Agathensis libertas in Comitem hæreticum.

dicens: Relinque ô fili, res pauperum, quas ordinationi nostræ Dominus commendauit, ne tibi sit noxiũ, & à lacrymis egentiũ, qui de fructib. eius alí cõsueuerant, eneceris. Ille vero quia erat hęreticus, paruipendens de his quæ ab episcopo dicebantur, rẽ in sua dominatione retinuit. Interim procedente die arripitur à febre: cumq; non modo ardore corporeo, verũ etiam animę vexaretur incommodo, misit ad Episcop. nuncios dicens: Dignetur pro me sacerdos orationẽ ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante hic à valetudine, qua grauabatur, cõualuit, factusq; sanus ait suis: Quid putatis, quid isti nũc Romani dicant? Aiunt. n. me ob hoc fuisse febre grauatũ, quia tulerim agrũ eorum, quod mihi iuxta consuetudinẽ humani corporis accidit: verumtamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citius misit, qui eum iterũ auferret. Quod cũ Episcopus comperisset, venit ad eum dicens: Nũ pœniter te prius fecisse bene, & hoc iterum conaris euertere? ne facias, queso, & vltioni diuinę subiaceas, qui ait ad Episcopum: Sile, ne decrepite: iam infrenatum te loris circuire vrbem super asinum faciam, vt sis ridiculo omnibus, qui te aspexerint. Hæc ille silens ad nota recurrit præsidia: prosternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lacrymis, & psallentio ducit. Mane autem facto, accedit ad lychnos, qui de camera ecclesiæ dependebant, extendensq; virgam, quam tenebat in manu, effregit cunctos dicens: Non hic accenditur lumen, donec vlciscatur Deus de inimicis, & restituat res domus suæ. Hęc eo dicẽte protinus hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit: cumq; in extremis ageret, misit ad Episcopum dicens: Oret pro me sacerdos ad Dominum, vt viuam, & restituam agrum, ac similem eius conferam dominationi. Quibus Pontifex respondit. Iam oraui ad Dominum, & exaudiuit me. Misit & alios, ac tertios ad eum nuncios. Sed sacerdos in vno responso perstitens non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hereticus cernens, iussit se in plaustro componi, atq; ad eundem euehi ac per se deprecari Episcopum dicens: Quia dupla satisfactione restituo agrum, quem inique peruasi, tantum vt oret pro me sanctitas tua. Illo quoque recusante, compulit eum vi, vt abiret ad ecclesiam: quo discedente, vt ecclesiam est ingressus, & hic spiritum exhalauit, recepitque confestim ecclesia rem suam.

Catholici dicuntur Romani.

Gomacharij comminationes in Episcopum Agathensem.

Febri percutitur Gomacharius sacrilegus.

Gomacharij hæretici & sacrilegi mors infelix.

XVI. *Domilite, qui cum bona ecclesiæ vi abstulisset, à muribus ad mortem corroditur.*

Ditmarus l. 6. pag. 74. & Baron. to. 11. an. 1011. 3.

Inter alia, quæ anno millesimo vndecimo euenisse tradit Ditmarus Episcopus Merseburgensis, hoc admirandũ de sacrilego milite subdit: Quidam vero miles cum bona S. Clementis vi tolleret, & inde tectum facere vouisset, in vna dierum à muribus intra cubiculum impugnatus infestabilibus. Qui primo fuste arrepto eos prohibere tentans, postquam euaginato eos aggressus gladio, & sic nihil proficiens, arca quadam, vt ipse rogauit, includitur, ac in medium fune suspenditur & cum exterius hæc plaga * sedaret, hic qui liber solui debuisset, ab aliis vsque ad mortem corrosus inuenitur. Tunc cunctis præsentibus, & postea venientibus manifestum fit, quod hunc ita Domini, vindex prædicti facinoris, sola consumpsit.

* cessaret.

Mures sacrilegũ rodunt ad mortem.

XVII. *Ecclesiarum & Ecclesiasticorum oppressor visibiliter à diabolo rapitur per aera.*

Pet. Venerab. Miraculorũ lib. 2. c. p. 1.

Ad terrorem & correctionẽ malorum Principum, quod Matisconi gestum est, proferatur. Inclita quippe res, & omnibus, vt puto, seculis inaudita: omniũ autem indigenarum celebri & publica relatione narratur. Est autẽ Matiscus in finib. regni Francorum, qđ à Teutonicorum vel Romanorũ imperio Arar fluuius à Lotharingia sumens initium, Rodanusq; in mare Mediterraneu habens profluxũ, disterminat. Quæ Matiscus à quibusdã oppidum vocata, à quibusdã vrbis nomine honorata, in primatu Lugdunensi quia sedis obtinet locum. Hęc quantũ ad ius ecclesiasticum, Lugdunensi primatui: quantũ ad seculare, Francorũ Regi subditur. Huius vrbis principatum quodã tempore sub nomine Comitis quidam obtinens, super personas & res ecclesiasticas execrandam tyrannidẽ exercebat: longe n. exuperans aliorum prędonum nequitiam, non solũ ex parte ecclesiarũ substantias diripiebat, sed redditus earũ oẽs cum suis possessionibus sibi tyrannica violentia subiugabat. Nam canonicos de ecclesiis, ipsos etiã monachos de monasteriis suis eiiciẽs, terras omnes, redditus omnes, & quæcunq; eis ad huius vitæ subsidium à maioribus data fuerant, immisericorditer abstulit, iureq; proprio mancipauit. Ostenditur adhuc ab incolis antiquarum ecclesiarum ruinę: ex quib. ipse sacræ religionis cultores eiiciens, venerabilia loca, omniporenti Deo religiose seruientium multitudine referta, in eremi solitudinem redegit. Ita se totum Deo subtrahens, mundo dedicans gehennæ & tremendorum Dei iudiciorũ oblitus, vt Euangelicus ille iudex nec Deum timebat, nec hominem verebatur. Cumq; diu concessa potestate abusus quotidie seipso deterior fierit, nullaq; iam spes correctionis eius existeret, iram aduersum se omnipotentis Dei iam non reuocandã commouit: atq; in se dirissime expertus est scripturę sacræ sententiam, dicentis: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Et quia nequitia eius non occulta, sed publica, nõ cum timore, sed cum audacia Deum prouocauerat: non latenter, sed publice, & visibiliter, terribile factus est tyrannus Principum in exemplum. Nam cum solenni die Matisconi in proprio palatio resedisset, cumq; multitudo tam militum, quam diuersi ordinis circumstaret, repente ignotus homo equo insidens per ostium palatij ingressus, omnibus conspicientibus & admirantibus, vsq; ad ipsum equirandõ peruenit: cumque ei adstaret, se ei velle loqui dicens: vt surgeret, ac se sequeretur. non tam monuit, quã imperauit. At ille inuisibili potentia constrictus, nec iam resistere valens, surrexit: atque vsque ad ostium domus processit, vbi equũ paratum inueniens, cumque ab eo cõscendere iussus ascendit. Cuius stantibus habenas ille arripiens, statim cum velocissimo cursu per aera ferri cunctis conspicientibus cœpit. Cumq; immenso eius clamore ac miserabili eiulatu tota ciuitas commota ad tam inusitum spectaculum concurrisset, tamdiu eum per aera currentẽ attoniti conspexerunt, quamdiu naturali oculorum acie eum subsequi potuerunt. Qui cum eum diu, Succurrite ciues, succurrite, vociferarentem audirent, nec iuuare valerent, subtractus tandem visibus hominum, æternus, quod meruerat, factus est socius dæmonum. Ab hoc tã horrendo spectaculo vniuersi ad propria recedentes, sicut supra dixi, horrendũ esse incidere in manus Dei viuentis, exemplo inaudito & miserabili didicerunt. Hoc ita fuisse post communem, vt dixi, omnium famã, quidam non quidem tam mirabile, sed tamen mirum nostris dieb. accidens attestatur. Nam ille traditus diabolo Comes, dum cũ socio maligno de palatio egrederetur, post ostium muri palatio illi proximi transitũ habuit. Quod ostium, ciues ob tantæ rei horrorẽ & memoriã posteris cõmendandam, lapidib. obturauerunt. Quod nuper Orgerius VVilielmi Comitis præpositus reuocare cupiens, & propter quædã, quæ publico vel priuato vsui necessaria videbantur, peruium facere volens, conductis quodam die operatiis, obicẽ lapidum ad ostio remouebat. Erat autem & ipse pro posse suo acer ecclesiarũ persecutor; & vbi parua occasio occurrebat, res earum nisib. diuersis vexabat. Dum igitur hic operi iam dicto instaret, ecce inuisibiliter à diabolo raptus, ac videntibus, qui aderant, multo in aera spatio subleuatus, sed confestim dimissus corruit, eiusque corpore grauiter collise, brachium quoque illius subita illa ruina confregit. Quod videtes socii, rursus foramen ostij, quod aperire cœperant, lapidibus obturauerunt, & ad perennem vtriusque memoriam clausura perpetua damnauerunt.

Comitis Matisconensis exercranda tyrannis.

Luc. 12.

Hebr. 10.

Comes sacrilegus à dæmone asportatur.

Orgerius Comes ecclesiæ persecutor etiam à dæmone rapitur.

XVIII. *De Comite ob occupata & distracta prædia ecclesiastica apud inferos cum hæredibus condemnato.*

His-

His pro coronidi illud ex Petro Damiani subiiciam in hæc verba. In Teutonicis partibus, inquit, Comes quidam diues ac præpotens, sed quod in illo hominum genere prodigium est reperiri, bonæ opinionis & innocentis vitæ, prout humanum erat de eius æstimatione iudicium, ante decennium fere defunctus est. Post cuius obitum quidã religiosus vir per spiritum ad inferiora descendens præfatum Comitem in supremo gradu cuiusdam scalæ positum vidit. Aiebat namque, quia scala illa inter stridentes, & crepitantes vlrices incendii flammas videbatur erecta, atque ad suscipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia descenderent, cõstituta. Erat autẽ tetrũ chaos, immane barathrum, infinite patens, atque in profunda demersum, vnde scala producta surgebat. Hoc igitur ordine succedentium sibi series texebatur, vt cum quis eorum nouus accederet, primum interim scalæ gradũ teneret: is autem, qui illic repertus erat, aliiq; omnes ad proximum sibi gradum in ima descenderent. Cũque alii atque alii ex eodem genere homines post carnis obitum ad præfatã scalam per temporũ interualla confluerent, alii protinus cederent, ineffabilis iudicis necessitate ad inferiora migrabant. Plane dum vir, qui hæc contemplabatur, causam huius horrendæ damnationis inquireret, & præsertim, cum ille Comes sui temporis puniretur, qui iam iuste, tam decenter, tam honeste vixisset? Audiuit, quia propter quandam Metensis ecclesiæ possessionem, quam B. Stephano proauus eius abstulerat, cui videlicet iste iam decimus in hæreditate successisset, omnes isti nõ diuerso supplicio deputati sunt. Et sicut eos ad peccandum non dispar auaritiæ culpa coniunxit: ita nihilominus ad perferendas atrocis incendii pœnas commune suppliciũ copulauit.

Ex Petro Damiano Baro. to. 11. Anna. Eccles. ad an. 1055. 13. & seq.

Ob sacrilegia Comes cum posteris ad inferos damnatus.

XIX. *Bona ecclesiastica qui diripiunt, non inde ditescũt, imo pauperiores fiunt.*

Anno Domini 1543. argenteus nummus, qui solebat in Anglia purgatissimus extare, ab Henrico VIII. in æreum conuerti cœptus est, non sine manifesta Dei vindicta in sacrilegia & rapinas regias cõstituta & expetita. Cum enim tot ac tanti monasteriorum in Anglia thesauri essent, vt eorũ vel decima pars etiam auarissimi Regis mentem explere potuisset: tamen Henricus, cum thesauros vbique omnes, cũ cruces argẽteas, aureas, omniaq; sacra vasa cũ altariũ ornamenta, cũ omnẽ suppellectilẽ, mille pœne monasteriorum cum omnia prædia, fundos, fructus, iura & actionẽ in suam potestatem redegisset, cũ præterea decimas & annatas omnium beneficiorum per vniuersam Angliam exigeret, & adeo cum ipsum plumbum, ligna arq; lapides monasteriorum vbique venderet, ex eoq; debuisset in æternum omnia ciuibus suis tributa & vectigalia remisisse (id quod se facturũ simulabat, vt ciues eo libentius in monasteriis euertendis ipsius libidini assensum præberent) imo cum debuerit quocunque Christiani Orbis Rege, argento præsertim & auro ditior extitisse: adeo tamen in contrarium ea res ex Dei iustissima voluntate cessit, vt multo pauperior intra paucos annos post expilationem fuerit, quam vnquam antè aut ipse, aut maiores eius fuerunt. Quin ille solus plura tributa & vectigalia ciuibus suis imposuit, quam omnes simul Reges per quingentos ante annos fecerant. Cumque stantibus adhuc monasteriis, vulgo pseudoeuangelici iactitarent, neminẽ in Anglia pauperẽ deinceps fore, si semel claustra sacra dirumperentur, & thesauri, quibus Abbates incubarent, prædiaq; & agri, quibus pauci iam monachi alerentur, in manus plurium deuenirent, adeo nihil eorum res ipsa extitit, vt pro singulis qui antea ostiarium victum quæritabant, nunc viginti ad minimum non modo idem vitæ genus sequantur, sed etiam quod miserrime quæritant, interdum vix inueniant.

Nicol. Sand. de schismate Anglicano an. D. 1543.

Male parta peius dispereunt.

XX. *De supplicio cuiusdam scholastici Congregationis Parthenicarebus abutentis.*

In Sodalitiis B. Virginis, quod neminem fugit, deligitur vnus, qui particeps & conscius rerum omnium est, quæ decernuntur, easque litteris mandat, ab aranis dicitur. In Congregatione porro Hispalensi adolescens, qui hoc munere fungebatur, duos ad hanc rem destinauerat calamos scriptorios insigni ornatu: erenim illi detractis plumulis aureo filo sericoque distinguebantur inuicem permixtis. Horum alterum subripuit vnus de Sodalibus iuuenili furto. Cuius etsi sæpe pulsabatur cogitatione animus, vt posthabitis rebus omnibus se Deo consecraret in aliquo cœnobio, præualente amore in mulierem quandam, aliud agebat. Ad eã aliquando cum instituisset scribere, ac furtiuum calamum sumpsisset manu, sensit sibi verberari os excussa palma, simulq; vox ad aures: Etiamne, scelerate, rem mihi dicatam temerare audes impuro ausu? Attonitus hac pronunciatione ac verbere, vt se collegit iuuenis, reuertitur ad calculos, quos pœne abiecerat vt appiecteretur institutum Franciscanæ religionis. Mansit ad aliquot dies vestigiũ plagæ acceptæ, vt appareret ab alia vi quadã maiore, quam ab humana, impacta.

P. Francis. Bencius in n. Colleg. Hisp. Lugd. & Imag. l. 5. hist. gen.

Calamum Sodalitatis furripiens palma cæditur.

TIT. CIX. De Simonia.

Simonia est studiosa cupiditas aut voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, pro temporale.

Hoc modo peccauit Ieroboam: quicunque enim volebat implebat manum eius, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ. 3. Reg. 13. 33. 34.

Simoniacus quoque fuit Giezi seruus Elisæi, qui quia pro gratia spirituali Naaman Syro à Domino sua impertita 4. Reg. 5. 26. 27.

tita veſtes accepit, & argentum, in ſempiternum cum ſemine ſuo factus eſt leproſus quaſi nix.

2. Mach. *Antiochus Epiphanes Syriæ Rex ſummum Sacerdotium impiiſſimo Iaſoni vendidit: ob quam cauſam, Dei cultus & ſacrificia plane contempta fuerunt, & ad Gentium ritum translata.*

Act. 1. *Iudas proditor vendendo Chriſtum Dominum Deiſilium ſimoniam commiſit: ob idque laqueo ſe ſuſpendit, medius crepuit, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.*

Act. c. 8. 19. & 29. *Hoc etiam crimine affectus fuit Simon ille Magus (pater & quaſi omnium Simoniacorum inuentor & parens) qui ſibi donum Spiritus ſancti pretio comparare voluit: cui propterea Petrus dixit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem.*

EXEMP. I. *De Archiepiſcopo ſimoniaco, à quo Spiritus ſanctus non ſit ſæpe nominari.*

Nicolaus Aragonius Cardinal. de antiquioribus geſt. Rom. Pontif. ep. Baron. tom. 11. an. 16. 17. [illegible] niſi ſubdiaconum & poſtea Greg. VII.

TEmpore Henrici II. Imp. an. Dom. 1055. cum ſimoniaca hæreſis totam Italiam, & Burgundiã occupaſſet, Victor II. Pontifex Max. miſit à latere ſuo Archidiaconum *Hildebrandũ ad vltra montanas partes cum quibuſdam Epiſcopis. Cũ autem ad Lugdunenſem Prouinciam peruenisſet, in ea Synodũ celebrauit: in qua per ipſum Archidiaconũ Deus maximum dignatus eſt operari miraculum. Reſidentibus enim in ea Synodo Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliarum eccleſiarum Prælatis, Archiepiſcopus vir quidam litteratus & eloquens accuſatus eſt de crimine ſimoniæ: quo conuenti nocte omnes ſuos accuſatores pecunia corrupit, & ſibi amicos fecit. Mane a facto rediens ad Synodum, audacter dixit: Vbi ſunt qui me accuſant? exeat in publicum qui cunque me voluerit damnare. Tunc obmutescentibus cunctis, prædictus Archidiaconus, tanquam vir diſcretus, & ſapiens, conuertens ſe ad illum, dixit: Crediſne, ô Archiepiſcope, Spiritũ ſanctum cum Patre, & filio vnam eſſe ſubſtantiã Deitatis? Quo reſpondente: Credo, addidit Archidiaconus: Dic Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Tunc ille Gloria Patri & Filio, expedite dicebat: ſed Spiritum ſanctum nullatenus proferre poterat: quid mirum cum ſit ſpiritus veritatis? Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret, videns ſe per diuinum iudicium omnino confuſum, procidit ad pedes Archidiaconi, & confeſſus eſt proprio ore ſe ſimoniacum eſſe. Poſtquam vero à ſacerdotali & Epiſcopali officio eſt depoſitus, Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto clara voce decantauit. Quod factũ ſimoniacos in tantũ perterruit, quod præter alios Prælatos eccleſiarũ viginti ſeptem, Epiſcopi quadraginta quinque ſimoniacos ſe eſſe confeſſi ſunt, & ſuis honoribus abſq; vlla alia accuſatione renunciarunt. Celebrata Synodo, & aliis rebus rite ordinatis & compoſitis, Legati ad Vrbẽ redierũt.

Miraculo ſimoniacus arguitur Archiep. Gallican. Ioan. 4.

45. Epiſc. ſimoniaci territi Epiſcopatu cedunt.

II. *Ignis ingens ad probandam ſimoniacam Epiſcopi Florentini ſtructus tranſeuntem non ladit.*

Guilbert. Non minus etiam memoranda eſt prodigioſa damnationis cauſa Petri Papienſis Archiepiſcopi Florentini: hic namq; ob ſimoniæ notam à Ioanne Gualberto vitæ morum ſanctitate inſigni, qui primus Vallis vmbroſæ monachalem congregationem inſtituit, cum eſſet grauiter increpitus, res ad ignis iudiciũ fuit deducta. Præfigitur itaq; locus & dies, quo illud fieri debeat, vt ſi qui velint, poſſint coram intueri. Locus præfixus eſt in monaſterio Septimi, quod tunc erat Ordinis memorati: nunc vero Ciſtercienſiũ eſt. Dies fuit quarta feriæ primo hebdomadæ Quadrageſimæ. Modus probationis fuit eiuſmodi, vt in loco publico duo lignorũ ſtrues iuxta ſe fierent, quæ obtinerent in longũ decem pedes, in latũ quinq;, in ſublime quatuor, & dimidium: inter vtraſq; vero ſtrues ſemita intereſſet longitudine brachii prunis ardentibus conſtrata, per quam vnus ex monachis tranſiret. Vbi aduenit ſtatutus dies & hora, inuitatur Epiſcopus Petrus à ſuis, vt accedat viſurus tantæ rei experimentũ, ne ciuitas Florentina tã diuturna vexetur altercatione. At ille prorſus renuit: immo ſi qui charum eum haberent, eos eo accedere vetuit. Sed plebs omnis vtriuſq; ſexus, & cleri maxima pars illuc properarunt. Pollicentur fautores Epiſcopi, ſi ea probatio ſuo potiatur effectu, vt quiſquam è fratribus per ignem illæſus tranſeat, ſe ipſis ſuffragaturos, & ab Epiſcopo defecturos. Itaq; fiunt Litaniæ & aliæ preces à monachis, ſacrificiũ ſolenniter celebratur ab Abbate illius inſtituti clericis & monachis adiuuantibus. Vbi ventũ eſt ad Agnus Dei, vnus ex monachis fert aquam ſacratã ad aſpergendũ, alias thuribulũ thuris incendenti cauſa, tertius faculas ad ligna inflammanda, quartus imaginẽ crucifixi. Inuocatur à cunctis Dominus Ieſus Chriſtus & ſanctiſſima Mater eius pleno ore, vt rei veritas declaretur. Sacrificio peracto, deponit caſulam, crucemq; manu geſtat Abbas, qui ſacrificauerat. Petrus is quoq; dicebatur. Litaniis abſolutis, vnus ex Abbatibus eligitur, qui clara voce populo exponat petitionis & ſponſionis conditionẽ. Deinde Abbas Petrus, cũ cruce quam manu geſtabat S. Ioannes interim coram adſtante & orante, ingreditur per medios igniũ globos, flamma in ſublime fertur, calcatq; ardentes prunas, quæ erant in via inter lignorum incenſas ſtrues. Sed prius quã ingrederetur cunctis audientibus, ita precatus eſt: Domine Ieſu, vera lux omnium in te credentium, ardentem peto miſericordiam tuam, oro clementiam tuam vt ſi Petrus Ticinenſis, qui dicitur Florentinus Epiſcopus, pecunia Florentinam ſedẽ occupauit: tu æterni Patris Filius, tu mea ſalus, in hoc tremendo iudicio ad me adiuuandũ feſtines, & me illæſum ſine vllis aduſtionis veſtigiis conſerues: ſicut olim tres pueros in fornace Babylonica ſeruaſti. His dictis, per medios penetrat ignes, neque corporis, neque vestimentis vllo aduſtionis veſtigio inhærente. Cumque vellet vertere ſeſe, & eadem via per flammas reuerti, à populo retinetur, quippe iam perſpicue rei veritatem edocto.

Milaneſius in vita Io. Gualberti apud Sur. tom. 4. Vr. ſperge. f. Abbas an. 1063. 53. Simoniæ crimen Petri Papienſis igne examinandum.

Simoniacus ignis experimento à Io. Gualberto probatus. Cratio Petri Archiepiſcopi Florentini. Ardentem lignorum ſtruem illæſus Florentiæ permeat.

III. *Gan-*

III. *Gaufredus Ep. Carnotensis simoniacus à Greg. VII. diu Romæ detentus ab Vrbano II. deponitur.*

Scribit Gregorius Magnus Gaufredum Carnotensem Episcopum sub Gregorio Papa VII. Romæ diu detentum reum simoniacæ prauitatis, sed cum deficerent, qui ista probarent testes: permissum ab eodem Pontifice, vt seipsum iuramento purgaret, sicque purgatus Romæ ad suam est restitutus ecclesiam. Verum cum postea eiusdem Episcopi crimina plene innotuissent Apostolicæ Sedi: Vrbanus Papa, cum dissimulandi nullus locus esset, eundem Gaufredum Sede Carnotensi depositum, atque in eius locum consecrauit Iuonem.

Bar. to. 11. Annal. ad an. 1092. 2.

VI. *De sacerdotibus simoniacis ab ecclesia Iprensi per Ep. Morinensem exterminatis.*

Anno Domini millesimo centesimo primo, Ioannes Morinorum Episcopus, vir per omnia laudabilis sacerdotes ambitiosos, & auaros propter eorũ simoniam, atque alia vitia expulit ex oppido Iprensi, rogatuque ciuium, Gerardum, quendam spectatæ vitæ sacerdotem diuorum Martini & Petri ecclesiis præposuit.

Iac. Meyer l. 4. Annal. Flandrica.

V. *De Episcopo propter simoniam deposito à summo Pontifice.*

Otto Halnestarensis Episcopus à Canonicis suis accusatus Romæ, conuictus & confessus, quod pro consecratione cuiusdam ecclesiæ triginta solidos accepisset, ab Honorio Papa depositus est anno Domini 1129.

Ioan. Trithem. in Chron. monast. Hirs.

VI. *De vltione diuina presbyterum fraudulenter & parata pecunia Episcopum à summo Pontif. Leone reposcentem.*

Anno Domini 1049. quidam Galliarum Episcopus à Leone nono summo Pontifice Episcopi honore suspensus fuit: cuius quidam presbyter Gibertus nomine facundus sermone, & literis haud mediocriter eruditus, eidem promiserat Episcopo, se Romam venire, atque callidis suis assertionibus eundem beatum Pontificem decipere, eique sublatum officium restitui impetrare: sicq; ab eo accepta pecunia, Romam venit, cumque se beato Pontifici præsentasset, cœpit se huc illucque vt callidus serpens vertere. Episcopum suum verbis rhetoricis excusare blandis, & humilibus precibus, vt interdictũ officium iniuste, vt asserebat, ablatum deberet restitui, flagitare. Sed cum id quod petebatur sibi denegatũ fuisset, nec eũ, vt sperauerat, decipere potuisset, ne ad Episcopum suum, à quo non paruam acceperat pecuniam, sine effectu reuerti videretur, aliud exquisiuit ingenium: aditq; Apostolicæ sedis Cancellariũ, eiq; oblato pretio persuasit, vt sibi furtiuas literas, & Apostolico sigillo signatas ad suum Episcopum deferendas tribueret; quæ & Episcopale officium, & gratiã Apostolicæ sedis sibi redditam significarent. Quæ res beatum Leonem minime latuit: moxque prædictum presbyterum aduocans, accepta, quam obtulerat, pecunia, eique in sinum mittens, dixit: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei furtim tentasti pecuniis possidere.* Cui sermonem diuina vltio mox secuta est, ita vt amissa mente ab illa die vsq; nunc vbique vagabundus incedat, nec vlla domus, vel claustra vltra duos vel tres dies eũ valeat retinere. Qua de re aperte datur intelligi, quod quisquis temerario ausu vel decipere, vel ad iracundiam prouocare tentauerit eũ, qui in iustis habitat procul dubio Dominum offendit, cuius & vindicem iram in se sentiat, quam non experta temere deuitare neglexerat.

Ex Desiderio Abb. Cassin. & Cardinal. Baron. to 15. ann. 1049. 17.

Act. 8. Fraudulenti presbyteri pœ...

VII. *De subita horrendaque morte Werneri Ep. simoniaci, & simonia Henrici Imp. fautoris.*

Henricus Imperator à S. Willelmo Abbate Hirsaugiensi reprehensus, quod dignitates spirituales venderet, & quod proinde hæreticus esset, in publico suorum Principum consessu præcepit Hirsaugiam funditus destrui, & fugatis monachis bona monasterii in stipendium militibus erogari. Ad hoc facinus perpetrandum Wernerus Episcopus constitutus per simoniam ad ecclesiam Argentinensem homo peruersus, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ atrocissimus inimicus, tanquam obsequium præstiturus Imperatori, milites cohortatur suos, promittit prædam ingentem de spoliis monachorum, cumq; milites detestari nefas tam immane in famulos Dei cœpissent, insanus Pontifex dixit: Ego vos, ô milites fortissimi, in hoc obsequium Reges nostri iustissimi præcedam; & quicunque vestrum me secutus nõ fuerit, reus læsæ maiestatis erit. His dictis loricam induit: qua indutus, equum plenus minarum in monachos ascendit, subitoq; clamans & vlulans horribiliter cecidit, & morte subitanea præoccupatus, cunctis videntibus, exspirauit. Cæteri vero tam miserabilem Pontificis metuentes exitũ, valde timuerunt, nullus eorum deinceps ausus est contra monasterium illud sinistrum aliquid perpetrare.

Ioan. Trithem. in Chron. monast. Hirsaugien.

Horrendus exitus Ep. simoniaci.

VIII. *De Henr. I. qui ob simoniam à munere commissa morbo afficitur, ac damones infestos patitur.*

Quid Henrico II. anno Domini 1047. quo Imperator creatus est, contigerit quoad hanc rem, sic Willelmus Malmesburiensis, & alii post eum narrant. Tempore Conradi patris à quodam clerico fistulam tulerat argenteam, qua pueri ludo aquãiaculantur; pactus Episcopatum, cũ foret Imperator Adultus repugnanti pollicitum impigre dederat. Nec multo post aspera valetudine correptus decubuit: morbo crescente, triduo exsensus, & mutus iacuit cum in solo pectore vitalis habitus palpitaret. Nec aliud vitæ iudicium erat, quam quod manu ad nares appositã, quantulusc unq; sentiebatur anhelitus. Episcopi præsentes triduano indicto ieiunio, lacrymis & votis pro vita Regis superos pulsabant. Quibus, vt credi fas est, remediis cõualescens, accitum Episcopũ, quem iniuste fecerat, sententia Concilii

Willelm. Malmesb. l. 2. de gestis Regũ Angl. c. 2. Matth. Westmonasterien sis. ista locupletius Bar. to. 11. ann. 1047. 10. Henr. III. simoniacus afflictus.

III. depositũ

depositum professus se toto triduo dæmones infestos vidisse, flammam in se per fistulam iaculantes adeo pertinacem, vt noster ignis in comparatione illius frigidus putetur, & nihil calere. Iuuenem inter hæc semiustulatum lætum aduentasse, ferentem immensæ magnitudinis calicem aureum aqua plenum, cuius vitione & laticis aspergine delinitum extinctis ardoribus in sanitatem euasisse. Ephebum illũ beatum fuisse Laurentium, cuius ecclesiæ rectum longa carie dissolutum compaginauit, & præter alia xenia calice aureo honorificauit.

Laurentius Ephebus ægrotũ visitat & refocillat.

IX. *De quodam ob simoniæ crimen lepra percusso.*

Ex historia Lausiaca Palladii c. 19.

Cum Macario Ægypto duo habitarunt discipuli in intima solitudine, quæ vocatur Scete. Ex quibus vnus quidem erat ei minister, qui semper propè ipsum inueniebatur, propter eos qui veniebant vt curarentur: alterum verò procul seorsum sedebat in cella. Procedente autem tempore, cum sanctus perspicaci oculo præuidisset, dixit suo ministro Ioanni nomine, qui postea factus est presbyter in loco sancti Macarii: (Presbyteratu enim dignus fuerat habitus magnus Macarius) Audi me, frater Ioannes, & fer æquo animo meam admonitionem, eaque tibi proderit. Tentaris enim, inquit, & te tentat spiritus auaritiæ. Sic enim vidi, & scio: quòd si meã æquo animo tuleris adhortationem, in Dei timore consummaberis, & in eius opere & laudaberis, & in tuum tabernaculum non appropinquabit flagellum: quod si non audieris me, te veniet finis Giezi, cuius vitio laboras. Contigit autem, vt iusto quidẽ non obedierit ei, qui Iudæ alligauit laqueum propter auaritiã: & post alios quindecim aut viginti annos, cum bona pauperum sibi vsurpasset, ita laborauit elephantia, vt non inueniretur integer locus in eius corpore, in quo quis posset figere digitum.

Lepra percutitur miraculosè simoniacus 4. Reg. 5.

X. *Simoniacum esse dare pecuniam pro ingressu religionis.*

Ex Epist. 206. inter Ep. Aug. c. 8.

In Epistola illa ducentesima sexta, quæ est Cyrilli ad Augustinum, traditur fuisse monasterium quoddam in Thebaidis partibus ducentarum fere fœminarum sanctarũ vtique, si non auaritiæ fœditate sanctitatis decorem polluissent. Consuetudo pessima apud illas inoleuerat nullam in collegium admittendi, quæ certum pecuniæ numerum non afferret. Cuidam ex iis, cuius Deo deuotus animus à tam profana negociatione abhorrebat, apparuit in somnis Hieronymus iubens, vt cæteris pergeret nunciare, nisi actum pœnitentes ab ea exactione desiterint, vltionem à Deo paratam iam ipsarũ capitibus imminere. Cumq; hæc in conuentu omniũ narrata fuissent, risu excepta sunt, existimantib. deliramentum esse mulierculæ aniliter desipientis, nec vera, vt erant, referentis. Altera deinceps & tertia nocte eadem visa rursus coram replicantem, iam odio habitam proprio agitantes eiecere: Deo protinus disponente, ne scilicet Loth cum Sodomis disperiret: iustus cum impiis. Vix etenim mulier sepulta monasterii egressa fuerat, cum monasterium ipsum terribili fragore funditus concussum reliquas oppressit ruina, vt ex tanto numero ne vna quidem saltem extremum in morte anhelitum ducens post casum sit inuenta.

XI. *Simoniace ad Pontificatum electus abiiciendus.*

Platina de vitis Pontificum, an. 1059.

Nicolaus II. Pontifex Romanus in Lateranensi Concilio hoc decretum sanciuit, quod in Decretis extat: Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, militari ve tumultu, sine concordi & canonica electione Cardinalium, fuerit in throno Petri collocatus, is non Apostolicus, sed Apostaticus, id est, à ratione deficiens, merito vocetur: liceatque Cardinalibus, Clericis & Laicis Deum colentibus, illũ vt prædonem, anathematizare, & quouis humano auxilio à Sede Apostolica propellere: atque quouis in loco, si in vrbe non liceat, Catholicos huiusce rei causa congregare.

XII. *Arialdus propter iustitiam & simoniæ detestationem martyr effectus.*

Ex gestis Arialdi per Syrum presbyt. eius Vitæ scriptorem Bar. to. 11. an 1066. 19. 20.

Arialdus insignis pietate vir commiseratus statum Mediolanensis ecclesiæ, quam dira persecutio simoniacorum, & aliorum impiorum misere vexabat Romã se contulit, anno Redemptoris 1056. sub Victore Papa secundo, ibique per decennium perseuerans, in primis aduersus Guidonem Archiepiscopum, simoniacũ, constantissime steterit: at vero, qui impus non pastor erat, Arialdum monitorem infestum non ferens proditione captum, & persuas ad inaccessas solitudines trans lacum ad necem ductũ, ne populus commoueretur, necandum curauit, vbi crudelissime à duobus Clericis ab Archiepiscopi nepte, tanquam altera Iezabele, missis, fuit interfectus: vbi enim illi duo Clerici illuc nauigio peruenissent, egressi de naue, dicunt ad eos, qui duxerant: Vbi est Arialdus: Qui respondere dicentes: Mortuus est. At illi: Nobis, inquiunt, à nepte Archiepiscopi iussum est videre illum, siue viuum, siue mortuum: & aspicientes videre illum eminus vinctum sedentem super saxum: in quem sic anxii irruunt, quomodo leonum catuli super prædam famelici. Euaginatis igitur gladiis, ipsius vnus vnam, alter vero auriculam arripit alteram dicentes: Dic furcifer: si dominus noster vere est Archiepiscopus: Qui respondit: Nec est, nec fuit vnquam, quia opus Archiepiscopi in ipso non est, nec fuit vnquã. (Etenim per simoniam ingressus per simoniam sacra distrahere non cessabat) Tunc immites vtramq; amputãt aurem. At ille oculis in cœlum eleuatis ait: Gratias tibi ago, Christe, quia hodie inter tuos martyres me dignatus es connumerare. Interrogatus denique iterũ, si Guido vere esset Archiepiscopus: qui solidã animi constantiã tenens ait. Non est. Quapropter nasus ipsius protinus cum labio superiore est abscissus: deinde ambo oculi sunt effossi. Postea verò dexteram detruncant manum, dicentes: Hæc est, quæ faciebat Epistolas Romã directas. Dehinc radicitus membrum amputant genitale, dicentes: Prædicator castitatis hactenus fuisti: & hinc tu castus

S. Arialdi Clerici Mediolanensis martyrium.

Aus eris. Postea vero sub gutture linguam extrahunt dicentes: Modo fileat, quæ clericorum familiam conturbauit, & dispersit. Et sic sancta illa anima carne est soluta.

TIT. CX. De pluralitate beneficiorum.

EXEMP. I. *Beneficiorum ecclesiasticorum coaceruatores reprehenduntur.*

Lib. 2. de Vita Mariæ Oegniac c. 6. apud Sur. 23.

SCribit Iacobus à Vitriaco Episcopus & Cardinalis in vita Mariæ Oegniacensis, quod quidam eius amicus, cum haberet sacerdotium siue beneficium vnum ecclesiasticũ, quod ei sufficeret ad mediocritatem, multis victus precibus etiam alterum accepit, quod & dignitate potius, & prouentu locupletius esset. Sed cum pro sua pietate & modestia Christi ancillam consuleret, vellet q; ab ea scire, num hac de re Deum offendisset: illa more suo breues sibi inducias petiit, & tandem inspiratione diuina, & cœlestibus reuelationibus absque vllo hæsitationis scrupulo certior effecta: videbam, inquit, hominem vestib. albis indutum, & satis ad cursum expeditum, atro insuper pallio indui, & mentis sarcina onerari.

Beneficia ecclesiastica minime coaceruanda.

Cum autem hęc, atq; alia similia dixisset, is, qui jam in seipso diuinitus senserat, quæ illa loquebatur cælitus edocta, primum sacerdotium, vtpote sufficiens, retinuit: & alterum sine mora, ne locũ alterius ambitiose occuparet, vir prudens & Deum timens, atque salutari consilio obtempetans, resignauit. Ignoscite mihi, fratres, qui dignitatem dignitati adiũgitis, & sacerdotia, siue beneficia ecclesiastica alia aliis coaceruatis. Non enim meũ quod retuli, sed Christi reuelantis. Parcite etiam ancillæ Christi, nec velitis obtrectare innocenti. Qua enim re vos læsit, si amico præbuit salutare consilium, ij veritatem è Domino hausta enunciauit: Fortassis autem, dum crebro libellum hunc inspiciris, & quadam acerbitate reuoluitis, ancillæ Christi visiones more vestro ridebitis, & pro somniis & phantasmatis habenda statuetis. Sed etiam Pharisæi Dominum de aquaritia disputantem: & diuites in regnum cælorum difficile introituros asserentem, non solum irriserunt, sed insanum quoque judicarunt.

II. *De Philippo Cancellario Parisiensi propter beneficiorum pluralitatem damnato.*

Ex Thom. Cantipratli. 1. Apum c. 19. p. 7. Dionys. Carthusiã. li. de plural. benef. ca. 7.

Thomas Cantipratanus Cameracensis Episcopus Suffraganeus Dominicanus in libro, qui dicitur Apum, seu de bono vniuersali, scribit se fuisse Parisiis anno ab incarnatione Dom. M. CCXXXVIII. cum venerabilis Guillielmus Parisiensis Episcopus, qui in Theologia jam Rex erat, conuocauit omnes Magistros in capitulo Fratrum Prædicatorum, ad proponendam ac discutiendam quæstionem de pluralitate beneficiorum. Post solertem vero & prolixam valde disputationem conclusum est, duo beneficia, dummodo alterum quindecim libras Parisienses valeret, teneri cum salute animæ non posse. Id ita determinauit Episcopus. Eandem quoq; sententiam in scholis propriis successiue sequuti sunt inter Hugo Ordinis Prædicatorum, postmodum Romanæ curiæ Cardinalis, Frater Guerricus, Frater Gaufridus eiusdẽ Ordinis, & Frater Ioannes de Rupella Ordinis Fratrũ Minorum, aliiq; plures Theologiæ Magistri. Fuerat eadem quæstio diu ac multo celebrius ante tres annos agitata: atq; tum Doctores omnes in eandem ibant sententiam duobus exceptis quorum vnus fuit M. Philippus Cancellarius Parisiensis, & alter M. Arnoldus postea Episcopus Ambianensis. Quid autẽ de ipso Philippo contigerit audiamus. Agonizantem Cancellariũ in morte dominus Guilielmus Parisiensis Episcop. paterna solicitudine visitauit, rogans eum, vt singulari opinioni cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia sua, excepto vno, in manus Ecclesiæ resignaret. Et hoc conditione media, vt si cõualesceret: ei supplere vellet de suo proprio, quod dimisit. Renuit ille, experiri se velle dicens: vtrũ esset damnabile beneficia plura tenere, mortuus est ergo sic. Post paucos autem dies, cum prædictus Parisiensis Episcopus post matutinas orare vellet, vidit inter se & lumen; quasi vmbram quandam hominis tetram nimis. Elevata ergo manu consignat se, & si ex parte Dei sit, præcipit vt loquatur. Et respondit apparens: Alienus à Deo sum, & tamen mirabilis factura eius. Et præsul: Tu quis es? Et ille: Ego sum, inquit, Cancellarius ille infirmus. Rursus Episcopus elato altius gemitu: Et quomodo, inquit, tibi est sic dolenti? Male, ait, immo & pessime, sicut qui damnatus morte æterna. Et Episcopus: Heu, ait, charissime, & quę causa est tuę damnationis? Et ille: Tres sunt, inquit, causę, quare morte perpetua sum damnatus: vna est: quod crescentes fructus annuos contra pauperes tumide reseruaui, secunda quod contra sententiam plurimorum de pluralitate beneficiorum, quasi licite tenendorum, sententiã propriam defensaui, & in hoc me periculo mortalis culpæ commisi: tertia est & illa grauissima omnium quod abominabili cartis vitio in scandalum multorum multo tẽpore laboraui. Et ad Episcopum mox subiunxit, Estne mundus finitus: Et Episcopus Miror, inquit, te quondam litteratissimum virum hoc quęrere, cũ me ad huc viuum cernas, & omnes nos ad huc viuẽtes mori necesse sit ante quam mundus instante judicio finiatur. Et ille: *Non mireris, inquit, qui nec scientia, nec opes, nec ratio apud inferos veniens,* Et hæc dicens, vmbra ab oculis mirantis euanuit. Ipse autem Episcopus, non quasi hęc ipsemet vidisset, in prædicatione sua Clericis omnibus recitauit.

Resolut. de pluralitate beneficiorum.

Philippi Cancellarij Parisiensis apparitio ex inferis.

Eiusdem Philippi damnationis perpetuæ causæ tres.

Eccles. a.

III. *De quopiam alio Clerico propter pluralitatem beneficiorum damnato.*

Simili modo, cum quidam clericus maximę litteraturæ

Id. Thom. libr. 1. cap. 19. p. 7.

raturæ agonizans in morte pro me mandasset, vt consilium quæreret quasi in proximo moriturus, reduci ad memoriam disputationem illam solennem, & determinationem de pluralitate beneficiorum Parisiis, cui ille interfuerat Doctor magnus, consuluique illi cum magna instantia lacrymarum, vt vnam præbendarum dimitteret, quoniam duas contra animam suam renuerat: quarum vna ad omnem vitæ copiam omni clerico sufficere posset. Tunc ille facie auersa dissimulans, hoc tantum respondit: Orate Dominum, vt inspiret. Nec diu post. ea, cum recessisse, & tenuissimo spiritu vix hærente, hoc idem quod consulueram ei, quidam consobrinus eius iuuenculus cum maximis lacrymis inclamaret, cum voce non posset, manu innuens expirauit. Post cuius obitum, cum quidam ex nostris stupescens nimium conqueraret, cur tantus homo & tantus clericus, si mortem præcatum esset, plura beneficia retineret, in tali statu mortuus extitisset, mox quasi semiuigilanti defunctus apparens dixit: Hæc sola præbendarum causa est, pro qua infelix ego in perpetuum damnatus sum.

Plurium præbendarum possessio Doctoris damnatio.

IV. *De subita & infelici morte quorundam multa simul & pinguia beneficia possidentium.*

Eiusd. ca. 19. part. 2.

His addam & illud Thomæ Cantipratensis ex libro de vniuerso. Ego in quadam ciuitate Episcopali, inquit, annis vndecim adoleui, vbi sexaginta duo canonici sub præbendis pinguissimis ducentarum fere librarum Parisiensium in matrice ecclesia seruiebant, quorum plures erant beneficiorum plurium detentores. Vide ergo, qualem vindictam Dei in ipsos vidi turpissimos detentores. Mihi testis, & iudex sit sancta Trinitas vnus Deus, quod paucos eorum vidi cõmuni morte defungi, sed subito omnes & reprobe mori: ita quod quidam eorum audito, quod vnus sociorum in nocte sanus, mane mortuus inuentus esset, complosis manibus dixit: Et quid vultis? Secundum vsum & consuetudinem ecclesiæ mortuus est, vt videtis. Vidi ego ipse in ecclesia eadem infra paucos annos quatuor Archidiaconos sic defungi. Vide lector, mirare miraculum. Primus eorum de equo phalerato & grandi cecidit, fractisque ceruicibus expirauit. Secundus mane in cathedra sedens mortuus est repertus. Tertius in choro stãs, cum ad missam eleuatio corporis Christi fieret, cecidit resupinus, & subtracta loquela cũ sensu, quasi brutum animal, die tertia sine sacra agentis ecclesiasticis est defunctus. Quartus confessionem peccatorum, & sacramenta exusans, mortuus est, & extra cœmeterium sepultus.

Ob pinguiũ pluralitatẽ beneficiorum multi male mortui.

TIT. CXI. De bonis Ecclesiæ non alienandis.

EXEMP. I. *Suo exemplo docet Clemens IV. bona Ecclesiæ parentibus non esse dispertienda.*

INexplebilis habendi sitis, immensaque cupiditas, quæ in quibusdam sacerdotibus nostri temporis vitia est, ecclesiasticis opibus, quæ Dei atque pauperum sunt, filios in immensum locupletandi, difficiliorem miramq; magis Clementis quarti abstinentiam faciet. Is in agro Narbonensi ortus, Iurecõsultus, ad Petri Apostoli solium conscendit: ad eum jam Pontificem cum duæ filiæ quas ante ex matrimonio susceperat, venissent, fretę illius opera se matrimonia, non ex pristina fortuna, sed ex Pontificatus magnitudine consequuturas, neq; ipsarum, neque aliorum cognatorum precibus adduci Clemens vnquam potuit, vt rem vllam ex Pontificatus bonis, aut redditibus daret, quorum postulatis semper respondit: Pontificibus Romanis filios non esse, neq; eis licere, quod suum non esset, propinquis dare. Et propterea contentas debere esse, si fortunas, quas ante Pontificatum habebat, omnes eis reliquisset: quibus opibus cum conditionem in matrimonio ex sententia sua non inuenirent, ambæ sacratum virginum pudicitiam matrimonio prępposuerunt. Nepotem quoque è tribus Canonicatibus, quos habebat, duos dimittere coegit. Rara profecto abstinentia: sed tamen, quæ plurimum laudetur, haud indigna. Filiarum lacrymis tam sublimi fortuna id non impartiri, quod permulti non modo filiis, verum cynœdis quoque ac meretricibus, mimisque largissime donant.

Baptista Fulg. lib. 4. cap. 3.

Bona eccles. siæ parentibus negat Clemens IV.

II. *Bona Ecclesiæ cum pauperum sint, iis potius danda, quam parentibus ad luxum.*

S. Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus rogatus à consanguineo quodam suo non ita paupere, vt pecunia eum iuuaret in filiæ dotem: non minus sapienter: quam pie respondit. Considera, quæso, frater: Si parum dedero, non est quo opus habes: si multum, defraudauero multos, vt vni satisfaciam. Et propterea quicquid illud est, quod est, ad cibos potius pauperum, quam ad intortos crines, aut margaritas ab Ecclesia traditum est.

In Vita eius apud Surium tom. 1.

Ecclesiæ bona quibus dispertienda.

III. *Dira S. Petri in Papam vendentem balsamum pro sua lampade d. stinatum Oltio.*

Quod mihi à senioribus intimatum est, refero. In Babyloniæ partibus possessionem Apostolicæ sedes habebat, vnde tantum balsami redditum per annos singulos capiebat, quod indeficiente fomite sufficeret lampadi, quæ videlicet ante altare beati Apostolorum Principis rutilabat appẽsa: quam possessionem, accepta pecunia, Papa distraxit, canonemq; aromatis, quem accipere solebat, amisit. Aliquanto post cum idem Papa prædicto sancto altari quasi

Ex Epist. Pet. Damian. ad Cadulcum Pseudopapã Electum Baron. tom. 11. 1061. 17.

quasi deuotus assisteret, & oraret, ecce quidam terribilis & grandæuus senex, in cuius etiam facie barbirasium videbatur, elato brachio colaphum ipsi vehementer incussit, & ait: Tu extinxisti lucernam meam ante me: & ego extinguam lucernam tuam ante Dominum: moxque disparuit. Ille vero protinus corruit, & paulo post diem clausit extremum. Sic, sic nimirum meretur corripi, qui illi se præbet aduersum, qui cæli terræque primus pastor obtinet principatum.

IV. *De Henrico Episc. Spirensi diuina vltione percusso & damnato ob dilapidata bona Ecclesiæ.*

Lambert. Schafnab. an. 1065. apud Baron. eodem ann. tom. 11. 14.

Henricus Spirensis Episcopus, cum jam thesauros Ecclesiæ Spirensis pene omnes puerili leuitate dilapidasset, & prædia militibus suis in beneficium erogasset, tempore Henrici III. Imperatoris, & tantum, vt vix in dimidium annum sumtus ei ex redditibus ecclesiæ ministrari possent, inopinata morte subtractus est. De cuius obitu dignam memoria visionem vidit Clericus quidam, qui ei defuncto protinus in Episcopatum successit, nomine Huzmannus, putabat se in choro Spirensi cum Episcopo & cæteris clericis stare. Et ecce ingrediebantur chorũ tres viri, vnus exacta ætatẽ, canicie veneranda: duo iuuenes, tanquam in obsequium senioris destinati: cumque in medio chori aliquandiu taciti constitissent, ait senior his qui circa se erat, iuuenibus: Quid tardatis, quod vobis jussum est, explere? At illi: Tuũ inquiunt, pars est, primo aduersus eum dictare sententiam, & nos sine dilatione quid judicaueris, exequemur. Et ille, Propter multa, inquit, mala, quæ in locum hunc, & in sanctam Dei Genitricem operatus est, egressa est à Deo sententia vt interficiatur. Ad hanc vocem corripientes Episcopum decollauerunt, & truncum in ligno Crucis quod in eadem ecclesia in sublime elatum stabat, suspenderunt. Cumque mane facto, Clericus nimio horrore concussus Episcopo somnum retulisset visus est ei quasi deliramenta loqui, & propter sospitatem corporis sui, optimeq; constantem omnibus membris vigorem suum, nullum tam è vicino imminentis exitij sensum admisit. Et ecce septimo deinc die, cum ad vespertinalem synaxim cum fratribus in choro staret, sensit repente paruulam sibi instar puncti pustulam in collo excrescere, qua paulatim in immensum intumescente, ante mediam noctem defunctus est.

Iudicium Dei terribile in Henr. Ep.

Ecclesiastici judicium subterfugiens diuinum incurrit.

V. *Abbatias laicis non esse concedendas laudabili Ottonis Regis exemplo demonstratur.*

Luitprand l. 4. c. 15. & 16. apud Bar. to. 10 an. Dom. 939. 2. & Renatus Choppinus lib. 2. de sacra Politia tom. 3.

Anno Domini nongentesimo trigesimo nono, Otto Henrici Saxoniæ Regis filius in Alsatia potentissimo aduersariorum exercitu circumdatus inspe rata potitur victoria. Comes quidam tunc prædiues erat cum eo, cuius multitudo militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quam plurimos ex Regis acie desertores ac transfugas fieri, non interiorem, sed exteriorem considerans hominem, tacitus hæc secum loqui cœpit. Quidquid à Rege in hac perturbatione constituto petiero, sine dubio impetrabo, præsertim cum & acre bellum immineat, ac ne se deseram, timeat. Nuntiis itaque directis, Regi supplicat, vt Abbatiam quandam, Lauresheim dictam, prædiis ditissimam sibi concedat cum suis possessionibus, vt, quod sibi deerat, militibus suis ministrare præualeat. Rex autem columbina non solum, sed vt erat viperina calliditate suffarcinatus, non hoc quid portenderet, minime aduertere potuit: vnde & his nunciis apologeticum dedit dicens: Illi quid super hac re sentiam, verbis potius explicabo, quam nuntiis. Quod qui eos direxerat audiens, immẽsa est affectus animi lætitia speras, quod popposcerat, impetrasse. Vnde & moræ impatiens Regem adiit, eumque sententiam super hac re postulauit. Cui Rex populi circumst ante: *Obedire, inquit, magis oportet Deo q[uam] hominibus:* Quis enim sanum sapiens ignorat, te hæc non humilitate petitionis, sed comminationis auctoritate dixisse: Scriptum est enim: *Nolite sanctum dare canib.* Quod quãuis de Doctoribus spiritualiter intelligendum esse prædicetur, ego tamen satis me dare canibus sanctũ censeo, si monasteriorum prædia, quæ à religiosis viris Deo sunt militantibus traditas tulero, & sæculo militantibus dedero. Tibi v. tam p[ro]ocaciter iniusta petenti, sub testimonio totius populi, nec hodie aliud vnquam te à me acceptur[um] esse testificor tibi cordi est cum cæteris infidelibus auolare, quanto citius, tanto melius. His auditis, (quia facies speculum est mentis) cordis verecundiam vultus rubore nudauit, concitusq; Regis ad pedes corruens, se peccasse, se grauiter deliquisse confessus est.

Egregium factum Ottonis Regis.

Act. 5.

Matth. 7.

Deo militantibus debitanon sunt ad sæculo militantes transferenda.

VI. *Abbatia S. Bertini vi à Comitibus Flandria occupata breui iacturam rerum spiritualium & temporalium patitur.*

In Natal SS. Belgij per Io. Molanum 9 Septemb.

Fuit B. Fulco decimus octauus Abbas sancti Bertini monasterij in Sithiu. Qui cum in Rhemensi Archiepiscopatu Hincmaro succederet, successorem habuit in Abbatia Rodulphum. Eo autem mortuo, Carolo simplicis donatione locum occupare voluit Balduinus Caluus Flandriæ Comes, laicus & miles. Sed monasterium, vt id impleret, reassumpsit beatũ Fulconem, & pro eius concordi electione contra Balduini conatus, per S. Grimbaldum Caroli consensum obtinuit. Cum autem octo fere annis Abbatiam nobilissime rexisset rerum Balduinus solicitauit pro ea apud Carolum, & per Winemarum militem apud sanctum Fulconem. Sed Winemarus sentiens virum Dei contra Ecclesiæ & religionis statũ flecti non posse, cũ ira recessit: & positis in via Rhemensi insidiis, beatum Præsulem lanceis transfodit. Hac via, regia accedente donatione, Balduinus Abbatiam inuasit anno nongentesimo primo. Cui filij eius successerunt, Adolphus Bolonien[sis] Comes, & Arnulphus Comes Flandrensis. Hi autem sub nomine

corum
n esse
obatias
gere.

mine Comitum Ecclesiam administrarunt, eam quasi hereditate possidere volentes. Vnde monasterium cum pietate multa bona perierunt: nam inter alia ipsum oppidum, cuius munitionem S. Fulco inceperat, Flandriæ Comites sibi asscripserũt, eo quod Balduinus munitionem illa perfecerat. Cæterum Arnulphus regiminis anno vndecimo, corde compunctus, cum videret sub se, fratre & patre collapsã esse religionem, à Witfrido Morinorum Episcopo ordinari postulauit S. Gerardum natione Namurcensem, celebertimum huius & aliorum cœnobiorum reformatorem.

Ex Poggio Florentin in Fac. Friderici. Nauſan. in præcept 7. Decalogi.

VII. *Res sacras non esse in vsum profanum applicandas.*

Friderieus I Imperator, suasu siniſtro Petri de Vineis viri docti & prudentis, quum in bello contra Alexandrum III. Pontificia careret, Pisis, vbi tunc Imperator erat, templorum ornamenta aurea & argẽtea recipiens & spoliauit, ab illo suo secretario Petro de Vineis audiuit: Iniuriam abstre mihi illatã (quia prius ipsum oculo priuarat ex inuidia Germanorũ) vltus sum, tu tibi hominum odia comparasti, ego tibi Deum ex sacrilegio reddidi inimicum: omnia tibi deinceps in deterius cadent. Id quod postea factum constat, vtpote quod Imperator, Papa vitatus, deinde misera quoque morte perierit. Quo dicto Petrus iste monuit res sacras in vsum profanum non vertendas. Factumque est id anno Domini M.C.XXIV.

Res sacrę in vulgarem vsum non sunt cõuertendæ.

VIII. *De infelici morte Vrracæ, & Alphonsi mariti eius, ob expilatum S. Isidori templum.*

Histor. gen. Hispan. 4. p. Petr. Ribad. de Princ. li. 1. cap. 27.

Rerum Hispanicarum historię narrant, Vrracam Alphonsi sexti Regis filiam, cum templum S. Isidori Legionensis ingressa expilasset, & gemmas sacramque ac pretiosam suppellectilem in sumptus belli rapuisset, & ob spolia domum lætissima repeteret, in ipso templi limine ruptis visceribus misere diem suum obiisse: eam item ob causam Alphonsum Regem virum eius in Fregensi bello ab hostibus oppressum interiisse.

IX. *Quod non liceat bona Ecclesia in vsum belli facile conuertere.*

Hier. Sur. t. 1. Annal. c. 25. ann. 1081.

His addam & illud de Sancio Ramiro Aragoniæ Rege. Hic, valentissimus Princeps nonnulla Ecclesiæ vectigalia in vsum belli, quod cum Mauris gerebat, conuertit: & quanquam hoc bellum Reip. & Religioni, cuius causa suscipiebatur, vtilissimum erat, nec ob exhaustum ærarium cœptum prosequi poterat: ita tamen animo commotus est, quod in Ecclesiæ facultates manus iniecisset, vt anno millesimo octuagesimo primo, Rotæ, vbi cum curia sua agebat, præsente Raymundo Dalmatio eius vrbis nitentia ob Antistite, ad aram D. Vincentij publicam egerit pœnitentiam, iusserit quæ integra fide reponi, quod in vsũ belli à Rotensi Ecclesia abstulerat, quæ ex ea detractione pœne conciderat, vt scribit auctor.

TIT. CXII. De fraude & rapina.

Cum Nathan proposuit Dauid Regi parabolam de diuite, qui abstulerat pauperi ouem vnicam, statim dixit eum dignum morte. 2. Reg. 12.

EXEMP. I. *De vidua, quæ nunquam fraudem fecerat, ab incendio diuinitus præseruata.*

IN Episcopatu Colonienſi, oppido Imperiali, quod Dousburg dicitur, vidua quædam ceruisiam braxare ac vendere solebat. Die quadam, cum ciuitas casu fuisset incensa, ipsumq; incendium domui eius appropinquasset, illa jam non habens spem in auxilio humano, ad diuinum confugit: nam omnia sua vasa, quibus ceruisiam emptoribus mensurare solebat, ad ostium domus contra flammas ponens, in multa cordis sui simplicitate sic orauit dicens: Domine Deus, iustus & misericors, si vnquam aliquem hominum his mensuris decepi, volo, vt domus hæc comburatur: si autem feci, quod rectum est in oculis tuis, precor iustitiã tuam, vt in hac hora misericorditer respicias necessitatem meam, & mihi meæq; suppellectili parcere digneris. Mira fides fœminæ, mira Dei humilitas: is qui dixit: *Quamensura mensi fueritis, remetietur vobis*: ac si oratione fidelis viduæ conclusus fuisset, flammas omnia in circuitu deuorantes à domo eius compescuit, cunctis stupentibus, quod ignis furens materiam cremabilem lamberet, nec incenderet. *Ex Cæs. lib. 10. mi ac. cap. 31.* *Marc. 4.*

II. *De insigni Iustiniani Imp. ac Theodoræ coniugis eius ad rapinam prompta ingenio.*

Iustinianus Imperator, qui principatum adeptus est anno ab incarnatione Dei 527. ad pœnam irrogandam æque promptus fuit, atque ad crimina audienda: pecuniam & temere profudit, & per fas ac nefas comparauit, aliam in ædificia, aliam ad exequenda consilia, aliam in rem bellicam & contentionem eorum, qui voluntati ipsius aduersabantur, insumendo. Ita factum: vt cum pecunia semper egeret, eam rationibus parum honestis compararet, ac gratiã haberet iis, qui colligendi argenti vias ostenderent. Neque vero ille sic affectus erat, Imperatrix vero illi siue licentia, siue quouis modo faciendę pecuniæ solertia cedebat. Sed & maritum longo interuallo potentia superabat, & nouos eosque varios quæstus ingeniosissime reperiebat. Hinc subditi gemino onere premebantur. Nam & annua tributa exaggerabantur, & noua excogitabantur. Alij, vt perperam de religione sentientes, mulctabantur: alij, vt immodeste & petulanter viuentes, opibus priuabantur: alij ob contentionem inter sese, alij denique aliis de causis, quæ omnes breuiter recenseri nequeunt. *Io. Zonaras to. 3. Annal. in Iustiniano.* Iustiniani Imp. rapacitas. Theodoræ vxoris eius auaritia.

III. *De iniquitate Hermigildi Ep. Compostellani in viduam quandam ac de eiusdem vltione diuina.*

Gundesindo subrogatus est Hermigildus Compostel-

Ioan. Vasæus in Chronico Hispaniæ ad an. Do. 922.

postellanus Episcopus sextus anno Domin. 922. De quo in historia Compostellana legi, quæ mihi non solum notatu digna, sed etiam ad exemplũ pertinere visa sunt, ad verbum hic transcribenda duxi. Hermigildus in Episcopum electus, post electionem prauis desideriis huius præsentis exilii deditus, dũ vixit, iniquitatis dominio mentis colla submisit. Cũ a. paulo ante diem sui exitus vehementi ira commoueretur, cuidam viduæ vnam vaccam, cuius lacte se filiosq; suos pascebat, auferri præcepit. Altera ergo die ei cum militibus suis inter epulas sedenti dapifer suus vnũ ex intestinis illius vaccæ, quod Gallico vocabulo Duplicia nuncupatur, in scutella argentea inter alia fercula apposuit. Ipse vero dapum varietate iam distentus, atque nectaris liquore ingurgitatus, cum priori morsus appositæ Duplicię, quam comedere voluit, medio ventris, eis qui intererant videntibus, crepuit. Postquam autẽ sepultus fuit, mouumentum eius combustum fuisse, à quamplurimis audiuimus, & etiam ipsius combustionis signa propriis oculis ipsi conspeximus In alio libro antiquo legi, quod œconomus huius Episcopi vaccam illam accepit à vidua octo filios habente, quæ cum ad pedes Pontificis cum lacrymis se proiecisset, nullam consequi misericordiam potuerit. Illud etiam ibi adiicitur, quod Præsul ille lumbos præcinctos non habuerit.

Viduæ vaccam rapiens diuinas luit pœnas.

IV. *De pœna Ducis, qui militi equum insignem fraude extorserat.*

Io Zonaras to. 3. Annal. Constantinop. sub imperio Theophili ex Cedreno.

Huic & illud, quod habet Cedrenus apud Zonaram, subiungere non inutile erit: Miles quidam manu promptus equum habuit egregium, qui ipsum sæpe ex prælio incolumem extulerat. Huius equi amore captus Dux, sub quo is militabat, cũ neq; pollicitationibus neque minis impetraret, hominẽ timiditatis accusatum apud Imperatorẽ exauctorat. Cum a. Theophilus Imp. equum insigni virtute cuperet habere, & missis in omnes partes mandatis talem sibi quæri atque afferri iuberet, eã nactus occasionem Dux iste, militi ei equum inuito adimit, & tanquam suum Imperatori mittit. Post, cum necessitas bellica plures milites requireret, mandatoque Imperatores omnes, qui arma ferre possent, in exercitum allegerentur, ille etiam miles arma sumpsit, & in prælio fusis suis, quod equum, à quo conseruari cõsueuerat, non haberet, occubuit, vxore & liberis relictis. Vidua amissi mariti desiderio accensa, & quod necessaria pupillis suppeditare nequibat, iustitiæ Imperatoris fama instigante Constantinopolim venit: Theophilumque ad templũ Blachernense equitantẽ de more cõspicata mariti sui equo vehi, concitato cursu aggressa frenũ equi apprehẽdit, suũ hunc esse vociferans, & nõ aliũ, sed ipsum Imperatorem cædi mariti sui causam præbuisse. Perterritus Imperator manere eã iubet, dũ in palatium ipse rediret: ac reuersus statim ad se vocat, ac de re tota accuratius inquirit. Quam cum à principio ad finem vsque recitaret, illico etiam Dux iste sistitur, & muliere iussu Imperatoris occultata, de equo acriter interrogatur: producitur extra velam mulier reum de vi peractura Qua is conspecta, riguit, & aliquamdiu mutus adstitit: tandemq; ad se reuersus, supplex pedibus Imperatoris sese aduoluit lacrymans, ac peccatum confitens. Ergo Imperator eius facultates viduæ eiusque liberis hæreditario addicit, ipsumque dignitate spoliatum exilio perpetuo damnat. Adeo infensus erat & iis, qui iniuste opes parare intenderent.

Pœna Ducis qui eripuerat militi equum.

V. *De pœna viri magni, qui mulierculæ viduæ facultates eripuerat.*

Constantin. Manasses in Annalibus.

Temporibus Iustini Imper. huiusmodi quiddam etiam accidit, dignum, quod memoriæ prodatur, & historiarum monumentis inscribatur. Accessit ad Prætorem vidua mulier, mercula, cum eiulatu, clamore, quiritatione, viri cuiusdam illustris & clari, qui dignitate Magister, consanguinitate Imperatori coniunctus esset, nomen deferens, deque illius iniuria querens, quod facultates ei suas omnes eripuisset. Audit hæc æmulator ille iuris & æqui, viduæ querelis animum aduertit, commiseratione tangitur: mittit, qui Magistrũ in iudicio cõquirere iubeant. Magister non obtemperare, actionem flocci facere, iudicẽ per ludibriũ irridere, sanctos iudicii ipsum exagitare: quia deniq; prandiũ Imperator lautum præbiturus inuitatis nonnullis erat, & conuiuio cum aliis interfuturus, abit. Quid hinc factũ? Ira iudex accenditur, in regiam se confert, Imperatori conspiciendum offert, quem opimo in cõuiuio sedentẽ videbat, inter alios inuitatos etiam rapacem illum accumbentem cernit. Eo conspecto, in singulari feruore cordis inflammatur, & ore liberrimo Iustinum hisce verbis alloquitur: *Si perstas, Imperator, in iis, quæ semel abs te decreta sanitaq; sunt, & homines rapaces multari vis, equidẽ paratus sum atque cupidus, vt id præstem, quod dudum me præstiturum pollicebar: sin te, qui Prætoris munus mihi mandasti, ante actorum pœnitet, en facultatem habes eius mihi vicissim auferendi: nam equidem culpa vacare volo, cum tu piaculares & improbos homines amicos facias, itidemque peruersos adnocendum ingeniosissimos conuiuiis mensisque tuis adhibeas.* Ad ea placidissimus ille mitisque Iustinus, dolenter ex imo pectore ducto suspirio: *Si meipsum, ait, insolenter aliquid designasse constat, mox imperatorio me throno detrahito: sin aliquis conuivarum, qui mecũ hic accumbunt iniurius in quenquã fuit, licet, mox facias; quod dudum tuo cũ animo constituisti.* Vix Imperator hæc proloquutus fuerat, quũ Magister ille per vim à iudice de conuiuarũ cœtu, mensisq; sumptuosis abreptus ad tribunal deducitur, illatæ postmodum iniuriæ luiturus. Stabat ante tribunal tremens ac territus, qui non ita pridẽ elato animo superbiebat. Mulier rursus accusationẽ suam instituebat, quæ per rapi-

Prætoris Imperatorem liberalitas.

Præclarum Iustini responsum.

nam amisset indicabat, facinoris hominem conuincebat. Ille cõtra, ferox antehac, & insolens, mutus illic stabat, & in lingua, quod aiunt, bouem habebat. Ita nimirum os hominis malefici loquendi libertate destituitur. Quum ergo prudentissimus iudex, & æqui iustique custos, re accurate curioseque peruestigata, mulierculã indigna passam, suisque facultatibus iniuste spoliatam deprehendisset, crudis boum neruis illustrem illũ virum per contumeliam cædi iubet, ac tantopere flagellari, dum corpore toto plagarum cicatrices exstarent. Deinde mentum ei denudat ad cutem vsque, ac rasis capitis crinibus vultuq; deturpato, inuersum asino imponit, facinus mediis in plateis per præconem publicari iubet. Tandẽ facultates eius mulieri tribuit, quæ oppressa per ipsum acerbeq; tractata fuerat. Sic nihil ad animum liberatis studiosum cõparari potest: sic homo alien[illegible] auaritia, nec vlli rei mancipatus, sed ingenuus, neminis personam acceptat: non excelso conspicuos loco metuit: neminem formidat: dixeris eum esse volucrem aquilam, celerem sublimia petentem, nullis rebus terrenis addictam. Si puram habeas mentem & lucris superiorem, si donorum captione animum non sordidaueris, Reges non formidabis, plebem non reuerebere[illegible], non eximios & magna præditos potentia metues. Hoc autem factum multis terrori fuit, & multos in officio continuit. Ex eo tempore ab inferendis iniuriis, alienisq; concupiscendis plerique semet abstinebant: quippe iudicis animus [illegible]orabilis, & in iudicando seuerus mentes omniũ perculerat. Hinc pro tempestate ac tristi procella succedebat vbiq; serenitas obseruationis iusti & æqui. Hinc fluctuũ & marini cuiusdã velut æstus loco tranquillitas iucunde arridebat, vitæq; pelagus circa perturbationem vllam nauigabatur.

Pœna rapacis & fraudulenti hominis.

Veri iudicis qualitates.

VI. *De horrendo alius rapacis hominis supplicio.*

Nonlibet autem & miraculum silentio præterire quod an. Dom. 1275. multis testibus accidit. Homo quidam splendidus equestris Ordinis sed violentus & rapax, & suis iuxta, ac alienis hominibus grauis, cum grauiter ægrotaret, admonitus crebro à religiosis quibusdam viris, vt ad Dei clementiam confugiens animæ suæ saluti consuleret, negauit sibi veniæ locum relictum esse: iam enim diuino iudicio traditum esse dæmonum potestati. Nec mora, audiuntur à circumstantibus vehementium verberum & percussionum strepitus. Apparent in corpore ægroti liuores atque vibices, ita vt omnes obstupescerent. Inter hæc ille infelix nullam vocem, nullumque gemitum edens, tetricelicem animam exhalauit, hic orsus sim[illegible]licia, quæ deinde apud infe-

Matth. Cremer de reb. Pelonicis li. 9. an. 1275.

Rapacis & desperati hominis supplicium horrendum.

[illegible]os æternum exprenderet, vt exemplo iis, qui ex [illegible]lorum incommodis studeant sua commoda parare.

TIT. CXIII. De vsura.

EXEMP. I. *Quomodo sancti viri olim horruerint & aspernati sint pecunias per vsuram acquisitas.*

QVid nostrò fere tempore, sub quodam religiosissimo Abbate in Villarensi monasterio in Brabantia contigerit, audiamus. Maxima summa pecuniæ, librarum forte mille sex centarum, mortuo quodam vsurario Namurci, in dictum monasterium est delata. Ex qua cum multæ possessiones emptæ essent, quidam vir arctæ conscientiæ monasterii Abbas est electus, qui vbi comperit factũ, cõdoluit: & venditis ouibus atque pecudibus, rebusq; mobilibus, pecuniam Namurcam remisit, vt spoliatis singulis redderetur: nemine autem assumere volente restitutionis negotia, pecunia iterum ad monasteriũ est delata. Pius ergo Abbas reportantibus indignatus iussit eam iterato referri, & in foro corã ciuibus & omni plebe deponi, dicẽs: Pecuniã, qui velit accipiat, nostrã esse renuo, quam iniuste acquisitam non dubito. Quod vbi viderunt ciues, pii ædificati non modicũ in hoc facto, communi consilio, per manus fidelium virorũ, pecuniam ipsam iniuriatis singulis reddiderunt. Monasterio autem Deus non multo post in decuplo plura restituit.

Tho. Cantipr. li. 2. de vniuers. ca. 26. p. 5.

Pecuniam vsura partam restituunt viri pii.

II. *Restituendam esse fœnerationem fœnore comparatam.*

Nostro quoque tempore in Vaucellensi monasterio accidit, vt congesta cuiusdam defuncti fœneratoris de Attrebato pecunia in eo cœnobio seruaretur. Igitur die quadam cum ille famosissimæ sanctitatis monachus, Walderus de Beaumont, iuxta scrinium, in quo pecunia seruabatur, oraret, diabolum desuper sedere vidit. Territus autem ad horam, sed signo crucis munitus interrogat: Quid hic expectas iniquissime humani generis inimice? Cui ille: Bene, inquit, & iuste hic sedeo, hoc quod meũ est cõseruando. Nec mora, monachus ad Abbatem currens, quid vidisset, exponit: Abbas vero scrinium in Atrebatum cum omni velocitate remisit.

Idem ibid. par. 4.

Fœnore parta restituenda.

III. *Dæmonem esse custodiem verum vsurarum.*

In prouincia, vt vocant, Prouinciæ, apud Lemouicas, tempore ætatis nostræ, Priore fratrum Prædicatorum eiusdem ciuitatis narrante, percepimus, tantæ magnitudinis grandines cecidisse, vt in vrbibus, villis atque campestribus recta frangerentur, demolirentur vineæ, fruges redigerentur in paleas, homines extra tecta, volucres in agris & pecora necerentur. Qualiter autem his se immiscuerit sathanas, breuiter audiamus. Vinearum custos sub tugurio in campestribus, imminentibus tempestatibus latitabat, & audiuit clamantiũ voces in aere. Caue, caue. Et alius respondebat? Quid cauebo? Eripimus. Vide, vincam Petri Richardi ne læseris. Sopita postmodum tempestate, sola vinea Petri Richardi im-

Idem ibid. c. 57 l. 3.

Grando ingentis magnitudinis. Tempestatibus insunt dæmones.

di immunis reperta est à læsura. Erat autem Petrus Richardus (sic enim binomius erat) vsurarius pessimus, & obnoxius multis malis. Ex quo cõsiderandum est, quia in comitatu spirituũ nefandorum amicos, imo potius inimicos, vt sanius loquar, dæmones habuisset, qui ei bona sua, etsi ad vitæ solatium, tamen ad perpetuæ damnationis cumulum, conseruassent.

Vsurariorum bona dæmones custodiunt.

IV. *De infelici è viuis exitu cuiusdam fœneratoris.*

Idem ibid. c. 22. par 5.

Vidi & ego ipse in Brabantiæ partibus vsurarium nequam valde, qui multos nobiles & potentes exhęredauerat, & pauperes spoliauerat supra modũ. Hi frequenter occurrens religiosis, rogabat quasi cum lacrymis pro se orari, sed in nullo prorsus se correxit: cumq; super hoc eum frequentius arguissem, nec tamen in aliquo profeciissem, accidit vt repentina infirmitate correptus ad exitum propinquaret: & ecce subito duo ingentes tenebrarum canes lectum iacentis circuitibus ambibant: ipse vero protracta lingua ad longitudinem prope pedis dehiscens horribiliter expirauit.

V. *De miserabili morte alterius cuiusdam vsurarii.*

Eus. Pinell. lib. 1. de Altera Vita, c. 6.

Quid mirum, si Deus in obstinationis aut pertinaciæ pœnam permittat eiusmodi homines eas angustias incurrere, vt, vel quod facere debebant, non faciant: vel si faciant, saltem non ita perficiant, vti fieri oportebat. Narrat Abbas Sabinensis, vsurarium quendam à Pastore aliquoties ad agendam pœnitentiam commonitum fuisse: quam cum de die in diem distulisset, ac iam iamque se facturũ, iam vero satis adhuc temporis superesse respondisset, tandem in grauem morbum incidit: actum quidem denuo vrgente pastore, de pœnitentiam ageret: Faciam, inquit, sed alias, Reuertitur Pastor, iterumque ad faciendam pœnitentiam ægrotum exhortatur: respondit ille, nondum esse paratum: demum eo res deuenit, vt quotiescunque Pastor eum excipiendæ confessionis causa accederet, ipse animi deliquium pateretur: cumq; vehementius eum Pastor vrgeret, videns miserrimam eius animam periclitari, quasi expostulans ei reclamauit: O pœnitentia vbi es? non possum amplius pœnitere: cum enim possem, nolui. Atque ita miserabiliter animam efflauit.

Vsurarii interitus miserabilis.

VI. *De fœneratore impœnitente corpore & anima à dæmonibus ablato.*

Francisc. Gonzaga de Origine Seraphicæ relig. 2. p. Conuen. 9.

Mirabilis sese obtulit casus circa annum Domini millesimũ quadringentesimũ nonagesimũ tertium Florentiæ. Erat namq; ibi vsurarius quidam magnus, & ad mortẽ infirmus, qui à nemine induci poterat, vt peccata commissa per confessionem sacramentalem diluere, precibus tamen quorundam necessariorum tractus P. & Fratrem Euangelistam à Cortonio, qui summa in excipiendis confessionibus sacramentalibus gratia donabatur, vocari iussit. Et ecce tempore pro foribus vsurarii duo adstant viri habitibus Augustinianis induti, qui se infirmum consolari, atque eius confessionem excipere velle insimulant, qui tandem ad eum intromissi ostium post se claudunt, aduenientique Patri Euangelistæ in via occurrunt, sibique, vt aliis intendat, quandoquidem infirmo melius sit, suadent. Quamobrem præfatus Pater relicto proposito ad alia se conuertit: eo tamen postmodum reuerso, vt male habentem visitaret solareturq;, pulsatur ad ostium: cumque nec fratres, nec infirmus responderent, fores effractæ sunt, nullusque eorum penitus comparuit. Ex quo eos fuisse dœmones monastico habitu indutos, qui impœnitentis illius hominis corpus ad tartara, vt ibidẽ sepeliretur, asportarunt, facilime coniecerunt.

Dæmon[illegible] fallacia[illegible]

Fœnerato[illegible] ad tartara rapitur.

VII. *De altero fœneratore ob neglectam restitutionem exhumato è loco sacro, & ad inferos delato.*

Idem ibid. in Prouincia Terræ laboris Conuen. 7.

Caieranus quidam fœne[illegible] cum nulla penitus facta bonorum restitutione diem clausisset extremum, atque in huius ecclesiæ sacello à P. Antonio Cato humari voluisset, circa medium sublequentis noctis horribiles duo homines ad fratris Sacristæ ostium pulsantes sibi imperarunt, vt sumptis calice & stola se statim sequeretur. Quo tandem sequente, omnes simul miseri illius hominis sepulcrum accedunt, atque ex tempore cadauer exanime exhumantes, eius ocsiput illorum alter pugno percu[illegible] sacramque Eucharistiam in calicem ad fœtidum os per Sacristam admotum exilire cõpulit: ac statim ambo simul rapuere illi homines miserabile corpus patefacta sic extempore in pariete fenestra, quę ad huc conspicitur, ad tartara perpetuis ignibus puniendum per aera detulerunt.

Vsurarius sepultura sacra indignus.

VIII. *De vindicta diuina in alium quempiam vsurarium.*

Tit. 1. c. 6. §. 2. p.

Refert S. Antonius in Summa sua de quodam vsurario, quod cum dormiret in lecto cum vxore, subito expergefactus exiliit inde. Cum autem ab vxore rogaretur, quo prorumperet? Modo, inquit, raptus fui ad iudicium Dei, vbi tot & tanta terribilia mihi sunt obiecta, vt plane obmutuerim. Quo dicto, vili veste assumpta, domum egressus ad monasteriũ fugit. Quo loco nulla ratione induci potuit ad pœnitentiam. Vnde parentes eum repetentes, ac domum reducentes, & per fluuium transeuntes, viderunt nauem rapido cursu fine duce accedentem, quam vsurarius dæmonis plenam videbat, atq; ideo venire, vt eum ad supplicia æterna asportaret. His dictis statim de eorum manibus violenter ereptus in nauim proicitur: & sic præda cum naui pari cursu disparuit. Sicut ergo in eo non defuit vsuræ vitium in hoc sæculo, ita nec vindicta in alio.

Fœneratoris miserandus exitus.

IX. *Vsurarii hæredes eadem pœna plectuntur, qua ipse vsurarius.*

Idem quoque refert de alio vsurario, qui dum

Ibi Guill. Ferald. de Virtutib. vitiis to. 2. tract. 4. ca. 15. §. 3.

Vsurarii pertinacia.

Patris fœneratoris damnati dira cum filio damnato altercatio.

Robert Gaguinus de Franc. Regū gestis, l. 6. an. Dom. 1180.

Philipp. Gall. Rex Iudæos omnes ob vsuram regno suo abiegat.

tios habebat. Is vero ad extrema prę graui infirmitate deductus à Pastore visitatur, cui peccatū suum non negauit. A quo cū intellexisset, ablata omnia esse restituenda, alias saluari & absolui non posse, & filii adhoc etiam cum hortarentur, respondit miser. Ego non possum, quia si superstes forem, non esset quod ederem, mihi ostiatim mendicandum esset: Si vero è viuis excederem, ad Xenodochium vobis confugiendum: nihil enim superesset, omnia enim fœnore sunt comparata. Cui illi: Ne sis solicitus, pater, de nobis, prospice saluti tuæ. Tacete, inquit ille: potius mihi standum ad Dei misericordiam, quā ad hominum merc edem: illi enim inhumani & immisericordes sunt: Deus autem clementissimus: sicque sententiæ tenax emigrauit. Quod attendens alter filiorum hortatus est fratrē ad restituendum, ne patris pœna inuoluerentur. At ille: Si pater meus vsuras fecit, ego non feci: volo portione mea frui dum viuo: de furto quid fiet, nescio. Firmus itaque mansit in ea mente. Alius vero cuique suum restituit, & incerta pauperibus erogauit. Cum autē prior illa in bonis duceret dies suos ex substantia paterna, in puncto ad inferna descendit moriens. Alter vero, qui restitutione facta religionis statum assumpserat, cum aliquando oraret, dehiscente terra, vidit in eius imo ignem maximas flammas euoluentem: ibiq; inter alios patrem cum filio sibi mutuo imprecantes. Pater filio dicebat: Maledictus sis, &c. qui propter te, vt te ditarem, huc deueni. Et filius, imo tu maledictus sis, qui propter te huc, lapsus sum: si enim nō reliquisses mihi male parta, ego ab aliis viris abstinuissem. Sic stabant in perpetua altercatione. Quod religiosus ille attendens, Dominum laudauit.

X. *Iudei pulsi ex Gallia ob fœnus, quod exercebant.*

Anno Domini millesimo centesimo octogesimo, Iudæi, qui per Franciam morabantur, ingenti adeo fœnore ciues obæratos sibi habebat, vt eorum prædiis ditari dimidiam fere ciuitatem vendicarent: alias in custodia penes se seruarent: pleroſque fortunis omnibus dissoluendi debita causa spoliatos mēdicis non dissimiles efficerent. Domi præterea ex Christianis familiam continebant, quorum quotidianis seruitiis rem suam augebant. Ex cum pignoris loco, vestes & sacrosanctæ ecclesiæ vasa à creditoribus susceperint, ea in sordidos vsus admouebant. His Iudæorū iniquitatibus cognitis, Bernardum Anachoreram, qui in saltu Vincennarum incolebat hominem sanctitatis opinione clarum, adiit Rex Philippus Augustus, qui tunc temporis regnum administrabat. Rogat quæ de Iudæis eius esset sententia, Bernardus optimum factu esse respondet, si debita omnia, quibus Christiani erga Iudæos obstricti tenebantur, Rex remitteret, quinta omnium debitorū ad fiscum, si vellent, attributa. Anachoretæ sententia Rex confirmatus, prædiis possessoribusq; Iudæos mulctat, edicto ad diui Ioannis Baptistæ termino abscederet. Neque dimoueri Rex potuit, quanquam multi ex primoribus hanc seueritatem moderari tentassent, Iudæorum muneribus illecti. Itaque cum precibus locus non pateret, dieſque ad discessum dictus aduentaret, Iudæi distractis suis rebus omnes abierunt, præter paucos, qui religionem Christi profiteri voluerunt. Quibus lauacri sacramento ablutis, Philippus fortunas & libertatem restituit, anno Christianæ redemptionis millesimo centesimo octogesimo secundo.

TIT. CXIV. De restitutione.

Factum est, vt vxor Tobiæ, cum iret ad opus textrinum, hœdum caprarum accipiens detulisset domi: cuius cum vocem balantis sir eius audiuisset, dixit: Videte, ne forte furtiuus sit, reddite eum domino suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Tob c 2. 20. Deut 22. 1.

Zacheus Christo Domino placuit, quia male parta in Luc. 19. §.
quadruplum restituere proposuit.

EXEMP. I. *Non dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum.*

ALexander Papa III. vbi intellexisset quosdam absque præuia satisfactione fuisse absolutos, ita aduersus eos rescripsit ad Cardinales Legatos: Suggestum est nobis, quod quidam eorum, quos venerabilis frater noster Thomas Archiepiscopus Cantuarien sis excōmunicationi subiecerat, ecclesiæ suæ, necnon & Clericorum eius bona & possessiones detinere, & iisdem incubare præsumunt. Vnde quoniā indignū est, vt bonis & possessionibus illis detentis à vinculo debeant, q̄ tenentur, absolui: discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, si iam, sicut audiuimus, per aliquos sunt absoluti, ipsis ex parte nostra virtute iuramenti firmiter iniungatis quod præsumptas possessiones & bona personis & ecclesiis, de quarum iure exiſtunt, incontinenti relinquant, nec eas tenere, aut se in his de cætero intromittere, qualibet occasione præsumant. Quod si ad vestrum præceptum nō fecerint, vos eos omni dilatione cessante, in priorem excōmunicationis sententiam vsque ad satisfactionem plenariam reducatis. Si vero à vobis fuerint absoluti, id nihilominus, sicut prædiximus efficiatis. *Cod. Vatic. l. 2. ep. 99. apud Bar. tom. 12. an. 1168. §.* Absolutio non valet, nisi ablata restituantur.

II. *Ferdinandus iamiam inaugurandus nepoti, cuius erat regnum, restituit.*

Insigne igitur egregia facinora iustitiæ illud fuit, quod Ferdinandus patrauit, qui postea per creationem ad Aragonium regnum conscendit. Hunc Henricus frater Castulonensis Rex tutorem filio puero reliquit. Is autem regnum tanta iustitia rexit, quod in magno Castulonensium conuentu actū est, vt apud ipsum Hispanensis regni titulus deferretur: quē honorē cū se accepturū ostendisset, omnesque *Fulgos. l. 6. cap. 5.* Castulonensium regnum.

proprio domino à Ferdinando restitutum.

mnesque in locum rei agendæ designatum conuenissent, ipse ingentem chlamydem regio more amictus, in qua nepotem puerum occultum tenebat, cũ omnium sententiam postulasset, quę eiusmodi fuit, vt ad ipsum Hispaniarum regnum deferretur, repẽte nepotẽ paruum è chlamyde extulit, & cum collo suo imposuisset, exclamauit: En, Castulonenses, Regem vestrum: cui restituto postea regno, auctisque omnib. rebus, ostendit, quam in eum iustus fuisset.

III. *Non sine magno sui periculo rem alienam possideri suo exemplo ostendit Henr. Imp. II.*

Ex Glabro in vit. Henr. II. Baron. to. 11. Annal. an. 1047. 9.

Anno Domini millesimo quadragesimo septimo contigit, vt Abbas cuiusdam monasterij honestæ possessionis equum valde opimum ei præsentaret, quatenus in loco sibi commisso ipsius amicitiam conciliaret. Fuerat idem, ignorante Abbate, cuidam militi clam sublatus, sibique pretio venundatus. At Imperator gratanter illum suscipiens, statim eum eiectioni mancipauit. Quadam igitur die eidem equo insidens iter agebat: obuiam sit ei miles, cui præfatus equus furtim sublatus fuerat, qui imprudenter aggrediens Imperatorem, in huiusmodi prorupit verba: Tu, inquiens, ô Rex, qui censuram debes tenere totius iustitiæ, equum modo fraudulenter abstractum cerneris possidere. Cui statim Rex tale tulit responsum: si tuus, inquit, est equus, vt ais, accipe illum cum sessore, & educ tecum, quo melius optas, & habeas vtrumque, quousque persolutionem furti suscipias. Miles quoque existimans sibi illudi hæc tebat stupens. Et mox Rex compulit eum, vt manu iniecta duceret vtrumque in suum dominium. Aspicientes vero qui circumstabant, ingenti admonitione stupuerunt.

A muneribus abstinendum.

Henr. Imp. iustitiæ amantiss. secum equo militi in seruitutẽ tradit & cur. Mansuetudo Henr. Imp.

IV. *De Balduino Burgensis iustitia in restituenda ei, cuius erat, dignitate.*

Fulgos. lib. 6. cap. 5.

Huius iustitiæ non minora experimenta, maiore etiam periculo Balduinus tertius eddidit, cum mortuo Rogerio, propter puerilem nimis ætatem Boemundi iunioris, qui Rogerij nepos Boemundo seniore patre natus erat, & ea tempestate in Apulia agebat; ab Antiochenis ciuibus datam Antiocheni principatus administrationem suscepit. Nam non solum ingenti impendio, periculoque principatum defendit, verum etiam illius gratia à Turcis captus fuit, è quorum manibus biennio post, magno auri pondere redimit. Et tamen cum ad eum Boemundus iunior repetendi principatus gratia veniisset, libere statim illum ei restituit, quem à Rogerio patruo antea impetrare nequiuerat. Admirandus profecto iustitiæ cultus, in eo iustum se præbere, in quo mortalium plerique ius violant, & impietatem exercent.

V. *Res inuentæ quantæ diligentia sint restituendæ, exemplo declaratur.*

Serm. 19. de.

Cum autem Augustinus Mediolani adhuc moraretur, illud memoratu dignum inter alia accidisse tradit de Proscholo homine Christiano paupere, qui pecuniæ sacculum inuenit. Res ab ipso ita describitur: Dicam (inquit) quid fecerit pauperrimus homo, nobis apud Mediolanum constituris, tam pauper, vt proscholos * esset grammatici, sed plane Christianus, quamuis ille esset paganus grammaticus, meliora ad velum, quam ad cathedram. * Inuenit sacculum (nisi forte me numerus fallit) cum solidis ferme ducentis. Memor legis proposuit pitacium publice. Reddendum enim sciebat, sed cui redderet, ignorabat. Qui solidos perdidit, veniat ad locum illum, & quærat hominem illum (erat hæc forma pitacij) ille qui plangens circumquaq; vagabatur, inuento & lecto pitacio, venit ad hominem. Et ne forte quæreret alienum, quæsiuit signa, interrogauit sacculi qualitatem, sigillum, solidorum etiam numerum: & cum omn[illegible] ille fideliter respõdisset, reddidit, quod inue[illegible] Ille autem repletus gaudio & quærens vicem rependere, tanquam decimas obtulit solidos viginti: qui noluit accipere: obtulit vel decem: noluit accipere. Saltem, rogauit, vel quinque acciperet: noluit ille. Stomachabundus homo proiecit sacculum. Nihil perdidi, ait: si no vis aliquid à me accipere, nec ego aliquid perdidi. Quale certamen, fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus theatrum mundus, spectator Deus. Victus tandem ille, quod offerebatur accepit, continuo totum pauperibus erogauit: vnũ solidum in domum suam non dimisit.

verbis [illegible] apud [illegible] to. 4. [illegible] an. 388.

adiun[illegible] seu m[illegible] ster ad[illegible] scholastl[illegible] cas.

ad expandenda vela & nauigio seu remigio aptior, quã ad docendum Restituendæ rei inuentæ cura quãta.

VI. *Totila Pertus stat immobilis, donec Libertino Abbati equum ablatum restituerit.*

Greg. Mag. Dialog. lib. 1. cap. 1.

In Prouincia Samniæ, vir reuerendissimus Libertinus Fundensis monasterij Præpositus, pro vtilitate monasterij carpebat iter, dum Darida Gothorum Dux cum exercitu in locum eundem venisset: Dei seruus ex caballo quo sedebat, ab hominibus eius proiectus est. Qui iumenti perditi damna patienter ferens, etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit, dicens: Tollite, vt habeatis qualiter hoc iumentum minare valeatis. Quibus dictis protinus se in orationem dedit. Cursu autem rapido prædicti Ducis exercitus peruenit ad fluuium, qui vocatur Vulturnus, ibique equos suos cœperunt singuli hastis tundere, & calcaribus cruentare, sed tamen equi verberibus cæsi, calcaribus cruentati fatigari poterant, moueri non poterant, sicq; aquam fluminis tangere, quasi mortale præcipitium pertimescebant. Cumque diu cædendo sessores singuli fatigarentur, vnus eorum intulit, quia ex culpa, quã seruo Dei in via fecerunt, illa sui itineris dispendia tolerabant. Qui statim reuersi post se Libertinum reperiunt in oratione prostratum. Cui cum dicerent Surge, tolle caballum tuum: ille respondit, Ite cum [illegible]ro, ego caballo opus non habeo. Dum tendentes ero inuitum eum in caballum, de quo deposuerant leuauerant: & protinus abscesserunt. Quorum equi tanta

Miraculum ob equum furtiuum.

Libertino caballus restituitur.

remoto cursu illud, quod prius non poterant transire flumen, transierunt, ac si ille fluminis alueus aquam minime haberet. Sicque factum est, vt cum seruo Dei vnus caballus redderetur: omnes à singulis reciperentur.

VII. *Adalfredus ob furtum alterius suasione commissum punitur, quo restituto mox conualescit.*

Ann. to. 10. Annal. Eccl. ann. 886. 38. 39. 40. ex Anastasio Bibliothecario.

Illustris & genere & nomine Franco, quem Dominus Stephanus Papa cuidam sancto operi præfecerat, cum die quadam opportuno commodo, aliquantum decreuisset abesse, quem fidelem sibi arbitrabatur, Adalfredum quendam sua vice, donec rediret, operi præfecit. Sed hic sacerdotis cuiusdam nomine Albini exhortationibus suasus, de inenarrabili thesauro sanctorum artuum partem quandam furatus est, non ob sanctitatis veneration[em], sed pro lucri venalis auere, prout res gesta demonstrat. Hic redeunte dom[ino] licentiam petiit propriam domum reuisendi, volens furtum quod fecerat, suo domino nescienti, abscondere. Sed domum veniens, scrinio furtum reposuit & celauit. Nocte autem eadem graui languore percussus cœpit tremere, & toto corpore emortuo, acerrime vexari, & quantum poterat balbutire, reum se in Sanctos clamabat, nullum cibum, nullumque potum appetens, somni numquam sopore vel ad momentum quiescens. Cumque per aliquot dies semiuiuus commissum lueret, & omnibus horis mortuus crederetur: tandem clamare cœpit Seniorem ex nomine. Cui cum nuntiatum fuisset, compassione motus, ad visitandum eum profectus est supra memoratus Franco. Venit igitur ad domum, in qua semiuiuus jacebat languidus: quam cum ingressus fuisset idem Franco, mox vt eum æger conspexit, qui ab omnib. exanimis putabatur, sub celeritate surgens, prostrauit se ad pedes eius, & furtum, quod de Sanctorum artubus persuasus fecerat, anxius prodidit. Cumque interrogaretur, an se conualescere posse speraret, ait: Ad hoc mihi aliquantæ indutiæ concessæ sunt, & spatiolum vitæ præstitum, vt tuis reddam fratribus, quod furari reus ausus sum. Nam duos reuerendissimos viros in vestibus albis vultu terribili ad me venisse conspexi, & vt eorum corpora redderem, aut quomodo ea auderem contingere, acerrime cœperunt exigere. Quod cum nimio terrore emortuus negare vellem: & eorum me nunquam corpora tetigisse assererem, his qui astabant dixerunt: Findite eum à vertice vsq; ad pedes, & de occultis ipsius abditis ossa nostra abstrahite. At ij euaginato gladio imminentes, caput, gulam, pectus, ventrem, & ilia findentes, hinc inde trahere cœperunt: sola dorsi spina cum ceruice & occipitio scissa non est. Tenuerunt etiam cor, & stringentes illud, acerrime me crucisbant. Quoties autem cor quantumcumque relaxabant, anhelitus reddebatur, & respiratio mihi modicum dabatur: quoties vero cor tenebatur, horrebat inter manus eorum, de pectore meo ossa, quæ male suasus rapui, omnia gemmata fulgore splendidiora trahebantur, & ita per continuos hos septem dies punior similiter & per noctes. Modo vero priori fissura juncta, retro per occipitium & ceruicem, & dorsi spinam findendus sum, quamobrem nullo modo me euasurum scio, quia ad hoc tãtum modo relaxatus sum, vt hæc proderem, & quod furto rapui redderem. Hæc dicens accessit ad arcellam, in qua sanctorum pignora absconderat, quam ita clausam reperit, vt nisi securi incisa nullo modo aperiri posset. Quod ideo factum credo, ne vas, in quo sanctorum pignora celata fuerant, alio vsui deinceps habile aptaretur. Reddito igitur furto, & impetrata à Seniore venia, cœpit cum lacrymis & graui gemitu coram ipsis pignoribus petere indulgentiam. Et vt citissime de domo eius deducerentur, obnixe poposcit. Quæ cum educta essent, ille ad lectum rediens, continuo se findendum expectabat. Sed omniporentis Dei misericordia, qui in sanctis suis mirabilis est, & neminẽ perire: sed omnes vult saluos: vltra eos, quibus ad puniendum datus fuerat, nõ vidit: sed ab ipsis venerabilissimis viris commonetur, vt hęc palam nuntiet, & vlterius de eorum corporibus nihil præsumat attingere. Post hæc ergo cœpit cibum quærere, qui continuos septem dies nullo alimento percepto continuatim sub tanta angustia languerat. Et post paucos dies pristinæ est sanitati redditus. Verum ne quis hæc me arbitretur fingere: in veritate fateor, Francone sub protestatione Domini Iesu Christi nominis narrante, audiui.

Adalfredus ob furtum alienæ suasione reliquiarũ partem furatur.

Ob furtum varie tormentatur fur.

Adalfredus reddito furto sanitati restituitur.

VIII. *Quidam retinens alterius chlamydem dire à dæmone flagellatur, qua reddita sanatur.*

Apud Baro. tom. 11. Annal. ad an. Do. 1001. 89.

Simile est illud, quod anno Domini millesimo primo Romæ accidit, etiam memoria dignum, de primario judice, qui chlamydem Ottonis Imperatoris oblatam monasterio SS. Bonifacij & Alexij, ponendam super altare, sibi vendicarat. De quo ex Codice Cassinate inter cætera sic habetur. Diuæ memoriæ tertius Otto Romanorum Imperator locum hunc toto mentis diligebat affectu, cui dona multa largitus est, non dubitans se recepturum recompẽsationẽ à justissimo judice Deo, suffragantibus meritis sanctorum Christi martyris Bonifacij, & Confessoris Alexij: inter quæ mantum, quo tegebatur coronarus, in quo omnis Apocalypsis opere Phrygio erat auro insignita, eis supplex obtulit, & altari sancti Alexij decentissime coaptauit, perpetuo ibi mansurum optans. Cuius votũ flocci pendens Adelbertus Abbas (de quo multa dicere dignum modo non arbitror) vt erat impudens, vestem ipsam non causa vilitatis monasterij, sed nequitia sua cogente, aliquibus dedit in pignus, apud quos mãsit, quousque scelere suo petente vita priuari meruit. Quæ deniq; vestis deinde venit ad manus cuiusdam Primicerij judicum nobilissimi, & prudentissimi, qui sæculari prudentia potius feruens, eam agnitam nõ reddidit sanctis, sed quasi proprium thesaurum seruandum in capsam retrusit. Cuius clarissimi Confessoris

Otto III. Imp. chlamydem largitur Sanctis Bonifacio & Alexio.

Chlamys à Iudice surripitur.

Sanctis Martyribus pœnas dat, qui eorum reliquias furatus erat.

fessoris nuditatis & expoliationis Deus misertus, sicut postea rei probauit euentus, ne quissimo ministro flagellandi eum potestatem tribuit. Qui sciens pœnitentiam Regis pro vxore Abrahæ per flagella rerum designatam: non à possessis rebus, sed ab ipso possessore cœpit flagellum: malens illum ex improuiso extinguere, quam post flagellatum ad pœnitẽtiam reuerti. Namque obuiauit ipsi iuxta propriam domum, & inter cateruas comitantium equitum, de equo aspero deposuit, ac elisum paralytica infirmitate attriuit. Fit exanguis, fit pæne exanimis: currit angita vxor, currunt fratres, & tota flebilis domus mirantur, & deflent miserum cadauer: fit strepitus concurrentium, fit luctus maximus. Tandem manibus eorum introducitur domum, non vt ei mederetur, sed vt defuncto debitis potirentur. Mox pietas Dei affuit immensa, volens ei, cui reuenerit illud, clarius ostendere: & vitam ipsi seruauit, & ossitare cœpit. Fiunt alta silentia, imponitur modus gemitibus, quęruntur medici, nec inueniũtur, qui proficere valeant, exspectabatur itaq; sola medela Dei per aliquot dies. Cum ecce intempestæ noctis silentio, vt infirmus liberaretur, non vxori, seu filiis, nõ propinquis, sed ipsi paralytico, ipsi muto, ipsi omnẽ cibum fastidienti visi sunt sancti Bonifacius & Alexius (sicut idem retulit) torue in eum aspicientes, & agitantes capita, ac dicentes: putasne te sanum nostra veste vti, nobis expoliatis? Quos cũ requireret tremula voce, qui essent, vel vnde, aiunt: Ego Bonifacius sum, iste frater est homo Dei Alexius, quem tu expoliatum habes. Et conuersus, sustentans pallium auro gemmisque insigne, quo tegebatur, ostendit humerum sancti Alexij, confitentis verecundiam rubore, nudum: quem cum vidisset vitro puriorem, lacte candidiorem, cœpit plus ex ipsa visione, quam languore deficere. Iterum audiuit: Et lecto isto valens non surges, priusquam veste mea, pro qua percussus es, induar. Qui miti voce lętus euigilans, balbutiendo cõiugem, qui hactenus nec os aperire poterat, appellat suam: Chara coniux, cõpatrem meũ Leonem, & patrem spiritualem meum Benedictum Episcopum Portuensem ad me venire citissime facito. Erat enim Benedictus in diuinis & humanis disertissimus. Quibus accessitis quæ audierat seriatim exposuit. Tunc Episcopus pia lætitia perfusus talia cum lacrymis cœpit: Gloria tibi, Christe, gloria tibi, Domine, qui irasceris vt placeris, flagellas vt indulgeas, percutis vt sanes. Gloria tibi, bone Iesu, qui loquentem me audire facis, quem morbũ pæne dimisit procurator animarum & corporum, tua medicamina non curant criticos dies, non petunt Indica pigmenta. Et conuersus ad ægrotum lacrymis madefactum, dixit: Fili, redde vestem, vt reddaris sanitati: credens quod infectum non remanebit, quod amici Dei tibi interminati sunt. Cui ægrotus: Pater, jam vellem vt supra corpus Domini Alexij vestis jaceret: nam & ipsum tempus, quo fiat, longius mihi videtur. Statimque allata est vestis, quam tollentes venerunt ad monasterium gallicinio eiusdem noctis, & supra venerabile corpus S. Alexij eam posuerunt. Sicque reuertentes, quem iacentem reliquerant: sedentem & glorificantem Deum viua voce inuenerunt.

Gen. 12. — Paralysi cur Iudex affectus. — Apparitio Sanctorum Bonifacii & Alexii. — Chlamyde reddita Sanctis, sanus fit Iudex.

IX. *De Comitibus ecclesiasticis peculij vsurpatoribus ad perpetuas pœnas damnatis.*

Hildebrandus Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, dum prædis ecclesiarum iniuste possessis, sub conspectu presentiæ venerandi Papę Victoris in ecclesia concionaretur, intulit congruenter exemplũ: In Teutonicis partibus, inquit, Comes quidam dues ac præpotens, sed, quod in illo hominum ordine prodigium est reperiri, bonæ opinionis & innocentis vitæ, prout humanum erat de eius æstimationis iudicium, ante decennium fere defunctus est. Post cuius obitum, quidam religiosus vir per spiritum ad inferos descendit, & præfatum Comitẽ in supremo gradu cuiusdam scalæ posuum vidit. Aiebat namque, quia scala illa inter stridentes & crepitantes vltricis incendij flammas videbatur erecta, atque ad suscipiẽdos omnes qui ex eadem Comitum genealogia descenderent, constituta. Erat autem tetrum chaos, immane barathrum infinite pateus, atque in profundã demersum, vnde scala producta surgebat. Hoc igitur ordine succedẽtium sibimet series tenebatur, vt cum quis eorum nouus accederet, primum interim scalæ gradum teneret. Is autem qui illic repertus erat, alijq; omnes, ad proximum sibi gradum in ima descendebant: cumque alij atque alij ex eodem genere homines post carnis obitum ad prædictam scalam per temporum interualla confluerent, alij protinus cederent, ineffabilis iudicij necessitate, ad inferiora migrabant. Plane dum vir qui hęc contemplabatur, causam huius horrendæ damnationis inquireret: & præsertim, cur ille Comes sui temporis puniretur, qui tam iuste, tam decenter, tam honeste vixisset: quia propter quandam prędij Metensis ecclesiæ possessionem, quam bono Stephano proauus eius abstulerat: cui videlicet iste iam decimus in hæreditate successisset, omnes isti nunc diuerso supplicio deputati sunt. Et sicut eos ad peccandum non dispar auaritiæ culpa coniunxit: ita nihilominus ad perferendas atrocis incendij pœnas commune supplicij copulauit. Hõc ecclesiastici iuris possessores aduertant, & subtiliter caueant, ne dum se de redditibus ecclesiæ satiant, edaces postmodum flammas medullis suis depascant.

Petr. Damian. ad Dominicum ca. 8. epist. 5. Biblioth. Patr. to. 3. — Comites ecclesiastici peculij vsurpatores damnati. — Stephanus Metensis Episcopus.

X. *Rem alienam, siue potius ędes sacra ędes Lauretana calcis partem occultanter morbo afficiuntur, & sibi restituunt, mox plene conualescunt.*

His subiungam illud ex Annalibus Societatis nostræ in hæc verba: Homo Italus Alpinus ex sacra domo Lauretana calcis aliquantulum sustulerat. Huc, vt Romam veniens, morbus debilitare subita adortus est. Cum autem de consilio quorundam Lauretum rediisset, ac restituisset illico sanitatem re-

Ex Io. Anton. Valeriano in Annal. Societ. 1582. sub Prou. Rom. Ioan. Bonifac. lib. cap. 2.

superauit. Hæc his ferme verbis Valtrinus. Quibus valde illud affine est, quod nostra memoria Ioanni Soares Conimbricensi Episcopo contigit: qui in illo ad Concilium Tridentinum itinere, laterem ex eadem ædelaureana, illo permittente qui poterat, desumptum tamen non tulit impune. Nam morborum & dolorum quasi tempestate quassatus, non ante conualuit, quam laterem eo, vnde abstulerat, referendum curauit.

Præceptum VIII. Decalogi.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

TIT. CXV. De iudiciis forensibus iuste & secundum leges exercendis.

Gen. 18. 20. 21. *Iudicis est, rei veritatem quam exactissime indagare, ne quis in iudicando aberret. Cuius rei exemplum in ipso Domino proponitur, qui euersurus Sodomam & Gomorrham, ad Abrahamum inquit: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.*

Deut. 1. *Moyses seniores admonet, quos populi iudices constituerat, vt hac nullo respectu quod iustum est iudicarent.*

Gen. 38. *Iniuste præcepit Iudas, Thamar nurum suam combiri.*

2. Paral. 19. *Iosaphat Rex Iuda constituit iudices in omnibus ciuitatibus munitis, eisque præcepit: Videte, ait, quid facatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei: & quodcunque dixeritis, redundabit in vos. Sit timor Domini vobiscum, &c.*

3. Reg. *Quanta Salomonis in iudicando fuerit dexteritas, declarat sententia, quam in meretricum diuina controuersia tulit.*

Actor. 16. *Hoc modo quoque peccauit Magistratus Philippensium qui Apostolos publice cæsos & indemnatos miserunt in carcerem, & postea occulte eiecerunt.*

Matth. 27. *Nequissimum fuit iudicium, quo Pilatus dimisit Barabbam homicidam, latronem & seditiosum, vt Christum Dominum Iudæorum voluntati traderet.*

EXEMPL. *Quomodo Alfonsus Rex Hispaniæ, cognomento Imperator, iustitiam exercuerit.*

Lucas Tudens. in Chronic. Hispan. l. 6. iust. Lip. lib. 1. Monit. politic. c. 9.

ALfonsus Imperator quam sedulus fuerit in iustitia facienda, & superborum audacia, & contumacia extirpanda, ex hoc duci potest: quod cum quidam nobilis in Gallæciæ partibus, nomine Ferdinandus, cuidam rustico hereditatem suam auferendo iniuriam intulisset, ipse Toletum ad Imperatorem properans de dicto milite querimoniam fecit. Imperator autem statim per ipsum rusticum his literis præcepit, vt visis literis, statim rustico iustitiam exhiberet mandans. Maiorino tunc cum rustico veniret ad militem, & videret qualiter eius iustitiam exhibebat, & hoc sibi rescriberet. Miles vero, qui erat nobilis & potens, vt rusticum vidit cum literis Imperatoris, succensus ira cæpit rustico mortis inferre minas, nolens illi satisfacere. Reuersus est autem rusticus ad Imp. Toleti inferens testimoniales literas Maiorini, quod noluerit illi miles iustitiam exhibere. Imperator vt hæc audiuit, vocatis secretariis suis, præcepit eis, vt ipsum dirent ægrotare, & nullum permitterent intrare cubiculum eius. Præcepit etiam sibi & duobus militibus tantum secrete parari equos, & diebus ac noctibus, nullo alio sciente, ad Gallæciam properauit. At vbi ventum est ad locum, vbi miles erat, vocauit Imperator secrete Maiorinum terræ, & diligenter ab eo & ab aliis super facto militis & rustici perquisita veritate, iussit vocari plures, & stans ad ostium militis, misit ad eum, dicens: Egredere, quia vocat Imperator. Quod vt miles audiuit, nimio timore perterritus, intelligens quod futurum erat, fugam parauit, sed præuentus à ministris Imperatoris captus est. & eo iubente in ostio domus suæ suspensus. Tunc Imperator manifestauit se in Gallæcia, & totam patriam ipsam pacificauit. Tantos inuasit terror omnes magnates totius imperij ex hoc facto, videntes zelum & animositatem Imperatoris in iustitia facienda, vt nullus esset, qui minimo vel magno inferret iniuriam, qui statim ei satisfacere non festinaret.

Alfonsus Rex iustitiæ egregie exercet.

Iustitia Reip. pacem affert.

II. *De rigida animaduersione Balduini Comitis Flandriæ in virum nobilem propter vindictam ab eo male tractatam.*

In nostra etiam Belgica Balduinus septimus Comes Flandriæ Petrum virum nobilem, & Orscampi Toparcham, ob duos boues pauperculæ viduæ reclamanti abductos, re ad eum delata, subito arripi iubet, & atroci morte puniri. Forte lebes aquæ feruentis in medio Brugensi foro erat, monetario puniendo destinatus: in hunc sine mora hominem cõiici iubet, sicut erat, ocreatum, vestitum, gladio accinctum. Quid ais: sic calide, & an non temere? Nihilnam inquisitio præcesserat, & culpæ conuictus, per aliam causam euocatus, pœnas sic luit: meo animo, recte & salubriter.

Iust. Lipsius ibidem.

III. *Quomodo S. Anno Archiep. Colon. iudices iniquos castigari iusserit.*

Non alienum erit hic memorabile factum S. Annonis Præsulis Coloniæ Agrippinensis, eius nominis secundi, inter cætera referre. Cum post seditionem quandam Colonienſem contra ipsum, ageret in arce seu monasterio (ipse enim ex castro cænobium fecerat) Sigembergensi, quod hodie est in ducatu Bergensi haud procul à Bonna, contigit iudices alti iudicii Colonienſis pauperculæ cuidam mulieri iniquam ferre sententiam. Mulier questum Archiepiscopo de iniuria sibi à Scabinis illata Sigenbergium venit. Præsul mox illos ad se cum suis iudiciariis libellis venire iubet. Rogat, cur sic tam iniuste viduam iudicassent. Non habentibus quo se excusa-

Io. Nauclerus vol. 2. Chronogr. gen. 36. an. salutis 1073.

Iudicum iniquorum pœna.

excusarent, mandat omnium oculos effodi, vni interim, cuius filium è fonte Præsul susceperat, sic parcens, quod huic vnus tantum oculos euerteretur, & esset, qui alios sex reduceret domum. Vtque huius rei memoria firmius hæreret, iussit domorũ, in quibus isti iudices excæcati habitabant, summis fastigiis superimponi lapideum absque oculis caput, quo sic ab iniquis iudiciis etiam posteri deterreantur. Horum capitum supererant reliquiæ, præsertim in aliquo rerum venalium foro.

IV. *De vltione diuina in iudicem iniquum illata.*

Alayss. lib. in vita venerabilis Dominici Loricati per P. Damiã ad Alex. Papam scripta, apud Sur. 14. Octob.

Cum Romanus quidam Stephanus nomine, iudex sacri palatii, summum Præsidentatum Auximi administraret, exigente causa, Dominicus, vir mirabilis, ad eum venit, cumque super quadam eremi possessione, quam ex iure Sedis Apostolicæ detinebat, obnixe rogauit. Quem ille, vtpote nulla vestium compositione festiuum despexit, eiq; nihil eorum, quæ poscebat, indulsit. Cumq; sibi à circũstantibus diceretur: Noli eum tam dure suscipere, sanctus enim vir est: ille tanquã euomens, ait: Sit sanctus, vt vultis, beatus Petrus certe sanctior est, cuius ego causam in hac demonstratione defendo. Igitur impositi cœpti Dominicus redit ad cellulã. Ille quoque post paululum reuersus est Romã. Porro puer quidam despicabilis, qui ad exequendũ quodcunq; negocium in administratione remansit, quicquid Dominicus perierat à iudice, cuncta reuerenter impleuit. Iudex autem non diu post quam ad propria rediit, hostilibus gladiis perfossus interiit, multasq; diuitias, quia sobolem non habebat, extraneis hæredibus dereliquit.

Vltio diuina in iudicem iniquum.

V. *Quomodo S. Epiphanius iudicem ecclesiasticum officio suo non recte fungentem deposuerit, & emendarit.*

Matth. Raderus in Viridario Sanctorum 1. par. c. 6. n. 11.

His subnectam & aliud è Viridario Sanctorum depromptum. Erat in Episcopo Diaconus quidam, cui Sabinus nomen fuit, qui notarii calligraphi munere fungebatur, vir ingenii mitis, & vitæ honestate conspicuus. Porro in palatio Pontificis eramus monachi omnino octoginta, inter quos potissimum elucebat Sabinus, quem Epiphanius Ecclesiasticarum causarum iudicem designarat. Habebant controuersiam duo quidã inter se apud Sabinum, quorum alter erat copiosus, alter tenuis. Sabinus studebat pauperi magis quam opulento, quamuis diues æquiorem haberet causam, quam inops. Epiphanius vtriusq; rationes, & Sabini iudicis clementiam in miseros, ex occulto arbitrabatur, & cum à Sabino non pro æquo & bono iudicari animaduerteret, progressus in medium Epiphanius, modeste Sabinum compellat: Abi, inquit, fili, ad tuũ scribendi & notandi officium, & reuoca in mentem sacrorum oraculorum decreta, & ex æquo iure quamcũq; causam decide, memor sacri illius præcepti: *Pauperis quoque non misereberis in iudicio, nec respicies personã parentis.* Ergo deinde Epiphanius ipse causas omnes omnium cognouit; dedirque operam iudiciis à prima luce vsq; ad tertiam horam promeridianã à qua hora ad alterum vsq; mane nunquam amplius ab vllo mortalium conspiciebatur.

Sabinus Iudex eccles. cur suo munere defunctus.

Exod. 23.

VI. *De iudice, & eius assessoribus ob iniquum iudicium extemporanea morte oppressis.*

Inter cætera, quæ circa annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum primum, dũ in Anglia Catholici innocentes passim rapiuntur ad supplicium, acciderunt: istud in ciuitate ac vniuersitate Oxoniensi memorabile contigit. Cum enim d quondam Rulando Ginseo, qui pro Catholica religione reus causam dicturus cõparuit, iudicium de præcidendis ei auribus (quod plebeius esset) ferretur. Vix sententiam iudex pronunciauerat, cum morbus repentinus & exitialis prætorium illud vniuersum inuadens, nec alia loca ciuitatis aut homines attingens, ipsos iudices & assessores omnes, Prouinciæ quoq; Præfectum summũ subito corripuit, duodecimq; præterea iuratos ad hoc viros, vt pro consuetudine reum vel innocentem denunciarent, sic occupauit, vt isti statim, iudices vero, assessores & Præfectus prædictus aliqui non potest horas multas, reliqui post paucos dies ad vnũ omnes interierint. Et cum illis eodem morbo, loco & tempore correpti non minus quam quingenti variis extra vrbem locis paulo post extincti sunt.

Nicolaus Sanderus de Sch. in Anglica circa an. 1571.

Miraculum ingens.

VII. *De iudice ethnico, quòd iustitiam in iudicando seruatam felicem exitum consequutus est.*

Ex Petro de Palude P. Salmeron. to. 8. commentar. in Euangel. tract. 12.

Narrat Petrus de Palude, vt est apud P. Salmeronem, iudicem quendam Gentilem extitisse, tanti iustitiæ & veritatis amantem, atque illi ita ad dictum in iudicando, vt eius anima post mortem multis annis permanserit in lingua: donec accito, & consulto Episcopo, baptizatus fuerit, & statim in puluerem redactus: ita vt mors in eum prævalere non potuerit, qui custos obseruantissimus veritatis extitit, donec ad baptismi gratiam vocaretur: vt ita dignus esset increatam & æternã veritatem, & supremum iudicem agnoscere Dominum nostrum Iesum Christum.

Iudicis gentilis iustitiæ amantis felix exitus.

VII. *Quod liceat aliquando Iudici reum dimittere.*

Greg. Tur. de gl. confess. c. 62.

S. Helius Episcopus Lugdunensis, vita functus, cum sepultus esset à fidelibus, nocte sequenti veniens quidam pugnans lapidem, qui sacrophagum regebat, reuoluit, erectumque contra se corpus sancti conatur spoliare. At ille extensis lacertis constrictum ad se hominem fortiter amplexatur, & vsque mane populus expectantibus, tanquam constipatum loris, sed manibus brachiis detinebat. Igitur iudex loci violatorem sepulcri iubet abstrahi, ac legali poena sententia condemnari: sed non laxabatur à sancto, nisi cum iudex de vita rei danda promissionem fecisset.

IX. *Philippus II. Hisp. Rex sententiam contra se latam non exequitur.*

Non est hoc loco subticendum laudabile Philippi II. Regis Catholici factũ. Cum illi iudicium dictatum esset coram Parlamento Geldriæ: inibique Rex causa cecidisset, atque nullus esset, qui sententiam exequeretur, ipse, ipse, inquam, Rex magnanimus, æquissimusque, quo iustitiam in se iuxta atque in aliis seruaret, certos nominauit, qui sententiam ocyssime exequerentur, nec quieuit, donec pars victrix potiretur, qua de re disceptabatur.

TIT. XCVI. De munerum corruptela.

1. Reg. 8. *De filiis Samuel dicit scriptura: Declinauerunt post auaritiam, acceperunt munera, & statim sequitur, Peruerterunt iudicium.*

4. Reg. 12. 3. *Samuel iam senex vniuersum Israel alloquens, specialiter de hoc vitio accipiendi munera se purgat: Loquimini de me, &c.*

4. Reg. 5. 16. *Eliæus Propheta cum ei Naaman Princeps militiæ regis Syriæ ob mundationem à lepra eius studio impetrata, grati animi ergo magna munera offerret, respondit: Viuit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam, &c.*

Daniel 5. 16. *Cum Baltassar Babyloniorum Rex Danieli Prophetæ munera dare vellet pro scripturæ interpretatione, respuit dicens: Munera tua, &c.*

1. Cor. 9. 7. 15. Deut. 25. 4. Matth. 10. 10. *Quæ eius non modo munera gratis oblata, sed etiam stipendia iure naturæ, legeque Dei sibi debita repudiauit, imo declarauit sæpius mori malle, quam ea ob labores prædicationis acceptare.*

EXEMP. I. *Munera quando à nobis amouenda.*

Hier. Platus lib. de Gradign. & offic. ex D. Bernard. l. 4. de Consider. Munera quando respuenda.

SAtis erudite Hieronymus Platus, vir insignis, è societate Iesu sacerdos, fratrem suũ Flaminum Platum Cardinalem monebat, vt cõtinentiæ semper studeret, manusque ab accipiendo intactas seruaret. Non quidem, quod omnia, inquit, respuenda (id enim nimis forte durum videretur) sed cum apparet eo dona tendere, vt animum deuinciant, eoque inclinent, quo non decet, tum vero constantissime repudianda sunt, etiamsi auri montes offerantur. In quo genere egregium sane factũ, omnique dignum memoria, & ab omnibus semper imitandum illud est Martini Cardinalis, & S. Bernardo familiaris, quod ab ipso Bernardo descriptũ ipsis eius verbis hic ponam. Is, inquit, Cardinalis presbyter functus aliquando Legatione in Dacia, tam pauper remeauit, vt pæne expensis, & equis defecerit ob vitæ penuriam Florentiam. Ibi Episcopus loci donauit ei equũ, quo Pisas vsque vbi eramus tunc, peruectus est. Nostridie, credo, inquirit Episcopus (erat enim illi causa cũ aduersario, & agendi erat dies) cœpit requirere suffragia ciuium eorum. Cumque per singulos solicitaretur, ventũ est ad Martinum. Fiducia erat maior in illo, qui nõ posset immemor esse recentis beneficii. Tum Martinus, Dectissime, inquit, nesciebã tibi imminere negotium. Tolle equum tuum, ecce in Italia es. Egregium ac dignum memoria Martini Cardinalis.

hora resignauit. Quid dicis, mei Eugeni: Nonne alterius sæculi res est, redisse Legatum de terra auri fine auro, transisse per terram argenti, & argentum nescisse, domum insuper, quod poterat esse suspectum, illico reiecisse.

II. *Elzearius Comes ab omni munere & animum & manus excussit.*

Hoc loco operæ pretium duxi Elzearii Comitis ac Principis præclari institutum commemorare, vt ex eo intelligant alii, quid in hoc genere eos facere oporteat. Hic enim cum in magna esset gratia apud Robertum Galliæ Regem, itemque apud Carolum eius filium, qui Neapolitanum regnum pro patre administrabat, & apud eum omnia posset, nimirum lautissima munera & ditissima ad eum quotidie deferebantur, sed ille omnia constanter repudiabat, cum diceret, etiamsi non ignorarent, posse sine culpa accipere, vereri tamen, ne suo exemplo alii mouerentur, qui deinde etiam cum culpa acciperent. Ita que cum aliquando ex cubiculo suo ita auditus esset orare: Domine tu mihi in cælo debes centũ auri vncias, itemque duos pannos purpureos, interrogatus quid hoc sibi vellet, respondit: quia illo die ea munera oblata respuisset. Cum autem videret pauperum causas & negotia in aula negligi miseratione commotus accessit ad Principem, magnopere petens, vt se pauperum aduocatum constitueret. Quod cum impetrasset, ea procuratione tanquam regno adepto lætus grandiusculum sacculum fieri iussit, in quem supplices omnium libellos coniiciebat, eaque re vulgata, tantus ad eum concursus inopum fieri cœptus est, vt quoties domum rediret, vix ianuam posset ingredi. Atque id quidem munus omni studio exequebatur, audiebat eos diligenter, & sedate, etiãsi superflua & inepta proponeret. Quin etiam cum semel in eo esset, vt lotis manibus mensæ accumberet, importune quidam accedens quæsiuit, & quid de suo libello factum esset. At ille expectare eum iubens, surgit è mensa, statimq; in curiam properat, confectoque negotio reuersus, cum pauperi homini satisfeciisset, tum demum resedit: hæc erat eius vita & oblectatio.

In vita eius c. 27. apud Sur. 17. Septemb. Hier. Plat. de digni. & off. Cardin.

§. Elzearii integritas.

Pauperum aduocatus.

III. *De aliis munusculis item à Gaufredo Ep. Carnotensi & Aquitaniæ Legato reiectis.*

Idem Bernardus subdit & alia duo eiusdem generis exempla. Sed ô mihi locum suauem, vbi incidit occasio memorandi & nominandi suauissimi odoris virum Episcopum Gaudefredum Carnotensem, qui Legationem in partibus Aquitaniæ propriis sumptibus strenue administrauit, idque annos plures. Rem loquor, quam vidi ipse: Eram cum eo in terra illa, cum à quodam presbytero præsentatus est illi piscis, quem vulgo vocant sturgionem. Percunctatus Legatus, quanti venierit: Non accipio, inquit, nisi receperis pretiũ, & resignauit solidos quinque inuito & verecundo. Itẽ cũ essemus in quodam oppi-

D. Bernar. lib 4. de Consider. ad Eugeniũ Papam.

oppido, Domina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres paropsides pulcras ligneas tamen. Quas aliquamdiu intuens homo scrupulosæ conscientiæ, laudauit eas, sed nō acquieuit accipere, Quando argenteas recepisset, qui ligneas refutauit? Non fuerunt, qui possent Legato dicere: Ditauimus Abraham.

IV. *De Thoma Mori in iudicando æquitate absque vlla corruptione.*

Thomas Stapleton. in vita Thomæ Mori cap. 3. Thom. Morus Iudex integerrimus.

Cum Thomas Morus regni Angliæ Cancellarius iudicis officio fungeretur, solebat dicere, nihil apud eum inter amicum & inimicum interesse. Id expertus est gener eius Ægidius Heron, qui tertiam Mori filiam in vxorem duxerat. Cum enim litē iniustam coram socero suo instituret, monuit illum Morus, vt desisteret à lite. Quod quum non faceret, tulit contra eum expedite sententiam. Alias quum inimici cuiusdam causa coram illo verteretur, iudicem se æquissimum, quasque solito æquiorē præbuit. Rogatus, cur id faceret, respondit: Hostis capitalis, quantumuis læserit, non cōmittam vt ea res illi fraudi sit in iudicio: quod omnibus æque debet patere. Cum sic esset plane incorruptus & integerrimus, æmuli tamen eius aliquam reprehendendi ansam stulticiose captabant. Hoc quum animaduerteret quidam Pernel, siue vt aliis rem gratam faceret, siue vt suo dolori indulgeret, retulit cuidam ex Aula Regia primario, Morum Cancellarium à vidua Vaugham auersaria eius poculum aureum accepisse post sententiam pro ea latam. Res ad aures Regis peruenerat, suggerente primario illo viro. Iubetur in diem certū adesse vidua. Ea præsente corā multis nobilissimis viris rogat Cancellariū Rex an poculum aureum ab illa vidua accepisset. Fatetur Morus. Hoc quum indignius Rex ferre videretur, orat Morus Regem, velit viduam rogare, quid porro de poculo factū sit: Vidua rogata agnoscit, Cancellarium poculum quidem hilari vultu accepisse, magnasque de dono gratias egisse, sed & conuocata familia, magnificis verbis donū prædicasse: (quæ omnia accusationi cōueniebant) attamen vino postulato, ipsi hilariter præbibisse, simulq; poculum reddidisse. Indignatur Rex ob rem tam futilem se interpellari, vel Cancellarium vexari: Calumniatorem potestati Mori permittit: primarium illum virum obiurgat. Morum collaudat.

Ridicula Mori accusatio.

V. *S. Ludgerus Episc. munus oblatum ab incestuosa mulierc respuit.*

In vita eius per monachos Werthinen'e. scripta cap. 21. apud Sur. 26. Maij.

Dum S. Ludgerus Episcopus Monasterienſis Diœcesim suam pastoralis officio aliquando circuiret, venit ad ecclesiam in Billerbeck, vbi ageb quædā nobilis incestuoso matrimonio iuncta. Ha beatum virum illuc aduenire cognoscens, vt ab infamiæ nota & æterno animæ periculo solui possit, munusculis & donis sanctum virum aggressa est: Misit enim vas testeum prægrande melle plenum. Ille absynthii amaritudinem sub melle latere non ignorans, & sciens munera excæcare etiam oculos sapientum, nullo modo illud recipere voluit asserens se participare non posse, quæ se illicito connubio alienam ab ecclesia fecisset: Hac igitur via frustra tentata, mulier pleroſque ex discipulis eius aduocauit, iisque præfatum mellis vasculum tradens rogauit, vt viro Dei persuaderent, vellet eam à peccatorum nexibus clementer soluere. Illi cupiditate ducti, mel Episcopo nesciente, suscipiunt, & quia alium, vbi reconderet, locum repente non inueniebant subtus altare linteis vndique coopertum illud locauerunt. Iamque aderat tempus, quo res diuina pergenda erat, & ecce ad primū orationis initium vas illud crepuit, & melle effuso minutatim discissum est. Itaque melle per terram fluente, mulieris iniquitas, & Ludgeri sanctitas omnium ore celebrata est.

Munus oblatum ab incestuosa respuit S. Ludgerus.

Miraculum.

VI. *Liberius Papa proscriptus, nec precc nec pretio adduci potest, vt Arianorum sententiæ subscribat.*

Theodoret. li. 2 hist. Eccl. c. 26. Carol. Sigonius, 6. de Occid. Imp.

Liberius Papa in Synodo Mediolanensi, nec precibus, nec minis adduci potuit, vt Arianorum dogmata subscriberet. Rem igitur perseuerantē in sententia Imperator iussit relegari Beream in Thracia, abeuntiq; misit solidos quingentos in sumptus. Sed Liberius illi, qui attulerat: Abi, inquit, & redde Imperatori: his enim opus est militibus ipsius. Regina misit totidē, quos & ipsos iussit referri ad Imperatorem: his enim opus ille habet, inquiens: si opus his non habet, det Auxentio & Epicteto, quibus opus est. Detulit alios ei Eusebius eunuchus. Cui Liberius: Deuastatis ecclesiis orbis terrarum nunc mihi eleemosynam offers vt condemnator? Quin tu abi, & Christianus prius efficere.

VII. *Resipuit D. Bernardinus munera ad se missa.*

In vita eius cap. 9. apud Surium eo. 3. Maij.

Bernardinus Senensis, absque vllo respectu, cum res & causa postulabat, etiam in potentium hominum vitia publice inuehebatur. Quod cū aliquando Mediolani aduersus Ducem in concione fecisset, ille grauiter offensus mortem denunciari iussit, nisi abstineret. At Bernardinus postera die in magna populi frequentia idem vitium acrius etiā quā antea obiurgare perrexit. Quæ libertas ac fiducia a Ducem fregit, vt molestiā ei vltra exhiberi ausus non sit. Quin etiam ad illius animum pertendum, aureum ei poculum auro plenum misit. Quod cum vir sanctus cum Xomacho reiecisset, ille pluribus precibus adiectis referri iussit, quas nuncii dum ea exponerent, vt vrgendi finē non facerent, surgens Bernardinus, eosq; sequi iubens ad carcerē perrexit, quo obærati tenebantur, quos eo die omnes vinculis exemit.

VIII. *Eiusdem argumenti aliud exemplum.*

Ionas Abbas in vita S. Columbani, c. 18.

Non minor fuit Columbani libertas in Theodorico Gallorum rege obiurgando de eius facino[illegible] aduentum cum Rex co-

gnouisset, cœnam regio cultu, & reliqua necessaria ad eius hospitium longo famulorum ordine deferri curauit. Quæ vt vidit Columbanus, vultu & voce auersatus est, prolato versu illo è scriptura: *Munera impiorum reprobat altissimus, indignumque esse, vt Dei seruorum ora eius cibo polluerentur, qui cum ipsis iniustum bellum gereret.* Vix autem verba finierat, cum vasa omnia, quibus cibi illi continebantur, diffrupta sunt, vinum & sicera in terram effusa, reliqua huc illuc disiecta. Quare attoniti ministri, Rex etiam ipse territus accurrit, sequeque in eius fore potestate in rebus omnibus pollicitus est: quem tamen breui ad vomitum reuersum iterum Columbanus seueris obiurgationibus & minus aggressus est.

Columbanus obiurgat Theodoricum.

Muneribus conatur placare Columbanum Theodoricus.

IX. *Eiusdem argumenti.*

Quo tempore Ezelinus tyrannus Veronensis ciuitatemque insidiis Italiæ vastabat, B. Antonius Paduanus eum adiit, atque his eum verbis compellauit: *Saeue ac crudelis tyranne, quando iam humani sanguinis effundendi finem facies?* Cui exordio cum reliquam orationem congruentem adiecisset, commemoratis illius rapinis, cædibus, direptionibus ciuitatum, Deique iram ac pœnas imminentes denunciasset, hæc audientes fatellites nihil expectabant aliud, quam barbari illius pro eius more nutum, vt tam molestum monitorem confoderent. At ille contra ciugulum collo imponens, atque ex lupo agnus effectus, & ingenua procidens, humillime veniam peccatorum deprecatus, insuper etiam pollicitus est, quicquid pœnæ iniungeretur, libenter subiturum. Idem tamen paulo post in sua flagitia relapsus decreuit sancti viri virtutem hoc modo explorare. Misit ad eum quosdam ex suis cum præclaris muneribus, quibus ita mandauit, vt precibus & crebra importunitate id agerent, vt ea acciperet. Quod si faceret, illico eum obtruncarent: si non acciperet, patienter ferrent quicquid ab eo diceretur. Illis igitur facta humiliter instantibus, multūq; precantibus, vt munus illud domini sui admitteret. Antonius voce liberrima: Abite, inquit, quamprimum cum vestris impiis donis, ne vel ruente tecto, vel dehiscente terra, nos quoq; exitio vestro inuoluamur. Ezelinus re cognita semper illum deinceps vt hominem sanctum veneratus est.

In vita S. Antonii de Padua c. 33. apud Sur. 13. Iunii & Elatum li. 2. de bono stat. relig. cap. 6.

Mira Ezelini erga eum conuersio.

Muneribus frustra tentat Antonium Ezelinus corrumpere.

TIT. CXVII. De calumniis & falsis accusationibus.

Genes. 39. *Ioseph à Putipharis vxore falsis criminationibus delatus in carcerem conijcitur.*

Esther. 3. *Aman Agagites calumniis suis Mardochæum & vniuersæ Iudæorum genti exitium parare meditatus, id in eius caput, quod in omnibus parauit, reduxit. Nam in crucem, quam Mardocheo extruxerat, cum liberis suspensus est. Ioniique omnibus ac professionibus exactus. Dignitate ejus Mardocheus potitus est. Esther. 10.*

Maleuolorum hominum calumniis Principes & satrapa apud Regem Darium efficiunt, vt Daniel in lacum leonum conijceretur, vbi diuino numine inter famelicos leones conseruatus est, ipsoque educto, accusatores eius in lacum missi sunt ipsi, & filii, & vxores eorum, quos leones protinus arripuerunt, & ossa eorum comminuerunt. *Daniel. 6.*

Susannæ calumniam passæ est à senioribus, & ipsi lapidibus obruti. *Daniel. 13.*

EXEMP. I. *Sergius Papa II. calumniam passus diuinitus liberatur.*

ANno Domini 693. puer quidam ex incestu genitus Romani Pontificis Sergii secūdi famam nonnihil contaminauit, quod vulgus (vt fieri solet) sparso rumore vano, male persuasus, eum Pontificem habere Patrem existimarent. Anxius igitur Althelmus Schireburgensis Episcopus (quem tum Sergius eius virtutibus captus in vrbē vocauerat) multumque dolens, Pontificem haud vulgari amicitia sibi deuinctum habentem dies exhiberi iubet, eique in virtute & nomine Iesu Christi imperat, vt edicat, num Sergius Pontifex eo se scelere obstrinxerit. Respondit infans absolutissimo sermone, Pontificem nequaquam illi crimini affinem esse, nihil eum cum fœmineo sexu commercii habere. Atque ita Althelmus, & ab amico Pontifice depulit infamiam, & sibi gratiam cumulauit.

Apud Surium die 25. Maij. Baro to. 8 an. Do. 699.

Calumnia in Sergium Papam.

Infans loquitur ad purgandam Sergii infamiam.

II. *De Calumnia Greg. VII. viro sanctiss. & Mathildi fœminæ honestissimæ à Bennone schismatico, & aliis hostibus infestissimis olim icis irrogata.*

Mathildis Beatricis Tusciæ Ducissæ filia, viuente adhuc viro suo, quandam viduitatis speciem longissimis ab eo spatiis exclusa prætendebat, cū nec ipsa maritum in Lotharingium extra natale solum sequi vellet, & ille Ducatus, quem in Lotharingia administrabat, negotiis implicitus, vix post tertium & quartum annum semel Marcham Italicam inuiseret. Post cuius mortem Romani Pontificis lateri pæne comes individua adhærebat, eumque miro colebat affectu: cumque magna pars Italiæ eius pareret imperio, & omnibus, quæ prima mortales ducūt, supra cęteros terręe illius Principes abūdaret, vbicūq; opera eius Papa indiguisset, ocyus aderat, & tāquā patri, vel domino sedulū exhibebat officium. Vnde nec euadere potuit incesti amoris suspicionē passim iactantibus Regis fautoribus, & præcipue clericis, quibus illicita & cōtra scita canonū cōtracta cōiugia phibebat, q; die ac nocte impudenter Papa eius volutaretur amplexibus: & illa furtiuis Papę amoribus præoccupata, post amissū cōiugē vltra secūdas cōtinere nuptias detrectaret. Sed apud omnes sanū aliquid sapiētes, luce clarius constabat, falsa esse, quæ dicebātur. Nā & Papa tā eximie, tamque Apostolice vitam instituebat, vt nec minimam sinistri

Ex Lambert. Schafnaburg. ad an. 1077. Baron. to. 11. Annal. 1074. 34. 35.

Greg. Papa calumniis impetitur.

Greg. VII. irreprehensibilis continentia.

sinistri rumoris maculam conuersationis eius sublimitas admitteret, & illa in Vrbe celeberrima, atque in tanta obsequentium frequentia obscenum aliquid perpetrans latere nequaquam potuisset. Signa etiam, & prodigia, quę per orationes Papæ frequentius fiebant, & zelus eius feruentissimus pro Deo, & pro ecclesiasticis legibus satis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant.

III. *De calumnia aduersus Athanasium Episcopum Alexandrinum falso suscitata.*

Breuiarium Romanum 2. die Maij.

Athanasius Alexandrinus Catholicæ religionis propugnator acerrimus, ab Alexandro Episcopo Alexandrino Diaconus factus est, in cuius locum successit, quem antea etiam secutus fuerat ad Nicænum Concilium, vbi cum Arij impietatem repressisset, tantum odium Arianorum suscepit, vt eo tempore ei insidias moliri nunquam desiterint. Nam coacto ad Tyrum Concilio, magna ex parte Arianorum Episcoporum, subornarunt mulierculam, quæ accusaret Athanasium, quod hospitio acceptus sibi stuprum per vim intulisset. Introductus igitur est Athanasius, & vna cum eo Timotheus presbyter: qui simulans se esse Athanasium: Egone, inquit, mulier, apud te fum diuersatus: ego te violaui? Cui illa petulanter: Tu mihi vim intulisti, idque iureiurando affirmans Iudicum fidem obtestabatur, vt tantum flagitium vindicarent. Qua cognita fraude, reiecta est mulieris impudentia. Arsenium quoque Episcopum ab Athanasio interfectum Ariani peruulgarunt, quem dum occulte detinent, manum mortui deferunt in iudicium, ab Athanasio ad vsum magicæ artis Arsenio amputatam criminantes. At Arsenius noctu aufugiens, cum se in conspectu totius Concilij statuisset, Athanasij inimicorum impudentissimum scelus aperuit. Quod illi nihilominus magicis artibus Athanasij tribuentes, vitæ eius insidiari non desistebant. Quamobrem in exilium actus in Gallia apud Treuiros exulauit.

Calumniæ Athanasiũ proscribũtur.

IV. *De Martiano Imp. diuinitus ab homicidij calumnia liberato.*

Fasciculus lib. 2. hist. Eccles. cap. 1.

Martianum celebrem illum Romanorum Imperatorem, natione Thracem, militaris viri filium in medium adducam. Hic quoniam ad id vitæ genus aspirabat, quo pater vsus fuerat, Philippopolim venit, vbi etiam militaribus ordinibus adiunctus est. In itinere autem hominem recens interemptum, ac in terra proiectum vidit, stratique iuxta illum (erat enim admodum bonus & humanissimus) commiseratione eius, quod acciderat, afficiebatur, diuque ne progrederetur, detinebatur, cupiens occiso, quæ iusta erant præstare. Hoc quum aliqui vidissent, deduxerunt illud ad Magistratus Philippopolitanos, qui comprehensum Martianum ad quæstionem homicidij rapuerunt. Et cum coniecturæ & probabilia indicia ipsi veritati & linguæ viri homicidium negantis præualerent, ac iam homicidii pœnas daturus esset, diuino nutu factum est, vt ipso homicida tradito, & vt pœnas facinoris daret, decollato, Martianus capitis truncationem euaserit. Ad eum modum præter exspectationem seruatus ad militarem quendam illic ordinem venit, vt in eo militiæ nomen daret. Illi virum admirari, magnumque & admodum in pretio futurum haud immerito coniicientes, recipiunt eum percupide, & in album suum conscribunt.

Martiani Imp. commiseratio.

Homicidij accusatur Martianus.

V. *Palladius vir sanctus, homicidij per calumniam accusatus, diuinitus innocens declaratur.*

Palladius vir celebris vitam amplexus solitariam inclusus erat in quadam domuncula, quæ erat propinqua vico maximo & frequentissimo, cui nomen Ielemme. Hic locus innumeros vndiq; attrahit mercatores. In eo quidam mercator, iis quæ attulerat venditis, & auro coacto, noctu voluit recedere. Quidam autem homicida, qui aurum illic collectum aspexerat, cœsto quodam tempore percitus, somno depulso, obseruabat quando vir ille esset profecturus. Post galli autem cantum, is quidem sibi bat securus: hic aut præueniens, cum quendam locum aptum insidiis occupasset, repente adortus eum & percussit, & cædem fecit. Execrando autem facinori impium quoque aliud factum adiecit: nam cum aurum rapuisset, mortuum illud corpus proiecit ad ostium Palladij. Cum autem dies venisset, & fama peruasisset, & totus hominum conuentus de eo quod factum erat passim loqueretur, concurrerunt omnes, & effracto ostio, cædis factæ pœnam exigere volebãt, à diuino Palladio. Vnus autem ex iis, qui hoc faciebant, erat is qui sua manu cædem fecerat. Cum ergo vir Dei circumsideretur à tanta multitudine, cælum intuens, & mente cælum superans, supplicauit Domino, vt calumniæ mendacium refelleret, & veritatem, quę latebat, ostenderet. Cum sic oraret, & iacentis manum prehendisset: Dic, inquit, ô adolescens, quis hanc tibi plagam intulit: Ostende quis execrandum facinus admiserit: & libera innocentem ab hac improba calumnia. Sermonem sermo est consecutus. Homo autem sedens circumspiciebat quidem eos qui accedebant, digito autem ostendebat homicidã. Clamor sublatus est ab omnibus, & miraculum stupentibus, & calumniam, quæ fuerat inuentata, detestantibus. Cum autem sceleratum exuissent, & gladium inuenerunt adhuc cruentum sanguine, & aurum illud, quod cædis causam dederat. Diuinus autem Palladius cum prius fuisset admirabilis, hinc merito euasit longe admirabilior: Sufficiebat enim hoc miraculum ad viri ostendendam apud eum fiduciam.

Latro mercatore occidit, & auro potitur.

Homicida diuinitus ostensus.

VI. *De adulterij falso accusata, & morte damnata, quæ tamen septies percussa ludum non potuit.*

Scribit S. Hieronymus mulierem quandam Ver- *Lib. 1. Epist.* cellensem adulterij insimulatam, *ad Innocent.* quod reus eius crimini fuerat delatus, *Pœnit.* vi-

vi adactum crimen iudici fuisse confessum: mulierem vero innocentem semper constantem fuisse. Sumpto igitur de confitente iuuene supplicio, mulier gladio, qui acie acutissima erat, septies iacta nũquam lædi potuit. Carnifex, negligij hebetudine id forte accidisset, gladij cuspidem admouit, vt quod collum secare non valuisset, perforando iugulum eã interimeret: mirum, gladius reflexus est, & velut dominum suum victum aspiciens, confessus se eam ferire non posse, quæ non deliquisset. Interim cum mori defessa laboribus, ipsa videretur, ad sepulcrum illata est: Verum, resumptis viribus, viuere comperta est, illæso corpore: ac ne supereresset iniquo iudici torquendi, aut potius occidendi facultas, ea ipsa die comperta est defuncta quædam alia mulier, quę ecclesiæ sumptibus viuebat, & illa sepulcro illata est. Indice igitur quærente, an illa adhuc viueret, ostenso recenti sepulcro, ab omni deinceps aduersus illam conatu destitit. Deperata itaque ferri vtraque acie, bona mulier [illegible] etiam lictoribus, simul & iudice, aliquamdiu superuixit.

TIT. CXVIII. De calumniantium & falso accusantium pœnis.

EXEMP. I. *Bassus quidam ob calumniam in Papam proscribitur.*

SIxtus III. Pontificatum iniens à Basso quodam reus in iudicium accersitur. Hic autem congregata septem & quinquaginta Episcoporum Synodo, ita causam dixit, vt ab omnib. vno consensu absolueretur. Damnatur itaq; Bassus calumniator iniquus, annuente Valentiniano Imp. & Placidia eius matre, in exilium mittitur: ita tamen, vt vltimo die viaticum ei ob pietatem Ecclesię non negaretur. Eius autem prædia non fisco, sed Ecclesiæ ascribuntur. Aiunt Bassum post exilium nõ multum vixisse: tertio enim mense diem extremum obiit. Cuius corpus Sixtus Episcopus linteaminibus inuolutum, & aromatibus conspersum, propriis manibus ad sanctum Petrum sepeliuit in loci[illegible] parentum.

II. *Fausta Constantini vxor, & Crispi eius filij nouerca, propter calumniam Crispo impositam morte plectitur.*

Eutrop. li. 10. Rer. Rom. Niceph. li. 7. cap. 35.

Constantinus Magnus Imp. Faustam vxorem habuit. Hæc Crispi priuigni amore capta cùm ad libidinem sæpius cum prouocasset, renuentem detulit ad maritum, illum sibi vim inferre voluisse. Constantinus fidem adhibuit, ideoq; Crispum filium suum propria manu interfecit. Verum post aliquot annos comperta causa, & in vxorem capitis animaduertit.

III. *Decindita Maximino Imp. diuinitas irrogata, & impostura falso Christianis illata.*

Euseb. Ec[illegible]

Maximinus Imperator cum [illegible] leg[illegible]

sus Christum & Christianos æreis tabulis incidi, & singulis quibusque ciuitatibus proponi iussisset, in his iactanter satis & superbe proposuit, quod ex quo Christiani sedibus suis vrbibusque pelluntur, & aeris esset læta temperies, & teriæ fœcunditas abundantior, ac segetum copia vberior. Sed postquam nihil reliqui apud homines rebus nostris supersse visum est, omnipotentis Dei prouidentia imbecilles hominum mentes periclitari ipsa desperatione non patitur. Continuo namque, nec mora, dum adhuc per aliquas longius positas ciuitates impia mitterẽtur edicta, arrogantiam tyrannicæ vocis refrenans, qua lætas segetes pro Christianorum fuga, & vberes frugibus descripserat campos, imbres restringit in nubibus, & effœtas arida sterilitate segetes derelinquit. Arescit etiam herba camporum, & non solum hominibus fructum, verum etiam pecudibus pabulum negat, famesque terra, & obscena vbique grassatur. Aeris quoque temperies, quam suis impiis actibus descripserat famulari in tantam corruptionem versa est: vt humana corpora vlceribus pessimis, quæ ignis sacer appellantur, nec non de his, qui dicuntur carbunculi, replerentur, ita vt ora hominum atque oculos occuparent, vt si quis forte ex his effugisset mortem, luminibus orbaretur. Sed & aliis nihilominus pestilentibus morbis virorum & mulierum immensæ multitudines, & præcipue infantium, aceruatim cadebant.

Euseb. Cæsariens. lib. 6. ca. 6. Niceph. lib. 5. cap. 9. Bredemb. lib. 4. c. 18. Baro. tom. 2. ann. Dom. 119.

IV. *Narcisso Episcopo Hierosolymitano calumniam cum iuramento inferentes diuinitus punit.*

In vita S. Narcissi Episcopi Hierosolymorum istud memoria dignum inter alia scribit Eusebius: Cum quidam nequam perditi hominis conciones grauẽ & seueram eam rationem, qua per vniuersam vitam tum in hominib. acriter admonendis, tum in eorum vitiis corrigendis vti consueuit, neutiquam ferre possent: præ metu, ne ipsi propter infinita scelera, quorum sibiipsis conscij erant, ab ipso indicati pœnas luerent, cœperunt contra illum consutis dolis conspirare, ac turpem quandam criminationis calumniam in eum coniicere: deinde, quo magis auditoribus criminationis falso obiectæ fidem facerent, eam iureiurando confirmare, atq; vnus sic deierare: Si non vere dixerim, opto vt ignis incendio misere dispeream. Alter vero sic: Si non vere dixerim, opto vt sæuo ac fœdo morbo corpus absumatur. Tertius autem hoc modo: Opto si nõ vere dixerim, vt luminibus penitus orbatus sim. Verum quamuis nemo ex fidelibus, propter nobilitatem & testatam inter omnes omnino Narcissi castimoniam, atq; adeo ob vitæ rationem ex virtutis regula traductã, illis, vel grauissimo iureiurãdo se obstringentibus, animum, aut fidem adhibuerit: ille ipse tamen partim præ indignatione falso obiectæ criminationis, partim præ cupiditate vitæ in sapientiæ, ac virtutis studio degendæ, quam iam diu optauerat, ab oculis vniuersę mul-

Calumniis conspirant in Narcissũ flagitiosi homines.

Calumnias iuramento confirmãt.

Narcissus fugiens annis

pluribus latitat.

multitudinis se penitus remouit, & in solitudine, locisque desertis, ad multorum annorum spatium vitam transegit. Verum sublimis ille diuinæ iustitiæ vltionisque obtutus his sceleribus patratis minime acquieuit: sed quam celerrime impios illos, & nequam homines, qui inter iurandum tam diris execrationibus se contra se ipsos obligassent, grauibus calamitatibus oppressit. Primus igitur illorum, scintilla perexigua noctu in ædes, in quibus habitabat, ex nulla causa antegressa, subito ruente, misere cum tota familia, suaq; stirpe rapido flammarum ardore omnino conflagrauit. Alterius corpus eodē morbo, quem sibi tanquam mulctam fore imprecatus esset, ab extremis pedum digitis ad caput vsque infectū contabuit. Tertius ærumnosos priorum euentus aspiciens, & Dei, qui oculis omnia intuetur, ineuitabilem vltionem admodūm reformidans, palam inter omnes maleficia communiter à se, suisque sociis per fraudem contra Narcissum admissa confessus est, sed tamen dum pro delicto grauissime condolescebat, tantis tamq; acerbis lamentis se afflictauit, & vsque eo lacrymas effundere non destitit, quoad vtrumque oculum sibi penitus extinxisset. Atque hi pro criminatione falso contra Narcissum conficta tales pœnas persoluerunt.

In calumniantes vindicta diuinitus irrogata.

V. *Meretrix Gregorium Thaumaturgum calumniata à dæmone corripitur.*

Greg. Nyssen. in vita eius. Sur. to. 6. 17. Nou. & Baron. to. 2. Annal. ad ann. Do. 233. 9 10

Cum Gregorius Thaumaturgus degeret in Ægypto in magna Alexandri vrbe, in quam ex omnibus partibus Philosophiæ, ac medicinæ studiosa inuentus confluebat: molestum spectaculum erat æqualibus adolescens supra ætatem sobrietate sapientiaque ornatus: eius enim vitæ puritatis, & integritatis laus, impurorum probrū erat, & dedecus. Vt igitur aliquam excusationem intemperantes & libidinosi haberent, si ipsi nō soli tales esse viderentur: insidias comminiscuntur, & vafrum quoddam consilium excogitant, vt aliquam notam & maculam magni illius viri vitæ inurant. Ac producitur ab his, qui illum calumniabatur, muliercula meretrix, quę corpore quæstum faceret, infamia irrogata, ex carcere dimissa. Cumque ille pro consuetudine cum viris doctis, arq; delectis, in habitu graui, & honesto de quadam quæstione Philosophica disputaret, vnaque se cum illis exerceret: mulierecula accedit ineptis gestibus formam ostentans, & molliciem, luxumque præferens, & per omnia quę dicebat & faciebat, sese consuescere cum eo simulans: tandem dicebat, se mercedibus fraudaram esse. At cum illi, qui eius vitæ puritatem & continentiam non ignorabant, indignarentur, & ira aduersus mulierculam commouerentur: ipse neq; vna perturbatus est cum iis, qui ipsius nomine stomachabantur, neq, quicquam huiusmodi dixit, cū calumniis premeretur, quale pronunciare par esset eum, qui grauiter, molesteq; ferret: non testes vitæ aduocauit, non iureiurando probrum à se reiecit: non malitiam eorum, qui hæc aduersus eum machinati erant, conuicit: sed submissa atq; sedata voce conuersus ad quendam familiarem: *Heus tu*, inquit, *numera ei pecuniam, ne diutius importunitate sua propositæ quæstionis tractatum conturbet.* Cum autem is, cui hoc iniungebatur à meretricula scisciatus, quantam pecuniam ab illo posceret, sine mora omnem adnumerasset, atque ab lasciuis & proteruis aduersus sobrium & continentem insidiæ peractæ essent, & iam in manibus illius infamis lucrum esset: tunc diuinitus, & continentia adolescentis probatur, & calumnia æqualium patefit. Simul enim atque pecuniam accepit, spiritu infelici, æque maligno correpta, fremituque immani atque ferali diuerso à voce humana sono ingemiscens, collabitur prona in medio cœtu congregatorum, spectaculum horrēdum atque terribile præsentibus repente facta, cum & capillus, quem sæuis manibus vellebat, dilaceratus atque disiectus, & oculi inuersi essent, & os spumas emitteret: nec non prius à dæmonio suffocari desiit, quam Magnus ille Gregorius Deum pro ea inuocasset, atque placasset.

Calumniatores Gregorij Thaumaturgi.

VI. *Calumniatorem ad mortem vsque alius aliquando nocere.*

Io. Molan. in Natalib. SS. Belgij 18. die Iunij.

B. Maria vulgo dicta dolorosa, triplicem coronā, voluntariæ paupertatis, castitatis, & martyrij est consecuta. Cum enim voto paupertatis voluntariæ & perpetuæ castitatis adornata, per annos multos panem suum laboriose manducaret, contigit impudicum virum eam adamare: & cum castitatem suā, quam Deo, & beatę Marię vouerat, pollui non sineret, is virginem de furto argentei scyphi falso accusauit, & tantum egit apud villicum, vt innocenter sit terræ defossa, & sude transuerberata, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum. Quanti autem meriti sit apud Deum testantur miracula. Nā & ante mortē, pro visitatuutis memoriam Deiparæ Virginis in loco suæ requietionis, intercessit. Vnde & accusator, postquam septem annis dæmoniacus fuerat, in eo loco restitutus est per Deiparam Virginem, eiusque famulam beatam Mariam dolorosam.

Maria dolorosa furti falso accusata, cruciatur.

VII. *De meretricula, quæ S. Simeonem calumniata prius parere non potuit, quam verum fœtus sui patrem nominaret.*

Niceph. lib. 17. cap. 22.

Cuidam familiari Simeonis, qui propter Christū fatuus haberi voluit, ancilla erat, quæ à quopiam per libidinem constuprata, vbi partus institit tempus, ab heris patratorem probrosi facinoris eius ac patrē pueri indicare coacta est. Illa per calumniam Simeonem cum destine secum consueuisse, seque ex eo grauidam esse dixit, & rem ita se habere iuramēto confirmauit, idque cum opus esset, in facem illi se dicturam minisit. Hoc vbi Simeonis perue-nit, fatuum ipse quoq; non negauit, carnē scilicet se quoq; circumferre, lubricam peccandi proclitita-tem insitam sibi esse dicens. Postquam autem eo nomine sermones apud omnes de eo increbuerunt, nem insimulari videbatur, pudore perculsus est: licet mulat.

Meretricula impręgnata stupri Simeonem.

per fraudem, sub verecundiæ prætextu seipsum subduxit. Etiam fatalis, & constituta pariendi dies aderat, & muliercula sedili solito insidebat, doloresque vehementes exoriebantur cruciatum intolerabilem afferentes, ac misella vltimum discrimen adibat, neque fœtus prodibat: cū in tempore ipso Simeonem aduenientem, vt preces ad Deum profunderet, mulierculæ aliæ rogarunt. Ibi ille propalam non prius fœtum solem aspecturum esse, quam mater patrem clandestinum proderet, prædixit. Quod vbi fœmina professa est, & patrem verum nominauit, confestim infans maternis locis exiliit, veritate ipsa quodammodo obstetricis illi officium exhibente.

TIT. CXIX. De testium falsorum pœnis.

Falsorum testium criminationibus Naboth lapidibus obruitur, eiusque vineam Rege Achabo & impia Iezabele rapitur, ipsi autem horrendo modo trucidantur. 3. Reg. 21.

Falsi testes Susannam adulterij insimulant, mendacij autem conuicti lapidibus sunt obruti. Dan. 3.

Principes Sacerdotum & omne Concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent, & ipsi maleperierunt. Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 18.

Milites accepta pecunia Iesum Christum, eum à mortuis resurgentem suis oculis conspexerant, à discipulis noctu clam sublatum per vrbem proclamarunt. Matth. 28. Luc. 24.

Seniores & Scribæ contra Stephanum falsos testes subornarunt, quorum calumnijs blasphemiæ conuictum occiderent. Actor. 7.

EXEMP. I. *Pœna grauis falsis testibus imponitur ab Ecclesia.*

Ex Act. Synod. Oecum. Baro. to. 10. ad an. 869. 43

ANno Domini 869. dum Constantinopoli celebraretur octaua Synodus Oecumenica, introducti sunt eo quidam falsi testes, qui suasione Photij, & compulsione Michaelis Imperatoris contra Ignatium Patriarcham falsum dicerent testimonium. Quorum primus qui adductus est, fuit Theodorus Protospatharius: inde Leo Consul: qui coram plena Synodo confessi sunt se falsa iurasse contra patriarcham, vt iure deponi videretur: vbi pœnitentiam à Legatis sedis Apostolicæ & vniuersa Synodo acceperunt, quæ ab iisdem ita decreta fuit, ibidemq; descripta verbis istis: Definimus & promulgamus, hos per septem annos Epitimum habere, esse illos duobus annis extra ecclesiam, & aliis duobus intra ecclesiam audire diuinas scripturas vsq; ad Catechumenos, nō tamen vllo modo communicare, sed abstinere à carnibus & vino quacunq; alijs præter Dominicos dies & Dominicas festiuitates, & aliis tribus annis stare cum fidelibus, & meretur diuinam communionem in solis Dominicis tantum tribus cum eleemosynis, orationibus, argumentis tribus diebus hebdomadæ, secunda videlicet & sexta feria abstinentiam à carnibus

Falsi testes culpam agnoscunt.

Sententia Legatorum in falsos testes.

* multam.

II. *De falsis testibus & actoribus S. Gregorij Agrigentini perpetua infamia notatis insignitis.*

Greg. Agrigentinus Episcopus à Sabino & Crescentio falso accusatus coram Synodo Romana centum & quinquaginta Patrum de stupro cum Eudocia puella, adductis CX. testibus, Psalmum alta voce ingeminauit: Insurrexerunt in me testes iniqui: quæ ignorabam obiecerunt mihi: mala mihi pro bonis rependebant. Statim igitur puella à dæmone correpta ad pedes eius concidit: Gregorius Satanam è puella egredi, & verum fateri iussit: manuq; eam cōprehensam erexit. Illa fassa est, se à Sabino & Crescentio muneribus corruptam Gregorium falso accusasse. Gregorius vero coram Synodo pro testibus quoq; & actoribus intercessit, & pacem illis impetrauit. Qua concessa, statim tenebræ magnę obortę sunt: & actorum alij vtraque, alij altera gena nigri apparuerunt. Sabino vero & Crescentio labia atro colore infecta sunt, qui nunquam postea elui potuit.

Metaph. in vita eius ca. 50. & seq. apud Sur. 23. Nouemb.

III. *Falsos testes esse infames, nec deinceps ad testimonium admittendos.*

Id testatur Gratianus causa 3. q. 5. ex Eusebio Papa epist. 3 ad Episcopos Thusciæ, in hæc verba: Cōstituimus cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, vt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt seu qui ad sortilegos diuinosque concurrerunt, similesque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt, & iuste repellendi, quia est funesta vox eorum.

Gratian. c. 33. q. 5. cap. 9.

Testes falsi infames.

TIT. CXX. Mortuos interdū testes esse veritatis pro litibus inter viuos decidendis.

EXEMP. I. *De defuncto ad vitam per S. Stanislaum Episcopum pro veritate testimonio firmanda excitato.*

STanislaus Polonus Episcopus Cracouiensis Boleslaum Poloniæ Regem grauiter offendit, quod illius notam libidinem publice arguisset. Quare in solenni regni conuentu Stanislaum per calumniam conuenit, & in iudicium coram se vocari curat, tanquam pagum occuparet, quem ecclesiæ nomine coemerat. Quod cum neque tabulis probare posset, & testes veritatem dicere timerent, spondet Episcopus, se Petrum pagi venditorem, qui triennio ante obierat, intra dies tres in iudicium adducturum. Conditione cum risu accepta, vir Dei toto triduo ieiuniis & orationi incumbit. Ipso sponsionis die post oblatum Missæ sacrificium Petrum è sepulchro surgere iubet: Qui statim rediuiuus Episcopum ad regium tribunal euntem sequitur, ibiq; Rege & cæteris stupore attoni-

Ex Ioanne Longino Canonico Cracouiensi, & Surio Maij 8. Breuiario Romano.

S. Stanislaus defunctum à mortuo excitat.

tis.

nitis, de agro à se vendito, & pretio rite sibi ab Episcopo persoluto testimonium dicit, atque iterum in Domino obdormiuit.

II. *Quomodo in testem etiam euocata sit Aia defuncta contra inuasores donationis.*

Ex Molan. in Natalib. SS. Tilgij 18. April. 2.

B. Aia Hidulphi Comitis Hannoniæ vxor, vt refert Hannonum historia lib. II. cap. 4. suas hæreditates seu dominia Montensi contulit ecclesiæ, quæ postmodum quasi iure propinquitatis repetebantur à parentibus: sed dicta ecclesia, eum vexaretur lite, sanctam Aiam, etsi defunctam, multis precibus in testem euocauit; & ipsa apparens respondit, se donationem suam ratam habere. Vnde pacifice quicquid datum erat, datum remansit.

III. *Pater defunctus filium à magna molestia liberat.*

De cura pro mort. agenda cap. 11.

Cum B. Augustinus Mediolani adhuc moraretur, illud memoratu dignum ad hanc rem, inter alia accidisse tradit: Pro certo, inquit, cum Mediolani essemus, audiuimus, quod cum debitum repeteretur à quodam, defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente à patre iam fuerat persolutum: contristari homo grauissime cœpit, atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit quid deberet, cũ fecisset etiam testamentum. Tunc ei nimis anxio apparuit idem pater eius insomnis, & vbi esset repositum, quod illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo inuento atque monstrato, non solum falsi debiti calumniam filius propulsauit, sed etiã paternũ recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaque putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, vt doceret quod ignorabat, à magna eum molestia liberaret.

Pater defunctus curat res filii viuentis.

IV. *Irene Spiridonis filia defuncta positi accepti locum vbi posuerat, patri viuo designat.*

Ruffin. lib. 1. hist. Eccl. c. 5. Socr. 1. Sozom. l. c. 11. Trip. l. c. 10.

Huic & illud de Spiridone Cyprio Episcopo factum simile subiungamus: Filiam habuit Irenem nomine, quæ ei cum bene ministrasset, virgo defuncta est. Post eius obitum venit quidam dicens, se ei depositum cõmendasse. Rem gestam ignorauerat pater. Perquisitum in tota domo, nusquam quod quærebatur inuentum est. Persistebat tamen ille qui commendauerat, & fletu & lacrymis perurgebat: viræ suæ quoque illatũ esse exitium, nisi cõmendata reciperet, testabatur. Permotus lacrymis eius senex, ad sepulcrum filiæ properat, atque eam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulcro: Quid vis, ait pater? Commendatum, inquit, illius posuisti? At illa locum designans: Illic, ait, inuenies depositum. Regressus ad domum, rem, sicut filia de sepulcro responderat, repertam tradidit reposcenti.

V. *Interfectus quidam iacens in sepulcro à Macario interrogatus, innocentem de crimine accusatum liberat.*

Baptista Fulgos. li. 1.

Macarius Ægyptius monachus Antonii discipulus, cum ad eius antrum quidam perfugisset, opis petendæ gratia, quia Magistratus tanquam reum patratæ tunc cædis insectabatur: is autem insontem se affirmabat, nominis sui reuerentia magistratuũ vim repressit, & quia suspicio tantum, non testes hominem vrgebant, vt veritas palam fieret, egit, vt qui occisus fuerat, à tumulo, omnibus, qui aderant, audientibus loqueretur: qui quoniam affirmauit, nihil cædem suam ad eum pertinere, cui tunc crimini res dabatur, Magistratus hominem, quem insectabatur, Macario auctore absoluit: cum desideraret magistratus auctorem cædis scire, petiit à D. Macario vt interrogaret, respondit, sibi sufficere innocentem liberasse.

c. 6. In [illegible] Patrum l. c. 35.

Contenti defuncti testimonio sopita.

TIT. CXXI. Infantes quoque aliquando testes esse veritatis.

EXEMP. I. *De innocentia S. Br[illegible] Ep. Turonensis igne probata.*

TRigesimo tertio ordinationis Brixii Episcopi Turonensis anno acta est contra eum lamentabilis causa pro crimine: nam mulier, ad quam cubicularii eius vestimenta deferre solebant ad abluendum, quæ sub specie religionis erat veste mutata, concepit & peperit. Qua de re surrexit omnis populus Turonorum in iram, & totum crimen super Episcopum referunt, volentes eum vanam mirer lapidare: dicebant enim: Diu pietas sancti tuam velauit luxuriam: nec Deus nos diutius sinit manus tuas indignas ab osculando pollui. Illo quoque è contrario viriliter hæc negante: Adferte inquit, infantem ad me. Cumque oblatu fuisset infans, triginta dies ab ortu habens, ait ad eum Episcopus: Adiuro te per Iesum Christum filium Dei omnipotentis, vt ego te generaui, coram cunctis edicas. Et ille, Nõ es, inquit, tu pater meus. Populis autẽ roganti bus, vt quis esset pater, interrogaret, ait sacerdos: Nõ est hoc meum, quod ad me pertinuit, sollicitus fui. Vobis si aliquid suppetit, per vos quærite. Tunc illis magicis hæc artibus facta asseuerantes, insurgunt contra eum in vna conspiratione: & minantes eũ dicebant: Non diutius nobis falso pastoris nomine dominaberis. Ille autem ad satisfaciendum adhuc populo prunas ardentes in bytrum suum posuit: & ad se stringens, vsque ad sepulcrum B. Martini vna cum populorum turbis accedit, proiectisque ante sepulcrum pannis vestimentum eius iustum apparuit. Illo [illegible] sic prosequente: Sicut illud vestimentum ab his ignibus [illegible] illæsum, ita & corpus meum à mulieris coitu est impollutum.

Greg. Tur. li. 2. hist. Franc. c. 1.

Epiſcopi manus populus osculatur.

Infans triginta dierum loquitur.

Igne probatur innocentia Brixiii.

II. *De parentibus B. Antonii Paduani ab omni suspicione patrata cædis peremptum puerum absolutis.*

Huic conforme est illud, quod de S. Antonio Padu[illegible] à Gregorio IX. Romanorum Pontifice Anno Domini 1232. in Sanctorum album relato, [illegible]

In vita eius ap. Sur. 14. Iunii c. 3.

in vita eius legitur. Cum enim Patauii degeret vir Dei, Olyssippone duo ciues inexpiabili odio laborantes mutuo sibi necem machinabantur. Accidit autem, vt alter alterius filium hora vespertina per summã crudelitatem iugularet, & intempestæ noctis silentio, in horto parentum viri Dei facta fouea sepeliret. Manefacto cædis auctor & cadauer diligenter quæsitum est, ac tandem in horto Martini inuentũ. Itaq; pater viri sancti cum tota familia in vincula coniectus, tanquã cædis reus habitus est. Eius rei vt per spiritum Patauii certior factus est vir Dei, eadem nocte magno miraculo Olyssiponẽ perductus est: & proxima luce ad iudicem se conferens petiit, vt insontes è vinculis dimissos domũ abire pateretur. Illo omnib. modis recusante, petiit cadauer sibi puri puteri ad se adferri. Quo allato iussit defunctum edicere, nũm parentes cædis illius rei essent. Res stupenda, nam defunctus corpore se erigens respondit, illos cædis illius prorsus conscios non esse. Manse[illegible]eo illo die cum parentibus suis honorifice at[illegible]ni suspicione patratæ cædis absoluris, & mane Angelico ministerio Patauium reductus est.

Num. 22. Infans loquitur.

III. *De alio infante, qui purgauit Danielem Abbatem de crimine accusatum.*

Sophron. Prat. spir. cap. 113.

Cum Abbas Daniel, senex, die quadam in Thennesium ascendisset, vt opus manuum suarum venderet, adolescens quidam precabatur senem dicens: Per Deum, senior, veni in domum meam, & fac orationem super vxorem meam, quia sterilis est. Senex autem compulsus á iuuene abiit cum illo in domũ suam, fecitq; orationẽ super vxorem eius: & volente Deo, mulier in vtero concepit. Viri ergo quidam non timentes Deum cœperunt seni detrahere, & dicere: Vere iuuenis iste infœcundus est: & mulier à sene prægnans facta est. Venit igitur hæc fama ad senis aures, & scripsit senex marito mulieris, dicens: Cũ pepererit vxor tua, nuncia mihi. Cũ ergo peperisset vxor illius: seni significauit iuuenis dicens: Per Deum & orationes tuas, pater, genuit vxor mea. Tunc Abbas Daniel ingressus ait iuueni: Fac prandium, & voca cognatos & amicos tuos. Cũ igitur prandirent: sumens senex puerulum in manibus, coram omnibus dixit infantulo: quis est pater tuus, infans? Ait autem infans: Hic ostendens digito manus suæ iuuenem. Erat autem infantulus dierum viginti quinque.

Infans 25. dierum dat testimoniũ.

IV. *Infamiæ nota Episcopo falsò à muliere inusta qua ratione detecta.*

In vita eius apud Surium 1. Februarij.

Aliud quoque non absimile habetur in vita S. Brigidæ Virginis Scoticæ, quæ obiit anno Iustinii Imp. senioris, hoc est [illegible] à Christo c[illegible]cœnina quædã nõ minus impie, quã impudenter, filium ex Episcopo Broone, qui S. Patritii discipulus fuit, suscepisse mentiebatur. Hanc sanctã Brigida cum accersire iussisset, & ori eius salutare sanctæ Crucis signum impressisset illico caput cũ lingua prægnantis mulieris magno tumore inflatum est. Deinde simili modo infantis consignans linguam: Die nobis, ait, infantule, quis tuus pater est? Stupenda res, aperit os infantis, qui quondam Balaam asinæ loquendi præstitit facultatem: aitq; paruulus: Nequaquam Episcopus Broon, sed deformis & vilis ille homuncio, qui in populo extremo sedet loco, parens meus est. Itaque omnes Deum laudant: & mulier agit pœnitentiam.

TIT. CXXII. De appellatione ad Diuinum iudicium.

Sic fecit Sara, cum dixit Abrahæ: Iudicet Dominus inter te & me. Idem fecit Iacob aduersus Laban, Gen. 31. Genes. 16. 5.

Ita quoque Dauid ad Saulem: Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te. 1. Reg. 24. 13.

Zacharias filius Ioiadæ, cum iussu Ioas Regis interficeretur, simi ia protu it: Videat Dominus, & requirat. 1. Paralip. 24. 23.

Paulus Apostolus Alexandro ærario impunitam esse non debere iniustitiam eius censuit, cum dixit: Reddat illi Dominus secundum opera eius.

EXEM. I. *Appellationem ad tribunal Dei non esse metuendam, quando iusta fuit iudicis sententia.*

In vita Gondisalui apud Delr. tom. 2 li. 4. cap. 4.

SI constet iudicem iuste iudicasse, nec vllum ei sit dubium de sententiæ aut facti, propter quod citatur, æquitate, tunc parui facienda est huiusmodi citatio ad tribunal Dei: iusto enim iudici præmium à Deo cuius vice fungitur, non supplicium est expectandum. Sciebat hoc magnus ille Imperator militum Gondisaluus Ferdinandus de Corduba: Quicum Tarentum obsidens maleficum quendã seditiosissimque (inquit Iouius) militem ad supplicium duci iussisset, illeq; multũ reluctatus se iniquissime damnari vociferaretur, & proinde Gondisaluum ad dicendum causam ad Dei Maximi tribunal magna voce citaret: Vade, inquit Gondisaluus, confisus optimo iudici, & causam instrue: Nam ibi pro me aderit, qui oportune respondeat, Alfonsus frater, qui nuper ex Serra Vermegia in cœlum contendit: Tum enim Gondisaluo nunciatum fuerat, fratrem à Mauris circumuentum dignam forti pioque Duce mortem oppetisse.

Gondisaluus iniustã nebulonis appellationem merito spernit.

II. *De Rege, qui ad iudicium Dei à duobus nobilibus morte damnatis euocatus trigesimo die vita cessit.*

A Ferdinando IV. Castellæ & Legionis Rege duo nobiles fratres, è municipio Turcos Caruajalij, Petrus & Ioannes, comprehensi è vinculis more gentis causam dixere: cæsi ad Palentiam, cum regia noctu egrederetur, Benauidii viri primarii, læsæ maiestatis postulati. Cædis auctor cognosci non poterat, suspicionibus multi exagitari, hi oppressi, neque iudicio conuicti, neque crimen fassi (quæ maxima iudiciorum labes est) de vicina rupe præcipites dari iussi. Rex intractabilis erat, cum recens

Io. Mariana de reb. Hisp. l. 17. c. 12. an. Do. 1312. ex Ritioli. 5. de Rege Hisp. & aliis Lipsl. l. 2. exempl. c. 11. an. 1312.

ini uri a

Appellatio ad tribunal Dei.

iniuria prouocabat, Aulici (vt fit, viris nobilibus euertendis) acriter speculabantur. Rapti ad supplicium Diuum hominumq; fidem testati se innocentes mori, quoniam regiæ aures obturatæ essent, ad Deum æquissimum iudicem prouocauere, Regique diem dixere, ex eo die trigesimum. Eæ voces in præsenti pro vanis habitæ, casu fortasse, at mirabili certe euentu confirmatę sunt. Rex nulla periculi cura Alcanderem à Mauris occupatam, in castra abiit. Ibi morbo tentatus grauissimo Giennium sese retulit: quo tempore deleo oppido dedendo à Mauris mentio erat illata. Vis morbi in dies augebatur. Rex cuius grauioribus impari valetudine, lætus tamen nuncio oppidi capti, nouæ irruptionis faciendæ consilia explicabat, cum die Iouis, septimo idus Septembris,* à prandio somno se dans instrato exanimatus repertus est, in ipso ætatis flore, annos natus XXIV. menses nouem.

Iustitia diuina.

*i. trigesimo à supplicii die.

III. *De duobus Cardinalibus ad iudicium Dei appellatis, & audita vocantis morte vita functis.*

Conradus in Chron. Moguntino Io. Thyr. de iudicio particulari c. 6. Lipsi. li. 1. exempl. c. 11. an. 1154.

Henricus Moguntinus (vel secundum alios Wormatiensis) Episcopus, falso, & per calumniam Arnoldi accusatus, & per prævaricationem Cardinalium duorum à Pontifice Eugenio III. ad causæ cognitionem delegatorum depositus, Arnoldo suffecto, fuit: sed ad iustum iudicem Deum interposita appellatione, sequenti anno mortuus fuit. Eius audita morte, ambo illi Cardinales obiere subito: alter digitos proprios arrodens, alter in latrinis Arii morte.

IV. *Burchardus Episcopus ad tribunal supremum prouocatus pro dirimenda lite, misere per t.*

Lambres. Schafnabur. apud Bar. to. 11. Ann. an. 1059. 81. 82. Iust. Lipsi. li. 2. exempl. ca. 11. 2.

Narrat Lambertus Schafnaburgensis, Abbatem Heruelden sem cum Burchardo Halberstadensi Episcopo diuturnam traxisse litem propter decimationes Saxoniæ, quas Episcopus Heruelden si monasterio ereptas per occasionem Episcopalis regiminis sibi vendicabat. Contra cuius improbitatem cum nec forenses, nec ecclesiasticę leges quidquam valerent, & Abbas sæpe querimonia in ius delata surdis tribunalib. fabulam narrasset, tandem breui antequam vita excederet, mandauit ei per Fridericum Palatinū Comitē, se qui ē tanquā viribus impar causa cadere, Deo tamen vires ad tuendam æquitatem non defuturas esse: proinde parati ambo essent, vt intra paucos dies ad tribunal æquissimi Iudicis Dei causam dicerent: victurum ibi esse, non qui plus posset, sed cuius causa iustior esset. Nec refellit euentus: nam post dormitionē Abbatis pauci dies interceserant, & ecce Episcopus, cum prædictæ rei gratia synodum indixisset, & admoto iam equo illuc propter vellet, repēte diuina animaduersione ictus corruit, reportatusq; ad cubiculū, adscitis ocyus presbyteris suis per Deum obtestabatur, vt decimatione, suas Heruelden si monasterio restituerent, atque omnem in perpetuum super hac re litem præciderent, scirentq; cunctis, qui eadē

Prouocatio ad iudicium Dei.

Dira Dei vindicta in Halberst. Episcopum.

tassent, sic infeliciter rem cessuram, vt sibi cessisset, qui iniustę exactionis tam acerbum vindicem ipsum experiretur Dominum: cumq; Magdeburgensis, & Hildenesheimensis Episcopi visitatum eum aduenissent, cum magno eiulatu fatebatur, se iuxta prædictum eximii Abbatis ad tribunal Dei iamiam abripi, & pro inuasis rebus alienis rationem exigi, rogabatque obnixe, vt missis Heruel diam nunciis, veniam sibi pro admisso supplices precarentur. Nec multo post disruptis miserabili genere morbi visceribus expirauit. Vtro quoque Archipresbyter eius, quo ille potissimum incentore in hanc sententiam inarserat, quique exactor atque administer huius calumniæ vehementissimus extiterat, eodem anno subitanea morte, sine confessione, sine sacra communione interiit, à diabolo (vt fama vulgatior loquebatur) suffocatus.

V. *Abbas Leodiensis appellat coram Deo contra Præpositum, & ad præstitutum*

Memoratu hoc loco dignissi[illegible] est quod legitur apud Thom. Cantiprat. alias [illegible] antium in li. Apum, scriptorem doctum, eruditum, & veracem, his verbis: Monasterium D. Iacobi apud Leodi[illegible] notorum multis est, & [illegible]ertum. Istud quidam adolescens, consobrinus maioris Præpositi, causa deuotionis & religionis intrauit: quod vt audiuit Præpositus, indigne tulit: mox forti manu collectis latellitum, intrat violenter cœnobiū, rapit iuuenem, & nudatum sancto habitu sæculari induit. Abbas ergo monasterii, collectis primoribus ciuitatis, Episcopo conqueritur, & totum Clerum pro tantis iniuriis interpellat. Hoc autem cū indignanter audire vix vellet Episcopus, & Abbatem potius duris verbis impeteret, flexis Abbas genibus, cū moderatione verborum dixit: Iudicem contra te, ô Præpositę, in terra habere non possum, & ideo contra te eum summum iudicem interpello, vt intra quadraginta dies vterque nostrū comparet coram illo, sententiam pro meritis accepturus. Ad hoc Præsul cachinnās eum suis irrisit hominem, atq; spreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? quadragesimo die circa nonam mortuus est dictus Abbas: & cum pro eo solenniter pulsaretur, sedens in balneo Præpositus, quæsiuit à circumstantibus, quid hoc esset: moxque quidam ingrediens, & requisitus de sonitu campanarum, respondit, Abbatem S. Iacobi modo esse defunctum, & pro eo pulsationem fieri tam solennem. Illico recordatus Præpositus quadragesimam diem esse, qua se citatum coram summo iudice audierat Abbate, cōsternato animo dixit suis: Cito, videte quid iam, mortuus sum: comparere me hodie summi iudicis conspectibus oportebit. Nec mora, post verba hæc, cum balneum egredi festinaret, in astantium manibus cum diro eiulatu & ictibus expirauit, ibi proculdubio respondere cōpulsus, vbi causarum strepitus cessant, iurisgeritorum aduocatio conticescit, vbi nec preces, nec pretium liberabunt.

Appellatio ad iudicem supremum.

VI. *De appellatione Abbatis Vallencenensis contra Comitem Hannoniæ.*

Simile quid de Comite quodam Hannoniæ fide indubitata percepimus, qui dum vellet in ecclesia S. Ioannis Vallencenis Canonicos expellere regulares, & pro eis ponere Canonicos sæculares, Abbas eiusdem loci ad summum iudicem appellauit. Appropinquante autem appellationis die, cum Abbas inciperet infirmari, & se ad comparendum coram summo iudice orationis instantia præpararet, ipseque Comes sub eodem tempore sentiret incõmodum, causæ cessit omnimode diem veritus iudicii, & sententiam expectare.

VII. *Iudex iniustus ad tribunal diuinum vocatus mox corruit exanimis.*

In vicina Germaniæ Gothia memorabile illud accidit Ioannis Turson[illegible] de quo sic scribit Olaus Magnus: Quẽdam [illegible] pirecti iusserat: is genibus innixus, [illegible] iniuste, inquit, teque voco hac hora ante tribunal Dei, vt respondeas, cur me innocentem morti condemnes. Vix autem miser carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiam iudex de equo corruit exanimis.

VIII. *Tetrarcha Genuensis intra sextum mensem ad iudicem vocatus morte comparet.*

Liguria, pars nota Italiæ, Ibi Genuensium tritemes aduersus piratas emissæ biremum Gotholanam acceperunt, & in Siculorum, Gotholanorumque contempeum, extra Drepanum, furcæ noctu erectorem biremis affixerunt. Miser ille diu frustra questus, nihil vnquam se Genuensib. nocuisse, vt vidit plus gentris odium illos, quam æquitatem mouere, præcipuamq; mortis suæ causam esse trierarchum Genuensem, iussit, vt se ille intra sextum mensem ante Deum iudicem sisteret, nec irrita vocatio fuit condicto enim Ligur tempore mortuus est.

IX. *Agrestius ad cœleste iudicium vocatus post triginta dies viu excedit.*

In vita B. Eustachii legimus: cum hæreticus quidam Agrestius B. Columbanum iam mortuũ conuiciis & calumniis laceraret, sic vltum esse calumniatorem: Cũ enim Agrestius ille friuola sic garriret, sagax Eustachius, vt erat virtute patientiæ, & scientiæ insignis, respondit. In horũ præsentia Sacerdotum te ego, cuius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & institura damnas, ad diuinum iudicium cũ illo intra præsentis anni circulũ discepturũ inuito, vt iusti iudicis examen sentias, cuius famulũ tuis obtrectationibus maculare conaris.

X. *Falsi alterum criminans ad iudicium nunquam vocatus decima tertia die decedit.*

Magister quoque Teutonicorũ ordinis per indignationẽ suspendio, præcenso falso crimine, scions prodensque quendam peremerat Innocens cũ ad supplicũ duceretur, ad Christi tribunal Magistrum citat, ad tertiam decimam diem. Adueniente die Magister prorsus incolumis suo ore coram non paucis faretur oportere se sisti coram Deo. Mirum: ea die occumbit. Id accidisse in Liuonia circa annum Domini 140[illegible] tradit Cranzius.

Ex Theo. Cupiprat. in eam p. 3. Comes Hannoniæ causæ cedit iudicium Dei terminandæ [illegible] in [illegible] eius not

Lib. 12. hist. Aquilon. cap. 10.

Fulgos. lib. 6. Æneas Syl. Europ. hist. [illegible]

Ionus Abbas c. 6. & 7. vita S. Eustachii 20. Martii.

Cranzius lib. 1. Vandal. Simon. Maiol. Colloq. 4.

TIT. CXXIII. De Contumelia.

Contumelia siue conuitium, est, quando alteri præsenti vel absenti vitium animæ, aut corporis animo lædendi honorem eius, obicimus. Contumelia quid

---

EXEMPL. I. *Cubicularius Valentis Imp. dat pœnas contumeliæ in Aphraatem dictæ.*

VNus ex Valentis Imperatoris cubicularijs ob grauiores contra diuinum hominem Aphraatem iactatas minas, & conuitia, talem plagam accepit: Forte ei cura balnei commissa fuit, qui simul vt Aphraatem verbis contumeliosis insectatus fuerat, ad balneum Imperatori parandum se contulit: cũq; ingressus esset, repente de potestate mentis deturbatus in aquam calidissimã minimeq; temperatam se præcipitauit, ac illico obiit mortem. Imperator autem sedens illum expectabat, vti indicet, quando balneum intrandum sit. Vbi vero multum temporis præterierat, alios mittit, qui moræ causam sibi significent. Hi ingressi balneum, cum omnia intus loca oculis lustrassent, tandem offendunt hominem in aqua feruente, minimeque temperata mortuum, corpusque eius ardore dissolutum. Quare Imperatori nunciata, didicere omnes, quantũ pondus Aphraatis haberet oratio. Attamen de impia sua doctrina minime desiterunt, sed more Pharaonis cor suum indurarunt: ipseque ille Imperator, quamuis cognito sancti viri miraculo obstupescceret, non tamen eius furor contra pietatem incitatus consedit, sparsa est autem fama per totam ciuitatem, quales infelix ille luerit pœnas contumeliæ, quæ affecerat Aphraatem. *Theodoret. lib. 4. hist. Eccl. c. 26. apud Baro. tom. 4. an. Do. 370.* Cubicularius Valentis dat pœnas temeritatis.

II. *Io. Aratus Iudæorum patronus contumeliosus à duobus senibus in somno increpatur, & caditur.*

Anno Redemptoris nongentesimo octogesimo secundo, Lacedæmoniorum ciuitatem inuasit pestifera lues, & iam plurimos incolas absumpserat, cũ sanctissimus vir Nicon ab eis fuit vocatus, cuius precibus confidebant se liberandos. Is autem mali ingruentis propulsionem spopondit, si modo ipsi Iudaicam gentem ex vrbe sua pellerent, ne execrandis ecrũ, vt aiebat moribus, piaculisque suæ religionis diutius eam contaminarent. In his, ait, si me audieritis, & pestis à vobis recedet, & ego quod superest vitæ, ducam vobiscũ. Eius itaq; oratione cõmoti, omnia quæ iusserat, se facturos promittunt. Ad eius porro aduentum lues cessauit, & Iudæi vrbe pul- *Baro. to. 10. Annal. ad an Christi 981. ex Actis S. Niconis.* Qua lege pestis à S. Nicone curatur.

be pulsi sunt. Quidam autem Ioannes cognomento Aradus: Iudeorum patronus, inuidiæ stimulis concitatus, aut dæmonis potius scelere ac fraude impulsus, ira & odio aduersus Niconem, non cessabat in os obloqui, eiusq; conatibus obsistere, conuitiis onerare, proscindere, minis deterrere. sed hæc pro laruæ terriculis habebantur. Qui leni ad eum voce: (nec enim contendere prorsus, nec altercari norat:) Abi, inquit, & ad te redi, infelix defle scelera tua, breui enim senties, quis arrogantiæ fructus, & qualia nequitiæ præmia. Non destitit propterea amens ab incœpto, quin aduersus sanctum de more fremeret proscindens illum figensq; rota vrbe probris & contumeliis. Quid consecutum? Dominus de cælo auditum fecit iudicium, & malitiæ iustissimas pœnas dedit. Nocte proxima obiecti sūt infelici duo senes in somnis, quos alij duo sequebãtur, forma quidem eunuchi, sed longe quam humane præstantiore. Ab his vero flagris cædi videbatur, & sic verbis increpari: Quomodo tu eo es prouectus audaciæ, vt ferum Dei contemnere, & conuiciis appetere nõ dubitares: Deinde in obscurum post verba carcerem detrudi. Et cum veniam multis orasset, vix tandem cedendi finem fecisse, nec tamen è custodia dimisisse. Experrectus igitur grauem statim in febrem incidit, accitoque Nicone ad eius pedes aduolutus, misericordiam implorauit. Cui beatus: Quæ in me perpetrasti, ait, ea tibi frater, quantum in me est, condonabuntur: sed quoniam vitæ finis tibi cælesti decreto præstitutus est, nemo erit de cætero, quem admodum ait Prophetа, qui Dei consilium dissipare possit. His dictis ad monasterium reuersus est. Illi vero tertia post dies infelici morte vitam eripuit. Ex quo metus ingens ac trepidatio Lacedæmonios inuasit: nec repertus est quisquam è minimis, & maximis, qui ad Niconem non aduolaret, eiusque iussis pareret.

Io. Aratus in S. Niconem contumeliosus.

Io. Aratus dat pœnas.

Psal. 32.

Io. Arati mors infelix.

III. *De modestia S. Ioan. Canonici Regularis in contumeliis perferenda.*

In vita eius cap. 9. apud Sur. 10. Oct.

Quidam è fratribus Ioannis Canonici Regularis, magno furore commotus, procaciter ingressus in aulam, vbi vir mansuetus cum quibusdam familiariter eo ferebat, multa in eum conuitia contumeliose iactitabat, minis & clamoribus id se effecturum sperans, vt ira permoueretur. At ille fellis expers columbinæ simplicitatis amans, ne verbum quidem ei respondit. Id cernens amicus præ cæteris familiarior: Cur tam, inquit, atrocia huius hominis dicta perferens, cum verbo vno edicere possis, vt redeat ad cubiculum suum? Quid ita neglegis existimationem tuam, honorisque tui iniuriam? Cur tantæ nequitiæ administrum non reprimis? Ei B. vir sic respondit: Si flamma vorax ædificij tecta lambens in sublime feratur, num tu consulte facturum putabis eum, qui plus etiam materiæ in flammam iniicere velit? Frater iste iam magno ardet furoris æstu, si comminationum faculas admouere velim, furor eius magis magisq; inflammabitur: atque ita fiet, vt in rectam viam placide & amanter reuocari non possit. Sed vbi hæc flamma deferbuerit, tum demum ad oportuna remedia animo deliberato accedemus. His dictis nihil commotus abscessit, cum Dauide sacræ scripturæ pulsans citharam, atque ita Saulis insaniam temperans: ea enim harmonia didicerat inuidiæ vesaniam profligare.

Conuitiorũ flamma apta & eleganti similitudine repressa.

TIT. CXXIV. De detractione, conuitio, & obtrectantium pœnis.

Detractio siue obtrectatio est sermo, vel aliud signum æquiualens, quo absentis fama, ex intentione labefactatur.

Detra quid.

Siba seruus Miphibosthi nequiter detraxit Domino suo apud Dauid: & fides fuit nimis cito habita praui illius verbis.

2. Reg. 16.

EXEMP. I. *De tribus oblocutoribus a maligno spiritu correptis & horrende vexatis.*

CVm S. Maurus Abbas oratione, & signo crucis Clericum, qui c[illegible] ariæ arti præerat, collisum sanem reddidisset, quidam eius artis operarij beato viro detrahere cœperunt, dicentes eum prædictum cupiditate, non autem religionis gratia relicto priore monasterio ad eas oras venisse: neque diuina virtute, sed præstigiis quibusdam res admirandas gerere, & hominum oculis scelerate illudere. Cum hæc inter se fermocinarentur, & alter alterum in odium sancti viri concitaret, tres ex illis maligno dæmone è vestigio correpti, tanta crudelitate dilacerati sunt, vt vnus animam, inter acerba tormenta, cum lugubri valde eiulatu, exhalaret. Quod vt ad aures beati Mauri peruenit, statim lacrymis rotus infusus, ad S. Martini oratorium contendit, vbi tribus horis continuis in oratione exactis, ad homines extrema calamitate miseros accessit, & edito contra illos crucis signo: Filius Dei, inquit, qui discipulis suis calcandi super serpentes, & scorpiones potestatem dedit, ab hac dæmoniaca vos vexatione absoluat. Cumque illi nihilominus dentibus & oculis furorem spirarent, vir Dei propius accedens digitos vtriusque manus in ora illorum misit, & statim dæmones ingenti fetore relicto, ventris egestione fugati sunt. Tertium vero iam vita functum, sacrificio Missæ pro eo oblato, aliisque orationibus, etiam vitæ restitut[illegible]

Zachar. Lipelio & Sur. in vita eius Ian. die 15.

Pœna detrahentium miraculo.

Dæmones oratione & cruce eiecti.

Sacrificium Missæ pro defuncto.

II. *Detrahentes D. Ambrosio defuncto quomodo puniti.*

Donatus quidam natione Afer, presbyter tamen Ecclesiæ Mediolanensis, cum in conuiuio positus, in quo erant nonnulli militares religiosi, detraheret memoriæ sacerdotis Ambrosii, alijs pernantibus illis, & deferentibus linguam nequam, subito vulnere percussus graui, de eodem loco, in quo iacebat, ad-

Paulinus apud Bar. ao. 397. 34.

alienis manibus subleuatus, in lectulum positus est, atque inde ad sepulcrum vsque perductus. In vrbe etiam Carthaginensi, cum apud Fortunatum diaconum, fratrem venerabilis viri Aurelij Episcopi, ad conuiuium conuenissem vna cum Vincentio Cassolitano Episcopo, Maurano etiam Episcopo Bolitano, sed & aliis Episcopis & diaconibus: tunc Maurano Episcopo detrahenti sancto viro retuli exitum presbyteri superius memorati: quod ille de alio dictum, de se oraculum maturo sui exitu comprobauit. nam de eodem loco in quo iacebat, cum subito vulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectum portatus est, atq; deinde ad domum, in qua hospitabatur, reductus diem clausit. Is finis virorum detrahentium fuit: quem videntes qui tum aderant, admirati sunt.

III. *B. Arnolfo Metensium Episcopo detrahentes vltione diuina percutiuntur.*

Clotarius Francorum Rex, cum anno Domini 615. peremptis hostibus, solus totius Galliæ regni monarchiam obtinere cœpisset, nihil antiquius habuit, quam vt coleret pietatem, Deique amicos, vi- ros sanctos vsu sibi amicitiæ iungeret, atque consi- larios haberet. Fuit ex iis vnus Arnulfus Metensis Episcopus, cui summum filium Dagobertum commendauit instituendum, quem totius regni heredem fore spera- bat, tanti enim sanctum hunc virum faciebat Rex, vt eo inconsulto quicquam facere non auderet, itēque Regina, qui non interdiu tantum, sed noctu etiam eundem sæpius adire solerent: vnde curialibus canibus oblatrandi in eum & famam eius lacerandi, & corrodendi occasio data est. Sed quam seuere Deus vltus sit in huiusmodi detractores, accipe. Quidam scelestus homo, nomine Notto, ausus est irrogare cum complicibus suis Episcopo sancto iniuriam, asserens scilicet eum non esse cultorem Dei, sed potius hominem deditum voluptati, ad cuius lectum nocturnis horis non solum Rex, verum etiam Regina tanquam consilium flagitantes interdum properarent. Cum ergo vir ille die quadam, aluo re- ferta vino, vna cum detrahente socio suo strata pe- tij esset, iubente Domino, omnia vestimenta illorum vallantur vndique flamma. Quibus illico cum in- genti clamore prosilientibus, & aquam circa nates ac genitalia loca, vbi camisiæ illorum acerrime cre- mabantur, iniicientibus, nec omnino flammam diuinitus missam extinguere valentibus, tandem ad instar porcorū luto volutabri sese pariter inuoluūt, & ibi diu vociferantes, vix ad vltimum pœnam, quā merito patiebantur, euaserunt. In qui- as profecto impletum est illud Psalmi: *Detrahentem clam proximo suo, hunc persequebar.* Iam tantum, vt & in hac diuina censura factum non ambigamus, quod detra- ctores isti vehementissime cremabantur in partibus illis, vbi libido, de qua calumniabantur virum iustum regnare non dubitatur. Nec multo post auctor hu- ius detractionis, præfatus videlicet Notto, in huius modi criminibus diffamatur apud Regem, vt scelera eius vna cum vita regalis gladius amputaret, nec- non & filius eius eidem sententiæ subiaceret.

Vitas Abbat. vitā S. Arnulphi Ep. apud Baro. to. 8. an. D. 615.

Clotarij Regis pietas.

Psalm. 100.

Diuina vltio in detractores.

IV. *De pœna horribili, & obitu cuiusdam Clerici detractoris.*

Huius rei vindictam horribilem valde, & mirabilem vidi: Noui, ordine, non re: nomine, non actibus sacerdotem, qui in tantum vitio linguæ deditus erat, vt potius de se pessima mentiretur, quam non socios, vel cohabitantes sibi criminibus infamaret. Hic ante mortem raptus in furiam, tanta in se debacchatus est cæde, vt propriis dentibus linguam maliloquam laniaret, & palam cunctis ostenderet, quod quia lingua sua dolose egerat, *& venenum sub labiis eius, quasi sepulcrum patiens guttur illius fœtorem terrimum anhelaret*: & per quæ peccauerat, per eadem torqueretur.

Thom. Cantip. 2. Apum c. 37. p. 5.

Horrenda detractoris pœna.

Psal. 13.

V. *Qua pœna multentur interdum, qui detractoribus aures præbeat.*

Sublato ex hac vita Ethelstano Anglorum Rege, successit ei in regnum Edmundus frater eius. Hic post aliquot consecrationis suæ dies, missis nuntiis, rogat Dunstanum venire ad se: sciens quippe qua ratione, qua prudentia, qua omnis probi cōsilij gratia præditus fuerit, magnopere desiderabat illum sibi proximum esse, cuius industria fultus tam se, quam regnum sibi commissum sub æquitatis virga facilius gubernaret. Dunstanus itaque Regi quasi præcellenti, secundum Apostoli præceptum, obediendum esse perpendens, Regem adiit: & salua in omnibus reuerētia ordinis sui, eius imperio se subiecit. Ipse suo consilio regni negotia disponebat, ipse & contentiones, si quando oriebantur: destruebat, ipse pacem, & concordiam inter omnes nutriebat. Nullus in qualibet causa vnquam de iniuria sibi illata conquestus est, si ad comprobandam iudicis sententiā Dunstanus mediator, aut arbiter sederet. Rex ipse & Princeps, quiq; ita ei submissi erant, vt contra id quod ipse iuberet ordinaret, nemo quidquā faceret. Magnus itaq; habebatur à cunctis. Hęc omnium bonorum inuidus hostis attendens & quo modo ea turbaret, sua arte perquirēs, inuenit quosdam quorum corda bene nouerat virum non sincere diligere, sed ei specie tenus sui amorem prętendere. Hos ad dissipandum bona quæ non amabat, ardenter cōtra virum inflammat, ac primo clam, postea palam ad detractionem eius illorum ora relaxat. Quid dicam: in tantam discordiam profecerunt verba malignantium, vt subuersa omni pace, Dunstanus non solum pristino honore priuaretur, sed & curia depelleretur. Quo facto, die tertia Rex in syluam venatum iuit: syluа autem ipsa montem magnę altitudinis occupat, qui mōs in summitate sui interruptus, ingens præcipitium & horridam abyssum ostendit. Cum ergo fugitantem ceruum hac illacque Rex insequeretur: ceruus ad præruptum montis

Osbert. in vita Dunstani Ep. cap. 13. 14. apud Sur. 19. Maij & Baron. to. 19. an. 940.

1. Petri 2.

Detractionis mala, & vnde.

Emundus Rex in precipitiū ruit.

hiatum

hiatum perueniens introrsum ruit, ac in partes diſciſſus interiit, inſectantes canes parturina inuoluit. Equus ſuper quem Rex ſedebat, ruptis habenis effrænis effectus obſtinato curſu Regem poſt beſtiam portas ad vltimam ſortem Regi præceps barathrum petens intentat. Ille trepidat & anguſtiatur. Occurrit interim animo iniuria Dunſtano illata, ingemuit, & ſe quã citiſſime illam multiplici cõmendatione correcturum (ſolummodo imminentem ſibi mortem eius meritis ad horam auertat Deus) celeri mentis ſponſione Deo promittit. Cuius cordis præparationẽ auris Dei è veſtigio audiens, illius miſertus eſt: Equus namq; illico ſubſtitit, & Regẽ à periculo mortis liberatum valde gratioſum Deo reddidit. Inde ad hoſpitium Rex reuerſus, adunatis principibus ſuis rei quæ acciderat ordinem pandit, & Dunſtanum cum honore, & reuerentia adduci præcepit. Actaq; coram eo pœnitentia pro iniuriis, quas ei intulerat, veniam ab eo cum humilitate poſtulat. Qua potitus, fidum ſe amicum viro deinceps omni tempore futurum, nec vlterius cuiuſquam maledicis verbis de eo creditурum pollicitus eſt.

Pœna præbentium aures detractoribus.

Veniam petit & obtinet Rex ab Epiſcopo.

VI. *Detractionis vitium quam ſit deteſtabile.*

D. Bonau. in vita eius cap. 9. §. 1.

Detractionis malum, quantum.

B. Franciſcus Aſſiſias detractionis vitium, inimicum fonti pietatis, & gratiæ, tanquam ſerpentinum abhorrebat morſum, & atrociſſimam peſtẽ, & piiſſimo Deo abominabile fore affirmabat, pro eo quod detractor animarum ſanguine paſcitur, quos gladio linguę necat. Audiens aliquando fratrem quendam denigrantem alterius famam, conuerſus ad Vicarium ſuum, dixit: Surge, ſurge, diſcute diligenter: & ſi accuſatum fratrem innocentem repereris, accuſantem dura correctione cunctis redde notabilem. Nonnunquam vero eum, qui fratrem ſuum famæ gloria ſpoliaret, iudicabat habitu ſpoliandum, nec ad Dominum poſſe oculos leuare, niſi prius, quod abſtulerat, reddere pro poſſe curaret. Tanto maior eſt, aiebat, detractorum impietas, quam latronum, quanto lex Chriſti, quæ in obſeruantia pietatis impletur, magis animarum, quam corporum, nos aſtringit optare ſalutem.

Fama reſtituenda.

VII. *Detractor etiam poſt obitum famam alienam reſtituere tenetur.*

B. Vincent. ſerm. 1. de Domin. in Albis.

Duo diffamauerant quendam tertium: & qui ex diffamatoribus prior obiit, ſtetit per aliquod tempus in purgatorio. Cum vero inde exiuit, credidit ſe ſtatim iturum in paradiſum: at dixit Deus: Non intrabis, quia prius habes facere reſtitutionem famæ illius. B. Vincentius Hiſpanus, ordinis fratrum Prędicatorum ſcit iſtud eſſe verum, quod anima redierit, quia ipſemet fuit diffamatus, & ab ipſo mortuus veniam petiit.

VIII. *Machetes Abbas dum audiret detractiones, ſtatim in ſomnum incidebat.*

Io. Caſſian. lib. 5. cap. 29.

Vidimus, inquit Caſſianus, ſenem, Machetem nomine à turbis fratrum eminus commorantem h[ab]e

à Domino gratiam diuturnis precibus impetraſſe, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur collatio ſpiritalis, nunquã ſomni torpore penitus laxaretur: ſi quis vero detractionis verbũ ſeu otioſum tentaſſet inferre, in ſomnum protinus cõcidebat, nec vſq; ad aurium quidem eius pollutionem virus obloquii poterat peruenire.

IX. *Qua arte aliorum detractiones deflectenda.*

Thomas Morus primarius Angliæ Cancellarius, [illegible] vt in omni vita & actione ſua vir erat maximæ [illegible] ficationis & ſanctimoniæ, dum quis ipſo præſente [illegible] detractioni laxare linguam incipiebat, ipſe mox arrepta alicunde occaſione virulentum illum ſermonem alio diuertebat, meliore ſubintroducto, [illegible] ſaltem non malo. Exempli gratia, inquiebat: Dicat quiſq; quod volet, ego [illegible] domum illam [illegible] elicherrime exſtructam: eumq; qui fecit, excellentem eſſe in ſua arte magiſtrum atq; [illegible] itectum. Hoc modo ſuauiter ei malo remedium ad[illegible] poteſt. Vel dicat, quod Chriſtus accuſatoribus [illegible] eræ: *Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat.* Aut illud 1. Cor. 4. *Nolite ante tempus iudicare. Nolite iudicare & non iudicabimini.*

Thomas Morus [illegible] ſua.

X. *Fœmina quædam procax in loco ſacro ſepulta ex media parte mox apparet incenſa.*

Felix Portuenſis Epiſcopus Sabinenſis Perquinia ortus, ſanctimonialem quandam eodem in loco fuiſſe teſtatur, quæ carnis cõtinentiam quidem habuit, ſed linguæ procacitatem atque ſtultiloquium non declinauit. Hæc igitur defuncta in eccleſia ſepulta eſt. Eadem vero nocte cuſtos eccleſiæ per reuelationem vidit, quod deducta ante ſacrum altare per medium ſecabatur: & pars vna illius igne cremabatur: & altera intacta remanebat. Cumq; hoc ſurgens mane fratribus narraſſet, & locum oſtenderet, in quo fuerat igne conſumpta, ipſa flammæ combuſtio ita ante altare marmorib. apparuit, ac ſi illic eadem fœmina igne corporeo fuiſſet concremata. Qua ex re aperte datur intelligi, quia hi, quib. peccata dimiſſa non fuerint ad euitandum iudicium, ſacris locis poſt mortem non valeant adiuuari: & quam periculoſum ſit crimen detractionis.

Gregor. Dial. l. 4. c. 51.

Procax fœmina ſemiuſta viſa.

TIT. CXXV. De ſuſpicione & iudicio temerario.

Maria ſoror Moyſis, quia temere iudicauerat de Moyſe propter Æthiopiſſam eius vxorem, lepra percuſſa eſt. *Num 12.*

Heli videns Annam ab amorem, nec vllum verbum proferentem, æſtimauit eam eſſe temulentam. *1. Reg. 1.*

Michol vxor Dauid, quia leuitati, non autem humilitati tribuit, cum Dauid Ephodlineo accinctus ante arcam Domini ſaltauit, perpetuam ſterilitatis notam incurrit. *2. Reg. 6.*

Hanon Rex filiorum Ammon, cum ex vana ſuſpicione quaſi exploratum terram ſuam veniſſent legatis Regis *2. Reg. 10.*

Dauidis barbã partem abradi iussisset, & vestes vsq; ad nates succidi: pro barbis rasis capitis sui diadema, pro succisis vero vestibus, regnum amisit.

Iudæi quoque videntes Apostolos Domini post effusionem Spiritus sancti loquentes variis linguis, dicebant quidam eorum: Quia musto pleni sunt.

Act. 2.

Vt viderunt Barbari viperam pendentem de manu Pauli, adinuicem dicebant: Vtique homicida est hic.

Act. 28.

EXEMP. I. *Non esse facile de alio iudicandum ex sententia S. Io. Eleemosynarij.*

Ex Epistola, & vita eius in

SIoannes Eleemosynarius, studiosus admodum famæ alienæ custos, & in iudicio dationis tardissimus fuit. Quidam inuenis impudicus virginem Deo sacram ad libidinis suæ intemperantiam adlexerat, & secum Alexandria cum maximo totius ciuitatis scandalo Byzantium abduxerat. Nemo nõ erat qui iuuenem illum æternæ damnationis filium, & scelestum & sacrilegum appellaret. Quod cum vir sanctus audiuisset, grauiter reprehendit facilem illam damnandi quorundam iuuentatem: Nolite, inquit, ô filij, nolite tanta facilitate de proximo iudicium ferre. In eos namq; grauissima mala incurritis: Vnum, quod præceptum illius transgredimini, qui nos ante tempus iudicare prohibet alterum, quod summa quadã temeritate aliorum res iudices constituitis. Incertum enim est omnino, an hucusque peccati vinculis alligati maneant, an vero Dei benignitate soluti, peccati iugum à ceruicibus suis excusserint. An ignoratis, quod in eo iudicio, quo iudicabitis, iudicabimini.

II. *De Sessore, qui fratrem iudicarat, ab Angelo reprehenso.*

Ex doctrina Dorothei ca. 6. Biblioth. PP. tom. 2.

Nihil grauius, nihil difficilius, quam proximum iudicare vel contemnere. Cur non magis nos ipsos iudicemus de malis propriis, quæ optime nouimus, & de quibus, vel inuiti reddere rationem Deo cogemur? Quid vsurpamus iudicium Dei? Quid nos de creatura, & seruo alieno? An non contremescimus totis viscerib⁹, dum audimus, quid seniori illi magno contigerit. Qui cum audisset vnum è fratribus in adulterium cecidisse, cum indignatione, quod male fecisset, respondit: An non accepistis quam horrenda res de ipso narratur ab antiquis? Aiunt enim sanctum Angelum peccatoris illius animam, cum iam è vita migrasset, ad senem detulisse, atque dixisse: En quem iudicasti, vita functus est, quo me igitur iubes ipsius animam deferre, ad superos ne, an ad inferos? Quid obsecro hac re potest esse magis horrendum? Nihil aliud ille senior voluit Angelicus sermo, quam hoc: Sanctorum iam factus es iudex, dic mihi, oro, de miserabili hac anima quam sententiam feras, veliſne misereri, an sæuire? Quia percussus senior ille sanctissimus hac tam horribili re, reliquum omne vitæ suæ tempus interlacrymas gemituſque & innumeras ærumnas egit, veniam tanti peccati deposcens à Deo. Ad pe-

Iudex proximi ab Angelo capitur.

des tandem Angeli reuertentis procidens audiuit impetrasse se veniam à Deo. Deumque id fecisse, vt ostenderet, quam ei graue, & molestum esset iudicium nostrum temerarium, monuitq; ne animo id vnquã faceret. Non tamen potuit ex his verbis anima illa amantissima consolationem vllam admittere, sed perpetuis pœnis tormentisque sese, dum vixit, addixit.

III. *De iudicio temerario fratris à B. Francisco statim castigato.*

D. Bonau. in vita eius c. 8. Moral. lib. 5.

B. Franciscus Minoritarum antesignanus obliquæ suspicionis culpã in fratre sic castigauit. Cum enim pauperculo quodam sibi obuiam facto, nuditatem eius dolens identidem ingemisceret, & fratre, quocum vna iter agebat, dixisset: Pater, et si ille reb. pauper est, forsan rerũ concupiscentia diues est: continuo ipsum tunicam suam exuere, & pauperem operire iussit, vt quem lingua læserat, ei beneficio satisfaceret. Prauæ igitur suspiciones, cum præsertim de crimine nihil constat, sedulo vitandæ sunt. Et licet semper vitari nequeant, quoniam homines sumus, ibi saltem commoriantur, vbi ortę fuerint. Linguam contineamus, si cogitationes non possumus.

IV. *Quam vtile sit neminem vnquam iudicare, & iniurias obliuione delere.*

Ex oratione S. Anastasij de sacra sygnaxi Baron. to. 8. Annal. an. 599. 14.

In vita S. Anastasij Sinaitæ aliud hac de re insigne habetur exemplum. Vir, inquit auctor, vnus ex iis, qui monachali insigniti sunt schemate, cum negligentissime per summum otium vitam suam omnem exegisset, ea quæ esset ad mortem infirmitate cœpit infirmari. Cumque iam vltimum spiritum duceret, suam ipsius mortem nequaquã perhorrescens, summa voluntate, magnaque cum gratiarum actione exolutus vinculis excedebat. Ad quem assidentium Patrum vnus: Frater, inquit, persuasum tibi habebas & putasse nos, & vidisse, summa negligentia, animique remissione vixisse te vtiq; ad hoc vsque tempus: & vnde hęc tibi nunc tanta securitas? Id vero omnes nescimus. Cui respondit Frater: Est ita omnino, Patres, vitam per summam negligentiam duxi: sed Angeli Dei eadem hac ipsa hora peccatorum meorum ad me chirographon attulerunt: cumq; ea quę fecissem, postquam sæculo renunciassem, peccata legissent, nunquid agnoscerem, rogauerunt. Quibus ego: Maxime vero, inquam, agnosco: sed idem ex quo renunciaui sæculo, vitamque institui monasticam, nec iudicaui quenquam, nec ab vllo mihi factã iniuriam meminisse volui. Igitur Domini verba ad me quoque pertinere opto, & oro, qui dixit: *Nolite iudicare, & non iudicabimini*: &, *dimittite, & dimittetur vobis*. Quæ postquam Angelis dixi, chirographon peccatorum meorum conscinderunt, & inde nunc summa cum lætitia & securitate proficiscor ad Dominum. Hæc vbi frater ille narrauit Patribus, Domino in pace spiritum reddidit, magnæque adstantibus ædificationis vtilitatisque causa & auctor extitit, &c. Hæc Anastasius.

De occultis nemo iudicandus.

Iniuriarum remissio aditum ad gloriam parat. Matth. 7. Luc. 6.

V. Tosti-

Greg. lib. 3. Dialog. c. 6.

V. *Totilæ Regis falsum de Cassio Episc. iudicium in seruo eius punitur.*

Falsum Totilæ de Cassio iudiciũ.

Hoc minime silebo, quod multi nunc, qui hic de Narniensi ciuitate mihi adsunt, sedulo testificantur. Eodem namque Gothorum tempore, cum Rex Totila Narniis venisset, ei vir vitæ venerabilis Cassius eius vrbis Episcopus occurrit. Cui quia ex consperſione semper facies rubere consueuerat, hoc Rex Totila non consperſionis esse credidit, sed assiduæ potationis, eumque propterea omni modo despexit, Sed omnipotens Deus, vt quantus vir esset, qui despiciebatur, ostenderet, in Naruiensi campo, quo Rex aduenerat, malignus spiritus coram omni exercitu, eius spatarium inuasit, eumq; vexare crudeliter cœpit. Qui cum ante Regis oculos ad venerandum Cassium fuisset adductus, hunc ab eo vir Domini oratione facta, signo crucis expulit: qui in eum ingredi vlterius non præsumpsit. Sicque factũ est, vt Barbarus seruum Dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem despectum valde iudicauit ex facie. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga eũ illa mens effera ab elationis fastu detumuit.

Iudicans temere in seruo punitur.

Cassius seruum possessum liberat.

VI. *Iudicii temerarii falsitas in caput auctoris miraculo, iustoque Dei iudicio declaratur.*

In vita eius apud Surĩ 6. Iulij ex Wandalberto monacho.

S. Goar cum falso à duobus Clericis accusatus esset apud Rusticum Treuirensem Episcopum de gulæ crimine, multis miraculis sanctitatem suam contestatus est, tum apud Clericos ipsos, quos siti in itinere pene enectos lacte trium ceruarum precibus in loco deserto aduocatarum, fugitiuique fontis aquis recreauit: tũ apud Episcopum, qui cũ Goari mandaret, vt pro suæ innocentiæ patrocinio ederet, quis infantuli exposititii tũ forte ad Episcopum allati parens foret: ille, inuocata ope diuina, infantem in nomine S. Trinitatis adiurauit, vt genitorem suum proderet. Et mox infans protensa in Rusticum Antistitem manu, clare dixit: Ille est pater meus. Qui hoc responso obstupefactus ad pedes S. Goaris se abiecit, & noxam temerarii iudicii sibi condonari, & pœnam iniungi pro expiando lapsu postulauit.

Iudicium temerariũ miraculis improbatum.

VII. *Isaac monachus ab Angelo carpitur, quod fratrem iudicasset.*

In vita Patr part. 2. de non iudicando.

Isaac Abbas è Thebaide ad congregationem Fratrum venerat, & in ea Fratrem quendam temere iudicarat. Hunc ad extremũ egressum Angelus aditu cellæ prohibuit, dicens: Non permitto te intrare. Quare inquit ille. Tum Angelus: Quo ergo iubes ire, quem iudicasti, Fratrem? Tum Abbas supplex Angelo factus: Peccaui, inquit ignosce mihi, Et Angelus: Surge, ignoscit tibi Deus, sed deinceps ne iudices fratrem, antequam sit iudicatus.

Temere iudicans ab Angelo carpitur.

VIII. *Iudicii temeritas alteri cuipiam etiam male cessit.*

Ex vit. PP. part. 1.

Vitalio monacho de prostibulo aliquando egredienti, quidam, qui temere iudicabat, eum explendæ libidinis gratia in illo fuisse, colaphum impegit, dicens: Vsquequo, pessime illusor Christi non emendas te ab his nequitiis tuis? Mox quidam dæmon tanquam Æthiops deformis dat ei quoque a lapam, & cadens cœpit fumare à dæmone obsessus. Sed post aliquot horas ad se rediens currit cum astantibus ad cellulam Vitalii: Culpam, inquit, feci, serue Dei, miserere mei. Qui ignoscens & orans, percussorẽ à dæmone liberauit: & in cellula inuenta fuit ab astantibus scriptura: Viri Alexandrini, nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus. Adibat autem Vitalius prostibula, vt meretrices à turpi corporis quæstu auocaret, pecuniaq; paciscebatur vel vnius noctis continentiam.

Iudicans temere dæmone corripitur.

IX. *Aliorum delicta etiam minima haud esse à nobis discutienda, sed potius sufferenda.*

Qui optant salutari, nunquam curiosi sint circa etiam minima proximorum delicta, sed circa sua semper occupentur, atque ea præcidant. Quod præclare egit ille Anachoreta, qui cum fratrem suum peccasse audiret, suspirans dixit: Hei mihi, quia hodie ille, cras ego. Cernis in eo animi promptitudinem, cernis propugnacula ipsius. Quam cito inuenit, ne fratrem suum iudicaret. Id enim verbũ quod dixit, ego cras, sibi ipsi timorem dedit, & cogitationem, vt caueret ab his quæ se peccaturum prædixisset, ac si proximi iudicium fugit. Neque hoc satis fuit, sed & seipsum humiliauit & subdidit, dicens: Egit hic pœnitentiam, ego autẽ pœnitentiam nullam ago, nec præuenio vt possim pœnitere: Vides diuinæ animæ lumen, quæ non solũ effugit proximi iudicium, verum etiam seipsam humiliauit.

illustr. in Anachoretæ ci[illegible]dã præclare dictum.

Iudicii temerarii remedia.

TIT. CXXVI. De mendacio.

Mendacium est sermo, quem quispiam, cum falsum credat, pro vero tamen pronunciat. Ex Aug. lib. contra mendacium, c. 12. & lib. de men. c. 3.

Mendacium quid?

Sic mendax fuit diabolus qui primis parentibus dixit: Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dii scientes bonum & malum. Genes. 3.

Exploratores, quos miserat Moyses ad explorandam terram promissionis, reuersi terruerunt populum suis mendaciis, ide. que subita morte correpti. Numer. 13. & 14.

Ananias mentitus Spiritui sancto: mox ad pedes Petri cecidit & expirauit. Act. 5.

EXEMP. I. *Theodosius Imp aliquamdiu manet alienatus ab vxore propter quoddam eius mendacium.*

OBlatum obfuit aliquando Theodosio miræ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus donodarit vxori. Illa autẽ acceptum donauit Paulino, qui ob consuetudinem rei litterariæ familiarissime vtebatur, non sine aliqua suspicione. Ille vero rerum ignarus, vt conciliaret sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donauit, qui eo accepto de dato pomo vxorẽ rogat, quę illud se comedisse mẽtita est, cũ illud proferens Theodosius mendacẽ arguit, &

Ex Niceph. Zonara & aliis Baro. to. 6. ad an. 446. 25.

Duo mala ex mendacio orta.

guit, & infidam. Cuius rei causa animus nonnihil ab ea alienus diu perseuerauit, iusso interim occidi Paulino.

II. *De vltione caelesti in mendacem fœminam.*

Ex Metaph. & Aloys. Surius in vita eius c. 23. Dec. 11.

Impudens scortum incredibilia quædam de S. Daniele Stylite confinxit mendacia, dicebat n. cum Mænade, quæ probari non poterant. Verum enimuero hic Deus mox adfuit, & iustitia, quæ vitari non poterat. Quid ergo tunc accidit? Malus spiritus statim mittitur ad malam & mendacem fœminam, inuitam cogit suum effari mendacium, & hæreticorũ machinationem. Ille vero postea rogatus vt illam curaret, eius discipulus, qui dixit, septuagesies septies fratribus remittenda esse debita, & diligendos esse inimicos, ambo simul præcepta vna actione executus est: illud quidem condonando iniuriam: hoc vero, miserendo calamitatis eius, & sanitati reddendo.

III. *S. Anthimus Episcopus acerbissimos cruciatus pati, ac etiam mori maluit, quam vnicum proferre mendacium.*

Sur. 27. April.

Quod exemplum est; apud Simeonem Metaphrastem, de Anthimo Nicomediensi Episcopo, & Martyre, qui cũ sæuiente Maximiani Cæsaris persecutione à vigintiquinque militibus ad eædem quæreretur, ipsos satellites hospitio excepit, mensamq; præclaram eis apposuit, ac simul addixit se breui Anthimum in eorum conspectum adducturum. In medio vero ciborum apparatu, exurgens palam prodidit se esse, quem tam studiose quærerent. Hic illi statim honoris & venerandos illius canos reueriti, ob hanc eius fidentiam & charitatem, qua illos excepe-

Christiano alienissimũ.

rat, vbi spoponderunt, se Imperatori renunciaturos, Anthimum diu quæsitum non esse inuentum. Ille vero contra obtendit, se id non permissurũ. Fas non esse Christiano pro vita cuiusquam mentiri. Itaque vitro se captiuum illis adiunxit: & post diuturnos acerbosque cruciatus Martyrii corona potitus est.

IV. *Mendacium periurio firmatum, quomodo sacro S. Antonii igne punitum.*

Ex Annal. Societ. anni 1596. Colleg. Burdegal.

Virgo quædam in ciuitate Burdegalensi, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, ad mendacium suum firmandum, ignem S. Antonii sibi imprecata peieranerat: statim diro incendio omnia illius vti membra cœpta sunt, facies sacro illo igne incensa fœdabatur. Hæc propere ad nostrum templum abducta, confessione expiata, aquæ benedicti haustus restincto incendio, pristinæ incolumitati restituta est. Leni quippe admonitione, & periculum fœdissimum redemit, & diuinam didicit in posterum vitare indignationem.

V. *Augustinus Hipponensis, puerum mendaciis addictum fuisse se fatetur.*

Aug. li. 1. Confess. c. 19.

Quoniam vero tenera ætas & ad mendacia & ad furta proclivior est, si cum D. Augustino pueri peccant, etiam cũ D. Augustino meliora capessant. Sic ipse de se fatetur. Horum ego puer morum in limine iacebam miser. Fallebam innumerabilibus mendaciis, & pædagogum, & magistros, & parentes, amore ludendi, studio spectandi nugatoria, & imitandi ludicram inquietudinem. Furta etiam faciebam de cellario parentum, & de mensa: vel gula imperitante, vel vt haberem quod darem pueris. Et qui doctrinæ eius sinceritatem, ac sanctimoniam vitæ perpenderit, habebit, si volet, quod in hoc singulari viro imitetur: qui de tam admiranda sua cõuersione Deo gratias agens, sic inquit: Eruisti linguam meam, vnde iam erueras cor meum, & benedicebam tibi gaudens.

Lib. 9 conf. cap. 4.

VI. *Mendicus mortuum se mentiens vere mortuus inuenitur.*

Epiphanium Cypriorum Episcopum duo quidam in via mendici aliquando obseruarunt: qui cum non pœnitendum aliquid se ab eo accepturos existimarent, alter in solo spiritum continens, perinde atque mortuus esset, iacebat: alter autem veluti familiaris eius lamentans, & flens, inopiam eam assimulabat, vt funeris impensas non haberet, & penuriam tantam cum reprehensione eius deplorabat. Porro Epiphanius præteriens, nihil quidem aliud quam quod iacenti illi requiem precatus est, dixit. Exiguum autem quiddam ad illum funerandum ploranti dedit, illa verba adiiciens: Curam huius funeris habe, & tandem flere desine: nam hic nunc non resurget. Mortem autem, quæ communis omnium & ineuitabilis, necessitate quadã obeunda est, animo te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abiit, cœptam perfecturus ambulationem. Quũ a. ea in via nemo alius appareret, ille qui sic steterat, & plorauerat, iacentem indicto pedis concussione dato, vt consurgeret, admonuit, simulque eum laudauit, qui tam egregie mortui hominis habitũ retulisset. Et, Age tandẽ, exurge, inquit, vt in præsentia versutiæ tuæ hilarius viuendo fructum percipiamus. Vbi autem ille amplius neq; dicentem audiit, neq; modis omnibus significationẽ aliquã se viuere exhibuit: alter cursu celeri Episcopum est consequutus, eique fraudem, quam inopia coactus commenti essent, indicauit: & iam citra fucum vere flens & lamentans, vt sociũ suũ resuscitaret, supplicauit. Epiphanius a. postquam illi, ne factum id grauiter ferret, dixit, hominem dimissum absoluit: quod Deus rem eam retractatam nollet, fidem facere omnibus volens, vt equidem puto, qui tentare & facere talia in ministris eius audeant, illum ipsum Deum, qui videat & audeat omnia, eos fallsum ire, seque adeo ipsos inscios fallere.

Nicephor. Callil. 12. hist. Eccl. cap. 46. Trip. li. 9. c. 48. an. Do. 399.

Mendicus mortuum se simulat.

Defunctis requiem precari non est nouum.

Mortuum simulans vere moritur.

Viros sanctos Deumque ipsum fallere volentes seipsos fallunt.

VII. *Auriga simulans se mortuum apud B. Iulianum vere defunctus fuit deprehensus.*

Pet. de Natal. l. 3. Catalog. Sanctorum.

Huic conforme est, quod de Iuliano confessore & Iulio eius fratre scribitur: Hi duo fratres ad beatum Theodosium Imperatorem Christianissimum

venerunt

cap. 36. & Gotscal in præcept. 8.

veneruntpetituri, vt templa idolorum vbicunque inuenirent, destruerent; & templa Christi ædificarent. Quod Imperator libenter concedens scripsit, vt omnes debeant eis obedire, & eos in omnibus sub pœna capitis adiuuare. Cumq; B. Iulianus & Iulius in loco, qui dicitur Gaudianum, ecclesiã construerent, & cuncti transeuntes eos in opere ob Imperatoris mandatum adiuuarent, quidam cum curruentes dixerunt ad inuicem: Quam excusationem prætendere poterimus, vt liberi transeamus, & in illo opere non occupemur: Vnum igitur ex suis in plaustrum supinum posuerunt, & eum pannis vt mortuum cooperuerunt, qui se mortuũ fingebat, & oculis clausis supinus iacebat. Cum ergo ad Iulianum & Iulium peruenissent, dixerunt eis serui Dei: Filioli, paulumper subsistite, & nos in hoc opere iuuate. Qui se ibi stare non posse dixerunt, quia hominem mortuum deferebant. Quibus sanctus Iulianus & Iulius dixerunt: Quid ita mentimini, filioli mei: Et illi: Non mentimur, Domine: sed sic est vt loquimur: Tunc S. Iulianus dixit: Secundum veritatem dicti vestri ita vobis contingat. Et illi boues pungentes pertransierunt. Cumq; procul progressi essent, accedẽtes currũ collegã suũ ex nomine vocãt, dicẽtes: Surge, & boues stimula vt celerius progrediamur. Qui cũ nullatenus moueretur, eum pulsare cœperunt: quid, inquiunt, delirias: Sed cum non responderet, eum discooperiunt, & mortuum inueniunt. Tantus inde timor ipsos & cæteros inuasit, vt nullus de cætero famulis Dei mentiri auderet.

VIII. *Mendici, non lingua, sed opere mentientes, reuelatione vere mentiti deprehenduntur.*

Greg. lib. 3. Dialog. c. 14.

Accesserunt aliquando ad Isaac Eremitam peregrini quidam misericordiã postulantes, scissis pannis obsiti, ita vt pene nudi viderentur. Cumq; ab eo vestimenta peterent, eorum verba vir Domini tacitus audiuit: qui vnum ex discipulis suis protinus silenter vocauit, eiq; præcepit, dicens: Vade atque in illa sylua in tali loco cauam arborem require, & vestimenta, quæ in ea inueneris, defer. Cumq; discipulus abisset, arborem, sicut iussus fuerat, requisiuit: vestimenta reperit, & latenter detulit magistro. Quę vir Dei sui suscipiens, peregrinis nudis atq; petentibus ostendit, & præbuit, dicens: Venite, quia nudi estis, ecce, tollite, & vestite vos. Hæc illi intuentes recognouerunt quæ posuerant, magnoque pudore consternati sunt: & qui fraudulẽter vestimenta quærebant aliena, confusi receperunt sua.

Isaac fraudem paupertum in spiritu agnoscit.

TIT. CXXVII. De taciturnitate.

Exod. 34. *Postquam locutus est Dominus ad Moysen, impeditioris & tardioris linguæ fuit. Ex quo discimus, spirituales viros, qui cum Deo sæpe loquuntur, tardos debere esse ad loquendum.*

Tob. 2. 35. *Tobias, auditis verbis iniuriosis, ab vxore, non legitur ei respondisse, sed ingemuisse, & cœpisse plorare cum lacrymis.*

Tob. 3. *Cum ancilla Sara dixisset Dominæ suæ grauis improperii & maledictionis verbum, Sara tacens cessit lití, & pergens in cubiculum domus suæ deuote cœpit orare.*

Luc. 10. *Maria Magdalena sedens ad pedes Domini, sororis Marthæ apud ipsum de ea conquerenti nihil respondit.*

Matth. 26. Mar. 14. Ioh. 8. *Mulier in adulterio deprehensa coram Domino accusata, non legitur aliquid locuta: Dominus autem pro ea verbum assumpsit, & eam misericorditer absoluit.*

EXEMP. I. *Seuerus Sulpitius loquacitatis pœnitens ad mortem vsque siluit.*

Ado in Chron. ætat. 6.

SEuerus presbyter cognomento Sulpitius Aquitanicæ Prouinciæ, vir genere, & literis nobilis, & paupertatis amore conspicuus, charus etiã sanctorum Episcoporum Martini Turonensis, & Paulini Nolani: hic in senectute sua à Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsq; ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus euomeret.

Genad. de vir. illustr. c. 19. Silentium Seueri Sulpitii.

I. *Georgius Nazianzenus vt taceret discat, in solitudinem secedit.*

In vita ipsius.

Gregorius Nazianzenus ipse aliquando quadragesimæ tempore silentium indixit, in solitudinem digressus. Cuius facti mei, inquit, si eandem quæris, idcirco à sermone prorsus abstinui, sermonibus meis moderari discam: Etenim vt res similitudine illustrior fiat, is qui in ingentẽ hominũ numerum furibundam hastam vibrarit, idem haud dubie paucos quoque facile profligabit: & qui ex longo interuallo sagittas mittens, scopum tandem attigerit, ille vtiq; propius collimans à scopo haud quaquam aberrabit: ac denique is, qui amplissima nauia transmiserit, idem quoque vicina litora peruehere minime dubitabit.

II. *Taciturnitatis amans si loquatur aliquando, non nisi sancta & pia eloquitur.*

Greg. Turon. de vitis SS. Patrum.

Beatus Gregorius Episcopus Turonensis in vita S. Nicetii Presbyteri, postea Episcopi Lugdunensis, narrat eum nulla verba nisi sancta & pia elocutum otiosa vel iocosa nunquam: contumeliosa vero in alios vel in se iniecta negabat esse audienda, eo quod ex animi perturbatione prolata essent.

IV. *Pambus monachus tempore 49. annorum vix tacere didicit.*

Hist. Trip. part. l. 8. c. 1. Socr. l. 4. cap. 23. Psal. 38.

Pambus cum sine litteris esset, accessit ad quendam, vt doceretur Psalmum. Qui cum audiuisset primum versum tricesimi octaui Psalmi: *dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea*: necdum versum nõ passus est audire, dicens: Si potuero opere hoc implere, hic versus tantummodo mihi sufficiet. Cũq; Doctor, qui ei tradiderat versum, cuperet, cur per tot menses ad se minime veniret, respondit: Quia versum illum adhuc opere non impleuit. Postea vero cũ multos superuixisset annos, a

quodam noto rogatus, an didicisset versum: Quadraginta & nouem, inquit, annis vix eum implere valui.

V. *Agathe qua ratione tacere didicerit.*

Agathonem Abbatem, lapillo assidue ori iniecto, tacere didicisse ferunt: idque ab eo tres annos tanto rigore obseruatum, vt cum fari vellet, non posset. Rogatus autem cur tantũ taceret: *Quia*, inquit, *qui custodit suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.*

VI. *Quanto silentio vsi sint Abbates Hor & Amos in deserto.*

Hor Abbas per totam fere ætatem (erat autem [illegible]narius) vnicæ taciturnitatis munere dotatus fuit: tria enim ab eo commemorat in sua historia Heraclides: quod videlicet nunquam sit mentitus: nunquam alicui maledixerit: nunquam citra necessitatem loquutus [illegible]. Et, Amos Abbas mille quingen[illegible] monachos [illegible]sse dicitur: cum vero tot esset [illegible] silentium indictum erat, semper mero ad sedere locum adeunes nemi[illegible]em ibi[illegible] adesse [illegible]d crur[illegible], donec interius ingressi, illos vel orantes [illegible]iud in cellulis suis agentes cernerent. Sanc[illegible] culum oris norant, hinc tan[illegible]m semper silen[illegible]æno curam eius habebant. Ideoque recte Apostolus: *Siquis*, inquit, *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio.*

VII. *D. Thomas Aquinas adolescens studiosus taciturnitatis amantissimus.*

Diuus Thomas Aquinas huius virtutis etiam adolescens sic amator & cultor extitit, vt dubitare merito possis, an diligentior in studendo, an parcior in loquendo fuerit. Cum enim sub Alberto Magno sacræ Theologiæ operam daret, aliqui eum discipuli bouem mutum appellare solebant. Quod audiens Albertus, indolis & ingenii eius diuinitatem agnoscens: Vos, inquit, vocatis hunc bouem mutum: at spero fore, vt hic bos mutus ingentem in Ecclesia mugitum edat.

Dictum Alberti Magni de taciturnitate Thomæ Aqui.

TIT. CXXVIII. De veritate.

Michæas Propheta vera dicens, odiosus factus est Achab Regi Israel. 1. Reg. 22.

Achior cum dixisset magnalia, quæ fecerat Deus pro filiis Israel, magnam eius potentiam prædicando, indignatus est Holofernes, & omnes magnates eius cogitabant eum interficere. Iudith. 6.

Zacharias filius Ioiadæ, quia Reges & Principes arguebat, quod Dominum dereliquissent, ad imperium Regis Ioas lapidatus est. 2. Par. 24.

Cum tres incly[illegible]i viri aulæ Regis Persarum [illegible]rii, eius mandato coram illo veniss[illegible]nt inter se contendentes, quænam omnium esset vis & potentia maxima, vb. & in quo reperiretur: tunc que ita animis differrent, vno Regis [illegible]untes partes: alio præstantiã tribuente vino, alio, mulieri Zorobabel vnus è tribus nobilibus Hebræus prætulit veritatem rei omni alii fortissimæ. Quamobrem Regis consilio prælatus fuit in victoria, & præmio. Esd. 3. Esd. 3. 4.

Veritas rerum omniũ fortissima.

Cum legisset Baruch verba, quæ scripserat ex ore Hieremiæ coram Ioachim Rege Iuda, iussit Rex volumen proici in ignem, quod ibi veritas de futura captiuitate Israel pronunciaretur. Hier. c. 36.

Hieremias quoque postquam prædixit captiuitatem ciuitatis, missus fuit in lacum, vbi non erat aqua. Hier. 38.

Daniel quia probauit, Bel, & draconem non esse Deos in lacum leonum dimissus est. Daniel. 7.

Pharisæi cæcum à Domino illuminatum extra Synagogam proiecerunt, quod veritatem asseruisset. Ioan. 9.

Paulus multa pro veritate sustinuit. Vnde ad Gal. 4. Inimicus factus sum vobis verum dicens. Actor. 9.

EXEMP. I. *Isaias Propheta impellitur à dæmone ad mendacium, sed frustra.*

CVm Isaias Propheta in carcere custodiretur, duque ibi tractaretur, apparuit ei diabolus, dicens: Dic, quod non à Domino loquutus es, quę dixisti, & omnium mentes in te mutabo: vt qui tibi indignantur, absolutionem conferant. At vero ille gratius iudicauit pro veritate pati suppliciũ, quam pro adulatione beneficium. D. Ambros. serm 12. in Ps. Beati immaculati. Dæmon mendacii auctor.

II. *Quid inducat ad veritatem exercendam.*

Ptolomæus Rex cum quendam ex septuaginta interpretibus interrogasset, qua ratione veritatem colere posset? Respondit: Si primum statueris magnum dedecus esse omnibus hominibus mentiri: multo vero magis Regibus: qui cum habeant potestatem agendi quæ velint, cur mentiantur non habent. Deinde si hoc etiam consideraueris, Deum esse veritatis amatorem. Arist. lib. de 70. interpretum versione.

III. *Thomas Apamea Episcopus magni fit apud Cosrhoen veritatis nomine.*

Cosrhoes Persarum Rex cum Apameam obsideret, Thomam, qui tum sedem Episcopalem moderabatur, vir, & sermone, & opere potentissimus, interrogauit, an vellet se in sua videre ciuitate? Cui vere & ex animo respondisse ferunt, quod nõ cuperet eum in sua videre ciuitate. Quod eius responsum Cosrhoen admiratũ esse, hominemq; veritatis causa, vti merebatur, admodum amplexatum. Euagr. li 4. hist. Eccl. cap. 25. & Baro. tom. 7. an. 540.

IV. *Quod liceat interdum veritatem celare.*

Archebius Abbas in quadam Nili insula inter Solitarios solitariam vitam ducens, si qui eo accessissent eiusdem propositi cupiditate accensi, confinxit se de eodem loco velle discedere, ac illis cellulam suam velut exinde migraturus offerre, sese id facturũ, etiamsi minime adfuissent, affirmans. Quã rem illi cõmorationis desiderio accensi, & assertionibus tanti viri indubitatã accommodantes fidem libenter amplexi, cellulam cum omni suppellectili tensilibusque susceperunt. Itaque religiosa populari potest. Ioan. Cassian lib. 5. c. 37. Veritas interdum celari potest.

ſtruendæ cellę pararet impendia, de loco diſcedens, reuerſus poſt hęc aliam ſibi ſummo labore conſtruxit. Quam rurſum non longo poſt tempore, aliis ſuperuenientibus fratribus, eodemq; deſiderio cupientibus ibidem commorari, ſimili charitatis mendacio circumuentis, cum vniuerſo tradidit inſtrumento. Ipſe vero erga opus charitatis infatigabilis perſeuerans, tertiam ſibi cellulam, in qua commaneret, extruxit.

Præceptum IX. Decalogi.

Non concupiſces vxorem proximi tui.

TIT. CXXIX. De concupiſcentia, & prauis cogitationibus.

3. Reg. 11. *Adam uit Salomon mulieres alienas, & deprauatum eſt cor eius per eas, & adorauit Deos alienos.*

Iudith. 12. *Stetit Iudith ante faciem Holofernis, cor eius concuſſum erat, ardens eius concupiſcentia.*

Dan. 13. *Duo ſenes ita Sulannæ concupiſcentia exarſerunt, vt eius mortem procurarint, propterea quod prauis eorum voluntati obſequi nollet.*

EXEMP. I. *Malam ſuperbia cogitationem quum puer candelam ante eum tenens corde reuoluebat, ab Abbate corripitur.*

D. Greg. li. 2. Dialog. c 20. QVadam die dum venerabilis pater Benedictus veſpertinam iam horam corporis alimenta perciperet, eius monachus cuiuſdam Defenſoris filius fuerat, qui ei ante menſam lucernam tenebat: cumque vir Dei ederet, ipſe autem cum lucerna miniſterio aſtaret, cœpit per ſuperbiæ ſpiritum in mente ſua tacitus voluere, & per cogitationē dicere: Quis eſt hic, cui ego manducāti aſſiſto: lucernam teneo, ſeruitium impendo? Quis ſum ego, vt iſti ſeruiam? Ad quem vir Dei ſtatim conuerſus vehementer cœpit increpare dicens: Signa cor tuum, frater, quid eſt quod loqueris: ſigna cor tuum. Vocatiſq; ſtatim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli, ipſum vero iuſſit à miniſterio recedere, & ibi hora eadem quietum ſedere. Qui requiſitus à fratribus, quid habuerit in corde, per ordinem narrauit, quanto ſuperbiæ ſpiritu intumuerat, & quę contra virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat: Tunc liquido omnibus patuit, quod venerabilem virum Benedictum latere nihil poſſet, in cuius auribus tacitæ etiam cogitationis verba ſonuiſſent.

Cogitatio ſuperbię reprehēditur.

II. *Cur Deus permittat nos moleſtis cogitationibus agitari.*

Ludo. Bloſius Monil ſpirit. cap. 4. Dominus Ieſus ait aliquando ad Brigittam. Cur turbaris & ſolicita es, filia, Reſpondit illa, Quia diuerſis, & inutilibus, maliſque affligor cogitationib. quas remouere nequeo, & terror iudicij tui me pungit. Cui Dominus; Hæc, inquit, eſt vera iuſtitia, vt ſicut prius delectabaris vanitatibus mundi contra voluntatem meam, ita modo tibi moleſtę ſint varię peruerſæq; cogitationes contra tuam voluntatem. Verumtamen time iudicium meum moderare & cū diſcretione, firmiter ſemper confidens in me Deo tuo. Certiſſime enim ſcire debes, malas cogitationes, quibus mens reluctatur, & quas deteſtatur, eſſe probi cuiuſque purgationem animæ atque coronam. Si tu illas prohibere nō potes, ſed patienter, ac voluntate eis reniti: & quamuis ipſis non conſentias, me nihilominus, ne inde ſuperbias & cadas: Nam quicumque ſtat, ſolius Dei virtute ſtat.

Cogitationibus inuitis agitemur.

III. *D. Franciſcus inſolentem Fratris Leonardi cogitationem perſpicit, ac facto ipſo reprehendit.*

Huic cognata eſt, quæ de Leonardo Fra[illegible] legitur, hiſtoria: cum enim frater ille huiuſmodi cogitationum ſtimulis tacitè impeteretur: circumſpectus fuiſſet, niſi mature, quem eriperet, inueniſſet. Beatum namque Franc[illegible]ſello inſidentem ipſe pedes comitatus, mens[illegible]cepit, quanto ante illum quondam ierit ge[illegible] potentiaq; ſeculari Franciſcus Spirit[illegible]dedoc[illegible]s, intellexit gliſcentem in præ[illegible]tumoris tumorem, ſtatim deſiliens, aſellum ſ[illegible]ere dixit, ſeque potius pedibus iter facturum, eo [illegible]obſcuriore loco. Inſoles conatus eſſet. Agnouit frater ille [illegible]lentis cogitatus gitatio qui culpam ſat aperte obiici, & miratus deprehendi po[illegible]à B. Franciſco tuiſſe, ad pedes eius prouoluitur ſuppler, pertæſum ſcelus, teprequeque peccati patius deinceps humilitatis propoſitum hene ſeruaturum promiſit.

Inſolēs conatus.

IV. *De virgine obſtilicitum concupiſcentiæ amorem dæmone obſeſſa.*

De concupiſcentiæ illicitæ malo hoc vnum addi[illegible] ex B. Hieronymo in vita Hilarionis: Gazenſis oppido, inquit, Virginem Dei vicinus inue[illegible] deperibat. Qui cum frequenter tactu, iocis, nu[illegible]us, ſibilis, & ceteris huiuſmodi, quæ ſolent moriæ virginitatis eſſe principia, nihil profeciſſet, [illegible]rexit Memphim, vt confeſſo vulnere ſuo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur poſt annum doctus ab Æſculapij vatibus ſubter limen concupiſcentiam à ſuis figuras, ſculptas in æris Cyprij lamina, defodit. Illico inſanire virgo, & amictu capitis abiecto, rotare crines, ſtridere dentibus, inclamare nomen adoleſcentis. Magnitudo quippe amoris eam in furorē verterat. Perducta à parentibus ad monaſterium ſeni Hilarioni traditur, vlulante ſtatim, & confitente dæmone: Quam ſuſtinui, inuitus ſum adductus. Quam bene Memphis ſomniis homines deludebam! O cruces, ô tormenta, quę patior. Exire me cogis, & ligatus ſubter limen teneor. Non ero, niſi me adoleſcens, qui tenet, dimiſerit. Tunc ſenex Grandis, ait fortitudo tua, qui lino, & lamina ſtrictus teneris. Dic, quare auſus es ingredi puellā Dei? Vt ſeruarē, inquit, eam virginem. Tu ſeruares, protector caſtitatis. Cur non potius in eū, qui mittebat, es in-

Vita S. Hilarionis cap. 12. apud Sur. 21.

Dæmonis imbecillitas irridetur.

S. Hilarium liberat puellam à dæmonis vexatione.

es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dæmonem? Noluit autem sanctus iubere signa perquiri, ne aut solutis incantationibus dæmon recessisse videretur: aut ipse sermoni eius accommodasse fidem, asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandum callidos. Seuere autem, reddita serenitate, increpuit Virginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset.

V. *Gnauiter cogitationibus impuris non tam omnino cauere fatalium, quam eis resistendum.*

Ex Vitis PP. Querebatur apud Abbatem frater quidam, se prauis subinde cogitationibus plurimum turbari. Eum Abbas secum sub dium eductum iubet, vt sinu aperto venti capiat. Respondet frater, hoc sibi neutiquam fieri posse possibile. Ad quem Abbas: Hoc si nequis, nec cogitationes ita coercere poteris, quominus tibi irrumpant. Sed hoc tui est in nobis, vt ardenti spiritu, & magno eis resistas.

VI. *Violenta, imo [illegible] grandæ tentationis industria.*

Tho. Cantip. lib. 2. Apum. cap. 30. §. 31. Vidimus actum vt sederet [illegible] istrum Guidonem presbyterum Beginarum [illegible]ella, de quo certissime ferebatur, quia cum [illegible] egio oppido Hannoniæ scholas regeret [illegible]cens, incaute semel fœminam contemplatus, per [illegible]os tres, etiam ipsa mortua, in tantum tentatus est, vt excepto eo quod vigilans sustinebat, omni nocte in somnis crederet eam esse præsentem. Sentiens ergo citra se diabolum non cessare, de nocte clam tumulum mortuæ mulieris aperuit, nareſque & faciem in cœno putrefacti corporis tam diu renuit, vt pœne fœdore nimio suffocatus, quasi mortuus caderet resupinus. Quæ res in tantum valuit sancto viro, vt nullum postea stimulum in carne sentiret.

VII. *Impuris cogitationibus vsq; ad sanguinem restitit Franciscus Xauerius.*

Hor. Tursellin. lib. 6. de vita eius cap. 6. Insignis in P. Francisco Xauerio Indorum Apostolo amor castimoniæ, insigne odiū libidinis fuit, adeo vt vel minimas huius generis labeculas exosus, ipsum horreret libidinis nomē. Quod vel ex eo, quod subiiciam existimari licebat. Olyssipone profectionis Indicæ diem operiens, cum Simone Roderico in eodem diuersabatur cubiculo. Ibi intempesta nocte repente excitatur è somno, adeo commotus, vt è naribus magnam vim cruoris profunderet. Eius deinde rei causam Simonem rogitantem obstinato silentio celauit, quādiu in Lusitania fuit. Ad vltimum, vbi soluendi aduenit tempus, sub digressum in nauis angulum cum eo secessit: & sine arbitris: Nunc demum, inquit, tempus est enunciādi quod toties ex me, Simon, frustra es scisciatus: quippe hoc vltimum (vt arbitror) fum te in hac vita visurus. Scito igitur, illa nocte impuram speciem per somnium mihi oblatam: summaque vi repellere conanti tantam illam copiam sanguinis erupisse,

Impuratum cogitationum horror in Xauerio.

Hisce signis, humanisq; testimoniis diuinum iudicium ac testimonium extincti corporis accessit integritas. Quod eximium Dei beneficium inter alia egregiæ virginali castimoniæ concessum accepimus.

VIII. *Treuiris quæ ratione viri primarij filius à furenti insania fuerit liberatus.*

Ex litt. ann. Societ. Coll. Treuirens. Treuiris viri primarij filius impotenti ignobilis fœminæ amore æstuabat, adeo vt neque patrum auctoritate, neque minis, neque verberibus, conceptam animo phrenesim excuteret: & quanquam aperte intelligeret, se cum summo dedecore famam, vitam, fortunasq; perditum ire: sibi tamen ipse imperare, aut animo aduersari suo grauius morte ducebat. Quin sæpius tanta se violentia rapi fatebatur intus, vt aquis, aut precipitio, aut laqueo sibi interitum imminere faceretur, si aduersus ipsius insaniam durius aliquid consuleretur, aut diutius morbi medicina differretur. Mœstus pater, rebus omnib. frustra pertentatis, inops consilij confugit ad nos: nostrorum consilio tandem multis precibus à filio cōtendit, vt in paucos dies in nostrorum se dedat potestatem. Ægre paterna pietate adolescentis victa proteruia est: imperatur vt tantisper eius rei periculum fiat: octo vix dierum exercitationibus obducta illa animo caligo dissecta est, & impotens illa cupiditas, anxiq; curæ ac molestæ solicitudines penitus sedatæ, redditaque animo sua libertas est, ita vt se ipse miraretur, alterum se esse factum, vel potius ipse sibi redditus, se reprehenderet, quod tam longe præ sana cupiditate à se ipso aberrasset. Sanus tandem, ac sui compos, Deo fauente, lætum se lætioribus reddidit parentibus.

IX. *Vt constantissime carnis concupiscentiæ restiterit adolescentula quæpiam Christiana.*

Exhist. relat. de rebus Iapon. Indicis & Peruan. per Io. Hay. conscriptis. Ozacæ accidit quiddam rarum, & notabile ad hanc rem. Est huiusmodi. Gentilis quidam Ozacenus ære suo coemit adolescentulas duas forma egregia, & Christianas, ex regno Bungensi oriūdas, quæ in vastatione regni in seruitutem abductæ sunt à gentilibus. Scopus hominis erat quæstum meretricium ex iis facere. Ipsæ autē vehementer dolebant, se, cum essent liberæ, tam ipique venditas, & homini tam scelerato, & infami. Altera earum, quæ decimum octauum circiter attigerat annum, decreuerat potius mori, quam tanto crimine animam suam perdere, & Deum offendere. Et quanquā Dominus eam veste pereleganti & venusta ornasset, vt vtraq; specie naturali & externa lasciuorum in se oculos pelliceret: tamen toto pectore illa se Deo commendabat, vt fortiter omnibus impendētibus tentationibus, diuina adiuuante gratia, reluctari posset. Itaque bona fœmina, vt primum vidit gentilem quendam ad prostituendam pudicitiam suam aduolare, orationem armis fiduciaq; diuina munita, non solum non vel minimi assensus impio homini indiciū dedit, sed etiam post lacrymas, multasque preces, vt

Constans valde adolescentulæ pudicitia.

honori

honori suo parceret interpositas, vim inferentem pugnis, morsu dentium, abiisq; modis quibus potuit, abegit. Strepitu audito mox accurrit Dominus, cumque rogaret, quid isthuc rei esset, respondit fortissima fœmina: Non ea sum conditione, vt tibi in statu tã infami, & spurco seruire velim, aut possim: Christiana siquidem sum, & genere nobilis: quare etiamsi mihi necem certissimam minere, nunquam in hoc fœdissimum facinus consensero. Sic gentilis, qui eã prostituere voluit, cum ignominia abscessit.

Adolescentula eadem frustra verberibus tẽtatur.

Dominus decreuit eam, si mentem tandem mutare nolit, asperrimis fatigare verberibus: cæterum cum nec precibus, nec verberibus eam in suam adducere posset sententiam, statuit extremum tentare remedium, nempe comminari illi mortem vnde & nocte quadam eam ad locum tetrum & horribilem, in quo extremum supplicium sumi solet de facinorosis, abduxit: ibique stricto ense ei minatus est, ni sequenti diluculo voluntati suæ in prostituẽda pudicitia obsequatur, se illi caput obtruncaturum. Orta luce aduentante lenone, nihilo minus quam antea constans & intrepida, priorem responsionem repetiuit, se, cum Christiana sit, potius opperituram mortem, quam in scelus consensuram. Ad quod responsum incredibili furore inflammatus peruersus leno, ac à dæmone ipso incensus, vt cæteris fœminis atrocitate pœnæ terrorem incuteret, constituit eam trucidare. Quo animaduerso mox generosa fœmina in genua collapsa, manibus in cœlum sublatis, animam creatori commendans, collum carnifici domino denudauit, qui & caput à ceruice resecuit, ac postea corpus eius in loco supplicij iam nominato sepeliuit. Hic fuit glorioſus huius fœminæ exitus.

Præceptum X. Decalogi.

Non concupiſces domum proximi tui, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non aſinam, nec vniuerſa quæ illius ſunt.

TIT. CXXX. De illicito & immodico concupiſcendæ rei alienæ appetitu prohibito.

Achab ob concupiſcentiam auri & aliarum rerum habita ſorte lapidatur. Ioſue 7.

Achab vineam Naboth ſuo malo concupiuit.

EXEMPL. *Ob ſolam nudam voluntatem male agendi Antiochum illuſtrem virum periiſſe teſtatur Polybius.*

IN hoc erraruntIudæi, quod ponerent peccatum contra legem ſolum modo in ipſo actu ſeu opere, non autem in ipſa cogitatione & conſenſu peccati, prout ex ipſo Iosepho, illuſtri alioquin doctoque viro, non obſcure patet. Cum enim Polybius ethnicus Antiochum virum illuſtrem miſere periiſſe teſtaretur, ob id ſolum, quod voluerit tantum ac deſtinarit ſpoliare templum Dianæ, Iosephus ipſe Iudæus reprehendit eundem Polybium, ſic abſurde ſentiret, illum propter malam duntaxat voluntatem periiſſe, cum is nullatenus peccauerit, qui tantum peccare cogitarit. Quo [illegible] Iosephus, Iudæus alioquin clarus, [illegible] ethnico Polybio longe fuit craſſior, [illegible] quod poſt hanc de non concupiſcendo [illegible] legem, non credidit etiam malas [illegible] cogitationes peruerſas à Deo [illegible] punirique, ſi modo conſenſus accedat, [illegible] clarius intelligimus ex hoc decimo Domini [illegible] cepto: *Non concupiſces domum proximi tui, &c.*

Iosephus lib. 10. Antiquit. Iudaic.

2. Mac.

Exod. 20. Deut. 5.

II. *Inſigni miraculo clarum fit, rem alienam non eſſe illicite concupiſcendam.*

Macarius presbyter Alexandrinus cum apud magnum virum & Patrem Antonium electos palmæ ramos vidiſſet, quos ipſe colligerat, petiit ab eo [illegible] manipulum ramorum palmæ. Dixit autem ei Antonius: Scriptum eſt: *Non concupiſces res proximi tui.* Et cum id ſolum dixiſſet, rami omnes ſtatim tanquam ab igne torrefacti ſunt. Quod quidem cum vidiſſet Antonius, dixit Macario: Ecce, Spiritus ſanctus requieuit ſuper te, eriſque mihi deinceps hæres mearum virtutum.

Palad. Lauſiac. cap. 19.

Deut. 7. Non concupiſcendes.

FLO-

FLORVM EXEMPLORVM,

SIVE

CATECHISMI HISTORIALIS

CAPVT QVARTVM,

DE QVINQVE PRÆCEPTIS ECCLESIÆ.

TIT. I. De instit[ione] festorum.

Festa tria [in anno] Deus per Moysen.

Tempus anno [cele]brandi festum in veteri lege festa adire gua.

Christus ip[se] festum [cele]brauit.

Exod. 23.

Iosue 2.

EXEMP. I. *Nonnullis in die Dominico sanctum Pascha celebrandum.*

PIus Papa nonus à Petro Apostolo in primo suarum decretalium sic de Paschate decernit: Nosse nos volumus, quod Pascha Domini die Dominico annuis temporib[us] sit celebrandum. Istius temporibus Hermes Doctor fidei, & scripturarum effulsit [cla]ret nos. Et licet nos id[em] Pascha prædicto die celebremus, quia tamen quidã inde dubitabant, ad corroborandas animas eorum eidem Hermæ Angelus Domini in habitu pastoris apparuit, & præcepit, vt pascha Domini die Dominico ab omnib. celebraretur. Vnde & vos Apostolica auctoritate instruimus omnes eadẽ seruare debere, quia & nos eadem tenemus: nec debitis à capite quoquo modo diffidere.

Pij I. decretalis de Pasch. Hermæ reuelatio de celebrando Pascha.

II. *Paschatis celebrandi tempus miraculo declaratur.*

D. Augustinus Britonum Episcopus, adiutorio vsus Edilberti Regis, conuocauit ad suum collegiũ Episcopos, siue doctores, maximæ & proximæ Britonum prouinciæ, in loco, vbi vsque hodie lingua Anglorum Augustineizat, id est, robur Augustini, in confinio Vectorum, & Occidẽtalium Saxonum appellatur, cœpitq; fraterna commotione suadere, vt pace Catholica secum habita communem euangelizandi gentibus pro Domino laborem susciperent: non enim Paschæ diem Dominicum suo tempore, sed à decima quarta vsq; ad vigesimam lunam obseruabant. Quæ computatio octoginta quatuor annorum circulo continetur. Sed & alia plurima vniuersali Ecclesiæ contraria faciebant. Qui cum longa disputatione habita, neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Augustini & sociorum eius assensum præbere voluissent, sed suas potius traditiones, vniuersis, quę per orbẽ sibi in Christo concordant, ecclesiis, præsentent, sanctus pater Augustinus hunc laborioſi ac longi certaminis finem fecit, vt diceret: Obsecremus Dominũ Deum, qui habitare facit vnanimes in domo patris sui, vt ipse nobis insinuare cælestibus signis dignetur, quæ sequenda traditio, quibus sit viis ad ingressum regni illius properandum. Adducatur aliquis æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides & operatio Deo deuota, atque omnibus sequenda credatur. Quod cum aduersarij, inuiti licet, concederent, allatus est quidam de genere Anglorum oculorum luce priuatus. Qui cum oblatus Britonum sacerdotibus, ad curationis vel sanitatis horum ministerio percipiret, tandem Augustinus iusta necessitate cõpulsus flectit genua sua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, deprecans vt visum cæco, quem amiserat, restitueret, & per illuminationem vnius hominis corporalem, in plurimorum cordibus fidelium spiritalis gratiæ lucem accenderet. Nec mora, illuminatur cœcus: ac verus summæ lucis præco ab omnibus prędicatur Augustinus. Tum Britones confitentur quidem intellexisse se veram esse viam iustitiæ, quam prædicaret Augustinus, sed non se posse absque suorum consensu ac licentia, priscis abdicare moribus.

Ex venerab. Beda lib. 2. hist. Ang. c. 2.

Britonum error de Dominico die Paschæ colendo.

III. *Tempus celebrandi Paschatis alio miraculo docetur.*

Anno Christi Domini 417. factum est, vt Pascha non suo legitimo die celebraretur in Ecclesia, errore supputationis Paschalis temporis. Sed quomodo diuino miraculo compertus sit error, vt non fuerit Deus quicquam in Ecclesia agi perperam, Pascha sius Episcopus Lilybæi narrat his verbis in epistola ad sanctum Leonem Romanum Pontificem data: Non ergo (inquit) nos dies vna longius posita terre at ne, cum hoc euitemus, incurramus errorem, sicut tempore beatæ recordationis Domini mei prædecessoris v[est]ri Zosimi, Consulatu Honorij Augusti vndecimo, & Constantij secundo. Tunc enim, cum declinaretur, ne decimo Kal. Maij dies Paschæ teneretur, celebratum octauo die Kal. Aprilis, id est:

Baro. tom. 5. Annal. an. 417. 53. 54. ex Paschas. Epist. Lilybæi apud S. Leon. nẽ post Ep. 63.

Error de Paschatis die vnde illapsus. Paschasii Ep. Lilybetani.

pro-

Epist. ad Leonem.

pro emboliſmo communis eſt annus tentus, & error grauiſſimus eſt ortus, in tantum, vt miniſterio certo, quod dono ſancti Spiritus miniſtrabatur, hęc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipſe etiam ſancto, atque à me venerando fratri meo Libanio notiſſimus eſt, cuius myſterii miraculum tale eſt. Quædam viliſſima poſſeſſio Meltinas appellatur, in montibus arduis, ac ſyluis denſiſſime conſtituta: illic perparua, atq; vili opere conſtructa eſt eccleſia, in cuius baptiſterio, nocte ſacroſancta Paſchali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla ſit fiſtula: nec aqua omnino vicina fons ex ſe repletur, pauciſq; qui fuerint conſecratis, cum deductorium nullum habeat, vt aqua venerat ex ſeſe deſcendit. Tunc ergo (ſicut ſupra diximus) cum ſanctæ memoriæ quondam meo beatiſſimo Papa Zoſima (cum apud Occidentales error ortus fuiſſet) conſuetis lectionibus nocte ſacra diſcuſſis, cum presbyter ſecundum morem baptizandi horam requireret, vſque ad lucem aqua non veniente non conſecrati, qui baptizandi fuerant, receſſerunt: Vt ergo breuiter narrē, illa nocte qua lucebat in diem Dominicam decimo die Kal. Maij, fons ſacer hora competenti repletus eſt. Euidenti ergo miraculo claruit Occidentalium partium fuiſſe errorem.

Paſchatis celebrandi dies miraculo conſignatur.

IV. *Fontes baptiſmatis crēſcunt, dum Paſcha celebrandum.*

Idem Baro. tom 5. an. 417. 55 ex Caſſiodoro l. 8. variar. l. ep. 33.

Huic plane ſimile deſcriptum extat apud Caſſiodorum miraculum, dum agit de conuentu Leucotheæ in Lucania, fontemque ibi irriguum ita deſcribit: Eſt enim locus ipſe camporum amœnitate diſtenſus, ſuburbanum quondam Conſilinatis antiquiſſimæ ciuitatis, qui à conditore ſanctorū fontium Marcellianum nomen accepit. Hi erumpit aquarum perſpicua & dulcis vbertas: vbi in modum naturalis antri apſidis fabricata concauitas, ſic perſpicuos liquores emanat, vt vacuum putes lacum, quem non dubitas eſſe pleniſſimum. Hic perlucidus vſque ad fundū patet, vt aſpectibus tuis aerem potius apparere iudices, non liquorem. Æmulatur ſerenam diem aqua ſubtiliſſima, nam quicquid in imo geritur, inoffenſa aeris claritate monſtratur: *Et paulo poſt*: Longa ſunt illius fontis memoranda deſcribere, veniamus ad illud ſingulare munus ſanctumq; miraculū. Nā cū die ſacratæ noctis precem baptiſmatis cœperit ſacerdos effundere, & de ore ſancto ſermonum fontes emanare, mox in altū vnda proſiliens, aquas ſuas, non per meatus ſolitos dirigit, ſed in altitudinem cumuloſque tranſmittit: erigitur brutum elementum ſponte ſua, & quadam deuotione ſolenni præparat ſe miraculis, vt ſanctificatio maieſtatis poſſet oſtendi: nam cum fons ipſe quinq; gradus tegat, coſque tantum ſub tranquillitate poſſideat, aliis duobus cernitur creſcere, quos nunquam præter illud tempus cognoſcitur occupare. Magnum ſtupendumq; miraculum, fluenta labentia ſic ad humanos ſermones, vel ſta[illegible] vel creſcere, vt eis credas audiendi ſtudium minime defuiſſe. Fiat venerabilis omnium ſermone fons iſte cœleſtis. Habet & Lucania Iordanem ſuum. Ille exemplum baptiſmatis præſtitit: hic ſacrum miniſterium annua deuotione cuſtodit. Quapropter & reuerentia loci, & vtilitas rei dare debet populis ſanctiſſimam pacem.

De fonte baptiſmatis in Lucania miraculum.

V. *Fontium baptiſmalium aqua creſcit, dum Paſcha celebratur in Luſitania.*

Eſt & illud illuſtre miraculum [illegible], cum apparaſpaniæ, quos Luſitania Prouincia pr[illegible] cultū per- Col[illegible] namque eſt apud Oſem campum anti[illegible]m Virgini[illegible] pta, & ex marmore vario in modum c[illegible] compoſita opere, ſed & ædes magnæ claritatis [illegible] celſitudinis ſuper à Chriſtianis co[illegible]ſtructa eſt. l. 24. [illegible] gitur cum dies ſacer poſt curriculum anni decidentis aduenerit, quo Do[illegible]ſuſo proditore, myſticam diſcipulis præb[illegible]m: conueniunt in locum illū cū Pontifice [illegible] ſacri præſentientes aromatis. [illegible] oſtia templi iubet ſimu[illegible] ſignaculis, ac tū virtutis Dominicæ p[illegible]res. Die autem tertia (quod eſt Sabbati) con[illegible]tribus ad baptizandum populis, aduenies Epiſcopus cum ciuibus ſuis, inſpectis ſignaculis oſtia reſerat clauſa. Mirum dictu, piſcinam, quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam, ſed ita cumulo altiore refertam, vt ſolet ſuper ora modiorum triticum aggregati: videaſque huc illucque latices fluctuare, nec partem inadultam deſſuere. Tunc cum exorciſmo ſanctificato, conſperſo deſuper chriſmate, omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domi pro ſalutatione reportat, agros vineaſque aſperſione ſalubertima tuturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſine collecto numero hauriatur, nunquā tamen vel cumulum minuit: licet vbi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in ſe reuerſis, vt initio producuntur neſcio, ita & clauduntur ſine ignaro. Denique Theodegiſilus huius Rex regionis, cū vidiſſet hoc miraculum, quod in his ſacratis Deo fontibus gerebatur, cogitauit intra ſe, dicens: Quia ingeniū eſt Romanorum (Romanos enim vocitant homines noſtræ religionis) vt ita accidat: & non eſt Dei virtus. Veniens vero ad annū ſequentē, oſtiū ſigillis ſuis cū Epiſcopi ſigillo munuit: poſuitque cuſtodes in circuitu templi, ſi forte aliquē deprehendere poſſit fraudis alicuius conſciū, per cuius ingeniū in fontibus aqua ſuccederet: ſimiliter & alio fecit anno. Tertio vero conuocata virorū multitudine, foſſas in circuitu baſilicæ fieri iuſſit, ne forte locis occultis lymphæ deducerentur in fontē: fueruntq; foſſæ in profundo vicenū q; inū pedum, in latitudine vero quindenum. Sed nihil abditum reperiri potuit. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro huius inquiſitionis temeritate, anni ſequentis diem, quo hoc myſterium celebratur, videre non me-

Fontes Hiſpaniæ die baptiſmatis creſcunt.

Catholici dicuntur Romani.

ruit, eo quod arcanum virtutis diuinæ inuestigare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ S. Stephani Leuitæ.

VI. *Exemplum ad idem probandum pro Ecclesia orientali.*

Idem Bar. eodem tom. & [illegible] 4. 7. 59. [illegible] pra[illegible] 21[illegible]

Sed nec caruit Oriens hisce adeo insignib. editis diuina virtute miraculis: etenim Sophronius de O[illegible]talibus [illegible]is scribit in hæc verba: Soruba (inquit) vicus o[illegible]dam est, ad radices montis: in quo [illegible]sem ciuitas, in eo baptisterium est, [illegible] Epiphaniis sudat (baptismus enim [illegible] celebrabatur) qui sudor per tres hor[illegible] sincrementis augetur; & post baptisma [illegible] decrescere incipit, & tribus aliis horis deficit, & in Castello Cedebraris sub monte Ænoandro ciuitatis situm est bapti[illegible] quod in prima Pschali sanctæ resurrecti[illegible]is [illegible]itate, cum sit lapis vnus ex seipso co[illegible] impletur, duratque a[illegible] [illegible] ad P[illegible] morq; peracta Pentecoste cu[illegible]r enc[illegible] vero ista miracula in pro[illegible]a Lyciæ fiu[illegible]dere[illegible]s autem hæc ita esse nõ credit, vsque ad Lycu[illegible] grande iter est, pergat, & rei veritas fide[illegible]get. Hactenus ipse: de hisque satis: vt intelligas Deum esse in Israel, & in Ecclesia Catholica semper viguisse miracula: quibus veluti digito Dei, quæ vera sit Ecclesia, cõsignetur.

VII. *De celebrando Paschate altercatio alio miro modo sopita.*

Anno Domini qui ingentesimo septuage[illegible]mo ter[illegible]rio, [illegible]tor est Sigebertus altercatum esse inter Hi[illegible]panos, & Gallos de Paschatis diei celebritate, ait enim: Hispani & Franci de Pascha celebrando dissentiunt. Hispanis duodecimo Kalendas Aprilis, Francis vero decimo quarto Kalendas Maii Pascha celebrantibus. Sed Francos recte celebrasse per hoc diuinitus clarnit, quod fontes in Hispania, qui in Sabbato sancto Paschæ ad baptizandum sponte diuinitus repleri solent, non in Hispanorum, sed in Francorum Pascha repleti sunt.

7. 571. 25. Sigeberto.

VIII. *Venerabilis sacramenti festum quando, & vbi originem acceperit.*

Io. Molan. sacrâ Theolog. Doctor Louan. in Natalibus Sanctorum Belgij 5. Sup. Carol. Sigon li. 10. de regno Italiæ an. Do. 1264.

Fossæ obiit Iuliana anno millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo: tertio post obitum die ad villam beatæ Mariæ Ordinis Cisterciensis cœnobium translata, ac perpetua digna memoria, quod per eam inchoatum sit speciale festum corporis Christi. Siquidem Dominus Christus ei reuelauerat, vt ad augmentum fidei in fine debilitandæ, nec non ad profectũ electorũ corporis, & sanguinis sui speciale festũ fieri curaret. Ipsa autem tanæ dignitatis publicare formidauit, non propter iniurias & tribulationes, quæ inde exorituræ videbantur, cum eas generoso animo perfregerit, sed propter superbiæ titillationem, dum ipsa tanti festi haberetur inchoatrix & reuelatrix. Itaq; Dominũ obnixe deprecata est, vt & aliis famulabus suis id reuelaret. Inter quas memorantur Eua recluſa Leodiẽsis ad S. Martinum, & Isabella Beghina Hoyensis. Itaque post varias admonitiones, & sanctorum inuocationes rem patefecit Ioanni de Lausenna integerrimæ vitæ Canonico: quem rogauit, vt tacito suo nomine festum promoueret. Exposita sunt omnia Iacobo de Trecis Archidiacono Leodiẽsi, qui postea fuit Romanus Pontifex Vrbanus quartus, Hugoni de sancto Theodorico Prouinciali Ordinis Prædicatorum, postmodum Cardinali, Guiardo seu Guidoni Episcopo Cameracensi, aliisq; viris celeberrimis, qui negotium promouerent. Sed & Iuliano per Ioannem domus suę Fratrem officium componi fecit, q̃ comprobatum est per supradictos Theologos, & incipit, Animarum cibus. Quod officium Leodii, Tungris, & alibi in vsu fuit, antequam ab Vrbano quarto sancti Thomæ officium publicaretur. Fuit autem scriptor modicæ litteraturæ, sed obediens os suum aperiebat: & Dominus implebat illud. Hac occasione festum celebrrimum Leodii est celebratum, potissimum à Collegio sancti Martini, vbi etiam celebrarunt illud & approbauerunt ante Vrbani Pontificatum, Robertus Episcopus, & Hugo de sancto Theodorico, & Petrus Capoceius Cardinales: ex quibus Hugo sermonem adiecit in solennitate festi, duo præterea Canonici Ioannis & Stephanus legarunt reditus in festo & octauis distribuendos. Porro Vrbanus ex Patriarcha Ierosolymitano in Pontificẽ extra Collegiũ Cardinaliũ assumptus, festum quod antea Leodii celebrarat, vniuersale fecit, cũ solenni supplicatione, anno millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam & insaniam. Neque immemor fuit reuelationum de quibus Leodii audierat. Scribit enim in constitutione sua: Intelleximus olim, dum in minori essemus officio cõstituti, q̃ fuerat quibusdã Catholicis diuinitus relatũ festũ huiusmodi generaliter in Ecclesia celebrãdũ. Hac ẽr de causa anno quarto, seu vltimo sui Pontificatus, quo festũ hoc vniuersaliter instituit, mortua Iuliana, misit ad Euam recluſam Leodiensem diploma cum nouo S. Thomæ Aquinatis officio. Quod ibidẽ, vt decuit, receptũ fuit, diploma a Pontificiũ, cũ deplomatibus Hugonis Cardinali, Petri, Legati, & aliorũ quorundã, ad sanctum Martinum excopiatũ coeseruatur. His autem quæ diximus, adstipulantur non tantũ venerabiles, & vetustæ picturæ in monte sancti Cornelii: sed etiam liber posterior de vita Iulianæ à Ioanne de Lausenna approbatus. Accidit postea celebre miraculũ Vulfinijs, in diœcesi & ditione Vrbeuetana, quo Onuphrius scribit cõmotum fuisse Vrbanum ad festi institutionẽ. Sed minus caute reiicit, quæ de Eua recluſa diximus, cum hæc ex bullis ipsius Vrbani, & Iulianæ vita certissima esse nostratibus constet. Verũ quæ apud doctores minus graues legerat, non [illegible] virum doctũ reiecisse, eaque ignorasse, quæ

Festi venerabilis Sacramenti origo.

in angulo fere mundi contigerunt, & à multis etiam noſtratibus hactenus ignorantur. Itaque Belgę qui alios in feſti obſeruatione præuenimus, ab auita pietate non recedamus, ſed vt Patres Tridentini monuerunt, gratos, & memores animos teſtemur erga Redemptorem, pro tam ineffabili, & plane diuino beneficio: & contra hæreſim triumphum agamus, vt eius aduerſarii in conſpectu tanti ſplendoris debilitati & fracti tabeſcant, vel pudori effecti aliquando reſipiſcant.

IX. *Qua occaſione ſit inſtitutus dies beatæ Virginis Conceptioni ſacer.*

Ex D. Anſel. Epiſt. ad Co. anglican. Epiſcopos Dyon. Carthuſ. de Concept. B. Virgin. conc. 2.

Tempore Caroli Regis Franciæ fuit Clericus eiuſdem Regis germanus beatam Mariam totis amans præcordiis, eiuſq; horas quotidie legens deuote, qui parentum ſuorum conſilio nubere volens cum puella ſpecioſa, ac nobili, accepta à ſacerdote nuptiali benedictione, miſſa completa, recordans quod die illa horas de Domina non legiſſet, omnes de eccleſia egredi fecit, & ſponſam domũ mittens, iuxta altare horas de Domina legit: cumq; antiphonam iſtam Pulchra es, & decora filia Hieruſalem, diceret, ſubito apparuit ei virgo Chriſtiphera inter Angelos duos dicens: Si ego tam pulchra, & decora ſum, quid eſt quod me dimittis, & ſponſam aliam accipis, nonne ſum pulchrior illa: vidiſti tam pulchram? Qui reſpondit: O Domina mea, claritas tua omnem mundi pulchritudinẽ excellit, tu es ſuper choros Angelorum eleuata. Quid ergo vis faciam. At ille reſpondit: Si carnalem ſponſam amore mei dimiſeris, me ſponſam in cæleſti regno habebis, & ſi Conceptionis meæ feſtum annuatim ſexto Idus Decembris ſolenniter celebraueris, ac celebrandũ prædicaueris mecum in regno filii mei eris coronatus: quibus dictis, beatiſſima mater Chriſti diſparuit: Clericus vero domum regredi renuens extra patriam cœnobium ingreſſus eſt, & monachus factus, atque poſt breue tempus meritis virginis præelectæ Patriarcha Aquilegiæ effectus eſt, feſtumque Conceptionis eiuſdem omni anno diligenter celebrauit & celebrandum ordinauit.

X. *Vnde fuerit in Eccleſia Dei inſtitutum feſtum Conceptionis B. Virginis tempore D. Bernardi circa ann. 1145.*

Ex Petro de Natal li. 1. Catalogi Sanctorũ c. 41. Dionyſ. Carthuſ. conc. de Conceptione B. Mariæ.

Conceptionis beatiſſimæ Virginis feſtum hinc originem traxit, dum B. Anſelmus Prior monaſterii Becenſis, poſtmodũ Cantuarienſis Archiepiſcopus: pro quibuſdam vrgentibus negotiis ad partes Britanniæ nauigaſſet, iiſque expeditis ad patriam rediret, contigit nimia tempeſtate exorta, & intumeſcente procella nauem periclitari, & dum cuncti in diſcrimine nimio poſiti, omnique ſpe humana deſerti diuinum auxilium, & beatæ Mariæ Virginis flagitarent, potiſſime autem Anſelmus, qui beatæ Dei genitricis fuerat ſingularis deuotus: ſubito cõſpiciunt quendam mirabili claritate fulgentẽ Pontificali habitu decoratum, ſuper vndas maris, verſus nauem ambulando venire. Qui proximus nauí Anſelmum vocat: eumque alloquitur, vt ſi periculum maris euadere cupit, & in patriam ſaluus redire, eidem promittat coram Deo, quod feſtum Conceptionis matris Chriſti annis ſingulis ſolenniter celebraret, & celebrandum quibuſcumque poterit, ſuaderet, & cum ille de die feſti & officio fiendo interrogaſſet, reſpondit, quod ſexto idus Decembris feſtum illud celebrandum erit: quo die beata cõcepta fuerat, & quod idem officium, quo eccleſia vtitur in eius natiuitate, in hoc feſto dicendum erat, mutato nomine Natiuitatis in nos[illegible] nis, & cum primo de nomine nunti[illegible] cum appara- *Cou[illegible] ca[illegible] 155[illegible] Bl[illegible]* reſpondit, ſe eſſe Nicolaum Epiſcopu[illegible]m cultũ per- genitrice, pro tali reuelatione & libera[illegible]m Virgini miſſum: mox Anſelmus iuſſa promiſit, & v[illegible] poſitionem confirmauit, ſtarumque ſedata tempeſtate, & flante [illegible]ſpero ad propria redierunt, & ſic ab eodem [illegible]rius in monaſterio ſuo, deinde in eccleſia Cantu[illegible] cui præfuit, dictum feſtũ celebrari cœpit, [illegible]pluribus eccleſiis huiuſmodi conſuetudo [illegible] Conceptionis beatæ Virginis 6. id[illegible]mbris, & [illegible] darii s aſcribatur, & ſo[illegible]cio recolatur.

IX. *Quæ cauſa ſit inſtitutæ [illegible]tatis B. Mariæ Virginis celebritas cum eius octaua.*

Dies autem Natiuitatis beatæ Mariæ aliquan[illegible] fideles latuit, contigit autem, vt refert Ioannes Beleth, vt quidam ſanctus vir contemplationi ſedulæ vacans, ſingulis annis 6. idus Septembris, iucundiſſimos Angelorum cantus audiret: qui Dominum inſtanter rogauit, vt ſibi reuelaret, cur ea die tantum, & non alia, hoc audiret? demumque reſponſum accepit: quod Virgo Maria 6. idus Septembris nata fuit, cuius Natiuitatis cæleſtis curia ſolennitatem facit, mandans vt filiis Eccleſiæ manifeſtaret, vt concordes fierent in tali feſto cæleſti curiæ: qui cũ hæc ſummo Pontifici & aliis intimaſſet, illi ſcripturis & antiquitatum teſtimoniis inſilientes, & cum eſſe virum ſanctũ & magnæ auctoritatis; vera loqui credentes, Natiuitatem Virginis ipſa die celebrandam vniuerſaliter ſtatuerunt, videlicet 6. idus Septembris. Octaua autem Natiuitatis beatæ Mariæ, inquit Iacobus de Voragine, olim non celebrabatur, ſed Dominus Innocentius IV. natione Genuenſis, ipſam inſtituit celebrandam. Cuius hæc cauſa fuit: Gregorio enim IX. per mortem ſublato de medio, Romani omnes Cardinales in quodam conclaui concluſerunt, vt citius eccleſiæ prouiderent: ſed cum per plures dies concordare non potuiſſent, & ipſi à Romanis multas moleſtias ſuſtinuiſſent, vouerunt Reginæ cæli quod ſi eius meritis concordarent, & liberi abire poſſent, Octauas ſuæ Natiuitatis diu neglectas de cætero ſtatuerunt celebrandas, ſicque in domum Cæleſtinum conuenerunt & liberati per domum Innocentium votum adimpleuerunt. Cæleſtinus enim modico tempore ſuperuixit, & ideo per eum impleri non potuit.

Petr. de Natal. in Catal. l. 8. c. 51. Spec. hiſt. Vincent. li. 7. c. 1[illegible] [illegible]ch [illegible]nim. Offic. c. 149. Durand. l. 7. cap. 22.

Bar.to.11. Annal. Eccl. sub an. Dom. 1004. 1. ex Glabro lib. 3. c. 3 an. 1004. Synodi in Italia & in Gall

XII. *Visum de duobus monachis in Cluniaco festum Annunciationis more Hispanorum celebrantibus.*

Anno Domini millesimo quarto, in Italia atque in Gallijs, plerique Episcoporum nonnulla inter se de diuersis quæstionibus habuere Synodorum cõciliabula. Nam de ieiuniis, quæ plerique fidelium scilicet inter Ascensionem Saluatoris, & Pentecosten obseruabant, ita decreuerunt, vt ne per imperium sacerdotum fierent, excepto Sabbato Pente- bites, & à q us fieri vellent, prohiberentur fieri. æstio ? Cur monachi per tres vel as dies ante diẽ Natiuitatis Do- uadragesimalis obseruationis tem- , scilicet, Te Deum laudamus, de- ontra morem Ecclesiæ Romanæ. Qua cuiusdam quæstione aggressi tam Abbates, quã mo- nachi responderũt, se pro nullo alio agere nisi ex beati Benedicti nomin illius, cuius excellentissimi Patris præceptio as etiã actus simulque dicta à summo Rom ifice, videlicet Gregorio, habe ncta laudabiliter robora- His deinceps cõsidere scopi vsus monacho- rum authentico exemplo secuti sunt: Nec non etiam de die Annunciatio minicæ, quæ celebratur 8. Kal. April. si libet alio tempore præter Quadragesimam excoli congruentius potuisset, ab eisdem Pontificibus non parua illata est quæstio: ferebatur enim à quibusdam, eandem videlicet Annunciationem Dominicam more Hispanorum quintodecimo Kal. Ian. die irreprehensibiliter posse celebrari. Nam cum ego postmodum in monasterio Cluniacensi cum cæteris fratribus degerem, contigerunt illuc ab Hispaniis Patres honestæ cõuersationis, iam dudũ more viuentes propriæ regionis monachi propinquante vero die Natiuitatis Dominicæ, petierunt dicti monachi venerabilẽ Odilonẽ eiusdẽ loci Abbatẽ, vt more suorũ liceret eis celebrare Annunciationẽ. Quod cũ fecissent segregati à cæteris, visum est nocte eadem duobus senioribus loci, quod vnus de Hispanis fuscina Focaria arriperet desuper altare puerũ, mitteretq; illũ in sartaginẽ prunis plenã, ita clamantẽ: Pater, Pater, quod tu dedisti isti auferunt. Quid plura? Antiqua apud nos consuetudo, vti decebat, prævaluit.

Annunciatio B. Mariæ quo more celebrata.

Baro. to. 7. 544. 9. 10. B. Mariæ intercess. liberantur Constantinopolitani à peste.

XIII. *Quare tione Purificationis B. Mariæ Virginis celebritas sit instituta.*

Constantinopoli mortalitate magna insurgente, statuta est solennitas Purificationis beatæ Mariæ quæ Græci ὑπαπάντη, id est, obuiatio dicitur: eo quod die illo Simeon obuiauerit oblato in templum Domino, & ita mortalitas illa cessauit.

Iac. Philipp. Bergom. or. d. Eremit. li. 11.

XIV. *De Octaua Assumptionis B. Mariæ Virginis primo à Leone IV. instituta, & cur.*

Iacobus Philippus Bergomensis Ordinis Eremitarum, libro vndecimo, anno Domini octingentesimo quadragesimo octauo, in supplemento Chronicorum scribit, quod Leo quartus Pontifex Sergio suffectus, vir certe religione, innocentia, humanitate, pietate, omnique bonitate, atque doctrina præclarus, ac denique tantæ sanctitatis fuit, vt suis orationibus basiliscum serpentem, cuius venenato anhelitu perierant multi, è Foinace Lucinæ depulerit crucisq; signo maximum illud incendium extinxerit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum fuerat, & Diui Petri Basilicæ appropinquabat. Ob eius rei memoriam mandauit Assumptionis B. Mariæ Dei genitricis octauas, qua intercedente, hoc miraculum impetrauerat, perpetuo celebrandas, quas, vt inquit Anastasius, Roma antea minime colebat, vigiliis sacris, matutinisque cum omni clero pernoctans laudibus in basilica eiusdem semper Virginis Dominæ nostræ, quæ foris muros iuxta basilicam beati Laurentii martyris sita est: in qua etiam magno populi multitudo, conuenit, nouæ festiuitatis cupiens celebrare solennitatem. Hoc ipse magnanimus cum videret Antistes, omnibus qui adetant huic celebritati, plenius argenteos erogauit.

sub an. Dõ 848. Baro. to. 10. Ann. an. 855. sub Leone IV. ex Anastasio Bibliothecario.

Assumptionis B. Virg. Octaua à quo primũ celebrari instituta.

Leo IV. erogat munera venientibus ad Oct. Assumpt.

XV. *Qua occasione cœperint monachi Cassinenses festiuitatem B. Petri Apost celebrare.*

Anno Domini millesimo octuagesimo septimo peregrini quidam dum orationis gratia ad beati Benedicti monasterium pergerent, obuiam habuerunt Canonicum senem: Percontantibus, quis esset: Petrum Apostolum se esse respondit. Sciscitantibus quo pergeret: Ad fratrem, inquit, Benedictum proficiscor, vt cum illo passionis meæ celebrem diem. Romæ quippe consistere nequeo, quia ecclesia mea diuersis procellis agitatur. Quod dum fratribus viri illi postmodum referassent, ad succedentium memoriam constituerunt, eiusdem Apostoli solennitatem non minori veneratione, quam Patris Benedicti celebrandam.

Bar to. 11. Annal. Eccl. ad an. Christi 1087. 5.

Visum de S. Petro Cassinum eunte.

XVI. *Festum S. Petri ad vincula eius rei gratia ab Ecclesia institutum.*

Theodosio iuniore imperante, cum Eudoxia eius vxor Ierosolymã soluendi voti caussa venisset, ibi multis est affecta muneribus: præ cæteris insigne donum accepit ferreæ catenæ, auro gemmisq; ornatæ: quam illam esse affirmabat, qua Petrus Apostolus ab Herode vinctus fuerat. Eudocia catenam pie veneratã, eam postea Romam ad filiam Eudoxiam misit, quæ illam Pontifici Maximo detulit: isque vicissim illi monstrauit alterã catenã, qua à Nerone Imperatore idem Apostolus constrictus fuerat. Cum igitur Pontifex Romanam catenam cum ea, quæ Ierosolymis allata fuerat, contulisset, factum est, vt illæ inter se sic cõnecterentur, vt non duæ, sed vna catena ab eodem artifice confecta esse videretur. Quo miraculo tantus honor sacris illis vinculis haberi cœpit, vt propterea hoc nomine S. Petri ad vincula ecclesia, titulo Eudoxiæ, dedicata sit in Exquiliis, eiusque memoriæ dies festus institutus

E Breuiario Romano Kalendi. Augusti, & Sigebert. in Chro. an. 438. & Naucle. to. 2. gener. 15. an. 435. Miraculũ.

Festiuitas S. Petri ad vincula vnde instituta

Kalendis Augusti. Quo ex tempore honos, qui eo die profanis gentilium celebritatibus tribui solitus erat, Petri vinculis haberi cœpit. Quæ tacta ægros sanabant, & dæmones eiiciebant. Quo in genere anno salutis humanæ nongentesimo sexagesimo nono accidit, vt quidam Comes, Othonis Imperatoris familiaris, occupatus ab immundo spiritu se ipsum dentib. dilaniaret. Quare is iussu Imperatoris ad Ioannem Pontificem ducitur: qui vt sacra catena Comitis collum attigit, erumpens nefarius spiritus hominem liberum reliquit: ac deinceps in Vrbe sanctorum vinculorum religio propagata est.

Catena D Petri miraculo coruscat.

XVII. *De institutione festiuitatis omnium Sanctorum.*

Cum singula idola Romanorum Romę templum habere non possent, Romani vnum templum in honorem Cybeles matris deorum, & omnium deorum ipsorum fecerũt, quod dictum est πανθεον. Successu vero temporis, perente, inquit Ado, Papa Bonifacio iussit Phocas Imperator, in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, & à Domitiano prius factũ erat, ablatis idololatriæ sordibus, ecclesiam beatæ semperq; Virginis Mariæ, & omnium martyrum fieri: vt vbi quondam omnium, non Deorum, sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnũ fieret memoria Sanctorum: quę ab illo tempore Kalendis Nouembris in vrbe Roma celebris & generalis agitur. Postea anno octingentesimo trigesimo quinto Gregorius IV. Pontifex Romanus (vt auctor est Sigebertus & alij) monuit Ludouicum Imperatorem, vt in Gallia atque Germania festiuitas hæc eodem die annuatim perpetuo celebraretur, quam hactenus Romani ex Bonifacij Papæ instituto celebrare consueuerunt. Quod tum ab ipso, tum ab Episcopis omnibus Franciæ atq; Germaniæ mira consensione acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum. De his agens Albinus siue Alcuinus, hęc ait: Constitutum est, vt plebs vniuersa per totum orbem in Kal. Nouembribus, sicut in die Natalis Domini ad ecclesiam in honorem omnium Sanctorum ad Missarum solennia conuenire studeat, vt quicquid fragilitas humana per ignorantiam, aut negligentiam in solennitatibus Sanctorum minus plene peregisset, in hac sancta obseruatione solueretur.

Guilel. Durand. lib. 7. cap. 34. Ado. Archiepisc. Treuir. in Martyrol. 1. Nou. Idem in Chron. an. Dom. 604.

Festum omnium SS. quando & à quibus institutum.

Baron. to. 9. an. 835.

In Cõmentario de diuin. off.

Omnium SS. solennitas cur instituta.

XVIII. *De anniuersaria commemoratione fidelium defunctorum à S. Odilone Abbate Cluniacen. inchoata, & postea instituta ab Ecclesia.*

Anno Domini nongentesimo nonagesimo octauo, quidam religiosus ab Hierosolymmis veniens, in Sicilia recluſi cuiusdam humanitate aliquamdiu recreatus, didicit ab eo inter cætera, quod in illa vicinia essent loca eructantia flammarum incendia: quæ loca vocantur ab incolis Ollæ Vulcani, in quibus animæ defunctorum luant diuersa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi dæmonibus, quorũ se crebro voces, iras, & terrores; sæpe etiam eiulatus audisse dicebat plangentium, quod animæ de manibus eorum eriperentur per eleemosynas, & preces fidelium, & hoc tempore magis per orationes Cluniacensium orantium indefesse pro requie defunctorum. Hoc per illum Abbas Odilo comperto, constituit per omnia monasteria sibi subiecta, vt sicut primo die Nouembris solennitas omnium Sanctorum agitur: ita sequenti die memoria omnium in Christo quiescentium celebretur. Qui ritus ad multas eccles[illegible] transiens, fidelium defunctorum memoriam [illegible]nnizari fecit. Quod autẽ ille in suis monasteri[illegible] faciendum curauit, id postmodu[illegible], cum apparaficis auctoritate vbique locorum [illegible] cultũ per [illegible] legibus sancitum videtur.

Sigeb. vt: Gemblac. in Chron. an. 998. Io. Trithem. in Chron. Hirsaugiens.

Ollæ Vulcani vbi.

Suffragia viuentium prodesse defunctis.

Festiuitas animarum instituta.

Collat. [illegible] ci

[illegible]m Virgini [illegible]

XIX. *Cur instituta anniuersaria animarum [illegible] ratio.*

Hoc omni[illegible]anc[illegible]rum festum institutum est propter orationum [illegible]m facilio[illegible]em impetrationem, vt sicut Ecc[illegible]ens hodie omnes Sanctos vniuersim honor[illegible]ssim pro nobis omnes simul interce[illegible]ratio [illegible]e tangitur, dum dicitur *[illegible]tiam nobis tuæ propitiationis abundantiam mi[illegible]intercessoribus, largitoris.* Quod autem sancti omn[illegible] vniuersim pro nobis intercedant, sequenti anno à festo institut[illegible]li viso monstratum est: Cum enim custos ecclesiæ S. Petri in vrbe altaria omnia circuisset, & omnium Sanctorum suffragia implorasset, ad altare S. Petri rediens in spiritu rapitur: & ecce vidit Regem Regum in sublimi solio considentem, & omnes Angelos circumstantes: deinde Regina in diademate fulgente cum Dominarum multitudine aduen[illegible] Rex assurgens eam iuxta se sedere fecit. Post hęc venit quidam vestitus pilis camelorum, quem sequebatur multitudo venerabilium seniorum. Deinde aduenit alius in Papali habitu decoratus, quem plurimi in Pontificalibus sequebantur. Postea proce[illegible] innumera militiæ multitudo. Post quos aduenit turba diuersarum gentium infinita. Hi omnes Regẽ flexis genibus adorauerunt. Angelus autem, qui custodem ducebat, eidem visionem exposuit, asserens, Reginam Dei matrem esse: Dominas vero, virgines continentes: pilis camelorum vestitum, Ioannem Baptistam: Senores, Patriarchas & Propheras: Papali habitu ornatum, Petrum Apostolum: Pontifices, Apostoles omnes: Milites, Martyres: turbam reliquam, Confessores. Qui ideo ante Regem Christum adu[illegible]erant, vt pro honore ipsis hoc die exhibita gratias agerent, & pro orbe vniuersso exorarẽt. Deinde dictus custos ad alium locum ductus vidit vtriusque sexus homines, alios immensis variisque delicijs gaudentes: alios inopes & famelicos mendicantes. Dixit autem Angelus, hunc locum Purgatorium esse. Abundantes vero animas, illas esse, quibus ab amicis per suffragia subueniebatur: egentes vero, quarum cura nulla habebatur. Iussit igitur, vt omnia visa Pontifici intimarẽt, & post omnium

Equilin. in Catalo Sanct. Ital.

Sanctorum [illegible]niũ pro [illegible]is intercessio.

Sanctos.

Commemoratio animarum fideliū defunctorum cur instituta.

Sanctorum festum, idem statueret animarū, vt saltem generalia suffragia illa die pro illis fierent, qui specialia habere non possent. Et ideo commemoratio defunctorum sequenti die ordinata est.

XX. *Rogationes cur à S. Mammerto Viennensi Episcopo institutæ.*

Ado Viennēsis in Chron. ætat. 6. sub an.

Anno Christi Domini quadringentesimo quinquagesimo secundo, beatissimus Mammertus Viennensis Episcopus cladem imminentem lacrymis & [illegible] Viennensium vrbe removit. Siquidē [illegible] præmotus assidui, nocturni soni[illegible]is vrbis funeri prodigiosum quiddā [illegible]antes, populosis hominum conuenti[illegible]ca siluestriū ferarum species obserua[illegible] lupi, vrsi ac cerui, naturaliter pauidi per [illegible]ata. angustias portarum vsque ad fori lata penetrabant. Quid multis? imminente [illegible] Vigiliarū, qua celebrari festum Domi[illegible] recollectionis annua consuetudo poscebat publica, quam præcelso ciuitatis Vienne[illegible] sublimitas in immensum fasti[illegible]mis terribilibus cōflagr[illegible]repusculo co[illegible]rpolatur nunciis diserimin[illegible]is iucunditas sub[illegible], pleno timoribus populo ecclesia vacu[illegible]nes namq; similem facultatibus vel omnibus propriis casum de quadam præimminentis incendij arce metuebant, perstitit tamen coram festiuis altaribus inuictus Antistes sanctus Mammertus: & calorem fidei suæ accendens fluminis lacrymarum, permissam ignibus potestatē incendio abscedente compescuit: desperatione deposita redit ad ecclesiam, in eaq; vigiliarū [illegible]nocte [illegible]aschæ concepit animo Rogationes, atque vbi cum Deo tacitus definiuit quicquid hodie psalmis ac precibus mundus inclamat.

S. Mammerti oratione pelluntur calamitates. *Rogationes*

Anno, qui supputatione Græcorum à mundi origine numeratur sex millesimus quadringentesimus sexagesimus quartus, ex hac vita in cœlum migrauit magnus ille Paulus Anachoreta. Præuouit suum exitum fore 15. Decembr. cuius rei causa lætior effectus Sanctorū natales dies hilarior celebrauit: præcipue vero, quam alacrius celebrare consueuerat, S. Æcatarinæ. De cuius festa die hæc in eius vita auctor fidelis: Et aliorum quidem Sanctorum memoriæ hilaritatis ansam Paulo dabant: martyris vero Æcatarinæ non solum voluptate sanctum replebat, sed propemodum exultatione & tripudio. Etenim celebrabat illam non corporis tantum sensu, sed admixta simul spirituali lætitia, aut potius præcipuum id erat, quod spiritui dabat. Ferianti igitur, & sub dio epulanti cum fratribus, largus imber imminebat, monachosque surgere parantes ipse inhibuit: & pluuia cursum tanquam iussa repressit, ne gutta quidem vel tenui lapsa, quoad sublatæ sunt mensæ. Idem vero surgendi initium fuit, & pluuiæ cadendæ: mox enim magno impetu & copia ferri, quasi tessera data, cœpit.

Baron. to. 10. Annal. ad ann. Christi 956. 6. ex Curopalato.

Festa dies S. Æcatarinæ solennior.

TIT. II. De primo præcepto Ecclesiæ.

Statutos dies festos celebrato.

EXEMP. I. *Ethnicorum exemplo monemur festa haud esse profananda.*

Niceph. Call. lib. 18 hist. Eccl. cap. 36.

SVb Mauritio Imperatore, bello inter Romanos & Hunnos sub Prisco duce & Caiano Rege flagrante, quum Romanis exercitus magna annonæ inopia laboraret, instante festa solennitate Paschali, Caianus ad Priscum misit, qui diceret: Mitte ad me currus, & ego tibi alimenta mittam, quibus lætanter hæc festa Paschalia peragas. Misit igitur quadraginta currus, mittens simul & Caianum aromata Indica, piper, cassiam, & similia, & ei remisit Hunnus alimenta copiosa, atque ita durante festo simul frequentabant, sine vllo metu, aut suspicione: finito festo ad sua redibant.

II. *Festum S. Æcatarinæ quanta celebritate coli consueuerit à S. Paulo Anachoreta.*

III. *De messore, qui opere derelicto in vigilia cuiusdam sancti ad vesperas se contulit, & ad opus rediens insignem nummum aureum inuenit.*

Ex Thoma Cantipr. li. 2. Apum c. 53. p. 9.

De veneratione rerum diuinarum stupendum valde audiui miraculum à fratribus Ordinis Prædicatorum, qui personas, per quas gestum est, cognouerunt. In Theutonię partibus miles quidam ad deponendam herbam de prato conduxerat falcatores. Illis igitur falcantibus in vigilia cuiusdam sancti, vbi tempus vespertinum aduenit, per villas in circuitu compulsabatur: & mox vnus ad socios falcatores: Desistamus, inquit, ab opere, quia iam vesperę compulsantur. Sed cum illi nollent, imo magis verbis confunderent admonentem, ipse mox opere derelicto ad vesperas iuit. Tertio autem die ad opus imperfectum cum aliis rediens, vidit, quod antecedentibus aliis, se solum falcare posterius oporteret, & propter hoc ab omnibus est derisus. Patienter autem ferens risus omnium & cachinnos, vbi manum ad falcem posuit, ante se pendentem in furculo graminis drachmam miræ & inuisæ magnitudinis auream mox inuenit. Curuatus ergo in genibus cum lacrymis Dominum benedixit. Quo clamante concurrunt socij, concurrit & miles prati dominus, videns diuinum miraculum, scripturamque miles litteratus in nummo voce patria legens, hæc, vt interpretari potuimus, continebat: *Manus Dei me compegit, & in donum me redegit pauperis, qui non infregit diem sancto celebrem.* Hanc drachmam vxor militis fere marcha erga pauperem emit, & multis postea in rei gestæ probationem ostendit.

Festum cōlenti mercedes diuinitus data.

IV. *Festos dies in tenera ætate vt coluerit S. Elizabeth.*

Festos dies pro ingenij modulo religiose admodum peragebat beata Elizabeth Regis Hungariæ filia,

Vita eius cap. 2. apud

Sur 19. Nou. tom. 6.

filia, ita vt (quod ea fuit ætate mirum) semper aliquid sibi de ornatu corpusculi decerperet, scies Deo magis mentẽ, quam vestem placere, acceptioremq; animum esse religionis studio deditum, quam corpus margaritis, purpura lapillis, auroque, & argento præfulgidum. Proinde Chirothecarum vsum tantisper intermittebat, dum res diuina compleretur, volens officio quantumuis paruo, consuetudini suæ aliquid detrahere, & voluntati aliud suadenti pro Deo contrarium ingerere.

V. *Vir in festis sanctorum colendis diligens ab ipsis iuuari meruit.*

Iord. Saxo l. 2. de Communione spir. cap. 17.

Quidam Religiosus magnę deuotionis, ad Deum & ad sanctos eius tam deuotus erat, vt quodlibet festum haberet in charta depictum, & quamdiu quodlibet festum durabat, tamdiu chartam illius festi depictam, quã in inchoatione festi in pariete cellæ suæ appenderat, pendere dimisit, & ante illam sedendo, & deuote inspiciẽdo orabat, gemebat, plorabat. Tam deuotus enim erat ad festa B. Virginis, quod quodlibet festum ipsius aliquibus diebus ante suscipiebat dicendo mille vicibus, Aue Maria. Tam deuotus præcipue ad festum omnium Sanctorum, quod antea per vnam septimanam ieiuniis & castigationibus se ad suscipiendum festum ipsum præparabat, & per octo dies ad honorem omnium Sanctorum festum deuotione sedula peragebat. Tã deuotus insuper extitit in suis missis, quod multum grauabatur, si minister, vel alia persona staret, vbi faciem eius videre poterat, quia de oculis suis lacrimæ fluebant, genas vbertim irrigabat, quod hominibus celatum esse cupiebat. Iste quia deuotus erat in sanctos in die omnium Sanctorum migrauit ad Dominum qui post aliquas septimanas apparuit cuidam deuoto Religioso in somnis, pulchertimus & iucundus, indicans se Sanctorum collegio sociatum.

Qua ratione sint colendi festi dies Sanctorum.

VI. *De horrendo interitu mulieris hæretica Annunciationis B. Mariæ festum violantis.*

Hist. Virg. l. 5 c. 2. ex lit. P. Melchior Rector. Colleg. Pragens. an. 1600. Hæreticæ mulieris blasphemia in B. Mariã Festum Annuncationis Mariæ violans hæretica morte repentina & horrenda interit.

In Vrbe Zamoſſa, quædam matrona genere qui dem nobilis, sed hæresis tam perditæ, vt sabbati die & sibi, & suis vellet esse feriatum, contra Dominicum profestum & operosum. Extra vrbem huic erat villæ professio, ad quam ipso Annunciantis Angeli die cum proficisci pararet, domestici iter dissuadẽt, diei Christianis religiosissimi sanctitate proposita. Mulier offensa, Deiparam, cuius inclytas ferias famuli obiecissent: verbis lacessere, vnam ex multis dicere, eidem se sanctitate parem esse iactare. Igitur ad villam suis inuitis egressa, cum iam paru viæ restaret, equi rhedam trahentes tam fixis hęsere vestigiis, vt ad progrediendum vis nulla coegerit. Itaque rhedario nequicquam incitante; nihilq; neq; voce & clamore, neq; flagello proficiente, improba mulier, dum equi perstant immobiles, exit ex rheda & tantisper declinat à via, vt naturæ obremperet, & aluum exoneret, se purgantem ingens & validus ventus repente deturbat, & mulieris faciem in cœnoris egestas sordes impingit, & cum os sacrilegum immundis fœcibus inquinasset, post ingentes editos clamores, spurcam animam egit dolore trahente. Gesta res tanta anno sexcentesimo supra millesimum.

VII. *De Matrona Luterana beatissimæ Virginis Mariæ Assumptionem violante, diuinitus correpta.*

Ex hist. belli Sueonici Brem. lib. 2. Collat. sacr. cap. 155. Bremens. lib. 2.

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, ipso Assumptæ Virginis Mariæ die, Terpari sacerdotes ex recepto ecclesiæ mo[illegible] lennem habebant, & magno, v[illegible]r, cum apparatu, & crebro campanarum pulsu diu[illegible]m cultũ peragebant: eam celebritatem, & reuere[illegible]m Virgini Mariæ ad summi numinis honorem ex[illegible] matrona quædam impendio inuideret, ma[illegible] dissequæ, balneum adparet, caminum [illegible]struat, se cum marito la[illegible]isse. Illa solennis festi dominam submonere, [illegible]um in diem transferat, rogare. Matrona reper[illegible]descens: Quid, inquit, de Maria narras [illegible] similis mihi nec vllius potentiæ, a[illegible] habet: tu iussa mea exequere. [illegible]petunt, ne domina g[illegible]us exacerbaret, imperata [illegible]cere. Vbi ad caminum vẽtum est, arida ligna, quæ aliqu[illegible] haud difficulter flammam excipiunt, nulla ope, nullis nutrimen[illegible] accendi potuerunt. Illa, vbi se vndique vertit, laboris frustranei pertæsa, tectum omne ardere conspicit, nec vlla vi flammã extinguere valet. Ignis primum ipsum balneum vastat, mox contiguas [illegible]des ingenti ciuium omnium terrore populatu. [illegible]fluit e templo vniuersum vulgus, & vix tandem latius serpere incendium prohibent. Postremo [illegible]gnorum fasciculus camino iniectus, omnino incombustus comperitur.

Ex Iacobo Meyero l. 2. Annal. Flandr. ann. Dom. 861.

Vltio diuina hæretica festũ Assumptionis [illegible]

VIII. *Assumptionis B. Mariæ celebritatem non esse profanandam, signi docetur miraculo.*

Anno Domini octingentesimo sexagesimo primo, cum ciuis quidam Taruanensis die festo Deiparæ Assumptionis interulam seu Camisiam, contemptis feriis, sibi fieri veller, repente per totũ consperſa est sanguinolentis maculis. Quo viso, Hunfridus Episcopus, miraculo, interulam inter sacra retulit, diemque Assumptionis exinde celebrem in Morinis esse voluit.

Ex Annal. Societ. ann. 1580. p. Ex Bent. in Prou. Polo.

IX. *De rustico eiusdem Assumptæ Virginis festum violante terra oppresso.*

Cum rusticus quidam schismaticus eo die, qui Assumptæ Virgini sacer est: ad eruendam argillam exisset, maxime ob Kalendarij Gregoriani contemptum multum licet dissuadente virgine quadam Catholica, & vaticinante vltimum illum ei diem, ac supremum opus fore, ruentis subito casu molelluris ita oppressus est, vt suo inclusus funere idem reliquerit aliis neglectę religionis monumentum, & inuenerit ipse dementis propositi sepulcrum.

X. *Domi luere, quodam operaretur in festiuitate S. Ioan. Bapt. diuinitus castigata est.*

Sulpit. Seuer. lib. 2. miracu. S. Martini c. 17.

In festiuitate B. Ioannis, cum populus ad Missarum solennia conueniret, mulier quædam accepto falculo rus abiit vt videlicet eruulsa mali seminis zizania messem solam purgaret: dumque operati cæpisset, protinus manus eius diuino igne sunt apprehensæ. Facies quoque eius quasi emittens flammam tota vesicis ac pustulis ebulliuit. Vrebatur misera non minus pudoris dolore, quam corporis, quando ea, quæ clam gesserat, inuita prodebat. Dehinc vociferando atq[ue] eiulando B. Martini Basilicam ve- [illegible] Ante cuius sepulcrum in hoc tor- [illegible] rauensium spatia prostrata, re- [illegible] sore, in integritate corporis solida- [illegible] am ancilla cuiusdam ciuis Turonici, [illegible] pretij concessa aliam requisiuit.

Festum Io. Bapt. violans diuinitus punitur.

De vltione diuina in quosdam, qui diem D. Iacobo sacrum violarant.

*Turon. Burgund. Belun- [illegible] Spe- [illegible] lib. [illegible] 7. cap. [illegible] Iacobi [illegible] festum [illegible] di- [illegible] pos. [illegible] [illegible] [illegible]

Ad murmuratores cõtra festa Sanctorum admonitio S. Mariani subsidio boues reperiuntur.

stitia furis boues abstulerat, qui apprehenso vestigio, & inter infusos aquæ viarum tramites, ad profundas voragines perdito, ad sancti recurrit sepulcrum, fusaque oratione, dum de Basilica fuisset egressus, aduertit hominem per aggerem publicum venientẽ, qui boues illos ante se cum caballo ex itinere lassum, prosequens adducebat. Turbatus enim fuerat à via, & quasi amens factus in illam partem, de qua egressus fuerat: mente turbata redibat. Cognoscitque vir ille boues, quos perdiderat, hos recipiens, hominem absque calumnia redire permisit, quia cognouit hoc sibi per virtutem sancti Mariani præstitum, cum in illa hora reperit perditum, qua eius adiuit plenus fide sepulcrum, quæ postquam gesta sunt, diligentiore cura confessorem Dei plebs cœpit excolere Bituriga.

XIV. *Ob violatas S. Hunegundis à synodo indictas ferias stupendum miraculum.*

Inuita eius apud Sur. 25. Iun. tom. 3. & Bar. to. 20. 954. 6. & seq.

Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo sexagesimo quarto, in ipsis feriis beatæ Hunegundis, in villa, quæ dicitur Sasnulphi, messores frumẽta secabant: eos presbyter illorum crebro reprehenderat, dicens: Se interfuisse Synodo, in qua Rodulphus Nouiomensis Episcopus iussisset sanctæ Hunegundis festum deuotissime celebrari. At illi se excusabant, quod vicinos suos cernerent laboribus insudare. Itaque Rotgildis puella, presbyteri huius (sicut ipse nobis retulit) ex sorore nepris, colligebat spicas, quas illi messores relinquebant. Ecce autem dum se inclinat ad eas colligendas, eam, quam primum sustulit, recenti sanguine madentem conspicit. Admirans vnde esset ille sanguis, reiicit spicam, tollit alteram, tollit tertiam, quartam, quintam & multas alias, & omnes videt sanguinolentas, territa valde currit ad patrem suum, quitum forte in agrũ exierat, indicat quid sibi acciderit. Pater ceu puellari leuitate ductam reprehendit, iubet redire ad cœptum opus, illa vero trepidante, sequitur eam pater, simulque plurimas colligunt spicas cruore madidas. Inquirunt, num quis ex messoribus digito saucio sit. Illis obstupescentibus, & sancte affirmantibus, nullius læsam esse manum, quasdam spicas ad ecclesiam ferunt, offerunt presbytero, remque ei omnem exponunt. Ille ait, nisi certiora afferant documenta, se hominibus incredulis non ausum esse pro concione id indicare. Illo hoc dicente, quasi crassæ quædã lacrymæ ex spicis sanguineæ prorumpentes guttæ in terram decidunt. Tunc ille pœne exanimis effectus præ timore, sicut prius timuerat indicare illud populo: ita nunc multo etiã magis celare timet, nec sua negligentia, tardius ad populi notitiã perferatur: dato igitur signo, populum ad ecclesiam conuocat, eius inobedientiam reprehendit, diuinũ exponit miraculum. Illi audito tam insolito miraculo animis consternantur: ad agendam pœnitentiam se promptissimos exhibent. Deniq; ab ecclesia egressi, circumquaque vicinis suis denunciant, ne

Miraculum insigne ex violatis feriis S. Hunegundis indictis à synodo.

Spicæ ob violatas ferias sanguinolentæ.

Inobedientia populi reprehenditur, & miraculum de spicis exponitur.

deinceps vacent operi, sed ad ecclesiam se conferant rem stupendam visuri. Exterrentur omnes, missa faciunt opera, haud aliter, quam si ob imminentes hostes fugerent, orant supplices, nẽ cœlesti vltione plectantur. Interea rusticus quidam Rotbertus nomine, in eadem villa frumentũ excutiens, dum hæc ad ipsum perferuntur: proiicit è manibus flagellum, promittit se ab operibus cessaturum. Sed homo ineptus, quasi id leuius esset, copas arripit, conuerrit in area frumentum. [illegible] eius obrigescit humiq; prostratus clamat se reum: & illico è vita abiturum. Ea res [illegible] rem auxit, presbyter vero circumq[illegible] discurrens, sanguinolentas spicas vicinarum eccl[illegible] scopis ostendit. Turbantur omnes, conuo[illegible] suarum parochiarum hominibus, cum [illegible] cereis simulo[illegible] pedibus cum votis supplicibus comitante etiam[illegible] cuius brachium obrigauerat, & puella spicas sa[illegible] inolentas ferente, ad monasterium perpetuæ V[illegible] Mariæ, & sanctæ Hunegundis propere cont[illegible] prostrati fatentur culpam suam petunt humiliter, [illegible] pro ipsis Dominum d[illegible] cer tur: quod etiam factum est. Eant iam qui non credunt huic signo, & calumnientur pariter cum eo, quod idem in sanguine patratum est sub Pharaone in Ægypto, nos vero benedicamus Deum qui mirabilis est in sanctis suis, qui dat virtutem & fortitudinem plebi suę. *Benedictus Deus in sæcula, Amen.*

Rustico ob violatum festũ [illegible]

Exod. 7. Psal. 67.

XV. *Fœnum in festo S. Vdalrici Ep. Augustani collectum intus ose intus ambustum, & exterius integrum.*

Baro. to. 10. Annal. an. 993. 8. ex Synod. Rom. in Canon ex tione S. V dalrici.

Solenni ritu relato in Album Sanctorum sancto Vdalrico, eius dies natalis publice cœpta est coli. Quod non nisi Dei voluntate peractum euidens illud miraculum comprobauit: quod inter alia multa post vitam ipsius descripta, sic legitur: Quidam vero homo iuxta Danubium, cum cunctis populus sua sponte natalitium sancti Vdalrici solenniter celebraret, fœnum cum rastellis congregauit in cumulos, diem sanctum spernendo, qui cum altera die cum plaustris veniret, vt hoc in fœnarium suũ duceret, exterius formosum inuenit, cum autem bidenti ligno interius tangeret, totum in fauillas immutatum inuenit, & diem sanctum, quẽ antea celebrare non voluit, postea præ timore contemnere non audebat.

Miraculum S. Vdalrici.

XVI. *Violantes festum S. Ludgeri ceruisiam coquendo puniuntur.*

Exsom. 2. Laure. Surii 26. Martij in vita Ludgeri l. 2. c. 8.

Accidit, vt die quodam, qui sancti Ludgeri primi Episcopi Monasterii natalitio sacer esse debebat, coquendæ ceruisiæ epulisque parandis quidam intenderent, sed ligna in ignem missa stipularum instar momento temporis deuorabantur. Deinde alia post alia igni immissa nullam vim afferre potuerunt: cum tamen operi nihilominus instarent, & summa cõtentione, vt ceruisiæ coctura perficerent, laborarent; tandem oleum & operam se perdidisse

doluerunt, adeo vt ceruisia tantis sumptibus, & sudore parata, gustu nimis amara, effundi debuerit. Ita euidenti iudicio compertum fuit, hunc diem diuinis laudibus in Ludgeri nomine consecrandum esse.

XVII. *Alius etiam pœnas dat, quod eiusdem sanctis festum violasset.*

Idem Sur. in vita eiusdem lib. 2. cap. 9.

Anno igitur sequenti, cum Natalis eius celebritas superueniret, visum est fratribus Monasterij Werdensis, totum illum diem, intermisso opere, diuinis [illegible] celebrare, aliis interim, vt par erat, libertate concessa. Quorum plurimi ex vicinis, exemplo Monachorum sanctitati, simili deuotionis studio ducerentur, quidam vero operibus suis insistendum satius [illegible] contigit, vt fractis aratris nihil profi[illegible] vnde quidam Benno nomine, furore & amentia praeceps, aratro vtcunque restaurato rebris bouibus laborantibus stimulis ad arandum [illegible] infania efferati distractis loris, & in[illegible] lyuas petierunt, nec antequam sane capi potuere, quin [illegible] cum reliquis, ad sancti Ludgeri memoriam [illegible] ens, suę temeritatis & contemptus [illegible] confessus, fratrum pro se orationem supplex impetrasset.

XVIII. *Vltio diuina in eum, qui noluit feriari in festo S. Auiti Abbatis.*

Ex eodem Sur. in

Auitus Abbas Carnotensis, post obitum Aurelianis fuit humatus. Supra cuius corpus fideles ciues ecclesiam construxerunt: quam cum die anniuersarij sui festi vniuersus populus celeberrime visitasset, vnus ex ciuibus contempta Missa, accepto rastro vineam pastinabat, increparusq; à quibusdam, cur ad ecclesiam sancti non accederet, respondit: Quod et[illegible] Auitus cultor vineæ fuerat: moxque sibi manus retorta, & facies ad tergum versa est in admirandum stuporem, qui ad ecclesiam sancti confugit, & in testimonium sanctitatis beati corporis diebus aliquibus sic manens, vt à cunctis videri posset, tandem peccatum confitens, & veniam petens, oransque ad sancti tumulum, post dies modicos liberatus est. Huius sancti festum agitur 6 Kalend. Februarij.

S. Auiti die sacrũ transgrediens graues luit pœnas.

XIX. *Festi diei contemptus igne etiam in ipsis aquis agente vindicatus.*

Pet. Damian. serm. de S. Ruff. Lippo. tom. 8. Sur. tom. 4.

Beati Ruffini corpus summa veneratione colitur, dieſque illi festiuus celebratur, at cum quidam textrinis, ac ruralibus operibus intenti diem ab omni populo cultum contempsissent, Dei miraculo domos, agrosq; ac suppellectilem incendio inuadi conspexerunt, origine ignota: & vt suppellectilem ab igne seruarent, in proximum præfluentem amnem demergebant, recuperaturi haud dubie, ob exiguum amnem: sed quoniam omnia seruiunt Deo, vt vel ignis refrigeret, & aqua, illo irascente, cõburat, illa quidem fluuij aqua partim liquidam seruauit naturam, vt illata demergeret: sed quodammodo humida, alia ratione esse designata est, vt iniecta non humectare, sed igneæ ferocitate posset adurere. Vbi igitur paruit aqua vindici Domino, rursum paruit eidem placato, ij enim ipsi sceleris pœnitentes, cum ad beati Ruffini ædem confugissent, quem læsissent, & incendium restinctum est, & aqua nonnisi frigidum suum consuetum opus exhibuit.

Festi diei violatio igni mirabiliter vindicata.

XX. *Punitur à Deo violans temere ferias S. Francisci Assisinatis.*

D. Bonauen. in vita S. Francisci c. de miraculis p. 8.

In Pictauiæ partibus, in villa, quæ Simo dicitur, Sacerdos quidam Reginaldus nomine, beato Francisco deuotus, festũ ipsius parochianis suis indixerat solenniter celebrandum. Vnus autem de populo ignorãs sancti virtutem, sui parui pendit sacerdotis mandatum. Egressus autem foras in agrum, vt ligna succideret, cum se præparasset ad opus, vocem audiuit huiusmodi, ter dicentẽ: *Festum est, operari non licet.* Verum cum nec imperio sacerdotis, nec supernæ vocis oraculo ferulis temeritas frænaretur, addidit diuina virtus, ad gloriam sancti sui, sine mora miraculum, & flagellum, mox enim vt furcam vna manu iam tenens, alteram cum ferreo instrumento leuauit ad opus, sic diuina virtute vtraque manus vtrique instrumento hæsit, vt ad neutrius dimissionem digitos aliquatenus relaxare valeret. Ex quo stupefactus nimis, & quid ageret nescius, ad ecclesiam, multis vndique ad videndum prodigium concurrentibus, properauit, vbi mente compunctus ante altare, quodam ex assistentibus sacerdote monente (plures quippe ad festum vocati conuenerant sacerdotes) beato Francisco humiliter se deuouit, tria, sicut ter vocem audierat, vota vouens, quod scilicet festũ ipsius coleret, quod ad illam, in qua tunc erat, ecclesiam infesto veniret, & quod sanctũ corpus personaliter visitaret. Mirum certe relatu, vno emisso voto vnus digitus factus est liber, ad secũdũ emissionem solutus est alius, sed tertio facto voto, laxatus est tertius, & postmodum tota manus, necnon & altera, subsequente populo, qui iam multus aduenerat, sancti clementiam deuotissime imploranter. Sic homo pristinæ redditus libertati, per seipsum instrumenta deposuit, cunctis laudantibus Dominum Deum, virtutemque sancti mirificam, qui tam mirabiliter percutere poterat & sanare. Ipsa vero instrumenta vsque hodie coram altari ad honorem beati Francisci fabricato, ibidem in memoriam sancti dependent.

Sanctorum feriis operari illicitum.

Pœna violantis diem diuo Francisco sacrũ.

Vouens colere festum B. Francisci à pœna, qua tenebatur, liber fit.

XXI. *Pœna laborantis in festo S. Francisci Assisinatis.*

Ex eodem Bonauentura ibidem p. 5.

Apud Viterbum partui proxima mulier, morti propinquior censebatur, visceralibus tormentata doloribus, & tota calamitosa infortuniis mulierum: cumque naturæ succumbente virtute omnis deficeret artis industria, inuocato beati Francisci nomine liberata confestim mulier partum salubriter terminauit. Sed assecuta quod voluit, & oblita beneficij, quod accepit, honorem sancto non deferens, die natalis ipsius ad opera seruilia manus extendit: & ecce subito dextrum brachium ad laborem extensum inflexibile remãsit & aridum. Quod cum conaretur ad se reuocare, cum altero, vltione consimili, & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier

Ingratæ mulieris infelix brachia.

Voto nuncupata arida reuiuiscũt mẽbra.

mulier redintegrauit votum, vsumque membrorum, quem propter ingratitudinem amiserat & contemptũ, per misericordis & humilis sancti merita, cui se iterato deuouit, recuperare prometuit.

XXII. *Opificum labor in feris S. Othmari Abb. Sangallensis irritus.*

In vita eius apud Surium tom. 6. Nou. 16. & Walafrido Abb. Augiensi.

Deuota fratrum sancti Othmari Abbatis cõgregatio iussionibus Episcopi obtemperans, cum Dei laudibus insistendo, nocturnalis officii solennia decenter peragerent, diemque ipsum omnes infra monasterium constitutos, in honore sancti Othmari feriari decerneret, ex ministerio cellarii, tres lignorum opifices, qui in artis huius peritia cæteris etiã videbantur esse præstantiores, ex præceptoris sui iussu in cellam, quæ est super Monasterium constructa, laboraturi succedunt, ibique dolium quoddam, vetustate & incuria dissolutum, coniungere incipiunt. Collectis vero in vnum tabulis, cum primo fundum illius esset satis difficile, nec vllo penitus ingenio per totam fere diẽ laborantes, eas cõstabilire prævaluerunt, mirumque in modum semper à stationis suo loco resilire, omnemque artificiosæ manus copulationem videbatur respuere. Tũ ipsi opifices inclinata iam die, videntes laborẽ suum in nullo proficere, iniuste se egisse cognoscunt, & post vesperam ad monasterium redeuntes, prostrati in ecclesia, suam sibi stultitiam non imputari veniam precando deposcunt.

Punitur quorundã temeritas violantium diem festũ S. Othomari. Victorũ labor irritus & pœnitentia.

XXIII. *De festis diebus lege Theodosii iunioris Imperatoris sanctificandis.*

Lib. 5 de Spectaculis Cod. Theod. apud Baron. to. 5. an. 415.

Dominicus qui septimanæ totius primus est dies, & Natale, a que Epiphaniorum Christi, Paschæ, & in quinquagesimæ diebus, quamdiu cœlestis lumen lauacri nitentia nouam sancti baptismi lucẽ vestimenta testantur: quo tempore & memoratio Apostolicæ passionis totius Christianitatis magistræ à cunctis rite celebratur: omni Theatrorum atque Circensium voluptate per vniuersas vrbes earundem populis denegata; totæ Christianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupentur. Atne quis existimet in honorem numinis nostri, veluti maiore quodam Imperialis officii necessitate compelli, & nisi diuina religione interrupta, spectaculis operam præstet, subeundam forsitan sibi nostræ serenitatis offensam, si minus circa nos deuotionis ostenderit, quam solebat: nemo ambigat, quod tũc maxime mansuetudini nostræ ab humano genere defertur, cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuersi obsequium orbis impenditur. Hæc idcirco, inquit Baronius, quod in spectaculis coronare solerent imagines Imperatorum, & faustis eas acclamationibus prosequi, quibus quidem ob propensiorem Dei cultum festis diebus exhibendum, Imperator volens libensque carere voluit.

Ludi theatrales diebus festis interdicti.

Honorem Dei suo loge præfert Theodos.

(O)

TIT. III. De Cantu Ecclesiastico & spirituali.

In historia Regum legitur Psaltes Dauid spiritum malum à Saule sene citharæ sono profligasse. 1. Reg. 16.

Deus approbauit cantum: cum Elisæus à Iosaphat consuleretur, iussit ad se adduci cantorem. Quo canente facta est statim super eum manus Domini. 4. Reg. 4.

EXEMP. I. *Vt per cantum Ecclesiasticum conuersus sit Augustinus ad Catholicam fidem amplectendam.*

CAntus ecclesiasticus inter alia effecit causa Augustini conuersionis ipsius Augustini, cum quando in ecclesia Mediolanensi cantus suauitatem audisset, ita de[illegible]cibit: Quantum fleui in hymnis & canticis tuis suauiter sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter! voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meũ, & exæstuabat affectus pietatis[illegible]rebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis. Et libenter adducor, aiebat, cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, vt per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis assurgat. *Idem Aug. lib. 9. Confess. cap. 33.*

II. *Psalmorum & Hymnorum cantus in Ecclesia Dei cum institutus.*

Cum Iustina Imperatrix Valentiniani pueri mater ab Arianis seducta, Ambrosium Mediolanensium Episcopum persequeretur; tunc, inquit Augustus, excubabat pia plebs, in ecclesia mori[illegible] cum Episcopo suo seruo Dei, tunc Hymni & Psalmi vt canerentur, more Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum fuit: & ex illo tempore in hodiernum retentum, multis iam & pœne omnibus gregibus & per cætera orbis imitantibus. *Idem Aug. lib. 9. Confess. cap. 7.*

III. *De energumeno prope Hipponem Hymnorum virtute valetudini restituto.*

In villa Victoriana non procul ab Hippone, memoria Martyrum est Mediolanensium Gerualii & Protasii: Eo portatus est quidam adolescens, qui cum die medio, tempore æstatis equum abluereret in fluminis gurgite, dæmone incurrit. Ibi cum iaceret vel morti proximus, vel simillimus mortuo, ad vespertinos illuc Hymnos & orationes cũ ancillis suis, & quibusdam sanctimonialibus ex more Dominæ possessionis intrat atque Hymnos cantare cœperunt. Qua voce ille percussus & excussus est, & cum terribili fremitu altare apprehensum mouere nitens, siue non valens, tanquam eo fuerit alligatus aut affixus tenebat: & cum grandi eiulatu parci sibi rogans, confitebatur vbi adolescentem, & quando & quomodo inualerit. Postremo se exitium esse denun- *Idem Aug. lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 8.*

Adolescens à dæmone vi hymnorum liberatur.

denuncians, membra eius singula nominabat, quę se amputaturum exigens minabatur. Atque inter hæc verba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fusus, tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, torumq; eius medium, quod nigellum fuerat, albicauerat. Quo viso, qui aderant, concurrerant autem etiam alii vocibus eius acciti, & se omnes in oratione pro illo strauerant, quauis eũ sana mente stare gauderent: rursus tamen propter oculum eius cõturbati medicum quærendum esse dicebant. Ibi mari[illegible] sororis eius, qui eum illo detulerat, [illegible]it, Deus sanctorum orationibus, qui fugau[illegible]nem, lumẽ ei reddere. Tunc, sicut potuit, [illegible]lum lapsum atq; pendentem, loco suo reuoc[illegible] ligauit oratio, nec ipsi post septem [illegible] esse soluendum. Quod cum feciſſet, [illegible]inum inuenit.

IV. *Piis & sacris cantionibus [illegible] excipoſuit B. Ambroſius, populum in hæreſi [illegible]apſum ad Eccleſiam reuocauit.*

S. Ambroſius [illegible]ſ[illegible]lani, cum Ariani ſuis Pſalmis & [illegible]ulos peruerterent, illos hymno[illegible]poſuit, quibus Eccleſia vritur in officio, quibus & reuocauit populum ab Arianis ad Catholicam Eccleſiam. Qua de re conquerenti Auxentio Epiſcopo Ariano ſic reſpondit: Hymnorum quoq; meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo. Grande carmen iſtud eſt, & quo nihil potentius. Quid enim potentius quam confeſſio *Trinitatis*, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes ſtudent fidem fateri, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum nosſe [illegible]rſibus prædicare. Facti ſunt igitur omnes magiſtri, qui vix poterant eſſe diſcipuli.

Leo lib. [illegible] [illegible]am tra[illegible]uaret.

V. *S. Ephrem Edeſſenus rythmos componit Catholicos decantandos, ad expungendos eos, quos Harmonius fecerat.*

Harmonius Bardeſanis, qui nominis ſui hæreſim inſtituit, filius Græcis diſciplinis ſatis eruditus patris vocibus legitimis modis muſiciſque numeris inclusis, ordine circulari eas cani inſtituit: quos ex eo tempore hucuſq; Syri pſallentes vſurpant: non illi quidem carminibus ipſis, ſicuti ſunt ab illo prodita, ſed ſonis tantum eorum vtentes. Nam ille ad paternam delapſus hæreſim, eademque cum Græcis de animæ & corporis interitu, necnon de futura regeneratione opinatus, eiuſmodi doctrinas lyricis modulis aſperſit. Cæterum Diuus Ephrem [illegible]ve cognita, quamuis Græcarum artium expers Harmonii numeros moderatus eſt: atq; eiuſdem modulis, carminibus eccleſiaſticæ ſententiæ conſonis, adiectis, Syris ad hoc vſque tempus ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat & laudes præterea virorum, qui inſtituto Deo placuere, cauit, ad Harmonii carminũ leges compoſuit: a quibus, vt equidem puto, peræmulationis ardorem, poſteriores eccleſiæ cantores modulorum formulas mutuati, magis etiam atque magis augere atque propagare eas ſunt aggreſſi.

Niceph. Call. hiſt. Eccl. lib. 9. cap. 16.

Harmonius hæreticus dogmata ſua rythmis compoſita ad lyræ [illegible]lama-ſtat. Hæreticorum cantum explodit S. Ephrem Syrus.

De quodam fratre, cui canendi donum fuit diuinitus conceſſum, vide venerabilem Bedam in hiſtoria Gentis Anglorum lib. 4. c. 24.

VI. *D. Iohannes Chryſoſtomus impias Arianorum Hymnodias & progreſſiones piis Pſalmodiis exterminat.*

Niceph. Calliſt. lib. 13. hiſt. Eccl. cap. 8.

Populus Conſtantinopolitanus nocturnis matutiniſque Hymnis maximia alacritate incubuit, ex eiuſmodi primum cauſa. Ariani ſub Theodoſio ſacris ædibus expulſi, extra vrbis mœnia eccleſias conuentuſque ſuos agebant. Pius autem nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atq; in choros ſuos ſegregati, carmina quædã alternis Antiphonarum modo ſibi inuicem reſpondentia, ad hæreſis ſuæ placita accommodata, concinne canebant, & noctem multã in eiuſmodi pſalmodia conſumebant. Sub auroram autem publice eadem concinnentes, extra vrbem in ea, vbi eccleſias habebant loca procedebant. Faciebant id maxime ſolennioribus feſtorum dierum temporibus & prima eademque vltima hebdomadis die, quam Dominicam vocamus: quibus temporibus etiam ſynaxes in eccleſiis fieri ſolent. Poſtea vero cantus tales ad contentionem quoque inſtituebant. Vbi nam ſunt, dicentes, Qui Trinitatem eiuſdem ſubſtantię & eiuſdem honoris colunt? Hæc & alia præterea eiuſmodi verba carminibus aſpergebant. Sed Ioannes, ne aliqui ex eccleſia ſua eius generis cantibus delapſi ab illis ſeducerentur, ad eundem modum contra illos Pſalmodiam ſuam inſtituit. Et breui ea celebrior, quam aduerſariorum eſſet, facta eſt: vt quæ & multitudine, & honorifico progreſſu illos ſuperaret. Nam eam cruces argenteæ cereos incenſos habentes præibant, Eudoxia Imperatoris coniuge impenſas ad eam rem præbente, quæ hoc Briſoni cubiculi ſui Præfecto iniunxit, vt Hymnorũ cantus procuraret, & ad eum vſum quam plurimum lucernarũ pararet. Quare Ariani ad æmulationis ardorem perciti ad vindictam ſe contulere, & manus cum noſtris conſerere ſunt aggreſſi: vnde non pauci vtrimque ceciderunt: & ipſe Briſon cubiculariorum princeps in fronte lapide ictus eſt. Hat vero de cauſa commodus Imperator tales Arianorum proceſſiones ſiue conuentus ſuſtulit.

VII. *Vt per pios cantus amatoria & impudica cantiones è populo Dei excludantur.*

P. Horatius Turſellin. in vita P. Xauerii li. 1. cap. 30.

Piæ & ſanctæ cantiones non modo hæreticas, ſed impudicas, exterminant: fit enim vt populus qui facile hac delectatione priuari non poteſt, dum occupatur piis cantibus, contemnat & obliuiſcatur impios & vanos. Notat id accidiſſe in Indiis P. Horatius Turſellinus in vita beati Franciſci Xauerii. Quippe, inquit, hic mos ita percrebuit, vt paſſim in ſchol[illegible]s, in viis, in compitis, in tectis, agris, nauibus

nibus, pro ineptis ac vecordibus cantilenis, Christianæ disciplinæ rudimenta iucundissime, & audiantur, & canantur. Quocirca iam vsu venit, vt vix dum balbutientes infantes, carmina illa magna ex parte percepta, cantitare gestiant.

VIII. *Ob cantum pium & sanctum carcere liberatur Theodulphus Episcopus Aurelianensis.*

Guliel. Durand. lib. 6. de diuin. off. ca. 67. nu. 6.

Theodulphus Aurelianensis Episcopus apud Ludouicum Imperatorem Caroli Magni filium falso à quibusdam suis æmulis accusatus, ab eodem est Andegauis carcerali custodiæ mancipatus. Cumque Dominica in ramis palmarum, & in passione Domini iuxta domum, in qua custodiebatur, processio de more transiret, ille fenestra aperta, factoque silentio, hos pulcherrimos versus à se editos, scilicet, Gloria, laus, & honor tibi sit Rex Christe redemptor: Cui puerile decus prompsit Osanna piũ, Israel es tu Rex Dauidis, &c. præsente Imperatore cantauit. Cui in tantum placuerunt, quod mox illum à vinculis absoluit, & Episcopatum ipsi restituit: atque eos versus hac die in fine processionis cantari instituit.

IX. *Pijs modulationibus pueros ad Catechismum allicisbat P. Franciscus Xauerius Indorum Apostolus.*

Lib. 2. vitæ eius cap. 3.

Hac industria vsus est B. Franciscus Xauerius in re Catechistica, vt habetur in vita eius: Vir vere sanctus, humanæ salutis, quam laudis auidior, nouas iam subinde excogitans hominum iuuandorum rationes, ad o[illegible]nia descendebat. Homo id ætatis, & auctoritatis vibes, plateasque cum tintinabulo circuibat, adeoque nihil quod Deo gratum, hominibus salubre, sibi indecorum ducebat, & ad viarum compita subinde tali carmine incolarum pietatem excitabat: Fideles Christiani liberos vestros seruosque pro vestra in Christum pietate, ad Christianam doctrinam dimittite. Ad hanc rei nouitatem, maximi puerorum & mancipiorum, vndique sese proripientium, aliorumq; hominum concurrebant greges, quos ille omnes in ædem B. Mariæ quasi agmine ductos, Catechismum modulans docebat, ratus pueros cantus suauitate deliuitos, & libentius conuenturos ad audiendum, & facilius illa tanquam carmina memoriæ mandaturos. Quod vtrumque rei euentus probauit.

TIT. IV. De choreis.

Exod. 31. *Filij Israel ducentes choreas Deum grauissime offendunt.*

Iudic. ca. 21. *Filij Benjamin rapiunt virgines ducentes choreas in solennitate Domini.*

Tob. 3. *Sara vxor Tobiæ iunioris nunquam cum ludentibus miscuit se, neque eorum, qui in leuitate ambulant, particeps fuit.*

EXEMP. I. *Saltatricis filiæ Herodiadis obitus perquam acerbus.*

Niceph. Call. libr. 1. hist. Eccl. cap. 20.

FVribunda adultera incestaque adeo illa, quę quidem Herodis habebatur, reuera autem Philippi erat coniunx, vita longius acta, quum prius filiam & saltatricem acerbo fato sublatam vidisset, deinde ipsa quoque decessit: futuri sæculi iudicio & supplicio reseruata, meras ibi quam citiss[illegible]e diuinæ iræ fæces, intolerabilisque indignati[illegible] cem haustura. Filiæ autem ei[illegible]gnus enim est qui memoriæ commendetur) talis[illegible]obitus. Eundum ei quopiam brumali tempore e[illegible] & fluuius traiiciendus, qui cum glacie constrict[illegible] tatusque esset, pedes cum transibat: glacie[illegible] rupta, id[illegible] non sine Dei numine, demergitur illa statim capite[illegible] lliusque se mouens saltat, non in terra, sed in vn[illegible] caput vero scelestum frigore & glacie concretu[illegible] deinde etiam conuulneratum, & à reliquo corp[illegible]re [illegible] ferro sed glaciei crustis resectam, in glacie [illegible] lem exhibet: spectaculoque eo omnibus [illegible] ro, in memoriam ea, quæ fecerat, spectantibus reuocat.

Herodiadis mors. Filiæ [illegible] eius [illegible] cis [illegible] cerbus. Per quæ quis peccat, per eadem [illegible] ha[illegible] que [illegible] dat.

II. *Choreas ducentes loco & tempore sacro annum integrum perseuerant.*

Io. Trith. in Chron. mo[illegible] Fuldens. Albert. Crantz. lib. 4. Saxon. ca. 3. & Bredem. libr. 1. Colla. ca. 59. Gilbert. Gemeb. l. 4. Cor. sub an. Dom. 1012.

Imperante Henrico secundo, anno salutis humanæ millesimo duodecimo, cum Rupertus presbyter ecclesiæ sancti Magni martyris in Saxonia primam in nocte Natiuitat. Domini Missam inchoasset, quidam Othertus laicus cum aliis viris quindecim & fœminis tribus choream ducens in cœmeterio, secularibusq; perstrepens cantilenis, celebrantem nõ mediocriter distractum fecit. Quibus cum sacerdos mandaret per ædituum, vt tacẽtes ab huiusmodi ineuitatibus in nocte tam sancta desisterent, illiq; præcipienti non obtemperarent, commotus ille stãs ad altare sacrosanctum dixit: Faciat omnipotens Deus, vt per vnum annum totum sic saltantes manere vos oporteat. Mirabile dictu, quia imprecantis vocem sequutus est illico effectus, ita per totius anni spatiũ saltabant sine intermissione die ac nocte, non edebant neque bibebant, absq; somno manebant, non pluuia super eos cecidit, non frigus, non labor, eos nec lassitudo affecit. Nulli, quantumlibet interroga ri, quicquã loquebantur, vestimenta & calceamenta non trita[illegible] primo quidem vsq; ad genua, deinde vsque ad femora, terræ sub pedibus conculcatæ videbantur immersi: filius quoque ipsius sacerdotis cum sororem suã accepto brachio de medio saltantium vellet cum violentia educere, brachium eius de corpore abstulit: illa autem quasi nihil passa nec dolorit, nec emisit vocem, nec vna quidẽ gutta sanguinis distillauit, sed choreã continuauit cum reliquis inceptam. Anno tandem euoluto sanctus Heribertus Archiepiscopus Colonien[illegible] ad cœmeterium

Imprecatio sacerdotis quantę virtutis.

venit

venit, & saltantes à maledicto absoluit, introductosque in ecclesiam Domine reconciliauit. Equibus fœminæ mox obierunt: virorum quidam in breui, qui etiam miraculis post mortem claruisse feruntur, quippe qui duram satis pœnitentiam egerint. Reliqui vero, quibus viuere diutius licuit, tremore membrorum quid passi fuerint, ostenderunt.

III. *De muliere choreis addicta infeliciter mortua Mechlinia.*

Tho. Cantip. lib. 2. Apum. ca. 49. n. 2.

In vill[illegible] Brabantiæ (vt mihi frater Ordinis Prædicatorum [illegible] retulit) mulier procax & vana erat, quæ in [illegible]ni festo choreas coniungere consueuerat. [illegible]t factum est, vt iuuenibus viris ad [illegible] choream ludentibus, vni eorum pilam [illegible]anti, baculus de manu sambucalis euaderet, & dictam mulierem ducentem choreas percussam in capite mox necaret. [illegible]erunt omnes confusi sunt, & corpus ad [illegible]num propriam detulerunt, & inferetro posu[illegible]t. Presbytero autem cum clericis dicturo [illegible]s [illegible]aliente, ecce taurus niger venimus, im[illegible]ssius, cum mugitu accurrēs, feri[illegible]cum corpore deiecit, cornibusq; illud dissipans membratim confodit, ita vt visceribus hinc inde dispersis, fœtor intolerabilis spargeretur. Fugientibus ergo cunctis, cadauer laceratum, vsque in crastinum solum relinquitur, quousq; scilicet, euaporato fœtore, proximi eius intrare possent ad corpus, & sublatum extra cœmeterium sepelire.

Choreis & ludictis addicti homines 50. arripiuntur à dæmonib. per annū.

IV. *De trepidantibus submersis, & muliere saltatrice subito mortua.*

Cæsarius lib. 8. cap. 1. ar. 14. & p. 5.

In Gallia iuxta Laudunum, sicut à presbytero villæ percepimus, quidam chorisantes saltibus super pontem, disiecto subito ponte fortissimo, in aquis validis totaliter sunt submersi. Vidi & ego adhuc puer, in choreis procaciſſimam saltatricem, quæ me præsente post choreas insolenter cum adultero luctabatur, & cum cessasset, subitanea morte percussa miserabiliter expirauit.

V. *Quinquaginta & amplius refractarij in die festo chorisantes à dæmone corripiuntur.*

In vita S. Eligij Episc. Noviomensis lib. 2. c. 20. apud Sur. 1. Decemb. ex B. Audoeno Præsule Rothomagensi eius æqualis.

Cum aliquando dies natalitius beati Petri Apostoli haud procul Nouiomensi oppido in vico quodam celebraretur, beatus Eligius illic suo more constantissime prædicabat verbum Dei: dicebatque, profligandos & exterminandos esse cunctos dæmonum ludos, nefandas saltationes atque choreas, vanas quoque & impias superstitiones. Sed ea verba præcipui eius locis habitatores indignissime ferebant, & legitimas, vt ipsi putabant, consuetudines eorum abolere vellet. Tractarunt tunc quidā impij inter se, præsertim è familia Erchinoaldi, qui erat palatio præfectus, de nece sancto Eligio afferēda, si pergeret ipsorum rugas insectari. Quod vbi ille cōperit, martyrij incēsus desiderio, vna duntaxat Diacono, & duob. fidelibus sibi adiunctis, reliquis domi manere iussis, oc[illegible]yus eo profectus est, & per medias turbas transiens, in edito quodam loco, ante basilicam maiori instantia prædicabat, acriter obiurgans illos, quod spretis salutaribus monitis, vsque adeo dæmonum ludibriis dediti essent. In iis verbis admodum commoti, conuitiis & contumeliis eum proscindebant, mortem ei minantes, atq; dicentes: Nunquam tu, Romane, licet crebro eas taxes, nostras poteris abrogare consuetudines: sed eas nos mordicus retinebimus, nec vllus mortalium tollet nobis gratissimos ludos. Tum ille nihil se proficere cernens, retinditate permotus Dominum Iesum toto pectore orauit, vt permitteret homines improbos, qui tā audacter contra eius præcepta venirent, & dæmonibus petulanter obsequerentur, ab iis ipsis obsideri: vt vel sic cognoscerent, quorum operibus delectarentur, & homines fideles propensius laude & prædicatione ipsius Christi nomen efferrent. Dixit, & confestim permulti, ij præsertim, qui manus ei iniicere moliebantur, à dæmonib. arrepti, multis modis debacchari cœperunt. Ea re valde territi omnes, qui aderant, ad hominis Dei se vestigia abiiciebant, veriti, ne similia paterentur: promittebantque se dictis eius omnibus audientes fore. Ad quos vir beatus: Ne timueritis, inquit, sed iustum Dei iudicium laudate: dignum est enim, vt qui eius iussa contemnunt, ad tempus illis traditi, quos amāt, sentiant magistros suos, quos colunt. Vos autē si Christi præceptis libenter parere vultis, nihil timeatis hos latrunculos. Multis autem rogantibus, vt pro eis Dominum deprecaretur: Sinite, inquit, reipla experiri illos, quibus hactenus morem gesserint. Atq; ita illo tanto vsq; ad anniuersarium eius solennitatis diem, manserunt illi obsessi à dæmonibus. In ipsa autem solennitate, iussit eos omnes exhiberi palam, porrigensque eis aquam benedictam, illico curauit illos. Erant sane homines amplius quinquaginta: cumque eos probe instituisset, & grauiter obiurgasset, sanos à se dimisit.

Consuetudines do praua æmolitur.

Latrunculi dicuntur dæmones.

Aquę benedictæ vis.

VI. *Choreas ducentes innumeri perempti omnes præter sponsos.*

Albertus Crantz lib. 12 Vandal. hist. tom. 14 Magiolus Colloq. 4. §. th. an. Dom. 1440.

Sæpenumero accidit, vt sponsi diuinum matrimonij sacramentum, vti oportet, excolant, & ij, qui nuptias eorum celebrant, culparum nexibus sese illaqueent. Vnde in eos diuina prouenit vltio, cum Dei gratia sponsis affulgeat. Agebantur Qualenses in Lubeca nuptiæ, aderatq; frequentissima virorum, mulierumque multitudo choreas ducens: ignis incognita origine domum inuadit, perimuntur ab eo centum octoginta vtriusque sexus: soli sponsi nudi è lecto euasere incolumes. Vnde datus est prouerbio locus, Nuptiæ scilicet Qualenses.

Nuptiæ Qualenses, quæ,

VII. *Clericus choreæ addictus sibi, & aliquot alijs inde vitæ filum abrumpit.*

Idem Crantz li. 10. Metro. c. 23 & l. 10. Saxon. cap. 5.

Ludouicus Marchio Misnensis, ab Halberstadense ad Bambergensem, hinc ad Magdeburgensem Archiepiscoparum euectus, choreas & carmina nō omisit: plus in eo valebat patrius mos, quam Christi religio,

religio. Ad dies carnispriuij vocauit ministerialium suorum puellas & matronas in oppidum Caluen, ipseq; primus in prætorio spatioso choreis intererat, fœminarum restim ducens. Die lunæ ad horam vesperam apparuit ignis in camera leuissimus, qui vel à puero restingui potuisset. Nemo occurrebat, sed ad gradus festinabant vniuersi tanta contentione, vt pondere victa domus, crepitu ingenti edito, subsideret, & per scalas lapideas Archiepiscopus, manu tenens dominam, cum trecentis aliis rueret, & postera die moreretur. Ex reliquis tres soli periere.

Choreæ ecclesiasticis noxiæ.

VIII. *Ducenti chorizantes Traiecti in flumine perierunt.*

Sub Rodolpho I. cum Traiecti, iuuenes, puellæ, viri & fœminæ choreas ducerent in ponte frequentes, & venerabile Christi sacramentum deferretur, nec illi prosternerentur, intenti vanitatibus, mox ponte decidente, ducenti prope mortales perierunt.

Idē Cranz. lib. 8. Metropo. cap. 39.

IX. *De sorore S. Damiani Cardinalis ob cantilenam in chorea auditam diu castigata.*

Legitur de sorore sancti Damiani, quod ob delectationem nimiam, quam habuit in cantilena ex cubiculo in choreis audita, octodecim diebus punita sit pœnis purgatoriis, vt ipsa postea cuidam sancto reuelauit.

Florēt. Harthemius Carthus. lib. 2. Institut. Christian. cap. 23. & Matthias Felisius in Decalogi Præcept. 3 ca. 14. Carol. Sig. li. 20. de Regno Italiæ ann. 1268.

X. *Choream graues aliquando rixas adferre.*

Becatelli & Salæ seuo inter se certamine conflixerunt. Causam rixæ attulit Bartholomæus Becatellus à Hieronymo Sala, quem præire in ducenda chorea voluit, in fa[illegible] sauciarus. Concursu ab vtrisq; familiis illico facto, ac certamine inito, multi vtrinque occisi ac vulnerati sunt, maiorque nimirum subsequuta cædes fuisset, nisi Albertus prætor, cum cohorte sua intercurrens sæuientem seditionis flammam compescuisset, ac Hieronymum comprehensum in carcerem coniecisset, vbi eum tamdiu habuit, donec pace composita, in gratiam ipsæ inter se familiæ redierunt.

Chorea rixarū causa.

XI. *De spectro nudo tripudiare viso in medio choreæ.*

Alexander III. Scotorum Rex, senex, quum tertio vxorem sibi desponderet Druydum Comitis filiam, & noctu festum celebraretur, vidit cum aulica familia mortuum in fide choreæ carnibus exutum saltantem. Quod cum Rex cæteriq; animaduerterent, attonitri primum substitere: deinde omen auersati non solum tunc, sed & in posterum dimiserunt nuptiales iocos. Nec inaniter hoc visum: nam eodem anno Rex insidens equo impotenti, excussus & occisus est. Inde etiam clades & seditiones ortæ, quę florentissimum alioqui regnum euerterunt. Sub annum Domini millesimum ducentesimum quinquagesimum hæc contigerunt.

Ex Hectore Boethio in Scoticis Annal. Renatus Choppin. de sacra Politia lib. 3.

XII. *De pœna ciuili à magistratu illata in quosdam mercatores Lutheranos fœdissime tripudiantes.*

Hoc vnum præterea in æternum commendatio-

Olaus Magnus Episc. Vpsalensis, Suetiæ & Gothiæ Primas lib. 15. hist. de Gentib. Septemtrion. cap. 11.

nem Regiæ ciuitatis Gedanensis terræ Prussiæ versus Aquilonem, hic afferre licebit, quod circa annū Domini M.D.XXX. contigit. Quidam impurissimi mercatores, Lutherana licentia præsumptuosi facti, numero septem, cum tot meretricibus nudato sexu choream (quam Adæ Euæque vocabant) præmissa turpissima saltatione instituere conan[illegible] in ipso exordio iussu Magistratus capti, & ad pub[illegible]am Iratuā ignominiis plenam, vehementissimi[illegible] chordis, ac asperrimis virgis cæsi, bonisq; omni[illegible] priuati, extra dominia eorum, & portam ciui[illegible] ... victorum educti, perpetuo sunt [illegible]ti, domusq[illegible] solo æquata, sub lege annexa: ne qu[illegible]am vllo vnquam tempore inhabitaret. Fundus, [illegible]mus hæc cuidam mercatori famosissimo, Iacob[illegible] nomine, [illegible]rinebat, quam aliquoties vidi.

XIII. *Tibia canente [illegible]no tibicine ante eum dæmon visus est saltare.*

Quod histrionibus & [illegible] canentibus applaudant dæmones, per generalem [illegible]e sanctum virum Gosuuinum Dominum de Veipia, [illegible] in ducatu Brabantiæ veraciter accepi. Habebat [illegible], vt mihi retulit, famulum quendam nocturnæ custodiæ deputatum: qui obscœnus nimis & lubricus, congregationes puellarum ac iuuenum, tibia canens & fistulis, faciebat. Hic cum semel vespere tibia caneret & gesticulationibus ac saltibus concreparet, vidit dictus miles manifestissime dæmonem cornutum, villosum, vibrantibus & igneis oculis ante tibicinem saltare, & secundum motum illius motibus diuersimodis congaudere. Hoc igitur cum seruo Dominus intimasset, & ille nollet desistere a damnabili ludo, & maxime in prouocatione in obscœnis carminibus puellarum, dimisit eum ac repulit. Ille vero post paucos dies reproba morte percussus vitam miseram terminauit.

Tho. Cant. [illegible] ... cap. 49. p. 21.

Dæmon saltans ante tibicinem obscœna canentem.

Tibicinis mors infelix.

XIV. *Tibicen a ius fulmine percutitur, & brachium eius à dæmonibus asportatur.*

Ad occasionem vero hominum qualiter permittente Deo cooperentur dæmones, audiamus. Marchia in Flandriæ atque Brabantiæ districtu villa populosissima sita est, in qua dedicatio celebrata multos ad spectacula & ad lusum traxerat. Inter quos vt à magistro Guilelmo, bono & literato presbytero, & de eisdem patribus nato, percepimus: quidam tibicen erat, qui Chorisantes iuuenes & puellas saltationibus & gesticulationibus suis ad carmina obscœna & turpia concitabat. Hinc cœlo nubib. circa veseras obscurato, quiq; ad propria redierunt. Solo autem tibicine nondum lusibus satiato, per viam ad solita remeante, ac canente tibia, & saltante, & posteriorum sonitibus turpiter insonāte, duo pueri pastores vbi coruscationes & tonitrua imminere viderunt, ad dumeta fugerunt, & eis videntibus in tibicinem fulmen cecidit, & extinxit, & eius brachiū amputauit. Nec mora, viderunt pueri, quod duo nigerrimi

Idem Tho. eod. lib. c. 57. part. 4.

Tibicen obscœnus fulmine perit.

gerrimi canes ex insperato venerunt, & inter se pendulum extincti brachium deportarunt. Hæc post tonitrua nunciantibus pueris amici venerunt, & cadauer mortui ad propria detulerunt. Mane autem, dicente presbytero, quia in atrio fidelium sepeliendus non esset, quem in ludis turpibus tam notabiliter tonitruum occidisset, responderunt amici: Etsi extinctus sit tonitruo, tamen ad dedicationem ecclesiæ peregrinus cum aliis occurrit. Permisit ergo presbyter, et volens, vt in atrio sit sepultus. Et vide rectitudinem diuini iudicij. Mane facto sepulcrum patens inuenerunt, & loculus, in quo iacuerat, vacuus & iectus. Cadauer vero, vt optime credi potest, sicut brachium, à dæmonibus asportatum. Cauendum ergo, lector, quod tali vindicta digni ceciderunt eos, patiente Deo, tales semper casus non puniat, qui turpibus ludis & [illegible] sacra fidelium atria & ecclesiam inhonorant.

Eius cadauer diuinitus loco sacro eiectũ. Brachium à dæmonibus asportatum.

XV. *Vtile consilium ad dissuadas choreas.*

In vrbe Nolana [illegible] Bacchanaliorum dies, quos peruersa [illegible] consuetudo omni impunitati [illegible] dicauit, quidam è nostris concionabundus, cum in medium ludicrum, quod tum dabatur à personatis, se iniecisset, totam repente multitudinem à spectaculo auertit: vt ipsi quoque ludiones, personis positis, cæteram turbam sequi in templum non dubitarint: sic partim concione, partim aliis diuinarum rerum occupationibus totus ille traductus est dies. Nec minus feliciter de nostris alter in pago proximo, cum personati in foro plurimi confertis inter se manibus choreas ducerent, cæteraque paganorum turba ludicro esset intenta, Christi cum effigie in crucem acti sese immisit in medium: & tũ orationis vi, tum specie ipsa redemptoris ita perculit vniuersos, vt illico ad genua ingenti cum detestatione facti procciderint. Iussit eos Pater, pœnarum loco, symbolum Apostolicum clara voce pronunciare. Inde ad ædem nostram, quæ mille passus abesset, vniuersa multitudine comitatus ascendit. Ibi plurima animarum expiatio facta est.

lib. an. Soran. Nap. & Gol. in Natal.

TIT. V. De personatis, & infausto eorum successu.

EXEMP. I. *De misera morte quatuor personatorum.*

CElebrabantur in aula Regis Galliæ Caroli VI. cuiusdam nobilis festiuitates nuptiales. Rex animi recreandi gratia (erat enim mente paulisper læsus) & noui spectaculi conuiuio exhibendi studio, cum quinque aliis, ludis nocturnis, in cœnaculum prodit, vultu in leonini oris imaginem personato: reliquum vero corpus delibutum, multoque lino depexo, ac in villos confecto ita contexit, vt hispidi ac semiferi portenti speciem spectantibus præberet. In orbem reste data choreas pedibus plaudunt, fescennino carmine modulantes. Tota ex regia fit concursus ad picatorum spectaculum. Ludouicus Aurelianens. Regis frater, studio clarius visendi correptam facẽ prepius admouit. Ex qua scintilla forte in Regem incidens, repentinum, in omnes illos effusa flamma, conflauit incendium. Rege vix seruato vxoris Biturigis veste caudata fluxaq;, qua inuolutus est, antequam ad viuum flamma iam corpus lambens peruenisset, quatuor misere vstulati perierunt. Quintus in propinquam promi cellam ruens, aqua, vinoque se perluens, salutem sibi peperit.

Paulus Æmil. lib. 10. hist. Franc. Franciscus Belleforestius in vita Car. VI.

Laruarum vsus periculosus & Christianis indignus.

II. *De tribus Comitibus personatis à combustione etiam extinctis.*

Idem in Germania accidit anno 1570. cum Comites aliquot Hohenloenses multis comitati nobilibus Eberhardum consanguineum suum in arce Waldemberga, festo Bacchanaliorum visitandi studio conuenissent. Hi vt nobilib. matronis & puellis nocturnum quoddam ludicrum (vt mos iste nimis frequens obtinuit) exhiberent: Faunorum personas, multa stupa, lineis vestibus pice resinaque agglutinatis, mentiti, iucundissimo spectaculo conuiuas ad ludum, proiectis in mensam tesseris, prouocant. Ex quibus vna fortuito casu in terram delapsa, puer personatus dum repetit, funalis incautius adhibiti flammam concipit, & opem implorat astantium. Eberhardus ipse, pro sua pietate puero periclitanti opitulaturus, eodem malo corripitur: incenduntur & reliqui. Iocus esse primo visus est. Mox rem serio agi clamores omnium indicant. Ad labrum vicinum, quod Comes in hunc euentum aqua adimpleri iusserat, certatim accurrũt. At illud modo exaruerat. Erat qui pocterum aqua plenum afferret, sed in ipso limine præ nimia festinatione offendens collabitur, effusa, quæ intus erat, aqua. Alterius aquam ferentis cadus ligneus fatiscens auxilij desperatione calamitatem auget. Et vertitur lætitia in miserabilem eiulatum, dum tribus horis tres Comites, in ipso ætatis flore, miseris vstulati modis periere. Vsque adeo nulla est sincera voluptas, solicitumque aliquid lætis interuenit.

Simon Maiol par. 2. Colloquiorũ Coll. leq. 7. ex Luc. Marineo de reb. Hispan.

TIT. VI. De alea, & aleatoribus.

EXEMP. I. *Aleator blasphemus diuina vltione corripitur.*

QVo tempore agebatur de pace inter Francorũ Regem Philippum Augustum, & Richardum Aquitaniæ Ducẽ, quidam satellites à Richardo introducti, quos ætas illa coterellos appellauit, dum alea ludũt, quidam perditis nummis blasphemus in Deum, dum simulacrum Virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo adspicit, iacto in imaginem lapide brachij partem à filio abrupit, ex quo vbi fluens cruor multis ægrotantibus salus fuit. Satelles

Robert. Gaguin. lib. 6. Annal. Fr. in Philippo Aug.

telles autem Virginis contemptor à dæmonio mox abreptus eodem die spiritum miserabiliter efflauit.

Ex Thoma Cantipratano l. 2. Apum c. 49. p. 9.

II. *De Iudæo & Christiano tesserarum lusoribus horrende à Deo punitis.*

Blasphemiæ horrendæ præmium.

Fui in quadam villa Campaniæ, vbi Iudæus cum Christiano in sacra nocte Parasceues in tesserarum ludo consedit. Cumque Iudæus multam pecuniam perderet, & ex hoc impatientius turbaretur, tandem in Christum retorquens iniuriam blasphemauit. Et mox cum ad iactandum hazardum tesseras collegisset, manus eius cum tesseris fit contracta. Qui reprobo furore succensus, cum ipsa contracta manu mensam lusoriam percutere niteretur, iterato in Christum & matrem eius blasphemiam turpissimam euomens, statim euersis terribiliter oculis cecidit, & exspirauit. Christianus vero collusor illius pauore nimio in amentiam versus, elanguit, & miseram vitam more misera finiuit.

Peccati alieni compos punitur, quia execrationes illas non compescit.

III. *Aleæ ludentes & blasphemantes adolescentes, Christum Dominum vulneribus afficiunt.*

Idem ibid. p. 10.

In Brabantiæ partibus, vrbe Louanio, ciuem vidimus generosum & bonum, qui in nocte sancta Parasceues ad matutinas surgens, transibat ante cellarium in platea, in quo perditissimi adolescentes ad ludum tesserarum sedentes, blasphemiis & iuramentis inuicem contendebant. Transiens autem ciuis inuenit homines plateæ ante cellarium, qui magno murmure plangebant hominem quendam ignotum miserabiliter plagatum, & sanguine cruentatum. Quicum quæreret auctorem læsionis tantæ quis esset, responderunt: isti, inquiunt, iuuenes, qui hic in cellario ad tesseras ludunt. Mox igitur ingressus ciuis improperat ludentibus tali nocte, & eos dutis verbis interrogat, cur hominem ignotum ingressum ad eos tam crudeliter verberassent? At toniti a iuuenes negant. Nullum vero ab eis, vel verbo vel verbere lacessitum. Et mox cum ciue surgentes, omnes quærunt hominem cruentatum, nec inueniunt. Conuersi itaq; singuli ad seipsos, animaduertunt iuramentis suis terribilibus rursum Christum Dominum contumeliis affectum, rursum improperiis cruciatum.

Aleæ ludentium & blasphemantium horridum exemplum.

IV. *De quodam ludo tesserarum valde addicto, à dæmone tandem abrepto.*

Cæsarius Heisterb. l. 6. Illust. mir. ac. c. 34.

In Susatia, quæ ciuitas est diœcesis Colonienſis, miles quidam Thyemo nomine habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesserarum, vt non die, non nocte quiescere; semper sacculum cum nummis secum portabat, vt secũ ludere volentibus obuiaret. Ira in ludis expeditus: & fortunatus erat, vt vix aliquis ab illo sine damno recederet. Vt a posteris ostenderetur, quantum Deo tales ludi, in quibus iræ, inuidia, rixæ, & damna suscitantur, peccatique verba torquentur, contrarii forent, permissum est Diabolo, vt cum eo luderet, qui multis illuserat, atque e. miserauerat, quiq; multorum marsupia euacuerat. Nocte quidam domum eius in specie cuiusdam ludere volentis intrans, sacculumq; nummis refertum sub ascella portans, ad tabulam sedit, denarios liberaliter apposuit, tesseras iactauit, & multa acquisiuit. Cui cum prospere succederet, & militi iam pecunia quam apponeret, defuisset, iratus ait: Nunquid non Diabolus es tu? Et ille: Nunc satis est, appropinquat enim tempus matutinale, oportet nos ire: Tollensq; illum per tectum traxit, cuius viscera tegulis retrahentibus miserabiliter [illegible] quid de eius corpore factum sit, vsquequem locum ludi proiecerit, vsq; hodie, tam a [illegible] ius, quam à cæteris, qui illum nouerant, ignoratur. Mane vero viscerum eius reliquiæ tegulis inhærentes sunt. Bene diabolus suos ministros in hoc [illegible] finit prosperi, quos semper in fine decipit.

Tesseris addictus à dæmone abripitur.

V. *De Brauone milite Hispano aleatore à dæmone in altum sublato.*

P. Mart. [illegible] De viol. ha[illegible] diabolici, magic. p. [illegible] q. 7. sect.

Pari terrore, sed meliori successu, miles Hispanus hic in Belgio ante annos [illegible] cum ad huc sæculo mererem, à Deo commonitus [illegible] fuit. Capitaneus Brauo vocabatur. sæpe à me visus, deditus septa modum aleæ, & in ludo diras iacere in se iuxta atque alios pronus. Quadam die cũ damnosi semper numeri lucrum actu quærenti subsisterent: ira efferuescens in caput suũ dirissima precabatur, & subito coram multis, qui aderant, ab inuisa manu ad tabulatum vsque sublatus. post aliquod tempus, mortuo, quam viuo facie similior in solum reponitur Felix, si vt pallorem cadauerosum toto post vitæ tempore sustinuit, sic respiscens lusus auiditatem deposuisset.

B[illegible] tot[illegible] m[illegible] rum rapitur.

VI. *De alio aleatore blasphemo pro suo horrendo crimine combusto.*

P. Nicol. Serarius Soc. Iesu S. Theol. Doctor. l. 5. Rerum Moguntiacarum in Adolpho I. ex Theodorico Gresemundo, ture-consulto, & Bredem. l. 5. Collat. sacr. ca. 18 an. 1383.

Anno salutis nostræ millesimo trecentesimo octogesimo tertio fuit in his regionibus homo quidam, cui nomen Scheltrof, de cuius origine & patria neque aliquid adhuc compertum habeo, neque magnopere attinet rimari; humili certe genere, & ex infima plebe fuisse ortum fama consentit. sed qui natalium obscuritatem, veluti alter Herostratus incensor delubri Ephesiæ Dianæ, insigni scelere illustrauit, immortali quadã infamia nominatissimus. Hic igitur cum alioquin à natura præditus esset maligno ingenio, factus est etiam vltro tam licentia, quam peccandi consuetudine deterior. Neque flagitiis tantum, sed etiam infamia ipsa delectatus in lustris & tabernis ætatem agebat. Fuit autem appetentissimus ludi, ex quo pleraque vitiorum genera tanquam vermes è putri cadauere vberrim erumpunt: præcipue vero impietas erga Deum inde nascitur: vix omnibus retro sæculis auditum est. Cum enim alioquin volens pro consuetudine sua fortunã ludo experiri, quosdã & sui similes ad eius rei cõcionẽ illexisset, (nam vere nunquã in magna ciuitate cõplices peccaturo defuere) itum est ab illis in

E ludo mala quæ erumpant.

quoddam diuersorium publicum siue tabernam suburbii Moguntini Filzbach appellari. Nomen vero & signum ipsius tabernę, flos erat, dicebaturq; vulgo *zu der Blumen*. Cumq; illic aliquamdiu taxillis lusissent, contigit forte, vt Scheltrof parum prospera fortuna vsus pecuniam fere omnē, quā habebat, perderet, multumq; detrimenti (opinione sua) acciperet, quod cum perludi progressum nedū non emendaret, verum etiam immodice augeret, cœpit randem (vti [illegible]bat grauiter stomachari) & post conuicia [illegible]us dicta, Deum etiā & sanctos blasphemare, [illegible] referant eum hac ira & impietate [illegible]m, palam fuisse minitatum, quamcunq; Cru[illegible]xi Iesu imaginem primum obuiam [illegible] ea se præsentis damni pœnas & vindictam repetiturum. Quod etsi huius hominis impietati plurimum congruebat, [illegible]ecure dibile est, tamen id pro comperto affirmare nō ausim. Hoc sane constat, eum à sociis nihil pacatiore animo digressum peruenisse [illegible]ellum quoddam inter Diui Albani & [illegible] Virginis Ecclesiam situm, vbi iam [illegible]cum æ simulacra fuerant reposita. Plenus erat haud dubie impietatis, & qui scelus abominabile iam dudum animo conceptum mox effundere concupisceret. Quam primum ergo ad [illegible] sacelli peruenit, hanc imaginem Crucifixi dissecuit, ita vt nec vllatenus hæreret quidem. Mox diuæ Virginis, aliorumq; sanctorum signis cruci astantibus, cæsim & punctim pleraq; vulnera inflixit. Haud absimilis lupo, qui maiore interdum cædis libidine, quam fame pecudis in ouile indefensum grassatur. Hactenus Scheltrof debacchatus est. Quæ vero sequuntur, ad vindictam diuinam & miraculū ipsum pertinent. Terrificus enim & admirabilis ille cruor, [illegible]ē hic tibi videre licet, subito ex vulneribus à crudelissimo illo sicario passim illatis effluxit: ceu non lignea simulacra, sed viui homines eam iniuriā perpessi forent. Crederes Deū ipsum tanto scelere apperitum quodammodo indoluisse, & tam stupendo miraculo veluti manifesta doloris cōfessione, mortales ad vindictam faciendam animasse. Scheltrof autem iam expleta impietate sua siue nutu Dei affixus, siue ipso cruoris miraculo exterritus, inde pedem non mouit, donec à superuenientibus in flagranti crimine deprehensus, & in vrbem Moguntinam captiuus deductus est, non iam suæ, sed diuinæ iræ memor, anxiusque metu pœnarum, quas paulo post dedit, non quidem flagitio suo respondentes (non enim tantæ impietati par supplicium excogitari poterat) sed quas hominū homines infligere debuerunt. Viuus enim in conspectu populi exustus est, non longe ab vrbe, in eo loco, quem Iudæorum arenā vulgo appellant: q Iudæi quondam cadauera sua illic humare solerent. Hac morte impiissimus ille consumptus est. Imagines vero vulneribus & cruore insignes ab ęd[illegible]cula illa veteri ad hoc templū summa veneratione sacerdotū manibus translatæ fuerunt. Vbi in hodiernū vsq; diem terrificus ille cruor visitur, & admodum religiosē colitur, multiq; mortales varie afflicti, susceptis votis Dei Opt. Max. clementiam experti, & salutem adepti sunt.

Aleatoris blasphemiæ in Deum & sanct[illegible]

[illegible]r aleatoris Abimaginibus vulneratis cruor vbertim profluit

[illegible]pectus taxillatoris iconomachi interitus.

VII. *De alio aleatore pecuniis ex hausto & blasphemante diuinitus castigato.*

Brixiæ in Prouincia Veneta nobilis aleator ingenti pecunia deperdita, furore actus templum ingreditur. Hic aræ sacrum lapidē nefaria manu contrectat, & iacere in Deum maledicta sacrilego ore non horret. Vix ad aras manus admouerat, cū digiti protinus exarescunt. Reformidare ille subito numen cœpit, quod tam præsens in repetendis pœnis erat expertus. & confestim venit ad nostros, vt astrictum tanto scelere animum confessione laxaret. *Ex litt an. Prouin. Veneta 1585.*

VIII. *De horrenda Dei in aleatorem diris se deuouentem animaduersione.*

In Prouincia Lusitaniæ miles, cum templū peteret, vt de more sacris adesset, à comitibus auocatur ad ludum. Hic cum pecunias amitteret, sibi suisque prouocatoribus mala omnia precatur, nec tamē ab alea, spe recuperandi quod perdidit, auelli poterat. Sed cum ea iterum male cederet, infernis se deuouet furiis, & dæmones, vt se rapiant infelicem, desperatis clamoribus inuocat. An, inquit, auditis: an temere verba iacto, & præstigiis deceptus inanibus, dæmones cum re vera non sint, esse credo? Mira res: subito delectus in terram linguæ & aurium vsu priuatur, cumque dies aliquot iacuisset vt mortuus, ad valetudinarium perductus, [illegible]stat furiosi canis in eos, qui se viserent, irruebat, mutaque erat lingua maledica, & imis demersa faucibus agitari suo arbitratu nutuq; nō poterat. Mouit hominem vnus è nostris, nutibusq;, vt diuinā misericordiam ad memoriam redigat, cohortatur. Paruit monitis æger, & diuina implorata clementia melior est factus. Mox confirmatis vecūq; viribus, vibis templa cū lacrymis circuire cœpit, & veniam pacemq; à Deo precari. Nostri hominem sic instituunt, nō tā oratione quā scripto, quoniam nondum vis audiendi redierat, vt ad commune omnium perfugiū cæli terræque Reginam preces frequenter adhibeat, ita fore, vt à Deo, quicquid posceret, impetraret, nec inane consiliū fuit: sabbato enim, quem Ecclesia diē colendæ Dei matri vetere instituto dicauit, ad eius prostratus effigiem longas preces lacrymasque fundens, repentina & inusitata voluptate perfusus, percipere sibi ab ea munus aliquod videbatur. Inde in aliud Dei matris sacellū immigrat, & lychni pensilis oleo fauces linit: tum ad preces recurrit ardens, & in ipso precationis æstu vox redit: Hic versus in Dei Deiq; matris laudes, beneficium acceptum prædicare, q vt se gratū memoremq; præberet, remisso militiæ nuncio, B. Virgini se dicare, cuius ēt ædis ministerio in perpetuum se addixit: tanto futu[illegible] contra dæmones, quibus tradiderat, tutior, quanto est eius, quo se transtulit, tutela maior. *Ex litt. eiusdem anni in Prou. Lusit. in Colleg. Angræ.*

Diris se deuouet aleator.

In aleatorem vltio horrenda.

B. Virginis ope veniam impetrat blasphemus aleator.

IX. *De*

IX. *De misero aleatore cacodæmonis arte & industria ad suspendium adacto.*

Ex lit. an. Societ Iesu an. 1592. sub Prou. Lusit.

Rursum anno Domini 1592. prouisum fuit saluti perditi cuiusdam aleatoris, cuius casum libet hic ad aliorum documentum exponere. Inter ludendum perditæ dolore pecuniæ se diris ille deuouerat: Furens domum è ludo redibat. Occurrunt formam hominum indutæ laruæ, quos nummos amiserat, restituunt, benignissimeque sibi deuinciunt, conantur auocare in vallem quandam multis cædibus & latrociniis infamem. Sed non persuadent: domum deducunt, & gurgustiolum ingresso ostendunt repente aulam augustissimam circumquaque fulgentem aureis laquearibus, sericis aulæis, preciosa supellectili, qualis à poeticis auctoribus fingi solet. Illarū se diuitiarū profitentur auctores, affirmant, si illis perpetuo beatus perfrui velit, vnā esse viam laqueum, eo animā eripiat ex vitæ mortalis ærumnis: homo præsenti spectaculo, argumentorum vi atque copia pene extra se positus, arripit lineū funiculum, quem commodissime aptatum porrigebant, ceruices præligat, reductoque à terra corpore obruisset omnino spiritum, ni strepitu excitata vicinia irrupisset in domunculā, & fracto laqueo vinculis mortis miserum dissoluisset: non tamen à cōsilio discedit, & quoniam per summam domesticorum vigilantiam alia non patet via, dum decumbit, iisdem vsus auctoribus collum irretit longæ resti, funiculi extrema ad imos pedes alligat, atque ita ad pedum porrectionem labili nodo se contrahente animam inclusisset, nisi re cognita familiares disturbassent inceptum, suæque diffisi diligentiæ diuinos accersiuissent Societatis medicos, qui sacris medicamentis depulerunt dæmonem, & miserum corporis animique saluti restituerunt.

Aleator ad suspendium adigitur: dæmonis arte.

X. *Alea lusum interdicebat domesticis suis S. Elzearius sub graui pœna.*

In vita eius apud Sur. to. 5. Sep. 27.

Inter eas leges, quas Elzearius Comes Arianus in Prouincia Narbonensi condiderat pro bono regimine domus, hanc etiam intexuerat, vt nulli fas esset ludere tesseris, aut alio vti lusu illicito, turpi & inhonesto. Si quis vero contra fecisset, grauior illum pœna manebat.

XI. *De scachorum ludo Episcopi & sacerdotibus interdicto.*

Baro. to. 11. Annal. ad an. Dom. 1061 §. 42. ex. etro Damiano.

Hic plane, si quod mihi de venerabili Florentiæ ciuitatis Episcopo contigerit, recolo, alienum esse ab ædificatione non credo. Dum aliquando illi essem comes itineris, vespertinum tandem subeuntes hospitium, ego me in presbyteri cellam semoui: is vero in spatiosa domo cum commeantium turba resedit. Mane autem facto à meo agasone significatum est, quod prædictus Episcopus ludo præfuerat scachorum. Quod profectò verbum velut sagitta cor meum acutissime pupugit, & indignationis vulnus inflixit. Hora autem, quæ mihi videbatur, electa, conuenio hominem, & acriter inuehor, hoc mihi sermonis initium arripiens, aio: Librata manu virgas & exero, & plagas infligere quæro, si sit qui terga subiiciat. Et ille, Si auferatur, inquit, culpa, non recusabitur pœnitentia. Rectene, inquam, tuique erat officii vespere in scachorum vanitate colludere, & manum Dominici corporis oblatricem linguam inter Deum & populum mediatricem sacrilegi ludibrii contaminatione fœdare: præsertim cum canonica decernat auctoritas, aleatores Episcopi deponantur. Et quid prod[illegible] quem efficaciter auctoritas damnat, et[illegible] extrinsecus indicium non accedat? Ille autem [illegible]rsitat[illegible] num defensionis sibi faciens scutu[illegible] scachum, aliud aleam: aleas ergo auc[illegible] hibuit, scachos vero tacēdo esse cōcessit, aliud esse ego, Sca[illegible]m inquam, scriptura non ponit, sed v[illegible] triusque ludi [illegible] nomine comprehendit. Quapropter dū alea p[illegible]hibetur, & nominatim de scacho nihil dicitur, constat procul dubio, vtrumq; genus cōprehendi vno vocabulo, vnius sententiæ auctoritate damnatum. T[illegible] [illegible]s animi & perspicacia ingenii) redditis rationibus [illegible]liter acquieuit: culpam nullatenus iterandam certa pol[illegible] licitatione constituit: iniungi sibi pœnitentiam postulauit. Cui mox præcepi, vt ter Psalterium meditando percurreret, ac duodecim pauperum pedes sub totidem numismatum erogatione, eorumq; recreatione lauaret. Hac scilicet ratione perspecta, v[illegible] quoniam hæc culpa manibus, & sermonibus commissa erat, lauando pauperum pedes, suas potius culp[illegible] contagio manus ablueret, & imprimens al[illegible] nis vestigiis ora, pacem sibi cum Domino, qu[illegible] per flendos locos offenderat, reformaret. Hoc autem diximus, vt, quam inhonestum, quam absurdum, quam deniq; fœdum sit hoc ludibrium in sacerdote, ex alterius emendatione noscatur.

Ludus scachorum in Episcopis & Sacerdotib. reprehenditur.

Canon Apost. dist. 35. ca Episc. L. Interdicimus C. de [illegible] &

TIT. VII. De venatione & torneamento.

EXEMP. I. *De venatione Episcopis & Sacerdotibus prohibita.*

Ex ca. 13. Concil. Matiscon. Baro. to. 7. an. 588.

CVm irrepsisset prauus ille vsus in Galliis, vt Episcopi Reges adeuntes, ipsos etiam negotiorum causa in venationibus sequerentur, atq; iidem mox ex Episcopis in venatores transformarentur, alerent; canes & accipitres, sicq; fieret, vt in Episcoporū quorundā domibus audirentur eiusmodi aues stridere, canesque latrare, vetuit synodus Matisconensis ista fieri, statuto canone, ad cuius finem hæc leguntur: Cu[illegible]tienda est igitur Episcopalis habitatio Hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, mōstrū est, & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare: & post in Syn. Germ. Bonif. Venationes & syluaticas vagationes cū canibus

Venatio Eccles[illegible] cis pr[illegible] bi[illegible]

omnibus seruis Dei interdiximus, & vt accipitres & falcones non habeant.

II. *Ob nobilium venationes non esse tardius solido prorogandum sacrum diuinitus innotescit.*

Osbert. monach. in vita eius c. 16. apud Surium tom. 3. 19. Maij.

Edgardus Angliæ Rex, quodam tempore in die Dominica mane venatum iuit, & Dunstanum Archiepisc. Cantuarien em, qui tunc forte secum erat, Missam suam, donec veniret, differre petiuit. Appropinquante [illegible] hora tertia, vir Dei ad ecclesiam procedit, & in [illegible] sacris vestibus, regem, sicut ei promiserat, exspec[illegible]. Srabat ergo cubitis innixus [illegible] deditus. Tum subito pietate [illegible] sus in cœlum rapitur, & beatis cunq; [illegible] ninibus associatus, audit eos sum [illegible] in laudem modulatis vocibus decantantes, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Quorum melodiam cœlestis [illegible] triplator edoctus, ad se reuersus est. Reuersus ad suos interrogat Rex ne venerit, an non? At vbi eum nondum venisse accepit, ad suas preces se conuertit: factoque non [illegible] interuallo, iterum extra se ductus, audit in cœlis altisona voce dici, Ite Missa est. Ad quod, cum Deo gratias responderetur, accurrentes clerici Regis, Regē adesse vociferantur, facerdotē vt festinantius Missā celebret, obsecrant. Ille versus ab altari, Missam se habere pronunciat, & aliam se ea die celebraturū abnegat: depositisque vestibus sacris, à suis de re inquiritur: quod cum erat, aperuit. Ex hoc itaq; sumpto sermone, Regem in diebus Dominicis deinceps à venatu prohibuit. Kyrie eleison vero, quod in cœlestibus didicerat, suos docuit. Idque multis in locis hodie sancta [illegible] magi- ecclesia inter Missarum solennia canit.

III. *De illo qui duci venationem paranti, dixit se Deum venari.*

Vita eius ad Aloysium Lipo. tom. 2.

Theodoretus Cyrrhi Episcopus scribit in vita Macedonii cognomento Chrithophagi, sic autem dicti, quod ordeaceo pane vescerentur. Ducē quendam militiæ, qui venatione delectabatur, montem venaturum ascendisse, quem sequebantur canes, milites, & quæcunq; apta sunt venationi. Cum autem procul hominem vidisset, & quisnam esset à domesticis accepisset, confestim equo descendens, accessit, ac salutauit, rogauitque, ecquid illic ageret? Tu vero, inquit, cuius rei gratia huc te contuliſti? Vt feras venarer, ait ille. Et ego, respondit, meum Deum hic venor, & capere eum gestio, & videre desiderio. Neque vnquam ab huiusmodi venationis genere desistam. His dictis, Dux, admiratus virtutem eius, abscessit.

In hac vita quid præcipue venandum.

IV. *Nobili venationi nimium addicto puer monstruosus caput habens canis venatici nascitur ob crimen.*

Taxilla iconoclastes.

Fuit in Teutonia nobilis quidam venationibus [illegible] tarum deditus, vt nullam saltem Dominico die [illegible] Missam audiret, sed semper venationibus [illegible] esset. Corripiebat autem eum frequentius vxor sua deuota Deo, sed ille quasi muliebres monitus non curabat. Accidit autem vt ipsa vxor, post multos partus editos, imprægnata, puerum pareret abortiuum habentem caput canis venatici pendentibus auribus & porrectis. Confusa ergo matre cum multis matronis nobilibus, quæ astabant, consiliū fuit omnium, vt terra citius partus obrutus tegeretur. Veniens ergo à venatione maritus eius, quæsiuit quis puer esset, quem vxor peperisset. Dissimulantibus autem omnibus cum pudore, instat miles extracto gladio, vt ei partus ostendatur. Et mox vxor timore compulsa eiici de terra iubet prolem in triste spectaculū, monstruosam, dicens: Ecce quam manifesto prodigio insipientiam tuam vindicauit omnipotens, qui nullum honorē diebus sacris, nullam reuerentiam corporis Christi sacramentis tribuisti, sed vagis & vanis ludis venationū indiscretis temporibus instituisti. Hæc vt vidit nobilis, correxit se, & egit pœnitentiam de commissis.

Venatoris vxor monstrum parit ob mariti peccatum.

V. *De milite, qui venando in amentiam versus, disparuit nunquam postea visus.*

Idem ibid. par. 18.

Quidam alius miles potentissimus, cum multos ex subditis quotidie secum vagari cogeret, & venationibus insudare, & per hoc plærique culturas agrorum & propria negotia dimittentes, ad paupertatem & inopiam cum vxoribus & liberis deuenirent, accidit vt vna dierum cum priuata familia domus suæ, ipse ingressus nemora feram impeteret, & agitantibus canibus equo residens toto studio sequeretur. At cum nihil proficeret tota die, sed lemperferam videret ante fugientem, in [illegible] mentiam versus, cum suis omnibus feram de nocte secutus est. Et ex illa die nullus hominum vidit, vt sciuit, quid de eis factum esset, aut quo euenissent. Dixerunt nonnulli, & bene credimus, quod sicut Dathan & Abiron, hiscente terra, viui absorpti sunt, & ad inferna transmissi.

Venando in amentiam versus quidam nobilis.

VI. *In venatione expirat Ludouicus Imperator.*

Alb. Cran. Saxon. l. 9. cap. 22.

Ludouicus Bauarus Imperator venando, & concitatius equitando apoplexia correptus expirauit: nam à cibo cum veneni suspicione angeretur, putauit venatione, atque agitatione periculo se occursurum: at contra euenit: nam vrsum insequens apoplexia est correptus, & equo lapsus expirauit.

Venando qui Principes occubuerint.

VII. *Venando occubuit Ioannes Imp. Constantinopolit.*

Bapt Fulgos. lik. 9.

Ioannes Maurus Imperator Constantinopolitanus aprum arcu interemturus sagitta venenata, vulnerauit suam ipsius manum: vnde intra paucos dies occubuit.

VIII. *Isaac Imp. Constantinopolitan. dum venatur vitæ periculum experitur.*

Michael Glycas 4. p. Annal. in Isaac. Comneno, & Io. Zonar. in Annalib.

Isaacius Comnenus Imperator Constantinopolitanus, cum circa nouam vrbem venaretur, aper terribilis specie ad mare properans apparuit. Eum cum insectaretur, ille in mare incidens disparuit,

ruit. Imp. turbatus equo decidit, spuma circa os apparente. Post aliquamdiu ægrotans, ad desperationem redactus, caput radi curauit, & monasticum habitum assumens, priuatus postea vixit, Constantino Duci tradito imperio.

IX. *Vt Grimoaldus Longobardorum Rex venando interierit.*

Fulgos. lib. 9. c 12. Sigeber. in Chron. Grimoaldus Longobardorum Rex, nono die postea quam medicis curantibus in lacerto venam aperuerat, cum arcu columbam peteret, aperta repente vena, tantum effudit sanguinis, vt cum sanguine vitam quoque ageret.

X. *Aliud simile exemplum de Caloioanne Imp.*

Idem Fulgos. ibid. Dum arcu Caloioannes Imperator Constantinopolitanus in Cilicia aduersus aprum vteretur, adeo magnis viribus arcum contraxit, vt sagitta manum, qua tenebat arcum, traiiceret, quę cum veneno, vtin venatione moris est, spiculum illitum haberet, paucis diebus interiit, relicto Emanuele filio imperij successore, Christi anno centesimo ac trigesimo post mille.

XI. *De ferali quodam torneamento iuxta Nussiam cum plurimorum pernicie instituto.*

Tho. Cantip. lib. 2. Apum cap. 49. p. 4. Audi quid nostro tempore gestum sit teste vota Teutonia. Anno circiter ab Incarnatione Domini 1243. iuxta Nussiam super Rhenum oppidum nobile, ad torneamentum multi nobiles, Duces, Comites, Barones, ac milites congregati sunt. Superuenit quidam F. Bernardus de ordine Prædicatorum cum socio rogauit suppliciter, & quasi cum lacrymis, vt sibi parcerent, & ab inani proposito desisterent, comparerentur Christianitati & afflictæ matri Ecclesiæ, quæ illo tempore in Hungaria, Liuonia, & Polonia à Tartaris miserabiliter vastabatur. At cum multi essent, qui ad preces eius libentius destitissent, quidam Comes, de Castris dictus, subsannauit fratrem, & consentientes eidem, turmisque militum congregatis, ferale illud torneamentum infelicissimus inchoauit. Mane autem eiusdem diei, vt à pluribus ferebatur, quasi gleba ingens & lata super aera videbatur, & circa glebā ac supra, quasi coruini generis volucres crocitando diutius volitare. Nec credo aliud, quam dæmones, has fuisse, qui futuri mali prodigium hoc dederunt. Nec mora, cum torneamentum hoc fieret, milites ac satellites in tanta strage & in tanta multitudine, plurimi in mortem, nonnulli in vesaniam, pleriq; etiam in languores perpetuos ceciderunt, vt nullus ambigeret ludum hunc, non tantum hominum, sed verissime, vltione diuina, dæmonum extitisse. Omnes vero mortui vsque ad trecentos sexaginta septem computati sunt. Inter quos etiam primus mortuus dicitur Comes ille de Castris, qui dicto fratri Prædicatori contumaciter contradixit. Sub eadem nocte, quo die hęc facta sunt, in speciebus militum armatorum, iuxta villam Brabantiæ, quæ Iischa maior dicitur, congregationes fieri à dęmonibus, Presbytero villę teste, cognouimus: & hoc credo in signum lætitiæ tanti mali.

Torneamentum periculosum dæmonis industria inuentum.

Torneamento interfecti 367 homines.

XII. *Quam sit periculosus torneamenti ludus.*

Orauit aliquando pro anima cuiusdam defuncti, felicis memorię Maria de Oegoies, dictumq; est ei: Non ores pro eo, quia à Domino reiectus: Lethali enim vulnere confixus in illo hastarum congressu vel certamine, quod torneamentum vocant, miserè perierat, & æternis fuit suppliciis addictus. *Iacob. Vitriac. hist. l. 1. c. 9. Vita B. Mariæ Oegnac. apud Sur. 23. Iun.*

TIT. VIII. De II. Præcep[illegible] lia Ep[illegible]

Sacrosanctum Missę officium diei[illegible] renter audito.

Huc pertinent [illegible] & festa veteris testamenti, ma ime iuge sacrificium, in quo agnus immaculatus mane & vesperi offerebatur in[illegible] aduentus Messiæ & veri agni pro nostra salute offe[illegible]ficio populus e[illegible] mnis aderat. Exod. 29.

EXEMP. I. *Missam diebus Dominicis integrè à sæcularibus esse audiendam.*

ANno Domini quingentesimo sexto celebratum est Concilium Agathæ ciuitatis in Gallia Narbonesi, sub Alarico Wisigothorum Rege, cui præfuit sanctus Cæsarius Episcopus Arelatensis: inter cæteras sanctiones, canon quadragesimus hanc habet: Missas die Dominica sæculari[illegible] * tenere, speciali ordinatione præcipimus, ita vt an[illegible] benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat: Qui fecerint, ab Episcopo publice confundantur. Cur autem Cæsarius, synodo præsidens, hoc stabiliendū proposuit, audi ex Cyprianore sab eo gestas omni fide prosecuto: Cū, inquit, die quodam esset ad altare, animaduertit quosdam, lecto Euangelio, ex ecclesia egredi, quód sancti viri conciones auscultare initio detrectarēt. Mox igitur adolat: appellat his vocibus populum: Quid facitis, filij: quid ita foras abscedit is, mala persuasione subuersis? State pro animab. vestris ad accipienda verba adhortationis nostræ, eaque auscultate soliciti: non licebit id vobis in illo tremendo iudicij die, moneo, clamo, atque obtestor. Ne fitis, obsecro, vel surdi, vel profugi: auditis oris mei buccinam, perinde ac si animæ vestræ suo mucrone Satan iugularit. Non ego taciturnitatis arguar. Hac de causa sæpissime ostia, lectis Euangeliis, occlūdi iussit, donec propitio Deo ipsi gratularetur, ea coercitione se profecisse, qui solebant esse fugitiui.

*Aug. * audire Decretum de Missa diebus Dominicis integra audienda. Episcopi olim prædicabat sicut nunc, infra Missarum solennia.*

II. *Qua industria S. Io. Eleemosynarius Patriarcha gregem sibi creditum induxerit ad audiendam sacrum[illegible]*

Huic conforme est quod de S. Ioanne Eleemosynario scribit Leontius Episcopus in vi[illegible]

In vita eius Metaph. 6. Feb.

Cum enim die quadam populum ad sacra mysteria sumenda tardiorem de socordia corrigere vellet, solenni die cum omnes peracta concione: relicto sacrificio, ociosis vacare tabulis cerneret, ipse quoque è templo egressus vniuersæ se multitudini iunxit. Omnibus autem factum hoc in tanto Patriarcha stupentibus: Quid, inquit, miramini, Nescitis probum & fidelem Pastorem suis ouibus adesse debere: Nam cum [illegible] vos sacra à nobis peragãtur mysteria, si vos [illegible] versamini, certe constat inutili nos labore [illegible] statui vobis instar optimi Pa[illegible], & cum egredientibus egrepietate [illegible] ingredientibus ingredi.

cunq; [illegible] audiunt Missam, multa pericula euadere, [illegible] n audiunt, periclitari.

D. Anton. 2. p. Chron. tit. 10. §. 2.

Refert Diuus Antoninus Archiep. Flo[illegible]rinus in Chronico, duos adolescen[illegible] quadam die festiua ciuitate sua exiuisse ad aucupandum: quorum alter prius audiuerat Missam, alter non. Cum ita proficiscerentur, co[illegible] pertebant & minari pluuiã, tonitrua, fu[illegible]a, coruscationes frequentari. Auditaque est vox de cœlo ab eorum vtroque, dicens: Per[illegible] persequere eum. Ad quã exterriti dum prosequerentur iter, fulgur descendens interfecit eum qui illo[illegible] Missam non audierat. Quo viso alius pauore quasi amens factus, quid ageret, ignorans, quia iam ad locum destinatum appropinquabat sequutus est viam suam, & iterum audiuit vocem dicentem: Per[illegible]re persequere eum: Quanto terrore fuerit perculsus [illegible], recolens socium suum post similem vocem fuisse percussum, quilibet per se imaginari potest. Sed post hanc vocem, superuenit alia, dicens: Non possum quia audiuit hodie: *Verbum Caro factum est*, ex eo scilicet, quia audiuerat Missam, cuius finis est, *Verbum Caro factum est*, secundum morem communem. Et sic euasit mortem illam terribilem.

at Alcaro magi[illegible]

IV. *De adolescente, qui neglecto sacro, dis Dominico, ligatus in piscinam à dæmone detruditur.*

Ex actis S. Proco. m f. Sur. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

Adolescens quidam, spretis parentum monitis, posthabitaq; Missa & templo, die Dominico aliorsum ludere declinauit. Quem dæmon ligatum in piscinam detrusit, vt eum præfocaret. Sed parentes à seruulo inquisitore eius, quo in statu res eius versaretur, certiores redditi, confestim aduolantes, fluitantem illum morti eripiunt, & sensu excussum S. Procopij ossibus applicant, sanumque eorum beneficio reducunt.

taxilla iconon chi[illegible] tus.

V. *De horrendo euentu Pastoris, qui nec audita nec facta re sacra die Dominica, ven[illegible]tum concesserat.*

Anno Domini 1573. agenti mihi in Hispan. in vr[illegible]ce Doria, quæ Albani Ducis est, à viris fide dignis [illegible]rum est: Pastorem pagi quodam Dominico ma[illegible]tutinæ rem sacram vel factam, vel auditam, vena[illegible]vel [illegible] esse: qui cum cuniculum specum subterranee[illegible] [illegible] ingredientem vidisset, mox

seſe inclinans brachium introducit, vt prædam educeret: sed bestiola disparente, totus ille viuens intro arreptus à sociorum nemine, quamuis celerrime adiuuantium, potuit adiuuari: audiebant quidem vocem hominis miserabiliter & horrende admodum clamantis: Vror, succurrite: vror, succurrite, & idipsum sæpius iterantis, at frustra. Paucis vero post diebus apparuit Pastor in templo B. Mariæ Guadalupæ, vt ibi pro beneficio accepto gratiarum actiones cœli Reginæ referret, quod ipsi in iis angustiis constituto opitulari dignata fuisset. Locus autem quo ipse, Dei permissu, delatus fuerat, describi non potest, quod ipsemet nihil aliud referret, præter illud, quod fides non adhiberetur, si diceret, quid ibi toto illo tempore fuerat perpessus, tanti enim erant cruciatus, vt exprimi non queant. Omnes interim hortabatur ad festa pie colenda, & sacrum illis diebus audiendum, vt locum & pœnas, quarum periculum fecerat, euaderẽt: ad cultum B. Virginis totis viribus exercendum, vt in eo, aut simili periculo, eius opem, quam ipse senserat, præsentiscerent: nisi enim ipsa (inquiebat ille) mihi adfuisset, nunquam mortem æternam euasissem, quod diem festum, sicuti tenebar, sanctificare omisissem.

VI. *Quanta pietate & reuerentia audiendum sit sacrum.*

Io. Pet. Maff. hist. Indicarum lib. 1.

Anno post Christum natum millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Emmanuel, Ioannis I. Congi Regis patruus, Christi fide à Lusitanis susceptra, illud inter cætera præclarum animi Christiani documentum edidit: Deum supplex obsecrabat, vt quando multo maximam vitæ partem in cacodæmonis famulatu posuisset miser, quantulumcunq; superarat temporis, totum id in Christi Domini cultu, & in vera pietate consumere liceret. Iam rei diuinæ quanto cum silentio: vel tremore potius interesset, ex eo patuit, quod iuueniliter interea strepitum cientes ad ianuam templi honorarios ephebos Principum filios, illico mactari imperauit, indignum facinus ratus, augustissimum illud sacrificium, in quo pro salute hominum Deus ipse immolatur, ab hominibus negligi. Itaque dubio procul adolescentes, leuis, & quotidianæ apud nos (quod pudeat) noxæ pœnas capite ipso luissent, ni ætatem ac genus miseratus, & diuinæ insuper clementiæ memores Lusitani vehementius obstitissent.

Emmanuelis reuerentia erga Missę sacrificium.

VII. *Quod tempore diuini officij non sit fabulandum.*

In vita eius cap 17. Gaufridus de Bello loco apud Sur. 5. Augusti cap. 9.

D. Ludouicus eximius Gallorum Rex, quo tempore mysteria vel officia persoluebantur, nullius admittebat colloquium, nisi aut necessitas cogeret, aut euidens vtilitas, id poscere videretur, sed neque sic tamen, nisi breuiter & succincte, ne ipsius lacrymæ, & pietas siue deuotio interturbarentur: nam instar Hieremiæ, in precibus suis & exercitiis pietatis lacrymarum fontem sitiens, suo confessario quãdoq; in familiari colloquio fatebatur, nonnunquam

sibi

sibi oranti diuinitus datas fuisse lachrymas, quæ per genas in os effluentes, non solum cor, sed etiam os ipsius gustu suauissimo affecissent.

VIII. *Missæ sacrificium ieiuno stomacho audiendum.*

Vita eius apud Surium 1. April.

Inter alia sancti Spiritus charismata, etiam donū prophetiæ S. Walerico Abbati non defuit: nam quæ ab aliis clam gesta erant, culpasq; absentium sæpe publice reprehendit, vt tanto illos cautiores, & ob alia perperam admissa verecundiores efficeret, nihil eorum ipsius notitiam effugere, quæ contra Dei voluntatem, licet absentes, perperrassent. Quod cū illi intellexissent, non ausi fuere quicquam eum celare, si ab eo de culpis admissis interrogarentur, sed palam eas illi prædicebant. Contigit vero duos germanos ad illum venire feriis beatissimi Pontificis Martini, quod ille obiurgans, dixit: Miror, qua temeritate ausi fueritis ante Missarum solennia bibere. At illi culpam fatentes suam, veniam petebant, & emendationem pollicebantur. Alium quendam Dominico die ad ipsum venientem his verbis compellauit. Non te decebat fili facere, quod hodie feciſti. Cum enim intra ædes tuas vestibus te indueres, aspexisti coniugem tuam, & illa non ignorans quid velles, heminam plenam porrexit tibi, & tu ante Missam potare non dubitasti. Agnouit homo culpam suam & se id feciſſe doluit.

Potitare ante sacrum, fordidum & reprehẽsibile.

IX. *Interea dum Ferdinandus Comes vacat rebus diuinis, eius Angelus pugnat pro illo.*

Ferdinandus Comes, acerrimus religionis Christianæ & Castellæ vindex, præfuit Castellæ annis plus minus duo & quinquaginta. Primū illius prælium fuit cum barbaris ad Gormatium oppidum. In quo prælio res notatu digna contigit. Nam Comes Garsias die quodam cum Saracenis acie conflicturus, ad rem diuinam audiendam cum templum adiret, forte aderat Ferdinandus Antolinus, vir præter antiquam nobilitatem, vetæ virtutis obseruantissimus, cui pro more erat nūquam egredi templo, donec finis officiis diuinis imponeretur. Comes peracto sacro, cum suis ad ineundum prælium proficiscitur. Ferdinandus Antolinus orationi corpore pariter & mente inhærens, nihil eorum, quæ gerebantur, animaduertit, cum interim famuli, qui cum equo & armis pro foribus astabant, vt est querulum famulorum genus, domini moram incusarēt, ignauiæ non religioni ascribentes. Sed Deus Opt. Max. qui suos nunquam negligit, serui sui pietatē & innocentiam memorabili miraculo confirmauit: nam dum ille precationi totus vacat, alius, nempe genius eius bonus effigiem ipsius indutus, tam strenue res in eo conflictu gessit, vt omnes Ferd. Antolino illius diei victoriam acceptam ferrent. Cumque finito prælio quæsitus non inueniretur (nam ille eare cognita, metu infamiæ se absconderat) apparuerunt in equo & armis illius omnia vulnerum vestigia, quæ ille ipsius personam indutus, in acie visus est accepisse. Quę res & miraculum fecit insignius, & ipsius innocentiam & pietatem magis illustrauit, nec vano documento demonstrauit quanto plus aduersus hostium impetus sincera precatio & pura animi pietas, quam bellica virtus, aut armorum strepitus possit.

Io. Vasæus in Chron. Hisp. ad an. D. 941

Ferdinan. pietas Angeli subsidio in acie compensatur.

Miraculū.

X. *Missam Rege audiente virtute diuina fundit exercitus aduersarij.*

Huic affine est exemplū Regis maxime pij, quod Ecclesiæ Anglicanæ Annales exhibent. Cum enim anno Domini octingentesimo nonagesimo, Danorum exercitus vniuersam Angliam deuastasset, ad Occidentales Angliæ Epi- uersantem sibi Æthelredum Regem in hæc inter alia: Erat Rex Æthelredus in tentoria sam audiendæ Missæ sæpe à suis inuitatus ad certamen, constanter abnegauit, se non recessurum priusquam presbyter Missam compleuisset. Quæ fides Christiani Regis multum sibi profuit die illa, victo scilicet aduersario hoste potentissimo.

Matthæus Westmonasterien. ex Barone Ann. an. 871. 102

XI. *Adstantibus pie & deuote Missæ sacrificium audire non possunt.*

His quoq; adiiciēdum, quod accidit S. Macl[illegible] cum enim aliquando in die Paschæ celebrare ret, ne locum ad id satis idoneum haberet, ac lam Imam perueniens, viso colle peragendis mysteriis percommodo, in illum se contul[illegible] mni comitatu, peregitque sacrum mysterium autem ad orationem Dominicam peruenis is locus commotus est. Erat autem cete, q putabatur, super quem ob temporum diu tem iam plurimus aggestus puluis erat, he mitæ. Iam igitur qui aderant, eūm esse cete uerrissent, dimisso sacrificio in fugam se d nauigia properantes, plerosq; tamen M hortatione sua, ne deterrerentur, co testatus, dum missæ peragerentur sac ni prorsus belluam nocituram. Ac abſolutum est sacrificium, atque in que nauigia illæsus properauit.

XII. *Quomodo S. Augustin. redarguit a negligenter.*

Inter abusus varios, quos D. Aug re studebat, infectatus est pariter gentia quorundam Christianor cognoscebat, eosdemq; ipso sui o curauit, nimirum de illis, qui neg sacris Missis, quiue recēderent ant tur, quique sermones in ecclesia Missæ dicebantur, sed se in eos, prolixitate Missarum: de his enim quoque (quod valde dolendum e cum volo, quia sunt aliqui, & m ius mundi, qui cum veniunt deuoti ad laudes Dei celeb byterum, vt abbreuiet M

canret: nec ei licet morem ecclesiasticum sequi, propter illorum gulam & auaritiam.

Tertium Præceptum Ecclesiæ.

Indicta certis diebus ieiunia, & à quibusdam cibis abstinentiam obseruato.

TIT. IX. De ieiunio & abstinentia.

Moyses ieiunauit quadraginta dies & noctes ieiunans. Exod. 24. & 34.

Helias ieiunans quadraginta dies & noctes ambulauit usque ad montem Dei Horeb. 3. Reg. 19.

Ninivitæ ieiunium indixerunt, & sacco induti sunt. Ionæ 3.

Ezechias ieiunauit, & flens lauit. 4. Reg. 20. Esaiæ 38.

Esther ieiunauit, & flens orauit. Esther 4.

Iudith ieiunauit, & flens orauit. Iudith 8.

Dauid ieiunauit, & flens orauit. 2. Reg. 12.

Esdras ieiunauit, & flens orauit. 1. Esdræ 8.

Daniel ieiunauit, & flens orauit. Dan. 9.

Ieiunium Ninivitarum Deus placatus remisit. Ionæ 3.

Ezechias ieiunio & fletu Deum placauit. 4. Reg. 20. Esaiæ 38.

Esther ieiunio & fletu Deum placauit. Esther 4.

Iudith ieiunio & fletu Deum placauit. Iudith 8.

Dauid ieiunio & fletu Deum placauit. 2. Reg. 12.

Esdras ieiunio & fletu Deum placauit. 1. Esdræ 8.

*Daniel ieiunio & fletu Deum plac

per abstinentiam carnem domaret, die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt, in quo ad vescendum carnes paratæ sunt: quas dum ille ad esum contingere per abstinentiæ amorẽ recusaret, cœperunt eum parentes eius irridere, ac dicere: Comede, nunquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus? Illo vero in loco pisces audiri cõsueuerant: non videri. Sed cum his sermonibus Honoratus irrideretur: repente in conuiuio aqua ad ministerũ, defuit, & cum situla lignea, sicut illic moris est, mancipium ad fontem perrexit: dumque hauriret aquam piscis situlam intrauit. Reuersumque mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua fudit, qui ad totius diei victum Honorato potuisset sufficere. Mirati sunt omnes, tõtaque illa parentum irriso cessauit. Cœpere namq; in Honorato mirari abstinentiam, quam ante deridebant.

Honorati pueri abstinentia.

Piscis montanus Honorati.

TIT. X. De sacri ieiunii violatione.

EXEMP. I. *Offenduntur sancti, dum in eorum perui-giliis non ieiunatur.*

D. Antoninus 3. p. Chr. tit. 24. c. 11. §. 1.

SAnctæ Brigittæ interdum apparuit Diuus Ioannes Baptista, dicens: Quia luctum habuisti pro eo quod filius tuus offendit me non ieiunans vigiliam meam, ego iuuabo te, & muniam armis meis spiritualibus.

II. *In ieiunio vestem requiri omnino intentionem.*

Ex vitis PP.

Monachus quidam iunior seniorem rogauit quid esset in cau[illegible] quod cum ipse in congregatione Monachorum degens frequentissime ieiunaret: in solitudine posit[illegible] vix hoc sibi impetrare posset. Cui sanctus senior, inanis gloriæ vim atque naturã solerter attendens: In monasterio, inquit, Fili, cum tibi ieiunare videbaris, non ieiunabas: erat enim aliquid vnde pascebaris, nempe aura inanis gloriæ, quæ tibi propter abstinentiæ laudem tribuebatur? qua in solitudine ablata, vbi spectator defuit, defuit & ieiunandi studium. Ex cuius verbis satis liquet, quanta intentione opus sit, ne ad ostentationem ieiunans ieiunii tui mercedem amittas.

Inanis gloria in ieiunio cauenda.

III. *Gregor. Nazianzen. acerbe carpit Iudicem, qui ieiunium ecclesiasticum violabat.*

Bar. to. 4. Annal. an. 384. ex Greg. Naz. epist. 74.

D. Gregorius Nazianzenus, virtute præstans, qui etsi statu humilis, tamen tanquam è celsiori loco vibrare iacula in delinquentes, cum occasio opportuna daretur, minime prætermisit, non hæreticos solum Ecclesiæ Catholicę perduelles, sed & Ecclesiæ quoque filios prauitate morum à disciplina ecclesiastica aberrantes coercuit. Cũ enim (vt vel vnum de his hic reddamus exemplum) accepisset Eleusium Præfectum, sibi familiaritate cõiunctum, ab ecclesia ieiunium institutum prætermittere, vt grauis offensæ reũ, ad ipsum scribens, ita redargu[illegible] Excepi te etiam tacens, vt silentii quoq; sermonem esse intelligas per calamum se proferentem. Loquar autem quæ & amicitiæ & huiusmodi tempori conueniunt. Legibus iniuriam facis, Iudex, qui non ieiunas. Et quomodo leges humanas seruabis, qui diuinas contemnis ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum: ne duorum alterum tibi accidat, vt aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, se ipsum traducere est. In summa, ô Iudex futurum scito vt iudiceris, & minus p[illegible]abis. His nihil melius habebam, quod tibi pr[illegible]em.

D. Greg. Naz. arguit non ieiunantem.

IV. *De cuiusdam subito interitu [illegible]ragesimalem abstinentiam contemnentis.*

Bar. to. 10. Annal. ad [illegible]m. D. 947. ex Flo. hist.

De beato Ælphego Wintonien[illegible] Anglia Episcopo sanctitate claro legitur, quod i[illegible]rum cum de more pœnitentes de ecclesiæ lim[illegible] mouera[illegible]ertatus est eos vt tempore Quadragesimali ieiunio [illegible] vacantes, diebus illis vxorum etiam deliciis abst[illegible]erent. Quorum vnus, cæteris Episcopi iussionibus reuerenter obtemperantibus, iocari cœpit, dicens se abstinere non posse à Venere, à cibo pariter & coniugio. [illegible]Episcopus Contristas me, miser, oppido, nescius quid tibi pariat dies ventura. Et sic homo ille recedens dur[illegible] beati Ælphegi prophetiã nebulo experitur, dum [illegible]stera luce in cubiculo sit repertus exanimis, [illegible]tum vtrum à diabolo suffocatus.

O[illegible]ha[illegible]ua bene[illegible]dicta

V. *De pœna exercitus Polonorum ob cibos ab Ecclesiasticis tempore Quadragesimæ sumptos.*

Scribit Martinus Cromerus Naclum P[illegible]rum arcem munitissimam, Vladislaum Po[illegible] Re[illegible]m obsedisse. Ibi noctu, lucente luna, [illegible]bantur crebro ab excubatoribus, quasi arr[illegible]stium acies ex apertis campis ad Polono[illegible]tiua adequitantes & incursantes. Cum id s[illegible]cideret, indignati Poloni iniquietari sese, [illegible]in apertũ certamen prodire hostes, noct[illegible] cum ibidem hostes adesse nuntiarentur, [illegible]di agminatim è castris sese propripuere, di[illegible]que casso labore prosequuti sunt. Obse[illegible] Polonorum exaudito & excursione è c[illegible]aduersa erumpunt subito, & ignem in [illegible]tuguria militum stramine arundineq; [illegible]iiciunt. Quo celeriter pluribus in locis, [illegible]Hudente, paucis qui in castris manserant, Fabri filius, Pe[illegible]tibus facili opera cũ magna castrorũ [illegible], in mo[illegible]grarunt. Nocturnas illas vmbras fu[illegible], velut eq[illegible] hostilis exercitus speciem ost[illegible]; hic autem [illegible]nosita diuino permissu exagitarun[illegible]o vsi sunt [illegible]solenne omnibus Christianis quad[illegible] ieiunium priore expeditione, pro[illegible] rario carnis & lactu[illegible]rum esu [illegible]tutis Ecclesiæ Catholicæ contem[illegible]rant. Quo incommodo accepto [illegible]pugnatione Nacli iussu Regis [illegible]mnes.

VI. *De funesto interitu exer[illegible] sanctã carnibus vescentis.*

Bredenbac. Collat. 1. fol. 155. ad An. 1575.

Non dissimilem pœnam violati ieiunii Quadragesimalis recenset Tilmannus Bredenbachius his verbis: Anno 1575. in septimana sancta: milites Comitis Ludouici à Nassau contempta religione veteri carnibus passim vescebantur, & immodica lætitia efferebantur. Parochus vero id temporis agens in loco non valde à castris militum remoto, suos confortabat, vt sacrum Quadragesimæ tempus pergerent religiose peragere: illos quidem diuinis humanisque sanctionibus contemptis, nunc strenue cõmessari carnibus, victitare & lætari, sed lugubre & funestum Paschæ [illegible] ituros, se vero ac suos fausto ac festo Paschæ [illegible] gaudiuros. Quod & factum: nam Catholicis [illegible] exactos sanctæ Quadragesimæ labores [illegible] solennitatem festiuis gaudiis celebrantibus, ecce subito feria 4. Paschæ, vniuersus ille Ludouici exercitus cum ipso Comite Ludouico, omnibusq; antesignanis [illegible] fectus est, paucissimis fuga saluatis. *Adhuc esca erant in ore eorum*, inquit Psalmista, *& ira Dei ascendit super eos*, & gladius Catholicorum deuorauit carnes, & carnuoros. Hanc [illegible]gem Gerhardus Candidus in appendice historiarum Belgicarum Ioannis Meyeri quæ verbis succincte annotauit. Decimoquarto, inquit, Aprilis die, auxiliares copiæ, quæ Aurelii vires recentur [illegible]ntur firmare, in Ericeto Mokensi, vulgo auff [illegible]e Mocker Heyden, ab Hispanis susæ sunt, & dissi quasi ar[illegible] præcipui exercitus duces, Ludouicus & [illegible] locumtenens Nassouij Comites, & Christophorus Palatinus [illegible] ec inter viuos, neq; inter mortuos reperti. Mirc per[illegible]

Psal. 77. vers. 31.

Goëtes sacri ieiunii violatores puniuntur.

[illegible]nde puniuntur Lutherani in die paraſceues gelecole[illegible] *dulgentes.*

[illegible]percussi[illegible]

Rat aleator[illegible] imagi[illegible]

[illegible]uoque non absimilem refert historiam P[illegible] post hanc [illegible]s Delrio Disputationum magicarum to[illegible] sum quia[illegible] bis. Paucis ab hinc annis, postquam Tor[illegible] eos scilicet [illegible] in Lutheranam doctrinam concesserant, *Verbum Cat*[illegible] solenne Paschæ festum proxime præcenem. Et sic[illegible] Lutherani ecclesiastæ concione, ciui-

IV. *De adole*[illegible]o D. matri Virgini sacro reuertentibus, *gatus in pisc*[illegible]m conciuerit & familiarem inuitat ad

Adolescens [illegible] natum domum comitetur: habere se posthabitaq; rum petasonem Westphalicum: alter sum ludicare de[illegible]rens respondet, sibi [illegible] gallum opipa- piscinam detru[illegible]em cupiat in symbolam adferre. Dum seruulo inquisi[illegible] cumbitur, alteros quoddã galli amretur, certiores [illegible] imprudens pœne ipsum deglutit: q tantem illum mo[illegible]ter, neq; eximere valeret, eo ipso Procopij ossibus [illegible] ter postridie Paschæ malo spiritu ficio reducunt. [illegible] multo post rabie ac furore exagi

Ex actis S. Proco. m. s. Sur. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

V. *De horrendo euen*[illegible]*or ieiunii pridie Natalis Domini ac re sacra die Domi*[illegible]*presbyteri depositi.*

[illegible] cum dæmone exhalat.

Anno Domini 15[illegible] Xanthippum Numidiæ Primatem Dotia, quæ alba [illegible]ero ieiunii vigilia Natiuitatum est. Pastorem [illegible]rat: primo cœperi eũ peculiare rem sacram ve[illegible]ino apud se commendatum esse, qui cum cui[illegible]am inde posset proba-

bilem reddere rationem. Deinde conuictus atque confessus est die ieiunii Natalis Domini, quo etiã Gippitana Ecclesia, sicut cæteræ, ieiunabat, cũ tanquam perrecturus ad ecclesiam suam, valefeciisset collegæ suo presbytero Gippitano hora ferme quinta, & cum secum nullũ clericum haberet, in eodem fundo restitisse, & apud quandã malæ famæ mulierem & prandisse, & cœnasse, & in vna domo mansisse. Hunc autem, cum culpam fassus esset, remouendum ab officio presbyterii arbitratus sum, timens ei deinceps ecclesiam Dei committere: ne si quid pernitiosius ei euenerit, languens impetẽ mihi.

Pœna violatis ieiunium Nat. Domini.

IX. *Ritum Ecclesiæ Catholicæ abstinendi à carnibus feriis sextis irridens quidam diuinitus punitur.*

Rusticus noster die veneris negotii causa hæreticum villæ ministrum adiit. Erat in mensa opipare sane apparata carnibus. Iubet ille assidere hospitem, vt irridendum propinet comportatoribus: quippe Catholicum inuitat ad carnes: cum ille constanter abnueret, & se eo die arceri ab iis religione diceret, arripiunt risus materiam, vigent, sollicitant, risu, cachinnis, atque temulentis clamoribus admouent ori, intrudunt prope in oculos: tam egregius minister magnum bolum delicatissimæ carnis arripit, rusticum nomine appellat, & in eius ludibriũ cunctis intentis ad spectaculum manum attollit, ac deglutiturus pandit impurissimas fauces. Non adhuc esca erat in ore ipsius, & ira Dei descendit super eum. Hæsit aperto atq; hianti ore: nullo conatu, nulla vi coniungi iterũ maxillæ potuerunt quas Deus disiunxerat. Educitur Vradislauium: frustra adhibet chirurgos aliosue medicos: dum [illegible]e magni fiunt ad rem nouam concursus, ille qui cõtra religionẽ Catholicam os aperuerat, & ore aptissimo verbũ exprimere nullũ poterat, eo miraculo prædicabat aptissime fidei veritatẽ, in eiusq; testimoniũ os habebat apertum inuitus. Non absimili modo, funestiore exitu, petulans mulierecula inter Catholicos immorans die sabbati, vt primum carnis bolum in os ingessit, extincta repente in terram concidit.

Ex lit. An. Societ. anni 1592. sub Prou. Austr. pag. 125.

Miraculũ.

V. *Adolescens feria sexta carnibus vescens ad hospitæ precationem, mox à dæmone corripitur.*

In Prouincia Polonica anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo quinto, iuuenis quidã in Podlachiæ oppido cum feria sexta carnibus vesceretur, nec ab hospitibus monitus resipisceret, hospita, vt est fœminarum ad imprecandum prompta natura, ad helluonem aliquando conuersa: Vtinam, inquit, vel diabolum vores: Habuitque subitum euentum mala precatio. Nam carnium vorator à diabolo cœptus est obsideri. Cumq; ad Patrẽ delatares esset, adhibitæque de more preces & exorcismi, sæuire malus dæmon in sacerdotem cœpit, furere in eos qui aderant, iuuenemq; illum miserandum in modum excruciare, donec interclusis faucibus enecauit. Fuit hæc res iuueni quidem ipsi luctuosa, etsi cũ æquitatis diuinæ pœna ad sanitatem iam an-

Ex Annal. Societ. an. 1585. in Missione ad aulam regiam.

Mulieres ad impetrandum promptæ. Feria 6. carnes edentibus pœna.

adu-

te traduxerat, sed imperati ab ecclesia ieiunii contemptoribus, quos inopinatus casus perterruit, salutaris.

TIT. XI. De sacri ieiunii virtute & effectu.

Iudic. c. 10. *Israelitæ semel ac iterum à filiis Beniamin debellati, fleuerunt coram Domino, & ieiunauerunt die illo, & præualuerunt coram illis.*

1. Reg. 4. & 7. *Iidem sub Heli sacerdote bis debellati à Philistæis, postea sub Samuele ieiunarunt, & victoria potiti sunt.*

3. Reg. 21. *Achab Rex audiens comminationem sibi factam ab Helia Propheta, operuit cilicio carnem suam, & ieiunans dormiuit in sacco. Proinde Dominus ab eo pœnã distulit.*

2. Mach. 3. *Iudas Machabæus cum suis in Maspha ieiunauit centone amictus, & ad Dominum clamans, auxilium contra Antiochi illustris tres duces impetrauit.*

EXEMP. I. *De triduana abstinentia in Rogationibus ante Ascensionem Domini.*

Petrus Can. lib. de doctrina Christ. c. 3. de bon. operib. ex Aurelianensi Concilio. CVm exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur: nec illius flagelli aliquod remedium inuenire possent: congregati traduntur Galliarum Episcopi apud Viennam vrbem, atque in commune statuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum Prouincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum summa reuerentia & deuotione, cum abstinentia carnis, & humilitate mentis & cordis, vt non solum visibilium luporum rabiem euadamus, sed vt inuisibiliũ, id est, spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur, quia in sacco & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates & comessationes, quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præsumat, sed discalceatis pedibus omnes incidant. Nequaquam mulierculæ choros ducant, sed omnes in commune Kyrieeleison decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiã exorent pro peccatis, pro pace, pro auertenda peste, pro conseruatione frugum, & pro cæteris necessitatibus: dies enim sunt abstinentiæ, non lætitiæ.

Ieiunium Rogationum vnde originem habeat.

Rogationum ieiunia quomodo in Gallia iussa.

In diebus Rogationũ pro quib. reb. orandum.

II. *Ieiunium quadraginta dierum absque vllo cibo & potu perfert Euphrasia ad domandas tentationes dæmonum.*

In vita eius apud Surium Mart. 13. S. Euphrasia virgo sanctissima duodecim annos nata pie sacra suscepit certamina. A vespera in vesperam interdum ieiuna permanebat: biduo etiam triduoq; nonnunquam à cibo abstinebat. Sed mox cœpit dæmonis insultatione perpeti. Quod cum cognouisset Abbatissa, vocauit illam ad se, & ait: Cur non exposuisti nobis maligni dæmonis tentationem? illa vero ad eius collapsa pedes, Ignosce mihi, ait, Domina nam me verecundia retinuit, ne tibi eam aperirem. Dixit autem Abbatissa: Quandoquidem iam pugnare cœpisti cum hoste, viriliter age, vt post victoriam coroneris. Post dies non multos iterum tentata est, & sorori Iuliæ, quæ impense illam amabat, & eam exercebat ad certamina, quid sibi accidisset, aperuit. At illa dixit: Domina mea Euphrasia, ne cele, quæso, dominam Abbatissam, sed explica ei, vt roget Dominum pro te. Fertur enim multas abineunte ætate diabolicas pertulisse tentationes, & diebus quadraginta [illegible] accepisse, vel cibi vel potus, sed immobilitate precibus perduraſſe, sicque diaboli fraudes [illegible] superasse.

Ieiunio & oratione vincuntur tentationes dæmoniorum.

III. *Ad extinguendam Albigensium hæresim 14. an. ieiunat Lutgardis.*

Dum S. Lutgardis in Aquiria ordi[illegible]; *Tho. Cantipr. l. b. 2. vita S. Lutgardis c. 2. apud Sur. 16. Iunii.* ensis monialis, diu, noctuque in contemplatione [illegible] ne somno q[illegible] & pro populi salute ardenter oraret, imminente, [illegible]ste sæuissima Albigensium hæreticorum, beatissima Virgo Maria apparuit ei vultu lugubri & obscurato. Compatiens autem ei in visione Lutgardis, cũ magn[illegible]is, & oris rugitu quæ fuit ab ea, quidnam haberet, [illegible] de tanta ben[illegible]tus esset faciei pallor & squallor, quæ alioqui p[illegible]dicta na esset omnis gratiæ. Cui beatissima Virgo re[illegible] dit: Ecce ab hæreticis & pseudochristian[illegible] conspuitur, rursus crucifigitur filius meus. [illegible] assume tibi lamentum & perpetuis septem a[illegible] iunato, vt sopiatur ira filii mei, quæ genera[illegible] uerso imminet orbi, itaq; toro septennio t[illegible] indixit, ieiunium, vt pane & cerusia con[illegible]

IV. *Septem dierum ieiunio continuo Lotharius defuncto vitam reddit S. Sulpitius.*

Lotharius Francorum Rex sæuissimo [illegible] morbo ad extrema aliquando tendebat. R[illegible] pentino luctu obruta, monilia abiicit, v[illegible] rat, euellit capillos, genas discerpit. Reger[illegible] aliter atque iam extinctum plorat. Tur[illegible] Regia domus, iunguntur dominæ lac[illegible] ctus aulicorum: fit concursus omnium [illegible] Sulpicium, eius amplectuntur genua, i[illegible] crymis, obsecrant, vt pro salute regi[illegible] discrimine constituti, preces Deo of[illegible] vir sanctus faciem lacrymis rigat, tu[illegible] ta trahit suspiria producit vigilias, [illegible] nis, perpetuis Deum precibus pul[illegible] diebus quinque, Regis fit etiam [illegible] Tum vero orant aulici virum san[illegible] inedia conficere, paulumq; cibi a[illegible] comeda, inquit; donec salutem [illegible] à Christo, cui seruio: illis contr[illegible] cipem iam pæne exhalasse, ne[illegible] se inedia tabefacere. Sir Dom[illegible] ptem dies ieiunus permans[illegible] sanitati restituto cibum ca[illegible] ctis optatissima, impleri[illegible] dicta regi salus repetere[illegible] prædicatur, & ad regis c[illegible]

me euocatur, fecerat enim hæc res charum omnibus & gratum.

V. *Ad vitam diutius protrahendam ecclesiastica etiam valere ieiunia.*

Cum Stanislaus Hosius Cardinalis, in omni vita sua dies ieiuniorum ab Ecclesia institutos religiosissime castissimeque seruasset, sententiæ suæ constantiam ne in decursa ætate sua immutare voluit. Quamobrem etiam senex, Quadragesimam, summa cum animi alacritate, in summa abstinentia & vsu Quadragesimalium ciborum transigeret, nec posset vllis aut precibus aut exhortationibus expugnari vt cibis salubrioribus vteretur, dicere solebat, propterea se ieiunia dies ab Ecclesia institutos diligentissime obseruare consueuisse, quod vellet longæuus esse super terram. Scriptum esse memorabat; Honora Patrem tuum & Matrem tuam, vt sis longæuus super terram. Pater, inquit, meus, est Deus in cœlis. Mater mea, est Ecclesia in terris. Ille præcipit, vt ieiunem, ista præcipit, vt his vel illis diebus, & isto vel illo tempore ieiunem. Vtrumque libentissime aspicio, certamque spem concipio, futurum, vt obediendo meæ fructum hunc referam, vt sim longæuus, quemadmodum Scriptura promittit, super terram.

Stanislaus Hosius de vita eius cap. 29.

Quadragesimalis abstinentia vita longæua.

Quartum Præceptum Ecclesiæ.

Peccata tua sacerdoti proprio, aut alteri cum eius licentia confitebor.

De exomologesi annua.

Princeps nolens confiteri, damnatur.

Verbum Caesarium quidam duxit malam vitam, quem cum nem. Et sic[illegible] vxor eius ad confessionem, dicebat,

IV. *De adolescente qui confiteri, quia timeo, ne grauis pœnitentia in purgatorio infligatur.*

onfiteri, quia timeo, ne grauis pœnitentia ibi, Cui vxor: Et quomodo sustinere [illegible]nferni, quę grauiores sunt, quã quę

Exemplum S. Procopii m. 7. Iul. tom. 7. cap. 14.

Adolescens [illegible] mundi: Cui ipse: Putas, quod in posthabita qui[illegible]na aliqua, aut diabolus, aut vita a[illegible]sum ludicre detr[illegible]ic: Sacerdotes autem ista inuene- piscinam detr[illegible]. Quę videns, quod nihil proficeseruulo inquis[illegible]sit in pace. Quadam nocte cum rerur, certiores [illegible], dæmones venientes & accitantem illum no[illegible]o suo, ad infernum portaue- Procopij ossibus S[illegible] videns hoc, quia sancta mu- ficio reducunt[illegible], vt sibi reuelaret statum viri

V. *De horrendo euentu eius, qui corpus viri inuenit quasi re sacra die Dom[illegible] & in manu litteram, in qua*

[illegible] atus sum, quia infernus

taxili[illegible] Anno Domini [illegible]ca ad agendum pœniten- icono[illegible]be Doria, quæ Alb[illegible]ere chi, [illegible]arum est: Pastorem [illegible]rat *cupiditatem diuitiarum,* tus. Su[illegible]ntu[illegible]nte rem sacram v[illegible] *salute, male perit.* vel [illegible]sto[illegible]uisse: qui cum cu[illegible] [illegible]s [illegible]

Refert B. Antonnius Archiep. Florentin. de quodam auaro, quod cum infirmaretur ad mortem, parentes & amici hortabantur eum ad contritionem & confessionem, respondit, Ego non possum, quia non habeo mecum cor. Cui ille: tu deliras, quid enim est quod dicis: quomodo enim viueres, si non haberes cor, & quis tibi extraxit? At ille, non deliro, sed verum esse quod dico. Vt autem sciatis verum esse quod dico, ite ad capsam, vbi sunt pecuniæ meæ, in quibus spem & fidem meam posui, & ibi inuenietis, sicque desperatus decessit. Cumque illi ad capsam accessissent, & aperuissent, inuenerunt quod ille dixerat, ibi videlicet inter pecunias cor illius miraculose factum, ad innuendum quod ibi fuerat affectus eius, iuxta illud Christi: Vbi est thesaurs tuus, ibi est & cor tuum.

Summa S. Antonin. 2. p. ti. 1. c. 11. §. 6.

Matth. 6.

III. *Mulier præ verecundia peccatum fornicationis occultans damnatur.*

Scribit idem auctor fuisse, quandã mulierem nobilem, magnarum virtutum, famæ & consilii, quæ cum virum non haberet sibi à seruis Dei consulrum erat, vt remaneret in sæculo potius quam monasterium intraret, quia plura bona in sæculo faciebat. Sed instigante dæmone, qui felici eius statui inuidebat, incidit in fornicationem. Quod illa postea quam citius perpendens, decreuit ingredi monasterium ad agendam pœnitentiã de scelere, & vitanda pericula iam ex[illegible]erta. Quo facto dedit se maximæ abstinentiæ, vigiliis, orationibus, silentiis & lectionibus, nunquam de fornicatione perpetrata *præ verecundia* voluit confiteri. Mortua autem [illegible]obatissa, communi concordia ista electa est in Abbatissam propter exteriora exempla sanctitatis eius, quæ similior in magna austeritate degebat & monasterium administrabat. Post multa vero tempora, cum grauiter infirmaretur, rogauit eam quędam ex monialibus sibi magis familiaris, vt si contingeret eam decedere, sibi post mortem appareret, ad intimandum statum suum. Quod illa promisit, Domino dispensante. Mortua igitur, cum moniales expectarent de die in diem miraculis illustrari, quadam nocte apparuit illi, cui promiserat, tota turpis & tristis. Eam agnoscens cum interrogaret de statu, respondit: Damnata sum perpetuo in ignem æternum. Quod illa stupens ait: Quis ergo poterit saluus fieri si tu, quæ vitam tam singularem, tam irreprehensibilem, tam austeram in sæculo, & monasterio tenuisti, saluata non es. Cui illa: Non mireris, quia vna sola causa damnata sum, ex eo nimirum, quod in peccatum carnis in sæculo lapsa, præ verecundia nunquam voluí confiteri.

Mulier peccatum præ verecundia celat in confessione.

Damnata propterea apparet.

Quin-

Quintum præceptum Ecclesiæ.

Sacrosanctam Eucharistiam semel in anno, idque circa festum Paschæ sumito.

TIT. XIII. De Communione Paschali.

Num. 11. Deut. 8. Exod. 12. Ioan. 6.

Filij Israel manducauerunt manna in deserto. Iudæi manducabant Pascha, i. Agnum Paschalem. Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

EXEMP. I. *Omittens semel in anno communicare damnatur.*

Io. Naucle. Prapo. Tubingens. Vol. 2. Chronogra. generat. 21.

CVm pro quodam defuncto ante annos centum & octoginta, die anniuersario constituto in ecclesia sancti Petri Romæ celebraret Gregorius: & cantaretur introitus, Requiem æternam dona eis Domine, audiuit vocem de cælo, Non faciam. Sed vir Deo deuotus, putans illusionem esse, iussit reincipere Requiem: tunc rursus audiuit vocem, Non faciam, quia anima illius damnata est. Prosequitur Gregorius officium, orans causam damnationis reuelari sibi. Cui reuelatur ideo damnatus, quod propter inimicitias, quas remittere noluit, corpus Christi semel in anno omiserit recipere, & de hoc confessus non fuisset.

II. *De Ermigildo Rege Cath. à patre Ariano occiso, quod noluerit de manu Episc. Ariani in Paschate communicare.*

Greg lib. 3. Dial. cap. 31.

Sicut multorum, qui ab Hispaniarum partibus veniunt, relatione cognouimus, nuper Ermigildus Rex Liuigildi Regis Wisigothorum filius, ab Ariana hæresi ad fidem Catholicam, viro reverendissimo Leandro Ispalitano Episcopo, dudum mihi in amicitiis familiariter iuncto, prædicante conuersus est. Quem Arianus pater, vt ad eandem hæresim rediret, & præmiis suadere, & minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet, nunquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnouisset, iratus pater eum priuauit regno, rebusq; expoliauit omnibus. Cumq; nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arcta illum custodia concludens, collum manusque illius ferro ligauit. Cœpit itaque idem Ermigildus Rex iuuenis terrenum regnum despicere, & forti desiderio cæleste quærens in ciliciis, vinculatus iacens, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoq; sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto & religatus agnouerat nihil fuisse quod potuerit auferri. Superueniente autem Paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum Episcopum misit, vt ex eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano Episcopo venienti exprobrauit, vt debuit, eiusq; à se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaq; reuerso Episcopo Arianus pater infremuit: statimq; suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, vbi iacebat, occiderent: quod & factum est. Nam mox vt ingressi sunt, secures eius cerebro infligentes, vitam corporis abstulerunt, hocque in eo [illegible] perimere, quod ipsum quoque qui perimebat est, in se commiserat desperasse.

Episcopi Ariani respuit Ermigildus Rex Carli Patricij filio virum admittit.

III. *Virtute sumpta Eucharistia mira[illegible]*

Niceph. libr. 16 hist. Eccl. cap. 36.

Inter Persidem & Indiam oppidum [illegible] daer nomine. In eo Cabades maximam pecuniæ vim pretiosorumque, & pellucidos lapillos, clam asseruari intellexit. Eis vt vna cum oppido potiretur, nihil intentarum reliquit: sed quo minus, quod volebat, efficeret, dæmones, qui thesaurum eum custodiebant, obstitere. Et postquam [illegible] euocationes & impostura expertus est, dæmonibus [illegible] delicere locum eum firmissime obtinentibus, nihil egit. Iudæ[illegible] rem expedire aggressus est: atq; vi[illegible] quoq; optatis votisq; suis potitus non est, pe[illegible] stianos tandem se, quod conabatur, confectu[illegible] se arbitratus est, quos aduersus dæmones p[illegible] recepisse audiuerat. Itaq; Christianorum, [illegible] Persas erat, Episcopũ ad se vocauit. Qui e[illegible] synaxi & conuentu ecclesiastico popular[illegible] cocto, & diuinis sanctificationibus per[illegible] denique Christianis, qui ibi cõuenerant d[illegible] crucis quilocum eum incolebant dæmo[illegible] & Cabadę statim fine labore vllo oppidu[illegible] Quare consternatus Persa primo subsel[illegible] pum Christianorum cohoneastauit, quu[illegible] que tempus Iudæi & Manichæi sedes pr[illegible] tinuissent. Atque ab eo tempore, vt d[illegible] cunque vellent, Christianorum sacra c[illegible] testatem liberam omnibus permisit: e[illegible] excruciauerat, adeo vt etiam multis n[illegible] tes eas per quas vox editur, ademeri[illegible] lis quoque sic amissis, non minus q[illegible] sunt locuti.

TIT. XIV. De decimis pe[illegible]

Abraham credentium pater, [illegible] archa, qua optima habuerunt, in [illegible]

Inter tribus Isra[illegible] duodecimum eor[illegible] Deo electa, vt esset sacerdotali[illegible] laudibus intenta in suo taber[illegible] non dedit terram aliquam in[illegible] dauit, vt habitarent permi[illegible] quibus acciperent decimas [illegible] tura.

Communionem in Paschate de manu.

EXEMP. I. *S. Stephanus Vngarorum Rex omnium rerum decimam beato Martino consecrat.*

ANno Christi 997. Geisa primus Dux Christianus Hungariæ, ex hac vita migrauit in cælum, cui successit S. Stephanus eius filius, qui ætate licet adolescens, tamen sapientia canus erat, atque in primis religione præstans, quod simul ac Pater decessit, ciuile bellum & in ipsa Christianæ fidei est exortum, extinxit. Res digna memoriæ, quã his verbis idem auctor est prosequitur: Diaboli instinctu populus Gentilis Christi [illegible] ei iugo colla supponere noluit, & cũ priscis Domini sui imperio subducere se molie[illegible]taq; depopulabantur eius vrbes, prædabantur, possessiones diripiebant, ministros cædebant, & vt cætera taceã, etiam ipsi inter se trucidabant. Cumq; ab huiusmodi improbitate reuocare se nollent, nec suo furori & amentiæ modum statuerent, Dux ipse diuinæ virtuti confidens, ad edomandam illorum rabiem cum sui exercitus copiis sub signis Dei dilecti [illegible]ncis Martini, & clarissimi martyris Georgij prouit in hostes, qui tum forte obsidebant, [illegible]m vulgo Vesprinum vocant. Quod quidem illi [illegible] fecere contumeliam, vt quem ad locum ille [illegible]rentur, [illegible]ius conueniisset accedere, ibi ipsi consideret [illegible]ssetque ex eo loco facilior ipsis aditus ad alia quasi [illegible] occupanda. At ille diuina fretus ope & cle[illegible] ad locu[illegible]llos aggressus est, & illis quidem suis armis [illegible]viam su[illegible]ibus, ipso vero fide armato, vtrimque con[illegible]ire pei[illegible]. Victis tandem hostibus, & partim cæsis, [illegible]recol[illegible]etis, Dux victor abscessit, & sapienter quipercuss[illegible]iorum villis & agris siue possessionib[illegible]a-post hanc [illegible]quemadmodum olim Saul, qui superatis sum qui[illegible]is, contra quam Dominus iusserit, ex eo[illegible]oscilicet [illegible]optima quæq; seruauerat: sed quia Pan*Verbum Ca*[illegible]simum Martinum apud se natum glonem. Et sic[illegible]etiam meritis vir Christi fidelis (vt iam

IV. *De adeptus in pr*[illegible]ex hostibus victoriam reportauit, nihil [illegible]im in suos vsus conuertit, sed ex Dei a[illegible]filio, iuxta eiusdem sancti Præsulis

Adolescen[illegible]eo, qui sacer mons dicitur, vbi S. Marposthabitaq[illegible]annonia degeret, precari solitus erat, sum ludicre dur[illegible] monasterium construxit, possessiopiscinam detre[illegible]tribuens. Idem vero Episcopus seruulo inquis[illegible]rum captiuorum facultatibus deretur, certores[illegible]ens, idque adeo exacte, vt si quis tantem illum n[illegible]les, decimam prolem S. Martini Procopij ossibu[illegible]gitur hostibus sub iugum missicio reducunt[illegible]dio spirituali perfusus, omnem

V. *De horrendo eue*[illegible]lit ad consectandam doctri*re sacra die Dom*[illegible]

Anno Domini [illegible]es Flandria, Brugis S. Dona*ce Doria, quæ Alb*[illegible]narit.

[illegible]rum est: [illegible]o centesimo primo, Ro[illegible]ante rem sacram ve[illegible]cerdotes D. Donatiani [illegible]sse: qui cum [illegible]it: nam altaria, ac deci[illegible]s [illegible]profundam[illegible]ioribus suis collegio illi attributa non modo confirmauit, sed etiam omnibus eius loci sacerdotibus solidam concessit libertatem, præsentibus, & subsignantibus plurimis magnis viris.

III. *De decimis D. Thomæ Apostolo apud Indos ab Sagamo Rege decretis.*

Lusitani profecti Meliaporem, vbi diui Thomæ Apostoli corpus esse audierant, æquatam solo ingẽtis amplitudinis vrbem offendunt. Paucæ tantum pyramides, turresq;, & columnę miserabili è strage supererant: nec non varij coloris lapides, ac veluti porphyretica peregregie sculpta fragmenta, quę antiquum vrbis ornatum, & elegantiã satis arguerent. In iis visebantur magnifici cuiusdam templi vestigia, vno tantum superstite ad orientalem plagam sacello, crebris intus foriq; lapideis crucibus è veteri disciplina conspersо. Sub eo tecto latere Apostoli ossa cum accolæ pro certo affirmarent: primum omnium sarcire ipsum ædificium placuit: quod testudinis pondere pressi parietes aliquot locis vitium fecissent. Ad eos ergo fulciendos, ac renouanda fundamenta, conductis è vicino operis, dum effoditur humus, ad quintum ferme dodiãtem apparuit loculus lapidea tabula tectus: in quam ab interiore parte incisę prisca gentis lingua (vti à peritis cognitum est) litteræ testabantur, templum id à sancto Dei Apostolo Thoma quondam extructum: ei templo tuendo colendoque mercium, quæ in vrbem importarentur, decimam ab Sagamo rege attributam. Accesserat obtestatio ad posteros, ne quid ex eo vectigali, ac donatione imminutum vellent.

Io. Petrus Maff. Berge. lib. 8. hist. Indicarum.

Decimarũ antiquitas.

IV. *De decimis Iaponum Christianorum Ethnicis.*

Solebant Iaponenses, dum adhuc ethnici essent, de rebus omnibus, quas à Deo acceperant, item de lucro venditarum siue emptarum rerum, partem aliquam vanis suis diis offerre: quam consuetudinem obseruantes vero Deo eandem nunc offerunt.

*Ex epist. P. Balthasar. Gagi è Iapo*nia 1559.

V. *Decimas defraudantium sacrilegium publica fame in eos immissa vlciscitur Deus.*

Qui sine fraude decimas soluunt, benedictionem recipiunt: at contra, qui decimationem omnem nõ inferunt in horrea Domini, sed fraudẽ faciunt, audire coguntur: Si affliget homo Deum, quia vos cõfligitis me? & dixistis, in quo configimus te? In decimis & primitiis, & in penuria vestra maledicti estis. Sensisse hanc maledictionem aliquando Daniam testis est Ioannes Magnus Archiepiscop. Vpsalensis in Gothorum suorumq; historia, Saxo Grammaticus in hist. Danorum, & alij, his verbis: Canutus Rex cũ summo ac pio studio contenderet, vt Christi ministris liberalius, & commodius de decimis & primitiis prouideretur, insigni cuiusdam Blacconis perfidia tradit°, ab insana plebe trucidatur. Quo facto tanta frumentorum penuria vniuersam Daniam inuasit, vt maxima populi pars alimentorum inops

Io. Magnus in Goth. hist. lib. 18. ca. 15. Saxo Gram. libr. 11. hist. Dan. Martyrolog. Vsuar. 6. Id. Iul. Molã orat. 2 & 3. de decimis defendendis Iacob. Meyer lib. 3. hist. El. an. 1088.

inedia

inedia consumeretur. Enimuero abunde seges finitimis erat, vt priuata gentis, non publica terrarum vltio videretur. Sane tam euidens pœna aliis fruge abundantibus, Danis priuatim ingruens, & parricidam noxam, & perempti innocentiam liquido argumentata est. Nec prius Danicis agris fœcunditas restituta est, quam populus ad correuersus, pœnitentiam ageret, se tam sanctum Regem occidisse, qui tam iusta & honesta pro Christi ministris postulasset: Iamque experimento didicerant, se iustenouem frumentorum partes amisisse, qui decimam ex eis Deo, & Dei ministris reddere noluissent.

VI. *Nobiles Polonorum decimas soluere renuentes à Boleslao Rege coguntur.*

Baron. to. 11. Annal. Eccl. an. 1012. 17. ex Longino Cracouiensi Canonico.

Postea contigit anno millesimo vigesimo secundo eorundem Polonorum ecclesiam conspiratione nobilium decimas soluere renuentium concuti, sed Regis Boleslai maxime pij auctoritate, atq; studio mox turbas illas euanuisse. Res autem gesta sic à Longino Cracouiensi Canonico describitur. Catholicæ religionis fidem cultumq; Satanæ inuidiæ malignitas in Poloniæ regno, & vicinis regionibus videns in breui temporis spatio, primo quidem sub Miezlao Duce, deinde sub Boleslao primo Polonorum rege vehementer germinasse, & funiculos tentorij sui latissima propagine diffudisse, turbinem, & procellam in regno eodem excuiit, & res fidei extinguere, & quietem, stabilitatemque ciuilem nisus est perturbare. Nonnulli siquidem nobiles Poloniæ Satana suggerente, ob onerosam decimarum manipularium solutionem, onerosos Christianos ritus dicentes, hi præsertim, qui in spurcitiis genitalibus enutriti, iugum orthodoxum non facile tolerabant, ad ritus retrahere profanos, & vetustam sacrilegamq; vitam resumere, & decimas non reddere tempore instituto, nec ecclesias frequentare, ministrosque, & sacerdotes de eorum ecclesiis pellere frequenti conspiratione disponebant. Id cum ad Boleslai Poloniæ Regis aures perductum esset, non tulit fidelissimus fidei Catholicæ propugnator gliscentem conspirationem consurgere: sed in ipso suo ortu illam extinxit. Auctores enim illius missis militib. comprehendit, & capita conspirationis partim capitali supplicio extinxit, partim verberibus mulctauit: cæteris minus reis, & sola contagione fœdaris aliorumque suasionem secutis parcendum decreuit.

VII. *De Eucherio Episc. in exilium relegato ob decimarum Ecclesiasticarum defensionem.*

Ex Annal. SS. Belgij per Io. Molan. 20. Febr.

Carolus Martellus Princeps bellicosissimus, & merito Rex Regum appellatus, durius tractabat ecclesiasticos: sanctum Eucherium Episcopum Aurelianensem in exilium misit cum omnibus propinquis, primum Coloniam. Vbi cum vitæ commendatione fauorem clericorum consequeretur, metuit Marcellus querelas Romani Pontificis, ideoque relegauit eum in Hasbaniam, vbi sexto exilij anno obiit, multis gloriosus miraculis. Causa autem exilij erat, quia Carolum libere reprehenderat de conuiuijs in stipendium militare ecclesiæ decimis contra Saracenos.

VIII. *S. Bellinus Episc. Paduanus immaniter trucidatus à viro nobili sed auaro, Thoma Capiuacio, quod iuisse conuictus & iudicatus esset ad soluēdas decimas agrorum, quos sibi habebat.*

Ioan. Molanum rursum ex histo[ria] Patauina scribentem referentemq; memorabil[em] Bellini martyris exemplum, audiamus. Ma[gnum] quit, versari placet in illustriori exemplo sanct[i] i, qui [ac]tione Germanus, sed dignitate Episcopu[s] auinus, numero 71 anno Dom. 1149. die 26. Nou[em]decimarum ius suo consignauit martyrio. Quod q[ui]rat, sic Bernardinus Cardeonus: Thomas, inquit, Capiuacius, cognomento Capiuiger, cum iustè conuictus atq; iudicatus fuisset à Bellino Episcopo Patauino, viro sanctissimo, ad soluēdas decimas agrorum, quos sub Diœcesi Patauina latius possidebat, 26. N[ouem]cum esset agri ditissimus; cui ea sent[entia] homini [auaro], videretur multum iacturæ adferre, [ad]lens id æquo animo ferre, aggressus Bellinum [in] mam fa[ci]e pro ecclesiæ suæ negotiis proficis[cen]in itinere iuxta Rodigium Pollicini oppi[dum] quidam volunt, canibus, vel vt alij affirman[t] immaniter interemit. Qui quidem vir sanct[us] cœpisset post mortem miraculis supra modu[m] re, & miracula multa facere, à summo Pont[ifice] genio IV. biennio post mortem, Catalog[o] rum honorifice ascriptus est. Homicida au[tem] etsi [pœ]nas impietatis, vt dignus erat, tunc fo[rtè] b[ab] humanis, propter potentiam, non dede[runt] nō tamen iudicio postmodum acriter pu[nitus]. Nam iusta Dei vindicta, grauissima posth[umis] afflictus, quoad vixit, vitam traduxit mis[erabilem] & tanta æris alieni magnitudine oppressu[s] cere infeliciter reliquum suæ vitæ temp[us] maxima egestate cōfectus, & ab omnib[us] miser interierit. Insuper in vltionem tan[ti] mnis etiam eius soboles, quę ab ipso de[scendit] nec superfuit, vt fertur, templum in h[onorem] Bellini Deo dicatum ingredi nunqua[m] huius progenies, vna cum fundis, & [ædi]ficiat. Hu[ius] multo post ita defecit, vt nulla ex ist[ius] Fabri filius, Pe[tri] no proles, Deo permittente, pullul[aret] nomine, in mo[nas]ter frater, velut e-

IX. *De Episcopo decimas exigente, cuius fuit: hic autem culina cremato, deque vindicta d[ei] uendo vi[ta]*

Hector Boethius libro d[e] Scotorum, circa me[dium], commemorat: Cathenen[sis] nomen Adamo erat, decim[as] populiribus exigentem, a[d]diris, vt mos, execrationib[us] reprum domi suæ, flagris pria ipsius culina concre[mata].

Bernardin. Scardeon. Can. lib. 3. de Antiquit. vrbis Patau. claff. 3 Alb. anz lib. 1. Metro. & lib. 4. Daniæ ca. 37. Vsuardi Ma[rtyrologio]

vbi perlatum ad Alexandrum est (Regem Scotiæ intellige) contractis paucis quibusdam copiis, illuc extemplo ipse proficiscitur, ac statim comprehensis sceleris auctoribus, qui supra quadringentos erant, omnes supremo affecit supplicio. Postea subditur. Comitem vero Cathenensium, quod nec succurrisset inuocanti auxilium Adamo, nec trucidato, de homicidis supplicium mox sumpsisset: comitatu priuauit. Pontifex vbi Alexandri in puniendis hominibus flagitijs diligentiam ac curam audisset, plurimis verbis apud Legatum laudauit. Tertio inde anno, cum A[illegible] Dei Rex, in festo Regum genio libe[illegible]lius [illegible]elgeret, captata opportunitate, Comes Carl[illegible]ius supplex ad eum veniam rogatũ venit [illegible]adami, cuius quum innoxium se esse [illegible]ceret, cum Alexander seueritate exuta, pristinæ fortunæ, accepta prius ingẽti pecunia, restituit. Sed impunitatem hanc ab homi[illegible] concessam haud inultam Deus dimisit. Nã famuli eius, quod eos asperius æquo tractasset, post paucos annos noctu trucidatum, ac in [illegible]abatum impositum (quo facinus occultum [illegible]neret) accensis ædibus concremarunt. Dei [illegible]eriit igitur ille eodẽ supplicij genere (etsi aliquot Geor[illegible]s postea) vt diuinitus factum videri possit, quo [illegible]m vi[illegible] Episcopum afficerant, cuius inhumationem [illegible]rentu[illegible]rius e[illegible] dubie consenserat.

[illegible]s [illegible]fetgu*pua decimas. Abbatis vendicans ad tribunal*
quasi [illegible] *occi vocatur, & morte subita rapitur.*
[illegible]d locu[illegible]los [illegible]rstadiensis Episcopus Burcardus, decima-
[illegible]iam su[illegible] ibi [illegible]eniæ quæ ad monasterium Hersueldense
[illegible]ure pe[illegible] Vbi, sibi vendicabat ratione Episcopalis re-
[illegible]recol[illegible] Abbas eius cœnobij Meginherus iub[illegible] E-
[illegible]percus[illegible]ris [illegible]ior[illegible]er Friderici cum Palatinum indicari, cum ad
[illegible]post han[illegible] quendam nullo iure adduci posset, breui il-
[illegible]sum qui[illegible]is, [illegible]us, quo coram Deo esset hæc causa diiu-
[illegible]cofelicet[illegible] oritur paulo post Abbas. Et cum Episco-
Verbum C[illegible] [illegible]gratia Synodum indixisset, in itinere la-
[illegible]nem. Et hi[illegible]et o domum relatus est: vbi cum suos do-
[illegible]mos [illegible]im Episcopos se visitantes rogauit, vt
[illegible]*gatus in p*[illegible]s absque mora cœnobio restituerent.
[illegible]litiæ pœnas iam luere.

Adolesce[illegible]co
posthabita q[illegible]an[illegible] *non soluentes dira fame vexantur.*
sum ludicre[illegible]r[illegible]mper sanctum Seuerinum fuerit pro-
piscinam dett[illegible]e[illegible]tes, quæ affligebat Gallias, Rhætios,
seruulo inquit [illegible]ru Borealesq populos, horrendo nimi-
retur, certiore[illegible]i[illegible]arum solutionem, ita narrat Eu-
tantem illum n[illegible]es eculit eorum vexationem ob de-
Procopij ossibu[illegible]gio: Ciues quoq; (inquit) ex oppi-
ficio reducunt[illegible]quondã sancti Seuerini exhor-

V. *De horrendo em[illegible]*lit[illegible]et, frugum decimas pauperi-
re sacra die Dom[illegible] Qu[illegible]s fame constrictis,
[illegible]flauescente, vicina subsidia
Anno Domini [illegible]ubiginis improuisa corru-
hac Doria, quæ Alb[illegible]mparuit, mox ad ipsum
[illegible]rum est. Pastore[illegible]as suæ contumaciæ confi-
[illegible]nec rem sacram [illegible]ti Seuerinus fessos verbis
[illegible]rus [illegible]ns. Si decimas obtulis-
setis pauperibus, non solum æterna mercede fruere mini, verum etiam commodis possetis abundare præsentibus: sed quia culpam propria confessione castigatis, de nomini pietate pollicetur quod rubigo præsentis temporis tam valida, penitus non nocebit: tantum fides vestra vlterius non vacillet. Verum ciues ad persoluendas decimas hæc promissio reddidit promptiores. Tunc, vt solebat, hortatus est indici ieiunium. Quo expleto, placidus imber desperatæ messis amputauit incommoda. *frugum copiæ consulitur.*

TIT. XV. De traditionibus ecclesiasticis.

Rechabita magnam apud Deum gratiam promeruerunt, quod parentum traditioni obedierint. *Hierem. 35.*

Paulus Apostolus electo Sila, profectus est, traditus gratia Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum. *Act. cap 15.*

Cum pertransirent ciuitates, Paulus & Silas nimirum, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & Senioribus qui erant Hierosolymis. *Act. cap. 16.*

Laudat idem Paulus hoc nomine Corinthios, quod Apostolica præcepta, quæ viua voce tradita iam acceperant, sedulo custodirent. *1. Cor. 11.*

EXEMP. I. *Traditiones præferendæ Archiuis, nec minoru auctoritatis, quam scriptura ipsa sacra.*

CVm S. Ignatius martyr audiuisset quosdam dicentes, nisi Euangelium inuenerem in Archiuis, non credo: Talibus respondebat, quod [illegible]esus pro Archiuis esset: nec enim, inquiebat, Spiritui debent Archiua præferri. Durum est enim contra stimulum calcitrare: durum est Christo nolle credere: durum est prædicationem Apostolorum reiicere. *In Epist. ad Philadelphenes.*

II. *Traditionibus ecclesiasticis mordicus esse inhærendum.*

CVm idem Ignatius iter per Asiam faceret, licet attentissima cura à satellitibus, qui illum ductabãt, obseruaretur, ecclesias tamen cuiusque ciuitatis, ad quam forte proficisceretur, familiaribus colloquiis piisque hortationibus confirmauit: ac primum, vt hæreses, quæ iam cum prime nasci, & emergere cœperunt, maxime præcaueret, sedulo admonuit. Deinde hortatus est, vt Apostolorum traditioni mordicus adhæresceret: quam quidem affecuerante testificatus, quo tutius posteritati reseruaretur, necessario scriptis mandandam existimauit. *Euseb. Cesar. li. 1 hist. Eccl. cap. 39.* *Traditionib. Apost. mordicus adhærendum.*

III. *Romæ optime conseruari traditiones Apostolicas.*

Romæ cum ageret insignis ille vir Irenæus Ecclesiæ Lugdunensis id temporis presbyter, quem Tertullianus omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem nominat, haud moles ædificiorum vrbem circumeundo cõtemplatus est, nec otiosus domi resedit, sed Apostolicæ Ecclesiæ fidem, ritus, mores, ac disciplinam, quam illi tradidissent Petrus & Paulus. *D. Hieron. de Script. Eccl. in Irenæo. Tertul. adu. Valent. cap. 5.*

Paulus Apostolorum principes, quam diligentissime perscrutatus est, nactusq; ibi Apostolicas traditiones integras & illibatas, vt ab Apostolis ipsis traditæ fuerant, vigilantissime custoditas, & integerrime conseruatas, ad eas omnes, quod scriptis exagitat, exinde hæreticos prouocauit, quos sciret eo solo tam patenti testimonio (si quæ in eis reliqua esset ratio veritatis) conuinci posse.

IV. *Vt B Antonius Abbas suis moriturus traditiones commendarit.*

D. Athanas. in vita S. Antonii Abb.

D. Antonius Abbas mortem obiturus, & ad propriam patriam profecturus, magna cum lætitia suis præcipiebat desidiam in instituto non debere subrepere, sed tanquam quotidie morituros, vt ante prædixerat, à sordidis cogitationibus animam custodire, & omnem æmulationem ad sanctos quosque conuertere: Meletianos vero schismaticosque, ne prope quidem accedere: Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruersitatem: neque cum Arianis communione iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifestata est. His enim illud addebat, nullum debere Christianum, cum seculi viderit potestates pro Arianorum & Meletianorum pugnare nequitia, à Christi territum discedere veritate: mortalium illam esse defensionem, nec diu fallacem permanere posse phantasiam. Quapropter aiebat, custodienda est pia fides in Christo & patrum religiosa traditio, quam ex scripturarum lectione, & crebro meæ paruitatis didicistis admonitu.

Traditio Patrum seruanda.

V. *D. Ioannes Apostolus suis discipulis etiam traditiones commendat.*

Prochorus Christi discip. in vita eius c. 47.

Cum D. Ioannes Apostolus exul esset, & ibi puerum cæcum curasset, ad eum vniuersi conuenerunt Iudæi, & Græci, & mulieres multæ: & loquebatur ad eos de sacris scripturis verbum Dei, & in fine adiecit: Filioli, estote memores verborum meorum, & seruate traditiones, quas accepistis ex ore meo, & præcepta Christi, quæ per sanctum eius Euangelium vobis tradita sunt, vt sitis obedientes filii, & regnabit Christus in vobis.

VI. *Ritus quosque seruandos pro laudabili cuiusque Ecclesiæ consuetudine.*

Ex Aug. ep. 118. Decretum Gratian. p. 1. dist. 12. c. 11. Illa & Glos. ibidem. Vide Bellar. controuers.

Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri: sicuti quod Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo Spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacunq; se diffundit Ecclesia. Alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quod alii ieiunent Sabbato, alii vero nō: alii quotidie cōmunicant corpori, & sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi Sabbato tantum & Dominico, alibi tantum Dominico, & si quid aliud huiusmodi, animaduerti potest, totum hoc genus rerū liberas habere obseruationes. Nec disciplina est in his melior graui, prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcumque forte deuenerit. Quod enim neq; cōtra fidem, neque bonos mores instituitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, societate seruandū est. Mediolanū me consecuta inuenit Eccl[illegible] Sabbato non ieiunantem: cœperat fluctuare quio[illegible]et. Tunc ego consului de hac re beatissimæ me[illegible] virum Ambrosium. At ille ait: Cū Romam ve[illegible] Sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam [illegible]ra Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non [illegible] esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renunti[illegible]sem, libenter amplexa est.

VII. *Chrismatis & olei exorcizati sanctificatione vsum veterem esse Ecclesiæ Cath. traditionem.*

Æger quidam familiæ non ignobilis, sacro fo[illegible] re nondum ablutus, cum à sancto Remigio R[illegible] rum Archiepiscopo visitari postularet, & [illegible] in vltimo spiritu positus, credere se fatere[illegible] ptizari deposceret, ægroto abrenunciante, dicto fonte, sanctus Remigius à presbyter[illegible] lius exorcisatum oleum & chrisma quæ[illegible] simplex oleum se quidem habere, sed ol[illegible] cizatum & chrisma in ampullis, in qu[illegible] iam penitus defeciſſe respondit: Sanctus [illegible] gius ipsas ampullas afferri præcepit: q[illegible] per altare misit, & se in orationem prof[illegible] gens autem ab oratione, ampullam, in[illegible] habeatur olei exorcizati: & alteram a[illegible] qua breuis continebatur sacri chrisma[illegible] uenit Sicque infirmum, qui ante abre[illegible] post abrenuntiationem oleo exorciz[illegible] demumque baptisatum secundum tr[illegible] clesiasticam chrismate sacro liniuit. [illegible] sanitate recepta, etiam corporis inco[illegible] meruit.

VIII. *Ritus Ecclesiæ Romanæ per tr[illegible]u B. retinendos esse miraculo confirmat[illegible]ciat. Hu-*

Diuus Augustinus Britonum [illegible]mine, in mo-steriores Britonas in Dominico [illegible]ater, vel ut e-sonsuræ, in ritibus baptismi & [illegible]uit: hi autem ti ecclesiæ contrarios cernere[illegible]endo vsos, ne habita, neque precibus, n[illegible]piendæ me-que inerepationibus suis a[illegible]ceri, sed suas p[illegible]us tr[illegible]ilis ia-per orbem sibi in Christ[illegible]nti ferre, hunc laborioſi ac[illegible] cit, vt diceret: Obsecre[illegible] *fecit vnanimes in domo pa*[illegible] re cælestibus signis d[illegible] quibus fur vis ad[illegible]

Adducatur aliquis æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides & operatio Deo deuota atque omnibus sequenda credatur. Quod cum aduersarii inuiti licet, concederent, allatus est quidam Anglus oculorũ luce priuatus: Qui cum oblatus Britonum sacerdotibus, nil curationis horum ministerio perciperet, tandem Augustinus iusta necessitate compulsus, flectit genua ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, deprecans, vt visum cœco, quem amiserat, restitueret, & per illuminationem vnius hominis corporalem, in plurimorum cordibus fidelium spiritalis lucem accenderet. Nec mora, illuminatus cæcus, ac verus summæ lucis præco ab omnibus indicatur Augustinus.

TIT. XVI. De cæremoniis Ecclesiasticis.

EXEM. I. Vt Iaddus Iudæorum Pontifex Alexandro Pontificali vestimentis indutus obuiam ierit.

DEO Gratias. POstquam Iaddus Iudæorum Pontifex audiuit Alexandrum magnum Gaza expugnata, Hierosolymam peruenisse, festinare petiisse, solicitus hærebat animus eius, quidnam deberet facere, cogitans quomodo deberet regem excipere, quasi offensorem, eo quod antea neglexisset imperata adducere. Ergo indictis populo supplicationibus, ad locum [illegible] victimis, ad opem eius confugiendum petit, ibique salutem commendans. Proxima deinde nocte, in somnis ei Deus apparuit, vt bono esset animo, & coronata tiara, & linteis vestibus indutus, portas ciuitatis aperiret: vtq; populus in albis vestibus processum quam, ipse vero cum reliquis sacerdotibus, & cæteris eiusdem ordinis, securi de Dei prouidentia, occurrerent. Verbum Dei [illegible] hem. Et sic [illegible] gat, & paratis omnibus, vt in somnis præceperat, regis aduentũ præstolabatur: & cũ

IV. *De adoratione Alexandri Macedonis in templo.* [illegible] set, eũ iam nõ procul ab vrbe abesse [illegible] cũ sacerdotibus, & vrbana multitudine [illegible] quadam noua & venerabili, vsq; ad locũ [illegible] pha, quæ vox speculam significat: q[illegible] plum in prospectum fit. Et cum [illegible] haldæi sperarét sibi licere quicquid [illegible] termittere, direptionẽ scilicet vrbis, [illegible] quisitũ supplicium: plane contrarium illum [illegible] der enim vt vidit è longinquo [illegible] n, & sacerdotes ante agmen in [illegible] tificemq; in stola hyacinthina [illegible] in capite gestantem, cũ præfixa Dei nomine: solus ad eũ [illegible] dorauit, & saluauit Pontifex. Anno Domini [illegible] bus vna ore consalutantibus, Syriæ [illegible] bem cingentibus, Syriæ [illegible] rum est, [illegible] ore [illegible] ut vix credentes regem [illegible] nere rem faciam [illegible] Parmenio propius accedens [illegible] ille qui [illegible] uidit ira cũ ipse adorare [illegible] profundam [illegible] Iudæorum pontifi- cem. At ille nõ hunc se adorasse respondit, sed Deo, cuius Pontifex esset, honorẽ eum exhibuisse. Hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem, quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo; & sine mora exercitum traiicere: nam suo ductu potiturum me Persarum imperio. Quapropter quia nunc primum talem habitum vidi, agnoscens hunc, & visionis memor, quæ me ad hanc expeditionẽ impulit, puto me non sine numine in Dariũ exercitũ ducere, & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex animi sententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem, deducentibus sacerdotibus in vrbem peruenit: & ascendens in templũ immolauit Deo ex sacerdotis præscripto, ac pontifici quoq; suũ honorẽ exhibuit.

Exodus S. Procop. in S. Ser. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

taxii iconoclasti tus.

II. *Quomodo cæremoniæ Ecclesiæ Romanæ externos ad deuotionem trahant.*

Cum Iulianus Imperator hoc vnum maxime ageret, vt omnes imperio Romano subditi Græcam complecterentur superstitionem, permolestum ei fuit, quod religionem suam a Christianismo gloria longe superari videret. Templa quidem, sacrificia, & patriæ Græcorum solennitates, festique dies per vrbes ex sententia ei fere procedebant. Illa vero maxime solicitudine angebatur, quomodo in posterum quoque cultũ talẽ stabiliret: quod metueret, si is præsidiis tuo destitueretur, ne breui rerum mutatione collaberetur. In primis sane quasi lethale vulnus ei hoc inflixit, quod multorum sacrificulorum coniuges, & liberos, & ministros Christianos esse videret: & quod secũ ipse considerare, religionem nostram insanctitate vitæ morumq; integritate eorum, qui eam complectuntur, consistere: omnem mouit funem, vt Græcorum mores ad instituta nostra accommodaret. Itaque in idolorum templis fieri curauit subsellia & primarios suggestus: instituit lectiones, & doctrinas, quæ tamen Græcis dogmatibus inniterentur: præterea sacerdotes, & lectores more nostro, item certas cæremoniarum horarum, & dierum preces. Scholas etiam & phrontisteria virorum & mulierum philosophiæ ethnicæ addictarum, peregrinorumq; & egenorum construxit domicilia, atq; aliam insuper ostendit humanitatẽ, vt Græcorum sacra talibus rebus admirationẽ consequerentur maiorẽ. Delectorũ quoq;, quę vel à prudentibus fiunt, ex cõsuetudine nostra pœnitentia interueniente, cõgruentes constituit coercitiones.

Greg. Naz. Orat. 1. in Iulian. Niceph. Eccl. hist. lib. 10. cap. 21.

III. *Cæremoniæ ecclesiasticæ Valenti Imperatori stuporem incutiunt.*

Quum Epiphaniorũ festus dies adesset, Valens Imperator cum vniuersa, quam secum habebat phantasia inaniq; & splendida pompa in ecclesiam, venit, & munus suũ ad sacrã mensam attulit: atque ibi, quod omnia miro ordine gererẽtur, ad stuporẽ delapsus.

Nicephor. Gall. lib. 11. hist. Eccl. c. 18. apud Baro to. 4. an. 370. 46.

delapsus, & totus mutatus in solum concidisset, nisi quidam ex primoribus tunicâ correpta Imperatorem iam ruentem retinuisset. Vbi vero sermonem quoque cum viro contulit, magis etiam sapientiam sacrisq; obeundis condicionibus atque conuenientibus peragendis dexteritatem, nec non ordinem rerum omnium pulcherrimum admiratus est.

IX. *De ceremoniis variis in baptismate Clodouei Regis Francorum ab Ecclesia obseruatis.*

In vita S. Remig. ap. Sur. 13. Ian. ab Hincmaro Ep. scripta.

Cum Clodoueus satis superque instructus à beato Remigio iamiam baptizandus esset, via, qua ad baptisterium à domo regia eundum erat, velis ac cortinis depictis ex vtraque parte protenditur, desuper adumbratur, plateæ sternuntur, ecclesiæ cõponitur baptisterium, balsamo & cæteris odoramentis conspergitur: talemq; gratiam Dominus subministrabat in populo, vt æstimarent se paradisi odoribus refoueri. Sicque præcedentibus sacrosanctis Euangeliis, & crucibus cum hymnis & canticis spiritualibus atque Litaneis, sanctorumque nominibus acclamatis, sanctus Pontifex manum tenens Regis è domo regia pergit ad baptisterium, subsequente regina & populo. Dum autem simul pergerent, Rex interrogauit Episcopum, dicens: Patrone, est hoc regnum Dei quod mihi promittis? Cui Episcopus: Non est hoc, inquit, illud regnum, sed initium viæ, per quam venitur ad illud. Cum vero peruenissent ad baptisteriũ, clericus, qui chrisma deferebat, à populo est interceptus, vt ad fontem venire nequiuerit, sanctificato autem fonte, nuru diuino chrisma defuit. Et qui propter populi pressuram vlli non patebat ecclesiæ ingressus vel egressus, sanctus Pontifex oculis ac manibus protensis in cœlũ cœpit tacite orare cum lacrymis. Et ecce subito columbæ niue candidior attulit in rostro ampullulã chrismate sancto repletam, cuius odore mirifico super omnes odores, quos ante in baptisterio senserant, omnes qui aderãt, inæstimabili odore repleti sunt. Accipiente a sancto Pontifice ipsam ampullulam species columbæ disparuit. De quo chrismate fudit venerandus Episcopus in fontem sacratum.

Chrismatis ampulla cælitus per columbam allata.

V. *De cineribus à sacerdote percipiendis initio quadragesimæ, ab Angelo edocetur S. Lyduina.*

Io. Brugm. in vita eius p. 1. c. 8. apud Sur. 14. April. tom. 2.

Solebat S. Lydũina virgo admiranda, die cinerũ pro sanctæ Ecclesiæ more ac instituto cineres è sacerdotis manu suscipere, sed si tardaret sacerdos, Angelus eius explebat vices. Cum itaque aliquando confessarius eius Ioannes Walteri adeam venisset, rogaturus num cinere sancto consignari vellet, respondit illa, ab angelo sancto id iam factum esse. Stupente illo, quid sibi illud vellet, Lydũina dixit, vt manu tangeret caput ipsius. Fecit ille, & cineres sensit, iisdemq; etiam frontem suam communiuit. Docuerat eam Angelus reuerenter sacros illos cineres à sacerdote percipere, aliosque vt itidem facerent adhortari.

TIT. XVII. De auctoritate Ecclesiæ Romanæ.

EXEMP. I. *Romanam Ecclesiam summam habere potestatem.*

Histor. trip. lib. 4. c. 4.

ROmanam Ecclesiam supremam habere auctoritatem, id Iulii facto comprobat Theodoretus libro quarto historiæ Trip[artitæ] his verbis: Eusebius (Arianus) eiusque con[sortes] calumnias in Athanasium factas Iulio Romano [Pontifici] destinauerunt. Qui ecclesiasticam sequ[utus] legem, etiam ipsos Romam venire præcepit; & v[ocauit] eundem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. [Is] continuò euocationi susceptæ venit: calumniarum sarcinatores Romam quidem profecti non sunt, scientes facile suum posse capi mendacium: sed videntes oues pastore desolatas, lupum super eas pro pastore cõstituerunt id est, Gregorium; qui sex annis bestiis ferocibus crudelius vius, pœnam malitiæ suæ soluit, ab omnibus amarissime laniat[us].

Controuersiæ ad Pontificem referendæ.

II. *Quanti sint facienda Synodalia decreta, & libertate defendenda, si à Romana sede sint & eius auctoritate munita.*

Postquam Seuerus homo impius sed[it] chenam inuasit, infinita, quæ verbis exp[ri]sit mala, à communione sua abhorrentib[us] Et tum quidem Sabbam, solitudinis ci[us] dium cœnobiorum Principem ille S[ab]a eius generis, vi adorti sunt, si eo[s] uis haberent, omnia se consecutos rat[i] animos eorum tentarunt, præclarus Theodosius suggestum conscendit, a[d]quidã & Imperator pro concione mo[ta] lange aduocata, postquam multitud[o] manu designauit, voce maiori subla[to] nitui in morẽ detonuit: *Si quis quatuor Euangeliis nõ exæquat, anathema* [sit] ctis, perinde atq; Angelus quidã, m[ul]porem coniecta, cum silentio om[nes] tibus per mediã turbã processit: & [Ba]cũ animi cõsternatione viri eius [Ma]bello Ducis consiliũ factũq;, q[uo]sacris libris accensendas esse, ve[ra]admirari sunt. Et litteras ad Im[pe]tamen re de eis ad sanguinẽ v[sq]si quid accipat, se vllo mo[do] bus discessuros esse, indic[ans] Deinde circumqua[que] ci[vi]inuicti belli Duces, om[nes] mines confirmantes, a[d] socordiam excitantes, h[ortan]tes, prædicantes denique quidem & homine, v[el] sue personam esse, n[on]

Chalcedonensis Synodi doctrina contra hæreses.

tatem videlicet & humanitatem habentem. Id quod Synodus quoq; Chalcedonensis docuit: quæ etiam hæreticorum ex vtraq; parte errores declinauit. Eo enim quod personã vnam profitetur, Nestorii vesaniam repudiauit. Quod vero duas naturas deprædicat, Eutycheis & Dioscori contractionem reiecit. Ita Romana sedes censuit, tenuit ac tenet & tenebit.

III. *Auctoritas Ecclesiæ Catholicæ in suis decretis vera diuinitus prolata.*

Baron. to. 11. Annal. Eccles. ad an. Christi 1034. 17.

Finita secunda Concilii Lemouicensis Actione, rem memoria dignam ex nata occasione in medium attulit vnus ex Episcopis, quam ipsa acta sic habent: Tunc Episcopus Caturcensis cœpit enarrare dicens: Nuperrime post Concilium Bituricense quidam excommunicatis eques in nostra Diœcesi interfectus est, quem ego, rogantibus amicis & propinquis eius, nullatenus solui volui, vt cæteri metum haberent: grauem enim culpam prædantis habuerat, tam; sine sacerdotis obsequio à militibus apud quandam ecclesiam sancti Petri, nõ me iubente, sepultus est. Quibus ita aurem facto, corpus eius longe extra cœmiterium proiectum, & nudum super Geo[illegible]m eius terræ inuentũ est: tumulus autem, vbi [illegible] habuerat, intractus, & ita, vt dimissus fuerat, [illegible] est. Quem iterum milites aperuere, & [illegible]rius nihil in eo nisi vestes, quibus inuolutũ corpus [illegible] inuenerunt. Rursus cadauer ibidem sepultum [illegible] & diligenter tumulum sub enormi pondere [illegible] & lapidum claudunt: sed die altero prospiciens [illegible] uauer, & tumulum intractum, vt supra a[illegible] Vbi quies sepeliunt: toties eodem electũ [illegible] recolligitur, & [illegible] percussi territi [illegible] entur. Tanto demum victi stupore, [illegible] post hanc [illegible] a cœmiterio ecclesiæ terra obruunt. [illegible] sum quia [illegible] perculsi Principes militiæ, pacem no[illegible] eos licere [illegible] abamus, firmare nequaquam distulerunt. *Verbum Co[illegible]* respondit Concilium: Quid hoc aliud [illegible] nem. Et sic [illegible] sub oculis hominũ arbiter hominũ af[illegible] exsuæ auctoritatem, quia excommunicatum in [illegible] ra Christianorum iuste ab Episcopo [illegible]

IV. *De adolescentulo excommunicato in puteum proiecto.*

Ex actis S. Greco. m. s. Sur. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

Adolescentulus [illegible] Tales enim negant fidem, dum laquam pacem sectantur.

[illegible] posthabita qui[illegible] an[illegible] *Episcopi Oeniandi erga Imperatorem Romana sedis sententia.*

[illegible] semiludicre dic[illegible] quinto sui Imperii impurus Aserpiscinam dem[illegible] uulo inquit, [illegible] Oeniandum audiens disertum tetur, certiore[illegible] tantem illum [illegible] qui ora omnibus sententiæ de Procopij ossibu[illegible] obtusaret, eũ hortatus est, ficio reducunt[illegible] desciscere, pollicens, eum [illegible] acceptur. Cui Episcopus:

V. *De horrendo exemplo Iudæi in sacra die Dominico.*

[illegible] lit[illegible] hodoxos transi, ne dum o[illegible] re sacra die Dom[illegible] aum seueri. Eutychis, &

Anno Dominic[illegible] [illegible] oigni addicaris. Simul-

[illegible] Doria, quæ Al[illegible] Ca[illegible] ris chlamydem: *Hæc, [illegible] ium est: Pastore [illegible] ctorem sequetur, O Imperatrix [illegible] tes virtutum habitus: [illegible] uo [illegible] ille: qui cum [illegible] hristo redemit [illegible] profundam[illegible]*

sanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, nec vllum Ecclesiæ decretum perfecte intelligis: tanta impostoris & scurrilibus calumniis factos terres. Satis sit tibi dignitatis, quod Imperator es, Antistites Ecclesiæ vexare noli. Adhæc Imperator pudore suffusus, obmutuit. Pauperrimus autem cum esset ille Episcopus, ne obulum quidem ab Imperatore voluit accipere, adeo liber erat, & solius in Deum fidei ac pietatis rationem habens.

V. *Auctoritatis ecclesiastica censu: a quanta sit efficacia ad coercendos Reges & Principes.*

Theodosius ille Magnus, Christianissimus alioqui Imperator, tamen pro humanæ fragilitate naturæ, præcipitis & inconsultæ iracundiæ, præsertim si quando iusta aliqua indignatione accenderetur, cum Thessalonicæ orta seditione, ex suis magistratibus aliquot à furenti multitudine saxis obruti & indigne tractati essent, ipse furorem furori obiiciens, in promiscuam multitudinem immisso milite magnam stragem edidisset, & populo post Mediolanum veniens ad templum de morte procederet, à B. Ambrosio tunc Mediolanensi Episcopo sibi occurrenti ante vestibulum, ingredi libera oratione prohibitus, & reprehensus de admisso scelere, excõmunicationis vinculo ad condignam vsque satisfactionem subiectus: iussusque reuerti in palatium, & ferre patienter vinculum, quod ipse omnium Dominus desuper approbaret. Quibus inquit ille, verbis motus Imperator, vt qui in sacra educatus doctrina sciret, quæ sacerdotum, quæque Imperatoris essent officia, cum gemitu & lacrymis in regiam reuertitur. Longo autem post tempore (facto enim mentes abierant) venerat Natalitium Saluatoris nostri festum: ac Imperator in regia sedebat lamentans & lacrymarum impendens stillicidia. Quo animaduerso, Ruffinus tunc aulæ magister, cuique ob familiaritatem liberius cũ Imperatore loquendi potestas esset, accedit, & requirit tantarum lacrymarum causam. Tum Imp. acerbe eiulans, & largiter lacrymas profundens: Tu quidem Ruffine, inquit, ludis, meorum enim malorum sensu haud tangeris: Ego verogemo lamentorque in consideratione calamitatis meæ, quod cum seruis & mendicis pateat diuinum templum, illique libere ad deprecandum Dominum suum ingrediantur: mihi cum illud inaccessum, tum insuper & cœlum occlusum sit. Memoria enim teneo Dominicam vocem, quæ manifeste dicit: *Quemcumque ligaueritis in terra, is & in cœlo erit ligatus.* Tandem cum Ruffini verbis animatus, & in spẽ adductus impetrandę absolutionis ab Ambrosio, præmissum illũ ad exorandũ Episcopũ oratorẽ, ipse subsequeretur nec posset à Ruffino flecti Ambrosius, cũ peruenisset, inquit, ad septa sacra, ipse quidẽ templũ ingredi non præsumpsit, sed accedens ad Pontificẽ in ædicula saluatoria desidenti, prouolutus ad eius genua obsecrat, vt se vinculis absoluat. At Ambrosio tyrannicum dicente ad

Ex Theodor. hist. Eccl. lib. 5. cap. 18. Albert. Pighius Tessalonicensis lib. 5. Hierarchiæ Eccles. cap. 2. Ambrosii libertas in reprehendendo Theodosium pie ac religiose instructus censuram Eccles. timet. Anathemate percussi templo ac cœlo eiecti. Humilitas & pœnitentia Theodosii.

uentum

uentum eius, vt qui vim videretur inferre diuinis legibus, & absolutionem ab anathemate, sine legitima satisfactione, imperiali quodammodo fastu extorquere: Ego, inquit, contra legum sanctiones minime me offero, neq; contendo inique sacra intrare vestibula, sed te oro, vt vinculis me exoluas, vtq; tibi in mentem veniat communis Domini clementia, neu ianuam mihi occludas, quam omnibus, qui pœnitudine ducerentur, ipse Dominus aperuit. Cõtra vero percontante Pontifice, quam condignam pœnitentiam ostendisset post tantũ admissum scelus, qua medicina curasset grauissima illa vulnera, respondenteque Imperatore, ipsius esse medicinam temperare, qua vulnera illa sua possent curari, suorũ vero eadem vti: tandem exegit Ambrosius, vt legẽ de dilatione vindictæ scriberet, qua iracundiæ suffragia irrita redderentur. Et ita demum ab excõmunicatione solutus, & templum ingressus, nec stans, nec genibus flexis supplicabat Domino, sed pronus humi prostratus Dauidicam vocem emittebat: *Psalm. 118.* *Agglutinata est pauimento anima mea, viuifica me secundũ verbum tuum Domine*: manibus capillum vellens, & frontem percutiens, ac guttis fidelium lacrymarum pauimentum irrigans dari sibi veniam petebat.

VI. *Auctoritatem ecclesiasticam in cohibendis sceleribus & sceleratis, omni vi, armisque omnibus, esse efficaciorem.*

Albertus Pighius li. 5. Hierarchiæ Ecclesiasticæ c. 2. Bar to. 11 Annal. an. 1076. 35. 36 Huius generis vnum ex multis Henrici eius nominis IV. Imp. adscribam exemplum: Hic itaq; cum in omni scelera & flagitia prolapsus, euerso iam statu Reip. turbata tranquillitate Ecclesiarum, ablata maiestate imperij, euacuata auctoritate Principum, inuersis moribus, abolitis legibus, & secundum Prophetæ elogium, inundantibus maledicto, mendacio, homicidio, furto, postremo diuinis humanis, sacris profanis confusis omnibus, ipse iam regno & imperio plane esset intolerabilis, nec optimatum & populorum aduersus eum toties facta coniuratio de ipso abrogando, & substituẽdo alio quicquam proficeret, sed Rempublicam misceret, cædibus incendiis & depopulationibus, ipso, vt callido erat ingenio, omnia eorum consilia, sceleratissimorum quorundam sibi obæratorum opera, interturbante, impediente ac dissipante, & optimates, quib. curæ erat Reipublicæ salus, persequente carceribus, proscriptionibus, & nullo non persecutionis genere, cum insuper vniuersalis Ecclesiæ Pastorem admonentem corripientemq; contempsisset, tandem ecclesiasticæ communioni illi interdictum est à Greg. VII. Rom. Pontifice, vna cum quibusdam, quorum omnia faciebat consilio, & quos impietatis ministros, consiliarios & fautores habebat. Inter quos cum Wilhelmus Traiecten. Episcopus causam Regis contra bonũ & æquum tueretur obstinatius, & propterea nõ solum nihili faciendam Romani Pontificis excommunicationem aliis persuadere conaretur, sed etiam publice dieb. solennibus inter Missarum solennia, ore rabido multa declamaret, & maledicta congereret in sanctum Pontificẽ, periurum, adulterum & pseudoapostolum illum appellans, breui post grauissima ægritudine derepente correptus, & vltricem Dei manum sentiens, miserabile iulatu coram astantibus omnibus vociferans, iusto Dei iudicio & vitam præsentem se amisisse & æternam: quod in grãtiam Regis Ecclesiasticæ auctoritati fecisset iniuriam, & Romano Pontifici, viro sancto & Apostolicarum virtutum, vt ita dicam, & prudens intulisset graues contumelias. Inter has ipsas voces sine vlla reconciliatione aut [illegible] pœnitentia exspirans infelicem spiritum, cæ[illegible] quidem vna cum Rege excommunicatis terribil[illegible] exitu, & optimatum omnium animos religione implere uit, ita vt se paulatim omnes à palatio subtraherent, ne vetitæ communionis culpam pœnamq; incurrerẽt, nec ad Regem, licet crebris & solennibus iussionibus euocati, redire sustinebant, satius ducentes, Regem, quam Deum offendere, corporis quam animæ iacturam facere. Quamuis ille cõtra frustra iracundiæ beneficeretur, fremeret, & minabundus in omnes insa[illegible] ret, ia[illegible] irans iniustam & nihili pendendam [illegible] manu Pontificis sententiam, in quem & ali[illegible] obedientes, gladium suum, quem iuxta vocem, ad vindictam malorum accepisse[illegible] bat, iuste districtus esset, & rebellionis me[illegible] nas exacturus. Sed plus valuit apud Princ[illegible] stiana religio, quam destituta iam a[illegible] Principis comminatio.

Miserabilis eiusdem exitus.

Eiusdem contumeliæ in Romanũ Pontificem.

Hen. IV exitus.

VII. *Primariam Ecclesiæ auctoritatem n[illegible] sed ad summum Pontificem pertin. rem[illegible] ratur.*

Inter eos, quos Henricus VIII. A[illegible] morte mulctari iussit, propterea quo[illegible] assererent, se nolle ab Ecclesia Cathol[illegible] validis rationibus & scripturæ testim[illegible] rent, Regem sibi nõ posse vendicare [illegible] auctoritatem, supplicio quoq; affe[illegible] Trauersius sacræ Theologiæ Do[illegible] & Ioannes Poneus Augustinianus [illegible] glia. Stoneus quidem tenebatur a[illegible] cere, ibiq; ad solita Christianor[illegible] tens, precibus & ieiunio [illegible] se dedit. Ibi tum ad eum facta [illegible] nem videret, quæ eius appella[illegible] infract[illegible] animo pro ea, quam [illegible] tia mortem oppetere. Mul[illegible] tus, permansit constans, n[illegible] toribus potuit à se[illegible] ter mori pro iustitia, qua[illegible] Porro Trauersius scripti[illegible] tificis primariam auct[illegible] eo nomine accusatus est[illegible] negauit, sed [illegible] pus nec me[illegible]

Bene monentes contemnit.

Excommunicatur à Greg. VII. Wilhelmi Ep. Traiecten praua defensio.

bene propitio, pœnitebit. Igitur dictata in eum mortis sententia est, grauiaq; de more supplicia sumpta. Accidit ibi res admiratione digna, quam narrant illi, qui præsentes huic spectaculo interfuerũt. Cum carnifex manum illam amputasset, & spectante populo in ignem coniecisset, reliqua parte exusta, pollicem cum proximis duobus digitis, quibus solemus literas pingere, nulla ratione ignis, licet identidem inflammatus, absumere potuit. Quo insigni miraculo Deus, martyrem suum causam bonam tuendam suscepisse, declarare voluit: Causa enim, vt recte ait Augustinus, martyrem facit, non pœna.

Miraculũ de digitis ne non sumptis.

TIT. V. Ecclesiasticos, non vero laicos rerum Ecclesiasticarum esse iudices.

Leuit. 14. ut. 21.

Deus præcepit per Moysen omnem controuersiam à sacerdotibus dirimi.

20. *Iosaphat Rex populares suos edixit, vt in his, quæ ad legem, & cæremonias pertinerent, summum sacerdotem adirent, qui, si quid ambiguum esset, aut obscurum, tanquam diuinæ legis interpres id explicaret.*

Deuteron. 17. *Christus Matth. 18. Dic Ecclesiæ: Est autem Ecclesia proprium fidelium concilium.*

Quomodo Constantinus Imp. in causas Ecclesiasticorum iudicium ferre detrectauerit.

Miltiades Papa in consessu decem & nouem Episcoporum damnato Donato hæretico, recolligendarum [illegible] Victorem Carthaginensem Episcopum absolutum. Ab hoc iudicio Donatistæ schismatici prouocarunt ad Imperatorem appellassent, indignatus Imperator [illegible] iniquæ & impiæ appellationi, sic respondit: O rabida furoris audacia! Ausus Gentilium fieri solet, appellationem. Et sic [illegible] edit: Meum iudicium postulant, qui Christi exspecto. Dico enim, vt se vegatus in [illegible] dotum iudicium ita debet habeti, [illegible] residens iudicet. Nihil enim li- Adolescen[illegible] e, vel aliud iudicare, nisi quod posthabitaq; [illegible] sunt edocti. Quid igitur senti- sumludicre [illegible] es, officia diabolo? Perquirunt piscinam dett [illegible] es cælestia. seruulo inquit [illegible] rerur, certiore [illegible] *querelarum libellos contra Satanem illum* [illegible] Procopij ossibu[illegible] ium Antiochenum, Athaficio reducunt[illegible] alios Episcop. Catholicos

Ex actis S. Procop. m. s. Sier. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

V. *De horrendo em[illegible] re sacra die Dom[illegible]*

Anno Domini [illegible] ceret, & in exilium a- be Dotia, quæ Alb[illegible] Donatistarũ causa diutius rum est. Pastore[illegible] a libellorum prorsus [illegible] nes igne cremandos, ac [illegible] Reus vero ante Syno-

Exactis S. Proco. m s. Sier. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

taxili icono- chi, et tus.

dum gestam Sozomenus narrat his verbis: Multi autem ex sacerdotum numero, qui (vt euenire solet) tanquam ad causas suas priuatas disceptandas in vnum conuenerant, tempus opportunũ sibi iam oblatum putarunt ad res eas corrigendas, quæ ipsorum animos offendissent. Itaq; singuli libellũ de criminibus, quę aliis obiicerent, Imperatori offerre, & peccata in se admissa iam ante exponere cœperunt. Cũ autem illud in dies fere singulos accideret, dat mandatum Imperator, vt singuli crimina quæ aliis obiicere constituerant, ad certum diem proponerent. Vbi dictus dies venit, Imperator oblatis sibi libellis acceptis: Istæ, inquit, criminationes tempus quidem sibi præstitutum habent, diem videlicet magni Iudicij, Iudicem autem, qui sit tum de omnibus sententiam pronunciaturus, mihi vero non est fas, cum sis sacerdotes, eiusmodi causarum cognitionem arrogare, præsertim cum & qui accusant, & qui accusantur, sacerdotes sint. Nam non deberent se tales præbere, vt ab altero iudicentur. Age igitur, deletis criminibus, exemplum diuinæ clementiæ in danda mutuo venia imitati, iungamus amicitiæ fœdera, & fidei negotia, quæ vos in hunc locum conuenire compulerunt, serio pertractemus. Hac habita oratione Imperator iubet tum criminationes illaras nullius momenti esse, tum libellos comburi, diemque præstituit, ad quem de rebus fidei vocatis in controuersiam decideretur.

Constantinus Imp. no lebat iudicare de causis sacerdotum.

III. *Aurelian. Imp. licet gentilis agn[illegible]scit Pontif. Romanum sanctæ Ecclesiæ iudicem.*

Sub Aureliano Imperatore fuit Christianis cum Paulo Samosateno hæresiarcha controuersia de domo quadam, quam pars vtraq; templo exædificando designauerat. Consultus Cæsar, vt litem dirimeret, ad Romanum Pontificem (gentilis licet) causam disceptandam remisit, iussitque domum illis tribui, quibus Romanus Episcopus, & alij Italiæ sacerdotes adiudicassent. Nouerat enim (vt ait Eusebius) Romanum Pontificem supremum esse apud Christianos Iudicem, ad quem pertineret de rebus ecclesiasticis sententiam ferre.

Euseb. Cæsarien. lib. 7. hist. Eccles. cap. 14.

IV. *Valentinian Imp. renuit de rebus fidei & Ecclesiasticis iudicare.*

Postquam Valentinianus Imperator Valentem fratrem in Imperij collegam assumpsit, vt tũ Orientali tum Occidentali pariter languenti imperio si mul consultum esset, illud opportunum (quod videbatur) remedium excogitauit: nimirum vt relicto Valente in Oriente, ipse se se transferret in Occidentem: sicque fore vt tum multuantes vndique barbaros coercerent. Eiusmodi itaque consilio inito, partitis inter se exercitibus, eorumque ductoribus, rebusq; dispositis, percursis Thraciis, vna simul in Pannoniã descendentes, Sirmium peruenêre. Inde tandem abiturus digressi, Valens reuersus est Constantinopolim

Niceph. li. 11. c 30. Sozom. 6. ca. 7. Ruffin 1. cap. 2. Baron. to. 4. an. 364.

polim, Valentinianus vero Mediolanum se cõtulit. In itinere vero memoria dignum hoc accidisse Sozomenus tradit. Vbi, inquit, decessit Constantinopoli Valentinianus, perque Thraciam Romam versus iter fecit: Episcopi Hellesponti & Bithyniæ, & alij omnes, qui Filium Patri consubstantialem asserendum putabant, mittunt ad eum pro se Legatum Hypatianum Heracleæ (quod est oppidum Perinthi) Episcopum, oratum, vt sibi de doctrina fidei rite cõstituenda in vnum conueniendi potestas permitteretur. Qui cum venisset ad Valentinianum, & Episcoporum ei postulata exposuisset, respondet ille: Sibi, qui vnus è laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negotiis interponere: & ideo sacerdotes & Episcopi, inquit, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se vbicunque ipsis libitum fuerit, in vnum conueniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Lampsaci Concilium cogunt.

Valentinianus Imp. renuit de doctrina Ecclesiæ iudicare.

V. *Principes periculose, cum dispendio animæ, corporis ac etiam rerum, se se rebus ecclesiasticis aliquando immiscent.*

Baron. to. 10. Annal. ann. 983. 910. ex Ditmario & Alb. Crantz. in Metrop. Sauon. li 2. c. 28 & Mariano Scoto.

Otto secundus, Ottonis Magni filius, cum exercitu in Calabriam aduersus Saracenos Græcis adiunctos profectus, offenso numine in sanctis eius, ingẽtem cum exercitu cladem expertus est. Episcopatum, quem pater in sacrum honorem pretiosissimo martyri Laurentio erexerat, ambitione suorum, in peccatum ductus filius destruxit, non faciens ordinem: quasi qui aquam in mare fundit, Episcopatũ deiecit, & plenum deliciis Archiepiscopatum ditaret: Tulit Episcopum optimo Laurentio, posuit Parthenopoli Archipræsulem nostro Mauritio. Factum est contra ius in Ecclesia Dei, donec aduenies nouus Rex, & religiosissimus veterem errorem correxit. Post tres Ottones Henricus Christianissimus ecce venit, qui malefacta correxit. Propter hoc peccatum (veluti patet) pugnante Laurentio, victoriã Otto perdidit, & diebus suis omnem confusionem recepit. Auertente faciem Deo, quæ sit virtus tua, ô homo, specta nunc in homine vno. Quid prodest bellicus ardor? Quid valet virtus sine suo loco? Age tunc cuncta cum consilio. Quorsum venis sapiens inuito Deo? sicut scriptum est: *Non est consilium, non est ratio contra Deum.* Quapropter audiamus bonum consilium, quo dicitur: *Omnes curas & cogitatum tuum iacta in Dominum, & ipse te enutriet. Spera in Domino, & ipse faciet.* Inspiciamus magnæ indolis virum, ex multo merito Imperatorem Augustum: ecce dum peccat flagellatur, plenus aduersis media vita moritur, iacet nunc inglorius, ô vtinam & non reprobus, pulchræ virtutis alumnus. Prius vero quã moreretur, vt ad pœnitentiam hominem stimularet, sicut est solus semper clemens Deus, talem visionem cuidam sapienti ostendit, quam vt auditam recolimus, infra annotare non absurdum putamus. Nocte intempesta, quando altus sopor solet occupare homines, vidit visum de quo agimus, Regẽ Ottonem aureo solio sedentem, sub pedibus eius argenteum scabellum, Episcoporum, & adstantium procerum circa ipsum prospexit seriem longam. Intrauit autem decora facie, insta ignis, iuuenis, quẽ niuea vestis vestiuit, & purpurea stola in pectore cinxit. Nec stat. Via vadit, argenteum scabellum sub pedibus Cæsaris cum indignatione subtrahit, & auerso vultu ianuam petit. Quod ægre ferens, post illum cucurrit tale somniũ cernere qui meruit: Quæso, inquit, Domine mi, dedecus ne facias, suppedaneum reddas: quisquis qui tandem audes, obsecro, Regem coram populo ne confundas. Hæc magna potentis Laurentij vera persona erat. Sicut illi Episcopo post agnoscere Deus concessera[t] no, inquit, si meum dedecus non emendat, maiora [illi] subtracto scabello, ipso solio deponam.

Otto peccans in S. Laurentiũ punitur.

Visum de clade ventura Ottonis II illiusque causa.

VI. *Honorius Imp. nec per se, neque per suos rebus Ecclesiasticis se vult immiscere.*

Honorius Imp. Arcadium fratrem suum reprehendit, quod contentionibus ac [con]trouersiæ Constantinopoli inter Episcopos, qui factionem Theophili, & eos qui Chrysostomi partes sequebãtur, [dicta] ortis, auctoritatem suam interposuisset: [ait] hæc ait: Si quid de causa Religionis [in]ter[ce]ret, ageretur, Episcopale oportuerit esse iudi[cium]. los enim diuinarum rerum interpretatio, [re]ligionis spectat obsequium. Idem Imp[erator] Cassiodorus, misit in Africam Marcellinum ac Notarium, qui erat ei quasi à se[cretis] curaret haberi congressum & colloqui[um] bellicos & Donatistas, si qua ratione [per] religione conciliari possent. Voluit [pi]issimus Princeps ita communicationi [hu]m adesse, vt in illa non iudicis simplicite[r] interdictum erat in causis Ecclesiæ iu[dicii] sed cognitoris, honorariique arbitri [mu]nus cuius partes essent, suum cui que lo[cum] assignare, pacificatorem agere, cura[re]: E[t] Episcopos inordinate vel tumultu[ose] posita vi omni & dolo, tranquille [et] acta transigerentur. Rursum, tu[m] schismate inter Clerum & popul[um] orto, cum in Sozimi Papæ mort[e] iusta suffectus esset Bonifacius [fi]lius, fauore in Sedem Petri se intrud[ere] iudicare noluit, vter illorum [no]nones dectus esset: sed, qui d[e] sceptrarent, Antistites & Cl[erici] Nouerat enim Ecclesiasti[cos] iuris aut tribunalis [re]cipiendæ me[dio]

Barbar[ica] Carth[a]ginen[sis] Concilia ben[e]dicta [ha]bentur.

VII. *Theodosius iunior Episcopalis iudicii [ar]bitrium sibi non interponit.*

Theodosius minor Hon[orius] epistola, quam per do[mes]tum ad Concilium E[phesinum] tgitur Candidianum, [co]morum domesticor[um]

strum Synodum abire iussimus, sed ea lege & conditione, vt cum quæstionibus & controuersiis, quę circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat. Nefas enim est, qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, cum Ecclesiasticis negotiis & consultationib. se immiscere.

VIII. *Sigismundus Polon. Rex eiusq; filius nolunt quidquam de rebus religionis decernere.*

Sigismundus Augustus, Sigismundi Regis Poloniæ filius, excelsi animo Princeps, & paternis vestigiis in Catholica [illegible]ione insistens, patri successit anno 1548. De [illegible]atur amplissimus Cardinalis Warmiensis Stanislaus Hosius, cum, cum peterent nonnulli [illegible]mitiis Warshauiensibus, vt de causa religi[illegible]cognosceret, constanter admodum recusasse, dixisseque, non sui id esse muneris: Regem se, non Pontificem, agere velle, satis sibi negotij esse cum profanis causis. Eadem fuerat & Sigismundi patris eius vox. Erant enim quandoque, qui Sirenarum mortiferis cantionibus dementari, peterent ab illo, vt puram [illegible]hærici Euangelij doctrinam in suo [illegible]gno prædicari pateretur. Tum ille animo vere he[illegible] Ge[illegible]n dico, pureq; ac germane Christiano: Non est me[illegible]us arbit[illegible], de puritate verbi cognoscere, [illegible]munus [illegible]rentu[illegible]e[illegible]rius [illegible]me submitto, quorumq; iurisdictionem [illegible]quasi[illegible]esse [illegible]sua saluam esse volo. Vt enim hanc tanti Re[illegible]ad locu[illegible]Gallorum tantam plerique alij secuti essent politici [illegible]viam su[illegible]Celsus, quibus ab impostoribus istis noui E[illegible]sere pe[illegible]ib[illegible]iseccinatoribus pestifera adulatione per[illegible]recol[illegible]Vam (ipsos pertinere, vt de fide & religione [illegible]Apercu[illegible]bi vsurpent. Quæ res magnas non [illegible]o[illegible]post han[illegible]nu[illegible]alamitates.

Ioan. Surius in Commẽt. rerum in orbe gestarum. an. 1548.

Verbum Cr[illegible]nem. Et sic

IV. *De ado[illegible]gatus in [illegible]*

Adolesce[illegible]posthabiraq[illegible]sum ludicre d[illegible]piscinam dete[illegible]seruulo inquit retur, certiore[illegible]rantem illum n[illegible]Procopij ossibu[illegible]ficio reducunt[illegible]

V. *De horrendo eu[illegible]re sacra die Dom[illegible]*

Anno Domini [illegible]ac Doria, quæ Alb[illegible]rum est: Pastore[illegible]ruente rem sacram [illegible]rale[illegible]nisi qui [illegible]tentus est in profundi[illegible]

Ex lib. S. Greco. m. f. Ser. 4. Iul. te. 7. cap. 14.

X. De disciplina ecclesiastica.

Angelos castigabat delinquentes, vt in[illegible]orib. Item per beluas, vt falsum Propha[illegible]. Populum murmurantem per serpentes.

tam seruabat disciplinam, vt cum de[illegible]. Sic Iosue lasciuientem populum casti[illegible]& Apostoli, vt patet, ex 4. Euangeliis, [illegible]n & Epistolis.

Ecclesiasticam in delinquentes [illegible]sendam.

Cantuarien[illegible]sis in Anglia Ar[illegible]n quorundam ex Clero ca[illegible]niam & impunitatem Rex [illegible]& christi cruci affixi, quæ pr[illegible]uersa hæc dixit, Casti[illegible]vocem stupefactus Rex à de[illegible]

[illegible]n agit Maximus Ep. Salo[illegible]Rom. interdictus.

Gregorius Magnus in causa Maximi Episcopi Salonitani, initio quidem clementissime moderatissimeque se gessit, ituduitque pro viribus, vt sese recognosceret, ac facinoris, quod patrarat, pœniteret. At cum deinde hominem natura insolentem, & imperatoris gratia ac patrocinio fretum, obstinatiorem in sua pertinacia cerneret, nihil veritus Imperatoris auctoritatem, audaciam Maximi fortiter fregit, eũque Christianis Sacris, Communioneque fidelium interdictum in iis sordib. toros annos septem iacere permisit. De cuius tandem seria quamuis sera pœnitentia, ac sanctissima Gregorij charitate ita Ioannes Diaconus: Inter hæc præuaricator Maximus anno septimo excommunicationis suæ post castigationes & flagella Gregorij ad cor reuertens, Rauennam petiit (annuente pro sua clementia S. Gregorio) & iactauit se tensus intra ciuitatem in media silice clamans, & dicens: Peccaui Deo, & beatissimo Papę Gregorio. Et agente eo pœnitentiam tribus horis, cucurrit Gallinicus Exarchus, & Castorius Chartularius Ecclesiæ Romanæ cum Mariniano Episcopo, & leuauerũt eum de silice: qui etiam cœpit ampliorem pœnitentiam coram eis agere. Quod Gregorius vt audiuit, ad misericordiam protinus rediit.

Greg. Mag. lib. 7. epi. 30.

Lib. 4. Vitæ S. Greg. c. 13.

III. *Per disciplinam demisse susceptam Canonici animæ purgatorio immunis.*

Cum in Teutoniæ partibus circa annum Domini millesimum ducentesimum quadragesimum secundum, adolescens quidam nobilis in lubricitate corporis excessisset à senibus concanonicis, & à Decano ab ingressu ecclesiæ arctatus est, & infra septa monasterij, quasi pro agenda pœnitentia, in loco ad hoc deputato recluſus. Qui humiliter valde pœnã suscipiens, flagellabatur interim à Decano, & grauibus conuiciis culpabatur. Eo autem adhuc in pœnitentia existente, contigit eum à concanonico suo innocenter de nocte, & latenter occidi. Vno ergo eadem nocte, ex canonicis, vno sancto post matutinas orante suppliciter in secreto, vidit subito totam ecclesiam illustrari, & apparente multo comitatu Sanctorum, gloriosam Virginem matrẽ Christi in medio omnium velut magistram & dominã consedere, & super diuersis negotiis vniuersalis ecclesiæ tractatum habere. His finem datis, patronus eiusdem ecclesiæ exorsus est, dicens: Et quis ex vobis miserebitur mei canonici, vt præsentem Domini nostri matrem pariter rogitemus, vt super piaculo eius solita pietate flectatur: Et mox supplicantibus sanctis allata est anima, & omnibus dicitur: Quia locus iste specialiter disciplina viguit, & adolescens iste iam mortuus disciplinam libens accepit, & ex corde pœnituit, pro purgatorio cedat ei mors innocens, quam ipse sustinuit tu, autẽ anima, pete quod vis, & fiet tibi. Et anima: Pro occiſore, inquit, meo pete. Qui me occiso statim valde pœnituit, & ad Dominum Apostolicum confestim iter arripuit, vt ipse mise-

Tho. Cantipra. lib. 1. Apum. cap. 17. §. 5.

Sancti gerunt curam ecclesiæ, & particulariter patroni suarum eccles.

Disciplinæ ecclesiasticæ vigor.

misericordiam consequatur: & mox responsum accepit: Sicut digne petisti anima, fiet tibi. Hæc vt audiuit orans, Canonicis quod vidisset exposuit. Locum igitur introeuntes occisum inueniunt, & deplangunt: occisorem vero, mox post factum, de nocte iter arripuisse ad Apostolicum repererunt.

V. *De seuera disciplina Capitulari Rhemensis Decani in nepotem suum Canonicum Atrebatensem.*

Idem lib. 2. cap. 39. §. 3.

Audi iterum, quod Rhemensis ecclesiæ Decanus de filio sororis suæ egerit excedente. Ob amorem & reuerentiam dicti auunculi sui, canonica præbenda in Atrebatensi ecclesia clerico est liberaliter collata: post tempus autem, ipse clericus pro lapsu carnis punitus per annum suspenditur à præbenda. Inde casus accidit, vt Decanus, eius auunculus, ad ciuitatem Atrebatensem causis emergentibus deueniret. Qui honeste, vt talem virum decebat, à Canonicis est receptus. Narrat etiam ei excessus nepotis à sociis, pœnaque inflicta: vt scilicet canonica portione vno anno careret, promptumque esse Capitulum pœnam liberaliter relaxare nepoti, si pro eo preces fundere dignaretur. Et ille: Quare non? inquit. Filius sororis est. Conuocato ergo Capitulo Canonicorum, dixit: Nepotem in eum excessisse percepi, & iuxta consuetudinē ecclesiæ per annum in præbenda punitū. Rogo vos, vt in meum arbitriū ponatis hanc noxam: nec mora, cunctis læto vultu annuentibus (erat enim clericus de bonis sociis illis, quorū nec vnus vnquā, vt vulgo dicitur, bene fecerat) Decanus subiunxit, dicens: Vestri gratia, vos Domini mei charissimi, noxam nepotis mei in meum arbitrium posuistis. Commendo quidem & approbo consuetudinē vestrā, qua per annum lubricos in carne puniti. Isti anno, quo nepos meus à vobis in præbenda punitus est, alterum annum addo, vt duobus annis omni beneficio careat præbendali. Et si quidē medio tempore se correxit tali modo, vt digne restitui mereatur vestræ in hoc anno beneuolæ largitati: sin autem ipso facto quo male se gesserit, nunquā ad præbendā vel gremiū huius ecclesiæ in perpetuū admittatur. Hæc vt audiere Canonici, mire in verbo ædificati sunt, & tantam Decani virtutem per totam Galliam vulgauerunt.

Disciplinæ capitularis memorabile exemplum.

V. *Disciplinam Eccles. lubens suscipit Henr. II. Angl. Rex ob eadem S. Thomæ à suis patratam.*

Neubrigensis lib. 2. hist. Angl. c. 25. Theo. Bezius de signis Eccles. lib. 11. §. 9.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo, cum Thomas Cantuariensis Episcopus reconciliatus Henrico II. Angliæ Regi in Angliam rediisset, litteris Pontificis Romani diuulgatis, quas ipse impetrauerat, suspendit à munere episcopali Episcopum Eboracensem, & aliquot alios Episcopos, qui vna cum Eboracensi Henricum III. Henrici filium coronauerant: quæstus namq; Thomas est Pontifici Romano ea de re, quod coronatio ad Cantuariensem pertineret, diceretq; id factum nō sine iniuria sua, qui tunc erat in exilio. Res perlata ad Henricum II. fuit in causa, vt recru descentibus antiquis offensis inter alia diceret, se per vnum non posse regnare. Quod verbum nonnulli excipientes, nescio Rege, Thomam trucidarunt. Rex indigne id tulit: reos ipse Romam misit: legatos, qui ipsum purgarent apud Pontificem, addidit. Admissi ægri difficulter impetrarunt, vt Alex. III. legatos mitteret, qui rem cognoscerent, Regem vel absoluerent, vel damnarent. Missi innocentē Regem perpetratæ cædis inuenerunt. Rex a. sic ad eos est locutus: Disciplinam non refu[gio] Christianam: decernite quod placuerit: de[me] amplectar, exsequarque decretū. Quo dicto [pe]de abiecta iuxta morem publice pœnitentium, n[u]dum se Ecclesiasticæ submisit disciplinæ. Hæc ve[rba] sa Neubrigensis Anglici scriptoris, qui hoc tempo[re] xit, flagellis cæsum more Ecclesiastico, humerisque nudatum in publico Regem narrantis.

Thom[æ] Cantua[rien]s mo[rs] violenta.

Henrici II. Regis Angl. pœnitentia.

TIT. XX. De aqua benedicta.

Olim à sacerdotibus benedicebantur aqua & cin[is] ua bene[dicta]

EXEMP. I. *D. Matthæus Apostolus aq[uæ] institutor.*

DE aqua, & oleo ego Matthæus co[n]
benedicat Episcopus aquam aut ol[eum]
ro non aderit, benedicat presbyter præ[sens]
no. Cum autem Episcopus aderit, assi[stat]
ter & Diaconus. Dicat autem in hu[mili]
Domine Sabaoth, Deus virtutū, cre[ator]
largitor olei, miserator & amator h[umanæ]
dedisti aquam ad bibendum & ablue
leum ad exhilarandum faciem in exū
stitiæ: ipse etiam nunc sanctifica per C
aquam & oleū ex nomine eius, qui o
obtulit, & tribue ei vim sanandi, & d
bū, fugandi dæmones, expellendi i
stum spem nostram, cum quo tibi
cultus, ac sancto spiritui in sæcula

II. *Aqua benedicta S. Io. Chryso[stomi] matri filium.*

Narrat Metaphrastes aliquot
ne Chrysostomo huius aquæ b
ra in vita eiusdem sancti 13. N
quit, cuidam mulieri Antio
clia: ei vero erat dilectus fili
borabat, & veniebat in mo
tur: mater imitatur Chana
filius suis inflammata vis
emittens voces illi simil
filia, sed in filio miser
retur misericordiam.
re & considerare, quem
erat animus, animas er
quoniam, vt male pa

bat causas. Et hoc quidem iam euasit manifestum, per ea quæ præcesserunt à nobis autem rursus quoque ostendetur. Videntur enim pueri parentes fuisse in vita agenda socordes, & negligentes. Cum enim concitate & insane admodum ferretur mulier ad supplicandum: habebat enim maximam lamentandi occasionem, vt quæ post quatuor filios iam mortuos ipsum quoque visura esset mori, ille cum spiritu in eo habitante vidisset ea, quæ latebant, & cognouisset quid peccata parentum filiis mortem conciliauerant, cum a publice accusasset: Hunc quoque, inquit, quintum, nisi eorum quæ feciſtis, vos subierit pœnitentia, videbitis è vestigio mortuum, & exanimem. Cum a parentes, his auditis, veram & sinceram [illegible] iussissent pœnitentiam; ille misertus calamitatis aquam iubet afferri, quam cum ter quidē signasset in nomine S. Trinitatis, & ter ea aspersisset illum, qui ægrotabat, sanum, & à morbo liberum reddidit ei, quæ genuerat.

III. *De curata cuiusdam hæretici vxore hac ipsa aqua benedicta, mirabilem.*

Qui illo, ait ille Metaphrastes, tempore erat [illegible] ciuitatis, laborabat morbo dogmatum Martianus [illegible] fauebat illius sectatoribus: & id [illegible] parti rentur. [illegible] erat causa malorum innumerabilium. [illegible] ffectorem is qui arcane, & benigne hæc variat quasi [illegible] orare morbo torminis intestinorum, illa. ad locum [illegible] superata omnem quidem refellit medicinam. Et [illegible] omnes vero, qui eadem sentiebant, [illegible] orationem, nō eam melius affecerunt, [illegible] terius, mali tempus ei producentes, [illegible] tionis. Vix tandē autem Ioannis [illegible] post hanc [illegible], cum hoc apud se statuissent, quod [illegible] sum qui [illegible] rem, à morbo liberatio, simul etiam de- [illegible] orbo dogmatis, qui est longe grauior. *Verbum Ca* [illegible] persuasissent, in lecto decumbentem [illegible] nem. Et sic [illegible] rem, & eam statuunt pro foribus

IV. *De adolescentulo* [illegible] antes inuenire Flauianū, & beatum *gatus in* [illegible] Sancti ergo ad eos egrediūtur, ne- [illegible] neque honestū censebant, vt eis

Adolesce[illegible] orum anima nō patebat dogma- posthabita qui [illegible] us autem eis dixit vetus ille ho- [illegible] piscinam dett [illegible] nam, illa & suauis lingua. Quid [illegible] seruulo inquit [illegible] eritis venire ad templum Chri- [illegible] istum quidē auertamini Mar- retur, certiore [illegible] is, & habetis in magno honorantem illum [illegible] ne satis ostendit, quod illius Procopij ossibu [illegible] is ad morbi, aut alicuius mo- ficio reducunt [illegible] quod cum illi precati essent,

V. *De horrendo ex* [illegible] nem. Quod quidem vobis *re sacra die Dom* [illegible] nem. Discedite ergo ab

Anno Domini [illegible] nec vos poteritis omni- [illegible] Doria, quæ Al [illegible] esse putetis. Illi autem [illegible] est. Captores [illegible] esse captos, & vsque in- [illegible] ante eam sacram [illegible] eratos à mala consuetu- [illegible] rel [illegible] uille, qui eum [illegible] ant) vos rogamus, mi- [illegible] tentus [illegible] ta profunda [illegible] quod corpus re-

cte afficietis, efficietis etiam, vt sana sit anima: sciatis enim fore, vt nos nequaquam amplius abstineamus à cōmunione vestra, quæ est ex vera pietate. His flexus magnus Ioannes iussit aquam afferri, cui cum diuinum signaculum iniecisset Pontifex, sic enim illic ei persuasit, mulieri infudit in Christi nomine. Quod quidem cum factum esset, quę in lecto decumbebat, statim surrexit sana, & cū marito & ciuibus vna voce vnanimes Christū magnificabant. S. Ioan. Chrys aquam benedictam hæretici vxorem sanat.

IV. *De sanitate aquæ beneficio collata filiæ Hortensii Senatoris Aruernæ ciuitatis.*

B. Gregorius Turonensis insigne refert exemplū in vita S. Quintiani Aruernæ ciuitatis Episcopi, his verbis: Post peractā stragem cladis Aruernæ, Hortensius vnus ex Senatoribus comitatum vrbis illius agens, quendam de parentibus sancti Honoratum nomine in vrbis platea nequiret retineri iussit: quod celeriter beato viro nunciatum est: tum ille per amicos suos cœpit rogare, vt eum data audientia solui iuberet, quod ille nullatenus præstitit. Tunc beatus senex deferri se in plateā, qua ille tenebatur, iubet: aliarus autem rogabat milites, vt eum dimitterent: illi vero timentes, obedire ausi non sunt Pontifici. At sacerdos: Ad domum, inquit, Hortensii me velociter deportate: erat enim senex valde, & propriis pedibus ire non poterat: deferentibus a. eum in domum Hortensii ministris eius, excutiens in eam puluerē calcamēti sui ait Maledicta sit domus hęc & maledicti habitatores eius in sempiternum, fiatque deserta, & non sit qui habitet in ea. Et dixit omnis populus, Amen. Et adiecit: Quæso, Domine, nunquā de istius generatione promoueatur quisquam ad Episcopale sacerdotium, qui Episcopum non exaudit. Egresso autem ex ea sacerdote, protinus omnes familiæ, quæ in domo illa erant, à febre corripiuntur, & parumper ingemiscentes spiritum exhalabant: quod cum iam die tertia ageretur, videns Hortensius sibi nihil de suis seruis reseruari, timens, ne etiā & ipse pariter interiret, ad sanctū virū mœstus ingreditur, proiectusque ad pedes eius cū lacrymis veniam rogat, quam ille benignissime indulgens, benedictam aquam Domini transmisit: illaq; per parietes respersa, omnis ægritudo protinus est depulsa, ac magna ibi virtus apparuit: nam & qui morbum incurrerant, sanati sunt: & qui sanati erant, vltra non incurrerunt. *Greg. Turon. in vitis Patrum in vita S. Quintiani an. D. 506.*

V. *Lunaticum aqua lustrali curauit S. Odilo Abbas Cluniacensis.*

In Iurensi monasterio vir Domini Odilo Abbas Cluniacensis aliquando constitutus, reperit puerum nomine Gerardum, terribili caducæ passionis languore detentum: qui sæpissime quasi lunaticus corruebat, & sic eum occidui languoris impetus obruere consueuerat, vt in eo neque vox, neque memoria, nec prorsus aliqua membrorum officia remanerent, ac fere à mortuo nihil distaret. Huic homo Dei misericorditer cōdescēdēs, fratribus, vt pro eo Dei. *Petr. Damia. in vita S. Odilonis an. D. 1048.*

Exactus S. proco. n. f. Sur. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

taxili icono chi, di tus.

Odilio lunaticũ curat aqua benedicta.

eo Dei clementiam deprecentur, iniungit: ipse vero ad sacrosanctum altare, Missam celebraturus, accedit: æger etiam vt interesset, admonuit. Cui mox Eucharistiæ salutaris munus tradidit: deinde, sicut sibi moris erat, sanctificatam aquam cum beati Maioli calce propinauit. Nec mora, protinus à puero la guor omnis abscessit, salus optata succedit: & sic per merita beati viri restituti sibi vigoris incolumitas permansit.

VI. *Cæcum illuminat aqua sanctificata S. Anselmus.*

Eadmer. Angl lib. 2. vita S. Anselmi. An. D. 1106.

Accidit vna dierum, dum S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus celebrato Missæ solenni sacrificio, solus, prout ei consuetudinis erat, in oratorio per fletum Deo seſe mactaret, vt quidam homo, pedes suos baculo regente, adueniret: Oratorium ipsum irrumpere gestiens; quem frater, & socius noster Alexander, monachus scilicet Ecclesiæ Cantuariensis, qui pro foris. egressum patris forte præstolabatur, intuens, Ecclesiam subire volentem detinuit, quid vellet scisciians. At ille clamosa voce se oculorum lumen amisisse, respondit, ac velle, vt seruus Dei sibi manum imponeret, sciens quod sancta merita eius sibi subuenirent. Pater igitur clamorem audiens, sed verba minime discernens, innuit præfato fratri venire ad se, & causam clamoris sui intimare. Tunc ille: Domine pater, ait, pauper quidam venit, conquerens se in oculis grauiter affligi: precaturque per vos ei signum Crucis imponi. At ille pio vultu, Ipse veniat, dixit: Itaque tertio super oculos eius, quod perebat, signum Crucis cum pollice pingens, orauit sic: Virtus Crucis Christi illuminet oculos istos, & ab eis omnẽ infirmitatẽ depellat, intus quoq; sanitati restituat. Et aspergens eos aqua sanctificata, hominem præcepit abire. Alexander vero mox illum reducens, monuit, vt si factum viri Dei nõ vsque quaq; illi hac vice prima profuit, mane rediret, pollicens quod hoc ipsum illi repetita vice fieri impetraret. Ad quæ ille: Ego quidem bone Domine hac de causa nõ redibo, quia grãtia Dei, & fidelis eius famuli, omni cæcitate fugata, clarissime video. Hæc ita scripsi, sicut ab ore ipsius Alexandri, qui præsentem se fuisse testatur, accepi.

Cæcus illuminatur aqua lustrali.

VII. *Filium Regis Scotiæ & mulierem cancro laborantem aqua benedicta sanat S. Malachias.*

Ex D. Bernar in vita S Malachiæ Laur. Sur. 5. Nou. tom. 6. an. D. 1148.

Quæ S. Bernardus refert de S. Malachia Episcopo Hyberniæ in illius vita, sunt non minus insignia. Malachias, inquit, profectus à nobis prospere peruenit in Scotiam: & inuenit Dauid regem, qui adhuc hodie superest, in quodam castello suo, cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingressus, honorifice à rege susceptus & humiliter exoratus, vt sanaret filium suum: aqua, cui benedixit, aspersit iuuenem, & intuens in eum, ait: Confide fili, non morieris hac vice. Dixit hoc, & die sequenti secundum dictum prophetæ, secuta est sanitas, sanitatem lætitia patris, clamor & strepitus totius exultantis familiæ. Et pertransiens Scotiã, in ipso introitu Angliæ diuertit ad Ecclesiam Gisisburnensem, vbi habitant viri religiosi canonicam ducentes vitam; ab antiquo familiares ei pro sua religiositate & honestate. Ibi adducta est ad eum mulier patiens morbum, quem cancrum vulgo appellant, ipso horrendum visu & sanauit eam. Nam vbi aqua, cui benedixit, aspersa sunt vlcerum loca, dolorem non sensit. Die vero sequenti vix vlcera apparebant.

Vis aquæ benedictæ.

VIII. *B. Ioann. Eborac. Episcopus mulierem grauiter ægrotantem aqua benedicta subito sanitati restituit.*

Ex Venerab. Beda lib. 5. hist. Anglic. cap. 4. an. D. 721.

Aliud quoque non multum huic dissimile miraculum de B. Ioann. Episcopo [illegible]acensi narrat Venerabilis Beda, dicens: Villa erat Comitis cuiusdam, qui vocabatur Puch, non lon[illegible] monasterio nostro, id est, duorum ferme millium ip[illegible] separata, cuius coniunx quadraginta ferme diebus erat acerbissimo languore detenta, ita vt tribus septimanis non posset de cubiculo, in quo iacebat, foras efferri. Contigit autem eo tempore virum Dei illuc ad dedicandam ecclesiam ab eodem Comite voca[illegible]ri: eumque dedicata esset ecclesia, r[illegible]gauit co[illegible]rat ad prandendum domum suam ingredi: ren[illegible]te-scopus, dicens, Se ad monasterium, quod [illegible] alli-erat, uerti debere. At ille obnixius [illegible] stans vouit etiam se eleemosynas paup[illegible] rum, dummodo ille dignaretur ea die [illegible] ingrediens, ieiunium soluere. Rogau[illegible] cum illo, promittens etiam me eleem[illegible] moniam inopum dare, dum ille do[illegible] pransurus ac benedictionem daturus [illegible] que hoc tarde ac difficulter impetra[illegible] us ad reficiendum. Miserat autem [illegible] eri, quæ infirma iacebat, de aqua be[illegible]tam, in dedicationem ecclesiæ cõsecrauera[illegible] his qui mecũ venerant fratribus, præ[illegible] standã illi daret: & vbicunque max[illegible] ineſſe didicisset, de ipsa eam aqua la[illegible] factum est, surrexit statim mulier [illegible] se infirmitate longa carere, sed & p[illegible] res recepisse sentiens, obtulit po[illegible] nobis: Cæptũq; ministeriũ nobi[illegible] diuisq; ad prandiũ completũ n[illegible] crum B. Petri, quæ cum febriu[illegible] fatigata, ad tactũ manus Dom[illegible] itate simul ac virtute [illegible]

IX. *S. Fortunatus aqua benedicta [illegible] reſtituit.*

[illegible] o nomine, in mo-[illegible] alter frater, velut e-[illegible] sterij fuit: hic autem [illegible] Quadam die Gothi iuxt[illegible] er viuendo vi[illegible] venerunt, qui ad partes [illegible] recipiendæ me[illegible] duos paruulos pueros d[illegible] nem eor[illegible] quæ possessio præfatæ T[illegible] erabilis ia[illegible] bat. Hoc cum viro sa[illegible] enti [illegible] tum fuisset, protinus [illegible] se vocari fecit. Quos b[illegible] prius fluduit asperitat[illegible] cens: Quale vultis pre[illegible]

abstulistis, reddite, mihique hoc gratiæ vestræ munus præbete. Tunc is, qui prior eorum esse videbatur, respondit dicens: Quicquid aliud præcipis facere parati sumus; nam istos paruulos nullatenus reddemus. Cui venerandus vir blande minatus dicit: Contristas me, fili, & non audis patrem tuum: noli me contristare: nam non expedit tibi. Sed idem Gothus in cordis sui feritate permanens negando discessit. Die vero altera digressurus, rursus ad Episcopum venit, quem iisdem verbis pro dictis puerulis iterum Episcopus rogauit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset, contristatus Episcopus dixit: Scio quia tibi non expedit, quod me contristato procedis. Quæ Gothus verba despiciens, ad hospitium reuersus eosdem pueros, de quibus agebatur, equis super impositos cum suis hominibus præmisit: ipse vero statim ascendens equum, subsequutus est: cumque in eadem ciuitate ante B. Petri Apostoli ecclesiam veniisset, equi eius per lapsus est qui cum eo corruit, & eius coxa mox fracta est, ita vt in duabus partibus os esset diuisum: verique in manibus, reductus est ad hospitium. Qui [illegible] misit, & pueros, quos præmiserat reuocauit. [illegible] vir Fortunatus venerabili mandauit, dicens: Pater, mitte ad me Diaconum tuum: [illegible] rentur. [illegible] Gothus cum ad iacentem veniisset, pueros, [illegible] sibi esse [illegible] rum se Episcopo omnino negauerat ad [illegible] sorte: eosque Diacono illius reddidit, dicens: [illegible] dic Domino meo Episcopo, quia ma- [illegible] ecce percussus sum, sed pueros quos [illegible] & pro me, rogo, intercede. Suscepit [illegible] pueros Diaconus ad Episcopum re- [illegible] dictâ aquâ venerabilis Fortunatus [illegible] ens: Vade citius, & eâ super iacen- [illegible] Gothi coxæ. Perrexit itaque Diaconus, atque [illegible] progressus, benedictâ aquâ super mē- [illegible] sit. Res mira & vehementer stupenda: [illegible] benedicta Gothi coxâ contigit, ita o- [illegible] ed, [illegible] lidata est, & saluti pristinæ coxa re- [illegible] dem de lecto surgere, & ascenso [illegible] si nullam vnquam læsionē cor- [illegible] tumque est, vt qui sancto viro [illegible] posthabita quæ [illegible] um pretio reddere obedientiæ [illegible] sum ludicre [illegible] sine pretio pœna subactus do- [illegible] piscinam detr [illegible] seruulo inquit [illegible] retur, certiore [illegible] rantem illum [illegible] Procopij ossibu [illegible] ficio reducunt [illegible]

Gothus in [illegible] ediens [illegible] inam [illegible] uit vin- [illegible] tam.

Ex Actis S. Eroce. m. f. Sur. 4. Iul. ea. 7. cap. 14.

V. *De horrendo em[illegible] re sacra die Dom[illegible]*

[illegible] axilli [illegible] icono [illegible] chi, [illegible] tus.

[illegible] tensis Comes captos tenebat [illegible] is in eos sæuiens: Inter ces- [illegible] aceburgensis Episcopus, [illegible] erat solennis Paschæ, cum [illegible] dia parent in Ecclesia. Anno Domini [illegible] deles aqua benedicta [illegible] Doria, quæ Al[illegible] aspergens catenam, [illegible] um est. Pastore [illegible] Quid deinde: Mox [illegible] denibus, in facti te- [illegible] aqua benedicta libe-

Sanctus Eligius Nouiomensis Episcopus nitebatur impias quasdam superstitiones, in quodam vico, haud procul à Nouiomensi oppido tollere: verum vbi pluribus concionibus nihil proficeret, iniuria etiam, atque contumelia ab auditoribus afficeretur, exemplum Apostoli secutus, tradidit ipsos Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret. Currunt hinc ad sanctum virum obsessorum amici, auxilium magnis desideriis postulantes: sed hoc nō nisi post vnius anni pœnitentiā, promittit Eligius. Tum ad se adductos (erant autem plures quinquaginta) aquæ benedictæ aspersione à spiritibus liberat.

Audoenus Rhotomagensis Episc. lib. 2. vitæ eius c. 20.

XII. *Aqua benedicta monachorum habitacula muniebat S. Aichardus Abbas vigilantissimus.*

Erat plane viro Dei B. Aichardo Gimensensi Abbati familiaris consuetudo, cum fratres post labores diurnos corpora placido somno recrearent, vt pastor solicitus supra gregem Dominicum vigilias insomnes duceret, & claustra monasterii & singula familiæ Dei habitacula peterrando muniret, gestas secum crucem Dominicam, & aquam exorcizatam ad effugandas importuni hostis insidias.

Fulbert in eius vita apud Sur. to. 5. an. Do. 689.

Vis aquæ benedictæ contra illusiones dæmonis.

XIII. *A daemoniaca vexatione domum liberat eadem aqua S. Willibrordus.*

Contigit cuidam patrifamilias & domui suæ dira dæmoniacæ illusionis tentatio, ita vt aperte ma lignus in eius domo spiritus exhorrore, & malefi- cijs habitare agnosceretur. Nam subito cibos, vel vestimenta, vel alia domui necessaria tapete solebat, & in ignem mittere: quin etiam paruulum inter amplexus parentum paulantem, illis dormientibus tulit, & in ignem proiecit. Sed vagitu infantis parentes excitati, vix paruulum de incendio eruerunt: & multa atrocia eadem familia à nefando Spiritu perpessa est; nec à quolibet presbyterorū expelli potuit, donec vir sanctus Willibrordus à patrefamilias postulatus, aquam illis benedictam direxit, præcipiens omnem domus illius suppellectilem foras efferre & aqua illa aspergi, præuidens in spiritu domum flammis comburendā esse; quibus ita gestis, vacuam domum à loco lectuli ignis inuasit, totamque consumpsit. Altera vero in eo loco cum sanctificatione aquæ benedictæ ædificata, nihil exinde pristinæ tentationis passi sunt in ea, sed cum omni tranquillitate, & quiete degentes, & Domino gratias agentes erant, qui illos per seruum suum redimere dignatus est.

Albinus Flaccus in vita S. Willibrordi Ep. Traiect. Antonius Marsilius Archiep. Salernit. in sua Hydrargiologia sect. 3. an. D. 700.

Domus à vexatione dæmonum aqua benedicta liberatur.

XIV. *Magicas praestigias dissipat aqua benedicta.*

Iosephus Iudæus ad Christi fidem conuersus, acceptis à Constantino Imp. 22. literis & potestate vna cum dignitate, in Tiberiadem venit, habens etiam epistolas, vt de Regis impensis sumptum faceret: immo & ipse stipendiis à Rege honoratus erat. Incipit autem à Tiberiade ædificare. Templum autem, Maximum prius in vrbe fuit, & puto Hadrianum hoc esse vocatum. Cum vero hoc Hadrianum impe-

Bar. Cardinal to. 3. Ann. Eccl. an. 327. 36. 37. ex Epiphanio haeres. 30.

imperfectum permansisset, ciues ad publicum balneum id instaurare conabantur. Quo comperto Iosephus ex hoc occasionem habebat, & vbi inuenisset id per lapides quatuor cubitorum & quatuor pedũ ad aliquam altitudinem euectum, hinc incipit facere ecclesiæ structuram. Erat autem opus calce & alia materie. Caminos itaq; extra vrbem multos facere iussit, forte septem numero, fornaces autem vernacula lingua vocant. At vero callidi, & omnia facere audentes Iudæi à præstigiis apud ipsos fieri solitis non abstinuerunt: incantationibus enim quibusdã ac curiosa sedulitate ignem ligare ac disperdere generosi illi aggressi sunt, sed non perfecte potuerunt: cessabat enim ignis, & nõ operabatur, sed extra propriam (vt ita dicam) naturam constitutus erat. Vbi autem ij, qui combustibilem materiam igni addere iussi erant, ligna videlicet, siue sarmenta, nihil effecissent, Iosepho rem ipsam significarunt. Commotus igitur vir ipse, & zelo erga Dominum correptus, extra ciuitatem cucurrit: & vbi aquam in vase afferri iussisset, accepto aquæ vase coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorum confluxerat ad spectaculum, euentum videre cupidi, & quid Iosephus facturus esset) magna voce crucis signaculum proprio suo digito vasi imposuit, &, inuocato nomine Iesu, sic dixit: In nomine Iesu Nazareni, quem crucifixerunt patres mei & omnium horum circumstantium, fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis atq; magiæ, quam hi fecerunt & efficaciam potentiæ ignis, & ad perficiendam domum Domini. Et sic accepit aquam in manum, & de aqua singulas fornaces respersit, & dissoluta sunt incantamenta, & ignis coram omnibus emersit. Turbæ vero præsentes, clamore edito: Vnus Deus, qui auxiliatur Christianis, secesserunt.

Miraculum ex aqua benedicta.

XV. *Dæmonum incantationes aqua sacra dissoluuntur.*

P. Anton. Possuin. Soc. Iesu sacerd. de Estonibus Liuoniæ populis ex literis ad inclytam Mantuæ Ducissam datis an. Dom. 1585.

Non multo ante tempore Anteſignanus quidam Caluinista doluit aliquando vehementer apud vnũ ex nostris Patribus, quod in suo districtu (erat enim custos cuiusdam arcis in Liuonia prouincia) lupos amplius capere non poterat, vt solebat: causans foueas, quæ in eorum capturam fiunt, fuisse à rusticis incantationibus prepeditas. Respondit Pater, habere se lustralem, seu benedictam aquam qua cum loca illa asperserum se dicebat, vt incarnationes illæ dissolũerentur. Risit tum Caluinista (vt solent omnia deridentes hęretici) subdens: Ego si præcantationes huiusmodi aqua lustrali dissolutas viderem, lupos; propterea capi, crederem profecto diuinam esse rem huiusmodi aquam. Erat item in quodam eius fundo, qui nuncupatur Parnomoysa, domus vicina cuidam lacui, quæ ita erat dæmonum vexationibus exposita, vt nullus omnino illam posset inhabitare, vt propterea ruinosa esset effecta. Igitur sacerdos noster benedixit de more aquam, foueasque illas conspersit, & confestim lupi aliquot capti sunt. Cum deinde in eodem fundo sanctum Missæ sacrificium celebrasset, multis eo conuenientibus hominibus, ad domum illam sacro de more processit, domumq; sacris exorcismis, & aqua benedicta lustrauit, totamque deinde viciniam, affixitque in cacumine præcelsi montis magnam crucem, quibus rebus factum est, vt domus; viciniaque tota prorsus libera à dęmonum infestatione remanerent, ac manifestius eluxit, quam maxime dæmones aquam benedictam perhorrescant.

XVI. *Marcellus Apamea Episcopus aqua benedicta prævalet contra dæmonem.*

Ex Episcoporum numero Marcellus, vir in rebus omnibus longe præstantissimus, [illegible], tanquam machina bellica, omnia delubra vrbis, [illegible] Episcopatum ipse administrabat, prorsus expugnauit. Qua in re gerenda fiducia in Deum potius, quam multorum hominum manu adiutus est. Atq; hoc loco facinus inprimis memorabile ab eo factum narrabo. Vbi Ioannes Episcopus Apameæ mortem obiisset, in eius locum diuinus Marcellus, vir spiritu, vt Apostoli [illegible] præceptio vult, efferuescens, [illegible] substitutus est [illegible] forte Apameam Præfectus Orientis, duob[illegible] bus cum duobus hominum millibus co[illegible] quidam plebe propter metum sibi a mi[illegible] ctum quiescente, delubrum Iouis, quod [illegible] mum fuit, multis ac variis ornamentis [illegible] deturbare aggreditur, verum cum [illegible] valde solitam & firme compactam c[illegible] mauit lapidum coagmentationem n[illegible] se dissolui: nam lapides erant gran[illegible] ter se iuncti & ferro præterea ac pli[illegible] Quare Præfectum deterritum cum vi[illegible] Marcellus, eum ad alias vrbes amand[illegible] Deum impense precatus est, vt viã sibi[illegible] lubri demolitionem aperiret. Itaq; pr[illegible] quidam, qui neq; architectus, neque l[illegible] neque vllam aliam artem nouit: sed [illegible] humeris portare assueuerat, sua spo[illegible] vt accessit, promisit se delubrum f[illegible] turum: solum mercedẽ postulau[illegible] ces conduceret: quam simul ac sa[illegible] daturum promiserat, eiusmodi [illegible] uit homo ille Delubrum habeba[illegible] tam erectam in sublime, sibiq; [illegible] stentabant columnę, maxime [illegible] bitus autem cuiusq; sexdecim[illegible] ex quo erant fabricatæ, natur[illegible] lapidarijorum instrumentis c[illegible] las cum vndiq; suffodisset, [illegible] tignis oleagineis suffulsisse [illegible] transiit. Nam tribus colu[illegible] foſſis, iniicit tignis flamm[illegible] dam ater apparens, tig[illegible] abſumi non patietur, fe[illegible] Vbi vero iſtud ſæpius e[illegible] nam illam frustra adm[illegible] forte dormienti indic[illegible]

Incan[illegible] nes [illegible] & exp[illegible] aqua [illegible] dicta.

Ex l. 9. Eccl. hist. Trip. ca. 33. Theodor. l. 5. cap. 21. Bred. l. 5. cap. 38. Bar. to. Annal. an.

Dei templum propere contendit, quam in vase asferri iubet, quam sub sacrosancto altari ponit; ipse autem humi in faciem prostratus, Dominum benignum & clementem precatur, ne tyrannidem dæmonis longius serpere permittat, sed tum eius patefaciat imbecillitatem, tum suam ipsius potentiam ostendat ad eum finem, vt infidelibus nulla maioris cæcitatis detur occasio. Hæc & alia his similia locutus, cum aquam signo crucis signasset. Equitium, vnum ex Diaconis, fide & pietatis studio egregie munitum, aquam iubet accipere, ocyus ad delubrum currere, & cum ea spargere, tigniq; flammam adhibere. Qua confecta, dæmon aquę aspersę vim non ferens, protinus aufugit. Ignis autem aquæ suæ naturæ maxime aduersaria velut oleo fotus, tigna occupat, eaq; momento temporis prorsus absumit. Itaque columnæ basi sublata corruunt, aliasq; duodecim secum deiiciunt, ipsum præterea templi latus columnis cohærens violento illarum casu pariter deturbarum est: cuius ingenti fragore tota adeo ci-

...benedicta dæmonum phantasmata expel-

...dum concuterent: atque simul vt intellexe-

Qui ... intestum fugatum esse, Hymnorum ... vno ore omnes Deum celebrarunt. Eo- ... dodo sanctus ille Episcopus alia quoque simu- ... fanademolitus est.

...or ... *benedicta dæmonum phantasmata expel-*

...diu.

...& hanc aquam faceret S. Hubertus E- ...censis, licet ex verbis subiectis intelli- ...b̃um, inquit, iam nunc vade, aquam, quæ ...consecratione sale admixto benedic- ...ndam inimici nequitiam orationis vir- ...ata est, liquorq; olim itidem Apósto- ...e benedictus huc deferatur: quorum ...litura mox ita effugabuntur hinc ...ta phantasmata, vt amplius non sua ...chinamenta.

...*supererat puellæ à dæmone liberata,* ...*litur.*

...ciæ censetur id quod S. Vrsma- ...cata egit: Malbodiensis mona- ...ialem diabolus inuaserat, & ...abat. Adfuit Dei prouidentia ...qui iussit illico ipsam sibi ex- ...tum fuisset, illeno de sua, sed ...virtute aeceptro libro cœpit ...caput eius: dehinc benedi- ...& os eius liniuit, & pro- ...ritum fugauit: liberata ...

Anno Domini ... qui præsentia diabolí ... ribus vicinorum ine- ... pastore ... bi aquam cum sale de- ... iussit spargi per cuncta ... fuisse, qui crimen ... paucis cum auctore ...

XIX. *Aqua crucis signo & oratione sacrata arreptitius sanatur.*

Anno Christi Domini 1554. quidam Antonius Nec-Christianus Cutamum se contulit triginta miliaribus Bungo dissitum, vbi in virum quendam incidit, cuius gulam ita dæmon ad dies 70. strinxerat, vt tantum non suffocaret: nihil enim cibi nec potus trahere in stomachum poterat. Ille hominis casum miseratus, memorque diuinæ misericordiæ, qua latronem pœnitentem, rogantemque veniam è peccatis & morte æterna liberauisset, aquam signo crucis in Christi nomine signauit, addita oratione Dominica. Deinde arreptitium ad anteactæ vitæ scelera detestanda, Christique fidem ac veri Creatoris Saluatorisque notitiam adhortatus, cum ille credere se diceret, aquam epotandam dedit: qua sine difficultate hausta, orizam addidit. Ille animo tum deinceps ad baptismum suscipiendum primo quoque tempore prorsus inflammatus est, idq; opere etiam compleuit, abiectis idolis, & orationes Christianas edoctus: verum non multo post vitam cum morte commutauit.

Ex Epist. Iapon. P. Eduardi Syl. uij. an. 1555.

XX. *Eadem aqua B. Theodorus domum totam à spiritibus immundis liberam reddidit.*

Appropinquanti Theodoro Sicæcorum Archimandritæ ad sanctissimæ Dei genitricis monasterium, obuiam venit illi S. Theodorus Dux regius, & domum suam ad partes superiores sitam duxit virũ sanctum, vt eam à magna dæmonum vexatione liberaret: homines enim & animalia rationis expertia ab immundis spiritibus vexabantur; & cum domestici pranderent, aut cœnarent, lapides super mensas iaciebantur, ex quo magnus omnes terror inuadebat, & mulierum relæ rumpebantur, & tanta murium & serpentum multitudo domum occupabat, vt præ formidine nemo in eam ingredi auderet. Domum igitur Dei seruus ingressus, totã noctem psallendo, & Deum obsecrando traduxit, & aqua, cui benedixerat, totam domum aspergens, eam à spiritibus immundis liberauit.

Sim. Metaph. in eius vita circa an. Do. 613.

Aqua lustrali domus ab infestatione dæmonũ liberatur.

XXI. *Energumena mulier apud Iaponem curata.*

Cuiusdam Pauli filia ad templum nostrum accessit, quæ triginta iam annis male à Dæmone habebatur. Ea cum velle se Christianam esse dixisset, dum illi benedictionis formula traditur, hora meridiana erat circiter, vehementi pariter ipsa timore corripitur. Tum Balthasar ad exorcismos confugit, cœpitque mulieri suadere, vt nomen Iesu, necnon D. Michaelis pronuntiaret. Illa vero discruciata grauissime, ore compresso, voce veluti in cantum soluta, respondit, si Xacæ, & Amidæ, qui legem dedere Iaponiis, Idola repudiatentur, neminem adorandum esse præterea: neque vero se cuiuspiam vi ab eorum cultu posse abduci. Postridie, qui dies fuit B. Virgini sacer, templo Christianis referto, cum mulier quoque adesset, Balthasar sacro peracto quæsiuit ex ea, quo-

Ioan. Petr. Maffeius de reb Iaponicis lib. 2. epist. 1. an. Do. 1554.

quomodo se haberet, bene cum respondisset D. Michaelis nomen profer, inquit ille: tum fœmina denuo tremere, labiaque constringere. Dæmon autem: Ex illa iam: inquit abeo: veruntamen quoniã tribus iam ætatibus, patris videlicet filij, nepotisque domicilium mihi in his ædib. collocatum obtinui, propterea nolo discedere. Instare Balthasar iterum, vt D. Michaelem appellet, Tum energumena, enimuero id esse iam putidum ac molestum: mox etiam contracto vultu, cum lacrymis: Quo migrem igitur, inquit. Cum in eo statu res esset, Christiani qui aderant, in preces dedere sese, nec ita multo post spiritus ille nequam erupit: mulier autem valde leuata est, atque integra prorsus mente, potum petiit, porrectamq; sibi aquam lustralem seu benedictam ebibit. Tum iussa dicere Iesus Maria, tam suauiter pronuntiauit, vt vox Angeli videretur. Ex eo tempore nunquam deinceps à dæmone vexata est, iamque Christiana sacra suscepit. Qui ægroti huc deuenere, ex iis ad 300 iam Christiani cernuntur, quorum sermones inter se de beneficiis à Domino post baptismum acceptis, operę pretiũ est audire, dum hic patientiam in morbo ferendo, ille recuperatam prope valetudinem prædicat. Solent autem huiusmodi ægroti, decem alios, quindecimue singuli ad Christianam religionem secum adducere, quorum corpora non alio medicamento curantur à nobis, nisi aqua benedicta, cuius virtus in hoc regne multis experimentis, præsertim vero in oculorum curatione, quibus Iaponij vulgo laborant, est comprobata, vt eius petendæ causa à leucis 10. vel 12. vndique concurratur ad nos.

Mulier energumena qua ratione liberata.

Aquæ sacræ virtus.

XXII. *Aqua benedicta præmuniendi infantes aduersus maleficarum nocumenta.*

In ciuitate Spirensi anno Domini circiter millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, dum quædam deuota mulier cum quadam suspecta malefica verba habuisset iuxta morem muliercularum mutuo rixantium, rixosa: de nocte tamen cum paruulum lactentem cunis imponere voluisset, & mente reuoluens ea quæ de die cum suspecta maleficia peregisset, timens de periculo pueri, herbas benedictas puero suppoluit, aqua simili aspersit, sal exorcizatum ori parum immisit, eumq; signo Crucis muniuit, & cunabulum diligenter alligauit. Et ecce circa medium noctis vagientem puerum audiuit: & dum iuxta morem puerum contrectare, & cunabulum in altum prope lectum positum mouere voluisset, cunabulum quidem mouit; sed puerum contrectare, quia aberat, non potuit: tremens paupercula, & de pueri amissione vehementer dolens, lumine accenso paruulum vagientem sub lecto, & in angulo sine læsione reperit.

Ex Iacob. Sprengero Dominicano Prædicat. hæreticæ inquis. in Malleo maleficar. p. 2. qu. 1. An. Dom. 1484.

Infantes quomodo præmuniendi contra maleficarum nocumenta.

XXIII. *S. Martha draconem miræ magnitudinis aqua sacra interemit.*

Erat super Rhodanum iuxta ripam ingentem in nemore quodam inter Arelatem, & Auinionem, versus occidentalem plagam, draco ingens medius animal terrestre, medius piscis, qui multos transeuntes, & supervenientes homines, asinos etiam & equos perimebat. Naues etiam, quæ per Rhodanum transibant; subuertebat. Veniebant ibi gentes sæpe, & populi armati, nec illum perimere valebant: quoniam proiectus à nemore in flumine latebat. Et erat grossior boue, longior equo, os & caput habens leoninum: dentes vt spata acutos: comas equinas: dorsum acutum, vé dolabrum: squamas hirsutas vt tyranos scindẽtes, senos pedes, & vngues vrsinos, caudam vipeream binis parmis, & virtua vtráque parte munitus: duodecim leones, aut totidem vrsi illum superare nequibant. Cum autem [illegible] eum vllo modo perimere nequissent: audierunt [illegible] præconante, beatam Martham miraculis coruscantem, & dæmonia eiicientem, veneruntq; ad eam rogãtes: vt veniret, & draconem à finibus suis expelleret. Perrexit ad locum Dei amica, Christi hospita: confidens in vero hospite suo, reperitque draconem in nemore hominem quem iugulauerat comedentem: & iacta super eum aqua sacrata [illegible] secum tulerat & signo ligneo sanctæ Crucis ei obuiando, draco stetit victus vt ouis; & beata proprio cingulo eum alligauit, & illico à populo lanceis & lapidibus actus est totus. Nuncupatur autem draco ille [illegible] scurus, vnde locus ille abhinc postea vocatus [illegible] rasconus, qui antea vocabatur Nerluc, id est, [illegible] lucus: eo quod ibi erant nemora valde [illegible] nigra.

Serpens [illegible] interficit Martha [illegible] qua benedicta [illegible]

XXIV. *Dæmon vstãs migranti ex hac [illegible] strali fugatur.*

In monasterio Cluniacensi qui iam erat ægr[illegible] in articulo mortis; qui videbat domum totam, cubiculum repleri deformibus, rostratisq; per[illegible] quod cum aduerteret vnus ex custodibus (e[illegible] nim duo conuersi Stephanus & Oliuus, qui a[illegible] bant ægroto) cœpit locum aqua benedicta as[illegible] re; infirmus autem statim cœpit clamare: E[illegible] fac quod facis, quia diaboli fugientes con[illegible] alter post alterum summa celeritate dis[illegible]

XXV. *Adstantes morituro dæmones aq[illegible] sperſione fugantur.*

Fugare dæmonia in discipulorum transitu B[illegible] tro Canensis cœnobij Abbati nouum non erat. Hugo enim monachus boni viri Raineri Fabri filius, cum patre & fratre suo alio, Mauro nomine, in monasterio conuersus est: quorum alter frater, velut eruditus & prudens, Prior monasterij fuit: hic autem in communi ordine simpliciter viuendo vsque mortem mansit: cumque iam recipiendæ me[illegible] suæ tempus venisset, ægritudinem cor[illegible] incurrit. Ad quem pater venerabilis ia[illegible] venit, eiusq; animam on[illegible] dare studuit. Cui & mori[illegible] illa pater, duæ anes sunt, [illegible] horribiles valde, dicunt [illegible] illæ ducunt. Hæc cu[illegible] pere[illegible]

Mat. [illegible] tal. SS. [illegible] cap. 151. [illegible] Eiſ[illegible] centur. 1. p. [illegible] lib. 3. ca. 1. [illegible] Dec. 10.

bae, ipſi videte non poterant. Pius autem pater intelligens, quod moriens frater videre aliud quam viuentes poſſet, aquam exorcizatam ſibi afferri iuſſit: qua profectò rorum orando aſpergens feneſtram tangeret, nigram illam auem protinus diſcedere idē moriens vidit. Cumque Deo gratias ageret, ſancta eius anima carne ſoluta eſt. Tunc fratres colligere cœperunt, quia miniſterio venerandi patris, in horrida aue malus angelus receſſit, bonus in pulchra ad ducatum præbendum electæ animæ remanſit: quia illo recedente, eam [illegible], vt de corpore eſt egreſſa, ad æterna gaudia reducendam ſuſcepit: pam idem frater poſt aliquot dies in veſte fulgenti cuidam dormienti apparuit: & iam dubium non fuit, quōdam bono duce ſuſceptus ad æterna gaudia ab hoc exilio aſcendit.

XXVI. *Armenta mundat aqua benedicta a B. Theodoro Sicearum Archimandrita.*

Cum in Ancyranorum metropoli magna lues in hominē, armentaque deſæuiret, eius metropolis [illegible]tatores, ad Dei ſeruum accedentes ſecum abduxerūt: cumq; ſuas haberent monachas in ſanctiſſimo Dei gen[illegible]ncis monaſterio, quod Beeia vocatur, rentur [illegible]arunt eum, vt eos moraretur, & pro illis Deum [illegible]. Ille autē Conſtituto autem ſupplicationis die, o[illegible]quaſi [illegible]lues & agricolæ conuenerunt ad ſupplicandū ad loc[illegible]& ipſe cum illis Deum obſecrans ab ea peſte viam ſu[illegible]erauit. Aquam præterea benedixit, qua conſpe[illegible]uarentur armenta, & libera erant. Quamobrem [illegible]gentes Deo Metropolitæ, virum ſanctum [illegible]manſionem reduxerunt.

XXVII. *Locuſtarum vim omnia conſumentem extinxit ſpiacularis S. Aphraatis.*

Syria Sanctorum Patrum refert, quod cum locuſtæ aliquando regionem repente inuaſiſſent, & [illegible]gnis omnia conſumerent, ſegetes, arbores, nemora, venit ad ſanctum virum Aphraatē [illegible]gatus in pe[illegible]vt pius, rogans, vt opem ferret vnum quidē [illegible], ex eo autem, & ſe, & vxorem, & ſi[illegible]. Adoleſce[illegible]lamitatē lenti, & à quo etiam Imperatoria poſthabita[illegible]etur collatio. Is ergo rurſus Dominicam imſum ludicre[illegible]benignitatem, iuſſit ad ſe afferri congiū aquæ, piſcinam d[illegible]oiquam autem aquæ congium attulit is qui oraſeruul[illegible]bat, ei quidem manum impoſuit, Deum autem eſt[illegible]precatus, vt fluentum diuina impleret virtute. Deinde finita oratione, iuſſit vt in prædij limitib. aqua Proco[illegible]peraretur. Qui eam attulerat, fecit vt iuſſum fuerat. Sic fuit illis agris pro vallo ſacro ſancto & ter-

V. *De horrendo* bili: nam vſque ad illos fines, reptantes & *re ſacra die Dom*[illegible]locuſtæ inſtar exercitus, rurſus re-

Anno Dominī [illegible]benedictionem impoſitam extinc[illegible]bc Doria, quæ ali[illegible]eno ſuffocatæ, & vltra [illegible]tum eſt. Paſtore [illegible]ſſi

in tantu[illegible]ate rem ſacram [illegible]*omnia depaſcentes aqua*

vel ſacro[illegible]uille qui cine[illegible]

[illegible]reuerus cl[illegible]ta profundam[illegible]teſimo octogeſimo quinto, tempore Stephani Papæ VI. cum clades locuſtarum, quæ præceſſoris ſui, Adriani videlicet, totam patriam conſumpſerant, male multi[illegible]germine naſci cœpiſſent, & omnia repleuiſſent, ſertus idem ſanctiſſimus Papa Stephanus afflicti populi, primum quidem diuulgauit, vt ſi quis de iis vnum ſextarium caperet, & ſibi attuliſſet, quinq; vel ſex denarios ab eo perciperet. Hoc autem populi audientes, cœperunt huc illucque diſcurrere, eaſq; capere, & miſericordiſſimo Patri ad emendum portare. Sed cum illas tali argumento delere nequiſſet, ad Dominī miſericordiam cōfugiens, in Oratoriū S. Gregorij, vbi lectus eius habetur, iuxta Eccleſiam Principis apoſtolorum, veniens, ſeſe cum lacrymis in orationem dedit, cumq; diutius oraſſet, ſurrexit: & aquam propriis manibus benedicens, manſionariis præcepit dicens: Tollite, & ſingulis diſtribuite, monentes, vt in nomine Domini agros ſuos circumeant, & hanc aquam aſpergant per ſata & vineas, perentes diuinum ſibi ſuffragari ſubſidium: Quo facto tanta omnipotentis Dei ſubſecuta eſt miſericordia, vt vbicunque ipſa aqua aſperſa eſt, nulla penitus locuſta remaneret. Hæc circumquaque vicini audientes, ad vrbem confluunt ſubueniri ſibi depoſcunt: omnem tetram in pulueris modum locuſtis cooperiam clamitant, quos benignus Papa commonuit, de cælo auxilium petere debere contra flagellum imminēs.

Dem. 88. §. ex Anaſtaſ. bibliothec. eodem Vatican. de reb. geſtis S. Stephani pp. VI.

Locuſtæ a- qua ſacra extinctæ.

XXIX. *Locuſtas & bruchos diſpergit aqua benedicta.*

Apud Muriſiam ciuitatem Hiſpaniæ citerioris quadam æſtate locuſtæ, & bruchi innumerabiles intra dies quatuordecim omnia, quæ in agris erant, deuaſtarunt. Per id tempus venerat eo D. Vincentius, eum ciues vrbis dolentes adeunt, precum eius ſuffragia implorant. Ille iuber confeſtim adferri, aquam benedictam, deinde cum Clericis, qui eum aſſectari ſolebant, hymnos canentibus ad ſingulas vrbis portas acceſſit, ſtanſq; in illarum medio contra caſtra, in quibus dicta animantia graſſari dicebantur, aquam ſacratam aſperſit, & ecce poſtridie omnia exuncta reperta ſunt, & intra paucos dies agri & vineæ adeo reſtitutæ ſunt, vt illo anno nulla fuerit penuria ſubſecuta.

Pet. Rauzæ in vita S. Vincent. Ordinis prædic. lib. 3. ann. Dom. 1418. Locuſtarū copia deſtructa aqua benedicta.

XXX. *Sorices è gentilium agris aqua luſtrali fugantur.*

Narrant, Sorices omnia fata miſere vaſtantes, à terris Chriſtianorum ſacra aqua cōſperſis ad proximos gentilium agros fugatos: quod cum illi viderent, terraſq; ſuas eorum multitudine grauius ſolitō infeſtas, valde aduerſus nouos Chriſtianos indignabantur, Deumq; Chriſtianorum ipſorum idolis longe potentiorē confiteri coacti ſunt: quare Chriſtiani cum tanta ex vſu ſacræ aquæ beneficia percipiant, quoties in grauiores morbos incidunt, accerſunt mox aliquem ex Patribus, vt ſacra aqua ab eis perfundantur, eorum quē orationibus iuuentur.

Alan. Copus Dialog. 1. contra. opprſſ. imagin. c. 3 exhit. an. Dom. 1561.

XXX. *Olim tempore Leonis VI. Imp. ante prælium aſpergebatur totus exercitus aqua pſalmis.*

Baron to.10. an Do.911. De bellic. apparat. 13.

His accedit, quod de Leone VI. refert Baronius in hæc verba: Porro suæ pariter pietatis vestigia reliquit impressa in commentario, quod res bellicas pertractauit. Vbi inter alia, vt pridiè eius dici, quo prælium & certamen sit ineundum, curare debeat Dux exercitus per sacerdotem vniuersum exercitum expiari aqua lustrali vel benedicta: quod Græci dicere solent ἁγιάζειν, id est, aqua sancta aspergere, ῥαντίσματα, apud Græcos Ecclesiastico more dici solet aqua benedicta. Ibidem habetur, vt quotidie mane & vespere vniuersus exercitus dicere debeat Trishagium hymnum.

Aqua lustrali aspergendus Christianorum exercitus.

XXXII. *De muliere difficultate pariendi laborante, virtute aquæ benedictæ sumptæ liberata.*

Auctor vitæ S. Bernar. lib. 4 c. 4. n. 3.

Alio tempore inquit, Auctor vitæ S. Bernardi, in territorio Antisiodorensi apud oppidum, quod Cona vocatur, mulier quædam mirabiliter laborans, periclitabatur multis diebus, eo quod venisset filius vsque ad partum, vt vires amplius non haberet parturiens. Cumque superuenisset interim seruus Christi, postulandi benedictionem aquam benedictam misit. Gustauit mulier, & confestim natus est puer. Quem venerabilis Episcopus Carnotensis Gaufridus baptizauit, Bernardi et nomē imponens.

Vis sumptæ aquæ lustralis.

XXXIII. *In Iapone curantur passim ægroti, vbi aquam lustralem hauserint.*

Th. Bozius lib. 5. de sign. Eccles. ca. 2. tom. 5.

Insularum, quæ in Oriente communi nomine Moluccæ vocantur, indigenis omnibus commune est, vt cum febri vexantur, vel aliter aduersa valetudine, statim confugiant ad templum, aquam piacularem bibant, & protinus conualescant. Cuiusdā filii duo cum baptismo lustrati essent, confestim grauissima febri conflictari cœperunt: eorum pater, quasi id accidisset ob baptismum, querelarum plenus accedit ad sacerdotem, qui vt ostenderet, non a baptismo morbū profectum, iussit ægrotis aquam piacularem, siue, vt vocant, benedictam, bibendam dari: qua epota eodem momento sanitati sunt illi restitui. Diuarenses eadem contra venenatos ictus serpentum, remedio præsenti & efficaci vtuntur.

Aqua piacularis epota passim morbi ac serpentum ictus curantur.

TIT. XXI. De pane benedicto.

Christus Dominus benedixit panes in deserto pro populo.

Matth. 14.

EXEMP. I. *Panis benedictio ægros plurimos sanat: D. Bernardus.*

Ex l. 3. vita S. Bernardi c. 5. Robert. Bellar. li. 1. de beat. SS. c. 9. Ludou. Granat. li. 2. Catech. in Sym. Fidei cap. 27. §. 6.

CVm S. Bernardus apud Tholosates verbum Dei nunciaret contra sui temporis hæreticos, plurimis signis in seruo suo glorificatus est Deus, aliorum corda ab erroribus impiis reuocans; aliorum corpora à languoribus variis sanans. Fit locus in regione eadem, sarlatum nomen est illi, vbi sermone completo plurimos ad benedicendum panem, sicut vbiq; fiebat, Dei famulo offerebant. Quos ille eleuata manu & signo crucis edito, in Dei nomine benedicens, in hoc (inquit) scietis vera esse quæ à nobis, falsa, quæ ab hæreticis suadētur, si sinceri vestri aurem venerabilis Episcopus Carnotensiū magnus ille Gaufridus, siquidem præsens erat, & proximus viro Dei: Si bona (inquit) fide sumpserint, sanabuntur. Cui paret sanctus de Domini virtute nihil hæsitans, Non hoc ego dixerim, ait: sed vere qui gustauerint, sanabuntur, vt proinde veros nos & veraces Dei nuncios esse cognoscant. Iam ingens multitudo languentium gustato eodem pane cōualuit, vt per totam Prouinciam verbum hoc diuulgaretur: & vir sanctus per vicina loca regrediens, ob cōcursus intolerabiles declinauerit, & timuerit illo ire.

Ex eadem. ta. li. Mirac. panis dicti.

II. *A febri quartana liberatur miles pane benedicto.*

Vidimus (dit beatus Malachias Episcopus) in Maldensi territorio militem deuotissimas referentem gratias viro Dei, quod ad primum gustū panis ab eo benedicti, plenam recepisset sospitatem à febre quartana, qua sic laborauerat mensibus ferme decem & octo, vt in hora accessionis quasi phreneticus nec matrem agnosceret suam.

III. *Lethaliter læsus adolescens pane benedicto curatur.*

Virum quoque venerabilem [illegible] idē Malachias] Gerardum Lemouicensem Episcopum testantem audiuimus, iuuenem quendam de familia [illegible] liter in capite saucium, cum iaceret spum[illegible] pos mentis, immissa sibi in os buccella [illegible] benedixerat homo Dei, tam celerem [illegible] tem, vt incolumis surgeret ipsa hora.

IV. *Mulierem furibundam B. Romualdus [illegible] te panis benedicti.*

Petrus Damianus in vita S. Romualdi refert, quod secularis quidam [illegible] Arduini ne, dicto Abbati se ad suscipiendum [illegible] sationis habitum tradere: deinde dom[illegible] quaque dispon[illegible] remeauit: cumque [illegible] sua veniens [illegible] disset, fœmineo animi succe[illegible] quitas uersus cum, di[illegible] ne vi[illegible] retico & antiquo sedu[illegible] nis, [illegible] miseram & destitutam o[illegible] solatio derelinquis? Quæ, hoc dicto prot[illegible] mentia vertitur, & ita furere & cōquassari cœp[illegible] si patentes a dæmonio vexaretur. Habebat autem v[illegible] sanctus huiusmodi cōsuetudinē, vt si quando fra[illegible] tres in viam dirigeret, benedictū illis siue panē, si[illegible] pomū, seu quodcunq; aliud daret. Vnde discipu[illegible] vt experti multoties fuerant, certū tenebant, [illegible] si ex benedictione magistri cuilibet ægroto c[illegible] rent ad salutē, illum incolumem redderet[illegible] ex aqua, vnde manus eius abluebant[illegible] guidi sæpe restituti sun[illegible] pita[illegible] tissime oportebat fi[illegible] comprehenderet, in[illegible] ret. Cum igitur diu[illegible] tur, quid fratres, e[illegible]

Nota vim benedicti is.

nis, quam à magistro susceperant, ei particulam tradiderunt. Quam cum mulier comedisset, mente sedata, ab omni redditur insaniæ furore liberrima. Itaque protinus omnipotenti Deo, & Romualdo famulo eius recuperatæ sanitatis gratias retulit, & viro suo cõuersationis licentiã vlterius nõ negauit.

V. *Panis benedicto liberauerat Dani tormine intestinorum à S. Elphego.*

Osbertus Monachus Cantuariensis de curatis pane benedicto Danis, tormin bus viscerum laborantibus, hæc refert: Lætati igitur consilio, mox ad Episcopum currunt, & de perpetrato facinore cum lacrymis veniam petunt, & de carcere cum extrahentes, ad publicos populi conspectus cum honore reducunt. Et ait illis Episcopus: Etsi vestra insanabilis crudelitas veniam nõ promeretur: tamen quid nos facere decet, exemplo Domini edocemur, qui cum suorũ dignatus esset lauare pedes discipulorum, non illum exclusit, à quo se tradendũ esse præsciuit, immo ipsum sanctissimo pane cibauit: Pharisæorum ministros potentiæ suæ verbo elisit, sed confestim eosdem erigẽdo sanauit: & quod magnę bonitatis insigne est, quos quotidie mandatis cœlestibus pertinaci animo cernit resistere, eos cœlo sedens adhuc patitur viuere, immo humanis rebus plusquam cæteros præstare. Quapropter, quo exemplorũ filius deuotus cupio imitator exi- dicere cœ- cædes, uiã quæ in me facta est præteritæ impie- patrem pro suis crucifixoribus, ita e- recol- eis tortoribus ipsum interpellabo. Afferte percus- statim vobis reddendum salutarem, qua- post han- hoc refecti, & cupitæ salutis beneficium sum qui- aut gratias saluatori reddatis, aut sceleratio- eo si lice- phemi remaneatis. Et dato omnibus pane à *Verbum Ca-* ficto, omnes ab exitiali liberauit clade. nem. Et sic

panis benedicti fuisse à tempore Apostolorum.

IV. *De ade-* Magus, qui Deum se faciebat, contendens *gatus in pe-* postolum confundere, & in malam Impe- tiam inijcere, dixit Neroni: Mitor te (in- Adolesce- tantum re alicuius momenti hominẽ exi- posthabita stimet peritũ piscatorem, mendacissimum, & sum ludier- verbo, nec in re aliqua præditum potestate. piscinam quæ diutius hunc patiar inimicum, præcipiã mo seruis meis Angelis meis, vt veniant & vindicent me de isto. re- Ad quæ Petrus: Non quidem timeo Angelos tuos, tan- di me cogunt timere, & in virtute & in confi- Proc- entia huius Christi Domini mei, quẽ te esse mentio- ficior. Nam si diuinitas in te est, quæ cordis arcana

V. *De horre-* dic mihi nunc Simon, quid cogitem, vel *re sacra dicturus sim,* Cum cogitationem meam, an-

Anno Domini [illegible] Magus, Cæsar optime, au- sit mentiri quid cogi- hac Doria, quæ [illegible] & dic mihi, quid co- tum est. [illegible] adferri bordeaceum in tantum [illegible] rem faciam vel festo [illegible] hoc iussum fuisset, intentus [illegible] profundum [illegible] quid cogitatum, quid dictum, quidue sit factum à me. Tum Nero: Quid dicis Simon? Respondet Simon: Imo Petrus dicat, quid ego cogitauerim, vel quid fecerim. Tum Petrus: Quid cogitet Simon me scire decebo, si tamen ipse prius dixerit, quid ego cogitauerim. Quæ cum audiuisset Simon: Hoc (inquit) scias, bone Imperator, quia cogitationes hominum nemo nouit, nisi solus Deus: cæterum Petrus mentitur. Ad quæ iterum Petrus: Tu vero qui filium Dei te esse dicis, quum benedic quid cogitem, & fecerim modo in occulto, si potes dicendi pa- nis vsum. deaceum, quem acceperat, & fregerat, & in dextra atq; sinistra manica sua collocauerat. Tunc Simon indignatus, quod dicere non posset secretum Apostoli, exclamauit dicens: Procedant canes magni, & deuorent eum in conspectu Cæsaris. Et cum hæc dixisset, apparuerunt canes miræ magnitudinis, & impetum fecerunt in Petrum. Petrus vero extendens manus in orationem, ostendit canibus quem benedixerat panem. Quem vt viderunt canes, subito Panis consecrati mira vis. nusquam comparuerunt. Tum conuersus Petrus ad Cæsarem: Ecce ostendi tibi Imperator, quid cogitarit Simon, non verbis, sed factis: nam qui Angelos promiserat, contra me esse venturos, canes exhibuit: vt se ostenderet non diuinos Angelos, sed caninos habere.

VII. *Depuero vi panis benedicti à damone liberato.*

Cum fama in omnem partem peruasisset, Pachomium Abbatem multa in nomine Christi agere mi- racula, quidam filium suum, immanem habebat dę- monem, quotidie lugens, cum eum non posset ad sanctum deducere, venit ipse genu flectens & rogãs vt panem benediceret, vt tempore vesperandi eum comedendum præberet laboranti. Ei itaque esurienti pater panem obtulit. Dæmon autem id sentiens, non permisit eum vt ipsum gustaret, nec vt tangeret: sed cum multa alia accepisset, expleuit appetitum. Rursus ergo pater eius, cum hunc panem accepisset, & minutatim fregisset, cum minutissimis partibus casei, iniecit fragmenta in medium dactylorum, eaque sola ei apposuit, vt actum ignorans acciperet benedictionem. Ipse autem rursus ea aperiens, & humi iecit fragmenta, & dactylos abhorrens reliquit, volens nihil omnino gustare. Cum ergo pater eius eum multis diebus reliquisset ieiunum, nihil aliud præter hunc panem reliquit in eius potestate. Is vero fame oppressus ex eo sumpsit: & Pane benecum primum fuisset refectus, dormiit, & recessit ab dicto pollieo malum spiritus. Tunc Pater accepto, qui curatus erat, filio rursus cum ipso accessit Deum laudãs, qui per suos sanctos facit magna mirabilia, gloriosaque & insignia, quorum non est numerus. *Simon Metaph. in vitas S. Pachomij apud Sur. 14. Maij.*

VIII. *De quodam à morbo atrocissimo per virtutem panis benedicti curato.*

Illustris matrona Deoque dicata Austroberta coniunx quondam Carnoldi illustrissimi viri, referre solebat, q̃ ipsa præsente gestum fuit. Vnus è pi- storibus *In vita S. Austregisili Archiep.*

Bituric. apud Sur. 10. Maij. n. 3.

storibus eius; Leodemarus, morbo atrociſſimo vexabatur. Habebat autem ipſa panem à S. Auſtregiſilo Archiepiſcopo Bituricenſi benedictum, ipſique ab eo pro eulogiis tranſmiſſum. Seruabat ea hunc panem vt ſi quis male affectus videretur, illi integra fide ſumendum præberet. Rogauit ergo quoſdam, vt piſtorem hunc apprehenderet, & in eius os ex illo pane aliquid inferrent. At ille prorſus recuſauit, nec quicquam eius ſumere voluit: ingeſtus eſt tamen ipſo etiam inuito in os eius panis, imoque ille malum omne, quo cruciabatur, euomuit, & redditus ſanitati, hodieque officium ſuum fecit.

Effectus panis benedicti.

IX. *Panis benedictus multos annos interruptus conſeruatur.*

In Vita S. Bernardi lib. 4. c. 4.

Illud tacendum non eſt, quod ipſam quoq; ſubſtantiam panis ab omni corruptionis iniuria eadem benedicto vendicabat, adeo vt plures viderimus, qui per ſeptennium, & vltra, eoſdem ſeruauerint, panes nec colore, nec ſapore mutato. Ante hoc paucos dies venerabiles Abbates Girardus & Henricus de Sueciæ partibus venientes, dum ſuper his conferremus, teſtati ſunt nobis, panem ante annos vndecim eius benedictione ſignatum manere adhuc apud ſe penitus incorruptum. Et nunc idoneum ſatis & euidens huius rei teſtimonium proferamus. Vir magnus & magnifice honorandus Danorum Epiſcopus Eskilus patrem ſanctum vnico venerabatur affectu, vnica deuotione colebat. Nec cõtentus eſt in filiis eum videre, cum nouum cœnobium extruxiſſet, & impetraſſet ab eo deſideratum ſacræ congregationis examen. Præualuit apud eum deſiderium vehemens, vt homo tantæ auctoritatis, & Inſulisillis tam eccleſiaſtica quam ſæculari auctoritate ſingulariter potens, expoſitis ſuis omnibus, etiam ſemetipſum periculis multis tradere & labori. Nam de expenſis dicere non eſt magnum, quas nuis eundem audierimus proteſtantem, quod expenderit in itinere ipſo marcas amplius quam ſexcentas. Venit ergo Clarãuallem tam humilis & ſublimisque à finibus terræ nõ curioſitas audiendæ ſapientiæ, ſed fideizelus & plenitudo deuotionis attraxerat. Vbi quantũ fleuerit, qualé ſe nõ modo erga eũ quẽ tam vnice ſuſpiciebat, ſed & erga minimos quoslibet fratrũ exhibuerit, nõ eſt facile dictu. Demũ rediturus ad propria, vt propitium à Dei famulo panẽ referre poſſet, & diutius conſeruare, humano ſenſu præcipit, vt in clibano recoquatur, ſicut ſolent, quimaria tranſeunt, panẽ ferre bis coctũ. Audiens a. ſanctus, non eſt paſſus errare hominẽ tam deuotum, ſed amicabiliter arguens in hac parte fidem eius modicã inueniri: Itane (inquit) non poterit panẽ ipſum benedictio magis quã recoctio conſeruare. & non acquieuit benedicere illũ, ſed communem ſibi panem præcipiens exhiberi, benedixit, & dixit: Ecce hunc tolle tecum, nihil deinceps de corruptione ſolicitus. Tulit, & ad ſuos rediens vſque hodie gloriatur, fidei ſuæ defectum euidentiſſima rei veritate conuinci. Confeſſus eſt eniam nobis de pane, quem retulit, quod nunc vſque, cum iam tertius annus tranſierit, illæſum cum beati viri fides & benedictio cuſtodierit.

S. Bernar. panem bis coctum nõ vult benedicere, ſed communẽ.

TIT. XXII. De Sale benedicto.

EXEMP. I. *Aquæ Iericho ac terræ ſterilitas immiſſo per Eliſæum ſale ſanantur.*

Ex 4. Reg. cap. 2. nu. 19. d.

VIri ciuitatis Iericho dixerunt aliquando ad Eliſæum Prophetam, q[uo]d ibi habitabat: Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tu ipſe Domine perſpicis, ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal. Quod cum attuliſſent, egreſſus ad fontem aquarum, miſit in illum ſal & ait: Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque ſterilitas. Sanatæ ſunt ergo aquæ vſqi in diem hanc, iuxta verbũ Eliſæi quod locutus eſt.

II. *Vehemens incendium ſale benedicto ſedatur.*

In vit. Lib.

Quodam tempore, cum ad tradendam diſcipu- labus ſuis lectionem diuinam more ſolito conſedi- ſſet ſancta Lioba Abbatiſſa, ex vna parte ville fortui- tum exarſit incendium: quod conſumptis domibus quæ vel paleis, vel paluſtri tegebantur [illegible] monaſterium, in quo virgo ſancta cum [illegible] & cer- Dei manebat, flabris ſtimulantibus fere [illegible] graſſante igne, non ædificiis ſolum, v[illegible] iumentis atque hominibus ipſis [illegible] nabatur. Tum vero trepidantis populi [illegible] clamor attollitur, concurſus omnium ad Abb[illegible] conuolat, rogant vt periculo, q[uo] inſtabat, [illegible] ſanctis occurreret. Illa a. vt erat mentis pa[illegible] mæ, turbatis omnibus, fidei præſumptio [illegible] mouebatur, ſed iuſſit, vt ex ſuperiori parte [illegible] quod per mediũ monaſterium currebat, hau[illegible] aquã in concha celeriter afferrent. Quã [illegible] allatã, ſale, quod à S. Bonifacio benedic[illegible] nenter ſecum habebat, adſperſit, dicens, [illegible] aquam in flumen refundite, omniſ[illegible] eo loco deorſum hauriat, & [illegible] uientis incendii certatim mittat: quod cum [illegible] ſent, omnis illa ignium violentia, quaſi cælitus [illegible] miſſo imbre, ita reſtincta eſt vt nihil ædificiorum [illegible] poſtea prorſus attingeret. Quo miraculo plebs o[illegible] mnis attonita, ad laudem [illegible] conuertitur, qui p[illegible] fidem & orationes famu[illegible] à tanto crimine liberau[illegible]

III. *Sale benedicto ſan[illegible]*

Benedicto ſanct[illegible] do hominibus ſ[illegible] frequenter r[illegible] ure aliqu[illegible] mori[illegible] pere[illegible]

sal, & animabilis inferr apponi, & protinus lues orta cessauit. Quod in aliis quoque monasteriis vidimus & cognouimus, vt audiens fratrum animalia mori, interdum etiam non rogatus, sed ipse prior admonens eos, eodem remedio subueniret.

IV. *Sale & oleo à S. Monegunde benedicti præsens remedium adhibetur infirmis.*

Ex Gregor. Tur. lib. de vit. patr. c. 9. apud Iur. to. 3. Iul. 16. 9. An. 560. vixit.

Cum sancta Montgundis ad meliorem vitam esset migratura sanctimoniales, quas secum habebat, flebant valde, dicentes: Et cui nos mater sancta relinquis? vel cui commendas filias, quas in hunc locum pro Dei intuitu congregasti? At illa perlacrymans, ait: Si placem sanctificationem mq; sequamini, Deus erit protectio vestra, habebitisque sanctum Martinum Antistitem pastorem magnum. Ego quoque non discedam à vobis, sed inuocata adero in medio charitatis vestræ. At illæ rogabant, dicentes: Venturi sunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem à te accipere: & quid faciemus cum te non viderint esse superstitem? Confusæ enim eos foras emittemus cum tuam faciem non contemplabimur. Rogamus autem, vt quia hæc ab oculis nostris absconditur, saltem digneris oleum salemq; benedicere, de quo possimus ægrotis benedictionem flagitantibus ministrare. Tunc illa, benedicto oleo & sale tradidit: quæ suscipientes, dilig[illegible] inuenerunt, & de ea benedictione mul[illegible] transitum ægroti incolumitatis beneficii.

[illegible] dicto sanatur febricitans.

[illegible] in vita S. Osvvaldi Episcopi Wigorni[illegible] quodam viro potenti, qui acri correptus [illegible] nuncium viro Dei malam valetudinem [illegible] nuncauit, ille ergo benedictum panem ei mi[illegible] illum eo vesci cũ bona spe & fiducia re[illegible] læ salutis. Fecit ille, vt iussus erat, seque [illegible] curatum sensit.

IV. *De adol[illegible] gatus in pi[illegible]*

XIII. De oleo solenniter ab Episcopo benedicto.

Adolesce[illegible] alio quouis non solenniter posthabita [illegible] sumladicr[illegible] dicto.

piscinam [illegible] seruo [illegible] rem[illegible] tant[illegible]

I. *Digiti oleo sancto vnctos dæmon ladere*

[illegible] XEM[illegible]

Proc[illegible] nes Molinetus Gallo-Belgici anno millesimo quadringentesimo nonagesimo scribit, Æ[illegible] ficio[illegible] in Cameracensem, cũ [illegible] eum N[illegible] tas in ergumenas, quę loqui, [illegible] re sacra diuinus sim, C[illegible] m cogit. [illegible] hostem: Si vales

V. *De horre[illegible] nini nunc Simo[illegible] bant, solitum digitis* Anno Domini [illegible] agus, C[illegible] utos mordere, [illegible] bo Doria, quæ Alb[illegible] firmen[illegible] uis os aperi, [illegible] rium est, Pastore [illegible] & dic mihi liberi ma[illegible] in tantu[illegible] nare rem sacram [illegible] adferri horc[illegible] que re[illegible] vel festo [illegible] fuisse: qui cum [illegible] nocuissum fui[illegible] arentes c[illegible] ita profunda[illegible] n, quid cogitat.

II. *Quanti olim fiebat oleum benedictum.*

Thiodoretus in hist. Relig.

Vt fama sanctitatis Simeonis Stilitæ è Romano Imperio ad Persas vsque penetrasset, diligenter scisscitatus est Persarum Rex ex legatis, qui ad ipsum venerant, quænam esset eius vita, & quæ miracula. Ferunt autem coniugem Regis Persarum periisse oleum eius benedictione consecratum, & tanquam donum maximum accepisse. Quin & omnes Regis familiares & domestici à fama commoti, & multas in eum à Magis adornatas accipiētes calumnias diligenter rogabant: & cum intellexissent, virũ diuinum nominabãt. Cætera vero turba, & ad muliones accedentes, & ad famulos & milites: pecuniam offerebant, & rogabant, vt essent participes olei benedicti: vtique propter mirabiles effectus, quos videbant oleo benedicto effici.

III. *Mulier oleo benedicto à toxico liberatur.*

Ex Metaph. Sur. 7. Feb. tom. 1.

In vita S. Parthenii Episcopi Lampsaci habet Metaphrastes, quod Eucheria quædam nomine, vxor Agapii Magistriani Pagelori, veneficio attentata, cum ei roderentur intestina, allata est ad sanctum virum, & cum in tribus ei esset precatus, & ex oleo sanctorum eam potasset, sanam remisit in domum suam.

IV. *Oleo benedicto fascinationes abigit mulier dæmonis arte concinnatas.*

Theodoretus in hist. SS. Patrum c. 8.

Mulier quædam genere nobilis (ait Theodoretus) simul cum viro intemperante trahens iugum matrimonii, venit ad beatum hominem Aphraatem deflens serio propriam calamitatem: dicebat enim maritum concubinæ captum consuetudine, magicis quibusdam præstigiis fuisse incantatum, & odio habere: ipsam legitimo matrimonio coniunctam. Hæc autem dicebat mulier stans pro foribus atrii: sic enim solebat colloqui cetũ fœmina, nullã enim admisit vnquam intra fores. Tunc ergo mulieris ciulantis, oratione incantationis aboler operationem & cum olei guttam ab ipsa allatam inuocatione diuina sanctificasset, iussit vt eo vngeretur. Hæc præcepta cum implesset mulier, coniugis amorem in se transtulit & persuasit, vt pro illegitimo legitimum cubile eligeret.

Olei sanctificati vis.

V. *Sacerdos oleo benedicto monialem energumenam à dæmone grauiter vulneratam sanat.*

Bedain c. 8. Luce f. 315.

Venerabilis Beda cum ageret de sanatione monialis cuiusdam obsessæ à variis, quæ dæmon inflixerat, vulneribus, & narrasset vno excepto cætera sanata, hæsitanti Sacerdoti ipsamet consilium dedit. Si, inquit, oleũ pro infirmis consecratũ eidẽ medicamenta asperseris, sicque me perunxeris, statim sanitati restituar: nam vidi quondam per spiritũ in quadã longius posita ciuitate, quã nunquã corporalibus oculi vidi, puellam quandam pari calamitate laborantem, taliter à sacerdote curatam. Fecit vt illa suggesserat, statimque volens remedium quod ante reſpuerat, accipere consensit.

Energumena oleo infirmorum per Episc. benedicto sanatur.

VI. *Hoc*

VI. *Hoc oleo benedicto muta puella loquendi facultatem restituit D. Martinus.*

Sulp. l. de vita S. Martini cap. 15. & Dial. 3. ca. 2. Muta sanatur.

D. Martinus pusillum olei (inquit Sulpicius) cum exorcismi præfatione benedicit, atque ita in os puellæ sanctificatum liquorem, cum & linguam illius digitis teneret, infudit: nec fefellit sanctum virtutis euentus. Patris nomen interrogat, mox illa respondet: proclamat pater cum gaudio pariter & lacrymis Martini genua complexus, & hanc primam se filiæ audisse vocem cunctis stupentibus fatebatur.

VII. *Oleo benedicto curatur infirmus à S. Hostitio reclusa.*

Ex Gregor. Tur. lib. 6. hist. Franc. cap. 6. Baron. to. 7. Annal. an. Do. 575.

Consueuerunt fideles Romam se conferre ad Apostolorum limina, vt ibi à diuersis languoribus sanarentur. Homo erat (inquit Gregorius) Andegauensis incola, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditumq; perdiderat, & cum de febre conualuisset, surdus permanebat ac mutus. Igitur Diaconus ex Prouincia illa Romam directus est, vt beatorum Apostolorum pignora, vel reliquorum Sanctorum, qui illam vrbem muniunt, exhiberet. Qui cum ad parentes infirmi illius peruenisset, rogant eum, vt eum sibi comitem itineris sumere dignaretur, confisi, quod si beatissimorum Apostolorum adiret sepulcra, protinus posset assequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum, vbi beatus Hospitius habitabat. Quo salutato ac deosculato, causas itineris Diaconus pandit, ac profici sci se Romam indicat, seque his, qui sancto viro de nucleris amici essent, commendari deposcit: cumque ibi adhuc moraretur, sensit vir per spiritū Domini adesse virtutem, & ait Diacono: Infirmū, qui comes tui nunc est itineris, rogo, vt meis aspectibus repræsentes. At ille nihil moratus, velociter ad metatum vadit, inuenitq; infirmum febre plenum, qui per nutum aures suas dare tinnitum indicabat, apprehensumque ducit ad Sanctum Dei. At ille apprehensa, manu cæsarie, attraxit caput illius ad fenestram, assumptoq; oleo benedictione sanctificato, tenens, manu sinistra linguam eius ori, verticique capitis infudit, dicens: In nomine Domini mei Iesu Christi, aperiantur aures tuæ, referetque os tuum virtus illa, quæ quondam ab homine surdo & muto noxium eiecit dæmonium. Et hæc dicens, interrogat nomen. Ille vero clara voce ait: Sic dicor: cumque hæc vidisset Diaconus, ait: Gratias tibi immensas refero, Christe, qui talia per seruum tuum dignaris ostendere. Quærebam Petrum, quærebam Paulum, Laurentiumque, vel reliquos, qui proprio cruore Romam illustrant: hic omnes reperi, hic cunctos inueni. Hæc eo cum maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: Sile, sile, dilectissime frater, non hæc ego facio, sed ille qui mundum ex nihilo condidit, qui pro nobis hominem susciens, cæcis visum, surdis auditum, mutis præstat eloquiū: qui leprosis cutem pristinam, mortuis vitam, omnibusq; infirmis affluentem medicinam indulget. Tunc Diaconus gaudens abscessit cum comitibus suis.

Peregrinationes ad limina Apostolorum.

Surdo restituitur auditus.

Vana gloria vitanda.

VIII. *Sacro oleo & crucis signo sanatur oculus Regis Theodorici.*

Theodorico Gallorum Regi Clodouei filio accidit interdum, vt oculorum eius alter incredibili vexatus dolore omnem medicorum operam eluderet. Itaque illis de sua arte desperantibus, hoc vnum superetat Regi consilium, vt humano auxilio destiturus diuinum implararet. Mittit igitur supplices nuncios ad venerabilem Abbatem Theodoricum, vt qui filiam reuocarat ad vitam, etiam celerrimam oculo ipsius faceret medicinam. Aduenit illico vir Dei, corpus solo sternit, animum tollit ad cælos, totus in preces pro Regis curatione incumbit. Post paululum erigens se, sacri olei parum infundit summo pollici suo, maleque affecto oculo signum salutiferæ Crucis imprimit, lumenq; pristinum teneroris puncto Regi reformat. Rex lætus magnificat Regem Regum, ingenti gaudio plebs omnis exultat, glorificatur ab omnibus Deus.

In vita S. Theodorici Abbatis apud Surium. 1. Iulii. cap. 4.

IX. *Benedictum oleum serpentum morsus curat.*

Post obitum D. Antonij Magni cœlum toto triennio clausum terram ita aruefecit, vt vulgo dicerent, Antonij mortem etiam elementa [illegible]. Nec latuit fama Hilarionis accolas illius loci & cer[illegible] tim virilis ac muliebris sexus, ora luridi & [illegible] fame, pluuias à seruo Christi, id est à B. A[illegible] cessore deprecabantur. Quos ille cer[illegible] luit: eleuatisq; in cælum oculis, & vtraq; [illegible] me erigens palmas statim impetrauit, quod [illegible] at. Ecce autem sitiens arenosaque regio, p[illegible] pluuiis irrigata est, tantam serpentum & v[illegible] rem animalium ex improuiso ebulliuit m[illegible] nem, vt percussi innumerabiles, nisi ad Hil[illegible] cucurrissent, statim interiissent. Benedict[illegible] oleo vniuersi agricolæ atq; pastores tange[illegible] nera certam salutem resumebant.

X. *Tempestas maris oleo benedicto sedata.*

S. Germanus Antisiodorensis [illegible] pus Episcopus Trecensis, in Bri[illegible] no Papa delegati ad Pelagian[illegible] ibi tum sæuiebat, euertenda[illegible] roes deuotissimi legatione[illegible] to necessitas laboriosior a[illegible] anum mare, Christo du[illegible] qui famulos suos inter[illegible] & probatos. Ac prim[illegible] bus nauis in altū p[illegible] medium p[illegible] nihil videretur[illegible] post occurri[illegible] num, qui ta[illegible] dam nop[illegible] der[illegible] lu[illegible]

caliginem maris atque aeris horrore congeminant. Ventorum furorem vela non sustinent: & Oceani molles fragilis cymba vix tolerat. Cedunt ministeria victa naturam. Ferebatur nauigium oratione, non viribus. Et casu dux ipse vel Pontifex, fractus corporis lassitudine, sopore resolutus est. Tum vero quasi repugnatore cessante, tempestas excitata conualuit, & iam nauigium perfusis fluctibus mergebatur. Tunc beatus Lupus, omnesque turbati, excitant seniorem, elementis furentibus opponendum. Qui periculi immanitate constantior Christum inuocat, Oceanum imperat & procellis seuientibus causam religionis opponit, statimque assumpto oleo, in nomine Trinitatis sui aspergine factus læuientes oppressit: collegam commonet, hortatur vniuersos: oratio vno ore & clamore profunditur. Adest diuini eas, fugantur inimici, tranquillitas serena subsequitur: venti contrarij ad itineris ministeria vertuntur: nauigium æmulatrix vnda subsequitur, decursisque immensis spatiis, breui optati littoris quiete potiuntur.

tempestas diuina vi vincitur, fugatur.

III. XXIV. De cereis benedictis, & lampadibus.

Quomodo quotannis in vigilia Paschæ lampades accendantur, & perpetim ardeant ante diem Domini.

Anno Domini millesimo centesimo primo, die [illegible] sabbati, quo secundum antiquæ [illegible] Domini ὁ φωταγωγὸν, baptismate iam [illegible] lumen de cælo nobis ministrari deuoti [illegible] exspectabamus vsq; ad vesperã, orationibus [illegible] tinimus: tunc quoque propter peccata nostra, [illegible] nem. Et hic [illegible] dono cælesti, quod etiam in conspectu [illegible] lim Christiani antę nos semper susciperé [illegible] nimodo frustrati, absque omni festiuæ [illegible], noctem illam Dominicæ Resurre- [illegible] antum & mœrendo transegimus: [illegible] um litaniis à sepulcro Domi- [illegible] mus, ingressiq; ante templum [illegible] est, in monte Moria in ar- [illegible] bulatione exaudiũ, cun- [illegible] em corde deuoto ora- [illegible] imus. Mox post preces [illegible] Christus nomini suo [illegible] quadringentæ [illegible] taret, fusas, necdum [illegible] & ecce concre- [illegible] sum nobis ab [illegible] intran- [illegible] Domini) [illegible] fit me- [illegible] so gaudio [illegible] & dic mi- [illegible] mi offi- [illegible] adferri hor- [illegible] hoc iussum fu- [illegible] quid ce- [illegible] ne [illegible]

IV. *De adolescente ... gatus in pe...*

Adolescens [illegible] posthabita [illegible] sam laudi [illegible] piscinam [illegible] seruu[illegible]

V. *De horrendo ... re sacra die ...*

Anno Domini [illegible] Doria, quæ [illegible]

Exactis S. Eroco. m. s. Ser. 4. Iul. to. 7. cap. 14.

taxi icon. chi. tus.

persoluimus, nobis quoque egressis, intermissam Syrorum, qui semper post nostrum egressum eodẽ psallere choro solent, lampades aliæ diuinitus accenduntur: ante vesperas vero & inter ipsas vespertinas laudes vsque ad sedecim huiusmodi lumina visibiliter ampliantur, sicque contigit, vt pauci intra Hierusalem seu Christiani seu pagani reperirentur, qui tam euidentem Christi potentiam se non vidisse testarentur.

II. *Quomodo ignis sacer calitus descendat ad accendendos cereos & lampades in nocte resurrect. Dominica, & de Saraceno Christianis insidente ibidem castigato.*

Die magni illius sabbati, quo ignis mirabili Dei potentia veniens, ab vniuerso populo præstolatur, ibi cum cęteris incolis & peregrinis, Wilhelmo Comite Pictauiensi, & aliis Principibus, Odolricus Aurelianorum Præsul adstabat. Iamq; dies ipsa in vesperum transiens, repente penes horam, qua sperabatur ignis adfuturus, vnus Saracenorũ, scurra impudentissimus, ex plurima illorum multitudine, quę annuatim semper cum Christianis adesse solet, exclamauit, vt Christianis mos est, cum primum videtur, hagios, Kyrie eleison, & cauillanter cachinnum emisit: extensaque manu arripuit cereum de manu cuiusdam Christiani, aufugere tentans. Qui illico arreptus à dæmonio turpiter nimium vexari cœpit, quem prosequens Christianus, cereum abstulit. Ille vero tortus acerrime protinus inter Saracenorum manus exspirauit. Quod factum omnibus in commune terrorem immisit: Christicolis tamen gaudium & exultationem præbuit. Statim vero, vt assolet, Dei virtute erumpęs ignis ex vna lampadarum, quę septem ibidem pendere cernuntur, plures ponit Vrspergensis) cursim eructando, cæteras inflammauit: quam lampadem cum suo oleo præfatus Episcopus emens auri libra à Iordano, qui tunc erat Patriarcha, secum detulit, atque in sede propria reponens plurima infirmis contulit beneficia.

Rudolph. Monach. lib. 4. hist. Iacob. Gretser. lib. de S. Cruce cap. 11.

III. *Lampadarum in locis sacris vsus diuino miraculo comprobatur.*

Lampadarum vsum Deo acceptissimum, non semel, verum multoties ipse miraculis editis declarauit. Hic breuiter referam, quæ S. Gregorius Papa de rebus suo tempore in vrbe Roma gestis scribit his verbis: Die vero alio, cum in ea lampades sine lumine dependerent, emisso diuinitus lumine sunt accẽsæ. Post paucos iterum dies, cum expletis Missarum solenniis, extinctis lampadibus, custos ex eadẽ ecclesia egressus esset, post paululum intrauit, & lampades, quas extinctas reliquerat, lucentes reperit: quas negligenter extinxisse se credens, eas iam solicitus extinxit, & exiens ecclesiam clausit: sed post horarum trium spatium regressus, lucentes lampades, quas extinxerat, iterum accensas inuenit: vt videlicet ex ipso lumine aperte clarescęret, quia locus ille

D. Gregor. l. 3. Dialog. cap. 30.

Diuino miraculo lampadarum vsus comprobatus.

ille à tenebris in lucem veniſſet. Hæc ille, cum agit de eccleſia S. Agathæ ab Arianis vindicata, & Catholicorum vſui reſtituta.

IV. *De cereo ſepulcro S. Amarandi martyris Albigenſis affixo, diuinitus accenſo*

Greg. Tur. lib. 1 mir. cap. 57.

Huic non abſimile ſcribit Grego. Turonenſis de Amarando martyre, qui apud Albingenſem vrbem, exacto agonis fidelis curſu, ſepultus, viuit in gloria. Cuius, vt hiſtoria paſſionis declarat, ſepulcrum diu vepribus ſepibuſque confectum latuit, ſed Domino iubente Chriſtianis populis reuelatū eſt, & crypta, in qua quieſcebat, patefacta reſplenduit. Sed cum hoſtilitate impellente locus ille ab habitatoribus fuiſſet euacuatus, à longinquo venientes incolæ, honorem beato martyri, quaſi cuſtodi proprio nitebantur impendere. Igitur cum cereos frequenter deuotio Chriſtiana deferret, quadam die contigit, vt quidam præ longinquitate itineris, incrementum ignis, quo accenderetur cereus, non exhiberet: arreptamque ſilicem ferro verberat, quaſi ignem elicuturus. Quod dum ageret, & crebris ictibus lapidem quatiens nihil foci poſſet excutere, cæleſti lampade cereus, qui iam beato ſepulcro affixus erat, illuminatur: ſicque factum eſt, vt, quæ humanæ non exploerat induſtriæ, peragerentur diuini numinis maieſtate. Ceſſante humano ſtudio cæleſtia officia miniſtrantur, luminiſq; noui fulgore cereus clarificatur acceſſus. Quod cum populis manifeſtum fuiſſet, incrementum foci vlterius ad accendendum lumen nullus exhibere præſumpſit. Poſtquam vero locus ille inhabitari ab hominibus aſſiduè cœpit, atq; ibi domus, in quibus ignis accenderetur, adeſſent, hoc miraculum non eſt vltra præſtitum plebi, cum aliis miraculis frequentius illuſtretur.

Cereos accendi ante imagines Deo placere miraculo probatur.

V. *Candelarum ante ſacras imagines poſitarum vſum placere Deo & ſanctis eius.*

Sophron. prat. ſpirit. cap. 180.

Narrauit nobis ſanctiſſimus Dionyſ. presbyter S. Eccleſiæ Aſcalonitarum, & ſacrorum vaſorum cuſtos, de Abbate Ioan. Anachoreta, dicens: Quaſi vere magnus in generatione iſta fuit. Atque ad commendationem ſummorum illius apud Deum meritorum, hoc de ipſo miraculum narrabat: In ſpelunca (inquit) morabatur ſenex, in partibus villæ, quæ dicitur Sochus, viginti fere miſiariis ab Hieruſalem. Habebat autem ſenex in ſpelunca imaginem immaculatæ Dominæ noſtræ Dei genitricis ſemperq; Virginis Mariæ, in vlnis ferentem Chriſtum Dominum & Saluatorem noſtrum. Quoties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vaſtam ſolitudinem, ſine Hieroſolymam ad adorandam S. Crucem, & venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gratia, ſiue ad martyres diſtantes ab Hieroſolymis multis prolixiſque interuallis; erat enim ſenex Martyrum reuerentiæ mirabiliter deditus, & nunc quidem pergebat Epheſum ad S. Ioannem, nunc autem Euchaitam ad S. Theodorum, nunc vero ad S. Theclam in Seleuciam Iſauriæ, nunc ad S. Sergium in Sarephas, & modo ad iſtum, modo ad illum ſanctum) reficiebat candelam & accendebat (ſibi enim conſuetudo erat, atque ad orationem ſtans, & Deum, vt ſuum iter dirigeret, ſupplicans, dicebat ad Dominam, intendens in imaginem ipſius: S. Domina noſtra Dei genitrix, quia longum iter iturus ſum, & negotiis multis perficiendum, candelæ tuæ curam habeo eamque, ne extinguatur, iuxta propoſitum meum ſerua: ego enim adiutorio tuo comitante iter arripio Hiſque ad imaginem dictis, egrediebatur, per- Candelam actoque propoſito itinere, reuertebatur, aliquando vſum ante poſt menſem, ſæpe etiam poſt duos vel tres menſes, imagini nonnunquam poſt quinque vel ſex, & ita reperie- placere bat integram candelam & ardentem, ſicut eam, cum & iter arriperet, dimiſerat: & nunquam hanc à ſe ipſa extingui vidit, neque de ſomno ſurgens, neque à peregrinatione rediens, neque ex eremo in [illegible] cam pergens.

Vſus imaginū apud SS. patres.

Nota vſum peregrinationum ad loca ſancta.

TIT. XXV. De ſacris cineribus, & campanis benedictis.

EXEMP. I. *Quidam irridens ſacrorum cinerum vſum grauem irriſionis pœnam luit.*

REfert Cęſarius ex Theodorico mon[ach]
dam in Wieda Comite, de [illegible] Cineris e
rem notatu dignam: Fuiſſe Confuen[illegible]
quendam, hominem in officio ſuo pro[illegible]
cum aliquando, tertia feria ante cine[illegible]
ne noctem in commeſſationibus expend[illegible]
quaſi ad abluendas carnes cum quodam
ga tabernam intrauit, cumque ad offici
pulſaretur & fideles ad eccleſiam confluer
non ex eadem taberna, iamque ſoli hi d
manentes potarent, ait alter carnifici: C
diu nimis expectamus, eamus ergo
propter ſacros cineres. Cui ille, myſt
irridendo, reſpondit: Sede, ego tibi
tu mihi: tolleníque cineres de
pugeis. Et ecce, mox p
nam ſ rim circa capur
uerem, ac follibus
exclamaret, tant
focatus fuiſſet.
rabilem viden
in qua non p
fuit. In R
quo loc
quibu
II.

cœpisse Græcis, missis ipsis à Duce Venetiarum Vrso Patriciaco ad Michaelem Imperatorem.

III. *Vsus consecrandi campanas in Ecclesia vnde ortum habebat.*

Tempore Ioannis XIII. Pontificis quo Otto Imperator Romæ adhuc moraretur, contigit, primariam Lateranensis ecclesiæ campanam miræ magnitudinis recens ære fusam super campanile eleuari: quam prius idem Pontifex sacris ritibus Deo consecrauit, atque Ioannis nomine, puto Baptistæ, cuius ecclesiæ esset vsui, nuncupauit. Qui sacer ritus in Ecclesia perseuerauit, vt eo modo, quo ipse vsus, campanæ in ecclesiis collocandæ, Deo primum, impositio eis nomine, dicarentur: quod testantur veteres codices rituales: licet errore vulgi pro arbitrio vtentis vocibus, dicantur baptizari campanæ, cum ita Episcopis benedicuntur, non aliunde baptismi [illegible] mutuati nomen, nisi quod sicut [illegible] nomen imponitur baptizato, ita in ea [illegible]ratione nomen campanæ daretur, idque siue [illegible] vt distingui posset à cæteris, vel quod [illegible] conduceret ad pietatem, si voce Sancti alicuius diceretur populus ad ecclesiam conuocari, quamquin nihil commune cum sacramento baptismi habeant cæremoniæ illæ, sed magis cum aliis sacrorum vasc[illegible]um benedictionibus in S. Ecclesia Ca[illegible] quo vsu receptis.

Ex Vita patrum.

IV. *De quodam in Ecclesia Cath. pulsum demoni exosum loc[illegible]um exemplo manifestatur.*

Quando frater quidam Ioannes nomine [illegible] pe[illegible]cus, regularis disciplinæ seueritatem [illegible]recol, etiam fugere de monasterio cogitaret, [illegible]percus abolus Abbatis specie assumpta se obtulit: [illegible]rsus his dæmonibus in specie monachorum se [illegible]sum quibus, fratri in quodam monasterij loco se[illegible] colli residenti, multaque secum voluenti, op-

Verbum S. [illegible]llendi tempus se inuenisse credens, apnem. Et hic assidens dixit: Ego (frater) modo huc

IV. *De ad[illegible]* [illegible]olicitudine laborare, multosque in *gatus in fr[illegible]* [illegible]um æstus versari. Quorum

Adolesce[illegible] [illegible]entibus mihi ex parte posthabita, fami[illegible] [illegible]dicaueris, potero sum ludicr[illegible] [illegible] Vade, quis sis, & piscinam o[illegible] dicto. [illegible] d[illegible] [illegible]sponc. Cumque seruu[illegible] o[illegible] d[illegible] [illegible]lecta cordis

Ex Actis S. Procop. m. 8. Iul. to. 7. cap. 14.

[illegible] 30 An[illegible] I. *Digites* [illegible] [illegible]modo natione

[illegible]rat[illegible] [illegible]potest. [illegible]

Proc[illegible] [illegible]nes Molinetus [illegible] [illegible]machus

[illegible]ficio [illegible] [illegible]quadringentes [illegible] [illegible]Abbas

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]Nomi

V. *De bo[illegible]* [illegible]nunc Simo[illegible] [illegible]eripiu-

re sacra du[illegible] [illegible]urus sim, C[illegible] [illegible]m co[illegible] [illegible]m esset,

Anno Domini [illegible]atur [illegible]magn[illegible] [illegible]Vnde

[illegible]be Doria, quæ Al[illegible] [illegible]p[illegible] [illegible]dic[illegible] [illegible]ar-

[illegible]sum est. Pastore [illegible] [illegible]fr[illegible] [illegible]dam bot[illegible]

[illegible]in tantum are[illegible] [illegible]hoc iussum fu[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

omni te ibi honore sublimare. Ad hoc frater respondit: Ego hinc exire nullo modo possum, quia & clausura monasterij prohibet, & fratrum me multitudo circumdat. Tunc diabolus: Nec ego, inquit, quamdiu hic fueris, te in aliquo iuuare potero. Sed fac qualibet arte, vt septa monasterij transgrediaris: quod postquam feceris, ego statim adero, teque ad locum meum, vt dixi, perducam. Sed misericors Deus, qui non permittit nos tentari supra quam ferre possumus, non vltra passus est hostem procedere: sed, scriptum est, qui fecit illum, applicauit gladium eius. Quando namque hoc agebatur, fratrum conuentus in refectorio, ex consuetudine, hora cœnandi residebat: qua expleta, à Priore, secundum morem, vno ictu scilla percussa est. Quo sono audito, mox dæmon, qui Abbatem se fingebat, actus diuina virtute, à fratre, cui loquebatur, se abripuit, & præcipiti cursu, ac maximo impetu ad latrinas, quæ proximæ erant, vidente fratre iam dicto, in earum se inferiora demersit.

Campanarum pulsus contra vim diabolicã.

V. *Quomodo ad sonum Campanæ Senonensis territi fugerint hostes vrbem armis impetentes.*

Mortuo Theodorico Principe, Clotharius Rex in Burgundiam veniens, hostili manu armatum Blidebodem Ducem misit in Senones. Illo ergo tela atrociter in opidum vibrante, S. Episcopus Lupus in Domino fidens, ad protomartyris Stephani ædem se contulit: cumque ad conuocandum populum signum ecclesiæ tangeret, viribus hostes destituti, tantoque sunt terrore correpti, vt nullam sibi salutis opem superesse putarent, nisi fuga sibi consulerent. Clotharius autem Rex vbi comperisset campanam illam sonum edere gratissimum, iussit eam Parisios transferri, vt eius tinnitu sæpius delectaretur. Displicuit ea res B. Episcopo. Itaque mox vt ablata est à Senonibus omnem soni gratiam amisit. Id Rex intelligens, ocyus iubet suo illam loco restitui. Vbi autem ad pontem Senonicum ventum est, rediit illi pristinus sonus, & ob sancti viri merita, septimo miliario auditus est.

Ex Actis S. Lupi Ep. Senonen. apud Sur. 1. Septembr. 5.

Campanæ Senonenses Parisios translatæ mirum.

VI. *De campanis suæ sponte sonantibus.*

Regis Dagoberti tempore sanctus Præsul Vrsmarus in Flandrensi prouincia prædicans, sub honore S. Petri Apostoli ipso sibi reuelante ecclesiam Maldemburgensem oppido ædificauit & consecrauit, quam Deus multis miraculis vsquequaque glorificauit. Inter quæ illud tam mirabile, quam inauditum mentca exstitit, quod hoc anno Dominici natalis contigit. Campanarium prefatæ ecclesiæ vehementi vento flante, a suis locis cuiusdam ad terram fuit penitus inuersatum, ita in aere pendens, & ruinam sui minitans, vt semper casurum, & cuncta vicina confracturum cerneretur. Sed cũ per sex noctes & dies id tractaretur populo, qualiter hinc inde extractis machinis sursum erigeretur, & vtcunque loco suo relocaretur, inde die Kalendas Ianuarij, [illegible] noctis medium aduenientes vi[illegible] [illegible]aro[illegible] [illegible]eccle-

Chron. Sigeberti ad an. Dom. 108. Gregor. Dialog.